(2)

*ANDR.*

# ALCIATI

## IVRISCONS. MEDIOLA- NENSIS,

IN

*Digeſtorum titulos aliquot Commentaria, quos ſequens indicat pagina.*

Tomi tertij Pars ſecunda.



*LVGDVNI,*

1560.

*CVM PRIVILEGIO.*

*ANDR.*

# ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLA-NENSIS,

IN

*Digeſtorum titulos aliquot Commentaria, quos ſequens indicat pagina.*

Tomi tertij Pars ſecunda.



*LVGDVNI,*

1560.

*CVM PRIVILEGIO.*

*TITVLORVM TERTII TOMI PARTIS SECVNDAE INDEX.*

*


| | |
|---|---|
| De verborum obligationibus. | folio 3. a |
| De appellationibus. | 207. a |
| De verborum ſignificatione. | 207. b |




# Illuſtriſsimo Religioſiſsimóque Principi, Chriſtophoro Madruntio, Tridentinorum Epiſcopo, & S. R. E. Cardinali Ampliſsimo, ac Prouinciæ Mediolanen. Præſidi optatiſsimo,

Francíſ. Alciatus S. D. P.

*AB exceſu magni illius, & celeberrimi Iureconſulti Andreæ Alciati, nihil mihi ſanctius fuit, nihil antiquius, quàm vt præclara literarũ monumenta, quæ ſummis ille vigilijs, & aßidua meditatione in communem Reipub. literariæ vtilitatem eſt elucubratus, quamprimum lucem acciperent, & per ora manúſque doctorum virorum volitarent: cùm vt nominis ſui immortalitati, quam hiſce egregijs, & perennaturis operibus, partum iri auguror, proſpicerem: tum ne doctrinarum ſtudioſos, qui me quanquam ad hoc ſponte properantem, ſuis tamen quotidianis vrgebant efflagitationibus, vberrimis hiſce fructibus diutius fraudarem, nonnullorúmq; etiam falſam opinionem conuellerem, qui de me temerè ſunt ſuſpicati, fore, vt ſupprimerem, & pro meis, publicè profitendo, diu venditarem, demum velut partus meos æderem. à quo impudente, & nephario conſilio tantum me abfuiſſe ſemper, quantum qui maximè euentus ipſe palam omnibus faciet: quandoquidem nihil futurum eſt, in quo ego magis enitar, quàm vt hac præcipuè in parte, erga illius beatos manes quod mei officij erat, pro viribus præſtitiſſe videar. cùm enim quicquid in me eſt, illi vni acceptum feram, qui me ſola cõmunis nominis commendatione conciliatum, vti agnatum agnouit ſuum, tractauit vt filium, doctrina, quantulacunq; eſt, erudiuit, fortunarum ſuarum hæredem ſcripſit, tot ac tanta deniq; cõtulit, vt pater optimus à me merito, iuſtóq; nomine appellari poßit & debeat. video planè eo me nexu obligatum, quo grati filij erga beneficentißimum parentem: quo pij hæredes erga benemerentem teſtatorem eſſe ſolent: nempe, vt ſacroſanctam illius memoriam ſempiterna colam pietate, & reuerentia, id omni conatu efficiam, quod ipſi placuiſſe putem, eorum prætermittam nihil, quæ æternam illi paritura ſint gloriam. hæc enim ſola mihi relicta eſt gratia, quam magno & excelſo viro de me tam bene merito & immaturo interitu ſublato referre poßim. Nihil autem acceptius, & ad nominis ſui perpetuitatem conducibilius facere me poſſe exiſtimaui, quàm ſi ſcriptis eius euulgatis, id præſtarem, Vt omni futuro æuo innoteſceret, quantam legali ſcientiæ maieſtatem attulerit, quanta cum laude omni depulſa barbarie antiquum illum iuris ciuilis ſplendorem, atque decôrem non reſtituerit ſolùm, ſed & auxerit, amplificauerit: quantum porrò omnibus ſacrarum legum ſtudioſis profuerit, quàm clarum lumen, errorum & inſcitiarum tenebris, in quibus antea cæci vagabantur, ſuis dilucidis lucubrationibus prætulerit. Euoluenti igitur ingentia, quæ in iure reliquit, volumina, obtulerunt ſe prima mihi hæc luculentißima in vniuerſum, DE VERB. OBLIG. tractatum commentaria. quæ quia inter maxima, quæ abſoluerit viſa ſunt mihi: meritò tibi Maximo viro (Religioſißime Antiſtes) dicare conſtitui, & ſub autoritatis tuæ ſublimis vmbella, ac verendi nominis tutela in publicum emittere, vt tantis innixa auſpicijs, & tam firmo munita præſidio tutioria exirent, & lectoribus gratiora contingerent. Etenim quicunque præfixum hic titulum tuum legerint, & tua velut regia vela foribus hiſce ſuſpenſa conſpexerint, protinus intelligent, quæ hic clauduntur, in tuo ære eſſe, ob ídque acceptioria habebunt, ac maiore cultu venerabuntur. Tanta enim apud ſtudioſos omnes nominis tui eſt claritas, & amplitudo, vt propè iam cunctorum conſenſu, ſplendidum literatorum decus, ac columen habearis, eorum præſertim qui iuriſprudentiæ dignitate præfulgeant, quàm tu præcipue ſupra cæteros plurimi feciſti ſem-*

# Epiſtola nuncupatoria.

*per, & coluiſti, eo præſertim tempore, quo noſtram hanc Ticinenſem Academiam tua præſentia illuſtrabas, & ſub Alciato ipſo, Iuri Ciuili operam dabas: cuius temporis recordatio hanc quoq; mihi iuſtam cauſam attulit, vt tuo nomini magnam partem laborum illius conſecrarem, cuius tu ſemper fouiſti ſtudia, cuius frequens auditorum tuo ornaſti ſplendore, de cuius ore aſſiduus pependiſti auditor, cuius honores extuliſti, celebraſti ſic, vt plurimum ſe tibi debere profiteretur, cuperétque maximè ſuam erga te obſeruantiam ſigno aliquo teſtatam relinquere. Quod cum efficere nequiuerit, parcis vitale filium ſic ante diem abrumpentibus, ego quem ille ita eſſe voluit, vt aliqua ſaltem in parte nomen ipſius, perſonámque repræſentarem, id præſtare adnitar, vt & quod ille facturus erat, ego minimè neglexiſſe videar, & hac via, me in amplitudinis tuæ clientelam inſinuem, téque potentiſſimum mihi patronum parem, qui mea quoque ſtudia adiuuet: & quò mea fata vocabunt, euehat: ſcio quæ tua ſit admirabilis beneficentia, ſic vt non ad aliud te natura genuiſſe videatur, quàm vt alijs prodeſſes: iamq; diu hoc grande benefici nomen tibi vbiq; ſonat, nec vlla Italiæ, aut Germaniæ eſt ora, in qua certa huius tuæ perennis gloriæ exempla non ſpectentur, qua in re & generoſum animum ab illuſtribus maioribus tuis, velut antiquis heroïbus ingeneratum oſtentas, & humanam conditionem excedens diuinæ proximus accedis, cùm non alio facto Deum imitentur mortales, quàm beneficia dando. Illud quoque iam toti orbi Chriſtiano manifeſtum eſſe poteſt, quantum tuæ fidei, integritati, religioni duo Max. Pontifices conſiderint, cum ſacram oecumenicam ſynodum in Tridentina vrbe, ditioni tuæ ſubiecta indixerint, & te inter primarios Antiſtites, pro religionis noſtræ incolumitate collocarint, vt tu quoq; nauis orthodoxæ clauum teneres, & à fide catholica temere deſciſcentes, ad ſanam mentem reduceres. Quo nomine tantam quoq; autoritatem apud CAROLUM V. fœliciſſimum Auguſtum. FERDINANDUM, & Cæſarem Principem optimum comparaſti, vt iamdiu nihil arduum in tanta regnorum mole, te inconſulto attentent, tibi maxima quæq; imperij arcana committant, ſe ipſos, liberóſq; ſuos manibus tuis, conſilio, gubernaculis concredant. Nuper etiam Magnanimus PHILIPPUS CAROLI F. REX ANGLIAE FORTUNATISSIMUS D. N. GLORIOSISS. in ſummis rerum Italicarum difficultatibus, te potiſſimum huic Mediolanenſi imperio, à quo ſuum in Italia regnum magna ex parte pendet, præfecerit, quo ſanè nihil optabilius, ſalutariúſue potuit rebus noſtris, afflictis contingere, vt meritò noſtra hæc Inſubriam tuo in aduentu tota gaudio exultauerit, benéq; ſperare inceperit. reliqui etiam omnes te velut è cœlo lapſum, & in tanto poſitum faſtigio læti intuentes, reuerenter ſuſpiciant, & quanta maxima poſſunt veneratione proſequantur. Ego vero tanquam meum colam numen, illud mihi perſuadens, poſſe meis ſtudijs fœlicem aliquem ſucceſſum contingere, ſi te duce & fautore proceſſerint, quem mihi ad futurum illud pollicetur, quòd cum erga Alciatum animo ſemper beneuolo fueris, eundem quoque erga eum, quem ille ſibi ſucceſſiſſe voluit, ſeruaturus ſis, id non meis tribuens meritis, ſed illius gratæ memoriæ, nec tantum cogitans, quibus ego dignus videar, ſed quæ à te proficiſci ſoleant. Sic Deus opt. Max. amplitudinem tuam diutius nobis totiq; Italiæ ſeruet incolumem. Ticini Kalend. Ianuarij. M. D. LVI.*

*

ANDR



# ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLANEN. COMMENTARIA IN OMNES LEGES, QVAE SVB TITVLO DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS. CONTINENTVR.

## *DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS RVBRICA.*

## SVMMAE.


*1 Promitti variè poſſe.*
*4 Pacto nudo præſenti ob ſigna rectè donari. 9.*
*7 Pacto tacito ob ſigna obligamur.*
*12 Pollicitationis acceptio, & forma multiplex.*
*13 Pollicitatio certis ex cauſis nullius effectus eſt.*
*14 Pollicentem obligari: in iniquis contrà. 16.*
*21 Conſtitui pro ſe non niſi ex interuallo poſſe: pro alio ex animo contrà.*
*22 L. ſi tibi. C. loca. ſenſus.*
*24 Stipulationis definitæ multiplex etymologia.*
*25 Stipulatio non à re, ſed verbis dicta.*
*28 Stipulatione nominata contractum mutari: nec ab ea diſcedi. 36.*
*29 Stipulatio adiecta naturam ſuam non mutat. 32.*
*34 Stipulatione emptionis naturam non mutari.*
*37 Stipulationem actu præcedente, certis caſibus reſtringi. 39. 42.*
*45 Reſponſio ad interrogata deliberatior.*
*48 Promiſſione inconſulta non obligamur.*
*49 Stipulatio reliquis conuentionibus firmior.*


1 PROMITTIT aliquis † quatuor modis per pactum, per
pollicitationem, per conſtitutum, per ſtipulationem. De ſin-
I. gulis igitur vidēdum. Pactum eſt duorum conſenſus &c[1].
II. 2 Pollicitatio * verò eſt ſolius offerentis promiſſio [2]. Sed vi-
deretur raro locū eſſe pollicitationi: quia ſi præſenti fit, cùm
ad eius vtilitatem pertineat, præſens pro conſentiente habe
3 tur[3]. Vnde * propter conſenſum mutuū, qui in pollicente ex-
preſſus eſt, in altero tacitus, talis contractus in pacti nomen
tranſit. idque Imo. Alex. & quidam alij cenſuerunt[4]. Qua ra
tione, cùm teſtator adiecisſet clauſulam codicillarem, dona-
tioniſque cauſa mortis, in teſtamento, ídque eo præſente, cui datum volebat, reſpondit
Ang. & Soci [5], valere donationem, quæ pacto nudo hodie fieri poteſt[6], quod ex præſentis
illius tacito conſenſu prȩſumitur. Sed Aretinus Deciúſque in contrariā ſententiam iuêre,
tanquam in pacto neceſſarius ſit expreſſus conſenſus: nec ſufficiat præſumptus ille, qui ex
præſentia, & taciturnitate colligitur [7]. Et ideò ſupràſcripto caſu nullam eſſe cauſa mortis
4 donationem exiſtimarunt [8]. Sed † ego hac in re Bald. & Corn. diſtinguentes ſequor, vt ſi
vltra præſentiam aliqua conſenſus ſigna præceſſerint, pactū ſit, & donatio valeat. ſi verò
5 non præceſſerint, ſecùs ſit[9]: ſola enim præſentia * tacitum conſenſum non arguit: cùm po-
tiùs modeſtia quadam interim deliberare taciturnus videatur[10], & quia ſi voluiſſet con-
ſentire, vtique hoc expreſsiſſet [11]. vnde non eſt temerè à regula recedendum, quæ ſilen
6 tium * pro conſenſu non habet [12]. Qua ratione & aliqui tradiderunt confeſſionem, præ-
ſente parte factam, niſi acceptata ſit, non obeſſe[13]. Et (vt demus renuntiationem atque li-
berationem valere) ſi præſenti facta ſit[14], tamen aliud in pacto obligatorio dicendum vi-
7 detur, in quo non tā facilè conſenſus tacentis præſumi debet[15]. Quòd ſi † aliqua conſenſus
ſigna acceſſerint, tunc dubium non eſt, quin pactum celebratum videatur: vt ſi is qui præ-
ſens fuit, pecuniā acceptauerit [16], vel alius pro eo, putà maritus pro vxore, quȩ tacuerit[17],
vel aliâs is, qui tacuit, cū aliena iactura locupletaretur [18]. Hiſce igitur & ſimilibus caſibus
quamuis expreſſus non ſit conſenſus, minimè dubitandum videtur, quin pactum initum
8 dicatur: cùm pacta etiam tacito conſenſu contrahantur[19]: & conſtet parem eſſe taciti, * &
expreſſi virtutem[20]: & lex quæ in definitione cōſenſum in pacto requirit, etiam de tacito
intelligi poſſit[21]: nō enim hoc caſu quicquam ad formam verborum attendimus. Nec me
mouet quòd duo ſpecialia, ſiue duȩ improprietates (vt Bar. inquit) non concurrant[22]: quia

1 l. j. de pact.
2 l. pactum. j. de pollicit.
3 l. qui patitur. l. ſi remunerandi. §. qui paſſus. mand.
4 Alex. l. j. de pact. Moder. Rubr. C. eo.
5 Ang. conſi. clxxxiij. Soci. conſi. cxij.
6 glo. l. cū pater. §. Mæuio. de leg. ij.
7 l. ex pollicitatione. verb. apud remp. de pollicit.
8 Aretin. l. ij. de leg. j. Dec. conſi. ccxlv.
9 Bal. Cor. l. ſenium. C. qui teſta. fac.
10 d. l. ex pollicitatione.
11 l. j. §. ſin autem. in fi. C. de cad. toll.
12 c. is, qui tacet. de regu. iur. in vi.
13 l. certū. §. ſi quis abſente. de confeſ. vbi doct. Curt. Sen. conſi. lxxviij.
14 l. tale. de pac. Bar. l. j. C. de rep. hæred. l. j. C. de pact.
15 Bar. l. non ſolū. §. ſi liberationis. de lib. leg.
16 d. l. qui patitur.
17 l. donationes. §. ſpecies. de donat.
18 d. §. qui paſſus.
19 l. hæreditatē. de don. vbi Rom. l. mortis cauſa. §. Titia. de don. cau.
20 l. cùm quid. ſi cert. pet.
21 gl. l. in adoptionibus. in fi. de adopt.
22 l. j. C. de dot. ꝓmiſ. Bar. l. ſi tibi x. in fi. prin. de pact. & §. quinimo. l. iiij. ff. eo.

cùm† clauſula donationis expreſſa ſit, vnum tantùm ſpecialiter inducit, ideſt, vt præſuma 9
tur conſenſus, ſecus ſi non conſtaret donationis cauſam ſubeſſe. quãuis illud quoque dici
poſſit conſenſum tametſi tacitum quicquam ſpeciale non inducere, ſed ad veritatem per-
tinere: cum veritati innitatur * præſumptio[1]. Sane polliceri dicitur, qui poteſt liceri, ideſt 10
qui tantùm offert vt ad licitationem admittatur [2]. et ideò metaphoricas id nomẽ ad pro-
miſsionem tractum eſt, vt ſit pollicitatio ſolius promittentis oblatio tunc † nõ acceptata, 11
quæ ſi in futurum acceptetur, in vim pacti tranſit: incipit enim tunc eſſe conſenſus[3]: licet
nomen quoque pollicitationis ſeruet. vnde † plerunque pollicitationem accipimus, pro 12
pacto nudo, vel pro eo quod cohærentia contractus eſt firmatum[4], vel etiam pro iuſto, &
efficaci pacto, vt in dote, quam lex ait ex pollicitatione deberi[5]. Sanè videtur quoque ma-
ximè ea pollicitatio eſſe, quæ per epiſtolam fit, cùm tunc id non agatur vt ſtatim quis re-
cepta epiſtola cõſentiat. Antè ergo quàm reſponderit, acceptaueritque, erit interim polli-
citatio[6], effectúmque habebit, ſi ob honorem, ſeu aliam iuſtam cauſam facta ſit: ſecùs, ſi 13
† ex iniuſta, vel nulla cauſa[7], vel aliquid odioſum nõ vtile reipu. inducat, quale eſt munus
gladiatorium[8]. vel huiuſmodi pollicitatio ſtatim antè, quàm acceptata ſit, reuocata pro-
ponatur[9], vel per vim, aut metũ fuerit extorta[10]. Sed nũquid ex huiuſmodi pollicitatione
oriatur naturalis obligatio, etiam antequàm acceptata ſit? & conſtat nõ oriri, quod Guil.
Bart. & cæteri tradiderunt[11]: quippe naturalis hæc ex conſenſu oritur[12], qui ante accepta-
tionem nullus eſt. Defendi† tamen poſſet ex æquitate naturali oriri [13], ſecundum quam 14
lex diuina inter iuramentum, & ſimplicem loquelam differentiam non conſtituit[14]. & ſe-
cundum quam Pſaltes cecinit: Quæ proceſſerunt ex labijs meis, non faciam irrita [15]. li-
cet eum locum aliter intelligendum appareat. Hincque eſt quòd videmus ſpecialibus in
quibuſdam caſibus pollicentem efficaciter obligari: veluti ſi reipublicæ quis promiſe-
rit, vel ſi opus cœptum ſit, vel res tradita[16]. quod certè inducendum non fuiſſet, niſi natu-
ralis æquitas hoc ſuaſiſſet. Qua ratione & ex promiſsione abſenti Principi facta (quam
ſolet lex * votũ appellare) quis obligatur[17], ſentiúntq; hoc Pontificij [18], qui iure canonico 15
ex pollicitatione agi ſimpliciter cenſuerunt. Sunt & qui fauore dotis idem tradiderunt[19].
nam† & ſi naturalis æquitas deſit, vt quia res odioſa, & iniqua induceretur, cõſtat nec rei- 16
publicę quidem factam pollicitationem obligare. quod Vlpianus reſpondit in eo qui mu-
nus gladiatorium editurum ſe ſcripſiſſet[20]. Conſtitutum eſt * conuentio, qua quis pro- III.
mittit, quod ipſe vel alius ciuiliter, vel naturaliter debet [21]. eſtq; hic cõtractus nominatus 17
cùm ſpeciale propriúmque nomen habeat[22]. ſi * tamen ei addita ſtipulatio proponatur, 18
nulla ex conſtituto actio dabitur[23]. quia licet contractus ſit nominatus, tamen extra ordi-
narium eſt remedium, ad quod nõ deuenitur: cùm aliter conſuli poteſt[24]. quãuis aliâs non
ſoleat ſtipulatio contractum nominatum, cui accedit perimere[25]. Hinc infertur ex pacto
iterato * actionem dari[26]. cùm enim ex priore quis ſit naturaliter obligatus, conſequẽs eſt 19
in poſteriore id deduci, quod primo debeatur, cõſtitutúmque cõtrahi[27]. Conſtituere enim
eſt cum parte ipſa ſtatuere, deliberaréque quid ſoluendũ ſit: quæ deliberatio ex iteratione
arguitur[28]. Iaſ. tamẽ, & ferè alij recentiores non temerè recedendũ à regula exiſtimant[29].
nec tantam vim iterationi tribuunt[30]. quos & ego ſequor: niſi * cùm in ſecundo pacto prio 20
ris debiti mẽtio facta ſit[31]. ſed & ſi deliberatio† nulla adſit, vt quia incontinenti, & eadem 21
verborum effuſione celebratum ſit pactum[32]: verius eſt non eſſe conſtitutum[33]. quod Bal.
Nouell. hîc cenſuit, etiam ſi actum ſit, vt conſtitutum contrahatur. verbi gratia, cùm in in-
ſtrumẽto ſcriptum eſt, *Promitto centum, & ita conſtituo me debere.* Sed quid ſi quis id promiſit
non quod ipſe ſed quod alius debet? & videretur non eſſe conſtitutũ, tãquam hoc caſu nul
la maior ſit deliberatio: cùm ipſe ſemel tantũ teneatur: niſi tamen expreſſè animo conſti-
tuendi appareat factam hanc promiſſionem poſteriorem[34]. quod Accurſ. Cin. cæteríque
tradiderunt, ídque eius legis argumento, quæ conductorem à domino non repetere pro
colonis prærogata ſanxit, ſi ei pacto ſimplici promiſerit [35]. Quã ſentẽtiam & ipſe probo.
Odofredus & † quidam veteres de colonis adſcripticijs illam legẽ intelligunt, quibus con- 22
ductor prorogationem collationis impetrauerat[36]. & aliquid ipſe pro ea ſoluerat nõ tene
tur dominus ex conſtituto, quia nec coloni ipſi illud moræ pretium debuerũt. ſed hæc in-
terpretatio à verbo prerogaſſe eſt aliena. ego prerogare exiſtimo id ſignificare, quod ante
tempus ad rogantis preces ſoluere[37]. Finge ergo præſtitum colonis aliquod ſubſidiũ, putà
emptum triticum vt inde viuant, cùm ipſi coloni ſumptu conductoris alẽdi eſſent, quia &
illi operas preſtabunt[38], nullum eſt conſtitutum, quia coloni eius erogationis nomine non
obligabantur vnde nulla eſt obligationis iteratio[39]. Quòd ſi etiam obligarentur, ſi prero-
gatum ſit, ideſt priuſquàm deberetur ſolutum non poteſt eſſe conſtitutum quod poſt con-
tractam obligationem ſolùm inducitur[40]. Cæterum qui fideiubentis animo promittit ſi 23
fideiuſſio * non valet non obligatur conſtituto, tametſi pro alterius debito promiſerit [41]. 24
Stipulatio† eſt verborum conceptio, qua ad rogatum daturos, facturóſue nos congruè IIII.
reſpon-

1 l.fin.§. mulier. ſ.de proba.
2 l.licitatio.de publica.
3 Arg. l.ſi ſtipuler.in fin.ſ. eo.lem.
4 l.Sciendum.§.dictum.de æ lil.edi. Are.l.is qui heres. de acq.hær.
5 l.ad exactionẽ.C.de dot. prom.l.fin.C.ad Velle.
6 l.Charidem⁹. de pollici. l.metum. §. ſed ex facto.ſ. quod met.cauſ.
7 d.l.j.de pollic.l.hoc iure. in princ.de donat.
8 Argu.l.j.de glad.l. mortuo.§.fi.de leg.ij.& d.l.Charidemus.
9 l.ſi pater.in prin. de ma. vind.
10 l. metũ. §. ſed ex facto. quod met.cauſa.
11 Bart. l.ſi vnus.§. pactus ne.de pac. Iaſ.hic.
12 l.cum amplius. §.is natura.de reg.iur.
13 Bar.l.Iulianus.de cond. indeb.
14 xxij. q. v.c. Iuramenti.
15 Cap. qualiter. extra. de pact.vbi gloſſ.& Abb.
16 d.l. j.de pollicit.d.l.pactum.
17 l.ij.de pollicit.
18 Abb.d.c.qualiter.But.c. ex parte.de cenſib.
19 d.l.ad exactionẽ. d.l.fin. Bal.nouell.tract.dot.vj. parte.in princ.
20 d.l. charidem⁹.l.j.C.de gladiat.lib.xj.l.in arenam. C.de inoffic.teſtam.
21 §. de conſtituta. inſt. de act. l.j.§.debitũ.de cõſ. pec.
22 Bar.l.iuriſgentium.§. igitur.in fin.de pact.
23 d.§. de conſtituta. in fi. l.j.§. eum qui.de cõſtit.pec. Ruin.hic.
24 l.& habet. §. j. de pear.
25 Bar. l. ſingularia. per l. item illa. de conſtit. pen.& l.ſi mãdato meo.§. fi.man.
26 Arg.l. fi. C.ad l.falcid. Bar.l.cum ſcimus. in fin.C. de agr.& cenſ.lib.xj.
27 Bar.l.legem.C.de pact.
28 l.ſi mulier.ij.C.ad Velleia.
29 d.§.igitur nuda.
30 Arg.l.ſi veritas.C.de fideicom.
31 l. Titius.ij.l.quidam.de conſtit.pecun.
32 Arg. l.ſi conuenerit.de pign.act.
33 l.ſi pacto quo. C.de pac.
34 l. eum qui. §. quod exigimus.ſ.de conſtit.pec.
35 l.ſi tibi.C.locat.
36 l.vnica. C.de col.thrac. lib.xj.
37 l.ſi fundus.§.fi.ſol.mat. Rub.
38 C. de erog. mil.an. lib. xij.l.in rebus.§.poſſunt.comod.l.fin. C.quod cum eo.
39 Bar.l.j. C.de conſt.pec.
40 Glo.in authen.de fideiuſſ.verb.fideiuſſorem.
41 d.l.j. §.eũ qui l.j.§.denique quod ius.glo.d.l.ſi tibi. vbi Bald.& Fulg.



reſpondemus[1], à firmitate ducta, quia veteres ſtipulum firmum dicebant, vel à ſtipite, vt
Iuſtinianus ſcribit[2], quãuis ego ex Marco Varrone malim à ſtipe vel Græcè ἀπὸ τοῦ ϛυπτοῦ
V. quod ſolidum denſumq; ſignificat. Sed † cùm in ſtipulatione neceſſarius ſit conſenſus,
25 cur magis à verbis, qui à cõſenſu ea obligatio appellatur? et reſponſum extat id eſſe, quia
ſtipulatio abſque verbis contrahi non poteſt. Cæteri verò contractus poſſunt, putà per
epiſtolam vel alio tacito conſenſu[3]. Verba igitur tanquam formam, reſpicientia magis
principaliter attenduntur, quàm conſenſus, qui ad materiam ſpectat[4]. Vnde apparet pro-
26 prium * præcipuúmque in ſtipulationibus eſſe, vt verbis celebrentur. Nec dubium eſt no-
minum appellationem à ſpeciali potiùs, quàm à generali effectu ſumendam eſſe[5]. Solemus
27 enim dicere ſpeciem * generi præferri[6], & certiores eſſe eas rationes, quæ circa particula-
ria verſantur, quàm quæ locis communibus ſolùm innituntur[7]. vnde contractus qui ſpe-
VI. ciali nomine carent, innominati dicuntur[8]. Non† autem hæſitandum eſt, quin ſtipula-
28 tio contractus ſit nominatus[9]: adeò vt ſit contractui innominato adiecta ſit, deſinat ille
contractus eſſe innominatus[10]: ideóque nec pœnitentiæ in eo ſit locus, quòd frequentius
hîc traditum eſt, cuius rei rationem addit Iaſ. quod enim ſtipulatio à ſtipulo, ideſt, firmo
dicatur, non eſt mirum ſi contractum innominatum, qui aliâs debilis eſt, confirmat.
VII. Verùm ardua eſt quæſtio, an ſtipulatio† contractui adiecta eius naturam imitetur, an
29 verò ſecundum proprias vires iudicanda ſit: in qua conſtituendum pro regula eſt ſecun-
dũ proprias vires iudicari [11], cùm enim nouatio nulla ideò fiat,[12] ſatis apparet partes id a-
gere, vt ius iuri addant, electionéque creditor, vtra actione experiri velit habeat, ſicque
ſtipulatio non acceſſoriè, ſed principaliter videtur adiecta, & ideò ſecũdum naturã ſuam
30 regi debet[13]. nam & regulare eſt, vt quotieſcunque vno actu duo, vel plures * contractus
celebrentur, quilibet ſecundum propriam naturam iudicari debet.[14] Hincque ſequitur, vt
ſtipulatio quãuis contractui bonæ fidei ſubiecta ſit, ſtricti tamen iuris eſſe cenſeatur [15]: &
ſecundum eorũ contractuũ naturam diiudicabitur [16]. quod & infrà cenſui[17]. Sed & ſi adie-
31 cta ſit huiuſmodi ſtipulatio emptionis * contractui, nec quidem contrario conſenſu ipſo
iure reſcindetur, ſed ſolius exceptionis ope [18]. & ſi numerationi acceſſerit, non tamen al-
teri proderit, [19] quamuis numeratione, abſenti acquiri tam dominium, quàm hypotheca
32 poſsit [20]. Sed† ſi confeſsioni mutui in chirographo factæ acceſſerit ſtipulatio, ex ſola ſtipu
latione agitur, non ex præcedenti literarum obligatione[21]. nec tali ſtipulationi non nume
ratæ pecuniæ, vel doli exceptio ſecundum naturam confeſsionis obiicitur [22], ſed ſecundũ
propriam naturam iudicatur, vt, ſcilicet, in factum exceptione duntaxat excludatur [23].
probatióque non receptæ pecuniæ ad debitorem pertinet[24]: licet in confeſsione ſecùs ſit.
33 quod Abbas cenſuit[25], & ego alibi aduerſus cæteros defendi[26]. Ad hanc quoque * ſenten-
tiam pertinet, quòd ſtipulatio, *Habere licere.* contractui emptionis ſubiecta, euicta poſſeſsio-
34 ne, vel ſeruitute, committitur [27]. † & tamen ex ipſo emptionis contractu tali caſu agi non
poſſet[28]. nam & eadem ſtipulatio ante ſententiã euictionis cauſa non committitur[29]. cùm
tamen actio ex empto competat [30]. quod & Fulg. cenſuit: licet alij aliter. Quo argumen-
to & infrà cenſui eam ſtipulationem ex facto tertij euincentis non committi: niſi pœna
ſubiecta proponatur[31]. cùm tamen ſecùs ſit ſi actione ex empto agatur [32]. nam & infrà di-
citur ſtipulationem hanc indiuiduam ſimpliciter eſſe[33]: cùm tamen ſi adiecta eſſet promiſ
ſioni dandi, debuiſſet recipere diuiſionem [34], ſi eius naturam imitaretur. Stipulatio quo-
35 que vacuam poſſeſsionem tradi ſicut & ſtipulatio, * *Rem dari.* emptioni ſubiecta ad fructus
non pertinet, & tamen actione ex empto ad eos agi poteſt[35]: procedítque maximè hæc cõ-
cluſio in contractibus innominatis [36]. nec enim alia ratione videntur partes ſtipulationẽ
illis adieciſſe, quàm vt fomentũ eorũ imbecillitati adhiberetur. nec quicquam me mouet
Alexandri Impe. reſcriptũ[37], quod in eius interpretatione demonſtraui, nihil huic ſenten-
tiæ aduerſari: quia ibi de contractu agebatur, qui eſt, *Facio, vt facias.* non autẽ, *Facio, vt des* [38].
Exiſtimaui quandoque etiam ſi ex ſtipulatione ſecundum propriam naturam interpre-
36 tata amplior condemnatio fieret, locum tamen prædictæ concluſioni eſſe. † Si enim adie-
ctio ſtipulationis operatur, vt actus qui per pœnitentiam reuocabilis erat, ampliùs reuo-
cari non poſsit [39]: multò fortiùs debet non ſolùm efficaciorem, ſed maiorem quoque con-
demnationem poſſe inducere [40]. nam & videmus eum, qui promiſit x. aut noxæ ſeruum
dedere, ad vtrunque alternatiuè obligari [41]: cùm tamen priùs ſeruus in ſolutione tantùm
eſſet. Si igitur ſtipulatio facit, vt qui duntaxat in ſolutione erat, in obligatione quoque ſit:
ergo in plus debitorem adſtringit [42]. vnde ſi hic ſeruus citra domini culpam aut moram
decederet, non tamen à quantitate promiſſa liberaretur dominus, [43] cùm ſi ſeruus hic in
facultate duntaxat ſoluendi eſſet, ſecùs iudicaretur.[44] Apparet ergo veram non eſſe Ale-
xandri ſententiam generaliter affirmantis ſtipulationem ſecundum naturam præceden-
37 tis actus reſtringi, ne amplior fiat condemnatio [45]. Excipiuntur † à prædicta conclu-
VIII. ſione tres caſus. Primus eſt in ſtipulationibus prætoriis: cùm enim hæ ex iuſſu prætoris

1 l.v.§.ſtipulatio.ſ.eo.
2 inſtit.eo.in princ.
3 l.j.de pact.l.j.in fi.de contrah.empt.
4 Bar.ſ.l.j.§.ſi quis ita.
5 l.ligni.de leg.iij.l. quæſitum.§.illud.eo.tit.
6 l.in toto.de reg.iur.Bart. l.legatum.de leg.iij.
7 l.i.in fi.ſi quis in ius voc.
8 glo.l.j.de rer.permut.
9 d.l.j.§.adeò.
10 l.ex placito. C. de rer. permut.Bart.l.ij.in fi.C.de cõd. ob cau.
11 arg. l. cum fundo.de ſer. ruſti.præd.l.iij. §.j. de acti. emp.
12 l.fi. C. de nouat. l. ſi duo. pro ſoc.
13 Bar.l.j.§.hæc actio.in fin. ſi quis teſta.lib.
14 l.diuortio. in princip.de neg.geſt.l. ſi remunerandi. §.apud Iulianum.mand.
15 l.in bonæ fidei.de eo qđ cer.
16 Bar.l.ſingularia.ſi cer.pe.
17 l.ſi quis cum aliter.ſ eo. vbi Bart.
18 l.iij.de reſcin. vend.l.emptor.de pact.vbi not.
19 l.certi condictio.§.qm̃.& ſeq.ſi cer.pet.
20 l.i.C.per quas perſo.
21 §.j. inſt. de lit. oblig. Alex.conſ.iiij.j.vol.
22 l. ſi ex cautione. C. de nõ num pec.
23 l cum vltra. C.de nõ nu. pec.vbi doct.
24 l.generaliter.eo.tit.
25 Abb.c.fi.de ſolut.
26 l. qui pecuniam. ſi cert. pet.vbi dixi.
27 l.ſtipulatio iſta.§.i.verb. diſtractum.ſ.eo.
28 l.penult.de euict.l.iij. in prin.de act.empt.
29 l.habere.de euict.
30 l.ſeruus quem. in fin.de act.emp.l.iiij. in prin.e. tit.
31 d.l.ſtipulatio.in prin.
32 l.emptorẽ.§.fi.de act.em.
33 l.iii.ſ.eod.
34 l.ii.§.j.ſ.eod.
35 l.iij.§.j.de act.emp.
36 d.l.ex placito.de rer.per.
37 l.cùm mota. C.de tranſ.
38 l.ſi pro fundo.C.de trãſa.
39 Bar.d.l.qui pecuniã. Bal. & Paulus. l.quamuis. C. de tranſact.
40 Bar.l. qui ea mente.iiij. opp.de furt.
41 l.miles.§ j.de re iud.
42 §.plus autẽ. inſt.de acti.
43 l.græcè.§.ſi quis Stichũ. de fideiuſſ.
44 l.electio. §. ſi is, quẽ.de noxa.
45 Alexand. l. j. ſ. de pact. Mo. hic.

neceſſariò interponatur[1], vlteriùs non adſtringūt, quàm præcedens obligationis neceſſi-
tas vigeat[2], quod & generaliter dicendum eſt in quibuſcunque cautionibus, quæ ex ne-
ceſsitate interponuntur[3]. Idémque in cautione quæ legati, vel fideicommiſsi nomine prę
ſtētur[4] idē rurſus in ſtipulatione, *Iudicatum ſolui*[5]. vel, *Damni infecti*[6], & ſi quę ſimiles[7]. For
tiùs videtur in his ſtipulationibus ea accipienda interpretatio, etiam ſi verba ſtipulatio-
nis repugnarēt[8], vt ea verba quibus ſuprà quàm neceſſarium eſſet, quis ſe obligaret, per
errorem adiecta præſumantur, nec ſtipulatio committatur[9]. Quòd ſi minus promiſerit,
actione ex contractu ſuppleatur[10]. Qua ratione legatarius, qui ſeruum legatum ſtipula-
tus eſt fugitiuum non eſſe, nihil propter præſumptum errorem agit[11]. Quòd ſi ex cer-
ta ſcientia debitor promiſiſſet, ſecùs eſſet[12]. Idem Si omni iure indebitum non eſſet quod
ſolueretur[13]. Idem reſpectus tertij, cui promiſſum per errorem eſt, nec enim hoc ei eſt im-
putandum, qui fortè aliter non contraxiſſet[14]. Sed pone, aliquis condemnatus eſt x. aut
ſeruum noxæ dedere, is victori deinde ſpopondit x. aut ſeruum daturum: an hæc ſtipula-
tio ſecundum iudicati naturam intelligetur? & videretur: promiſit enim id, ad quod ſoluē
dum neceſſariò potuiſſet cogi. Sed tamen * diuerſa ſententia verior eſt[15]: quia nemo co- 38
gitur per ſtipulationē id aduerſario promittere, in quo iam fuerit condemnatus. Sibi er-
go imputet, qui promiſit, & ex ſtipulatu actionem iudicati cauſę adiunxit[16]. Secundus II.
† eſt caſus, cùm expreſsim actum eſt, vt ſtipulatio nouet contractum, & aliqua ſubſit con- 39
iectua, id quoque agi, vt contractus natura obſeruetur, veluti cùm promiſit venditor rem
dare, vacuámq; poſſeſsionem tradere, reſtringetur hoc ſecundum emptionis naturam,
vt traditio ſola compręhendatur[17]: ſicque non fructus, ſed id quod intereſt præſtetur[18]: &
regula, Vt quæ non proſunt * ſingula, multa iuuent[19], cedit contrariæ præſumptioni ex 40
natura venditionis orienti[20]. An (vt ego ſentio) & quia nouatio facta erat: vnde non po-
teſt dici ius iuri additum fuiſſe, & quolibet Secundum ſuam naturam regi meritò inter-
pretabimur nouati contractus * qualitatem hoc caſu repetitam[21], ne ſuprà rei, quæ agi- 41
tur, naturam grauatus venditor videatur. quod alio exemplo Bart. ſenſuit[22]. procedítque
id maximè cùm ſequens ſtipulatio ſub prioris obligationis commemoratione eſt conce-
pta[23]. Tertius † eſt caſus, cùm priuilegium alicui cauſæ conceſſum eſt. Si enim adiicia- III.
tur ſtipulatio, tamen remanet ſaluum priuilegiū[24], cùm & cauſa ipſa ſalua ſit[25] & quam- 42
uis nouata actio proponatur, non tamen cauſa ipſa in dubio cenſebitur nouata[26]. Huc
quoque pertinere poteſt, quod Iaſ. ait ſtipulationem, * quæ vltimis voluntatibus acceſſe- 43
rit, reuocabilem pro libito teſtatoris eſſe[27]. ſubeſt enim cauſa vltimæ volūtatis, quæ vſq;
ad extremum exitum ambulatoria eſt[28]. Conſtat autem non Stipulationem tantum, ſed
& cæteros contractus ſecundum rei naturam ſubiectámque materiam reſtringi[29], etiam
ſi verba impropriè accipiantur[30]. quæ ſemper in dubio * ad diſpoſitionem iuris referri 44
debent[31], & ideò ſi pater ſtipulatur dotem reddi ſecundū iuris diſpoſitionem, filiæ quoq;
reddi ſtipulatus intelligitur[32]. videtur ergo ſtipulatio hoc caſu non tam præcedentis con-
tractus quàm rei ipſius natura inuitari[33], quæ quæſtio à ſuperiore diuerſa eſt. Sed dubi- VIII.
tatur cur lex hanc formam in ſtipulatione elegerit, vt præcedat reſponſionem interroga-
tio, etiam † omnium ferè calculo traditum eſt reſponſionem quæ ad rogatum fiat maio
re cum deliberatione factam cenſeri[34]. Pleriſque enim ſponte offerūt: quæ ſi crederent fo- 45
re vt acceptarentur, non offerrent meritò ergo hac ratione impulſus legiſlator hanc for-
mam maluit eligere, & cùm ratio hæc impulſiua ſit, quamuis ea ceſſet, durat tamen diſpo-
ſitio[35], vt parum me recentiorū argumenta moueant, quibus ſubuertere hanc rationem
toto pede (quod dicitur) conantur. Fortiùs illud obſtat, quod quæ ad petitionem alicuius
fiunt, ſponte facta non videntur[36]: cùm plerique ſint, quibus quicquam denegare non au-
demus. vnde * qui mutuū negat, aut commodatum, infamis non eſt: qui verò depoſitū, no
tatur infamia[37]. in depoſito enim maior creditoris fiducia arguitur. vnde eam fallens ma- 46
gis plectitur: cùm veriſimile non ſit à depoſitario eum rogatum, quòd ſecùs in eo eſt, qui
mutuum aut cōmodatum habuit. Sed certè aliud eſt petitio, aliud interrogatio, item cer-
tis tantummodò in caſibus ſpecialibus lex reuerentiam hanc præſumit: quia quis petenti
denegare non audeat[38]. Hinc inferri poteſt, cùm quis ad primum labiorū motum deprę-
henſus eſt per creditoris acceptationem poſſe eum incontinenti mutare ſententiā: vt * ſi
oblatam à me tibi pecuniam pręter expectationem meam acceptes, poſsim: dūmodò in- 47
continenti, ſubijcere, me eam promiſsionem reuocare ſicut dicimus in cōfeſsione ab ad-
uerſario acceptata, quæ licet ex interuallo non, niſi probato errore, reuocari nequeat[39],
incontinenti tamen abſq; alia probatione, poteſt, quod Bald. & cæteri tradiderunt[40]. nam
† & lubricum linguæ non facilè ad obligationem trahendum eſt[41], & quæ tumultuario
mentis impulſu[42], vel calore quodam licitationis[43], vel nimia animi alacritate[44], pro- 48
mittuntur ad obligationem non pertinet, quod & de verbis iactatoriis traditum eſt[45].
Sed quænam nobis vtilitas maior † ex ſtipulatione quàm ex conſtituto, ſeu pacto ite- 49 IX.
rato,

1 l. in conuentionalibus. §. eod.
2 glo. l. in prætorijs. de præto. ſtip. Doct. l. non ſolum. §. morte de ope. no. nun.
3 l. fi. C. ad l. fal. vbi Ci. Bal. & Corn.
4 l. j. §. belliſsimè & §. ſeq. vt leg. no. ca.
5 l. ſi eum in fi. ſi quis caut.
6 l. damni infecti quidam. de dam. infect.
7 l. Titius in fi. ad Trebel.
8 arg. d. l. in conuentionalibus. verb. neque addere.
9 l. fluminum. §. vitium. l. ſi ædibus. de dam. infect.
10 l. emptori. in fi. de euict.
11 l. ſi legati. de leg. j.
12 l. damni. §. cum parietē. glo. verb. præſtaturū. l. ſed & ſi quis. §. quæſitū. ſi quis caut.
13 d. l. fi. C. ad l. falc.
14 l. qui erat. §. fam. erc.
15 d. l. miles. §. decem.
16 l. iiij. §. ſi ex conuentione. de re iud.
17 l. ſi ſtipulatus. §. de vſur.
18 l. j. de act. empt. l. ſi filiuſfa. §. fi. j. eod.
19 l. j. C. qui num. tut. vbi glo. Bart. l. j. §. ij. de quæſt.
20 l. diuus. in fin. de in integr. reſtit.
21 l. aliam. de nouat. vbi Barto.
22 Bar. l. ſi quis cum aliter. j. eod.
23 l. ſi prior. ſolut. mat. l. qui ſic ſtipulatus. j. eod.
24 l. qui id quod. de don.
25 l. j. §. parui. de priuileg. cred.
26 d. l. aliam. d. §. patui. ad fin.
27 l. fi. C. de pact. vbi Iaſ. l. ij. §. de ſponſ.
28 l. ij. C. de don. cau. mort. l. cum quis. §. j. de leg. iij.
29 l. iiij. §. Cato. j. e. l. ſi vno. loca.
30 l. inſulam. de præſcrip. verb.
31 l. quidam. j. eod.
32 l. poſt dotem, iij. intellect. §. ſolu. matr.
33 arg. d. l. cum mota. & d. l. ſi cum fundo.
34 Bart. l. geriſ. de acquir. hæred.
35 l. j. §. ſexū. de poſtul. l. j. in prin. C. de cad. toll. vbi Corn.
36 Clem. fin. de cenſib. vbi Auchar. v. no.
37 l. j. de his qui not. infa.
38 l. j. §. j. quarū. rer. act.
39 Iaſ. l. error. C. de iur. & fact. ign.
40 glo. c. fi. de iureiur. in vj. verb. iuxta.
41 l. famoſi. §. pe. j. ad l. Iul. maieſt.
42 xvij. q6. iiij. ſunt qui opes. ij. q. iij. ſi quis iratus.
43 l. licitatio. de publ.
44 glo. inſt. de libert. §. ſerui. verb. in balneum.
45 c. cum veniſſent. circa me. l. de inſtit. Iaſ. l. j. §. ij. j. eod. l. diuus. de teſta. mil.



rato, aut aliis contractibus oritur? & cùm pactum iteratum ſpecies conſtituti ſit actióque
ex conſtituto ſit prætoria[1]: ſatis apparet inter conſtitutū & ſtipulationem, intereſſe, quod
interpretorias, & ciuiles actiones[2]. Quod verò ad alios contractus adtinet multa ſunt ne-
gotia, quæ in ſpeciem certi contractus non tranſeunt[3], & ideò ex eis nulla actio datur ni-
ſi ſubiecta ſtipulatio proponeretur[4]. vnde in caſibus quibus pacta nuda cohærentia con
tractus vel rei traditione non confirmantur, quos ſanè plurimos alibi connumeraui, ne-
ceſſaria eſſet ſtipulatio[5]. idem in fideiuſsione[6] acceptique latione[7]: itémque nouatione,
50 * quæ faciliùs verbis, quæ alia obligationis ſpecie inducitur[8]: idémque in cautionibus
iudicialibus quod Paul. Caſtrenſis rectè cenſuit[9]: ſed nos hæc omnia alibi nempe locis
ſuis adſtringemus.

1 §. de conſtitutā. inſti. de actio.
2 l. in honorarijs. §. tit. j.
3 l. iiij. §. de præſcr. verb.
4 l. ex placito. C. de rerum permut.
5 l. legem. l. bonęfidei. C. de pact.
6 l. blanditus. C. de fideiuſ.
7 l. pen. j. de ſolut.
8 l. item illa. §. fi. de conſti. pec. vbi doct.
9 l. omnes. §. in hac. C. de epiſ. & cler. l. cum oſtendimus. §. fi. de fideiuſſo. tut.

## SVMMAE.

2 ☞ *Stipulationem ab interrogante dici.*
6 *Facti idem, iuriſue diuerſo reſpectu eſſe poſſe 9.*
8 *Conuentiones legitimæ iuris, à iure naturæ gentiúmve orta facti eſſe.*
10 *L. conſilio. de cu. fu. ſenſus.*
12 *Verba, non poteſt, ex re accipienda.*
14 *Stipulari epiſtola non, niſi verbis habilibus, poſſe.*
15 *L. non figura. explicari.*
16 *Intelligentiam verborum & mentis colloquio ineſſe etiam non expreſſam.*
18 *Stipulari poſſe verborū ſono abſq; ſenſu, in ſurdo cōtrà.*
21 *Stipulationem certis caſibus præſumi veriùs, quàm fingi. & 26. 27.*
23 *Tutor ſicut pater, tacitè obligatur.*
24 *Pactum nudum iudicio non veſtiri.*
28 *Stipulari ob corporis caſum non poſſe.*
30 *Loqui vetito, ſcribere non licere.*
34 *Muto & ſurdo verbis explicabilia non licere: certis caſibus contrà.*
36 *Mutum ſurdúmve & adoleſcenti vel infanti ſecundum mentem æquiparari.*
39 *Impuberes ſtipulari non poſſe.*
41 *L. ſeruum. rempu. ſal. enucleari.*
43 *Seruis quædam licere, quæ non dominis.*
46 *Licentia auctoriſans verbis fit, in reliquis quouis ſigno.*
48 *Arrogamur verbis, quouis ſigno adoptamur.*
51 *Iurare etiam ſine verbis poſſumus.*
54 *Teſtimonium verbo iurati ſcriptum ſubſiſtere.*
57 *Spiritualia verbis concipienda.*

## LEX I.

1 STIPVLATIO. Stipulatio * ipſa eſt verborum conceptio[10] ex qua
deinde obligatio oritur. Deducitur autem à verbo ſtipulor, quod ſignifi-
2 cat interrogo, vt Accur. cenſuit. Hinc adnota † ſtipulationem nomē aſ-
ſumere ab interrogante tanquam à digniore. Eſt enim dignior, tum quia
ipſe eſt creditor, cui ius quærendum eſt[11]: tum etiam quia interrogatio
eſt principium actus & pars actiua ipſius contractus[12]: colligúntque hinc
3 Doct. rerum * nomina, à dignioribus ſumenda eſſe[13], quod variis exemplis à nobis alias
demonſtratum eſt. Cæterùm, quod ad ſtipulationem adtinet, dubium non eſt, quin ver-
4 bum, ſtipulor, commune ſit quod Priſcianus ait, & ideò ſtipulationis * nomen, ad promiſ-
ſionem quoque referri poſſe[14]. Verùm frequentior vſus obtinuit, vt pro creditore, ſeu in-
terrogante accipiatur, vnde reum ſtipulandi à reo promittēdi diſtinguimus[15]. Meliùs eſt
ergo, vt ſtipulationem ab interrogante dictam credamus, quoniam eius vtilitatem prin-
cipaliter reſpicit. Solent enim & ab eo appellationes nominibus vidi, cuius cauſa res prin
5 cipaliter inuentæ ſunt. Sic * emphyteuſis à meliorationibus nomen ſumpſit[16], quod & de
rei vxoriæ actione traditum eſt. Fortiſsimúmque argumentum eſt, quod ab vtilitate ſu-
mitur[17], quod oſtendit & Caſsianum illud, *Cui bono.* à M. Cicerone nō vno in loco celebra
tum. Vnde & quandoque ex eo indiciū quæſtioni ſufficiens oritur[18], quod Bart. cenſuit[19].
6 Sed hîc dubitant interpretes, an ſtipulatio ſit iuris, vel facti? & cenſuit Alex. † dum confi-
citur, facti eſſe ſicut & cæteros contractus[20], vnde lex dicit, ſtipulationē eſſe verborum
7 conceptionem. Conceptio enim ipſa facti eſt, qua ratione pupillus *, qui ea duntaxat,
quæ facti ſunt ſine tutoris auctoritate explicare poteſt[21], ſtipulari ſibi poteſt[22]. Vbi verò
ſtipulatio iam perfecta eſt, tunc iuris eſſe dicitur: quia ex ea obligatio oritur, quæ iuris eſt,
ſicut & actio[23], & ita communiter receptū videtur. Sed hæc ſentētia ſanè quàm ambigua
eſt, nam & pacta dum conficiuntur, facti ſunt, confecta verò iuris effectus pariunt, id eſt,
exceptionem, quæ iuris eſt[24], & tamen lex manifeſtā differentiam conſtituit inter pacta
& ſtipulationem, tanquam in ſtipulationibus ius in pactis factum verſetur[25], igitur ſcien-
8 dum aliquid iuris vel facti eſſe vario modo accipi[26]. Sed, quòd † ad rem præſentē adti-
net, lex ea, quæ iuris ciuilis ſunt, ſiue origine ſiue approbatione, iuris eſſe interpreta-
tur[27]: quæ verò iuriſgentium, ſeu naturalis duntaxat ſunt nec à lege ciuili aliquo
fomento iuuantur, facti eſſe cenſet, qua ratione alibi oſtendi poſſeſsionem natura-
9 lem facti eſſe[28]: ciuilem, iuris[29]. † Sic pacta iuſta, id eſt, quæ veſtita, ſint ſeu quæ lex ci-
uilis approbarit, iuris quoque eſſe ego arbitror[30], qua ratione & contractus nomi-
natos credibile eſt iuris eſſe[31], licet & facti dici poſsint propter originem iuriſgētium[32].

10 l. v. §. eod.
11 l. iij. in fi. C. de nouat.
12 l. ij. de ori. iur. l. j. de reg. cat. vbi Bar.
13 l. j. de ſerui. vrb. prædi. vbi Flor.
14 l. ſi non ſortem. §. pe. de cond. ind. l. magnam. C. eo. §. j. in auth. de æqual. dot.
15 l. j. §. tit. j.
16 l. j. C. de iur. emphy.
17 l. j. §. ſi autē neceſſe. ne quid in loc. pub. vbi Abb.
18 l. j. §. ille autē. C. de lat. li. tol. dixi. parer. li. ij. c. xvi.
19 Bar. l. fi. de quæſti.
20 l. conſilio. in fi. de cur. fur.
21 l. j. §. j. de acqui. poſſ.
22 §. pupillus. inſt. de inut. ſtipu.
23 inſt. de reb. corp. §. j.
24 l. j. vbi Bart. de excep.
25 l. ſi vnus. §. pactus ne. de pact.
26 dixi lib. j. cap. vlt. parad.
27 c. j. de conſtit. in vj.
28 d. l. j. §. j. & l. donique. ex quib. cau. maio.
29 l. poſſeſsio. de acq. poſſ.
30 l. ſtichum. §. naturalis. de ſolu.
31 §. j. inſt. de ſtip. ſeruo.
32 d. l. an inutilis. in fin. de excep.

Nam quod lex ait † venditionem magis facti, quàm iuris eſſe [1], de facto intelligit, id eſt, 10
adminiſtratione curatoris. vnde nihil ad præſentem materiam facit, vel de facto, intelli-
gitur, id eſt, iure naturali ſecundum quod alteri per alterum quęri poteſt [2].

NON POTEST. Solet vulgò dici *, negatiuam verbo, *Poteſt.* prępoſitam om- 11
nem actum radicitus infirmare [3]. vnde conſequens, eſt, vt hîc probetur adeò in ſtipulatio
ne neceſſaria eſſe verba, vt alias nec naturalis quidem obligatio oriatur [4]: Et ideò cen-
ſeantur verba ad formam ſtipulationis pertinere. qua forma neglecta, actus omnino eſt
nullus [5]. Ego † non dubito, quin clauſula hæc, *Non poteſt.* declarationem ſecundum ſubie 12
ctam materiam recipiat: vt ſi prohibitio ſit, ex defectu formæ, vel ſubſtantiæ procedat cō
munis interpretatio [6]. Quòd ſi ea prohibitio materiam reſpiciat, ſecùs ſit [7]. non enim ta-
li caſu impeditur, quin ſaltem obligatio naturalis oriatur [8]. Idem ſi ad ſolennitatis defe-
ctum referatur [9]. Sed & ſi ad iuris publici rigorem reſpiciat, cui æquitas naturalis reſiſtat,
non impediet, quominùs exceptione conſulatur [10]. nam & ciuili quodam loquendi mo-
do dicimur non poſſe, quod cōmodè vel quod honeſtè [11], non poſſumus [12], vel quod nolū
mus [13]. Voluntas * enim & poteſtas plerunq; iungūtur, & mutuo auxilio innitūtur [14]. Sed 13
dubitat hîc Bal. & recentiores, an ſi præſens præſenti Epiſtolam † porrigat, in qua ſit inter 14
rogatio, & ille per aliam Epiſtolam reſpōdeat, dicatur contrahi ſtipulatio, & ſi aliqua ver
ba congruè acceſſerint, putà, *Promittis, quòd hac Epiſtola continetur? Promitto.* Non eſt dubium
valere ſtipulationem [15], idem ſi ſimpliciter dictum ſit, *Promittis? Promitto.* Et in Epiſtola
ſcriptum ſit de qua re danda agatur [16]: res enim ipſa non formam ſtipulationis, ſed ma-
teriam reſpicit: & ideò neceſſe nō eſt in ea ad verborum obſeruationē reſpicere [17]. Quòd
ſi ſuprascripta verba non interuenerint, receptius, veriúsq; eſt nullam eſſe ſtipulationem.
Aliud enim eſt loqui quod in ſtipulatione neceſſariū eſt, aliud Epiſtolā tradere [18]: alioqui
hoc modo & mutus ſtipulari poſſet. quod tamen lex noſtra non admittit. Nec quemquam
mouere † Vlpiani reſponſum debet [19], quo traditum eſt ad inducendam obligationem, 15
idem poſſe ſcripturam, quod voces lingua figuratas: quia de aliis contractibus intelligen-
dus eſt Vlpianus nō de ſtipulatione [20]. ſi quidem Accurſ. ibi, quem cæteri ſequuntur, de li-
terarum obligatione loqui cenſuit, quæ, lapſo biennio, pariter obligat, ac ſi verba verè in-
teruenißent. idq; propter legis præſumptionem [21]. & ideò obligari nos ait, quatenus pla-
cuit, nō minùs valere ſcripturam &c. hoc autem eatenus ſolū placuit, quo exceptio non
numeratę pecuniæ ampliùs obiici propter lapſum tēporis nō poſsit. Ego Simpliciter ver-
ba Vlpiani ad illud Epicharmi Philoſophi referēda arbitror, quòd mens, inquit, videt, nō
oculi [22]. Sic Vlpianus orationi ipſi quæ à mente proficiſcitur, nō literarū characteribus di-
ſpoſitionē tribuit. Sanè Crotus hîc locis quibuſdam vulgaribus ſcholaſtico more aduer-
ſus ſuprascriptam ſententiam diſputat, quos quia nullo negotio diſſolui poſſunt, omitto.

VTROQVE LOQVENTE. † Subaudit Bar. & ſermonis efficaciā intelli- 16
gente. Sed hæc ſubauditio non videtur neceſſaria duplici ratione. Prima, quia ſi conſtet
vtrunq; ſimul locutū, pręſumendū eſt ſe quoq; intellexiſſe [23]. Præſentia enim arguit ſcien
tiā; & notarius, qui ſcripſit actum Titio pręſente, cenſetur ſcripſiſſe, & intelligente [24], quod
alibi diſputaui, quæ interpretatio in caſu noſtro maximè procedit: cùm enim pręſuppo-
namus fuiſſe rectè & ad propoſitū reſponſum, credendum eſt mutuò eos ſe intellexiſſe [25].
Altera ratio eſt: quia etiam ſi efficaciam ſermonis non intellexerint, tamen videtur ſtipu-
lationem adhuc ipſo iure valere. propter enim vim verborum, & formæ obſeruationem
debet ipſo iure actus cōſiſtere: licet agenti obſtaret exceptio [26]. nam & qui dolo * aliquid 17
ſibi dari ſtipulatur, ab errante, & non intelligente ſtipulatur [27]: & tamen mero iure valet
ſtipulatio [28]. Sed quærunt hîc interpretes, quid ſi aliquis ſonum quidem verborum audiat
ſed ſenſum nō percipiat, vt quia ſurdaſter ſit, poterítne ſtipulari, ſi nutu ſenſum percepe-
rit? & recepta eſt Bartoli ſententia, † vt ſtipulatio valeat [29]: ſicut enim valet ſtipulatio, 18
cùm latinè interroganti gręcè reſpondetur, quamuis ſtipulator græcè neſciat: dum tamen
interpres adſit [30], ita & hoc caſu valere debet: ne minùs poſsit ſignificatio, quæ nutu fit,
quàm quæ per interpretē. non enim interpres magis ad ſtipulationis ſubſtātiam pertinet,
quàm nutus. ſatis ergo eſt, ꝙ vterq; ſit locutus, quódq; inuicem ſonum verborum exaudi-
uerint: licet per nutum duntaxat intellexerint, quicquid Iaſ. hîc comminiſcatur. Cuius
ſententia eo caſu defendi poteſt, quo verba ipſa * congrua non fuiſſent, nec obligationis 19
alicuius ſignificantia, vt cùm agitur vt per A. ſignificetur promittis. per B. promitto [31].
Vocabula * enim iuriſgentium immutabilia ſunt, nec à partibus fingi poſſunt [32]. Po- 20
teſt & defendi, cùm adeò ſurdus erat ſtipulator, vt nec ſonum quidem audierit [33]. tametſi
enim allegaret ſe ex motu labiorum intellexiſſe, nihil ageret [34]. quod in neſcio quo Nel-
lo Bartol. hîc tradit. Ridiculum enim eſt credere ex ſolo motu labiorum poſſe ſermo-
nem intelligi [35]. Sed nunquid ſuprascripta procedant in ſtipulatione ficta? & Docto-
res tradunt fingi ſtipulationem etiam, quod verba aliqua non interuenerint, vt cùm
mulier

1 d.l.conſil.§.quæſitum.
2 l.ij. C.per quas perſo.l. ea.ff.de acq.rē.do.
3 gloſ.c.j.de reg.iur. in vj. Iaſ.l.Gallus.in prin. de lib. & poſt.
4 infrà eadē l.§.ſi quis ita.
5 l.inter cætera.de liber. & poſt.l.mulieris.§.j.de verb. ſignifica.
6 gloſ.d.c.j.
7 Imol. & Angel. cū lex. de fideiuſſ.
8 l.ſtipulatio iſta. §.alteri. de verb.obl.
9 l.obligari.de aut.tut.
10 l.nemo poteſt. cū gloſ. de leg.j.
11 l.filius.de cōdi.inſt.xxij. q.ij.faciat.
12 l.nepos.de verb.ſig.
13 c.literas.de reſti.ſpoli.
14 l.j.§.vſus.de procur.
15 Bart.l.ſi ita ſcripſero.de cond.& demonſtr.
16 gl.l.triticum.j.eod.
17 arg.d.§.ſi quis ita.verb, dabis.j.ead.lege.
18 l.Titius.de cōſti.pe.vbi Bart.
19 l.non figura.ſ.tit.j.
20 l.ſi ſtipuler.§.fi.j.eod.
21 Inſti.de litera.obl. verſ. pland.
22 Argu.l.Labeo.in fin.de ſup.legat.
23 gl.ſi tutor. C.de peric. tut.vbi Bald.
24 l.coram.de verb.ſig.
25 l.de ætate. §.quòd autē, de inter.act.
26 §.j.inſt.de excep.
27 l.ſi per errorem.de iur. om.iud.
28 l.dolo. C.de inutil.ſtip.
29 l.j.in fi.ſ.titu.j.& d.§.ſi quis ita.
30 infrà ead.l.§.fi.
31 gl.§.j.verſ.ſed hæc ſolēnia.Inſtit.de verb oblig.
32 l.iiij.de leg.j.
33 §.mutum. Inſti.de inutil.ſtip.verb.omnino.
34 l.Labeo. ī fi.de ſup.leg.
35 l. mutum. de ædil.edic. l.j.in princ.C.de offic.præf. præto.Afric.



mulier dotem dedit, nec ſibi expreſsim cauit [1]. vel cùm fideiuſſor tutoris nomē ſuum actis
inſcribi patitur [2]. videtúrque ijs caſibus agi ex ſtipulatu & quidem directè: quia lex fingit
partes ipſas eſſe ſtipulatas. quod ſi fingeret ſeruum publicum ſtipulatum, tunc ageretur
21 vtiliter [3]. Adnumerant & alios caſus doctores, in quibus ego † non temerè crederem fingi
ſtipulationem, veluti cùm ex ſcriptura alicuius lex actionem dat [4]. Exiſtimauerunt enim
non fictione id induci, ſed pręſumptione legis firmiſsima, qua lex interpretatur omnia
ſolenniter acta [5]. ſicut & cum quis longo tempore vſuras ſoluit, non fingitur ſed præ-
ſumitur ſolenniter promiſſas fuiſſe [6]. Idem cùm verba aliquo modo mentem con-
trahentium arguunt, vt quia ſaltem conditionalia [7]. vel quia de tranſlatione perſonæ
tantùm ageretur [8]. Idem cùm de renuntiatione iuris ſui tractatur [9]. Nec enim vlla eſt
22 ratio, cur tunc ſtipulatio fingatur; cùm ſola renuntiantis voluntas * ſufficiat [10]. ſed & qui
bus caſibus proinde quis tenetur ac ſi fideiuſsiſſet, putauerim tamen non fingi neceſſariò
ſtipulationem: quāuis enim fideiuſsio expreſſa citra ſtipulationem fingi nequeat, tamen
23 ſecùs eſt in tacita, ſeu legali [11]. Nam & tutores perinde † tenentur, ac ſi alter pro altero fide
iuſsiſſet [12], et tamē nulla in eo caſu fingitur ſtipulatio [13]. Imo ſolùm affirmatoribus æquipa
rantur, quos conſtat ex ſtipulatu non conueniri [14]. ſicut pater qui pręſens nominationi filij
tacet, videtur conſentire & pro filio fideiubere [15]. & tamen nō conſtat ſtipulationē vllam
tali caſu fingi, ſed ſolū ex tacito conſenſu obligari [16]. quod potiùs auctoritati legis tribuen
dum, quā fictę ſtipulationi [17]. Meritò ergo hiſce caſibus lex ſimpliciter ait nō directam, ſed
24 vtilem actionem aut officium iudicis dari [18]. Sed quid reſpondebimus, † quoties pactum
nudum in iudicio celebratum proponatur, an calore iudicij actionem pariet? & conſtat
non parere [19]. nec in hoc vlla eſt altercatio. Verùm in eo magna eſt controuerſia, quid ſi
tale pactum adiuuandi iudicij cauſa factū ſit? & hoc quoque caſu idem videtur dicendum:
non enim temerè à regula recedendum eſt, vt pacta nuda actionem nō pariant. Quamuis
25 ergo iudicij fouendi cauſa adiectū ſit, idem tamē cenſebimus [20]. vnde ſi fideiuſſor * tacitè
ſinat nomē ſuum actis inſcribi, non tamē tenebitur, niſi pupilli quoque fauor id ſuadeat [21].
26 Et ita cōmuniter receptum eſt. † ſi tamen ſcripſerit aliquis apud officium ſe cauere, intel
ligemus legitimè, id eſt, per ſtipulationem cauiſſe [22]. Idem cùm actor ſportularum cauſa li-
bello ſubſcribit, & fideiuſſorem præſtat, præſumetur per ſtipulationem id factum: & ideò
cōdictio dabitur [23], ne, ſcilicet, videatur leuiùs ſe obligaſſe, quàm fideiuſſorē. Sunt tamen,
qui pactum ſpeciali illo caſu veſtiri non præſumpta ſtipulatione, ſed legis auctoritate cen
27 ſeant [24], quæ interpretatio receptior eſt. † Addunt recentiores alium quoque caſum præ-
ſumptæ ſtipulationis, vt cùm ſpondeo me cētum tibi promiſſurum: quamuis enim deinde
non promittam, tamen ratione circuitus euitandi fingor promiſiſſe [25]: quam ſententiam
rectè Decius improbat [26]: & nos quoque falſam eſſe oſtendimus [27].
28 NEQVE MVTVS NEQVE SVRDVS. Cùm mutus † loqui non poſsit,
neq; ſurdus audire, meritò neuter ſtipulari poteſt: cùm lex eū, qui ſtipulatur, requirat, vt lo
29 qui &, exaudire poſſit. Quomodo ergo huiuſmodi homines ſcriberēt, nihil agerēt: quia *
qui ſcribit, nuo dicitur loqui [28]. quod maximè procedit, cùm poſt ſcribētis mortē epiſtola
reſignatur [29]. Et hinc ſequitur, vt lex, quæ prohibet, ne veſtalē quiſquam adloquatur, in eo
30 locum non habeat, qui ad eam dederit religioſam epiſtolam [30]. Si † tamen eadem ratio in
ſcriptura ſit, quæ in ſermone, videtur legem prohibentem loqui, ad eum produci debere,
qui ſcribit [31]. vnde cùm lex prohiberet, ne quiſquam cum hoſte publico colloqueretur, re-
ceptum eſt, nec epiſtolam quidem mittere eos poſſe. Lata enim vocabuli ſignificatione
& qui ſcribit, loqui vel dicere cenſetur [32]: ſicut & audire, qui epiſtolam legit [33]. Fiet ergo ex-
31 tenſio hoc * caſu etiam in pœnalibus [34] maximè, cùm aliâs facilè eluſoria ſtatuti diſpoſitio
reddi poſſet [35]. Nam ſicut tali caſu lex facientem prohibens locum habet etiam in eo, qui
per procuratorem facit [36], nedum qui per nuntium [37]: ita & dicendum in eo, qui epiſtolam
mittat. Nec me mouet Socini argumentum quòd non tanta ſit ratio in ſcribente ſicut in
loquente [38]: cùm pleraque ſcripturæ credere non audeamus, quę tamen loquendo adduce-
32 remus. Faciliúſque quis in ſentētiam * viua oratione trahatur, quàm ſcripto, aut nuntijs [39].
Reſpondeo enim haudquaquam veriſimile eſſe legiſlatorem hanc facilitatem perpen-
diſſe, ſed ſolum id egiſſe, ne vllo modo cum hoſte publico quicquam tractaretur [40]: & cùm
id ſtatutum fauore publicæ ſecuritatis editū fuerit, ampliorē recipiet interpretationem [41],
& ad eum caſum trahetur, in quo non tanta ſit ratio [42]. qua de re nos libro de verbo. ſig. II.
33 plura tractauimus. Cæterùm adnotant hîc Doct. mutum, aut * ſurdum, quod ad cōtrahen-
dam ſtipulationem adtinet infanti æquiparari. quod optimè procedit in hac obligatione,
34 quæ verbis cōtrahitur [43]. Qua † ratione neque tutelam gerere tales poſſunt: cùm ius aucto-
randi nō haberent. ſiquidem auctoritas verbis interponi debet [44]. Idem neque iudices eſſe
poſſunt [45]. Multa enim iudices verbis explicare tenentur [46]: vnde & neque arbitri [47], neque
procuratores quidem ad iudicia conſtituuntur [48]. exceptis autē iſtis caſibus ſi quis ſurdus
aut

1 l.j.in prin.C.de rei vx.§. fuerat.Inſt.de act.
2 l.cùm oſtendimus. in fi. de fid.tut.
3 l.his verbis.de adopt. l.j. §.planè.de mag.con.
4 l. eum pro quo.de in ius voc.auth.generaliter.C.de epiſc.& cler.
5 l.ſciendum.j.eodem.
6 l.cum de in rē.ſ.de vſur.
7 l. ſi ita ſtipulatio. de op. lib.glo.l.reſcriptum. §.j.de pac.
8 l.quamuis.§.pe.ad Velle.
9 l.j. §. j. à quib.appē.non: hic.l.ex ſentētia.vbi Bar.de teſt.tut.
10 Gloſſ.l.j.C.de pac.
11 Bart.l. reos.de duob.re. op.iiij.Barto. c.conſtitutus in fin.de fideiuſſ.
12 l. j. §. nunc tractemus. de tut.& ra.
13 Bart.d.l.reos.
14 l.ſi vero.§.ſi quis mādauerit.mand.l. & elegauter. §.fin.de dolo.
15 l.ij.ad municip.
16 l.ſi filius.de tutel.l.ij.C. de fil.fam.lib.x.
17 l.legitima.de pact.§.ſuper hoc.in auth.vt nul.iud.
18 l.ſi finita. §.elegāter. de dam.infec. gloſſ.ij. §. item ſciendum.ſi cui plus quam. per leg.falc.
19 l.ſiue apud. C.de tranſ.
20 l. omnes.§.in hac.ij.C. de epiſc.& cler.
21 d.l.cùm oſtēdimus.§.fi.
22 d. l. eum pro quo.de in ius voc.d.l.ſciendum.
23 Authen.generaliter.C. de epiſc.& cler.
24 l.legitima.de pact.d.§. ſuper hoc.
25 Ioan. Andr. in rubr. de oblig.in Spec.
26 Dec.l. cùm fundus.§.j. ſi cert.pet.
27 l.ſi pœnā.l.ſi qs.iiij. j.e.
28 l.Labeo.de ſupel.leg.
29 l.miles.de leg.ij.
30 l.itē apud. §. meminiſſe.de iniur.
31 Arg.d. l.item.§.feciſſet.
32 §.fin.Inſt.de vſu & hab. cle.j.§.hæc eſt.de ſum.trin.
33 l.Solent.§.fi.de offi. pro conſul.
34 l.ſi vxor.§.j.de adul.
35 Gloſſ. fi.ca. quanquam. de vſur.in vj.
36 l.iij.§.ſi ꝓcurator.quod quiſque iur. vbi doct.
37 l.diuus.§.ſcribere.đ fal. Bar.l.iij.§.j.de leg.pręſt.
38 c.vbi periculum. §.nulli.de elect.
39 l. ſi in tres.de arb.l.j.C. de offic. com.ſacr.pal.
40 l.j.verſic. qui ne hoſtibus.ad leg.Iul.maieſt.
41 l. quemadmodum. vbi Bar.de agr.& cenſ.lib.xj.
42 c.ſi.de ſim.l.ij.§.ex his. vbi Soci.j.eod.
43 c.paruuli.de conſecrat. diſt.iiij.vbi Arch.
44 l.j.in fin.de intel.l.pen. de leg.tut.
45 l.iij.de auc.tut.
46 l.cum prætor.§.pen.de iudic.
47 l.j.C.de ſent. ex breuic.
48 l.Sed & ſi ſeruum. in fi. de arb.

aut mutus ſit[1],qui & ſani ſit intellectus & rebus ſuis ſupereſſe poſsit,omnia faciet,quę cęte-
ris cōceſſa ſunt. æquiparātur enim tales maioribus xxv. annis. Vnde hîc dicitur eos obli-
gari actione, *Quod iuſſu.* poſſe,& alibi hæreditatis adeūdę ius illis nō denegari[2],nec bonorū
poſſeſsionis perſecutionē[3]. Poſſunt & teſtari ſeruata legis diſtinctione[4], poſſunt vxorem
ducere[5], poſſunt bona ſua donare[6], poſſunt delinquere[7], poſſunt pro teſtimonio exhibita
ſcriptura dicere[8] & denique cętera facere quæ maiores. * Sed quid ſi rebus ſuis propter de- 35
bilitatē ſupereſſe non valeant?& receptū eſt illis dandum curatorem[9]. ſed dubium eſt tali
caſu cui æquiparabitur an infanti,an pupillo,an adoleſcenti?& Doct.ex intellectus quali-
tate diſcernendum id arbitrātur:vt ſi nihil intelligat,infanti ſit ſimilis[10]: ſi verò aliquid in-
telligat,licet tenuiter,pupillo ęquiparetur[11].Nec refert, quod aliquem actū perfectè intelli
gat:quia nō ideò minus æquiparabitur pupillo, vt Bar.hîc exiſtimauit:cuius ſententia tali
caſu defendi poteſt. Idémque generaliter cùm ei curator dans proponitur.quod Ruin. hîc
ſentit:ſaluis tamen ijs quæ extra curatoris adminiſtrationem ſunt[12].Ego † ſimpliciter iſtos 36
adoleſcētibus comparari arbitror:nec inuitos accipere curatorem[13]: ideóque valere con-
tract⁹ ab eis factos[14]. Quòd ſi eis datus ſit curator,cēſetur iudex ea datione interloquutus
quo ad ea,quæ ad patrimonij adminiſtrationem pertinēt,prodigi, vel pupilli inſtar eſſe[15]:
Quòd ſi nullum intellectum habeāt,tūc etiam infanti comparari verius eſt[16], omninóque
eis dandum curatorem.Hinc inferunt aliqui, ſi * mutus, vel ſurdus contractu ſuo ſit læſus 37
ei ſicut adoleſcenti reſtitutionem in integrum concedendam eſſe[17]. quod ad apoplecticos
cæteróſque perpetuo morbo laborantes quibus curator decerni poteſt Socinus hîc exten-
dit[18]:& nos ſequimur,ſi morbus ipſe cauſam læſionis dederit[19].

NEQVE INFANS. Infans * dicitur puer vſque ad ſeptennium[20]:quia licet vo- 38
cem ante id tempus habeat, tamen quod omni ratione caret,non dicitur fari. Vox enim
ſine ratione non dicitur vox: vnde & furioſus dicitur carere voce[21]. & qui inarticulatim
loquitur nō cēſetur loqui[22]. & fari proprie eſt cū aliquo ſenſu loqui,vnde fatū & faſti dies
dicuntur.Infans ergo † duplici ratione ſtipulari non poteſt.nempe quia in eo ratio deficit, 39
ideſt,conſenſus:& etiam vox intellectus ſignificatiua[23]. Vnde conſequens eſt, vt etiam ſi
maior infante ſit,vt quia pupillus octo,vel nouem annorum, adhuc non eſſet ad celebran
dam ſtipulationē admittendus,tanquā adhuc in eo deficeret conſenſus.Neque enim talis
ætas aut ſcire,aut diſcernere poteſt[24].Et ideò * lex ait talē non intelligere,quid agat[25].Sed 40
tamen ex benignitate quadam propter vtilitatem fauorabiliter hoc eis præſtitum eſt, vt
ſtipulari poſsint[26]. rectè igitur ſenſuit Caius poſſe eiuſmodi ętatis puerū ſtipulari rem pu-
pilli ſaluam fore[27].Et licet Accur.ſpeciale in illa ſtipulatione eſſe cenſeat,vt etiam infans
admittatur,quem Bar.& pauci alij ſecuti ſunt:tamē † receptior eſt eorum opinio,qui Caij 41
reſponſum in pupillo intelligunt.nihílque ſpecialiter in ea ſtipulatione conſtitutum autu-
māt[28]. Neque enim vlla maior ratio ſuadet, vt infans ſibi ſtipuletur rem ſaluā fore,quàm
magnam pecuniæ quantitatem dari.Nam & conſentire non poteſt, vt ad legitima naturę
iura reducatur:& ideò reſcripto principali opus eſt, vt receptior ſe habet[29] ſentētia,quod
ſi nihil ſpeciale lex induxit eo caſu,quo de abluenda eius perſonæ macula agitur, multo-
minus credibile eſt hac in ſtipulatione id inducere voluiſſe[30].

SI QVIS IGITVR. Quāuis ergo * mutus,ſurdus,aut infans ſtipulari per ſe non 42
poſsint per ſeruum tamen poſſunt.Híncque apparet eam regulam limitari, qua traditum
eſt,† an capere ſeruus poſsit ex perſona domini diiudicandū eſſe[31].ſed quænā eſt limitatio 43
nis ratio?an quia tales non ſunt ſtipulationis incapaces,ſed ſolùm eis inſtrumētum vocis,
vel auditus,vel cóſenſus deeſt,quod per ſeruum ipſorum ſuppleri poteſt[32]:an quia ſatis eſt
domino in quē acquiſitionis capacem eſſe,licet in ea ſpecie ex accidenti non ſit[33]: an quia
tales perſonæ propter delictum aliquod incapaces non ſunt: nec enim naturæ quicquam
imputandum eſt.meritò eis acquiri per ſeruum poteſt, quod aliâs per ſe nō poſſet[34]. ídque
& Bar.cenſuit[35]. qua ratione fuerūt, qui exiſtimarent ſeruo poſthumi * alieni iure veteri 44
legari potuiſſe[36], tametſi ipſi domino nō poſſet[37]. Corrigebatur enim incertitudinis ratio
per ſerui perſonam,quæ certa erat.

ITEM SI QVIS. Vt ergo * quis obligetur actione, *Quod iuſſu.* ſatis eſt ſi iuſſus ex 45
ſcripto interuenerit[38].quod ſecùs eſt in auctoritate.ea enim pręſtari à tutore vel curatore
expreſſim,ideſt prolatis verbis debet[39].vnde pręſentia,& taciturnitas non ſufficerent,niſi
in conſequētiam aliquorum verborum ſaltem interponeretur[40] quod clariùs procederet,
quando lex municipalis requireret parabolam. intelligitur enim hæc vox ex vulgari ſer-
mone de auctoritate verbis interpoſita[41]. Sed quid † ſi cōſenſum requireret?quid ſi licen- I.
tiam?& Io. And. Lapúſque exiſtimarūt expreſsionem verborum eſſe neceſſariam[42].Ego 46
diſtinguendum arbitror, an conſenſus vel licentia loco auctoritatis requiratur, & vera
ſit ſuprâſcripta ſententia, aliâs ſufficiat,quomodocunque de voluntate conſtet[43].videtur
autem conſenſus * per modum auctoritatis requiri, quoties expreſsim pro forma in ipſo 47
actu

1 l.mutus.de procur.
2 l.mutum.de acq.hær.
3 l.fin.de bon.poſſ.fur.
4 l.diſcretis.C.qui teſt.fac.
5 l.mutus. de iur.dot.
6 l. qui id quod. §. mutus. de dona.
7 l. ſi quis in graui.§.mutum.ad Sylla.
8 Gl. c.teſtes.iij.q.ix. doct. c.de teſtibus extra.de teſt.
9 l.dabim⁹.de priuil.cred. l.cui eorum. de poſtul. §. j. Inſt.de cur.
10 l.ſeruo inuito. §.penul. ad Treb.
11 l. Fulcinius. §. adeò. in fi.quib.ex cau.in poſ.ea.
12 l. j. §. fuit quæſitum. ad Trebel
13 d.§.j.
14 l. qui id quod. & d. l. mutus.
15 l.ſi curatorem. de in integ.reſtit.C.
16 d.l ſeruo §.pen.
17 d.l.ſi curatorem.
18 Arg.l.ij.C.de cur.fur.
19 Arg.d.l.ſi quis in graui. §.mutum.verſic.ſed vbi:de S.C.Sila.
20 l.ſi infanti.C.de iu.deli. l.ij.§.ſufficit.de adm.tut.
21 l. ſancimus.C.ad Treb. vbi Bal.& Corn.
22 l.Labeo.in fi.d ſup.leg.
23 l.mulier.vbi Bal.ſ.eod.
24 l.pupillus.de acq. hær.
25 l.j §.pen.ſ.tit.j.
26 §.pupillus.Inſt.de inutil.ſtip.
27 l.ſeruum. rem pup. ſal.
28 Marr.Petr.Bald. Imol. Rom. Alexa.mod .omnes.
29 l.iubem⁹.vbi doc.C.de emanc.lib. Curt. conſi.lxv.
30 l.iuſtiſsimè. in prin. de ædil.edic.
31 l.ſi mihi & tibi §.regula.de leg.j.
32 §. ei q. Inſt.de inut.ſtip.
33 l.debitor.§. fi.de leg.ij.
34 l. Antiſtius.in fi.vbi gl. de acq.hær.
35 l.Labeo.§.j.de vſuc.
36 l.eius ſeruum. vbi Bar. de hær.inſt.
37 §.poſthumo.Inſ.de leg. l.Gallus.de lib.& poſth.
38 l.j.reſpō. ij. quod iuſſ.l. ſi quis mihi.§.iuſſum.§.pater.de acq.hær.
39 l.j.in fi.de tutel. l.iij.de auc.tut.
40 l.is qui hæres. in fi.de acq.hær.vbi Bal. Aret.l.Gallus.de lib.& poſt.
41 Bal.conſil. ccxiii.in ij.
42 c.ſi abbatem.de elec.in vj. Lap.alle.8 c.Bal.l.obſeruare. §. poſt hæc. in fi. de offic.procon.
43 l.ij. §. voluntatem. Solut.matr.vbi Aret.



actu requiritur[1]. vel ab eo præſtandus eſt, cuius nihil intereſt, vt cum agnatus contractibus
mulierum conſentit[2]. videtur enim id à ſtatuto requiri, vt imbecillitas fœminei ſexus ſup-
II. pleatur. Sed † quid in adoptionibus? an neceſſarius erit expreſsius conſenſus? & Accurſ.
48 cenſuit eſſe: quia lex requirit, vt is, qui adoptat, roget, an is, quem adoptaturus eſt, iu-
49 ſtus ſibi filius eſſe velit[3]. Vnde * arrogatio inter abſentes fieri non poteſt[4]. fuêre tamen,
qui contradicerent: quia non ſequitur: lex vult filium rogari, ergo verbis rogandus eſt.
Quid ſi epiſtola?quid ſi nutu? vel quoquo alio ſigno[5]? alibi certè lex ſimplicem volūtatem
requirit[6]. Vnde tacita videtur ſufficere[7]. Mihi in arrogatione probabilior videtur prior
opinio:in ſimplici verò adoptione hæc poſterior: niſi quòd in patre naturali,qui loqui non
III. poſsit,ſufficit ſi quoquo modo conſentiat[8]. Quid autem in iuramēto ſit, non modica eſt
altercatio.& exiſtimarunt veteres in eo neceſſariam eſſe verborum conceptionem[9]: quia
50 lex verbum pro iureiurando accipit[10]: & quia iurare * diffinimus eſſe aliquid Deo teſte di-
cere[11]: & iuramentum eſſe ipſius iurantis vocem[12].quod intelligit Caſtr.Aretin. Alexā.hîc
in eo verum eſſe,qui loqui ſciat[13], aliàs in muto admittetur iuramētum etiam citra expreſ-
ſionem verborum: nam & in matrimonio idem receptum eſt, vt in eo qui loqui poſsit, ne-
51 ceſſaria ſint verba alioquin ſufficiat tacitus conſenſus[14].ſed ego pontificiorū † ſententiam
magis probo, qui indiſtinctè non eſſe neceſſariam verborum expreſsionem in iuramento
cenſuerunt[15]. quoniam nulla hoc lege conſtitutum reperitur. Lex enim non verbum pro
iureiurando accipit, vt vulgò traditum eſt, ſed potiùs pro fide publica & ſecuritate, quam
52 præſes alicui ad tempus concedit[16]. quod ex nouella, & Græco autographo ſatis oſtendi-
tur. Suadet hoc & ratio:cùm * enim iuramentum Deo principaliter præſtetur, non eſt cre-
dendum formulam verborum vllam ab eo requiri, ſed nudam mentem,ſeu conſenſum[17]:
53 vnde & per nuntium,& epiſtolam * iuramentum præſtari poteſt[18].Et hanc ego ſententiam
IIII. ſequor, quam & forenſium operarum vſus approbat. Sed quid in teſte dicendum? & ſi
54 pro teſtimonio ſolam † ſcripturam adfert, non eſt dubium non probare[19]:quod ſi expreſsis
verbis iurauerit,deinde ſcripturam afferat,cenſuit Bart.id fidei faciendæ ſufficere[20]. con-
trà non pauci Pontificij[21]. quoniam iudex debet ad conſtantiam, vel trepidationem ad-
uertere[22].Sed hæc ratio friuola eſt,quia cùm fides teſtium in arbitrio iudicis plurimum re-
ſideat admittendo huiuſmodi teſtimonium, videtur nihil de teſtis probitate ambigere ſeu
propter qualitatem perſonæ, ſeu quia aliàs res ſibi comperta ſit[23], ſatíſq; eſt in eo qui loqui
poſsit iuramentum rectè præſtitum eſſe: cum ipſa atteſtatio ad illud referatur[24]. Meritò
igitur Bartoli ſententiam ego ſequor[25], quam & forenſes operæ obſeruant, & noſtratium
V. calculis receptior videtur. Quid verò in ſententia, an in ea proferenda expreſsio ver-
borum neceſſaria ſit alibi attingitur[26]. Et pro regula traditur eſſe neceſſaria,niſi quod ma
55 iores * iudices poſſunt per alium eam pronuntiare[27]. Illud non omittendum, legem Iu-
VI. ſtiniani,quæ mandat vt teſtator hæredes ſuos voce * nuncupet obſeruatam cenſeri, ſi no-
56 tarius ipſe teſtamentum legat, hæredíſq; inſtitutionem recitet, eíque teſtator conſenſum
præſtet[28]. videtur enim voce ſua teſtator nuncupaſſe, quod ſe præſente, notarius iuſſu ſuo
57 nuncupauit. Sanè iure Canonico,& alij caſus ſunt, quibus † verborum expreſsio neceſ-
ſaria eſt,vt in baptiſmo[29], vt in chriſmate[30], vt in euchariſtia[31],vt in cōfeſsione[32],vt in ab-
ſolutione à ſententia excommunicationis[33],vt in electione[34], vt in collatione ordinum[35]:
quos apud pontificios locis ſuis explicatos reperies.

SVMMAE.

2 ☞ §. *Qui præſens. ſenſus varius. 3. verior. 4.*
6 *Stipulationem diſceſſu ante reſponſum vitiari.*
8 *Stipulationis comites.*
9 *Stipulatio imperfecta, inefficax.*
11 *Stipulationis probandæ modus.*
14 *Interuallum modicum variè referri.*
17 *Stipulationem modico ex cauſis interuallo corruere. 19.*

1 §. QVI PRAESENS. Modicum * ergo interuallum inter interrogationem, & re-
ſponſionem non vitiat ſtipulationem:ſed diſceſſus antè,quàm reſpondeatur, vitiat. verùm
dubitant Doct.poſt hunc diſceſſum, quid ſequutum eſſe ponamus?& Bar.intelligit nullam
2 reſponſionem interceſsiſſe, quæ † interpretatio reddere videtur hoc reſponſum ſuperua-
caneum:cum ſuprà proditum ſit, vitiari ſtipulationem, niſi vtroque loquente, concepta ſit.
Nec etiam verbis Iuriſconſulti quadrat, qui eum, qui diſceſsit, efficere inutilem ſtipulatio
nem ait:non autem reum promittendi, qui reſpondere noluerit. Adde, quod dictio illa,
*Antè, quàm reſponderetur.* præſupponit quidem reſponſum fuiſſe, ſed eo tempore, quo reuer-
3 ſus adhuc non erat[36]. Aliter † ergo veteres, qui reſpondiſſe quidem promiſſorem cenſue-
runt, ſed ex interuallo, quia ſcilicet, ſtipulator non, niſi ex interuallo reuerſus fuerat[37].
Quem ſenſum & Iaſ. probat. ſed cum in lege nullum verbum ſit, quo ſignificetur reſpon-
ſionem hanc ex interuallo factam, videtur hic ſenſus vel diuinatorius, vel reſtrictiuus eſſe.
Rectiùs

1 Butr. ca.cum conſuetudinis.de conſuetud.
2 Bal.l.ſi vxorem.C.de cōdit.inſer.
3 l.ij.de adop.Aret.l.ſi quis mihi.§.iuſſum. de acq.hær.
4 l.poſt mortem.§.fi.eo.ti.
5 Bal.nouell.d.§.ſi quis ita. j.ea.leg.Hercul.hic.
6 l.in adoptionibus.eo.tit.
7 d.§.voluntatem.
8 l.ſi pater.ij.de adop.
9 Bal. Alb. Sali. Rom.hic Guil.Bart.Fulg.l.qui iuraſſe. de iureiur.
10 §.ſed neque. in authen. de mand. princ.
11 Gl.xxij. qō.i. in ſumma.
12 c.& ſi Chriſtus.de iurei.
13 Alex.Iaſ. d.l. qui iuraſſe. Paul.& Rom.l.non erit.§.ſi neque.eod.tit.
14 c.cùm apud.de ſponſ.
15 Abb.& Corſ.in rub. de iureiuran.Bald.rub. ff.eod. Per.& Cin.auth.ſacramenta puberum. C.ſi aduerſ.vend. Lancell.hic.
16 d.§.ſed neque.
17 c.erubeſcant.xxxij. diſt. xiiij.q.v.ſi quid.
18 Glo.pen.cap.vt circa.de elec.in vj.
19 l.iij.§.item diuus. de teſtib. cap. à nobis. qui matr. acc.cap.teſtes.iij.q.ix.
20 Barto. l. Theopompus. q.pen.de do.præleg. Alexā. conſil.lvj.in ij.
21 Abb. Feli. c.de teſtibus. de teſti.
22 l.de minore. §.tormenta.de quæſti.
23 l.iij.verſi.nam ſi careat. de teſtib.
24 Glo.l.minimè. de legi. doct.l.ſi quādo. C.de teſtib. gl.cl.i.d offic.deleg.
25 Arg. gl.xxx.q.v. qualis.
26 l.j.& ij. C.de ſentent.ex breuic.
27 c.fi.de re iud.in vj.
28 l. iubemus. vbi gloſſ.& doct.C.de teſta.
29 cap.pen.de baptiſ.
30 c.illud.de confec.diſt.ij. vbi Archid.
31 c.de homine.c.cum Marthæ.de celeb.miſſ.
32 ca.quoniam pœnitet.de pœn.diſtin.j.
33 c.cùm deſideres.de ſent. excomm.
34 cap. eccleſia veſtra. de elect.
35 c.j.de ſerut.in or.fa.
36 l.ſi cōuenerit. de iuriſd. omnium iud.
37 gl.ver.mox.

Rectiùs fortè Caſtr. Aretin. & Socin. qui reſponſum fuiſſe interrogationi aiunt poſtquàm
ſtipulator receſſerat. Sed tamen & hic caſus ſuprà deciſus erat: cùm abſente altero nō poſ-
ſe ſtipulationem contrahi Iuriſconſ. docuiſſet. Mihi † ſatis defendi videtur poſſe hic intel- 4
lectus, vt voluerit Iuriſconſ. declarare, quod ſuprà dixerat, inter abſentes non contrahi ſti-
pulationem, procedere etiam ſi partes interrogationi adfuerint: dum tamē ſtipulator, non
expectata reſponſione, diſceſſerit, & in continenti reuerſus nō ſit, aliàs enim purgatur ille
diſceſſus, & adhuc reſponſio admittitur: quia * non videtur diſceſsiſſe, qui ſtatim reuerſus
eſt[1]: & cùm verba legis noſtræ generaliter concepta ſint, poſſunt quolibet in intellectu de-
clarari. Ampliùs † ego cenſeo, ſi ſtipulator, non expectata reſponſione, confeſtim diſceſsit, 6
non valere ſtipulationē, etiam ſi mox reſponſum fuerit, ſiue ex itinere audiuerit reſpōſio-
nem, ſiue non, ſiue in caſu dubio de hoc ambigatur. Diſcedendo enim ſatis videtur oſten-
dere non id à ſe agi, vt in vim ſtipulationis actus ille valeat[2], quod ſi abnutiuū ſimplex con-
ſenſum à contractu ſubmouet[3], quantò magis diſceſſus[4], præſertim in ſtipulatione, quæ ſo-
lenniter concipi debet[5]. Cùm enim ſciret ad validitatem ſtipulationis neceſſariam * eſſe 7
præſentiam, & nihilominùs abierit, ſatis indicat non id ſe agere, actus valeat[6]. Nam &
Brutus cum audire P. Cæcum nollet, auerſa ſella, eum deſtituit[7]: éſtq; modus quidam ne-
gandi, cùm quis auertitur, aut diſcedit. Meritò ergo tali caſu putarem ſtipulationē nullam
eſſe ídque formæ defectu: quia non videtur præſenti reſponſum, & etiam conſenſus, & hæc
quidem, quod ad reſponſi noſtri caſum adtinet, ſatis. Cæterùm † adnotant hîc in primis 8
Doct. ſtipulationi neceſſarium eſſe continuum actum, & ex interuallo reſponſionē factam
non obligare. Sed qua ratione hoc credamus inductū eſſe? & traditum extat[8] legiſlatorem
qui firmiſsimum voluit hunc eſſe contractum, induxiſſe vt incontinenti reſponderetur.
háncq; formā prætuliſſe, ne aut obliuio, aut aliud agentis animi excuſatio prætēdi poſſet[9].
Facit autem formæ adiectio actum indiuiduū, qui vno contextu explicari debeat[10]. Ego
contractus omnes continuo ductu perfici non dubito: quia † antè, quàm vtriuſq; partis vo- 9
luntas ſimul iungatur, nuda alterius diſpoſitio meræ facultatis eſt[11], & effectū iuris nō pro-
ducit. In contractibus, qui conſenſu perficiuntur id conſtat. nam primus conſentiens præ-
ſumitur in ſentētia perſeuerare. Vnde, alio quamuis ex interuallo ad idem placitum deue-
niente, dicuntur iungi conſenſus, & eodem momento contractus perfici[12]: quod etiam in
contractibus innominatis locū ſibi vendicat[13]: quamuis hac in re Alex. dubitet. Sed & hāc
ſententiā Bart. in ſubhaſtationis exemplo videtur approbaſſe, dum ſi enuntiatū per præco-
nem fuerit, vt qui velit rei promercali quicquam adiicere, intra tot dies veniat, licitatoris
conſenſum iungi cum vēditoris teſtatione cenſuit, nec interuallū aliquod interim adfuiſſe
videri[14]. Igitur ſicut in cæteris contractibus conſenſus ipſe iungitur, ita & in ſtipulatione,
in qua * non ſolùm conſenſus, ſed & forma verborū neceſſaria debuit, non tantùm conſen- 10
ſus iungi, ſed etiam ipſa verba, vt interrogatio reſponſioni iuncta eum contractū perficiāt,
id fieri non potuit, niſi in continenti reſpōderetur: quāuis enim conſenſus durare etiam ex
interuallo præſumatur[15], non tamen durant[16] verba, quæ ſtatim, vt prolata ſunt euolant[17].
vnde Homerus ἔπεα πτερόεντα appellat. Sed † pone, probatū eſt præceſsiſſe interrogationem, 11
& ſubſequutā reſponſionem, an erit probata ſtipulatio? & ſi teſtes ita pro teſtimonio dixe-
rint, receptius eſt non videri probatam: quia potuit ex interuallo, vel inter abſentes eſſe re-
ſponſum[18]: dictum autē teſtis debet vi verborū neceſſariò concludere[19]. vnde lex requirit
non ſimpliciter, quod interrogatio pręceſſerit, ſed quòd rectè ſubſequuta ſit reſpōſio[20]. quæ
dictio, rectè, non ſimpliciter ad legitimū modum vſurarum referēda eſt (vt Aret. quandoq;
credidit[21]) ſed * generaliter ad omnia ſolēnia[22]. Sed ſi probatio per inſtrumentū tabellio 12
nis fiat, in quo ſimpliciter ſcriptum ſit, *Titius rogauit, ſpopondit Mæuius.* hinc vero propius eſt
præſumi ſtipulationem[23]. Nam qua ratione verbū, *Promitto.* in ſcriptura facit, vt omnia ſo-
lenniter acta videātur[24], eadē & verbū, *Spondeo.* quod etiā magis * propriè ad ſtipulationem 13
refertur[25]. vnde meritò dicitur, non ſolùm ea verba habere vim pacti, id eſt, conſenſus na-
turalis, ſed etiam ſtipulationis tanquam præſumatur ſeruata forma, qua de re aliàs latiùs.

INTERVALLVM ENIM MODICVM. Sed quódnam interpretabimur
eſſe † modicum interuallum? & tradunt omnes vnū diem eſſe modicū interuallum. vnde ſi 14
te manè interrogem, tu veſperè reſpondeas (dum interim ad actus extraneos non diuerte-
ris) valet ſtipulatio: ſi enim aliud agere cœperis, nihil prodeſt, ꝙ eadē die reſpondeatur[26].
Nam & in conſtitutione duorū reorū ſi alter poſtera die reſponderit, conſtat nō videri in-
continenti reſponſum[27]. vnde ſi eadē die reſponſum eſſet, ſecùs videretur[28]. Ampliùs cen-
ſuit Paul. Caſt. quodcunq; interuallū videri modicum, dūmodò partes ad extraneos actus
interim non diuerterint[29]. Sed ego hæc nunquā probare potui: quia ſi inter duorū reorū re-
ſponſa fideiuſſor ſit interrogatus, lex ait non interponi longum ſpatium[30], cui id dubium, ſi
nec dies integer pro longo interuallo eſt: nam & in alia materia conſtat horæ * tēpus lon- 15
gam dilationem conſtituere[13]. & generaliter illud factū ex interuallo dicitur, quod inter-
poſito

1 l. plerique. de rit. nupt.
2 Arg. l. an inutilis. de accept. l. qa ratio. de cōd. inſt.
3 l. inter ſtipulantem. in princ. ꝫ. eod.
4 cap. j. de iudic.
5 Gloſ. inſtitut. de liber. in princ. verb. tranſitu.
6 l. pen. in fi. C. de his quib. vt indig. cap. miſſas. de conſecr. diſtin. j.
7 l. j. §. refert. de poſtul.
8 Bal. ꝫ. in princ. Ioan. Fab. §. præterea. de inuptil. ſtip.
9 Bart. l. Titia. §. j. ꝫ. eod.
10 l. furioſum. C. qui teſtat. fac. Soc. Iaſ. hic. Imol. §. ſeq.
11 ca. licet. de procur. in vj. l. fi. de legat. gl. §. ex conditionali. inſtit. eod.
12 l. ſi ſtipuler. in fi. ꝫ. eod.
13 l. ſi cum fundū. de pact.
14 Bar. l. licitatio. in princ. de publica.
15 l. eum qui. de prob. l. ſancimus. C. de teſta.
16 Atg. l. non erit. in fin. de iureiur.
17 Spec. tit. de aduo. §. j.
18 Gl. l. ſi vnus. §. pactus ne. de pac. verb. factum.
19 l. non hoc. C. vnde leg.
20 l. j. C. de vſur.
21 Aret. l. ſciendum. ꝫ. eod.
22 l. hæc verba in ſtipulat. de verb. ſign.
23 l. iuriſgentium. §. quod ferè. de pac. Bart. d. l. j.
24 §. ſi ita. inſt. de inut. ſtip.
25 l. ſponſio. de verb. ſign.
26 l. continuus. in prin. ꝫ. eo.
27 l. ſi ex duobus ꝫ. tit. j.
28 Arg. l. in operis. loc. vbi Bart. l. ſi duas. verſic. ſin autē ordo. de exc. tut. vbi Bald.
29 d. l. ſi ex duobus.
30 l. duos. in fin. ꝫ. tit. j.
31 Gloſ. l. ſi quis cum. §. fin. de vulg.



poſito tempore eſt factum[1]. at à ſummo mane ad veſperas quis neget interpoſitum eſſe
tempus? Nec me mouet, quod Venuleius indicare videtur ſufficere, ſi eadem die reſpōdea
tur: quia cùm dies ibi fœminino genere poſita ſit, ſimpliciter tēpus ſignificat. quod Priſcia-
nus, & Grammatici ferè omnes tradiderunt: & perinde eſt, ac ſi dixiſſet, quāuis eodem tem-
pore ſpopondiſſet[2], nihil proderit, ſi aliud agere cœperit. Rurſus non mouet aliud eiuſdem
Iuriſcōſulti reſponſum, dum reum, qui poſtera die reſpondit, non obligari ait, cùm ad alia
negotia diſceſſerit[3]. ſi enim ita ſimpliciter accipiatur, communem ſententiam confutaret,
probarétq; etiam alterum diem longum interuallum non eſſe: dummodò ad alia negotia
diſceſſum non eſſet. videretur ergo argumentum à contrario ſenſu accipi in eo reſponſo
non debere[4]: & ita aliqui ſenſere. cùm enim ea deciſio duabus rationibus innitatur, nempe
quia ex interuallo reſponſum, & quia ad alia negotia diſceſſum eſt, altera ceſſante non
16 poteſt argumentum * ſumi, & ideo actus valet[5]. Iure enim proditum ſcio ſufficere vnam
ex pluribus cauſis adducere: quod accipiendum docet Angelus ſi vtraque finalis (quam
vocant) ſit.

NON VITIAVIT. Conſtituatur ergo regula, vt modicum interuallum
17 non vitiet ſtipulationem. Excipitur † quoties interim actus contrarius interueniſſet,
quamuis modicus[6]. vnde & ſuprà dixi, ſi ſtipulator aliud agere cœperit, & animum inten-
tionémque ſtipulandi remiſerit, idem eſſe[7]: non videtur autem actum contrarium, facere
qui receſsit: dummodò confeſtim reuertatur[8]. quod hîc probatur, nec qui actum neceſſa-
rium naturæ fecerit, vt quia medicinā acceperit, vel, cita aluo, ſeceſſerit. nec qui[9] breuem
cantilenam interpoſuit, vt Ang. cenſuit[10]. Fuêre tamen, qui generaliter actum extraneum
non vitiare ſtipulationem crediderunt, ſi modicus ſit[11], eo, ſcilicet, argumento, quod con-
tractus reſpectu vltimarum voluntatum extraneus actus dicatur[12], & tamen celebrari in
18 teſtamento poteſt[13]. ſed reſponde id ſimpliciter verum non eſſe, eum enim * duntaxat
contractum in teſtamento admitti, qui ſit ipſius teſtamenti appendix, vel aliàs ad eius
materiam pertineat[14], idq; videtur receptius. Ex ſupraſcripta regula ſequitur alia conclu-
ſio, vt longum interuallum ſtipulationem vitiet[15]. quod intelligit hic Accurſius, & Paulus
Caſtrenſis non procedere, cum in longo illo ſpatio nullus extraneus actus interceſsiſſet[16].
quamuis enim ex longo interuallo præſumatur actus extraneus[17], ſi tamen contrarium
probaretur, videretur ſtipulationem valere, quæ ſententia communiter reprobata eſt. Sed
ego reſpectu naturalis obligationis defendi poſſe ſuprà cenſui[18]. non autem vt ciuilis ob-
ligatio ex ſtipulatu oriatur. Rurſus intelligenda eſt ſuprà ſcripta concluſio, niſi partes
conueniſſent, vt liceret reo debendi ex interuallo reſpondere, & interim deliberare, quod
ſibi agendum cenſeat. quod Alexander reſponſo quodam exiſtimaſſe videtur[19]. ſed con-
19 tra † hoc ſtat receptior ſententia, qua traditum eſt, ſi interrogo te, *Promittis centum?* & tu re-
ſpondeas, *Cogitabo, & poſtridie reſpondebo.* quamuis deinde promittas, non ſtipulationem
ſed nudum pactum contractum cenſeri[20]. Sed Paulus Caſtrenſis, priorem opinionem
probat, ſi interim actus extraneus nullus interueniat[21]. Verùm ego indiſtinctè commu-
nem ſequor, vt iure pacti ſolùm reſponſio illa ſuſtineatur. Quòd ſi expreſsim actum eſſet,
vt contractus ille in vim ſtipulationis valeret, tunc quia in forma erratum foret, nec ex pa-
cto quidem ſuſtineretur[22]. Et hæc quidem interpretationi huius paragraphi ſufficiant.
nam quæ Doctores de dictionibus, *Mox, ſtatim, confeſtim.* inculcant, aliena à propoſita ma-
teria ſunt. In Pandectis enim ethruſcis nec dictio quidem, *Mox.* in textu noſtro vlla eſt.

1 l. quoties. ſolut. matr.
2 l. iij. de ann. leg. xv. qō. j. c. nec is qui.
3 d. l. ſi ex duobus.
4 l. conuenticula. C. de epiſcop. & cler. vbi no.
5 §. affinitatis. inſt. de nup.
6 d. l. duos. in fi. l. cum antiquitas. C. de teſta. vbi Alex.
7 d. l. continuus.
8 l. plerique. de rit. nupt.
9 d. l. cum antiquitas.
10 l. quæ extrinſecus. ꝫ. eo.
11 Imol. Com. Soc. Iaſ.
12 l. verba, geſſerunt. de verbor. ſignific.
13 Gloſſ. l. hæredes. §. fin. de teſtam.
14 Imol. Bald. Pau. d. l. hæredes. Corn. d. l. cum antiquitas.
15 d. l. continuus. d. l. duos. in fin.
16 d. l. ſi ex duobus.
17 l. quod ait lex. in fin. de adult.
18 d. l. ſi ex duobus.
19 Alexand. conſil. cvj. in fi. in j. dub.
20 Gloſ. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. verb. igitur. de pac. Bal. rub. C. de conſti. pec. Alex. hic.
21 d. l. ſi ex duobus.
22 §. ſeq.

## SVMMAE.

| | |
|---|---|
| 1 ☞ *Stipulationis ſubſtantia.* | 14 *Sentētiæ poſt cōſiliū latæ formā depræhēdēdi modus.* |
| 3 *§. Si quis ita. explicari.* | 17 *Actum ab alio, niſi diuerſus ſit, ſuſtineri. 21.* |
| 4 *Contractuum communia, & differentiæ.* | 32 *Clauſulæ, omni meliori modo, vis.* |
| 10 *Teſtatur rectè rogatus.* | 33 *Stipulationem dandi donatione ſuſtineri.* |

1 §. SI QVIS ITA. Cùm † verba ad ſubſtātiam ſtipulationis pertineant, ſuffi-
cit ſi ea ſubſtantia interpretatione quadam interuenerit. Quòd ſi verba nullo modo acceſ
ſerint, ſtipulatio eſt nulla, adeo vt nec obligatio naturalis inde oriatur. ſed quænam eſt ra-
tio, vt ſaltem in vim pacti nudi non valeat contractus? & Bartolus cenſuit id eſſe, quia de
obligatione inducenda agitur, quo caſu actus eo modo, quo fieri poteſt, non ſuſtinetur[23].
Quod verum eſſet, cùm in alium æquè principalem cōtractum ſuſtineri eum oporteret[24].
at hîc pactum ſtipulationi includitur, vt infrà dicam. Meliùs ergo facit ratio hæc, quando
enim aliquis cōtrahit, ſi actus ſit nullus, præſumptio videtur quod ſciens, prudénſq; faciat,
2 ne verè obligetur. Vnde, tanquā deficiente * conſenſu, nec naturalis quidē nexus oritur[25].
quod certiſsimum eſt, ſi de hoc conſtet. Et ideo Dinus Iaco. Rain. Paul. Alex. & non pauci
alij

23 l. j. §. eum qui. de conſtit. pec. l. j. §. deniq;. quod iuſſ.
24 l. ſi ego. ſi cert. pet.
25 l. an inutilis. ꝫ. de accep.

alij textus noſtri regulam ea ratione procedere intelligunt, cùm conſtabat id à partibus
actum, vt obligatio ex ſtipulatu tantùm, nõ autem ex pacto oriretur. vt quia dictum eſſet,
*Promittis per ſtipulationem centum?* quæ interpretatio ſimpliciter accepta, & diuinatoria &
violatiua eſt. Aretin. interpretatur ita in dubio videri actum tanquam ex interrogatione,
quæ præceſsit, depræhendatur ſtipulationem conficiendi intentio[1]. quod vt verum ſit,
non tamen ideo excluditur conſenſus. Ego diſtinguendũ arbitror, vt ſi † ſtipulatio peccet 3
in ſubſtantia, nec obligatio quidẽ naturalis oriatur[2], vt in contextu noſtro, in quo reſpon-
ſio verbis omiſſa erat, quæ quidem verba propriè ad ſubſtantiam ſtipulationis pertinent.
Tali enim caſu veriſimile eſt non id actum vt in vim pacti valeat[3]. Quo caſu excepto, pu-
tarem ex inutili ſtipulatione naturalem obligationem oriri, ſiue peccet in materia, vt quia
is, cuius non intereſt, alteri ſtipulatus ſit[4], ſiue quia omiſſa ſit legis ſolẽnitas[5], ſiue quodlibet
aliud vitium extrinſecus acceſſerit[6], vel contra naturã contractus aliquid ſit actum[7]. Idem
ſi non ſubſtantialis, ſed naturalis forma mutata ſit, vt quia non ſit incontinenti reſponſum,
ſed poſtera die, cùm partes ad alia negotia diuerterint[8], qua tamen in re Bartol. diſſentit[9].
vel cùm præceſſerit interrogationem reſponſio, aut inter abſentes res geſta ſit[10]. Hi enim
caſus non videntur ad defectum ſubſtantię pertinere, ſed ad naturam potiùs. Et ideo actus
eo modo, quo fieri poteſt, ſuſtinetur[11]. Subſtantia autem eſt in verbis, vnde & verborum
obligatio ſumpſit nomen. Et licet conſenſus quoque ad ſubſtantiam pertineat, tamen id
generale communéque eſt † omnibus contractibus: at verba ſpecialiter ſtipulationibus 4
attributa ſunt. Hincque ſequitur, vt ſi in contractibus qui re perficiuntur, actus eo no-
mine non valeat: quia res deſit, nec naturalis quidem obligatio oriatur[12]. Idémque in con-
tractibus qui ſpecialiter conſenſu contrahuntur quatenus conſenſus deſit[13]. Rurſus ſequi-
tur, vt Bartoli ſententia vera non ſit exiſtimantis, quoties actus in forma peccat, fun-
ditus eſſe nullum, etiam ſi de liberatione agatur[14]. multò magis ſi de obligatione contra-
henda tractetur: etenim * quòd præcedat interrogatio, ad formam ſtipulationis perti- 5
net[15]. & tamen ſuprà dixi oriri obligationem naturalem[16]. ídque ex Accurſij ſenten-
tia, quam communiter probari Alexand. hîc tradit. Sed fortè formam impropriè Barto.
appellauit, quam nos ſupra ſubſtantiam diximus, confundunt enim plerunque Doctores
hoſce loquendi modos[17].

QVID NI? Cur non? quaſi dicat, non recuſo. eſt enim & hæc * dictio concedentis: 6
licet non planè adfirmet, ſed cauſam videatur inquirere, cur affirmandum non ſit. Et ideò
adnotant † hinc Doct. quamuis in ſtipulatione verba pro forma requirantur, tamen ſuffi- 7
cere, ſi ex verborum interpretatione conſenſus percipi poſsit. Nam & lex, quæ pro ſolen-
nitate licentiam requirit, obſeruata cenſetur: dummodò licentia per interpretationẽ ver-
borum aliquo modo præſtita ſit[18], vnde infertur, ſi te interrogem, *Promittis mihi Stichum &
Pamphilum?* túque reſpondeas, *In Pamphilo diſſentio.* obligationem reſpectu Stichi contrahi:
quia qui * vnum negat, iuris interpretatione, videtur in alio cõſentire[19], & ita Baldus No- 8
uellus hîc cenſuit: & probabilis eſt opinio. Nam & in iudicijs, qui poſitioni duplici re-
ſpondens vnum negat, in alio cenſetur conſentire[20]. Vnde ex hoc quoque contractu I.
oriri obligationem receptum eſt, *Promittis centum? non promitto, niſi Pontifex Peruſium vene-
rit*[21]. Nec obſtat, quod argumentum à contrario ſenſu, vel quod ab excluſione alterius
inducitur, non expreſsim ex verbis, ſed tacitè, ſeu ex coniectura deſcendat[22]. quia non
dicitur * omnino tacitum, cuius origo expreſſa eſt[23]. habet enim mixturam expreſsio- 9
nis[24]. An verò ſtipulatio illa, *Promitto niſi Pontifex* &c. valeat, infrà dicetur loco ſuo[25].

Rurſus infertur, teſtator † interrogatus, an ſubſtantiam ſuam tali velit relinquere, re- II.
ſpondit cui alij, quàm illi velim relinquere? an rectè dicatur hæredem nuncupaſſe? & 10
receptum eſt rectè inſtitutum[26]. vt quod in * contractibus hîc traditum eſt, ad vltimas 11
quoque voluntates, quæ longè fauorabiliores ſunt, producatur quæ ſententia in legatis,
& fideicommiſsis tam particularibus, quàm vniuerſalibus certior eſt: cùm huiuſmodi
poſsint etiam nutu relinqui[27]. Quod & tunc defendi poteſt, cùm teſtator notario acger-
ſito mandaſſet, vt talem ſcriberet hæredem: ſi enim ille coram teſtibus in teſtamenti re-
citatione tali interrogatione vſus proponatur, vtique perinde erit, ac ſi propria voce
eum teſtator nuncupaſſet[28]. Idem ſi teſtator reſpondiſſet ſimpliciter, μάλιςα, ideſt ma-
ximè. Hæc enim vox affirmatiua eſt, vt ex reſponſo conſtat[29]. in * quo in vulgaribus 12
exemplaribus vox Græca, μάλιςα, ex Pandectis Florentinis petenda deeſt. Vnde Iaſoni,
& cæteris obortæ ſunt in eius paragraphi interpretatione magnæ tenebræ[30]. Sed ite- III.
rum quæritur, ſi iudex ſic pronuntiauit, *Non * video, cur talis non ſit condemnandus.* an cen- 13
ſeatur condemnaſſe, & ſi ſolenniter dictum ſit, receptum eſt cenſeri condemnaſſe[31]. Quid
ergo † ſi fiduciarius conſultor in cauſa datus reſponderit, reum eſſe condemnandum? & 14
diſtinguendum eſt, aut enim iudex ſimpliciter dixit ſe condemnare prout in conſilio, &
cenſetur diffinitiuè condemnaſſe[32], valétque ſententia: aut dixit ſe pronuntiare eum
condem

1 Arg. l. inſulam. de preſcr. verb.
2 Argu. l. cùm lex. ꝟ. de fideiuſſ.
3 d. l. an inutilis. ij. reſpõſo.
4 l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ꝟ. eod.
5 l. j. ꝟ. de nouat.
6 l. ſi acceptolatũ. ď accep. l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio. de pact.
7 l. cùm emptor. de reſcin. vend.
8 l. ſi ex duobus. ꝟ. titul. j. Alexan. proxi. §. Bald. rub. C. de conſtit. pec. in fin.
9 Bart. l. continuus. in princip. ꝟ. eod.
10 Gloſ. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. verb. igitur. de pac.
11 l. j. in fin. mand. l. penult. §. fin. de contr. empt.
12 l. ſi tibi x. in princip. de pac. l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi cer. pet. vbi dixi.
13 l. in venditionibus. de contr. empt. l. ſi id quod aurum. ꝟ. eod.
14 d. l. an inutilis.
15 Bald. c. j. de noua for. fid.
16 Gl. d. §. ſed cum nulla.
17 Bart. l. j. de cond. ind.
18 l. is qui hæres. in fin. de acq. hæred. vbi Bal. Aretin. l. Gallus. in princ. de liber. & poſthum.
19 c. nonne. de præſump.
20 l. ſed & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. de minor. vbi Bald.
21 Bal. c. a. cum acceſsiſſent. de conſtit.
22 l. pen. in prin. C. de fur. Bald. c. conſtitutus. de app.
23 l. cum filius. §. hæres meus. de leg. ij.
24 Alex. auth. ex teſtamento. C. de colla.
25 ꝟ. §. ſeq.
26 l. Pamphilo. §. propoſitum. de leg. iij.
27 l. & in epiſtola. vbi Bal. C. de fideicom. Pau. l. j. C. de impub. Soc. conſil. cxiij.
28 Gl. l. iubem⁹. C. de teſta.
29 d. §. propoſitum.
30 Iaſ. l. v. de leg. j.
31 Arg. l. vxorem. §. concubinæ. de leg. iij.
32 Doct. c. cum venerabilis. de excep. Alex. hic.



condemnandum, prout in conſilio: & tunc dicitur tantum eſſe interloquutus[1]: quia aliud
15 eſt * condemnare, aliud pronuntiare condemnandum[2]. habebit autem hæc interlocutio
vim definitiuæ. et niſi ab ea appelletur, poterit iudex ſi ſubſit inſtantia, rurſus definitiuè
condemnare: neque ab hac poſteriore ſententia poterit prouocari: cùm in exequutionem
prioris lata ſit[3].

16 SED NEC NATVRALITER. Stipulatio * ergo inutilis nec quidem in
vim pacti ſuſtinebitur. Vnde generaliter quærunt hîc Doct. an actus nullus, vt agitur, ſu-
ſtinendus ſit eo modo quo valere poſsit. Qua in re conſtituendæ ſunt duæ concluſiones.
I. cõcluſio Prima †, vt ſi is modus inſit actui, qui agitur, id eſt (vt Bar. ait) in modo conſtituendi
17 non differat, tunc ſuſtineatur[4]. Vnde acceptilatio inutilis habet pactum[5]. Idem in ſti-
pulatione inutili ex Accurſij ſententia[6], & cõſtitutum nullum valet in vim pacti[7], & ſub-
ſtitutio, *Si antè quam nuberet.* Valet in vim pupillaris[8], & donatio cauſa mortis abſenti in te-
ſtamento facta in vim fideicommiſsi ſuſtinetur[9], quod & alijs exemplis probari poſſet[10],
18 arbitrórque procedere, etiam ſi vitium ſit in cauſa efficiente[11], vnde * nuptiæ inter im-
puberes in vim ſponſalium valent[12]. Sunt enim ſponſalia quædam pars antecedens nu-
19 ptiarum. Quòd * ſi re ipſa celebratæ non ſint nuptiæ, ſed collatæ, atque in tempus præma-
turum reiectæ, tunc nec in vim quidem ſponſalium collatio hæc valet[13]. Non procedit
autem, (vt ſuprà dixi) hæc concluſio, cùm in ſubſtantia interiore actus deficit, vt in lege
noſtra[14]. licet Bart. hæc latiùs accipiat, vt arbitror, non ſat rectè. Vel cùm conſtat par-
tes non tam contrahere quàm eludere voluiſſe[15], ídque probandum eſt: quia alioquin
capitur coniectura pro valore actus[16] tanquam ſit illa efficacior, qua quilibet præſumi-
tur ſcire leges[17], cùm ſcilicet de fauore liberationis ſoláque exceptione agitur[18]. quod
Raph. & Alexan. hîc exiſtimarunt ſed cur tranſactio inutilis ſaltem in vim pacti donatio-
nis non valet[19]. an quia vitium illud ad ſubſtantiam pertinet[20], an quia potiſsima eſt præ-
20 ſumptio * neminem, ei cum quo litigat, velle donare. Vnde ex mente contrahentium
II. cõcl. donatio ſeparatus omnino contractus à tranſactione eſt. Altera eſt concluſio, † vt
21 actus nullus non ſuſtineatur in vim alterius æquè principalis, & diuerſi[21], id eſt, qui in
conſtituendi modo ab eo, qui agitur, differat, ſiue vitium ex cauſa efficiente proueniat[22].
ſiue vitium aliter interueniat[23]. ſiue de voluntate vnius & totali diſpoſitione agatur, quod
Bart. & cæteri probant[24], ſiue (vt ego cum Alexand. ſentio) etiam de particulari[25]. Vnde
22 ſeruo * alieno libertas directè data nec in vim quidem fideicommiſsi valeant[26] & talis
datio nullum caſum vtilem habet[27]. fieret enim tranſitus ad rem prorſus diuerſam cùm
libertas directa ſoli ſeruo proſit, fideicommiſſaria etiam hæredi propter ius patrona-
tus, quod nec verè nec cauſatiuè in bonis teſtatoris eſt, vt alibi Bartol. dicit[28]. Quòd ſi
ad rem prorſus diuerſam non fieret tranſitus, ſecùs eſſet: & tali caſu non procederet con-
23 cluſio[29]: & non dicitur * res diuerſa, quando in modo conſtituendi non differt, vt ſuprà
vidimus[30]: vel quando ſub verbis compræhendi aliquo modo, poteſt[31], vel cùm proba-
bilis coniectura mentis adſit, quæ ſuadeat agi, vt quoquo modo ſuſtineatur actus[32]. ver-
bum enim ſubſtitutionis etiam fideicommiſſo conuenit, & mens præſumitur cum aliâs
actus nunquam potuerit valere[33], tametſi vel ſola mens ſufficiat, quæ in fideicommiſ-
24 ſis totum facit[34], quæ coniectura * faciliùs ſumitur in his, quæ à voluntate vnius pen-
dent[35], quam in contractibus[36]: quamuis & idem in contractibus ſit, ſi ea mens ſit ex-
preſſa, putà per pactum[37], qua de re alibi[38]. vel aliter ex eo, quod actum eſt appareat[39].
25 Idem maximè † dicendum, partes id egiſſe, vt actus omni modo valeat, vt quia adiecta
26 ſit clauſula, *Omni meliori modo &c.*[40] Vnde ſi in teſtamento adſit clauſula codicillaris * íd-
que præteritione filij ſit nullum, in vim tamen codicillorum obſeruabitur[41], & ſi teſta-
tor particulariter aliquid filio præterito legauerit adiecta clauſula, *Omni meliori modo &c.*
Cenſebitur iure inſtitutionis reliquiſſe quod Paul. Caſt.[42] & Alexand.[43] reſponderunt.
Idémque eſt, etiam ſi claſula illa expreſſa non ſit, ſed à lege ſubauditur, vt in teſtamento
27 militis[44]. Idem * ſi iuramentum interueniſſet: habet enim effectum ſuprà ſcriptæ clauſu-
læ[45], vt actus eo modo valeat, quo poteſt, quatenus ſcilicet verba ipſius iuramenti infer-
28 re poſſunt[46], nec veriſimilis mens iurantis repugnet: * nec enim vltrà, quàm conſenſum
eſt, iuramentum operatur[47]. ſi igitur in ſtipulatione nulla defectus ſuſtantiæ, vt in ca-
ſu textus noſtri acceſſerit iuramentum valebit contractus in vim pacti nudi, quod Socy.
hîc tradit, & reſpondit Alexand.[48] dabitúrque ex eo exceptio, & pontificum iure etiam
actio[49]. Satis enim videtur hoc inter partes agi propter religionis reuerentiam, enimue
rò generaliter traditum eſt clauſulam illam, *Omni meliori modo &c.* Non valere in caſum
à partibus non cogitatum[50], & de quo, nec in quem cogitari veriſimiliter potuerit[51],
vt quia valde inſolitus[52]. vel quia præter omnem expectationem contigerit[53], niſi
conuentum proponeretur, vt etiam in caſum incogitatum actus ſuſtineretur. Poteſt
enim id fieri valétque pactio. quod Angel. Pontan. Alexandérque tradiderunt[54], & aliâs



1 l. Aemilius. de min. l. fundus, qui lucij. de reſc. vend.
2 l. qui ſe dicit. de iudic. gl. l. j. C. ſi aduerſu. li. vbi Bar.
3 gl. l. ſi cum exceptione. §. hæc autem. quod me. cau.
4 l. ſi tã anguſti. de ſeruit. l. diuus. in prin. de vſu. & habitat. l. via. de ſer. ruſt. præd.
5 d. §. ſi acceptil. & ibi dixi.
6 gl. d. §. ſed cum nulla.
7 l. hacten⁹. §. j. de cõſt. pec.
8 l. qui habebat. de vulg.
9 Bar. l. j. de don. cau. mor.
10 c. quidã. de cõuerſi. cõiu.
11 l. quacunque. §. de proc.
12 c. j. de deſp. impub. in vj.
13 l. quæſitum. §. de ſponſa.
14 Et d. l. in vendition. in fi.
15 In d. l. an ĩutilis. vbi Bar. & l. non ſolum. ꝟ. titul. j.
16 l. quoties. ꝟ. eod.
17 l. leges ſacrat. C. de legi.
18 d. l. quacũq; gl. d. §. cũ q.
19 l. Suus. C. de repud. hæred. l. ſi cauſa. C. de tranſact.
20 l. i. ꝟ. de tranſact.
21 d. l. ſuus. d. l. j. §. eum qui. d. l. i. §. denique.
22 l. multum. in fi. C. ſi quis alter. vel ſib. l. iij. §. i. verſic. ſed & ſi quidem. iudi. ſolui. Felyn. c. nonnulli. in fi. verſ. limita. ij. de reſcript.
23 l. eo tempore. verſic. ſed fideiuſſorẽ. de pecul.
24 l. nõ codicillũ. C. de teſt. l. j. & l. fi.
25 l. verbis. ꝟ. de vulg. l. tutores. §. j. vbi Bart. de adm. tut.
26 l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. de leg. j.
27 l. Stichus in fin. de manum. teſtam.
28 Bar. l. j. de leg. j.
29 l. vbi ita. de dona. cau. mort. Bart. l. i. eo. tit.
30 c. ex inſinuatione. in fin. vbi gl. de appel.
31 l. ſed & ſi poſſeſſori. §. itẽ ſi iurauero. de iureiur.
32 gl. d. l. verbis.
33 l. ſcæuola. ad Treb. l. filiꝰ fam. §. vt quis. de leg. j.
34 l. q filiũ. in prĩ. ad Treb.
35 l. legatum ciuitati. vbi Bart. de vſufr. leg.
36 d. l. filius famil. §. ſi quis alieni. & gl. in l. multũ. ꝟ. eo.
37 l. j. mandati. l. pen. in fin. de contrat. empt.
38 l. ij. in princ. ſi cert. pet.
39 l. ſi olei. C. loca. l. inſulam. de præſcrip. verb.
40 l. ex ea. §. fi. de teſta. l. fi. C. de codicil.
41 Doct. authẽ. ex cauſa. C. de lib. præter.
42 Cõſ. cccxlv. ſup puncto.
43 Conſil. cxij. in iij. dub.
44 l. iij. ꝟ. de teſt. milit. Bar. l. i. de iur. cod. q. vj. & xv.
45 l. cum pater. §. filius matrem. de leg. ij.
46 c. pe. ex. de iureiu. Bar. l. ij. C. de reſcind. vend.
47 l. fi. C. de nõ num. pecu.
48 Conſil. xij. in primo.
49 Abb. c. cũ cõtĩgat. de iureiur. verſ. ſeptimus caſus.
50 Fel. d. c. cum ſuper. in fi. Socy. conſ. xciij. in iiij. lib.
51 l. qui iure. de teſt. milit. Are. cõſ. xxxiij. Soc. cõ. cxlij.
52 l. fiſtulas. in fi. de cõtrah. empt.
53 Aret. conſil. xxiiij. Rom. conſil. ccxciij.
54 Alex. coſil. xj. in iiij. vol.

docui[1]. Sanè ſi lex iubeat aliquid certa ſignificatione exprimi, receptum eſt non vide-
ri legem obſeruaſſe, qui generali hac clauſula tantummodò ſit vſus[2]. vnde cùm lex re-
quirat, vt * donationi, quam cauſa mortis filiusfamil. facit, pater ſpecialiter conſentiat[3], 30
non ſufficeret is conſenſus, qui teſtamento adhibitus, cùm prædicta claſula proponere-
tur, ídque ex facto Socyn. reſpondit[4]. cuius ſententia ſcrupulo non caret, & abſque du-
bio non procederet, quoties iuratus conſenſiſſet[5]. Habet enim * iuramentum vim ſpecia- 31
lis conſenſus[6]: & quod ad certitudinem attinet, magis operatur, quàm ſimplex clauſu-
la † *Omni meliori modo &c.* Quod Aretin. reſpondit[7]. Addit Ancharanus, quoties diſpoſitio 32
mixtim ex pertinentibus ineptíſque ſeu contrarijs modis concepta ſit, nullam huius clau-
ſulæ eſſe efficaciam & aditionẽ ex ſecundo teſtamento inutili factam, non ideò ex primo
ſuſtineri[8], quæ ſententia ſatis dubia eſt, & alibi diſputanda[9]. Sed pone in caſu legis noſtræ
dictum eſt, *Dabis ex mera liberalitate centum aureos?* Secuto nutu, an valeat in vim donationis?
& Bar. ſentit, non valere, ſicut ſi promiſiſſes pecuniam tanquam debitam: cùm non eſ-
ſet animo donandi, inutilis ſtipulatio[10] non ſuſtineretur in vim conſtituti. Iaſon † & alij 33
recentiores contrà: Quia verba illa, *Ex mera liberalitate.* ſatis declarant animum volentis
donare ſeu ſeparatum à ſtipulatione contractum donationis facere[11], & Bart. intelligunt,
quando expreſſum illud non eſſet, licet aliâs tacitè præſumeretur actum[12]. quam ſenten-
tiam et ego probo: licet non ſatis quadret verbis Bart. qui verba illa in vim cauſæ prolata,
ſi ſtipulatio ſit inutilis, ſentire videtur & ipſa infirmari tanquam ipſius ſtipulationis acceſ
ſoria[13], quod alibi docui[14]: cùm aliud ſit in confeſsione ſimpliciter facta[15], vt mox dicam.
Addit idem Bart. ſi ſtipulatio inutiliter actui, vel contractui adiecta ſit, non ideò impediri
actionem, quæ aliâs ex illo actui de ſe valido competeret[16]: vnde ſi ſit in inſtrumento ſcri-
ptum, quod Lellus ſurdus * mutuauit tibi centum aureos, quos illi ſtipulãti reddere promi- 34
ſiſti: quia ſtipulatio non valet, agetur ex mutuo, quod probabitur per confeſsionem[17]. ſed
ſi ex lege municipali inſtrumẽta Iudicis Chartularij præcepto confirmata[18] executionem
habeant, aliud eſſet: non enim quæreremus, an ſtipulatio valeret, & an confeſsio mutuum
probaret vt ex eo contractu ageretur, qui quodammodo eſſet nouatus[19]: ſed propter ſtatu-
tum executio actione in factum, vel officio Iudicis eſſet concedenda[20]. ídque Ange. Imol.
Alex. & Aret. probant, cùm ſtatutũ executionem inſtrumento concedit. Videtur enim au
ctoritate legis in eo contenta obligatio probari[21], & ſecundum naturã executionum am-
pliùs de ea quæri nõ poſſe[22], ſecùs ſi ſtatutum non de inſtrumento, ſed de contractu loque
retur. etenim contractus * appellatione de vallido eſt intelligẽdum[23]. Oportet ergo priùs, 35
quàm executio concedatur, conſtare contractum fuiſſe validum[24]. Addit Iaſon nec tunc
concedi ex inſtrumento executionem, quando verba ſtatuti expreſſè non excluderent o-
mnem exceptionem nullitatis[25]. ídque contendit ſentire Bart. vt eum repræhendat: ſiqui-
dem, ſecundum eum, nunquam cenſetur à tali ſtatuto reiecta exceptio, quæ ex perſonæ
inhabilitate oritur[26]: et quia, infirmato * contractu, etiam præceptum chartularij Iudicis 36
tanquam acceſſorium infirmatur[27]. Sed reſponde, licet inhabilis ſit perſona ſurdi ad ſtipu
landum, tamen eſt habilis ad conſentiendum: & ideò non eſt infirmus omnis contractus,
ſed ſola ſtipulatio, mutuum verò ſtat firmum.

1 In l. ſub prætextu. ij. C. de tranſ.
2 c. j. de poſtul. præla. in vj.
3 l. filiusfa. §. fi. de donatio.
4 Socy. cõſi. cxij. & clxxij.
5 d. §. filius matrem.
6 Bal. l. ij. C. com. de leg.
7 conſilio. xvij.
8 l. Clodius. de acq. hære. l. Anch. conſilio. ccclvij.
9 Dec. conſilio xiiij.
10 d. §. eum qui.
11 d. l. hacten⁹. in fi. vbi no. de conſtit. pecu. l. ſi quis argentum. §. fin. C. de donat.
12 l. ij. §. circa. ff doli exce.
13 glo. l. ſi patronus. verbo, Fauiana. ſi qd in frau. patro.
14 l. ij. in fi. C. de edend.
15 l. Publia. in fin. depoſ.
16 d. l. certi condictio. §. quoniam. ſi cer. pet. l. ſi ita ſtipulatus. § Chryſogonus. j. eodem.
17 d. §. Chryſogonus. verſ. ſupereſt.
18 glo. Bar. l. j. §. de iudicijs.
19 l. fi. ver. ſi verò nouatur. C. de vſur. rei iudi. glo. & Doct. l. j. C. de iudic.
20 l. intra. de re iudi. glo. l. ſi debitori. de iudicijs.
21 Bar. l. ij in fi. C. de exec. rei iudic.
22 l. cũ putarem. §. fa. herc.
23 l. iiij. §. condemnatum. de re iud. l. diuus ff teſt. mi.
24 Barto. l. j. §. & parui. §. quod vi aut clam.
25 Doct. c. ex parte de offi. deleg.
26 l. tutor. §. prodigus. de iureiur. Deci. d. c. ex. parte. ver. iiij. fallit. Io. And. in Spec. de ſentẽtia. §. vt autẽ.
27 l. fin de conſtit. pecun. gl. d. l. ſi patronus. Bald. l. ſi abſentis. in fin. C. ſi cer. pet.

S V M M AE.

1 ☞ *Stipulatio diſparitate corruit & 5.18.*
6 *Simpliciter, vocis acceptio multiplex.*
7 *Simpliciter poſitionibus reſpondere certis caſibus non cogemur. & 11. & 12.*
10 *Statuti ſimpliciter reſpondere iubentis ſenſus.*
14 *Poſitionum correctio petibilis.*
16 *Calendæ numero adiectæ menſis notæ.*
19 *Stipulatio dierum diſparitate non vitiari, niſi pro forma & ſubſtantia ſint.*
21 *Reſpondiſſe interrogatis quẽ certis caſibus nõ videri.*
23 *§. ſi ſtipulanti. explicatio.*
24 *Bartoli ſenſus: iſque reiectus. 25.*
27 *Adiectione, detractionẽ ve certis caſibus nõ mutari.*
29 *Iuriſditionem reſcripto certis cauſsis non mutari.*

§. SI QVIS SIMPLICITER. Qui igitur † interrogationi puræ 1
conditionaliter reſponderit, nõ cenſetur cõgruè reſpondiſſe. Idémq; in caſu contario[28]. I.
Sed quænam eſt ratio? & cenſuit Bar. hanc eſſe: quia * obligatio pura, & conditionalis in
ſubſtantia differunt. In pura enim ſtatim oritur obligatio: in cõditionali autem ante euen- 2
tum conditionis non cedit, nec venit dies[29]. vnde cùm in eadẽ re à principio nõ iungatur
conſenſus, ſtipulatio eſt nulla. Qua ratione & idem dicendum eſt, cùm alternatim ro- II.
ganti tamen purè reſpondeas[30]. obligatio * enim diſiunctiua conditionali æquiparatur[31]. 3
Idem quoque eſt, ſi ego ſub vna conditione interrogem, tu ſub alia reſpondeas.[32] Cùm III.
enim à principio non conſtet eodem tempore vtranque euenturam, vel vtramque defe-
cturam, iungi conſenſus nõ poteſt: quod ſuprà declaraui[33]. Sed quid ſi cõditio, de qua in IIII.
reſponſione, tacitè inſit? veluti, *Promittis mihi tot modios tritici ex fundo Trebatiano ſingulis annis?*
Tu reſpondeas, *Promitto, ſi naſcetur.* Et Crotus ſenſit valere ſtipulationem[34]: cui ego facilè
aſſen

28 §. præterea. inſt. de inutil. ſtip. vbi Io. Fabri.
29 l. cedere. de verb. ſig.
30 l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. j. eo.
31 l. iij. in fi. qui & à quib⁹ man.
32 Imol. & mod. hic. Rom. §. ſeq. hîc.
33 ſ. §. j. hac l.
34 l. interdum. j. eod.



4 aſſentior: quoties * conditio ita exprimitur, quatenus tacitè ineſt, ſed in propoſita ſpe-
cie aliud videtur: ex forma enim interrogationis, ſi aliquo anno tot modij collecti non
fuiſſent, ex vbertate aliorum annorum ſupplendi erant[1], quod ſecùs videtur ex reſponſio
V. nis verbis. Sed quid ſi interrogem te, *Promittis, ſi nauis ex Aſia venerit* tu reſpondeas *Promit-
to ſiue venerit, ſiue non venerit.* & ſunt, qui putent non valere ſtipulationẽ, vt Crotus hîc, quia
deficiente conditione, nulla actio ſtipulanti virtute interrogationis daretur, cùm tamen
virtute reſponſionis danda eſſet: vnde apparet manifeſtè diuerſam eſſe ab interrogatione
reſponſionem: Verùm ego dubito, quia ſtipulator non, niſi eueniente conditione, ſtipula-
tus eſt in quem caſum concordat reſponſio & iungi conſenſus poteſt[2]. Nec obſtat quòd
huiuſmodi reſponſio inſtar puræ ſit[3]: quia hoc ſimpliciter nõ eſt verũ, & expreſſa nocent,
VI. quæ tacita non obeſſent[4], qua tamen in re ampliùs deliberandum eſt. Quod ergo? ſi
ſic interrogem, *Promittis centum?* tu reſpondeas, *Promitto, niſi in capitolium aſcenderis.* & videba
tur valere ſtipulationem: quia reſponſio cenſetur ſimplex facta, licet adiecta ſit condi-
tio reſolutiua, quod in iudiciis Bart cenſuit[5]. Nam & in cõtractibus videmus, ſi ſupraſcri-
pta forma concipiantur, cenſeri purè conceptos, licet in euentum cõditionis reſolui poſ-
ſint[6]. Valebit igitur ſtipulatio, quamuis ſi contingat me in capitolium aſcendere, poſsim
5 exceptione reiici[7]. † Ego tamen ſentio contrarium, quia interrogatio hæc, *Promittis cen-
tum?* intelligitur ſimpliciter abſque vllo reſtitutionis onere: vnde videtur non eſſe confor
mis reſponſio, ſicut infrà videbimus in eo, qui promittit breuiore tempore[8], nec obſtat
quòd in iudiciis hæc reſponſio, *Nõ credo, niſi appareat.* dicitur ſimpliciter facta[9], quia iſtud
eſt propter naturam rei: non enim tenetur reus verbis actoris credere, niſi quatenus pro-
6 bationes fidem faciãt[10]. Cæterùm ſciendum eſt † dictionem hanc, *Simpliciter.* vario modo
accipi ſecundum ſubiectam materiam, at in ſtatuto, quòd ſimpliciter poſitionibus re-
I. ſpondeatur, fit interpretatio, vt, *Simpliciter.* intelligitur purè, & ſine conditione[11]. Quæ
7 tamen concluſio † non procedit, quando talis conditio tacitè ex natura actus ineſſet[12]
huiuſmodi enim conditio licet expreſſa non ſit prima verborum figura non ſignat vi-
deri actum ſimpliciter factum eſſe[13]: tamen quod ad ſenſum adtinet ſecùs eſt. at ſtatuta
videntur magis ſecundum effectum interpretanda, quàm ex nuda verborum figu-
ra[14]. Sed quid ſi huiuſmodi conditio non ex natura actus, ſed ex coniecturis ſubintelli-
geretur? & Bald. non ſeruari hoc caſu formam ſtatuti exiſtimauit[15]: nam quod ex natu-
8 ra actus * ineſt, ex neceſsitate ineſt: ſed quod ex coniecturis præſumitur, certum nõ eſt[16].
vnde qui interrogatus ſi eligit Titium, reſpondit, *Eligo ſi eſt dignus.* non dicitur ſimpliciter
II. limit. elegiſſe, licet in dubio coniiciamus eum eſſe dignum[17]. Rurſus non procedit conclu-
ſio, quando poſitio eſſet duplex vel incerta. Poteſt enim interrogatus & ipſe non ſimplici-
9 ter reſpondere[18], poteſt & petere *, vt poſitiones diuidãtur. vnde ſolet dici, poſitioni in-
certæ non cogi quandoque reſpondere[19]. Sed pone hoc ab eo non petitum verùm dupli-
citer reſponſum fuiſſe. & ſi poſitio ſimul & reſponſio diuidatur, reperiatúrque vtranque di
uiſim eſſe ſimplicem, non erit dubium ſtatuti formam ſeruatã videri. at ſi reſponſio etiam
diuiſim non reperiretur facta ſimpliciter, videretur ſecùs eſſe, & talem pro cõfeſſo haben-
10 dum. ſúntque qui ita cenſuerint. ego arbitror † verba ſtatuti iubentis ſimpliciter reſpon-
deri, intelligi debere, ſi ſimpliciter fuerit facta interrogatio[20]: & ideò ſibi imputet interro
gator, quòd ipſe primus legem neglexit. ſenſit id & Sal. qui reo conſulit, ne petat diuidi po
ſitiones, ſed & ipſe incertè reſpondeat: non enim in ea inſtantia ampliùs actori concedi
III. vt diuidat, & iterum interroget[21]. Cæterùm † nec tamen procedit cõcluſio, cùm aliud,
11 ſuadente æquitate, iudici ſederit. Poteſt enim nõ obſtante huiuſmodi ſtatuto incertã aut
duplicem reſponſionem admittere[22]. Quid enim ſi rei qualitas hoc dictet[23]: quid rurſus?
ſi perſonæ ſimplicitas, verbi gratia, ſi ruſticus & imperitus imprudenter reſpondet[24]? du
rum eſt, ſi pro confeſſo haberetur[25]. Deberet tamen iudex cogere, vt iterum & ſimpliciter
reſponderet. Quòd ſi eũ iudex pro confeſſo habere velit & ita interloquatur[26], non eſſet
deneganda appellatio[27]. Potuit enim habere iuſtam cauſam ſic reſpondendi: quod aliqui
12 tradiderunt[28]. Fortiùs † videtur dicendum, poſſe iudicem admittere reſponſionem: quã-
uis ſimpliciter facta nõ ſit, neque cogere reum, vt iterum reſpõdeat, quoties, ſcilicet, ſuſpi-
caretur calumnioſe aliquem interrogari[29]. Debétque ita ſtatutũ interpretari, ne malitiis
13 hominum indulgere videri poſsit[30]. quod in hac ſpecie traditum eſt, mutuauit * quis mi-
hi amiciſsimus centum aureos ſecretò, quos & ſecretò ei reſtitui. eo defuncto interrogat
me hæres, an acceperim mutuò tot aureos: ſi reſpondeam ſimpliciter accepiſſe, non pote-
ro ſolutionem probare, eritque mihi manifeſta captio[31]. meritò ergo videtur, quod poſ-
ſim reſpondere me nihil habuiſſe, vnde illi ſim obligatus[32]. Ego hanc reſponſionem iure
14 communi admittendã ſatis crediderim, ſed ſtante ſuprà ſcripto ſtatuto ſecùs † arbitror
cùm poſsit aliter reo eſſe cõſultum, nempe vt principio curet à iudice formulã interroga-
tionis corrigi, & nõ ſimpliciter rogari, an mutuò cẽtũ acceperit, ſed adiici quorũ ſit ipſius
debitor

1 l. ex eo. de vin. trit. leg.
2 §. ſeq. & §. ſed ſi mihi.
3 l. Iulianus. de condi. inde.
4 l. actus. de reg. iur. l. neceſſario. §. ſi ita. cum glo. ſ. de peric. rei vendi.
5 l. de ætate. §. nihil. de interr. act.
6 glo. l. ij. de in diẽ adiect.
7 l. obligationum ferè. §. conditio. ſ. tit. j.
8 d. §. prætereà.
9 Bart. de §. nihil.
10 l. qui accuſare. C. de edẽ.
11 l. qui liberis. in princip. de vulg. & pup. ſubſtit.
12 l. j. j. reſponſo. de vulg. l. eam quam. cum glo. C. de fideicom.
13 l. ij. reſpon. l. gallus. §. j. de lib. & poſth. l. coiri. vbi Fulg. pro Soc.
14 l. j. in fi. quod quiſque iur.
15 Bal. c. quia propter. de elect.
16 Bal. l. ea quidem. C. de accuſ.
17 c. fi. de præſump. c. j. de poſtul. prælat. in vj.
18 arg. gl. l. quod in hæredẽ. §. eligere. de trib. act.
19 gl. c. ij. de confeſſ. in vj.
20 l. j. quod quiſq; iur. l. vt reſponſum. C. de tranſact.
21 Bal. c. dudum. de elect.
22 l. iuſiurandum. & ad §. non ſemper. de iureiur.
23 l. ij. §. quòd ſi actor. verſ. prout rei. C. de iur. cal.
24 §. & licet. in fin. Angel. in auth. de teſtib.
25 Alexan. Soc. mod. l. j. de vulg.
26 doct. d. c. ij. de confeſſ. in vj.
27 gl. l. j. C. quo. app.
28 Abb. c. fi. de iur. cal.
29 glo. l. qui cũ maior. §. ſi patris. de bo. lib.
30 l. in fundo. de rei vend.
31 Bar. l. Aurelius. §. idem quæſiit. de lib. leg.
32 doct. c. cupiẽtes. in prin. de elec. Iaſ. d. §. non erit. & l. manifeſtæ. de iureiur.

debitor[1].quod ex facto Bald. reſpõdit, & approbat Orianus. Poſitiones enim à iure * in- 15
uentæ ſunt,vt ab onere probandi pars releuetur[2].vnde non debẽt operari,vt reus ipſe eo
onere grauetur,cuius cauſa in probationibus ſolet eſſe fauorabilior[3].

INTRA CALENDAS QVINTAS. Veteres interpretaban-
tur,quintò cal.id eſt,quinq; diebus ante cal[4].qui ſenſus latino ſermoni repugnat:† quia in- 16
tra quintas cal.ſignificat intra quinq; menſes,ſicut promittis dare centeſimis cal. ſignifi-
cat centeſimo mẽſe[5].Eſt autem hic loquendi modus ex fœneratorum cõſuetudine ductus,
qui in ſingulas cal.fœnerabant[6].quod & Alphium feciſſe Horatius eſt auctor. Vnde eorũ
rationes dicuntur calendaria[7]:& vſuræ * centeſimę, quibus duodecimo quolibet anno 17
pro ſorte centenaria accipiuntur[8] ſic dictæ,quòd centeſimo menſe ſortem æquent[9],quod
alibi declaraui[10]. Sed quęnam ratio eſt,vt ſi in tẽpore certo diſpar ſit reſpõſio interroga-
tioni,ſtipulatio non valeat?& † Bar.reſpõdit eam eſſe:quia talis diſparitas inducit differẽ 18
tiam in ipſa rei ſubſtantia : cùm dies licet nõ impediat oriri actionẽ, tamen interim ſuffi-
ciat exceptioni[11].poſt ergo cal.quintas ex interrogatione nulla promiſſori cõpeteret ex-
ceptio,ex reſpõſione verò cõpeteret, donec idus quintarũ cal.veniſſent. Apparet igitur
manifeſta diſcordia hoc caſu,cũ fortè interrogator aliâs nõ fuiſſet cõtracturus,quæ ſi ſua
die ſibi promitteretur[12].Sed quid ſi reus promittendi breuiori tempore ſpondeat?& rece
ptior eſt ſentẽtia idem eſſe.Lex enim noſtra ſimpliciter dicit eſſe Idibus reſpõſum,nec ex
primit,an Idibus quintarũ cal.an proximis.nam & ſi te interrogem,*Promittis in diem talem*?
& tu reſpõdeas, *Promitto hodie*. propter diſſenſum nõ valet ſtipulatio[13]: fortè enim mea in-
tereſt nõ citiùs habere[14],& cũ hoc à conſenſu pẽdeat,pro ratione ſufficit volũtas[15].Cùm
ergo conſenſus nõ iungatur,nõ valet ſtipulatio.Pontanus tamẽ,Soc.& Iaſ.ſi reſponſio de
breuiore tempore facta ſit, valere ſtipulationẽ cenſuerũt,quæ ſentẽtia defendi poteſt[16],
optimáq; ratione nititur.Si enim interrogem te, *Promittis in cal.quintas*.vel, *Intra cal.quintas*.
ex vi verborũ idem eſt,acſi dixiſſem, ab hac die vſq; ad cal. quintas[17], vnde ſi reſpõdeas,
*Promitto ad menſem*. verum eſt id tempus intra cal.quintas eſſe[18], ergo eatenus cõformis eſt
interrogationi reſpõſio.Poſſet fortè diſtingui,vt ſi reſpõſio pura ſit,interrogatio in diem,
nihil agatur[19]:ſi † verò reſpõſio in diẽ & ipſa ſit,ſed breuiorem, valeat[20] quod enim pu-
rè debetur,ab eo in ſpecie differt quod in diem debetur.At quod in diẽ breuiorẽ promiſ- 19
ſum eſt,nõ ita differt:cùm vtraq; obligatio in diem ſit,hócq; caſu dies ſpeciei differentiã
non inducat,ſed potiùs pars ſummæ cenſeatur[21]:quãdoq; tamẽ dies nõ qualitatẽ,aut ſpe-
ciẽ,ſed formã reſpicit:vnde eius in obſeruatio[22]:actũ intraret quandoq; ad rei ſubſtantiã
pertinet veluti in factis[23],aliud enim eſt vna die factũ aliud alia[24]:quãdoq; ad accidẽtia re
fertur,nec aliquam diuerſitatem inducit,vt cũ de tempore loquimur,non quo aliquid fit,
ſed in quod effectus rei confertur[25]:ſed cùm ex diuerſitate tẽporis vitietur ſtipulatio, cur
& nõ duorum reorum conſtitutio vitiatur[26].clarum enim eſt,quòd nec illi quidem diuer-
ſa obligatione conſtitui poſſunt[27].Reſpondeo,in ſtipulatione ea forma traditur, vt iun-
gi ab initio cõſenſus debeant:& ideò quod ad hoc adtinet,in pẽdenti eſſe nõ poteſt[28].at in
cõſtitutione duorũ reorũ nulla eſt alterius erga alterũ forma : ſed ſatis eſt,ꝙ diuerſitas ad
ęqualitatẽ reduci poſsit,qđ latiùs alibi Bar.declarat[29] I.démq; in fideiuſſoribus dicẽdũ[30].

ET VERSA VICE. Hoc procedit,cũ cõſtat aliter reſpõſum eſſe, quàm
fuerit propoſita interrogatio:aliâs * qui ſimpliciter reſpõdet,ſecundũ rogatũ rñdiſſe cen 20
ſebitur[31].vnde adnotant doct.talẽ intelligi reſpõſionẽ,qualis pręceſſerit interrogatio,cu
ius rei plurima exẽpla accumulant recẽtiores[32]. Verùm in primis † id intelligendũ eſt I. limit.
reſpectu ſubſtantiæ,non vt cenſeantur repetitæ qualitates.Vnde ſi te interrogo an Caiam 21
vitiaueris vxorem Titij, & tu reſpondeas vitiaſſe Caiam, non videris confeſſus eſſe Ti-
tij vxorem[33]. debet enim confeſsio ſecundum confitentis mentem declarari,vt minùs ei
noceat[34]:éſtq;,quod imputari interrogatori poſsit,qui poſitionem illam non diuiſerit, vt
prima eſſet quòd vitiarat,ſecũda ꝙ eſſet vxor[35]. Rurſus nõ procedit ſuprà ſcripta cõclu
ſio,quãdo interrogatiõe adiectũ eſſet aliqd impertinẽs[36],vel extrinſecꝰ ſola demõſtratio- II.
nis cauſa.Satis enim eſt ſi cõfeſsio ad id referatur, quod principaliter in diſpoſitiõe narra
tur[37]:quod intelligit Mateſillanus etiã ſi vox, *Dictam*.adiecta ſit puta, *Vitiaui dictã Caiam*[38].
nã ſi delictũ ex eo nõ aggrauaret,ꝙ ſit vxor Titij,nõ videtur repetita illa qualitas.etenim
vox, *Dictam* *.ad qualitates dũtaxat refertur,quæ diſpoſitioni cõueniunt,nõ quæ acceſſo 22
riè vel extra ordinẽ adiectæ ſint[39]. Rurſus quoq; nõ procedit reſpectu perſonarũ : quã- III.
do enim magnũ damnũ cõfeſſus ſubiret,nõ fit interpretatio,vt in reſponſione cenſeatur
repetita perſona[40]. Addit Corn. ſemper ita accipiendã reſponſionẽ ne videatur quis IIII.
ſibi ipſi aduerſari etiã ſi talis interpretatio interrogationis verba reſtringeret[41],cuius rei
Baldum citat auctorem[42].

CVM ADIICITVR ALIQVID. Verba legis † loquũtur,quã- 23
do aliquid adiicitur,vel detrahitur obligationi:& ſic expreſsim loquũtur de qualitate,quę
ſubſtan

1 Bal.conſilio cccxcviij.ſtatuto Peruſij.in v.Lanſ.cle. ſæpe.de verb.ſig.
2 c.j.de confeſſ.in vj.
3 l.Arrianus.ſ.tit.j.
4 glo.c.fi.de reg.iur.in vj.
5 glo.l.centeſimis.ſ.eo.
6 l.lecta.ſi cer.pet.
7 l.pe.eo.tit.
8 in auth.de vſur.naut.§.j.
9 l.iij.§.fi.ad l.falc.vbi Soc.
10 l.eos.C.de vſur.
11 §.temporales.inſtit.de excep.
12 l.j.§.diem.de eden.§.plus.inſti.de acti.
13 §.præterea.inſt.de inut.ſtip.
14 argu.l.iij.§.quòd ſi ſeruus.de ſtatul.
15 l.facta.ſ.ad Treb.
16 l.ſi ita ſtipulatus fuero x.aur.xv.ſ.eod.
17 l.fi.C.de poſt.hær.inſti.
18 l.ſi ita fuerit libertas.in fi.de man.teſt.
19 d.§.præterea.
20 d.l.ſi ita.
21 d.§.plus.
22 auth.quę ſupplicatio.C.de precib.imp.off.
23 l.ſi nõ ſortẽ.§.libertus.de cond.indeb.
24 l.j.in fi.de incend.rui.naufr.
25 d.§.diem.Bart.l.denuntiaſſe.§.quid tamẽ.de adul.
26 l.ex duobus.ſ.tit.j.
27 l.ſi id quod.ſ.tit.i.
28 Bal.l.obſeruandum §.poſt hæc.q.xiiij.de off.proconſul.
29 Bar.l.fi.ſ.tit.i.
30 l.ſi à reo.in princ.de fideiuſſ.
31 §.pręterea.inſti.de inut.ſtip.l.ſi defenſor.§.j.de inter.act.l.quæro.in fin.de ædil.edil.
32 Feli.c.inter.dilectos.de fi.inſtr.Iaſ.l.pe.de iuſt.& iu.
33 l.ſi cui.ij.in fi.de leg.j.vbi Bar.& Bal.
34 l.ſi quis intentione.de iudic.Bart.l.is qui reus.de public.iudic.
35 gl.c.ij.de confeſſ.in vj.
36 l.fin.§.in refutatoriis.Bad.C.de app.
37 l.fi.§.Titia.de lib.leg.vbi Bart.
38 Matheſ.no.xxxiii.
39 arg.l.Seio.§.medico.de annu.leg.l.nouatione.de nouat.
40 l.j.de diuerſ.reſcr.vbi Bart.
41 Corn.conſ.[illegible].dub.
42 Bal.l.cum[illegible].ad fi.C.de iur.& fac.ignor.



ſubſtantiæ obligationis adiecta ſit.Quid ergo ſi de diuerſa ſubſtãtia agatur?puta,*Promit-
tis mihi ſtichum*.tu reſpondes,*Pamphilum*. nunquid ſubſequuto cõſenſu cõfirmabitur ſtipu-
latio.& Bar.cenſuit adhuc cõfirmari[1] idémq; eſſe in quãtitatibus ſummarũ, putà, *Promit-
tis centum? Promitto centum quinquaginta*. nam ſequuta ratihabitione valebit ſtipulatio etiam
in quinquaginta:idq; videtur receptius,vt quod hîc iuriſc.eos,tradidit,nõ ad ſuperiora tã
tùm,ſed etiã ad ſequẽtia trahatur[2],imò ad ſequẽtia dũtaxat referri Vgolin.& Butrig.opi-
nati ſunt.At Ioan.Petr.Iac.Faber,Raph.aliter ſenſêre,& neutro caſu ratihabitione cõfir-
mari ſtipulationẽ exiſtimant,quos Soc.Iaſónq; ſunt ſequuti:quę ſentẽtia regulæ cõmuni
cõformior eſt[3].ſecũdũ quã ſtipulatio nõ valet,niſi quatenus pręceſſerit interrogatio,nec
24 verba huius textus aliquo modo communi intellectui quadrant. Lex †, cùm adiicitur
vel detrahitur obligationi. Barto. intelligit,'etiam ſi non adiiciatur , ſed alia obliga-
tio nouæ rei inducatur , lex ait vitiari obligationem, Bartol.intelligit pro parte ſummæ,
quatenus cõcors fuit reſpõſio,valere,pro parte vitiari.quod ſanè quã inſolens eſt[4],lex lo-
quitur cũ obligationi adiicitur,Bart.intelligit cũ rei ipſi in obligatione deductæ adiicitur
alia res.Lex ait per cõſenſum videri aliã ſtipulationẽ cõtractã,Bar.non vnã aliam intelli-
git,ſed duas:primã quatenus in minore ſumma fuit cõcordia,quæ ex veritate orta eſt,aliã
fictã & à ſuperiore diuerſam quatenus reſpõſio maiorẽ ſummã cõprehendit,lex diuerſita
tem reſpõſionis ab interrogatione approbari vult:at Barto.etiã de reſponſione intelligit,
quę nõ diuerſa,ſed nulla eſt,qui enim ita ſtipulatur, *Decem dabis? Dabo quindecim*. reſpectu
25 reliquorũ quinq; nihil prorſus interrogat.quę omnia † ſine dubio verbis legis nõ conue-
niunt,vnde nec lex aptari eis debet[5].Nec me mouẽt eorũ rationes,qui Bar.ſequũtur:quia
pleræq; adeò leues ſunt,vt tædeat referre,in primis aiunt ſubeſſe eandẽ rationẽ , cũ ex in-
terrogatione potuerit ſcire reus ſtipulatorẽ acceptaturũ.Reſpõdeo, hæc ratio impulſiua
dũtaxat eſt,vnde ab ea nõ eſt argumentandũ[6]. quod ſuprà in rubrica docui.Itẽ nõ credi-
dit reus ſtipulatorẽ acceptaturũ,niſi quatenus pręceſſerat interrogatio,nõ vltrà[7].Rurſus
aiunt nõ poſt rationẽ differẽtiæ adduci,an qualitas adiiciatur,an res principalis,imò faci
liùs emẽdari defectus quãtitatis debet:cũ ſtipulatio ſaltẽ in minore ſumma valuerit,quàm
defectus qualitatis,ob quẽ ſtipulatio nihili erat[8].Reſpõdeo,rationẽ differẽtiæ eſſe euiden-
tem,faciliùs enim ſuppletur,quod omnino omiſſum nõ eſt,quàm quod fuit prorſus omiſ-
ſum[9],vbi enim ſola eſt adiectio vel detractio qualitatis,ſtat tamẽ interim firma interro-
gatio reſpectu ſubſtantiæ,dicitúrq; ſeruata eſſe legis forma,quod ſecùs eſt.cùm alia res in
obligationẽ deducitur[10].Nec obſtat,ꝙ clauſula media debeat tam ad inferiora quàm ad
præcedẽtia referri[11].Reſpõdeo,hoc nõ procedit,quãdo verba nõ poſſunt tali relationi cõ-
modè aptari[12],item nõ procedit,quãdo ſequẽtia ſeparatim,id eſt,per Paragraphi diſtin-
ctionẽ à præcedẽtibus ſe iunguntur[13],ſed dubitatur,qualiter ſubſequi hæc approbatio de-
beat?& omnes aiunt nõ nutu,vel epiſtola,ſed verbis cõcipi debere[14].Cùm enim ſubroga
ta ſit loco * interrogationis,debet(quoad eius fieri poteſt)eandẽ naturam ſeruare[15],ma-
26 ximè ne aliâs duo ſpecialia cõcurrant[16],& hæc quidẽ ꝙ ad interpretationẽ textus attinet
ſatis.Cæterùm adnotant hinc doct.quoties quid cõtractui additur,vel detrahitur,in aliũ
actũ tranſire,quod verùm eſt,cũ aliquid ſubſtantiæ additur vel qualitati,quæ ipſius ſubſtã
I. tiæ aut materiæ naturã variet. Aliâs,ſi quid extrinſecus † accidens,vel qualitatẽ ſimpli
27 cem immutans addatur,nouus actus non efficitur[17]. vnde libellus,cui aliquid in ſubſtan-
tia additũ ſit nouus libellus dicetur:ſecùs ſi extrinſecus tantũ,vel aliqua in qualitate ſit im
II. mutatus,quod Bald. cenſuit[18]. Itẽ verũ,niſi illa additio declarationis tantũ cauſa facta
proponatur,qui enim declarat,nihil noui inducit[19],quod Pontanus ex facto reſpõdit,in-
déq; decidit,ſi iudex,lata ſentẽtia,cauſam deinde addiderit,nõ videri nouã ſententiã,nec
à cauſæ adiectione appellandũ eſſe , ſed ab ipſa ſentẽtia[20]. Sed nunquid id ſolùm quod
III. adiicitur,cenſebitur nouus actus,an etiã illud,cui adſcripta eſt adiectio?& putauerim di-
ſtiguendũ,vt ſi adiectio prætextu interpretationis fiat,licet verè nõ ſit interpretatio:tamẽ
nõ immutabit præcedentis actus nomen[21].Cùm id actũ videatur,vt legis * interpretatæ
28 qualitas cẽſeatur repetita[22],idem ſi in quandã cõſequentiã adiectio veniat[23]. vnde quo-
ties ius ciuile prætorij ędicti interpretãdi cauſa emanauit,prætoriũ adhuc dicitur,quod in
beneficio abſtinẽdi ſuis hæredibus indulto cõmuniter receptũ eſt[24],quod ſi nõ per modũ
interpretationis,ſed approbationis fiat adiectio,totus actus renouatus cenſebitur[25].vndè
quoties aliquid additur,vel detrahitur iurigentiũ,efficitur ius ciuile[26],propriè tamẽ & ſi-
gnificãtiùs loquendo,id ſolũ quod adiicitur,in nouã diſpoſitionẽ tranſit,quod aliquando
cẽſuit Iaſ.[27].Hinc infertur ad quęſtionem,principis reſcripto iuſſus eſt iudex ordinarius
ſummatim,ſimpliciter,& deplano ius dicere,an in tali cauſa cenſebit dũtaxat eius iuriſdi
ctio excitata,& ſic adhuc tanquã ordinarius cognoſcet[28], an verò tanquã principis dele-
gatus,& cõcludunt doct.propter hãc iuriſdictionis alterationẽ effici delegatũ[29],ideóq; &
ſportulas cõſequi poſſe[30] & ab eo ſolũ principẽ appellari[31]: quæ tamẽ cõcluſio variis mo-

1 Bar.§.fi.ſ.ead.l.Bald.nouell.in rub.ſ.eo.
2 l.iij.§.filius.de liber.& poſth.
3 gl.l.omnes.de reg.iur.
4 l.eum qui.de vſur.
5 l.iiij.§.toties.de dam.infect.
6 l.j.§.ſexum.de poſtul.
7 arg.l.ij.§.j.vbi dixi.verb.liberatio.ſ.eo.Bar.l.Titiũ.§.altero.in fi.de admi.tut.
8 ſ.§.ſeq.
9 l.quidam cum filium.de hær.inſti.l.accuſaturus.de adult.
10 l.ſi à reo.in prin.l.græcè.§.illud.de fideiuſſo.
11 d.§.filius.c.ſecundò requiris.de app.
12 l.ſi idem.in fi.de iur.om.iud.vbi glo.& doct.
13 c.inquiſitioni.de appel.l.j.§.meminiſſe.de ventre inſpi.
14 Ioã.Fab.d.§.præterea.Iaſ.hic.Soc.§.ſeq.
15 l.ſi eum.§.qui iniuriarũ.ſi quis caut.
16 l.i.C.de dot.promiſſ.
17 d.l.denuntiaſſe.§.quid tamen.vbi Barto.de adult.
18 Bal.l.ædita.vbi Iaſ.C.de eden.
19 l.hæredes.§.j.de teſta.
20 Rom.cõſil.xlv.in c.ſuper eo.
21 l.lex Cornelia.verb.ex lege.de vulg.
22 Bar.l.prætor.§.eritque.vi bo.rap.
23 gl.l.ij.de poſſ.hær.pet.
24 doct.l.neceſſariis.de acqui.hær.
25 l.j.§.omnia.C.de vet.iur.enucl.
26 l.ius ciuile.de iuſti.& iur.
27 Bar.hic poſt Vgol.Iaſ.l.j.C.quando nõ pe.par.
28 c.licet in corrigẽdis.de off.ord.
29 mod.hic,& d.l.ius ciuile.
30 c.cum in omni.de vit.& hon.cle.
31 d.c.licet.l.præcipimus.§.fi.C.de app.

dis reſtringitur. Et in primis† aduertẽdum eſt ad verba reſcripti, quemadmodum con- I.
cepta ſint. ſi enim proceſſum duntaxat reſpicerent, remaneret, quantum ſit diffinitiuæ 29
ſententiæ reſpectu ordinarius[1], licet procedere tanquã delegatus poſſet. reſcriptum enim
de proceſſu loquens non videtur ad definitionẽ hoc caſu producendum[2]. Item ſi prin- II.
cipis verba reſpiciat executionem, licet in conſequentiam aliquem obicem ſubmoueant
tamen adhuc erit delegatus[3]. quod ſi principaliter verba ad tollẽdum obſtaculum con-
cepta ſint, remanebit ordinarius[4]: vnde ſi princeps reſcribat, vt præſes procedat, non ob-
ſtantibus feriis, cognoſcet tãquam ordinarius: quia ſola exceptio* feriarum tollitur, quæ 30
exercitio iuriſdictionis obſtabat. Sed & quoties ex lege municipali cauſa ad ordinariũ III.
pertinet, non eſt credendum voluiſſe principem ei legi derogare[5]. vnde adhuc tanquam
ordinarius cognoſcet[6]: quãuis proponeretur in reſcripto adiectũ, vt auctoritate principis
procederet. poſſunt enim hęc verba ordinario quoq; conuenire[7]. Item ſi vſus eſſet verbo,
*Precipimus*. nam neq; id ordinariæ iuriſdictioni repugnat, quod veteres aliqui diſputaue-
runt[8]. Nam & videmus, ſi præſes iudicẽ det hac forma, vt ſummatim, aut, velo leuato, IIII.
procedat, idque, reſcripto principali ita iubẽte, fecerit[9], tamẽ talis iudex ex ſacra forma
datus non principis delegatus, ſed ordinarius cẽſebitur: & ideo ab eo ad ordinarium erit
prouocãdum[10]. Non eim videtur princeps ordinarij ipſius delegationem ſeu mandatum
infirmare: nec ſupplicatione partium veriſimiliter id actum eſt. Nam etiam ſi princeps V.
mandat ordinario vt cauſam deleget, quamuis compellatur ordinarius principi parere,
in eo tñ actu delegatus non cẽſebitur[11]: et ideo Raph. & Hug. quãuis, quod iuriſdictionis
voluntariæ erat, vt eſt delegãdi ius ad neceſſitatẽ reſcripto principis trahatur, nõ tamen
idcirco alterari iuriſdictionẽ cenſuerũt. quæ ſentẽtia defendi poteſt, quoties ea cõmiſsio
nihil aliud noui induceret: aliàs ſecùs, vt ſi perſonam approbaret, cui poteſtate ordinaria
prouideri obſtante ſtatuto vel alio impedimento non potuiſſet[12]. Sed & ſi princeps ea VI.
ſolùm ratione reſcripſerit, vt cauſas ipſas diſtribueret, nõ eſt dubitandũ, non videri muta
tam ordinarij iuriſdictiõnẽ[13]. quod rectè Bal. ſenſit. vnde ſi Põtifex cauſam alicui ex Rotæ
auditoribus cõmiſerit, nõ cenſetur feciſſe quin ille tanquã ordinarius procedat, licet ple-
rumq; definiat, vt delegatus[14]. Illud etiam receptũ eſt, ſi princeps iudici abſque aliqua VII.
additione, vel detractione cauſam ſpeciali iuſſu committit, cenſeri delegatam* illi iuriſdi 31
ctionẽ, citra ordinariæ poteſtatis imminutionẽ conceſsiſſe, poſſeq; eum eligere ex vtra
procedere velit[15]. quod ſi nõ ſpeciali iuſſu, ſed generaliter aliquid cõmiſerit, ſolũ excitatã
iuriſdictionem ordinariã videri[16]. Addit Bald. ſi imperfectã iudicis* iuriſdictionẽ iudex VIII.
ſuppleat, non videri quicquam noui delegaſſe, ſed ordinariam prorogaſſe[17]. qua de re hîc 32
dubitat Aret[18]. Sanè quoties in clauſulis executiuis adiecta huiuſmodi oratio propone IX.
retur, quæ nouam iuriſdictionem alias conferret, nõ mutari ordinariam poteſtatem vulgò
omnes ſciũt[19]. Sed quid ſi iudex cui noua* forma reſcripto principali indicta eſt, eã non X.
obſeruet, nec vti delegatus procedat, an valebit ſentẽtia? & conſtat nihilominùs valere: 33
licet iudex ipſe tanquam principalis reſcripti contemptor caſtigari poſsit[20].

1 gloſſ. l. qui procuratorem. de procur. vbi Bald.
2 doct. l. à diuo. in princ. de re iudic.
3 c. ad abolẽdã. in fi. de hæret. Anch. c. hi qui. de præbẽ. in vj.
4 c. cũ aliquibus. de reſc. in vj.
5 l. quanquam. C. de teſta. mili. vbi Alexand.
6 argu. l. ſi quis & à quo. c. ſicut vnire. de exceſſ. prælat.
7 c. Michael. de vſur.
8 §. illud. in auth. de mãda. princ. §. fi. in authen. vt def. vbi Iac. Belui. Albe. l. diem. ad fi. de offic. aſſeſſ.
9 in auth. in med. lit. circa me. dict. l. fin. quis et à quo.
10 l. j. §. ſi quis appellatiõe de appellat. Rapha. put. Alexand. d. l. à diuo. in princip.
11 d. §. ſi quis appellatione.
12 d. c. cum aliquibus. d. c. hi qui.
13 l. fina. §. penul. verſi. quotiens tamẽ. C. vbi ſenat. vel clam. vbi Bald.
14 gl. cle. auditor. de reſcri.
15 doct. c. cum ex officij. de preſcrip. vbi Feli. char. pe. verſic. ij. limita.
16 dicto capit. licet.
17 Bald. l. j. in gloſ. penulti. de iuriſdi. omniũ iudicum.
18 per gloſ. dic. cap. hi, qui.
19 clement. j. in fi. de præb. Felin. dict. capit. licet. Iaſon dicta l. ius ciuile.
20 glo. clemen. j. verſ. inhibentes. de iur. patr. Feli. ca. ex parte. de conſtitut.

SVMMAE.

1 *Stipulationem ſummis in eo, quod cõſenſum eſt, reductis ſubſiſtere. 5.*
3 *Minorem ſummã maiori, ex ceptis caſibus aliquot ineſſe. 19. 21. 22. 25. 27. 31. 36. 37.*
4 *§. ſi ſtipulanti. explicari.*
9 *§. Praterea. de inutil. ſtipulationi ſenſus.*
10 *Totum plus roganti certis caſibus non negandum.*
13 *Totum, parte debita, negans à periurio, ſumptibúſq; excuſabilis. 15.*
18 *Partem totius petiti confeſſus moram, niſi ex cauſis, facit.*
28 *Abſolui à toto integro reum videri: ſi de parte lis nõ fuit, contrà 29.*
30 *Minorem maiori negatiuè ineſſe ac in mãdatis. 33. & ſententiis. 35. & arbitriis. 39.*
34 *C. cui de non. de præben. ſenſus.*
38 *Teſtes in ſumma contrarij certis caſibus non reiiciendi. 40.*

§. SI STIPVLANTI. Qui† de minori ſumma interrogat, ſi de maiore reſpon 1
deatur, eatenus obligat promiſſorem, quatenus ſummę cõcordant, & vice verſa. Sed quæ-
nam ratio dubitandi hoc in caſu fuit? an quia reſponſio interrogationi omnino non cõue-
niebat, imò in qualitate videbatur ſubeſſe diuerſitas. Si enim ſtipulator velit ſummã mino
rem petere tanquã promiſſam, non poteſt, ſed ſolum rectè agit, cùm ceu debitã duntaxat
petit[21]. quod Bartolus cenſuit. Rurſus & in forma ſubeſſe diuerſitas videbatur. nam ſi cùm
deberẽ quinquaginta fideiuſſorem in centũ dederim, is fideiuſſor omnino non obligatur,
idest, nec in minore ſumma, vt Bart. tradidit[22]. quia in forma ſtipulationis ſubeſſe vitium
lex interpretatur perindeq; eſt ac ſi plus tempore adpromiſſor ſpopõdiſſet. quo caſu, nec
naturalis quidẽ obligatio oritur[23]. Sed tamẽ Iuriſc. decidit contrariũ ea generali ratione,
quòd in maiore ſumma minor inſit: & ideo quatenus ſummæ concordant, nulla videtur
eſſe diuerſitas. Nec obſtat, quòd ſumma minor peti non poſsit tanquam promiſſa, ſed tan-
quam debita dũtaxat: quia ſcrupuloſa nimis hæc eſt ſubtilitas, &, etiamſi vera ſit, nihil im-
pedit.

21 Bart. l. ſcire. in pri. ʃ. eo.
22 l. Græcè. §. illud. de fideiuſſ. ver. quero pricipaliter.
23 l. fideiuſſor obligari. §. j. de fideiuſſo.



pedit, cùm ea ſolùm qualitatis diuerſitas vitiet ſtipulationem, quæ facit ne conſenſus iun-
gantur, contractumq; in pendenti conſtitueret, vt cum diuerſitas in tẽpore eſt[1]. In ſumma
verò ſeu in rebus ſtatim contractus proficitur, nec eius valor in pendenti eſt: quia verũ eſt
in ſummã minori partes eſſe concordes. nec exẽplũ fideiuſſoris mouet: quia in Pandectis
Ethruſcis dicitur fideiuſſorẽ nõ omnino obligari, Vnde cũ negatio ſigno vniuerſali præ-
poſita ſit, indicat aliquo ſaltẽ modo valere, licet non omnino[2]. quod Lib. I I. c. x x v I. Dial.
Laur. Valla diſputat. Sed & ſi ſententiã Bar. ſequamur, adhuc tamen argumentũ nõ vrget:
2 in illo enim caſu forma rẽ ipſam reſpicit, quũ lex expreſsim iubeat, ne in plus poſsit* ſe fi-
deiuſſor obligare, q̃ principalis[3]. Sed in caſu noſtro forma rẽ ipſam nõ reſpicit, ſed perſo-
3 nas, quas ſatis eſt verbis concordes eſſe. Sed † nunquid minor ſumma maiori inſit ex pro-
prietate verborum? & adnotant hîc omnes propriè ineſſe[4]. vnde & in cõditionibus, quas
propriè & ad verbũ obſeruari oportet, qui x. dare iuſſus, xx. dat, obſeruaſſe dicitur[5], quod
Are. hîc cenſuit: veriſsimaq; eſt ſententia, exceptis tamen duobus caſibus: alter, cũ ſumma
hæc negatiuè profertur, veluti, *centũ aureos non habeo*, non ſequitur, quin quinquaginta ha-
beam[6]: ex interpretatione igitur ſolùm certis caſibus ſumma maior negatiuè prolata mi-
norẽ continet[7]. quod Cin. & Rainer. hîc docuerunt. alter, cùm non de re controuerſia eſt,
ſed de verbi ipſius ſignificatione. & conſtat verbũ maioris ſummę demonſtratiuũ propriè
minorẽ non ſignificare. Nec enim centũ propriè quinquaginta ſignificat[8]. licet per inter-
pretationẽ hîc intellectus accipiatur, cũ in centũ vtriq; etiã quinquaginta contineantur: &
ideò in multis caſibus ſupraſcriptæ regulæ locus non eſt. Nã & ſi duo arbitri condẽnant in
x. tertius in v. non dicuntur expreſsè in illa v. conſentire, ſed tacitè tantùm[9]. vnde ſenten-
4 tia x. continẽs præualet[10]. Sed pro declaratione textus † videndum eſt, quid reſpectu alio-
rum decẽ, quæ ſupra interrogationẽ promiſſor obtulit, cõſtituendũ ſit: an debebũtur ſaltẽ
iure pacti, tanq̃ ſtipulatoris præſentia, & taciturnitas conſenſum inducãt[11]? quod quidem
pactũ cohærentia ſtipulationis foueri, confirmariq; debuit, ſi vera eſt eorũ ſentẽtia, qui in
contractibus quoq; ſtricti iuris ineſſe pactũ cenſuerũt[12]. Sed † textus noſter repugnat, qui
5 non eſſe contractã obligationẽ, niſi in decẽ oſtendit. reſpectu ergo aliorum decẽ nulla erit
obligatio, nec naturalis quidẽ[13]. Ego quãuis arbitrer de obligatione ciuili iuriſcon. hîc lo-
6 qui[14], tamẽ nõ negauerim prædicto caſu, nec pactũ quidẽ vllũ eſſe[15], qui enim* præſens ta
cet, nõ niſi præſumptione quadam videtur conſentire, quæ præſumptio in caſu noſtro con
trariis argumẽtis tollitur[16]. primũ, quia nõ eſt veriſimile ſtipulatorẽ actũ difformẽ feciſſe,
qui partim in vim ſtipulationis, partim in vim pacti coaleſceret[17], idq; in caſu dubio. Ex-
preſſe enim nõ eſt dubitandũ, quin poſſet[18]. deinde quia interrogãdo de ſolis decem, ſatis
indicaſſe videtur non plus ſe petere: quia quæ expreſſa* ſunt, tacitis præualent[19]. & vnius
7 incluſio eſt alterius excluſio[20]: & quia in tali ſumma affirmatiuè prolata videtur legis in-
terpretatione ineſſe taxatiuã[21]. Cum igitur pactũ nullum inde contractum præſumatur,
fruſtrà de eius veſtimento tractaretur, maximè cùm tale pactum legem contractui non
det, æquè principale ſit, quo caſu nunquam cohærentia contractus fulciatur[22].
8 E CONTRARIO QVOQVE. Si igitur de maiore* ſumma interroga
tus minorẽ promittas, in minori dũntaxat valet ſtipulatio. Sed hæc ſentẽtia & ratione, &
lege dubia eſt. Et in primis videtur hoc iniquũ. Quid enim ſi ſtipulator aliàs ſtipulaturus
nõ eſſet, niſi integra ſumma ſibi offerretur[23]? Poteſt enim de tali negotio tractari, in quo ſti
pulatoris interſit vel totũ habere vel nihil[24]. Rectiùs ergo Iuſtinianus qui inutilis eſt ſtipu
latio, inquit, ſi ad ea, quę quis interrogatus fuerit, nõ reſpõdeat veluti, *Decẽ aureos, dare ſpõdes?*
9 tu v. promittas[25]. Sed tamẽ à regula legis noſtræ recedẽdum eſt: quia † verba Iuſtiniani
intelliguntur inutilẽ eſſe ſtipulationẽ in eo, quod interrogationi reſponſio non quadrat.
Reſpectu autẽ minoris ſummæ non eſt dubiũ quadrare. nec mouet, q̃ potuit intereſſe ſtipu
latoris vel totũ vel nihil acciperet, quia ſi interfuiſſet ſua, veriſimiliter ſtatim diſſenſiſſet.
I. quo caſu tota ſtipulatio cenſeretur extincta[26]. Cæterùm ex ſupraſcriptis inferunt doct.
10 an ſi quis in iudicio † poſitionẽ edat, quæ plus cõtineat, q̃ verè debeatur, poſsit ea in totum
negari, an ſaltẽ eatenus agnoſcenda ſit bona fides, quatenus verè debetur? & Bart. nõ poſſe
in totum negari cenſuit, cùm ſcilicet, plus quantitate, nõ autem qualitate petitur, idque le-
gis noſtræ argumento. nec dubiũ eſt conuenire hoc bono viro, idque non pauci hîc ſequũ-
tur[27], quæ ſententia indubitata eſt, cum verba poſitionis etiã de parte intelligi rectè poſ-
ſunt[28], veluti cùm quis interrogatur an fundũ poſsideat. quãtacũq; enim parte poſsideat,
II. verum eſt eũ poſsidere fundũ[29]. Idẽ ſi interrogatio quidẽ de toto ſit, reſpondens autem
partẽ habeat quæ ad totũ trahi ex aliquo euentu poſsit, vt cùm quis interrogatur, an ſit hæ
res ex aſſe, debet reſpondere ſi vel pro parte ſit hæres[30]. aliis enim repudiantibus, in ſolidũ
III. hæres eſſet[31]. Idem ſi poſitionibus adiecta ſit vulgaris clauſula, *Coniunctim & diuiſim, ſi nõ
de tanto, ſaltẽ de quanto,* tunc enim tenebitur reus reſpondere[32]. nec vlli excuſationi eſſet lo-
cus, quod Ang. & pleriq; alij reſpõderunt. & veriſimum eſt, niſi poſitio non in ſumma, ſed

1 ſ. §. præcedenti.
2 l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſi quis caut.
3 §. fideiuſſores. inſtitut. de fideiuſſo.
4 l. qui quarta. de legat. j. l. qui concubinã. §. j. de lega. iij. Iaſ. Socin. hic.
5 l. ij. §. ſi pluſquam. de ſtatulib.
6 l. ſi is, qui ducẽta. §. vtrũ. de reb. dub.
7 l. ſi vnus. §. ſi eum mihi. de pac. l. ſi q. is cum totum. de except. rei iudic.
8 c. cui de non ſacerdotali. de præben. in vj. vbi Gemi. & Imol. hic.
9 not. l. diem. §. ſi plures. de arbitr.
10 c. j. de arb. in vj. docto. l. inter pares. de re iudic.
11 l. qui patitur. mand. l. iij. C. de repud. hære. vbi Alex. & no. Iaſon. §. eodem rubri.
12 l. lecta ſi certũ peta.
13 gl. Inſti. de obl. in princ.
14 l. iuriſgẽtium. §. ſed cũ nulla. de pact.
15 l. ſi tibi decem. loca.
16 l. cum de indebito. de probatio.
17 l. iam hoc. de vulga. Math. not. 27.
18 l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi cer. petatur.
19 l. ex facto. §. j. de vulg.
20 l. cum prætor. de iudi.
21 l. pen. §. fin. de act. emp. Iaſ. d. §. ſi tibi.
22 Bar. l. ſi tibi. de pac. dixi. C. de pact. l. in bonæ fidei.
23 l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc. j. eod. l. ſi decem. loca.
24 l. tutor. §. Luci*. de vſu.
25 §. præterea. inſt. de inut. ſtipulat.
26 l. Stichus. la j. de manu. teſta. l non ad ea. de condi. & demonſt.
27 Aret. hic cum concord.
28 l. qui ſeruum. §. fina. de interrog. act.
29 l. Meuius. §. duorum. de leg. ij. no. l. iij. §. e contrario. de acquir. poſſeſſ.
30 l. de ætate. §. ſi interrogatus. de interrog. act.
31 l. cum hæreditate. de acquir. hæred.
32 Aug. mod hic. Alexan. conſi. clxxxiij. in v.

in qualitate ſubſtãtiali eſſet falſa[1]:tũc enim clauſula illa, *Coniunctim & diuiſim &c.* nõ ope-
ratur. Idem quoties actor teſtatus eſſet ſe eã partẽ accepturũ quã reus liquidò ſe debere IIII. V.
profiteretur[2]. Idem ſi iudex ipſe iuſſerit, vt etiã de parte reſpõdeatur[3].factũ enim * iudi VI.
cis partis negligentiã ſupplet[4]. Idẽ quãdo verbis poſitionis adiecta eſſet dictio,qua oſtẽ 11
deretur etiã de parte actũ eſſe,puta dictio,*Quid*.id eſt aliquid[5].Eſt enim diſtributiua *,quæ 12
quãlibet vel minimã cõprehendit[6]. Exceptis hiſce caſibus nõ ſolẽt aduocati ſentẽtiã hãc
Bar.ſequi.Et ſi creditor in poſitione plus,quã ſibi debeatur,adfirmauerit,totũ negant:quæ
opinio probabilior eſt[7]. Nam aut loquimur † eo effectu,ne reus in periuriũ incidat : & re- 13
ceptiùs videtur ſemper fieri interpretationẽ, vt negãs totũ, ad totã ſummã cõiunctim re-
ſpexerit,ne in periuriũ incidat[8].quod & Soci.& alij recẽtiores prodiderũt. vnde,qui iurat
fundũ ſuũ nõ eſſe,de toto intelligitur iuraſſe, niſi adiecerit neq; ſibi cõmune eſſe[9]. & ſi ex
duobus * teſtibus alter dixerit fundũ à Titio poſſideri,alter verò nõ poſſideri, fit interpre 14
tatio euitandi periurij cauſa ,vt alter de toto, alter de parte intellexerit[10]. Aut loquimur
eius finis reſpectu, vt totum negans in expenſis condemnetur tanquam iniuſtè litigaue-
rit,qui noluerit fateri ſe partem debere,& adhuc idem dicendum eſt[11].Eſt enim quod im-
putetur actori,qui plus poſuerit[12]. Nec obſtat, quòd actor videatur non ſolùm de toto,
ſed etiam de qualibet eius parte interrogaſſe[13].igitur reſponſio ipſa debuit eſſe interroga-
tioni conformis,vt ſi totum negaret, partem ſaltem adfirmaret[14]. Reſpondeo, poteſt(ſi
vult)reus de parte reſpõdere,valebitq; ex quadam humanitate reſponſio:licet non omni-
no ad rogatum facta videatur[15].Quòd ſi de † parte reſpondere nolit,ſed totum neget,vi- 15
detur ab expenſis abſoluendus. probabiliter enim credidit eum, qui centum ſibi deberi
adfirmauit,de integris centum intellexiſſe[16]. nec partem accepturũ fuiſſe[17]. Appellatio-
ne enim rei in dubio venit integra[18].maximè cũ de materia iuramenti agat,quod ſolet a-
ctum indiuiduũ reddere[19].Nec obſtat,quòd ſentẽtia certæ ſummæ de qualibet eius parte
intelligatur[20]:quia hoc verũ in ſentẽtia,quæ aliàs eluſoria redderetur ,vt infrà oſtendam.
Idẽ in litis cõteſtatiõe,in qua fit interpretatio, vt de eodẽ reus ſentiat, de quo actor[21]. aliud
verò in poſitionibus , quæ ad leuamẽ probationis adtinẽt, & in quibus non eſt permitten-
dum,vt in pari culpa melior ſit * actoris, quã rei conditio.debent enim * poſitiones certa 16
explicatione ab actore fieri[22]. vnde ſolet dici poſitionibus incertis non cogi quemque re- 17
ſpondere[23]. Sed num creditor,qui totum † petit, debitorem in mora reſpectu partis con- 18
ſtituat? verbi gratia,petij centum,cùm ſola mihi quinquaginta deberentur,nunquid in eis
quinquaginta reus cenſeatur eſſe in mora,& concludendum videretur cenſeri[24]:niſi pars
illa ſit incerta,& reus ante eius declarationem ius retinẽdi totum habeat[25]:item niſi pars,
quæ poteſt retineri,liquida quidem ſit, ſed actor proteſtatus non fuit ſe aliam partem acce
pturum[26].qua de re alibi diffuſiùs.

ATTAMEN MANIFESTISSIMVM. Adnotãt hìc omnes in maiore
ſumma minorẽ ineſſe.quod ꝓcedit ſiue minor pars diſcreta ſit, vt hìc dicitur,ſiue etiã quo-
ta[27],ſiue cõnexiua[28],ſiue collectiua[29].ſemper enim plus in ſe cõtinet quod eſt minus, quæ
tamen cõcluſio aliquot reſtrictiones recipit. Et in primis †,ſi pars proteſtetur,quòd non I.
intendat in maiore ſumma cõprehendi minorẽ[30].Vnde tali caſu ſtipulatio non valeret. 19
In contractibus enim maximè ad mentẽ contrahentium attendimus , ſicut & in legatis ad
mentẽ teſtatoris[31].vnde in eis proteſtatio facto cõtraria magis adtẽditur[32]. Sed quid in ſen-
tẽtia iudicis vel arbitri,pone,vnus arbitrorũ condẽnauit in quinq; alter in decem,tertius,
in quindecim,proteſtatúſq; quilibet ipſorũ eſt nõ in minore ſumma ſe condẽnare:an pro-
teſtatio * valebit,impedietq; ne videatur omnes in quinq; conſenſiſſe[33]: & receptius eſt nõ 20
valere proteſtationẽ[34].Cùm enim laudatiuũ, aut ſentẽtia rem prout geſta eſt,iúſque inde
proueniẽs declaret[35],& à libero arbitrio iudicũ nõ pẽdeat,nihil operatur huiuſmodi ꝓte-
ſtatio,quæ quodãmodo naturæ actus repugnat vnde preualet actus[36]. Hinc infert †,nec II.
hinc in maiore ſumma contineri minorẽ:cũ ſpecialiter de minore eſſet alio modo diſpoſi 21
tũ[37].idq; circa diuerſas perſonas.Si eñ reſpectu eiuſdẽ perſonæ nõ ſufficeret hæc cõiectu
ra[38],ſicut nec quãdo diſpoſitio nõ ab eodẽ,ſed à diuerſis pſonis eſſet celebrata, qđ Iaſ. hìc
tradit[39]. Ad hæc † pertinet,& cũ veriſimilis mẽs cõtrahentiũ eſt,vt in maiore ſumma nõ III.
contineatur minor, veluti cũ ſtipulãs ex cauſa oneroſa damnũ ſubiret:quia rei ſuæ iuſtum 22
pretiũ nõ cõſequeretur[40].qua ratione,ſi architecti æſtimationẽ vario modo renuntiẽt,nõ
erit minori ſummæ ſtandũ:quia damnũ in cauſa oneroſa fieri parti poſſet[41], vt Salic.cen-
ſuit[42].Sed cur non idẽ in ſentẽtia iudicis,vel arbitri eſt[43]? in ea enim cõſtat minorẽ ſum-
mã adtẽdi[44],an vt Iaſ.cẽſuit in ſentẽtiis nõ tractari de veriſimili partis præiudicio: cũ lex
pro eis præſumat[45].Sed cũ cõcordes nõ fuerint,vix eſt, vt ego id probẽ. an ergo quod Sa-
lic.mauult,quia iudices *,vel arbitri nihil noui inducũt, ſed quod eſt actũ quidq; inde iu- 23
ris ſit declarãt[46].æſtimatores verò pretiũ ex qualitate rei cõſtituunt, ſicq; aliquid noui fa-
ciunt : an quod ego magis probo.æſtimatores partiũ factũ repræſentãt,pretiúmque cõſti-

tuunt

1 §.præced.gl.c.ij. de confeſ.in vj.
2 l.qui ſolidũ.de leg.ij.
3 l.qui ſeruum.§.fin.
4 l.j.C.ſi in cau.iudi.
5 l.ſi is qui ducẽta. §.vtrũ. verſ.proinde.de reb dub.
6 gl.cle.j. verſ. aut earum. de ſo.comp.
7 Imol.c. dilecti. de maio. & obediẽ. Abb.c.j.in fin. de plus pet.
8 c.cum tu.de teſtib.
9 l.pupillus.§.ſi. de ver.ſig.
10 Din. Bal. Abb.l. ij.de cõdi.inſtit.
11 d.l.qui ſolidum.vbi Bar. Iaſ. l. properandum. §. ſin autem alterutra.C.de iudi.
12 l. viro.ſolu.mat.l.j.quod quiſque iur.
13 d.l.ſi quis cum totum.§. de excep.rei iudic.
14 l. ſi defenſor. §.j. de inter.ac.
15 d. §. ſi interrogatus. ſecundum intellect.Soc.hic.
16 l. Titia cum teſtamẽto. §.j.de leg.ij.
17 l.tutor.§.Lucius.de vſuris.
18 l.ſi in rẽ. de rei vẽd. l. v. in fin.de leg.j.
19 gl.l.ſi vſusfructus legatus. de vſufruc. Bald. c.j.§. cum autem. de cõtr.inueſt.
20 d. l. ſi quis cum totum. Caſtr.dict.l.qui ſolidum.
21 l. inter ſtipulantem.§.ſi Stichum.j.eo.
22 l.precibus.C.de impub. vbi Bal.j.no.
23 Doct.l. vbi. §. qui illud. j.eod.
24 l.ſi ſeruus.§.boue.de cõdi.fur.vbi doct. Bar.l.nõ poteſt.de reg.iur.
25 l. in fideicommiſsi. de vſur.in prin.
26 d.l.qui ſolidũ.vbi Bar.
27 l. qui quartam. de leg.j.
28 l. rerũ miſtura. de vſucap.l.& per iuſiurandũ.verſ. ſi autem iter. de acceptilat.
29 Bar. l.qui vſumfructũ. j.eo.
30 gl.hic.& d.§.præterea.
31 l.cũ teſtamento. de verbo.ſig.
32 l.ſi quis.in principio.de leg.iij.
33 l.diẽ.§.ſi plures.de arbi.
34 gl.& doct.c.j.de arb. in v.Iaſon l. inter pares.de re iudic.
35 l.Pomponius.§.ſi iniuſſu.vbi gl.de acqui.poſſ.
36 glo.l. pacta nouiſsima. C.de pac. Angel. l.iuriſgentium.§. quòd ferè.de pac.
37 l.ex facto.§.j de vulg.
38 Inter ſtipulantem. §.ij. verſ.diuerſa.j.eo.
39 Alexand.conſilio lxxix. in v.
40 l.ſi decẽ.locat. vbi Bal. Salic.Fulg.
41 argu.l.ſi fundum.in fin. mand.
42 Salic. l. hac edictali.§. his illud. C.de ſecun.nupt.
43 d.§.ſi plures.
44 l. inter pares. in fin.de re iud.
45 l.Herennius.§.Caia.de euict.
46 gl.d.§.ſi iuſſu.



tuunt,vnde eorum renuntiatio perinde habetur,ac ſi à cõtrahentibus expreſſa eſſet[1]. Vn-
24 de fit interpretatio, * vt minus ſit parti ipſi oneroſa[2]:iudices verò non ad factum partium
IIII. principaliter,ſed ad ius publicũ reſpiciunt. Sanè † quoties plus vel minus qualitate diffe
25 runt,nõ eſt dubium in eo,quod plus eſt non cõtineri,quod eſt minus[3]. Pone igitur,alter ar-
bitrorum cõdemnauit,vt quis intra tres menſes eat Romã,alter vt intra biennium,tertius
in aliud tempus,certè nõ videbuntur in breuiore die cõſenſiſſe[4]. Sed finge ſeptem iudices
eſſe,quorũ tres decolandum reum pronuntiarint,duo deportandũ, duo liberãdum:& quę-
ſtio eſt elegãtiſsimè copioſèq; tractata à veterib[9], Quintiliano,declamatione CCCLXV.
qui trium ſententiã arbitratur obſeruandam.Nam & Plinius quadã ad Ariſtonem Iuriſc.
Epiſtola in ſingulas ſententias eundũ exiſtimat, vt ea obtineat quam maior pars probet
ſicq; decollãtes à deportantibus ſimúlq; hos à liberantibus, ſeparari.quam ſententiã iuris
rigore defendi arbitror[5]. ego tamẽ pronior in contraria propter eius humanitatem ſum,
vt reſeruanda qđ reo ſit vita[6].cùm quatuor ſint, qui à ſummo ſupplicio abſoluant[7]. Sítq;
ſecundum legis mentem regula,qui decollandum cenſuerunt,vtiq; ſaltem deportandum
exiſtimaſſe videantur. Huic igitur limitationi ſuprascripto caſu propter fauorẽ humanę
vitæ locus non erit[8],ſicut nec tunc locus non eſt, quando differentia qualitatis ſubſtantiã
rei non immutaret. vnde videmus vinum vetus à nouo qualitate diſtare[9], & tamen in eo
quod optimũ eſt, vtiq; bonũ eſt[10].quod non alia ratione procedit, quàm quia mutatio hu-
26 ius * qualitatis non facit,quin eadem vini ſit οὐσία id eſt ſubſtantia[11]. Nam & ſi teſtes alij di
cant ſe vidiſſe Titium talem fundum XXX. annis poſſediſſe,alij dicant X. probata eſt poſ-
V. ſeſsio[12]: quia tẽpus hoc caſu ad ſubſtantiam non pertinet. Cæterum † & quando ſum-
27 ma negatiuè prolata eſt,ſuprà tradidi regulæ locum nõ eſſe, ſiue enuntiatiuè proferatur[13],
ſiue conditionaliter[14].Cùm enim dico me centũ non habere,nõ ſequitur quin minus cen-
tum habeã,& ratio eſt,quia hæc dictio *centum* propriè integræ ſummæ ſignificatiua eſt:cui
ſi quicquã deſit,non ampliùs id nomẽ habet.Aliquo tamen caſu etiam in ſumma negatiuè
28 prolata locus eſt regulæ,vt cũ actor centũ petiit, & iudex † reum abſoluit,intelligitur & à
centũ,& ab omni eius ſummæ parte abſoluiſſe[15].petitio enim & cõtrouerſia nõ de integra
ſumma tãtùm,ſed & de qualibet eius parte litigatũ fuiſſe oſtẽdit[16].propter ergo iudicij na-
turã in ꝑdicto exemplo hæc accipitur interpretatio,alias actus eluſorius eſſet[17],ſi ei qui in
petitiõe centũ ſuccubuit,nonaginta nouẽ ex ea ſumma petẽti vel deinceps nõ obſtaret rei
29 iudicatæ exceptio.Quòd ſi † de minore ſumma litigatũ non ſit,ꝓcedet limitatio,verbi gra
30 tia,ꝓnuntiarũt arbitri talem † fideiuſſorẽ non eſſe ſoluendo centũ, quin minore in ſumma
exiſtimetur idoneus[18],quod ſuprà in definitiua dixi,& in cõtractib[9],ſi eadẽ ſubſit ratio,ha
bet locũ. Vnde ſi ꝓmitto non petere centũ,nec minorem quidẽ ſummam in ea comprehen
ſam poſſum petere[19].Idem ſi fundũ legauero adiecta cõditione,Si ab hærede meo centum
non petierit:videtur enim id actũ,vt liberatio ſequatur nõ ſolum à toto,ſed à qualibet eius
VI. parte. Illud † quoq; non omittendũ eſt in indiuiduis ſuprascriptæ regulæ,locũ non eſſe,
31 quales ſuprà dixi eſſe actus,in quib[9] forma ſummã ipſam reſpicit[20]. Qua ratione & in mã
dato idẽ aliqui tradiderũt. Vnde ſi iubeat Pontifex pręebenda centum aureorũ alicui expe-
ctanti dari, eíq; de ſacerdotio minoris ſummæ ꝓuideatur,nihil actũ cenſetur[21]:quãuis de-
ſignatus ille cõſenſerit. Sed quænam huius rei eſt ratio? an quia cõceſsio illa Põtificis vide-
tur formã inducere[22],quod hìc à quibuſdã traditum eſt, an quia nõ de ſacerdotio in gene-
re,ſed de certa beneficij ſpecie Pontifex ꝓuidere iuſſerat, vt differentiã in qualitate nõ in
ſumma tãtùm fuiſſe probabile ſit[23]. nõ enim ſic ſacerdotiũ quinquagenûm aureorũ ſacer-
dotio centenũ ineſt,ſicut ſumma quinquaginta ineſt centũ:an quod Iaſ.& Soc.maluerunt,
32 quia * gratiæ huiuſmodi expectatiuæ odioſæ ſint & reſtringendæ[24],quod vix ꝓbauerim. ſi
enim odioſę ſunt,debuit ille minore ſumma poſſe cõtentus eſſe:minus enim odij in modica
33 re quàm in magna eſt. † Ego in mandatis quoq; locũ eſſe regulæ arbitror,vt in maiore ſum
ma minor cõtineatur[25]:vnde ſi mandẽ,vt centũ tibi numerẽtur,& is,cui mãdaui, quinqua
ginta duntaxat numeret,in eis quinquaginta cõueniat[26]. Si enim in ſtipulationib[9] quę ſunt
ſtricti iuris,itémq; in iudiciis regulæ eſt locus,nulla eſt ratio, cur & in mandatis obſeruari
nõ debeat:cum ſufficiat iuxta mandatũ id fieri,quod mandatum eſt[27]. Nam & in delictis
cẽſuit Bal.idẽ eſſe[28].vnde ſi mãdo alicui,vt ſtricto enſe,occidat Titiũ,& ille,accepto fuſte,
34 occiderit,nihilominùs obligabor[29]. Nec me mouet ſupradicta cõſtitutio[30]:q.a ibi † de mã
dato agit,quod nõ ſimplicẽ impetrãtis cõmoditatẽ reſpicit,ſed etiã ius publicũ. Vnde,quã-
uis ille minori ſummæ acquieſcat,nõ tamẽ ſufficit,nõ enim videtur arbitrio ipſius ſummã
fuiſſe ꝓmiſſam.Cùm ea,quæ ſuo vſui ſuperſunt,egenis dare teneat[31],vel in Eccleſiæ vtili-
tatẽ vertere[32].Vnde nec ſacerdotiũ tenuius cõſtitui debet,quãquod quotidiano victui ſuffi
ciat[33]:aliàs pluriũ fit adunatio[34].qua ratione nec diminuta beneficia cõferri poſſunt,tã etſi
35 beneficiarius cõſentiat[35].Sed quid in † ſentẽtiis dicemus? & qñ ſentẽtia in totũ valet,nõ eſt
dubiũ etiam in quibuſlibet partib[9] valere q.a aliàs eluſoria redderet,vt ſuprà declaraui[36].



1 gl.l.ſciendum.in fi.j.eo.
2 d.l.ſi decem.
3 §.§.præced.c.cui de non. de præben. in vj. gl. c. plus ſemper.de reg.iur. in vj. & c.cui licet.eod.tit.
4 Bal.l.j.C.de ſent.quę ſin. cer.
5 d.§.ſi plures.
6 arg.d.l.inter pares.verſi. quid & in publicis.
7 no.l.iiij.C.depo.
8 arg.l.ſcientiam. §. cum ſtramenta. ad l. Aquil. Io. Fab.§.ius autem gentium. Inſt.de Iur.nat.gen.
9 l.cum quid.ſi cer.pet.
10 l.vbi.j.eod.
11 l. in venditionibus. de contr.emp.
12 Bal.l.j.C. de teſta. doct. l.Celſus ad fi.de vſucap.
13 d.l.pupillus.in fi.
14 d.l.ſi is qui.§.vtrùm.
15 d.l.ſi quis cum totum.
16 l.vt fundus.com. diuid.
17 c.ſi ciuitas.de ſent.excõ. in vj.
18 l.ſi verò.§.j.l.ſi fideiuſſo. qui ſat.cog.
19 d.l.ſi vnus.§. ſi cum mihi.vbi Ang.de pact.j.
20 d.l.græcè.§. illud.de fideiuſ.
21 d.c.cui. de non ſacerdotali.
22 l.diligenter. mand.
23 glo.d.c. plus.& d. c. cui licet.Bal.d.§.ſi plures.
24 c.quãuis.de præb.in vj.
25 l. rogatus. & d.l.diligẽter.mand.
26 l.ſi vltra.C.de fideiuſſo.
27 l.iam tamen.§.pen.iud. ſol.l.ſi.in fi.mand.
28 arg.c.ſi.de homic.in vj.
29 Bald. l. non ideo. C. de accuſ.
30 d.c.cui.de non.
31 xxiij.q. viij.c.cõuenior.
32 xvj.q.j.c.ſi.
33 c.cum ſecundũ.de pręb.
34 c.ij.de relig.dom.
35 c.j.vt eccle.benef.
36 d.l.ſi quis cum totum.

Idem cum ſententia in tota ſumma non valet propter errorẽ calculi,ſaltem in minore va-
lebit,in qua nullus ſit error[1]. Idem putauerim, ſi cùm centum petiiſſem,iudex in ducentis
aduerſarium condemnauerit.videtur enim ſaltem in centum ſuſtineri definitiuam[2]. quia
lex id duntaxat quod contra ius eſt geſtũ firmitatem non habere ait[3]. at contra ius ſolùm
eatenus geſtum eſt,quatenus petitam ſummam iudex exceſsit. Si verò ſummam ſuæ iuriſ-
dictionis à lege ſibi conceſſę exceſſerit,arbitratus eſt Bar.totam ſentẽtiam infirmari[4].quę
opinio receptior eſt,quámque & ego ſequor. Cùm enim maioris ſummę iuriſdictio alteri
conceſſa ſit,apparet † de materia limitata agi,in qua ſuprà concluſi locũ regulæ non eſſe[5]: 36
vnde & ſi commiſsio iudicis talis ſit,vt ſuper toto iudicet,idẽ erit[6].nam & in iudicio fami
liæ erciſcundæ, ſi iudex de omnibus perſonis non iudicauerit, ſententia omnino infirma-
tur[7],quia ad ſubſtantiam eius iudicij pertinet, vt de omnibus perſonis pronũtietur[8], quod
in aliis iudiciis regulare non eſt[9]. Quandoq; tamen,qui de parte iudicat,cenſetur ſuper to
to pronũtiaſſe,vt quia reſpectu alterius partis ſit obiecta exceptio perẽptoria[10],vel ſi abſo
lutio ab obſeruatione iudicij ſequi debuerit[11]. Sed & qui in minore ſumma adiecta dictio-
ne taxatiua condẽnat,à reliquo abſoluere videtur.qđ Sali.cẽſuit[12]. Sed † quid rurſus in te- 37
ſtibus reſpondebimus? & traditũ eſt,in eorũ atteſtationibus minorem ſummã maiori non
ineſſe[13].non quia nõ poſsit in teſtimoniis quoq; prędictæ regulæ eſſe locus, ſed quia ſi inter
ſe teſtes de ſumma diſcrepẽt,videtur eſſe ſingulares[14],& ideo nõ probãt[15]. Vnde ſi vnus te-
ſtis dicat me mutuaſſe centũ,alius dicat quinquaginta: nõ videbuntur de eadẽ ſumma eo-
demq; actu loqui,fidémq; iudici non facient.Sed quid ſi conſtet de eodẽ actu eos intellige-
re? & aiunt hoc quoq; caſu nõ probare:propter enim diuerſitatem credibile eſt eos aut fal-
ſos,aut negotij rectè cõſcios nõ eſſe falſos,ſi ſciẽtes plus eſſe mutuatũ,minus dixerint. Vn-
de ei nihil eſt credendũ[16] negotij neſcios,ſi ignorantes,minus dixerint. Conſtat enim etiã
eum teſtẽ reiici,qui perfectè rẽ non teneat[17]. Putarim † tamẽ,ſi modica ſit ea differentia, I.
in humaniorẽ partem tranſeundum,vt non reiiciantur,quod aliqui reſponderunt[18].modi 38
ca enim contrarietas vel diuerſitas etiã in facto principali teſtimoniũ non vitiat[19]. Idẽ ſi II.
cõtrarietas nulla argui poſsit,vt quia teſtimoniũ de re tractũ habente perhibuerint[20], ve-
luti alter dixit me poſsidere talem fundũ à xxx.annis citra,alter dixit à x.annis citra, con
ſtat decennalem poſſeſsionem eſſe probatam[21] niſi tamen iura poſſeſsionis initium eſſent
contrarij,quod Bal.tradidit.l.j.C.de teſta. Cęterùm putauerim ſupràſcripta procedere, III.
quoties duo teſtes tantum producti ſunt, vel alias quodlibet teſtimonium imperfectum &
ſingulare eſt.Quòd ſi teſtimonia ſingularia non ſint,tunc ad regulam attendemus,vt ma-
ior numerus minorem ſuperet[22]. Videtur autem maior numerus, qui mediam ſummam
affirmat[23]. Finge, duo teſtes dixerunt me tibi mutuaſſe quinque , alij duo decem, alij duo
xv.receptum eſt , cum de eodem actu conſtat,mediam ſummam,ideſt x.probatam eſſe:[24]
quia in ea conſentiunt etiam qui maiorem ſummam dixerunt , ſicque hi quatuor priores
duos vincunt.Quòd ſi nulla ſit media ſumma,tunc minor cenſebitur probata[25]: vt ſi duo
teſtes dixerunt quinque mutuata,alij duo decem,quod Alexan.hîc cenſuit. Sed cur media
ſumma cenſetur à teſtibus probata? & tamen in arbitriis non ad mediam ſummam atten-
dimus , ſed ad minorem[26]? & Salic.Alex. Felin.varia comminiſcuntur. Ego † in arbitriis 39
ſtari minori ſummæ arbitror,quia omnes in ea conſentiunt , & ſententia media per mino-
rem vincitur,ſicut maior per vtranque:vnde cum in eodem actu ſit quædam repugnantia,
diminuitur de ipſius viribus[27]. & quod minimum eſt , ſequimur[28]. Sed in teſtimoniis non
ita eſt , quia ea inuicem ſe non perimunt[29], nec in eodem actu cenſetur eſſe repugnantia:
vnde de viribus ipſius ſubiecti non diminuitur. teſtimonium enim vnius ab alterius teſti-
monio prorſus ſeparatur,& quodlibet ex ſe cenſetur:quod in arbitrorũ ſententiis non eſt,
quæ neceſſariò iungi debent, vt auctoritate rei iudicatæ habeant[30]. Illud † quoque non IIII.
omittendum,vt teſtis à pœna periurij vel falſi liberetur,indiſtinctè cenſeri in maiore ſum- 40
ma minorem ineſſe.quod ex facto Bal.Raph.Soci.reſponderunt[31]:cùm teſtis rogatus quo-
tum annum ageret, dixiſſet quinquageſimum,& ex ea computatione manifeſtum menda
cium argueretur: cenſuerunt illi defendendum , etiam ſi ſexageſimum ageret , quòd in
lx.vtique & l.ſint.

1 l.j.quæ ſent.ſine app.
2 gl.l.ij.C.de re iudi.Ioan. And.reg.quæ fiunt.in vj.
3 l.certa.C.quando prouo. non eſt neceſ.
4 l.ſi.de iur.omn. iudi.vbi Bart.Feli.c.cum inter.de re iudica.
5 d. l. ex facto. §. j. l. ſolemus.in fin.de iudic.l.qui in lancem.de aur.& arg.
6 l.diem.§.j.de arb.
7 l.in hoc iudicio.fam.erciſc.l.ſi idem.in fi. de iuriſ. omn.iudi.
8 l.j.de quib. reb. ad eund.
9 l.de vnoquoque.de re iudica. Salicet.l.j.C.ſi aduerſ. rem iudi.
10 §.ſi plures.in princ.vbi Bart.ad fin.de fideiuſſori.& mand.
11 l.ſi conſtante. §. fina.ſoluto matrimo.
12 d.l.j.arg.glo.l.rationes. C.de probat.
13 Io.And.c.j. de arb.in vj. cum concor. per Alex.hic.
14 l.quinquaginta.de probatio.
15 l.iuriſiurandi.in fi.C.de teſtib.
16 c.j. de crim.fal.
17 glo.l.Lucius. de infam. Iaſ.l.ſi.C.de bon.poſſeſ.ſec. tabul.
18 Bologn. conſ.lvj.in conſil.lxx.de Ana.
19 Butr.cap.ij.de regulari. Alex.conſ.vj.in j.
20 glo. d.§.ſi plures.
21 Bartol.l. Celſus.in fi.de vſucapio.
22 c.in noſtra. de teſti.l.ob carmen.§.fin.eod.titu.
23 glo.d.§.ſi plures.
24 Salic.l.ij. C.de reſcind. vend.Alex.conſ.lxiiij.in ij. Areti.l.xv.& in d.l.ex facto. §.j.
25 l. Sempronius.de leg.ij.
26 d.§.ſi plures. Fel.c.cum inter.col.vlt.de re iud.
27 glo.l.prolatã.C.de ſent.
28 l.vbi repugnãtia. de regul.iur.§.ea.l.§. ſi quis ſimpliciter.vbi Iaſ.iij.not.
29 Bar.l.admonendi.de iureiurando.
30 l.item.§.j.de arb.
31 Raph. conſil. xcj.Socin. conſ.lxv.in iiij.dub.

## SVMMAE.

1 ☞ *Sponſio rogatum excedens ad hunc reſtricta tenet.*
4 *Sponſionem exceptiuam, ſecundum ſe, tenere: in generali contrà.5.*
7 *Vtile inutili certis caſibus vitiari.*
9 *Indiuiduum variè dici.19.*
11 *Formam variè inducit lex.*
15 *Formam adiectione inutili non vitiari.*
16 *Indiuiduorum voluntate vtile inutili in cõtractibus & arbitrijs vitiari.*
18 *Proteſtatione legi cœnobij cõtrarium actum omnino tolli: in precario contrà.*
20 *Vtile inutili in indiuiduis natura vitiari.*
23 *Vtile ſeparatũ,efficaciúſue inutili non vitiari.& 25.*

§.Sed ſi



1 § SED SI MIHI. Si igitur † me de vna ſpecie interroges, ego coniunctim duas
promittam, valet in vna tãtùm ſpecie ſtipulatio. Sed quid ſi diſiunctim , putà, *Promittis*
2 *mihi Pamphilum,promitto Pamphilum, aut Stichum.* & conſtat non valere[1]. Alternata* enim re-
ſponſio perinde ac cõditionalis eſt. *Si Stichum non dedero,dabo Pamphilum: & ſi Pamphilum non*
*dedero,dabo Stichum*[2]. Vnde differẽtia eſt in qualitate:idémq; eſt ac ſi quis purè interroganti
conditionaliter reſpondiſſet. quod ſuprà attigi[3]. & hæc quidem in alternatiua ſpecierum
vera ſunt,ſed in alternatiua ſummarũ ſecùs eſt.locus enim adhuc erit noſtro textui, verbi
gratia, *Promittis x.aut xv.promitto x.* valebit ſtipulatio x.[4] Et ratio eſt:quia quomodocunque
eueniat conditio,quam dixi,in alternatiuis intelligi, ſemper cõformis erit interrogationi
reſpõſio. *Si non dabis x.dabis xv.ſi non dabis xv.dabis x.* ſemper conſtat x.dari: quia maior ſum-
3 ma minorem continet quod in ſpeciebus non eſt.meritò ergo huiuſmodi* conditio, cuius
euentus nihil operatur,ſtipulationem non impedit[5]. Sed quid ſi ſtipulator electionem ſibi
reſeruaſſet? & traditum eſt tunc non valere ſtipulationem[6]. Manifeſtus enim tunc eſt diſ-
ſenſus,cùm reſpondens ſe x.daturum electioni non conſentiat , quam ſtipulator ad ſe tra-
hebat. hæc autem electio differentiam in qualitate inducit.Cùm enim electio promiſſoris
eſt , ſola minor ſumma in obligatione eſt[7]. ſed cùm eſt ſtipulatoris , vtraque ſumma eſt in
4 obligatione[8],id enim ipſi ſtipulatori vtilius eſt:qua de re alibi.Sed quid † , cùm interroga-
tio generalis eſt,reſponſio verò exceptiua? veluti,*Promittis omnes ſeruos tuos promitto, Sticho ex
cepto.* an adhuc legi noſtre ſit locus , vt ſtipulatio valeat? & dicendum eſt ex Dini , & Bar-
toli ſententia valere. nulla enim eſt in qualitate differentia , reſpectu eorum , qui in obli-
gatione remanent.éſtque vna hæc ſtipulatio,à qua principio exceptus eſt Stichus. Quòd
5 ſi interrogatio verbis quidem generalibus,ſed & † reſponſio exceptione generali,facta ſit
ſecùs eſſet.vt, *Promittis omnes ſeruos,promitto, vno excepto.* Accurſius enim Din. veteréſque cen
ſuerunt ſtipulationem eſſe nullam:cùm interrogatio certa ſit,reſponſio incerta[9].quæ ſen
tentia receptior eſt.nemo enim à principio cenſetur eſſe in obligatione : cùm non conſtet
quem promiſſor ſit excepturus[10]. Vnde eadem prorſus eſt ratio, quæ in reſponſione ſpe-
cierum alternatiua[11]. reprobatúrq; communiter Bart.opinio,ſolam exceptionem reiici
propter incertitudinem exiſtimantis[12]. Iniquũ enim eſſet, vt promiſſor plus pręſtare co-
geretur,quam ſpopondiſſet tamen vno enim excepto non conſenſit,igitur vbi conſenſus
non eſt,ibi nec ſtipulatio[13].nec quicquam rationes Bart.faciunt.quibus Alex.& Iaſ.rectè
reſpondent.Ampliùs aliqui crediderunt[14] ſtipulationem valere, quamuis Stichus nomi-
natim exceptus nõ ſit,ſed ſolũmodò vnus in genere:dum tamen promiſſor de certo ſeruo,
propter ſe declarando intelligeret[15]. vt quia exceptus eſt Stichus cùm in familia plures
huius nominis adeſſet videbitur enim electus, à principio vſque , exceptus fuiſſe[16]. quam
6 ſententiam ego probare non poſſum:quia in contractibus*, qui à duorum volũtate pen-
dent,ſi de re certa actum ſit,alterius declaratio non ſufficit.imo actus potiùs ex incertitu-
dine infirmatur[17].& etiam ſi declaratio hæc ſufficeret,tamen adhuc ſtipulatio vitiaretur:
quia licet declaratio retrò trahatur, tamen hoc per fictionem ſolam fit.in ſtipulatione au-
tem adeò debet verè à principio iungi conſenſus, vt non ſufficiat fictio[18]. Vnde ſolemus
dicere,non poſſe ſtipulationis valorem in pendenti eſſe.Defendi tamen hæc ſententia vi
deretur, quando interrogatio non verbis generalibus, ſed vniuerſalibus concepta eſſet,
putà, *Promittis chorum, vel familiam ſeruorum*[19]? Cùm enim non videatur ſtipulator ad par
ticulares propriè reſpexiſſe[20], poteſt etiam promiſſor ipſe incertum aliquem excipere,
quod Aret.ſenſit.quæ tamen res non ex vi verborum tantum,ſed & ex natura rei diſcer-
nenda eſt[21].

NEQVE VITIATVR VTILIS. Conſtituitur hîc ergo regula in
his,quæ ſeparationem recipiunt vtile non vitiari propter adiectionem inutilem[22], quod
varijs in ſpeciebus oſtẽdi poteſt, ſæpiſsiméque reſponſum eſt[23].Procedítque regula etiam
in tempore[24],quod & Iaſon hîc tradit.procedit & in perſonis, vt perſonæ ſuperuacua ad-
I. iectio actum alias vtilem non vitiet[25]. Non tamen perpetua hæc ſunt,† ſed quandoque
7 quod vtile eſt ab inutili corrumpitur , veluti cum id vtile inutili ineſſet : vitiato enim ex-
II. preſſo nulla ratio fuit cur & conſequens vitiari non debuerit[26]. Sed & vbi actus in frau-
dem legis fieret,in totum infirmaretur. quod cum iudicio accipiendũ eſt.nempe ſi & legis,
& hominis fraus allegetur[27]. vt cùm libertus in fraudem legis,itémque patroni ſui mino-
rem ſe centenario facit.quòd ſi aduerſus legis tãtum diſpoſitionem quicquam geſtum eſt,
valet actus quatenus vtiliter poteſt: vt cùm quis in fraudem legis grauiores vſuras ſtipu-
latur[28].vel cùm quis ſupra modum à Pontificibus præfixum donat[29]: vnde & cùm pater
III. filio donauit , ſi in eadem voluntate perſiſtat , in vim legati ſuſtinebitur[30]. Sed & quo-
ties actus partim inutilis eſt , partim incertus,traditum eſt in totum vitiari[31].cùm propter
incertitudinem nulla ſit ratio, vt vna pars magis ſit nulla , quàm alia. Nam & cùm donatio
omnium bonorum pręſentiũ & futurorũ facta eſſet reſpondit Ale. omnino eſſe nullam[32].
quia

1 l. inter ſtipulantem.§. ſi ſtipulante.§. eodem.
2 l.cum ita. in princip. de opt.legat.
3 §.ſi quis ſimpliciter.
4 dicto §.ſi ſtipulante.l.ſi ita.§.j.eodem.
5 l.aliquãdo.in fi.ad Velle.
6 Bart.hic Alex.§. preced.
7 dicta l. ſi ita. Bartol.l. ſi duo.§.eodem.
8 l.plane.§.§.pen.de lega.j.
9 l.vbi autẽ.in princi.§.eo.
10 l.cùm is.§.fin.vbi gloſſ. de condictione indebiti.
11 l.iij.qui & à quib.ma.
12 argu.l.titia textores.de leg.j.l.ſi fuerit.de reb. dub.
13 l.j.in fin. de pactis.
14 Socin.hic.
15 l.ſi quis à filio.§.ſi qui plures.de legat.j.
16 l.hæredes.§.j.de teſtam.
17 l.ita ſtipulatus.§.eo.vbi Bartol.viij.oppo.& in l.qui ex pluribus.§.eodem.
18 l.vſufructus.de ſtipulat. ſeruo.
19 Bartol.l.ſi ita.de auro & argento.
20 l.ſi chorus. de legat.iij. verb.quaſi.
21 l.cùm eiuſdẽ.§. de ædil. edicto.
22 capit.vtile.de regu.iur. in vj. Alexand.l.ex facto.§. fin.de vulg. Aretin.l.continuus.§.illud.§.eodem.
23 Alexan.conſi.lxxxiij.in ij.Soc.conſ.xlj.in.iiij.Paul. Eleaz.q.vij.Lauren. capitu. conſuluit.de vſu.que.cxxxv.
24 l.in pupillari.de vulga.
25 l.hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſtam.
26 l.ſi ſponſus.§.i.de donat. inter vir.dixi.l.j.de vulga.
27 l.ſi libertus . in princ. de iure patrona.
28 l.placuit.de vſuris.
29 xvij.quæſti.iiij.c.queſti.
30 Alexan.l.ſi donationis. C.de collat.
31 d.l.ſi libertus.§.ſi qs plures.gl.xij.q.ca. bone.
32 Alexand. conſilio xcv. lxxxiij. et l. ſtipulatio hæc. §.eodem.

quia non ſubeſt ratio, cur magis futura reuocentur, quàm præſentia, quod & ſimi-
libus aliis caſibus proditum eſt[1]. Cæterùm & quoties duplici vitio rei ſcilicet, & IIII
perſonæ laborat diſpoſitio, omnimodo inutilis, redditur nec ſuprà ſcriptæ regulæ eſt
locus[2]: vt cùm paterfamil. filio vel vxori ſuprà ccccc. ſolidos donat, inſinuationém-
que omittit, non conſiſtet donatio neque intra ccccc[3]. ſunt tamẽ, qui hoc obſeruatũ fuiſ-
ſe credant vſque ad Iuſtiniani nouiſsimam legem, qua ſanxit donationes ſuprà legitimũ
modum intra ccccc. ſolidos nihilominùs valere: idq; ſine aliqua diſtinctione[4], quæ ſentẽ-
tia graues habet auctores[5], licet facilè diſputando ſubuerti poſsit. Et hæc quidẽ in ſepara V
bilibus procedunt. Enimuero in indiuiduis nulla * eſt ambiguitas quin vtile per inuti 8
le vitietur[6]. dicit† autẽ res indiuidua tribus modis auctoritate legis, volũtate cõtrahentiũ 9
itẽ natura rei. de ſingulis igitur ſpeciebus videndũ. & in primis quãdo lex * formã indu- 10
cit, cõſtat ea nõ ſeruata actũ omnino extingui[7]. Videtur † autẽ inducere formam, quãdo 11
expreſsim ſub pœna infirmationis actus aliquid prohibet, idq; ipſo iure, vt in electiõe, ſa-
cerdotali, ne interſint ſeculares. Abhoret enim lex vt huiuſmodi ſe ſacris cõuentibus[8] in-
gerãt, idẽ, cũ per modũ auctoritatis cõſenſum in ipſo actu requirit, vt in eccleſia locãte rẽ
vltra nouenniũ: quod abſq; epiſcopi licẽtia fieri nõ poteſt[9], vnde ſi factũ ſit aliquod, peni-
tus robur nõ habet[10]. nec quidẽ intra tẽpus promiſſum, quia in vim alienationis trãſit, quę
nõ poteſt fieri, niſi adhibitis legitimis ſolẽnitatibus[11], ſed quid ſi lex præciſè alienationẽ
nõ prohibeat, ſed ſimpliciter actũ infirmetur, & nõ eſt credendũ formã tam facilè induci,
vnde * donatio nõ inſinuata valet, ſaltem intra legitimũ modũ[12]. inſinuatio enim * for- 12
mã nõ reſpicit, ſed extrinſecus accidentẽ ſolẽnitatẽ, ideóq; etiã ex poſtfacto adhiberi po- 13
teſt[13], quod ſecùs eſſet, ſi formã reſpiceret, vt in auctoritate epiſcopi ſuprà dictũ eſt, quę in
ipſa rei alienatione interponi debet[14], cẽſuit tamẽ Bal. ſi cõtractu celebrato vtraq; partiũ
etiã ex interuallo adeat epiſcopũ, iſq; auctoretur, valere quod geſtũ eſt in vim noui cõtra-
ctus tanquã cõſenſus huius nouã ſubſtantiã actui dei[15], quã ſentẽtiã & ipſe probo[16], quod
in inſinuationis defectu dictũ eſt, idẽ receptũ eſt, ſi citatio legatariorũ ab hærede inuenta-
riũ * cõficiẽte, omiſſa ſit. cõſtat enim adhuc valere inuẽtariũ, eorũ reſpectu, q̃ nouati ſunt: 14
licet, quod ad alios adtinet, ſit inutile[17]. Sed nũquid † ſi formæ addatur, actus ſit nullus? & 15
puto adhuc valere[18], vnde ſi duo tutores cõtractui pupilli adſint, quamuis alter ſit in ha-
bilis, ex altero actus ſuſtinebitur[19]. & ſi inſtrumento teſtamenti addantur plures teſtes,
quàm neceſſe ſit, quamuis adiecti non ſint idonei, teſtamentum ſuſtinetur[20], nam & ſo-
let dici, poſſe mandati fines excedi, dum ampliore forma id fiat[21], quod & aliis caſibus
oſtendi poſſet[22], ſed hi ſufficiant: intellige hoc procedere vt formæ addi poſsit: dum ta-
men illa adiectio actui non repugnet[23], vel præcedentem actum non reformet, diuerſita-
témque ſubſtantiæ non inducat, vel[24] aliâs lex expreſsim & ſub pœna infirmationis, eã
adiectionem non reprobet, vt ſuprà oſtendi, in conuentu ſacerdotum: cùm lex prohibet
adeſſe ſeculares[25], in aliarum enim vniuerſitatum coïtionibus tametſi adſint inhabiles,
nihil vitij oritur[26]: quia lex ſolùm de ſacerdotibus loquitur, quibus laici ſe immiſceant,
quicquid hîc Iaſon comminiſcatur. Indiuidua res † voluntate contrahentium eſt, quan- 16
do aliter celebratus non fuiſſet contractus, niſi credidiſſent partes in totum eſſe valitu-
rum[27]. Hoc igitur caſu vtile per inutile vitiabitur, ſiue de contractibus agatur[28], ſiue
de compromiſsis[29]: ſiue ea fuiſſet vtriuſque partis intentio, ſiue alterius tantùm[30], ſiue
indiuidua res verè ſit, ſiue nõ ſit, ſed partes eſſe credidiſſent vnde duobus delegatis, cum
clauſula, *Quod ſi ambo &c.* ſi vnus recuſetur, & alter nihilominùs cum eo procedat, iudi-
cium non valet: quia videtur ille crediſſe nõ poſſe ſe abſque recuſato procedere[31], nec
refert ſi acceſſorium tantùm inutile ſit, dum partes non fuiſſent abſque eo cõtracturæ[32],
vnde propter ephippium non præſtitum reddibitoria * ad æquum agi poteſt[33]. Huc 17
pertinet & quòd peculium ex voluntate domini ipſi ſeruo acceſſorium eſt, veluti cùm
ſeruum legat cum peculio[34]. vnde ſi legatum in ſeruo non conſiſtit, nec in peculio qui-
dem valebit: quando peculium inſtar acceſsionis eſſe Dominus voluit: ſecùs, ſi æquè
principaliter relictum ſit[35], vt quia coniunctim ſeruum & peculium legauerit[36]. & quo-
ties veriſsimiliter partes agunt, vt extincto principali etiam acceſsiones extinguan-
tur, non eſt dubium eas, quamuis aliâs vtiles, extingui[37]: ſecùs ſi partes contrarium agant
proinde ſtipulatione ſublata, traditum eſt vtiliter tamen ex confeſsione agi[38]. Ad hæc
ſpectat etiã quòd frequẽtiùs receptũ eſt, de eo, qui ſe monaſterio bonàq; ſua obtulit: Si enim
ab vxore repetitus domúmque aductus ſit[39], etiam bonorum donatio reuocabitur. nõ
enim aliâs erat donaturus, niſi oblatio conualeſceret[40]. quod & aliqui exiſtimarunt,
cùm † ingrediens monaſteriũ propria bona ſibi aduerſus legem Cœnobij reſeruat: cùm 18
enim reſeruare non poſsit, nec ipſe aliter eſſet ingreſſurus, videtur potiùs omnem
actum irritum eſſe[41]. Nec obſtaret quod Bartolus cenſuit bona ſcilicet monaſterio re-
linquenda eſſe, tanquàm dedicatio teneat, reſeruatio aduerſus actus ſubſtantiam
reiiciatur

1 Abb. c. fraternitatem. de dona. c. dilectus. j. de præb. c. ſi ſacerdos. de off. ordi.
2 l. antep. C. de don. inter vir. vbi Salic.
3 Iaſ. mod. hic. Soc. l. j. ſolu. matri.
4 l. pe. §. fi. C. de don.
5 Io. Andr. in Spec. de don. in prin. Aret. conſil. xvij.
6 d. l. ſi ſponſus. §. generaliter. l. j. §. Trebatius. de aqua quotid. & eſti.
7 l. græcè. §. illud. de fideiuſſ. Rom. conſi. lxvj. Socin. xxvi.
8 c. Meſſana. de elect.
9 cle. j. de reb. eccl. nõ alie.
10 §. emphyteuſim. in aut. de non alie.
11 Iaſ. auth. qui rẽ. in fi. C. de ſacr. ſan. eccle.
12 d. l. pe. in fi. C. de dona.
13 Bar. l. vniuerſa. C. de pre cib. imp.
14 Iaſ. d. auth. qui rem.
15 arg. l. ſi quos ſpontaneos. C. de decur. lib. x. Bal. conſi. ccccl xxv. in prin.
16 l. ſi ſtipuler. in fi. j. eo.
17 auth. ſed cum teſtator. vbi Barto. Bal. Alex. C. ad l. falcid.
18 glo. l. ſi non ſunt. de ſtat. hom. glo. l. qui teſtamento. §. j. verb. poſſe. de teſtam.
19 l. j. verſ. ſed Pomponius. quod falſ. tut.
20 l. hæredes. in prin. de teſtam.
21 l. ſi quis mihi. §. ſed ſi mandaui. de acq. hære.
22 l. diui. §. licet. de iur. codic. l. vnum. §. ſi duos. vbi Bar. de leg. ij. l. patris & filij. vbi Aret. col. ij. de vulg.
23 gl. c. ſi non ſanctificatur. de conſecr. diſt. iiij.
24 d. c. cui de non. & ſ. §. ſi quis ſimpliciter.
25 d. c. Meſſana. & c. illa. vbi doct. eo. tit.
26 c. fi. de procur. vbi Abb. d. c. illa.
27 l. ſi non ſortem. §. ſi centum. de condict. indeb.
28 l. ſi quis aliam. de ſolut. l. j. de euic. vbi doct.
29 l. pedius. de arbit.
30 l. cum eiuſdem. de ædil. edic. l. ſi duos. de cõtra. emp.
31 c. cum ſuper. de offi. dele. vbi Imol.
32 l. ædiles. ij. de ædil. edic. l. plerunque. eo. tit.
33 Bal. l. j. C. de ædil. act.
34 l. j. de pec. leg. vbi Bart.
35 l. tunc inutile. de pec. le.
36 l. ſi cui. de fund. inſtruc.
37 l. iij. in glo. verb. Fauiana. ſi quid in frau. patr.
38 l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. j. eo.
39 xxvii. q. ii. c. Agathoſa.
40 doct. auth. ingreſsi. C. de ſacroſ. eccleſ.
41 l. per ſeruum. in fin. de vſu. & habi. glo. c. ij. de ſta. mona. Bar. conſi. iij. in j.



reiiciatur[1]. Sicut videmus in precario, cui adiectum ſit pactum ſubſtantiæ eius repugnans
vt puta quod non poſſit ante certe tempus reuocari[2]. nam reſponderi poteſt profeſſionẽ,
in ſuprascripto caſu eſſe nullam, propter voluntatem ingredientis, qui aliter ſe non deuo-
uiſſet, niſi, ea lege adiecta, at in precario aliud eſt: quamuis enim ſublata contraria pactio-
ne reuocari quandocunque precarium poſsit, non tamen ideò minùs, qui illud rogauit,
fuiſſet contracturus: cùm adhuc qualisqualis ille contractus, ſit ſibi vtilis[3], ego hanc ſentẽ
tiam probo, cùm intra ſolius proteſtationis cancellos res ſtetit. Si enim re ipſa quis profeſ-
ſus eſt, actus contrarius proteſtationi videretur præualere, vnde ad facta magis quàm
ad verba attendendum eſſet quod alibi diſputauimus[4]. Quid autem generaliter iuris ſit
cùm pactum aduerſus ſubſtantiam, vel naturam contractus concipitur, alio quoque loco
19 à nobis tractatum eſt. Poſtremò † ex natura rei dicitur aliquid indiuiduum, quando ſe-
parationem nõ admittit, idque ſiue à lege hoc ei tributum ſit, ſiue ex rerum natura[5], in eo
20 † ergo caſu actus vtilis per inutilem promittitur, quod variis exemplis oſtendi poteſt: ecce
adſcriptitij ſerui à fundo ſeparari nequeunt: item Chriſtianæ legis homo ſeruire Iudæo
non poteſt[6], pone, Iudæus emit fundum cui adſcripti ſunt Chriſtiani, nunquid ſaltem em-
ptio fundi valebit? & conſtat non valere: quia natura hæc eſt adſcriptitiorum vt à fun-
do non ſeparentur[7]. Ruſus natura hæc à lege tributa eſt contractui fideiuſſorio, vt obli-
gari ad promiſſor in grauiorem cauſam nequeat quàm principalis: nunquid ſi fecerit, obli
gatur ſaltem naturaliter? & receptius eſt non obligari[8], nam nec veriſimile eſt eum qui
alienam obligationem ſuſcipit voluiſſe in omnem modum ſe adſtringere, quod ſuprà de-
21 claraui. Sic etiam videmus fidem * eſſe quid indiuiduum: quia totam violat quiſquis vel
in parte eam temerauerit[9], finge igitur, Reſcriptum vna in parte ſuſpectum eſt, nun-
quid totum fide vacillabit? & Bald. reſpondit totum vacillare[10], vt quia in aliqua eius
parte ſit ſolœciſmus, ſcripturarum enim fides diuiſionem non recipit[11]. quod & in teſte
receptum eſt: vt ſi falſi in aliquo articulo conuincatur, nullius in reliquis quoque ſit fidei,
22 quod alibi attigi[12], idémque in * iuramento eſſe conſtat, quod quantum ſit, fidei reſpe-
I. ctu indiuiduum eſt[12]: licet quod ad alios effectus adtinet ſit ſecùs[14]. Vnde ſequitur,
23 vt † ſuprascripta intelligenda ſint procedere, ſi inutiliter aliquid in eo agatur, quod ſepa-
rari ab vtili nequeat, aliâs quod ad cæteros effectus pertinet, adhuc quod vtile eſt, ſub-
ſiſteret: exempli cauſa, ſeruitutes regulariter ſunt indiuiduæ, pone ſtipulatus ſum ſerui-
tutẽ mihi, & Titio, quo caſu reſpectu Titij ſtipulatio eſt nulla, nunquid ego iure non de-
creſcendi totam habebo? & certum eſt me habiturum[15], reſpectu enim perſonarum non
ſubeſt hoc caſu aliquid indiuidui[16], qua ratione quamuis ſoleat dici teſtamenta eſſe in-
diuidua[17], diſpoſitionum tamen in eo deſcriptarum aliquæ valere poterunt, aliquæ verò
24 eſſe inutiles[18], in hoc enim indiuiduum eſt teſtamentum, quia oportet teſtatoris * volun
tatem vno contextu eſſe profectam, non quòd aliquod capitulum inutile eſſe non poſsit,
quin & vtile corruat. Idem videmus in ſententia iudicis, quæ quantum ſit cauſarum re-
ſpectu indiuidua non eſt, ſicut nec perſonarum[19]. Vnde ſi in ea duæ cauſæ deſcriptæ
II. ſint, quarum altera ſit inutilis, ſuſtinebitur ex altera actus[20]. Rurſus ſuprà ſcripta in-
25 telligenda † ſunt, niſi actus vtilis aliqua ratione efficacior ſit inutili[21], tunc enim aut
ipſe in quandam conſequentiam inutilem adiuuat[22], vt cum aliâs propter malos boni
plecterentur[23], aut ſi inutilis ſe cũ prorſus pugnet, facit vt pro ſuperuacuo reiiciatur[24],
quo caſu qui vtiliter egerit plus conſequitur, quàm verè egerit[25].

1 c. ſi. qui cler. vel vouẽt. l. ſi ita. ver. de hære. inſti.
2 l. cum precario. de preca.
3 §. neque illud. in auth. de non alie. Bar. l. ſi peculium. §. j. vlt. op. de pec. leg.
4 l. deteſtatio. de verb. ſig.
5 Iaſ. l. ij. §. j. j. eo.
6 l. j. C. ne chriſt. manc.
7 gl. l. quemadmodũ. verb. manſerunt. C. de agri. & cẽ. lib. xj.
8 d. §. illud.
9 iij. q. ix. c. pura.
10 c. ad audientiam. de reſcript.
11 c. ſi ad ſcripturã. ix. dict.
12 l. pe. C. de tranſ. vbi doc.
13 gl. l. ſi vſuſfructus legatus. j. de vſufr.
14 c. petitio. vbi glo. de iureinr.
15 l. proprium. comm. prędio. vbi Flo.
16 l. ſi. quib. ad lib. procla.
17 l. furioſum. C. qui teſta. fac.
18 l. ij. de his, quæ pro non ſcr. l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſta.
19 l. de vno quoq;. de reiud.
20 l. qui teſtamen. de exc. tut. vbi no. doct. l. qui Romæ. §. fi. j. eo.
21 d. l. ſi ſponſus. §. generaliter.
22 l. ſi is q duos. de lib. le. l. liberis. §. ſi duo. de lib. cau.
23 c. ſacris. de ſepul.
24 l. ij. vbi gl. de acq. hære.
25 l. obligationum. §. placet. verſ. ſic & in tradendo. ſ. tit. j.

## S V M M AE.

2 ☞ *Reſponderi incongruè notis & pro parte in indiuiduis. & 4.*
6 *Itineris actus, viaq; diſcrimen.*
7 *Stipulationem particulari reſponſo corruere.*
9 *Actus quauis lingua explicabiles.*
12 *Interprete obligationem induci, probari non item.*
13 *Interpretes mutuò probant.*
17 *Perito ſoli non, niſi extra iudicium, credi ex cauſa tamen contrà. 20.*
23 *Probatio in vnum conuenta inſtar confeſsionis valet, non tamen plena eſt.*
24 *Paciſci, vt priuatum publicum ſit non poſſe, vt credatur poſſe.*
26 *Teſtimonium ſolius conuentum refelli poſſe.*
27 *Reclamari in conuenta poſſe.*

§. EADEM. Quamuis igitur in ſtipulatione neceſſarium ſit, vt partes ſe audiãt,
1 * & intelligant: tamen ſatis eſt, ſi quis per ſe, vel per verum interpretem intelligat:
2 dummodo congruenter reſponſum ſit. Sed dubitant hîc Docto. † quomodo congruè re-
ſponſum videatur. finge conueniſſe, vt per A. intelligamus, *Promittis.* per B. *Promitto.*
nunquid ſtipulatio his elementis concepta valebit? & receptum eſt non valere[26]: non
enim verba huiuſmodi cõgrua ſunt: nec obſtat, q̃ ex partiũ cõuentione ſatis videtur con-
grua:

26 gl. §. j. verſ. ſed hæc ſolennia. inſti. de verb. obl.

grua: quia iſtud procederet in alia materia, vbi verba ad formam non pertinerent. In
vltimis ergo voluntatibus ſtandum eſſet demonſtrationi [1]. Item in cõtractibus, qui cõ- I.
ſenſu perficiuntur, veluti in mandato nam * tales cõtractus etiam per notas ſcyticas & 3
Synthemata celebrari poſſunt: quod Alex. reſpondit [2]. ſufficiátque ſi vel ſono tubæ perci-
piantur, quod Bal. cenſuit quod non procedere in ſtipulatione arbitrarer. non enim loqui
dicitur, qui tubam inflat [3] quicquid Alex. hîc tradiderit. Sed † quid ſi interrogem de to II.
to, tu reſpõdeas de parte impropriè, verbi gratia, *Promittis viam, promitto iter.* & Bart. nõ eſſe 4
congruè reſponſum ait [4], quæ ſentẽtia defendi poteſt, cum ſeruituti iam conſtitutę detra-
here iter quis vellet, veluti, *Viam quam tibi conſtitui, accepto fers? accepto fero iter.* tũc enim nihil
agitur: quia * obligatio indiuidua accepto ferri ex parte non poteſt [5]. Sed cùm de obliga 5
tione conſtituendę ſeruitutis tractatur. Putarim ego non valere ſtipulationem, ſub ſerui-
tute enim viæ, quæ eſt amplior, etiã ſeruitus itineris cõtinetur [6], & in modo conſtituendi
non eſt vlla in qualitate differentia, niſi quatenus, quod plus eſt, diſtat ab eo, quod eſt mi-
nus [7]. vnde ſi ſtipulatio viæ non valeat fortè propter anguſtiã loci, ſuſtinetur tamen qua-
tenus poteſt in viam actus, vel itineris [8]. Idem ergo in caſu noſtro dicẽdum, vt ſtipulatio
ſuſtineatur: quo caſu abſurdum non eſt, vt etiam impropriè verba accipiantur [9]. nam † & 6
iter, & actus à via differũt: quia qui habet actum, non poteſt ligna, vel lapides trahere, aut
haſtam rectam ferre: ſicut nec qui habet iter [10], quod contra eſt in habente viam: & tamen
ſi ſtipulor, *Promittis viam?* & reſpondeas. *Promitto iter & actum.* valet ſtipulatio, & (vt con-
tractus ſuſtineatur) lex interpretatur promiſſam eſſe viam [11], tãquam latiores fines actui
tribuere promiſſor voluerit, ſicque rectè ad rogatum reſpõderit [12]. Sed quid ſi interroga-
tio † de re vniuerſali facta ſit reſponſio de particulari? & conſentiunt omnes ſtipulatio- 7
nem non valere, neque congruè reſponſum videri, vniuerſaliter enim interrogans de re-
bus ſingulis non videtur ſenſiſſe, idque procedit ſiue vniuerſitas ſit iuris tantùm [13], vt *Pro-
mittis talem hæreditatem? Promitto Stichum ſeruum hæreditarium.* ſiue ſit facti, *Promittis gregem? pro-
mitto ouem. promittis familiam? promitto ſtichum.* Stichus enim non niſi impropriè pars eſt fami-
liæ, quod dictio, *Quaſi.* oſtendit [14], ſunt tamẽ, qui hanc ſtipulationem valere cenſerunt, vt
Raph. Soc. Iaſ. quorum ſententia procedere poteſt, cùm aliqua ex cõiectura appareret, id
à ſtipulante actum, vt etiam particulariter ad ſingula corpora reſpexerit [15], putà quia mo
dica eſſet familia vel ſtichus eius familiæ columen eſſet. Sed & in vniuerſitate mixta iuris
ſcilicet & facti nõ valere ſtipulationem, veriùs videtur, vt in peculio vel dote. Aliud enim
eſt peculium, aliud res ſingulæ [16]. nec me Iaſ. ratio mouet, ideò valere ſtipulationẽ exiſti-
mantis, quia peculium ſingulariter vendicatur, quamuis alia vniuerſalia ſic vendicari
nequeant [17]. falſum hoc eſt. cùm enim res ſingulæ peculij vendicantur, non dicitur pecu-
lium vendicari [18], ſicut & cùm res ſingulæ gregis vendicantur, non dicitur grex * ven- 8
dicari [19].

AD GRAECVM SERMONEM. Videbatur latinis dũtaxat ver-
bis concipi debuiſſe ſtipulationem: cùm enim à iure ciuili inuenta ſit, debuit verbis, Qui-
ritum duntaxat celebrari [20], nam & lex ait, Decreta à prætoribus latinè interponi debe-
re [21], ſed aliud eſt in decretis, quæ in cauſis miſti imperij interponebantur, magiſtrati-
búſque Romanis ſpecialiter reſeruabãtur [22]: aliud † in contractibus, quos nihil refert, 9
qua lingua quis celebret. In ſententiis quoque nihil intereſt an & græcè proferantur, cùm
poſt coloniam Romanorum Byzantium tranſlatam Romæi quoque ipſi græcè loque-
rentur [23], hodie tamen receptũ eſt, vt ſimpliciter ad conſuetudinem attendamus, vt
mos maiorum in iudiciis, obſeruetur, ſicut Franci etiam nunc obſeruant, qui Lati-
na vulgaria iudiciaria acta conficiunt, quòd ſi quis ad alium ſcribat, eius idiomatis lite-
ras dare debet, cuius is eſt, ad quem ſcribitur [24], aliâs nihil hæ literæ damni inferre
illi poſſet [25]. vnde conſequens eſſe Alexan. cenſuit, vt libelli * iudiciales non latinâ 10
vulgari, ſed erudita concipiantur, cùm non partibus, ſed iudicibus ipſis òfferãtur [26]. nec
ideò partes prætextu ignorantiæ excuſari poſſunt: cùm ſatis ſit, ſi illis per aduocatum,
vel quemlibet alium declarentur [27].

SIVE PER VERVM. Sed cùm id verùm dicatur quod probatum
eſt [28], quomodo conſtabit tunc eſſe verum? potuit enim contingere vt ſicut Plauti-
nus ſeruus in penulo malè interpretaretur, vel alteram partium illuderet: et ſentiunt
Doct. præſumi * fideliter ab eo actum eſſe, cùm fuerit à partibus ipſis electus. [29] quod 11
ergo ad inducendam ſtipulationem attinet, fiduciarius hic interpres ſufficit, vt oriatur
obligatio. † q; ſi de ea probanda in iudicio ageretur, quo caſu non interpretis ſed teſtis 12
munere fungeretur [30], ſolus ipſe fidem non faceret, quamuis electum ſe à partibus affir-
maret [31]: non enim in hoc eſt electus, vt teſtimonium perhibeat. Oportet ergo alia via
id probari, puta per publicũ documẽtũ, vel duos [32] teſtes, qua probatiõe facta de eo quod
ipſe interpretatus eſſet, ſtaretur dicto ſuo tũ propter fiduciã quam eum eligendo partes
oſtende

1 glo. l. ſi quis in fundi. de leg. j. Caſt. hic.
2 Alex. conſil. cxlvj. in l. j. col. pe.
3 l. labeo. in ſi. de ſup. leg.
4 arg. l. ſi mater. §. ſi quis iter. de except. rei iud.
5 l. & per iuſiurandum. §. j. de accep. vbi Bar. Abb. Ang. Imol.
6 l. j. de ſerui. ruſt. præd. gl. l. ſcire. ſ. eo. verb. in præcedenti.
7 l. qui vſumfructum. ſ. eo. l. ij. quemad. ſeruit. l. j. de adi. leg.
8 l. ſi tam anguſti. de ſerui. l. via. de ſerui. ruſt. præd.
9 l. quoties. ſ. eo.
10 l. via. l. qui, ſella. de ſerui. ruſti.
11 d. l. & per iuſiurandum, verſ. ſi autem iter.
12 l. certo. §. latitudo. ſ. de ſerui. ruſt.
13 l. hæreditas. de pet. hær.
14 l. ſi chorus. de leg. iij.
15 l. cum eiuſdem. §. interdum. de ędil. edic.
16 l. ſi peculium ſeruo. de pec. leg. l. proinde. de ædil. edic.
17 l. vendicatio. de rei. vẽd.
18 d. l. ſi peculium.
19 l. j. in prin. de rei vend.
20 l. an inutilis. in fi. de accept.
21 l. decreta. de re iud.
22 l. ii. C. de aſſeſſ. & domeſt. l. j. de off. eius cui.
23 l. iudices. C. de ſent.
24 Barto. ex. l. militari. in prin. de teſt. mil. doct. l. j. de excu. tut. per illum text.
25 §. alienationis. in auth. de non alie. l. ſed ſi pupillus. §. pſcribere. de inſtitor.
26 auth. offeratur. C. de lit. conteſt.
27 l. j. §. j. de eden.
28 Archid. xxx. q. j. c. iudicantem.
29 l. Theopompus. de dot. pręleg.
30 c. propoſuiſti. c. pen. de probat.
31 l. iuriſiurandi. C. de teſtib.
32 l. vbi numerus: de teſtib.



oſtenderunt [1], tum etiam quia de re atteſtaretur, de re à ſe geſta & minimè vtilitatem ſuam
13 reſpiciẽte [2]. Sed quid † ſi duo interpretes aſſumpti proponãtur, nũquid in iudicio probabũt
quòd à partibus electi fuerint, altérq; alteri teſtimoniũ pręſtans fidẽ faciet? & Imo. & Are.
facere fidẽ exiſtimant [3]. Nec enim omnino ſingulares ſunt, cũ alter alteri adminiculetur [4].
maximè cùm poſsit iudex, ſi ita ſibi ſederit, etiam ſingularibus teſtibus fidem adhibere.
quod Paul. & Socin. quandoque cenſuerũt [5]. Quo exemplo & Tabellio latinus documen-
tum conſcribere inter Theutonicos poterit & duobus interpretibus fidem adhibere, vel
etiã omni cõſenſu partiũ electo. Dixerit aliquis, quomodo ſciet eos pro interpretibus ele-
ctos, ſi Theutonicum idioma non intelligit? reſpondeo ex re ipſa hoc intelliget: cũ videat
14 partium verba ab eis excipi & declarari: nec enim volũtas * minus facto quam verbis de-
monſtratur [6]. Sed quid ſi ipſe tabellio linguæ Theutonicæ peritus eſſet, an ſolus abſque in-
terprete conficere documentum illud poſſet? & Bar. cenſuit poſſe [7], tanquam & tunc id fa-
ciat, quod ad officium ſuum pertinet: nempe documentum de ea re conficere, de qua ſe
15 rogatum nouit, idque receptius eſt. Vnde & actuario, * ideſt, notario abaci circa examina
tionem teſtium electo creditur ſicut & iudici [8]. quia hæc cura propriè ad eos tantùm per-
tinet [9]. Et vnicuiq; creditur in officio ſibi publicè iniuncto [10], licet in his, quę iudex abſque
notario efficere non poteſt qualia ſunt iudicialia acta, ſoli ipſi non credatur [11].

16 INTERPRETEM. Cùm numero ſingulari iuriſc. vtatur, indicat * ſatis
eſſe, ſi vnus interpres adhibeatur. cùm enim de actu extraiudiciali agatur, hoc eſt confi-
17 cienda ſtipulatione, ſatis eſt vnum interpretem adhiberi, nam † & videmus aliâs quoque
perito homini, quamuis vni, fidem in extraiudicialibus præſtari [12], & boni viri auctorita-
tem iuſtam credulitatis excutionem eſſe [13]: & qui egregij Doctoris conſiliũ ſecutus litem
mouit, quantum ſatis eſt, inſtructus fuiſſe cenſebitur, & temeritatis notam non ſubibit [14].
In iudicialibus verò regulariter quantumuis perito non creditur ſi ſolus ſit [15]. Cùm tales
tunc propriè dicantur teſtes, & ideò non niſi iurati admittantur [16]: & hi licet teſtimonij
ſui rationem per iudicium intellectus ſolum reddant, ídque frequentius hîc traditum
I. eſt. Quod procedit, etiam ſi quis publicè electus ſit adhuc ſolus non probabit [17], niſi
18 ad id principaliter conſtitutus ſit [18]. vnde ſolius medici * teſtimonio non creditur, vt tyro
tanquam æger cauſariam miſsionem impetrare poſsit. medici enim à principe in exer-
II. citu deputantur vt milites curent, non vt teſtificentur [19]. Item procedit etiam ſi talis
valde excelentis peritiæ eſſet, vel maximæ dignitatis [20]. id enim tribuitur defunctis dum-
19 taxat auctoribus * quorum ſcripta conſenſu ſtudioſorum approbata ſint, vt Hippocrati,
III. & Ariſtoteli, vt, quamuis ſoli, in arte ſua faciant fidem [21]. Item procedit etiam, ſi vnus
tantum eſſet in ciuitate. nam adhuc ei in cauſis arduis credendum non eſſet, ſed ex locis
vicinis alij accerſiri deberent [22]. ſicut & quoties lex certum numerum teſtium requirit [23].
20 In cauſis † verò leuibus ſatis receptum eſt vni ſoli credi, ſi ipſe duntaxat in ciuitate ſit:
idémque in cauſis grauibus, ſi vltra eius atteſtationem aliæ ſolennitates interuenerint [24].
Sed & in ſui damnum poteſt pars teſtimoniũ vnius tantùm approbare, vt hîc ſentit Alex.
quod omnes fatentur, quoties teſtimonium iam prohibuiſſet. Sed quid ſi partes à princi-
21 pio conuenerint * ſtare dicto vnius in iudicio, an valeat conuentio? & receptũ eſt valere [25].
ſed hoc ab ea quæſtione pendet, an poſsint partes conuenire, vt dicto vnius teſtis ſtetur,
in qua Bar. hîc videtur cenſuiſſe nõ poſſe. Probatio enim à iure publico pendet, quod ex
eius definitione apparet [26], & iudici fit: vnde conuentio priuatorum non videtur attenden
da [27]. lex enim diuina, in ore, inquit, duorum ſtat omne verbum [28]. prohibéntq; pontifices
22 aliquo in caſu probationis * formam mutari conſuetudinémque contrariã reprobant [29],
vt meritò pactum quoque reprobare videãtur. nam & tabellio quamuis conſentientibus
partibus teſtes examinare non poteſt niſi etiam iudicis conſenſus acceſſerit [30]. quod indi-
cat id non ad priuatorum voluntatem ſolùm pertinere, videntúrque id ſenſiſſe veteres,
qui à Theopompo approbatam amici fidem ſolum ſemiplenæ probationi ſufficere exiſti-
marunt [31]. ſed tamen recentiores Pont. Aret. Soc. Iaſ. aliter ſenſerunt: & ſufficere atteſtatio
nem vnius cenſuerunt. nam ſi partes conſenſiſſent [32], dum tamen talis perſona ſit certa.
propter enim fiduciam, quam in eo haberent, ita conueniſſe videntur: vnde in tali non
adeò veriſimilis eſt falſi ſuſpicio [33]. Item dum de certa cauſa agatur: generaliter enim non
23 valeret conuentio, ſicut nec ſtatutum [34], ne via periurijs & falſitatibus aperiatur [35]. † Ego
arbitror poſſe in ſpeciem diſsidentes has opiniones concordari, vt conuentio quidem va
leat, iudéxque eam ſequi debeat: non quòd ſibi ſit plenè probatum, ſed quia partes viden-
24 tur confeſſæ, ita eſſe [36]: vnde fatetur Alex. conſenſu † partium fieri non poſſe, vt ſcriptura
priuata documentum publicum ſit, & tamen conuenire poſſunt, vt tali ſcripturæ perinde
fides habeatur, ac ſi publica eſſet [37], ſicut & conuenire poſſunt vt exemplo inſtrumẽti fides
ſit, quamuis aliâs exemplum nihil prohibet [38]. videntur enim tali conuentione approbare
eam ſcripturam [39], & iuramentum cæteráque ſolennius pacto remittere [40]. Igitur idem
quoque

1 d. l. Theopompus.
2 l. ſi qs decurio. C. de falſ. Sali. l. quęro. in fin. de ædil. edic. doc. l. nec is. de acq. hęr.
3 Arg. l. ſi quis ex argentarijs. §. j. de eden.
4 Bald. Iaſ. Socyn. l. Gallus. §. fin. de lib. & poſt.
5 Caſtr. l. Lucius de infam. Socyn. 262.
6 l. Paulus reſpondit. rem rat. hab.
7 Arg. d. l. ſi quis decurio. & d. l. Theopompus.
8 Bal. d. l. iuriſiurãdi. in fi. et c. quoniã cõtra. de proba.
9 Auth. apud. C. de fid. inſt.
10 c. cum parati. de appell. Bart. in extrauag. ad reprimendam. verb. nuntiũ. in fi.
11 d. c. quoniam contra. & l. iiij. C. de arb. vbi Bart.
12 §. fin. in auth. vt præpon. nomen. viij. q. iij. Talia.
13 Gloſſ. l. Titio fundus. de cond. & demo.
14 Bar. l. in bonorũ. de bon. poſſ. Abb. c. calũniã de pœn.
15 l. lex quæ. verb. multorũ. C. de adm. tu. l. hac edictali. §. his illud. C. de ſec. nup.
16 Gloſſ. d. c. pen. & d. c. propoſuſti.
17 l. ſemel. C. de re mi. li. xij.
18 l. ij. C. de põd. & aur. li. x.
19 l. j. l. fin. C. de profeſ. & med. lib. x.
20 ca. licet vniuerſis. de teſtib. d. l. iuriſiurandi. in fin.
21 l. Septimo. de ſtat. hom.
22 c. ſi forte. lxv. diſt. iij. qõ. viij. ſuggero. vbi gloſ. mod. d. c. propoſuiſti.
23 l. ſi quis. l. magiſtros. vbi gl. C. de profeſſ. lib. x. Bald. j. conſti. Digeſtorum.
24 §. quod autem. in auth. de non alie. vbi Ang.
25 l. fin. C. de fideicom. l. iij. C. fin. reg.
26 Doct. rub. de probat.
27 Glo. in auth. vt ſine prohib. §. fin. doct. l. iubemus. C. de iudic.
28 d. c. licet.
29 c. ij. de probat.
30 Doct. cap. tuis de teſtib. Bal. extrauag. de pact. conſtan. verb. ſecũdum mores.
31 d. l. Theopõpus. vbi Din. Iaſ. Ray. gl. c. veniens. de teſtib. & d. c. licet. Bal. l. j. C. de ſen. quæ pro eo. And. de Piſ. proœ. Inſt. Barb. hic.
32 Arg. d. l. fin. & c. quia indicante. de præſcrip.
33 Arg. l. cõuenire. de pact. doct. Aret. Soc. Iaſ. hic.
34 d. c. ij.
35 Matheſ. no. l. Alex. cõſi. cxxxviij. in princ. Fel. d. c. ij. d. c. tuis.
36 l. ſi cõuenerit. de re iud. gloſſ. in authen. vt diffe. iud. in princ.
37 Mod. hic. & c. cum P. de fid. inſtr. Iaſ. l. admonendi. de iureiur.
38 Authẽ. ſi quis in aliquo. C. de eden.
39 Bar. l. ſi ita ſcripſero de cond. & dem.
40 d. c. tuis.

quoque hoc caſu dicendum, vt iure conuentionis teſtimonio ſingulari* fides adhibeatur, 25
ſi tamen ipſum teſtimonium, ideſt atteſtatio approbata ſit, non ſi perſona tantum teſtis.
aliud enim eſt dictum ipſum approbare, aliud perſonam. quod Ale. & Iaſ. hîc oſtendunt[1].
Sed† nunquid prædicto caſu aduerſus teſtimonij approbationem abijcere, & contrarium 26
probare pars poterit? & aliqui ſenſerunt, non poſſe[2]. Ego contrà, ſicut videmus; † ſi quis 27
promiſerit reſpectu fructuũ, aut eius quod intereſt, ſtare ſimplici creditoris affirmationi,
non tamen impediri, quominùs ad boni viri arbitrium confugiat[3]. Et ſi conuentum ſit, vt
ſententiæ talis fiduciarij conſultoris ſtetur, non tamen prohibebitur appellatio[4]: et ſi lex
generaliter mandet ſtari dicto vnius,* non tamen vetuiſſe cenſebitur, quin poſsit contra- 28
rium probari[5]. quod ergo in legis iuſſu receptum eſt, ad pactiones quoque contrahentium
videtur producendum[6]. poſſunt tamen expreſsim partes agere, *vt non ſolùm certo teſti 29
ſtetur, ſed etiam contrarium probari non poſsit, valétque conuẽtio propter indubitatam
fiduciam quod hîc ſentiunt Doctores & conſultum à Tudeſco extat[7]. Putarem tamen tali
caſu adhuc ob enormen læſionem reclamari poſſe[8], & ad iudicis officium pertinere, ſi ſibi
hoc ſederit, vt amplius quærat, nec illi ſoli adhibeat fidem: aliâs enim facilè teſtes ad de-
linquendum, falsíque crimen perpetrandum adigi poſſent[9]. quòd ſi non dictum teſtis, ſed
perſona duntaxat approbata ſit, cùm tunc minus noceat (ſemiplene enim tãtum probat)
non poteſt ampliùs reprobari, niſi noua cauſa, acceſſerit[10]. Illud conſtat, ſi atteſtationes
deficiant, non ex ea cauſa, quia vnus tantùm adfuerit teſtis, poſſe eas partium conſenſu
indiſtinctè cõfirmari[11]: non enim tali caſu ius publicũ eis reſiſtit, ſed ſolũ priuata vtilitas[12].

1 Gloſ. §. & licet. verb. ſupplicijs. in auth. de teſtib.
2 Iaſ. l. j. C. ſi aduer. lib. Bal. l. in bonæ fidei. c. ſi cer. t pet.
3 Bart. l. fi. de præto. ſtip.
4 Bart. d. l. ſi conuenerit. de re iud.
5 l. j. C. de re iud. vbi doct. & doct. d. c. propoſuiſti.
6 l. nõ impoſsibile. de pac.
7 Abb. conſil. lj. in j. du.
8 c. Quintanallis. de iureiur. l. ſocietatem. §. arbitrorum. pro ſoc. Bart. d. l. fi. Ale. conſi. liiij. in ij. du.
9 d. l. cõuenire. l. iubemus. vbi Alex. C. de iudic.
10 Gl. d. §. & licet. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib.
11 c. veniens lo j. de teſtib.
12 c. tuis. eod. tit.

S V M M AE.

1 ☞ *L. ij. de verb. obli. explanari.*
2 *Stipulationum ſubſtantia miſturam non admittit.*
4 *Stipulationum genera, & actiones.*
9 *Legitimare qui poteſt, idem & natalibus reſtituere.*

L E X I I.

STIPVLATIONVM QVAEDAM. Cùm lex dicat† 1
ſtipulationes alias in dando, alias in faciendo conſiſtere, oſtendit ſe de
earum ſubſtantia loqui: quia verbum, *Conſiſtere*. non ad nudam verborum
figuram, ſed ad ſubſtantiam pretinet: & ideò non videntur rectè ſenſiſſe
veteres, qui imperfectam eſſe hanc diſtinctionem cenſuerunt tanquam
ommiſerit iuriſc. caſum mixtũ, ſi quidẽ lex ait, aliquas eſſe ſtipulationes
mixtas[13]. cuius rei exemplum eſt in ſtipulatione reddendarum rationũ[14]. ſunt qui & exem
plũ in ſeruitutibus conſtituant, in quibus non datio tantùm, ſed & factum, ideſt, patientia
præſtanda eſt[15]: quod infrà attinga. Nam reſpondeo†, nullã ſtipulationem eſſe, quæ reſpe- 2
ctu ſubſtantię iuris intellectu dicatur mixta. Aut enim in ea principaliter vertitur factum
& dicitur in facto conſiſtere, licet in eius conſequentiam aliquid dandum ſit[16]. aut datio
principaliter in contractu vertitur, ſeu, quod idem eſt, facti promiſsio dationis cauſa adhi-
bita eſt: & tunc ſtipulatio in dando conſiſtit: vnde qui reddere rationes promittit, dicitur
daturum ſe reliqua promiſiſſe[17]: cùm huiuſmodi redditio nõ alio fine fiat, quàm vt detur,
ideſt, reſidua ſoluantur. quod Bald. Caſtr. quæ docuerunt[18]. datio enim quæ cauſa facti in
contractu deducitur, naturam facti aſſumit, ſicut vice mutua factum* dationis cauſa pro- 3
miſſum pro datione eſt[19]. Hinc videmus, quòd quoties res aliqua in alterius conſequen-
tiam accedit, non tamen duę ſtipulationes efficiuntur, ſed vna tantũ[20]: aut in ſtipulatione
æquè principaliter & factũ datio vtuntur, &† tunc duplex eſt ſtipulatio: altera facti, altera 4
dationis[21]. Et ex ſtipulatione dandi certi cõdictio competit, ex alia ex ſtipulatu agetur[22].
ſícque apparet nullã ſtipulationẽ, quod ad ſubſtantiã attinet mixtam eſſe, licet quo ad ver
borũ conceptionẽ ſecùs ſit[23]. Cùm enim quod in cõſequentiã venit, à principali differat,
poteſt eo reſpectu dici ſtipulatio* mixta: & ideò Accurſ. Bart. quę tertiam ſpeciem in caſu 5
mixto non effici hîc aiunt: quia non cõfunditur ſubſtantia[24]. ſemper enim vna eſt, actió-
que inde proueniens eſt ſimplex. vnde & in ſtipulatione, qua quis diſiunctiuè promittit,
mihi aut Titio, vtrum voluero[25], actio eſt ſimplex: quia cogor eligere ex quo alternatiuæ
capite agere velim: vt ſi ex eo agam, quia mihi datum non ſit, certi condictione experiar:
ſi ex eo quia non ſit datum Titio, ex ſtipulatu intendam. Quapropter Bartol. cenſuit* in 6
ſtipulatione alternatiua, licet vna ſolutio ſufficiat, non tamen vnam duntaxat eſſe obliga
tionem mixtam, ſed duas[26]: quæ ſentẽtia ſupraſcripto caſu veriſsima eſt: cùm electio cre-
ditoris eſt[27]. Nec me mouet, quòd ſtipulatio in qua plures res vna verborum conceptione
comprænduntur, vna tantùm ſit[28], ſicut & ſtipulatio legatorum ſeruandorum cauſa[29], &
tamen ſi aliud legatũ facti ſit, aliud dationis, cenſuit Alex[30]. ad factum ex ſtipulatu ad da-
tionem certi condictione agi. Igitur neceſſariò dicendum eſt mixtam hanc eſſe ſtipulatio
nem, cùm vna ſit, & tamen duplicem actionem pariat. Sed hanc ego Alexãdri ſententiam

13 l. veteris. C. de contr. & commit. ſtip.
14 l. cum ſeruus. de cond. & dem.
15 l. ſi. com. p̃di. doct. §. ſeq.
16 l. fideicommiſſa. §. pen. de leg. iij. l. in executione. in prin. j. eo. vbi doct. l. cum proponas. C. de dolo.
17 l. quãuis. de cõd. & dom.
18 Bal. l. cum allegas. C. de vſur. Paul. d. l. cum ſeruus.
19 l. naturalis. §. & ſi quidẽ. in gl. & §. quod ſi faciam. de præſcr. ver. vbi Bart. & in l. v. §. fin. j. eod.
20 l. ſcire. vbi Bart. j. eo.
21 d. l. ſcire.
22 Bar. l. lecta. ſi cer. pet.
23 d. l. veteris.
24 l. adeò. §. cum quis. de acq. rer. do.
25 l. liber homo. ij. in fi. j. c.
26 Bart. d. l. ſcire.
27 l. planè. §. pe. de leg. j. l. viij. §. j. de leg. ij.
28 l. quod dicitur. j. eod.
29 d. l. ſcire. verſic. ſtipulationem.
30 Alex. l. ſi quis certum. ſi cert. pet.





7 non probo. Cùm enim ſtipulatio* legatorum ſeruandorum cauſa prætoria ſit, clauſulám-
que doli mali contineat,[1] ſemper ad id quod intereſt datur, incertáque eſt,[2] nec ex ea cer-
8 tum vnquam condicitur. Adnotant tamen hic doct. ſub* ſimplicibus caſum mixtum con-
tineri, quam materiam lib. de verb. ſig. iij. adeò diffusè explicaui, vt eam hîc repetere ope-
ræ pretium non ſit. aiúntque omnes huic concluſioni abſque dubio locum in fauorabili-
9 bus eſſe[3]. &† ideò concludunt comitem Palatinum, cui à principe id ius conceſſum ſit, vt
ſpurios, item inceſtos efficere legitimos valeat, eum quoque reſtituere natalibus poſſe,
qui vtraque macula notatus ſit. beneficia enim principum latiùs accipienda ſunt[4]. qua de
re lib. Paradox. j. cap. xvj.

1 l. j. in prin. vt leg. no. ca.
2 l. ij. §. j. l. fina. de præto. ſtip.
3 l. ſi ita ſcriptum. de libe. & poſt.
4 l. fi. de conſt. princ.

S V M M AE.

1 ☞ *Dandi obligatio diuidua, ex cauſa contrà.*
2 *Seruitutes & facta non diuidi. 39.*
3 *Alternata generiſue obligatio diuidua.*
4 *Seruitutum, factorúmque diſcrimen.*
5 *Intereſſe indiuiduum.*
7 *§. Cato. ſenſus. & 15. 17. 19. 25. 32. 38.*
8 *Pœnalis ſtipulatio non, niſi in hæredibus, diuidua.*
9 *Pœnam verbis, ſi contrà fiat, ineſſe.*
11 *Pœna in hæredes diuidua. & 45. in cœptis ab his, certiſq́; caſibus contrà. 12. 46. 49. 52. 58. 62. 65. 73.*
18 *Stipulationis, iter fieri, explicatio varia. verior. 20.*
21 *Stipulatio iter fieri indiuidua, in ſoli dũ trãſmiſſibilis.*
26 *§. Cato. & illi repugnantes leges conciliari. & 28. 30.*
27 *Stipulationem, per te nõ fieri, nec per hæredem, &c. in omnes tranſmitti.*
33 *Stipulatio, amplius non agi, diuidua.*
35 *Ratihabitio alicui facti indiuidua in hæredibus diuerſum. 40.*
41 *Obligatio ex hæredibus certis caſibus mutabilis.*
50 *Hæres poſſeſſor ſolus damnandus. 53.*
51 *§. hæres. l. iij. commo. ſenſus.*
55 *Perſonalem vendicationi iunctam certis caſibus non mutari.*
59 *Reſtitutiõis obligatio, exceptis certis caſibus diuidua.*
64 *Emphyteuſim, feudúmve vaſtans vnus hæredum reliquis non obeſt: in canone contrà.*
68 *L. pœnales. § Iulianus. explicari.*
70 *Defendendi ſtipulationem ob intereſſe, rem, varias actiones, & in hæredibus diuidi.*
74 *Vſus etiam in hæredibus indiuiduus.*
76 *Stipulatio non offendendi indiuidua etiam inter hæredes.*
79 *Hæredis voce indefinita omnes etiã in pœnis cõtineri.*
83 *Pœnali ſtipulatione contrà facientem certis caſibus inſolidum teneri. 86. 87. 91. 92. 94. 96. 99. 103.*
84 *L. ſi is qui. §. cùm ita. & l. ſi ſeruus. § ſi plurium. conciliari.*
90 *L. v. § ſi. de verb. obl. ſenſus.*
101 *Procuratorẽ vnum pluribus, certis caſibus, ſufficere.*
106 *Pœnam canonibus non niſi pro parte committi.*
109 *C. ſuam. de pœnis. ſenſus multiplex. verior. 110.*

L E X I I I I.

EADEM DICEMVS. §. CATO. De diuiſione ſtipulationum
aliarúmve obligationum triplici modo ſolet quæri. In primis enim di-
ſputamus, nunquid, quod in principali ſtipulatione deductum eſt, reci-
1 piat diuiſionem? & s. concluſum eſt † recipere[5] cuius rei in dandi obli-
gationibus exemplum ſumitur: niſi tamen aut neceſsitas, aut partium
2 voluntas, aut æquitas aliud ſuadeat. Obligatio † ſeruitutum ex neceſsi-
tate indiuidua eſt[6]: nec enim etiámſi velint partes, diuidere ſeruitutem poſſunt[7]. obliga-
tiones factorum propter voluntatem non diuiduntur: quia ſic inter partes actum eſt. in his
enim videtur ſtipulator effectum operis conſideraſſe[8]: cùm quid factum non dicatur, ni-
3 ſi & conſummationem receperit[9]. At† alternatiua, vel generis dandi obligatio natura
quidem ſui partium præſtationem recipit: ſed, ne contingat in diuerſis rebus ſolutionem
fieri, (quod iniquum lex exiſtimat[10]) non liberantur debitores, niſi vbi in eadem ſpecie
4 ſatisfactum ſit[11]. Seruitutes † etiam contractu indiuiduę ſunt, facta verò petitione, & ſo-
lutione tantúm. Conſtat enim poſſe quem contractu ſuo dimidiam inſulam ædificandam
ſibi ſtipulari[12]. Alternata vel generis obligatio & contractu & petitione diuiſionem reci-
pit, ſed ſola duntaxat ſolutione dicitur indiuidua, quia abſurditas illa, quòd in diuerſis re-
bus contingat ſolutionem fieri[13], nihil ad petitionem vel contractum facit. & licet Barto.
ex hac quoque abſurditate obligationem faciendi indiuiduam eſſe dicat, tamen eius ſen-
tentia vera non eſt[14], & à me alibi confutata[15]. Hæc omnia ſuperiùs latiùs expoſita ſunt.
5 Sequens quæſtio eſt, quod iuris † ſit, cùm non de obligatione principali tractatur, ſed
de eo quod intereſt, quod obligationibus faciendi iuris diſpoſitione ſubrogatur. & in hoc
conſtituta eſt regula, diuiſionem recipere[16]: quia in pecunia conſiſtit, quæ pecuniæ dan-
dæ obligatio diuidua eſt[17], cùm & dominus dicatur, qui pro parte eſt dominus[18], nihílque
6 ſtipulatoris interſit, quin ratione partis ſolutæ quis liberetur, cùm idem operetur pars* re-
ſpectu partis, quod totum reſpectu totius. meritò ergo talis ſtipulatio recipit diuiſionem.
quòd ſi ſtipulari tantùm damni partis impedimento inferatur quantùm ſi omnino, & in
totum impediretur, ſecùs eſſet[19] quod ſuprà vidimus: Hîc verò tertia explicatur quæ-
ſtio, cùm ſcilicet nõ de eo, quod intereſt, ſed de pœnali ſtipulatione agitur. in quo articulo

5 l. ij. §. j. & e. l. j. C. ſi cer. pe. l. ea quæ. C. famil. erciſc.
6 l. ſtipulationes nõ diuid. j. eo. l. pro parte. l. viæ. de ſer.
7 l. hæredes. §. an ea. fa. erc.
8 l. in exequutione. §. j. j. e.
9 l. ſi is qui quadringenta. in fin. ad l. falc. l. v. §. fin. j. de verb. ſig.
10 d. l. in exequutione. §. p parte.
11 d. l. ij. §. j.
12 l. loci. de acq. poſ.
13 d. §. pro parte.
14 Raph. Paul. Socy. vij. not.
15 d. l. ſtipulationes. verſic. ideóque.
16 d. l. ſtipulationes. verſic. Celſus.
17 d. l. rectè. de verb. ſig. l. j. §. dominum. ad Syl.
18 l. ij. §. verſ. eo.
19 d. l. ij. §. item ſi in facte.

extabat bimembre Catonis ( non Vticenſis Stoici vt quidam crediderunt,ſed Iuriſcon-
ſulti ) dictum [1], quod † hic à Paulo refertur vſque ad verſiculum, ſed videamus.illa enim 7
verba infinita. *Pœnam cõmittere,differentiæ hanc eſſe rationem,&c.* à verbo illo, *Cato ſcribit*. regũ-
tur:quãuis Bartolus & antiqui hac in re lapſi ſint:mecũmque Raph.Beſ.Iaſ.ſentiunt: licet
aliis rationibus. Poteſt autem id Pauli reſponſum ſic in Epitomen redigi.Stipulatio† pœ- 8
nalis in perſona principalis diuiſionem non recipit.at in perſona hæredum diuiditur, ſi
ſubiecta eſt obligationi facti indiuidui pro portione hæreditaria contra omnes:ſi facti di-
uidui,pro portione ſolius contrà facientis.

POENA CERTAE PECVNIAE. Quid ſi, *Pœnæ*. vox addita nõ ſit. Sed† ſim- 9
pliciter promiſſa pecunia , ſi contrà factum fuerit ? Et receptiſſima eſt ſententia ſtipula-
tionem nihilominus pœnalem dici [2] quod à me in Paradoxis diſputatum eſt [3]. Sed quid
ſi pœna certa non ſit?& veteres cenſuerunt non valere , ſicut nec vſurarum * incertarum 10
promiſsionem [4]. quod ĩ.attingam.

PRO PORTIONE HAEREDITARIA. Adnotanda eſt principalis hu-
ius reſponſi † concluſio, ſi vnus ex hæredibus promiſſoris in obligatione indiuidua con- 11
trà faciat, pœnam aduerſus omnes cohæredes pro portionibus hæreditariis committi.cu-
ius rei illa eſt ratio, quia cùm pœna in dando conſiſtat , mortuo promiſſore , talis obliga-
tio à lege xij. tab. pro portionibus hæreditariis diuiditur [5]. & licet ad ipſum factum agi
inſolidum debeat,(quia obligatio ipſa principalis diuidi non poteſt,) tamen reſpectu pœ-
næ ſecùs eſt: nec pœnalis ſtipulatio ſecundum facti naturam regitur , ſed ex ſeipſa cenſe-
tur [6]. Sed quid ſi huiuſmodi pœnæ obligatio non à teſtatore incipiat , ſed ab hæredibus,vt
in illa ſtipulatione, *Per te non fieri, neque per hæredem tuum,&c.* Ex illis enim verbis, *Per te*. ob-
ligatio eſt pœnalis,quæ factum ſolius teſtatoris comprehendit [7]: ex illis verò, *Per hæredem
tuum* . incipiunt hæredes ipſi teneri [8] , quos teſtator in his quæ facti ſunt, obligare inſoli-
dum potuit [9]. Nunquid ergo,adhuc vno ex hæredibus contrà faciente , committatur ſti-
pulatio pro parte hæreditaria? & Doctores aiunt idem eſſe:quia talis ſtipulatio , quamuis
ab hæredibus incipiat,tamen hæreditaria dicitur [10]. Et quia lex etiam hoc caſu ſimplici-
ter dicit omnes teneri [11]. quæ dictio collectiua eſt [12]. & pro partibus diuiſionem recipit, ni-
ſi aliter ſubiecta materia ſuadeat [13]. Hirnerius tamen vetuſtiſsimus gloſſator diſſentit,
lex hoc caſu † committi ſtipulationem inſolidum diſertè ait [14]. & ex ductu ſermonis ap- 12
paret non intelligi inſolidum collectiuè [15], ſed ſingulariter potiùs. Quam Hirnerij ſenten
tiam & ego approbo [16]: quoties enim ſtipulatio ad hæredem non tranſit, ſi eius fiat men-
tio,cenſuit Barto.non pro parte hæreditaria,ſed inſolidum committi [17]: nec dubitandum
eſt hanc ſtipulationem, * *Per te non fieri,&c.* facti perſonalis eſſe,& ad hæredem non tranſ- 13
ire,niſi eius ſit facta mentio [18]. Moueor etiam illa ratione , quòd lex xij. tab. eam obliga-
tionem diuidit,quæ in perſona teſtatoris vna fuit:& ideò in hæredes ab eo trãſmiſſa eſt [19].
Sed quæ ab hæredibus incipiunt, non poſſunt diuidi:cùm à principio non vna , ſed plures
ſecundum hæredum perſonas oriri cœperint.Sequitur ergo, vt de eis iudicemus , ſicut de
obligationibus principalium , in quibus regula eſt inſolidum ſtipulationem committi [20].
Quod ergo dicitur,in obligationibus dandi ſuperfluam eſſe hæredis adiectionem [21], non
procedit , cùm ea obligatio eſt ſubiecta loco pœnæ facti non tranſmiſsibilis obligationi:
quia in tali nullus eſt diuiſioni locus : cùm lex xij.tab.eas duntaxat obligationes * pro ra- 14
ta diuidat , quæ ex perſona teſtatoris in hæredes tranſmittuntur, non quæ ab hæredibus
incipiunt:hæc autem pœnalis ab hæredibus incipit cùm non committatur : niſi poſtquàm
in principali ſit contrà factum,cùm in eius contrarium caſum concepta ſit, æquiparantur
ergo hi hæredes pluribus reis debendi cùm principales ſint , quia ſtipulatio ab eis incepit.
Et ideò alter pro altero inſolidum conueniri poteſt [22]. Hinc infertur alius huius reſpon-
ſi intellectus,quem ego ſequi ſoleo. Si quidem † Cato ſtipulationem , *Iter fieri vel non fieri.* 15
comparauerat ſtipulationi , *Per te non fieri,neque per hæredem, &c.* At Paulus reſpondit non
eſſe idem : quia in prima verum eſt pro portione hæreditaria committi ſtipulationem : at
in iſta propter expreſſam hæredis mentionem inſolidum committitur, licet vna ſolutio
ſufficiat.quod * & in duobus reis traditum eſt. 16

VELVTI ITER FIERI. Fuerunt aliqui,qui exiſtimarunt his verbis de ſeruitu
tis promiſsione agi , quæ videtur mixta : cùm dationem & factum contineat [23]. Sed hunc
ego intellectum non ſoleo ſequi , quia in ſeruitutibus factum non, niſi in conſequentiam
quandam vertitur.vnde ab eo non debent iudicari,ſed à iure quod in eis principale eſt [24].
Nec me moueret ſi diceres etiam ſi hic de ſeruitute agatur, tamen exemplum rectè in fa-
cto poni,cùm maximè committatur ſtipulatio ex capite , quia factum non ſit , id eſt, non
præſtita patientia [25]. Reſpondeo enim magis committi ex eo , quia non ſit datum , id eſt,
conſtitutum ius in re per impoſitionem ſeruitutis [26]. Alij † ergo receptiore ſententia non 17
de ſeruitutis obligatione intelligunt , ſed de mero facto:cùm quis ſtipulatur ſibi licere iter
facere

1 l.ij.§.deinde Sextus.de orig.iur.
2 §.alteri.inſt.de inut.ſtip.
3 lib.ij.c.ij.
4 l.qd in ſtipulat. de vſur.
5 l. pacto ſucceſſorum. C. de pact.d.l.ea quæ.
6 l.cum fundo. de ſer.ruſt. præd.Bar.hic.ĩ.opp.
7 l.qui in futurum. in fin. de pact.l. quod dicitur ĩ.eo. l.inter.in fi.de ſol.
8 l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis ita.verſicu.nam & ſi ire.vbi Bart.ĩ.eo.
9 l.continuus.in fi.ĩ.eo.
10 l.inter cohæredes. §. qđ ex facto.fam.her.
11 l.ij.§.fi.ſ.eod.d.l. in executione.§.ſecũda. d.§. quod ex facto.
12 l.fi.C.ſi certum pet. l. ea quæ.c.fam.erciſ.
13 Bar.l.hoc articulo.de hæred.inſtit.
14 l.in executione.§.inſolidum.l.ſi rem quæ. §.j.de euict.Bart.l.ſi pluribus. in fi. princ.de leg.ij.
15 verſ.quamuis.
16 d.l.hæredes.§.in illa.
17 l.ad ea.§.fi.de reg.iur.
18 Bar.ĩ.q.viij.
19 d. §.ſi quis ita.vbi Bar.l. ſi ſic.vlt.ĩ.eo.vbi dixi.
20 l.eum qui ita.§.j.ĩ. eod.
21 gl.l.v.§.fi.vbi Alex. ĩ.eo. Bar.l.fi.q.ij.de duob.reis.
22 gl.d.§.fi.
23 l.fin.communia prædiorum.non in l.ij.§.j.ſ.eo.
24 l.quoties.ij. de ſeruit. l. traditionibus.C.de pac.
25 l. quoties.l.iij.§.dare.de vſufruct.
26 l.iij.ſi iter.de ac.emp.



facere. Verba enim contextus noſtri manifeſtè de ſtipulatione facti loquuntur. Iungitúr-
que hoc Catonis reſponſum ſuperiori legi,in qua materiam obligationum facti Iuriſcon-
ſultus proſequitur,ſuadetúrque id ex verbo fieri,quod ad merum factum reſpicit [1], ideó-
que de ſeruitute non ſolet accipi [2]: cùm enim de ſeruitute agitur,dicimus viam,iter,& a-
ctum dari conſtituive,non autem fieri [3]. Addit Iaſ.cùm in ſequenti exemplo, *Non fieri*. aga-
tur de obligatione meri facti,credibile eſt propter vim alternatiuæ etiam in primo exem-
plo de ea agi:quia ſolet disiuncta inter ea poni,quæ ſimilia ſunt,aut parum inuicem diſcre
pent [4],ſicque dictio, *Iter*.ſecundum verbum, *Fieri*.declaratur [5],quod regulare eſt,vt nomen
I. potiùs ſecundum verbum intelligatur,quàm è contrariò [6]. Sed quale factum verti in hac
18 ſtipulatione dicemus ? an † illud, *Ire agere licere.* quod veteres aliqui ſenſerunt ? & non vi-
deretur:cùm talis ſtipulatio ad hæredes non tranſeat : quia meri facti perſonalis eſt [7]: hæc
II. autem , *Iter fieri*. tranſit,vt hic dicitur. An ergo vt Iac. Alber. Paulus, Alexand. Iaſ. Soci.
recentioréſq; omnes alij maluerunt, *Iter fieri*. id ſignificabit , quod viã ſterni , ſeu aptari ? [8]
ſed neque hæc expoſitio ſatis quadrat. aut enim vnus in totum ſtrauit , & alij cohæredes
excuſabuntur [9]: quia ſtipulatoris non intereſt alios ceſſaſſe:aut nullus ſtrauit,& omnes in
19 pœnam ex facto proprio incident:cùm vnus quiſque inſolidum teneatur.lex † autem no-
ſtra de cohærede loquitur,qui ex facto alieno in pœnam incidit. Et ſi dixeris, Fortè alij e-
rant iter aptaturi,ſed vnus impediuit. Reſpondeo , etiam ſi ita diuinemus,adhuc iuris in-
terpretatione facto proprio illi in pœnam incidunt, qui impedientem cogere via iuris , &
deinde iter aperta re debuerunt [10]. Iac.& Alb.hoc caſu ſufficere interpellationem vni fa-
ctam exiſtimant : quo negligente,& non aptante,cæteros cohæredes teneri.Sed vix eſt,vt
III. interpellatione vnius alios in pœnam incidere exiſtimandum ſit [11]. Ego hanc † ſtipula-
20 tionis formam, *Iter fieri*. iuris non eſſe arbitror,ſicut, *Iter dari*. vel , *Conſtitui*. nec rurſus eſſe
facti merè perſonalis, ſicut illa , *Ire,agere licere*. ſed mediam quandam habere naturam , vt
propter verbum, *Fieri*. ſit quidem facti,ſed propter dictionem, *Iter*. non cohæreat perſonæ,
verùm ad hæredem tranſeat,ſicut plerunque & cæteræ factorũ obligationes tranſeunt [12].
21 Eſt autem latinè loquentibus , *Iter fieri*. nil aliud,quàm iri, [13] quomodocunque † ergo quis
ſtipuletur,iter facere ſibi licere, erit ſtipulatio indiuidua,committetúrque vno contrà fa-
ciente , contra cæteros quoque: & quamuis ſit facti , vt Beſ.& Iaſ.aiunt tranſibit ad hæ-
redes.

VEL NON FIERI. Hæc ſtipulatio facti eſt,& nullo modo ad ſeruitutẽ referri
22 pot:cũ* ſeruitutes ſemper prædij dominantis vtilitatẽ reſpiciant [14], & ideò negatiuè nõ
eius vtilitatẽ , ſed damnũ inducat , & quãdã potiùs à ſeruitute liberationẽ proponatur [15]:
At iſta demonſtret, quæ ſeruituti cõtraria eſt. Sed cuius interpretationis hæc erit ſtipula-
tio?& Acc.quẽ veteres ſunt ſequuti , *Non fieri*.inquit , *Quominus mihi ire agere liceat*.Sed hanc
interpretationem Iaco.& Albe.aliique recentiores non probant ceu nimis ſubauditiuam:
23 cùm relatio * ad proxima fieri debeat [16], vt potiùs intelligamus non fieri iter , nam & a-
liâs Iuriſconſ.iterum in dubium refricaret huius ſtipulationis effectum [17]. quod ſanè pro-
babile congruúmque non eſt: cùm ſimilitudinis aduerbio vtatur. conſtétque quòd ſimi-
24 le * eſt,vtique idem non eſſe [18]. Rectior ergo videtur hæc interpretatio , vt intelligamus
non fieri,ſcilicet iter,cùm is, qui ſeruitutem habebat, vel aliquod eundi ius promittit ſe il-
làc iter non facturum:quod variis exemplis Aretin.Soci. Iaſ.proſequuntur [19]. Fuere tamẽ,
qui punctis aliter diſtinguerent,& tria ſtipulationum exempla hic poni aſſeuerarent.pri-
mum, *Cùm iter*.ſecundum, *Cùm aliquid fieri*. tertium, *Cùm non fieri*.quis ſtipulatur [20]. Sed hoc
ego vix probarim , quia qui iter nullo adiecto verbo ſtipulatur,non factum , ſed ius ſtipu-
25 latur [21]. at † lex noſtra de ſtipulatione facti expreſsim loquitur.Sanè cùm lex hic dicat ſti-
pulationem, *Non fieri*.facti,cõſequens eſt, vt hinc adnotemus appellatione facti etiam non
factum contineri [22],quam ego quæſtionem alibi reſeruo [23], ne ſcilicet addam aquam ma-
ri.Satis enim & ſuper exiſtimo,ſi propriæ materiæ nodos explicare hic poſsim.

QVIA QVOD IN PARTES. Adducit hic Cato concluſionis ſuæ rationem:
cùm enim in indiuiduis quilibet hæredum teſtatorem non pro parte ( quia id impoſsibile
eſt)ſed inſolidum repræſentat [24]: cùm item damnum, quod vnus facit, perinde ſtipulato-
ri obſit,ac ſi omnes facerent, meritò lex introduxit, vt vnius facto omnes tenerentur [25].
Sed quia reſpectu pœnæ obligatio diuidi poteſt, quilibet tenetur pro parte hæreditaria:
I. quia non vltrà repræſentat teſtatorem [26]. Sed huic rationi obſtant tria. † primum,quia
26 alibi lex aliam rationem videtur adducere,nempe quia, vno faciente,ſtipulationis pœna-
lis.conditio euenit. Vnde committitur aduerſus omnes [27]. Sed reſponde , hanc rationem
in caſu ſuo veram eſſe:cùm quis hæredum ſuorum mentionem in re aliâs non tranſmiſſi-
27 bili fecit, † *Promittis per te,nec per hæredem tuum fieri, &c. & ſi aliter factum ſit,decem.* vno enim
hæredum contrà faciente,conditio euenit , & decem debentur : quia verba ſtipulationis

1 §.non ſolum.inſt.eo.
2 l.pen. de ſer.ruſt. prædi. vbi Bart.
3 l. via conſtitui. l.ſi vnus, ex.de ſer.ruſt.præd.
4 l.j.de reb.dub.Bal.l.filia. j.opp.C.de collat.
5 l.j.in prin.de flum.
6 l.j de pac.dixi in rub.C. de pact.
7 d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita.
8 l.ſi iter.de ſeru.
9 l.ſi ita fuerit.ſeruis duob. §.pen.de man.teſt. Soci.hic not.iij.
10 l.quibus diebus.in prin. de cond.& demonſt.
11 l.mora.§.pen.de vſur.
12 l.veteris.C.eod.
13 l.j.in prin.de his,qui deiece.
* Hæc verba deſyderãtur, & in Pand.Florent.& in vulgar. quidam codices tamen habent , quæ tamen ex Accurſiana gloſſa in textum relata ſunt.
14 l.vt pomum.in prin.de ſerui.
15 §.æquè inſt.de act.
16 l.ſi idem.in fi de iuriſd. om.iud.
17 verſ.differentiæ.
18 l.quod Nerua. depoſiti.
19 l.fi.C.de pac.ĩter emp.
20 §.non ſolum.inſt.eo.
21 Bar.l.pe.de ſer.leg.
22 Bar.l.naturalis.in prin. de præſcrip.ver.
23 l. vbi autem. §. qui id quod.ĩ.eod.
24 d.§. item ſi in facto.vbi Caſtren.d.l.continuus. §.fi.
25 d.l.in exequutione verſ. quod ſi ſtipulatus.
26 gl.l.ij.§.fi.de ꝑtor. ſtip
27 d.l inter. §. quod ex facto.fami.erciſ.

hoc expreſſim inferunt, à quibus citra manifeſtam ſtipulatoris iniuriam recedi non po-
teſt[1]. Sed quando hæredum men tio facta non eſt, tunc non ex vi verborum, ſed iuris in-
terpretatione, hoc inductum eſt, quæ interpretatio ea ratione innititur, quam hîc Iuriſ-
conſ. adfert. Rurſus obſtat, quia ſi quis promittat, nec per ſe, nec per, *Titium hæredem ſuũ* II.
*fieri, &c.* facto Titij cæteri cohæredes tenentur[2], & tamen non poteſt videri eos contra-
feciſſe, qui obligati non erant: cùm non eorum factum, ſed ſolius Titij teſtator præſtitu-
rum ſe promiſerit. † Sed reſponde, quòd imò ſunt obligati ex ea promiſsione, qua teſta- 28
tor factũ Titij ſpondit[3], quæ in hæredes hoc caſu tranſmittitur: licet enim ſtipulatio * *Per* 29
*te non fieri, &c.* facti ſit merè perſonalis: & ideò ad hæredes non tranſeat[4], tamen aliud eſt
hoc caſu, quo factum Titij hæredis præſtiturum ſe promiſit: cùm enim promiſſionem in
tempus contulerit, quo hæredem Titium habeat, quem alium potuit obligare, quàm co-
hæredes[5]? videtur ergo tali caſu actum vt ea obligatio ſit tranſmiſſibilis[6]. Iterum ob- III.
ſtat quia iniquum videtur, vt vnius facto alij teneantur[7]: cur ergo lex hoc finxit aduer-
ſus æquitatem[8]? Reſpondeo cohæredes ipſi † adeundo * videntur cum creditore contra- 30
xiſſe ſecundum leges, quibus teſtator adſtringitur[9]. Ad id cum teſtatore actum videtur, 31
vt ſemper facto vnius alij teneantur, ex quo damnum pro parte inferri non potuit. ma-
ior ergo hæc eſt æquitas, quæ ex conuentione deſcendit[10]. & ſi dixeris, cur ſolus contrà fa
ciens ipſe inſolidum non tenetur? Reſpondeo, non poteſt ſic teneri, cùm pro parte hæredi-
taria tantùm repreſentet teſtatorem[11], quia lege xij. tab. diuiſa eſt obligatio atque ſic trã-
miſſa. Fuerê tamen, qui aliter reſponderent, vt Ruinus, qui ius facit iſtis cohæredibus a-
ctionis cedendæ, vnde nullo modo cùm eis iniquè agitur, cùm actionem ſtipulatori aduer
ſus contra facientem cedendo liberari poſsit[12], qua in re ſectatorem neminem habuit.
probabilis enim hæc eſſet opinio, ſi ideò tenerentur cohæredes, quia actionem aduerſus
contrà facientem haberent[13]. † Sed lex noſtra ideò teneri ait. quia vnius facto omnes vi- 32
dentur contrà feciſſe, ídque quia ita actum à teſtatore fuit propter conditionem ſtipula-
tionis pœnalis, cuius teſtatoris perſonam inſolidum propter indiuiduam rei materiam
repreſentant, vt ſuprà dixi. vnde cùm ex contractu ſuo iuris interpretatione teneantur,
ceſſione actionis liberari non poſſunt: quod & aliis rationibus probarem, ſi operæpretium
id eſſet.

AT SI DE EO CAVTVM. Stipulatio † ergo ampliùs, *Non agi.* itémque illa, 33
*Titium hæredemque eius ratum habiturum.* diuiſionem recipit, cuius rei illa eſt ratio: quia qui
pro parte aduerſus eam facit, non niſi pro parte damnum ſtipulatori infert, quòd Iaſ. hîc
docet. Sed aduerſus hoc obſtat, Pone, aliquis promiſit ampliùs non agere ad certam ſpe-
ciem, putà domum deceſſit, relictis pluribus hæredibus: ſi vnus pro parte ſua agat, & obti-
neat, nónne ſtipulator illius reſpectu pœnam conſequetur, ab aliis verò eum non inquie-
tantibus rem ipſam? quod iniquum nec conueniens videtur[14]. Bartolus hoc caſu fatetur
ſtipulationem hanc indiuiduam eſſe, reſtringítque legem noſtram ad caſum: cùm non ſpe
ciem, ſed pecuniam non peti actum eſt[15]. quòd Socin. hîc adiuuat verbis legis noſtræ, quæ
certæ pecuniæ pœnam fuiſſe ait, ſed hoc argumentum à propoſito noſtræ materiæ alie-
num eſt: cùm nos de pœnali ſtipulatione loquamur, ſed de principali. Meritò ergo hæc
ſententia à cæteris reprobata eſt[16], qui magno numero conſentiunt generaliter legi no-
ſtræ locum eſſe vt ſtipulatio ſuprà ſcripta ſit diuidua: quia facti negatiui eſt. vnde inuitus
nemo cogi * poteſt, vt partim rem ipſam, partim pœnam conſequatur: cùm enim ſtipula- 34
tor poſſeſſioni domus incũbat, ſeu in quaſi poſſeſſione liberationis propter ſtipulationẽ
ſit, potuit cõtrà facientẽ exceptione ſtipulationis ſubmouere. qui ſi non fecit, ſibi impu-
tet: cùm ſuprà ſcriptum illud inconueniens[17] volente creditore ceſſet, quod ibi declaraui.
Si enim aliud pro alio volenti creditori ſolui poteſt[18], cur in diuerſis rebus ſolutio fieri
non poteſt[19]? Nec me mouet quòd in ſtipulatione, *Rem ratam haberi.* quæ diuidua eſt, ſolu-
tio pro parte fieri poteſt etiam inuito creditore, vt ſi procurator promiſerit rem ratam do
minum habiturum, íſque dominus pro parte duntaxat ratum habeat: conſequetur enim
ſtipulator id quod ſua pro illa parte duntaxat intereſt, pro reliquo rem habebit[20]. Reſpon
deo, tali caſu ſtipulator exceptione tutus non erat, nec de pœna tunc agebatur, ſed de eo
quod intereſt. plurimum autem hæc differunt vt infrà declarabo[21]. Hinc infertur, † rectè 35
hic concipi ſtipulationis verba, nempe cùm Titius ipſe promittit ſe, hærédémque ſuum
ratum habiturum. Si enim alius factum domini promitteret, non eſſet exceptione tutus
ſtipulator: ideò obligatio non eſſet diuidua[22]. Sícque apparet hanc ſtipulationem mini-
mè prætoriam eſſe: cùm ea demum * prætoria ſit, qua quis non ſe ſed dominum promittit 36
ratum habiturum[23]. quòd ergo ſolet dici, obligationem * factorum eſſe indiuiduam[24], 37
eo caſu locum non habet, quo ſtipulator exceptione erga hæredem contrafacientem tu-
tus eſſet.

1 l.v.in fi.ſ.eo.
2 l.Iulianus.in prin.ſ.eo.
3 Bart.d.l.continuus.in fi.
4 d.l.ſtipulatio iſta. §.ſi qs ita.
5 Bar.l.ex facto.verſ. ſecundo caſu. de vulg.
6 Alex.conſ.cxcix.v.vol.
7 l.ſi quis in ſuo.in fi. C.de inoffi. teſt.l.de pupillo. §.j. plurimũ. de op. no.l. ſupra. §.apud.de aq.plu.
8 l.nec vtilẽ.ex quib. cauſ. maiores.
9 l.apud Iulianum. in fi.ex quib.cau. in poſſ.
10 l.j.de pac.l.v.in fi.ſ.eod.
11 gl.d.l.ij.§.fi.
12 l.fi.de ad.tut.l. quod debetur.de pecul.l.ij.§.fi. ſi qs caut.vbi Bar.
13 Bart.l. cum fundus.§.j.ſi cer.pe.eod. Io. And.in ſpec. tit.de ceſſ.act.verb. fide iuſ.
14 d. l. in exequutione. §. pro parte.
15 Bar.l. ſtipulationes non diuid.iij.q.ſ.eo.
16 Raph, Imo. Paul. Alexã. Rom.
17 d.§.pro parte.
18 l.ij.§.j.ſi cer.pe.
19 Bar.d.l.ſtipulationes.ix. oppo.
20 l.ſi procurator.rem rat. hab.
21 i n.ix.oppo.Bar.
22 ſ.d.ix.oppo.Bar.
23 ſ.toto tit.rem rat.hab.
24 d. l. ſtipulationes non diuid.

VT



VT IN ILLA STIPVLATIONE. Contendunt aliqui legendũ, vt illam ſti-
pulationem, – ídque ex antiquis codicibus, ego vulgatam lectionem ſequor, quia latinè
non dicimus peccari non poterit illam ſtipulationem, & quæ exempla ipſi adducunt, de
actiuo verbo non de paſſiuo concepta ſunt. & antiqui codices habent adiectam præpoſi-
tionem, *In.* Rectè enim dicimus peccari non poterit in illam ſtipulationem: nec hîc ſenſus
à vulgato differt.

PAVLVS RESPONDIT. Frequentior receptiórq; ſcriptura negatiuè cõcepta
eſt, *Non eſſe idem.* alij codices affirmatiuè, ſed pauciſſimi. at Etruſcus liber ſicut, & quidã alij
hanc clauſulam non habent. Solet enim hæc clauſula in his legibus adiici, quæ ex libris
reſponſorum Pauli acceptæ ſunt[1]. Scripſit autem ille hoc titulo tres & xx. libros. at in his
quos ad Sabinum ſcripſit, non videtur ratio, cur hoc loquendi modo vti debuerit, niſi exi-
ſtimemus id à compilatoribus additum, cùm aliâs deciſio iure non ſatis conſiſteret. Se-
quamur ergo & nos recentiorem ſcripturam. Probent interim illi Etruſci quomodo li-
ber ille ſuus ſit originalis, qui, quamuis in pleriſque ſit aliis correctior, non tamen prorſus
caret mendis. Videamus igitur quo ſenſu accipienda ſint ſupraſcripta verba: et ait Accurſ.
dubitatum eſſe, num non idem eſſet in ſtipulatione hac, *Per te non fieri.* quod in illa, *Iter fieri*
*vel non fieri*: & reſpondere eſſe idem cum illis, non idem verò eſſe cum illa, *Titium hæ-*
*redemq;, &c.* receptiſſimáque hæc eſt interpretatio. Sed ei obſtat, quod non eſt veriſimile id
in dubium à Paulo refricatum, quod iam erat clarè deciſum. Quorſum enim opus fuit de
38 re clara dubitare[2]? alij ergo aliter interpretantur, quilibet pro captu ſuo †. ego generali-
ter intelligo deciſiſſe Paulum non eſſe idem in hac ſtipulatione quòd in aliqua ſuprà ſcri-
ptarum. non eſt ſimilis illis, *Iter fieri vel non fieri.* quia in hac expreſſa eſt mentio hæredis,
quæ facit vt ſinguli non pro portione hæreditaria, ſed inſolidum teneantur: non illi, *Titium*
*hæredemq;, &c.* quia quamuis vtraque mentionem hæredis contineat, altera tamẽ diuidua,
altera indiuidua eſt.

NAM HAC STIPVLATIONE. Ex ſtipulatione igitur, *Titium hæredemque*
*eius ratum habiturum.* Solus hæres tenebitur, qui contrà fecerit, ſed an inſolidum an pro
parte? & omnes ferè conſentiunt pro parte duntaxat teneri. qua in re ego dubito, quia di-
ctio, *Solus.* videtur intelligi inſolidum debere[3]. & quia hoc ſuadet ratio: cùm enim mentio
39 hæredum expreſſim in hac ſtipulatione facta ſit, poſsítque quis in his, † quæ facti ſunt quẽ-
libet hæredum inſolidum obligare[4], videtur id feciſſe, obligatióque ipſa ab hæredibus
incipit. vnde quilibet hæredum pro principali eſt, & ſicut ipſe principalis contra faciens
inſolidum teneretur, ita ſolus ille cohæres qui contra fecit. Nec me multùm moueret ver-
ſiculus, *Quamuis.* qui aduerſatiuè poſitus videtur[5]. Reſpondeo enim hoc modo aduerſari,
cùm dominus ipſe pro parte contrà facere non poſſit: ergo hæredes ipſi, qui omnes colle-
40 ctiuè repræſentant, teſtatorem teneri deberent, non autem ſolus contrà faciens, & † tamẽ
iuriſconſultus ſupraſcripta ratione reſpondet, ſolum illum teneri. & hæc quidem fortè
vera ſunt. Sed cùm hæc ſententia non multùm clarè ex lege noſtra probetur, ſatiùs eſt in
hac obligatione diuidua communi interpretationi adhærere, & contrà facientẽ pro par-
te tantùm plectere. cùm hæc ſententia, ceu benignior in pœnis præferenda ſit[6], & aduerſa-
tiua in fine poſita hoc ſuadeat[7]. Cùm ergo principalis ipſe inſolidum teneatur, tamen ſi
moriatur, ex lege xij. tab. diuiditur obligatio inter ipſos hæredes pro rata[8]: meritò nõ niſi
pro parte tenebuntur, quicquid hîc Socin. & alij recentiores dicant, qui alias quaſdam ad-
41 ducũt rationes non ſatis firmas. Quod igitur traditũ vulgo eſt, Ex perſona † hæredis non
I. immutari obligationis conditionẽ[9]. Hoc caſu non procedit, quo de obligatione diui-
dua tractamus vt aiunt doctores: cùm enim diuiſa ſit pro rata in hæredes obligatio, quili-
bet pro parte ſua tenetur, at principalis in totum tenebatur: quia totum habet, nec nouum
eſt duriùs cum eo agi, qui aduerſus propriam promiſſionem facit, quàm cum eo, qui ad-
II. uerſus transfuſam committit[10]. Dixerit aliquis, cùm dominus ipſe promittit ſe hære-
démque ſuum ratum habiturum, nónne hoc ipſo ratum habere videtur[11]? quomodo ergo
ampliùs contrà facere[12] poteſt? Sed reſpondendum eſt, cùm promiſſa ſit pœna, ſi ratum
non haberetur, ſatis argui contrahentium eam fuiſſe mentem, vt ſimplici illa, & momen-
tanea approbatione, quæ ad ius refertur, non eſſent contenti, ſed quod etiam in futurum
42 ſtipulator de facto non inquietaretur. meritò ergo pœna * toties committitur, quoties ille
vexatur[13], aliâs ſuperfluò adiecta huiuſmodi pœna eſſet. Hinc inferunt aliqui, eum qui
promittit ſe ratum habiturum, non ideò tunc videri ratum habere[14]. quod verum eſt ſu-
praſcripto caſu, quo actum de ratihabitione ſit, quæ in futurum non turbando ſtipula-
torem fieri debeat. aliâs quod ad ratihabitionem iuris adtinet, ſtatim facta cenſetur[15], &
III. ideò domino contrà veniente poſſet ſtipulator excipere, ſi non approbaſſet. Rurſus ob-
iecerit aliquis, videri iniquum, vt principalis pro parte contra faciens, in totum teneatur.

- Florentinus tex. habet, q niſi inſolidum peccari non poterit, illam ſtipulationẽ. PER TE NON, &c.
1 l. quæro. loc.l. Paulus. de ſol.
2 l. domitius. de teſtam.
3 l. inter. §. ſi quis ſtipulat. fam. erc. l. cum ſolus. de vſucap.
4 d.l. continuus. §. fi.
5 l.j.§. dolſi. de eo per quẽ fact. l. tutor. §. contrariam. de pig. act.
6 l. cum quidam. de lib. & poſt.
7 verſ. quamuis.
8 l.j.C. ſi cer. pe.
9 l.ij.§. ex his. ſ. eo.
10 auth. cõtra qui propriſ. C. de non nu. pec.
11 l. ſi procuratorem abſentem. de procur. Bald. in l.j. vlt. opp. C. de procur. Aret. conſ. 100. in cauſa iſtarum.
12 gl. l. iiij. §. pen. in ver. conſentiat. ſ. rem rat. hab.
13 l. ſi ſic. ij. ſ. eo.
14 l. ſi pœnam. vbi not. ſ. e.
15 l.j.ſ. de pig. ac. vbi Aret.

Sequeretur enim tali caſu ſtipulatorem * & rem ipſam,itémque pœnam lucrifacere.quod 43
lex improbare ſolet [1]. Finge principalem pro parte ratum habuiſſe pro alia contra feciſſe:
ſi ſolidam pœnam ſoluat,nónne lucrabitur ſtipulator illam partem, quæ ratihabitione ſi-
bi remanſit? Accurſius, Paulus, Alexander, Socin.cæteri huic argumento dant manus,&
fatentur ſtipulatori ad totam pœnam agenti obſtare exceptionem, niſi illud quod ex ra-
tihabitione partis conſequitur,reſtituat, vel compenſet promiſſori [2]. quæ ſententia pro-
babilis eſt,cùm hæc ſtipulatio, *Ampliùs non agi*. ſuper actione in rem interpoſita eſt.Rece-
ptiſſimum enim eſt,non ideò extingui ipſo iure promiſſoris dominium, & conſequenter
nec actionem [3] etiam ſi res penes ſtipulatorem ſit [4]. Item probabilis eſt, cùm interpoſita
quidem ſuper actione perſonali eſt,ſed id actum fuiſſet, vt tali ſtipulatione ipſo iure actio
non tolleretur,quòd alibi Paul. Caſtren.declarat [5]. aliâs verò, cùm tali ſtipulatione * a- 44
ctio ipſo iure perimatur [6], verbáque etiam ad vexationem facti referantur, quæ in futu-
rum fieri contingeret,videretur poſſe ſtipulatorem vtrunque habere & rem,& pœnam [7]:
rem,quia promiſſor agere non poterit,cùm extincta ſit actio: pœnam, quia de facto con-
trauenit, quo caſu ex contemptu pœna committitur [8]. Idémque dicendum in ſtipulatio-
ne, *Rem ratam haberi*. quia tali contractu promiſſor dicitur ſtatim ratum habere [9], & pro-
pterea ſe obligare:ne de facto in futurum inquietet ſtipulatorem,quod ſ.docui.

Explicita ipſius contextus declaratione, ſupereſt vt materiã hanc aggrediamur; quæ
omnis duabus concluſionibus conſiſtit,quarum altera de obligationibus indiuiduis acci-
pitur,altera de indiuiduis.† Conſtituamus ergo principalem regulam,vt obligatio pœna- 45
lis facto indiuiduo ſubiecta vno hæredum contrafaciente aduerſus omnes pro portione
hæreditaria committatur [10]. quæ concluſio plurimis caſibus limitanda, reſtringendáve
eſt. Et in primis † non procedit, quoties ex vnius facto ſtipulator non læderetur: tunc I.
enim ceſſat legis noſtræ ratio. meritò nihil id cæteris obeſſet.finge ergo:is,qui promiſerat 46
ædificare domum,pluribus hæredibus relictis,deceſſit, aliqui eorum detrectant, alij eam
in totum ædificauerunt,certè tali caſu pœna aduerſus aliquem non committetur [11]: quod
Paul.Caſtren.Socin.cęteríque hîc tradiderunt:aliâs ſtipulator haberet,& rem,& pœnam,
quod abſurdum eſt [12]. Nec obſtat,ſi diceretur eos, qui detrectant, in pœnam incidere de-
bere:cùm in pœnis,ſi directò contrà fiat,non reſpiciamus,quid interſit [13]. reſpondeo enim
iuris interpretatione neminem videri detrectaſſe,cùm in indiuiduis * omnes vnius facto 47
feciſſe videantur.nam ſi indeuotio vnius facit alium indeuotum videri,quantò magis im-
plementum vnius alij prodeſſe debet [14]? Illud tamen fatendum eſt, in facto indiuiduo, v-
nius implementum,quamuis alteri poſſit ne damnum faciat,non tamen eò vſque prodeſ-
ſe, vt & lucrum conſequatur:cùm, ſcilicet, de conditione agitur cuius implementum lu-
crum ipſis promiſſoribus adfert [15]: cuius rei illa eſt ratio, quia reſpectu detrectantis con-
ditio pro non impleta habetur: cùm per eum ſtet,ne impleat [16]. faciliùs ergo huic detre-
ctanti lex tam exceptionem, quàm actionem concedit [17]:cùm par non ſit ratio damni vi-
tandi,aut lucri faciendi [18]. Iaſ.hîc [19] principalem ab hæredibus diſtinguit,quæ differentia
in obligationibus indiuiduis à teſtatore deſcendentibus vera non eſt, & ex lege noſtra cõ-
futatur.Et hinc infertur nihil intereſſe, quod ſtipulator * omnes interpellauerit vt ædifi- 48
carent,ſatis nihilominùs eſt vnum pro omnibus ædificaſſe, eorúmque moram ſic purgaſ-
ſe,quod & ſuprà aduerſus Iaco. & Alb.cenſui. Secundò regula * non procedit, cùm II.
quis contractu bonæfidei ad reſtituendum obligatus eſt: mortuo enim debitore, lex ait 49
† hæredem illum,qui rei reſtituendæ facultatem habet inſolidum condemnari [20], non au- 50
tem cohæredes omnes pro portionibus hæreditariis, † quaſi (inquit lex) hoc arbitrio bo- 51
ni viri conueniat,ſícque Barto.cenſuit, quem frequentiore calculo cæteri probant, & ve-
rum eſſe ego arbitror:cùm non de re diuidua, ſeu quantitate, ſed certa ſpecie reſtituenda
agatur [21]. Fuêre tamen,qui diſſentirent,vt Ramponius,Bald.Nouel.Beſ.Socin.Hier.Tor-
tus.& adhuc conueniri poſſeſſorem pro parte ſua tantùm exiſtiment: licet executio offi-
cio iudicis ad totum fiat. Quæ ſententia verbis legis non quadrat, nec ſat rationi, vt plus
dicamus exequutum,quàm petitum [22], At Caſtellio Raph.Aretin.& pauci alij,nec execu-
tionem quidem ad totum fieri exiſtimarunt [23]. aduerſus enim iuris ſcripti regulas id eſſet,
vt actio perſonalis rem ſequatur [24], vt obligatio quæ omnium pro rata fuit abſque ceſſio-
ne in hunc poſſeſſorem cenſeatur tranſlata [25], vt iſte poſſeſſor, qui ſuprà ratam portionis
hæreditariæ pro extraneo eſt, perinde ac in totum ſit hęres teneatur [26]. Nec quicquam
facit,quod contractus bonæ fidei ſit:cùm bona fides officium duntaxat iudicis inducat:ob
ligationem verò non augeat [27], vnde ſuprà ſcriptam legem [28] ipſi intelligunt: cùm hæres
ideò conuenitur:quia dolo malo rem interuertit:ſícque in actione,vt ipſi vocant ſecunda-
ria,ſolùm loquitur. Sed hæc ego non probo:quoniam non arbitror ex eo duntaxat, quod
quis non reſtituat argui dolum [29], aut ſecundariam hanc obligationem induci [30]. poteſt
enim

1 l.reſcriptum.§.ſi pacto.de pact.
2 gl.d.l. in exequutione. §. pe.in verb.prodeſt.
3 l.ſi pro fundo. in fin.C.de tranſ.
4 gl.l.ſtipulatio iſta.in prĩ. in verb.ſucceſſores.ſ.eo.
5 l. ſi vnus. §. pactus ne.de pact.
6 l.ſi vnus.§.pactus.de pac. vbi Caſtren.
7 l.vbi pactum.C.de tranſ.
8 Bar.d.§.ſi pacto.opp.ij.
9 d.l.iij.§.pen.
10 hic & d.l.inter cohæredes.d.l.in exequutione.
11 d.l.inter.§.fi.l. fideicommiſſa.§.pen.de leg.iij.
12 d.l. reſcriptum. §. ſi pacto.
13 l.ſtipulatio iſta.§.alteri. ſ.e.Bar.ſ.§. item ſi in facto.
14 l.Arrianus.ſ.tit.j.
15 l.ſi ita fuerit.j.in prin.de man.teſt.
16 l. iure ciuili. de cond. & demonſt.Bart.l.ſi plures. C. de cond.inſer.
17 l.inuitus.§.j. de reg.iur.
18 l.fi.C.de codic.
19 iij.not.in fi.
20 l.iij.§.hæres.commod.
21 l.ſi duo.j.reſpõſo.depoſ.
22 l.fin.C. de fideicom.lib.
23 arg. l. pro hæreditariis. C.de hær.act.
24 l.fi.in fi.de contra.emp.
25 l.quid ergo.de pecul.
26 l.cum à matre.C.de rei vend.
27 l.quia tantundem.de nego.geſt.
28 d.§.hæres.
29 l.dolus.mand.vbi Iaco. Ray.Alber.
30 l.ſi duo.in fi.depoſ.



enim ſubeſſe cauſa,quæ dolum excuſet. Adde quòd verba legis manifeſtè oſtendunt ſpe-
cialiter illud contra ſuprà ſcriptas communes regulas induci quadam ex æquitate, vt me-
III. ritò à Bartol.recedendum non ſit. Tertiò non procedit rurſus † concluſio in actionibus
52 ſtricti iuris,quoties concurrunt cum rei vendicatione. tunc enim non pro portione hære-
53 ditaria,ſed aduerſus eum duntaxat,qui rem habet,ad † reſtituendum agitur.quòd in vno
ex pluribus hæredibus reſponſum eſt eius,qui rem vi abſtulerat [1], cuius rei ego illam eſſe
rationem arbitror:quia interdictum illud recuperatorium non obligat hæredes, niſi qua-
tenus ad eos peruenit [2]. Bartol.tamen aliam adducit rationem, nempe propter coniun-
ctionem & mixturam,quam actio in rem cum perſonali habet [3]: quæ ratio fragilis eſt.Re-
54 gulariter enim quoties alicui duplex actio * datur, quælibet ſecundum propriam natu-
ram datur [4]. Adde,quòd non eſt verum iure Digeſtorum rei vendicationem aduerſus ra-
ptorem competiiſſe etiam abſque dominij probatione. Id enim à Iuſtiniano inductum
fuit [5]: & quidem non generaliter(vt Bart.credidit) ſed eo tantùm caſu, quo ſpoliatus iam
xxx.annis poſſediſſet: ſícque communiter cenſent doctores. aliâs durum eſſet, vt lex illa
quæ in odium principalis inducta eſt,ad eius quoque hæredes traheretur: qui ipſi vim non
fecerunt:quamuis tamen hæc Barto.concluſio lege illa non probetur, aut etiam alia, imò
55 aliquas violet [6]. nihilominùs receptiſſima eſt [7], exceptis tribus caſibus †.Primus aduerſus
ſingularem ſucceſſorem, nec enim actio perſonalis, quamuis vendicationi coniuncta in
eum iure noſtro datur [8], niſi de actione in factum ex iureiurando loquamur,quæ vendica-
tioni accedit [9]. qua de re alibi.Secundus,quando actio perſonalis ex poſt facto per litis cõ-
teſtationem oritur [10]: cùm enim ex accidenti orta ſit, id eſt, per litis conteſtationem non
adſumit naturam vendicationis,cui acceſſit [11]. an quia hæc perſonalis nõ eò reſpicit quò
vendicatio: ſi quidem vendicatio ad reſtitutionem perſonalis adiudicij duntaxat confir-
mationem pertinet. Tertius,quando non actione,ſed officio iudicis intendimus, vt nobis
56 edantur rationes: cùm enim officium iudicis * regulariter perſonale ſit [12], cùm item illud
de edendo aliquid in rem habeat,coguntur argentarij edere:quia quod mea cauſa confe-
cerunt,meum quodammodo eſt [13]. habet quidem mixtam naturam, & indiſtinctè con-
tra ſingularem ſucceſſorem, tanquam in rem actio non datur [14], ſed tamen cauſa cogni-
IIII. ta datur,ídque inſolidum aduerſus poſſeſſorem [15]. Quartò rurſus inquit Bart.non pro-
cedit concluſio & regula legis noſtræ [16], quoties pœna ex contractu bonæ fidei deberetur,
vt quia pactum pœnale contractui emptionis ineſſet [17]. Vnde videmus in actione depoſi-
ti ad id quod intereſt inſolidum agi aduerſus duntaxat illum hæredem,qui dolum fecit [18].
Sed hanc ego ſententiam probare non poſſum:quia hoc modo minùs conſuleretur credi-
tori in bonæ fidei, quàm in ſtricti iuris iudiciis. quid enim ſi delinquens ſoluendo non eſ-
ſet [19]? Vrget etiam legis noſtræ ratio:cùm enim vno contrafaciente cæteri contrafeciſſe
videãtur,cùm conditio pacti pœnalis euenerit, cùm aliud non poſſit abſque manifeſta in-
iuria creditoris ſtatui, cur hanc differentiam excogitamus [20]? meritò ergo veteres ante
Barto.eam non probarunt, & poſt eum Caſtren.Aretin.Claud.alíique recentiores,qui &
aliis rationibus vtuntur. Aliter igitur cenſendum eſt, & ſubdit Barto. in depoſiti actione
57 id ſtatutum eſſe vt qui contrauenit ſolus teneatur: quia talis obligatio * ſolutione dunta-
xat indiuidua eſt,ſecùs ergo ſi omnino eſſet indiuidua, quo caſu lex noſtra procedit, quæ
V. ſolutio vera eſt ſi ex ſententia mea,quam infrà explicaturus ſum,intelligatur. Quinto
58 non procedit,(inquit Bartolus)ſuprà ſcripta legis noſtræ regula † in obligatione, *Rem re-
ſtitui*.cùm de dolo agitur, vt quia aliquis cohæredum dolo rem interuerterit & reſtituere
nolit.Si enim omnes dolo egerunt, omnes quoque inſolidum tenentur [21]. cùm enim hæc
obligatio ( quam ſecundariam vocant docto.)ratione doli,vel negligentiæ committatur:
quæ in cuſtodia adhiberi debuerit,inſolidum committitur: cùm ſpecies depoſita non niſi
inſolidum cuſtodiri poſſit [22]. in odium ergo iſtorum,qui proprio dolo peccarunt, omnes
inſolidum,non autem pro portione hæreditaria tenentur: ídque in obligatione rei reſti-
tuendæ, quæ maiorem fidei obſeruationem requirit, & hæc quidem ex mente doct. hîc à
me relata ſunt.Quid autem ego hac in obligatione reſtituendi ſentiam alibi explicaui [23].
Si quidem nullus eſt in iure noſtro confuſior tractatus, & in quo magis Lesbia regula vſi
ſint doct. Barto.cuius ſententia ferè receptior eſt, obligatione & petitione diuiduam eſſe
credidit,ſolutione verò indiuiduam. Rayn. Alb [24]. Imol. Ruin. ſolutione quoque diuidi
maluerunt.At Caſtel.vterque Raph.Beſut.Socin.prorſus ex diametro contra:nempe om-
nino obligatione,petitione,ſolutione indiuiduam eſſe.Ego concordare omnium ſenten-
tias poſſe arbitror,& quemlibet ſecundum leges quas adducit,vera dicere: ſícque conſti-
59 tuendum vt † obligatio, *Rem reſtitui*.diuidua ſit,ſicut & dari [25], cùm reſtitutio non,niſi do-
mino,fiat,vel ei, cui quæſtio dominij obiici non poteſt [26]: ideóque ſemper ſua interſit vel
partem habere,nec probabiliter vllũ ſubſit periculum, ne in diuerſis rebus fiat ſolutio [27],
cùm



1 l.ſi plures.de vi,& vi arm.
2 l.j.in fi.eo. tit.l.ij. C.vnde vi. Abb.c.ij.de ord.cog.
3 l.qui patri.de acq.hær.
4 l.diuortio.in prĩ. de neg. geſt.
5 l.ſi quis emptionis.§.ſed hoc ſuper illis.C.de preſcri. xxx.ann.
6 l.in cõdictione.de condi. furt.
7 gl.l.ĩ cõdictione. de cõd. fur.
8 l.cum à te.de vi, & vi ar. c.ſæpe.de reſt.ſpol.
9 l.nam & poſtea. in fin.de iureiur.vbi Iaſ.
10 l.ij.in fi.de præto.ſtip.
11 gloſ.l. certi condictio.ſi cer.pet.in glo.ij.in fi.
12 Bart.l.ſi tertius. §.ſi quis prius.col.pe.de acq.plu.arc.
13 l.prætor ait. in princ.de eden.
14 l.ſi quis ex argent.§.j.e. tit.
15 l.quedã.§.is autem.e.tit.
16 Bar.v.oppo.
17 argu.l.ij.C. de pact. int. empt.
18 l.in depoſiti.l. ſeq.depoſ. l.in commodato.§.fin.ex facto.commod.
19 l.ſupra.§.apud ferocem. de acq.plu.ar.
20 d.l.inter. §. quod ex facto.d.l.v.§.fi.
21 l.ſi duo.verſ.quod ſi lancẽ depoſ.l. j.§. ſi apud duos. eod.tit.
22 l.ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum.ſ.commod.
23 ſtipulationes non diuid. j.eo.
24 d.l.ſtipulationes.
25 d. l. in condict. & d. l.ſi duo.in prin.& l.j.§. ſi pecunia.in ſacculo.eo.tit.
26 l. bona fides. verſ. quod ſi ego.ſ.depoſ.
27 d.§.pro parte.

cùm aut res extet,& præcisè tota ſoluenda ſit:aut non extet,& pecunia debeatur [1]. Rarùm
eſt autem, vt res reſtituenda pro parte tantùm extinguatur. non procedit tamen conclu-
ſio reſpectu principalium, quoties creditor ſingulorum fidem inſolidum eſt ſecutus [2], vt
quia expreſſè etiam rem diuiduam tradendo putà pecuniam,egerit,vt plures rei debendi
eſſent [3]. idem ſi tacitè,quia ſpeciem indiuiduam tradiderit,putà lancem,videtur enim cu-
iuslibet fidem inſolidum ſecutus [4],cùm cuſtodia non niſi inſolidum præſtari poſſit [5], quod
maximè procedit in iis,qui dolo egerunt, & de vi teneantur.conſtat enim tales ex delicto
ſuo inſolidum obligari [6], iiſque caſibus vera eſt Caſtellionis ſententia, reſpectu verò hæ-
redum promptius adhuc eſt,vt diuidi talem obligationẽ etiam ſolutione credamus, Ray-
nutiúmque,Alb.Imol.Rui.tunc ſequamur, quæ & quorundam veterũ ſententia fuit [7]:cùm
conſtet obligationem,quæ re contrahitur,ad hæredes pro portionibus hæreditariis dun-
taxat pertinere [8], ídque certum eſt, cùm * quantitas debetur, quæ ſui natura diuiſionẽ re- 60
cipit [9]. nam tali caſu nec quidem ex proprio dolo eos inſolidum conueniri conſtat,ſi in re
diuidua communiter adhibitus ſit [10], multò minùs ergo de ſolius cohæredis dolo tenebun
tur [11]. Quòd ſi non pecunia,ſed ſpecies certa indiuidua debeatur,verior eſt Bar.ſentẽtia,
vt obligatio quidem inter hæredes diuidatur, ſed liberatio non niſi integræ rei ſolutione
contingat [12],vnde ſi ſpecies illa penes vnum tantùm ex hæredibus ſit in contractibus bo.
fid.quadam ex æquitate inſolidum ille, qui rei reſtituendæ facultatem habet, condemna-
bitur [13], ſicut & in hærede raptoris dicitur,ad quem tota res peruenerit [14].tenetur enim ex
interdicto quatenus ad eum peruenit,vt ſ. dixi [15]. Quòd ſi hæredes ipſi communiter dolũ
adhibuerint rei interuertendæ cauſa,tunc inſolidum ſinguli tenebuntur [16].ſi verò vnus tã-
tùm dolum fecerit,ſolus ille tenebitur [17],nec ex dolo ipſius alij innoxij obligantur [18], ſicut
nec ex dolo defuncti * hæredes inſolidum tenentur,ſed pro hæreditariis portionibus tan- 61
túm [19]. Quod diximus,cum ſolùm teneri qui dolum,contráve fecerit, probare mihi viſus
eſt Iulius Paulus [20] ídque inſolidum vt idem ait.Ille enim qui deliquit, ſolus ( vt non ine-
ptè exiſtimat Bartolus [21]) teneri debet.Meritò itaque æſtimationẽ ad dolum, quem in ſo-
lidum ipſe hæres commiſit, referri debere Iuriſconſulti Pauli [22] reſponſo compræhen-
ſum ſcio.Nã flagitia ſuos debere tenere authores,nec vlteriùs progredi diuus Arcadius [23]
& Honorius reſcripſerunt.Extat & in hanc ſententiam Cæleſtini III.ad Claromont.Epi-
ſcopum epiſtola [24] diuorum principum verba referentis. Summa igitur æquitate ex Sal-
uij Iuliani [25] reſponſis adiiciemus actionem aduerſus cohæredes dãdum non eſſe:Id quod
pro dolo cohæredum accipiendum rectè putauit Accurſius [26]. eóque Iuliani & verba &
ſententiam propendere mihi fit veriſimile. Carent enim dolo, vt ait Iulianus, nec debet
alteri per alterum iniqua conditio adferri, vt vulgatiſſima iuris antiqui regula proditum
eſt ídque Papinianus acutiſſimi vir ingenij, & à Spartiano iuris theſaurus appellatus re-
ſpondit.Pauli tamen reſponſo in bonæ tantùm fidei iudiciis,& iis, quæ diuidi nõ poſſunt,
habere locum Bartolus [27] ἀντινομίαν diluens cenſuit.in cuius ſententiam totis (quod aiunt)
pedibus iuêre Alexand.Raph.& Angelus: ídque receptiſſimum adſeuerarunt. At quam-
uis verba iuriſconſulti depoſitum ſolùm contineat,ſententia tamen eiuſdem ad ſtricti iu-
ris contractus porrigi poſſe nemo ſanæ mentis negabit: quod & Paulus [28] adfirmare mih-
viſus eſt.Nam(vt ait Vlpianus)verbum ex legibus ſic accipiendum eſt tam ex legum ſen-
tẽtia,quàm ex verbis. Si igitur vnus hæredum ſolus dolũ admiſerit ſolus dabit pœnas de-
licti ſiue in bonæ fidei,ſiue in ſtricti iuris iudiciis. Quod ad bonæ fidei contractus adtinet,
expeditum eſt, ídque crebriore calculo ab eiſdem receptum ſcio.Mirari ſatis nequeo eius
generis homines verba Iuriſconſulti [29] non expendiſſe ita aientis. Quod ex facto ſuo v-
nus ex cohæredibus ex ſtipulatione hæreditaria præſtat à cohærede nõ repetet, veluti,ſi à
ſe hæredéq; ſuo dolum malum abfuturum defunctus ſpoponderit,neque per ſe,neque per
hæredem ſuum fore, quominus,quis eat,& agat. Porrò ſtipulationem ſtricti iuris eſſe ne-
mo eſt qui neſciat ídque ex mente Accurſij [30] rectè colligi poteſt. Non erat igitur conſti-
tuenda differentia inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris: quod & ſuperiùs docuimus.
Cæterùm ſ.ſcriptæ † concluſioni nec tunc locus videtur eſſe,cùm quis non diſpoſitione VI.
hominis ſed legis authoritate principaliter obligatus eſt:is enim ſolus inſolidum tenetur: 62
quia lex eum inſolidum obligare* poteſt,quod ſecùs eſt in obligato diſpoſitione hominis, 63
qui ſuprà portionem hæreditariam obligare hæredẽ nõ poteſt [31]: cùm lege xij.tab.fiat pro
rata diuiſio.vnde cùm clauſula, *Dolum malum abeſſe*. in contractu depoſiti legis diſpoſitio-
ne inſit [32],cohæres cõtrafaciens ſolus tenebitur [33],ſícque Paul.Aretinúſq; cẽſuerũt,quos &
ego ſequor.Hinc infertur,vt ſi vnus ex pluribus emptoribus rem emptam deteriorem fa-
ciat,ſolus & quidem inſolidum teneatur [34]. non enim id damnum virtute contractus,
vel ſtipulationis præſtatur, ſed ædilitij edicti authoritate [35]. Qua ratione & idẽ deciſum
eſt, cùm vnus hæredum emphyteutæ partem ſuam irrequiſito domino alienaſſet, non
ideò omnes hæredes cadere.quod Socyn. Corn. & Riminaldus ex facto reſponderunt [36].

prohib

1 l.in re furtiua.de cõd.fur.
2 l.eandem.in prin. ĵ. tit.j.
3 gl.d.§.ſi apud duos.
4 d.§.ſi apud duos.dict.l.ſi duo.verſ.ac ſi ipſi.
5 d.l.ſi vt certo.§.ſi.
6 l. j. §. quoties. de vi & vi arm.
7 Bar.l.ſtipulationes nõ diuid.viij.oppo.iiij.ſol.
8 d.l.in condictione.
9 d.§.ſi pecunia. d.l.ſi duo. in prin.
10 d.l.ſi duo.in prin.
11 l. incommodato. §. ſi ex facto.com.
12 d.l.ſi duo.§.ſi.
13 d.l.iij. §. hæres. l. actione.§. ſi cõmunis. ſ. pro ſoc.
14 d.l.ſi plures.
15 l.ſemper.§. hoc interdictum.quod vi,aut clam.
16 d.l.ſi duo. verſic. quod ſi lancem.
17 d.§.ſi ex facto.
18 d.§.ſi apud. verſ.idéque.
19 l.indepoſiti.cum l.ſeq.d. l.in condictione.
20 l.indepoſiti.ff.de poſi.
21 hic in v.oppo.
22 d.l.indepoſiti.
23 l.ſancimus. C.de pœnis.
24 c.ij. de ijs quæ fi. à ma. par.cap.
25 l.nec aduerſus.depoſiti.
26 d.l.nec aduerſus.
27 hic.v.oppo.
28 l.inter cohæredes.§.qđ ex facto.fa.erciſ.
29 d.§.quod ex facto.
30 gl.§.actionũ.de act.inſt
31 l.cũ à matre. C.de rei vẽ. d.l.continuus.in fi. vbi Bar.
32 d.l.j.§. illud depoſ.l. incommodato.in prin.
33 d.l.in depoſiti.
34 l.quod ſi nolit. §. Pomponius.de ædil.edic.
35 l.j.§.j.de æd.edic.
36 Socy.hic Iaſ.l.ſi.verſ.13. C.de iur. emph. Corn.con. lxvij.in ij.Cur.ſent.|xxij.



prohibitio enim alienationis legis diſpoſitione principaliter fit, habétque locum etiam
64 ſi nihil ea de re inter partes cautum ſit [1]. Nam † & idem reſponſum eſt, cùm vnus ex plu-
ribus emphyteutæ hæredibus malè in re perpetuaria verſaretur: non enim ab aliis re-
bus cadit, aut cohæredes cadere facit, quia diſpoſitioni ſolùm legali aduerſatur [2]. pœ-
næ autem legales delictum non excedunt, [3] quod à plurimis reſponſum fuiſſe Socinus
hîc oſtendit:tametſi Raphael Comenſ.& Andreas Siculus contrà dixerint [4]. Sed ego So
cinum.ſequor, cùm idem etiam in cliente beneficiario videamus, qui ſi fiduciæ, ſeu feu-
di partem vendat, non tamen à toto cadit [5]. qua in re alibi Iaſon quoque rectè diſtin-
guit [6]. Nec me mouet, quod, vno cohæredum emphyteutæ canonem non ſoluente, cæ-
teri in commiſſum incidant [7]: quia canon non auctoritate legis, ſed ex ipſo contractu
partiúmque facto conſtitutus debitúſque eſt, ſicut & videmus in euictione, in qua facto
vnius cœteri tenentur [8]. Euictio enim non legis auctoritate, ſed facto contrahentium
principaliter debetur, ſi quidem lex eam introduxit ex præſumpta contrahentium men-
te conſuetudinéque [9]. Nec item me mouet auctoritas Bartol.qui in contractu ſtricti iu-
ris omnes teneri hîc ſenſuit: quia eius diſtinctio locum in his habere poteſt, quæ diſpoſi-
tione hominis inducta ſunt, non legis. Minúſque me mouet, quòd hæredes promiſſoris
ſinguli ad id, quod intereſt, tenentur vt ſuprà vidimus [10]: & tamen id quod intereſt, legis
diſpoſitione in obligationibus facti ſuccedit. Reſpondeo enim eo in caſu aduerſus ſtipu-
lationem ventum fuiſſe. at noſtra eſt quæſtio cùm aduerſus legis præceptum contrahi-
VII. tur. Nec tunc † procedit legis noſtræ concluſio: cùm vnus ex pluribus hæredibus con
65 trà facit, ſed non in obligatione hæreditaria [11]: ſi enim ex alia cauſa, quàm hæreditaria
peccauerit, non eſt æquum alios teneri. cùm culpa ſuum duntaxat proſequi debeat aucto
rem [12]. híncque apparet & hoc caſu mitius cum lege, quàm cum homine agi [13]. ceſſat e-
nim ratio quæ in lege noſtra adducitur, procedítque maximè hæc ſententia in ſtipulatio-
nibus prætoriis [14], ſanè cum de vlciſcenda contumacia agitur pœnáque, non magni eſt
prę iudicij, qualis temporalia actionis denegatio, qui in parte delinquit, in totum plecti-
VIII. tur, quamuis de prætoria ſtipulatione agatur [15]. Addit Bartol.non procedere ſuprà
ſcriptam concluſionem in ſtipulationibus prætoriis: quia illæ nunquam committuntur,
niſi aduerſus contrà faciẽtem pro parte ſua, ídque tam reſpectu eius, quod intereſt,quàm
pœnæ: quod propter æquitatem officij iudicis induci ille credidit [16], quæ plurimùm in hi-
ſce ſtipulationibus vertitur [17], quam ſententiam etiam non pauci deinde ſequuti ſunt.Sed
mihi ſemper viſa eſt dubitabilis: quia nulla eſt æquitas, quæ non iubeat id dari quod con-
uentum eſt: cùm ergo conditio ſtipulationis euenerit, debent omnes teneri [18],quum aliud
citra manifeſtam ſtipulatoris iniuriam conſtitui non poſsit [19]: cur enim hęc æquitas tam
variè agit, vt hîc pro parte tantùm ſinat contrafacientem puniri, in contractibus verò
bonę fidei inſolidum operetur [20], at in iudiciis omnes quidem ſinat conueniri, ſed exce-
66 ptionem concedat [21]? Nam eſt ſtipulatio duplæ * ob cauſam euictionis prætoria eſt, &
tamen contra omnes inſolidum committitur [22]. Indiſtinctè enim illa ſtipulatio origine
prætoria & [23]. ſed quia poteſt non ſolùm ſub prætore, ſed etiam aliis iudicibus exerce-
ri, dicitur communis,quod infrà declaraui [24]. Quod enim Bartol.ait eſſe quidem præto-
riam, excepto cùm de rebus pretioſis interponitur [25], quo caſu ſuprà ſcripta lex ſit intel-
ligenda, & diuinatorium eſt [26],& legem ad ſpeciem rariùs contingentem nimis reſtrin-
git, ſed & iniquiſsimam quoque rem inducit. Pone, vendidi tibi ſeruum, & caui duplæ
nominæ: vnus ex hæredibus meis defendit, alter non defendit, ſecundum Bartol.ſenten-
tiam non committeretur pœna, niſi aduerſus eum, qui non defendit, ſícque emptor par-
tem ſerui haberet, partémque pœnæ: cùm tamen ſeruum pro parte non fuiſſet emptu-
67 rus [27]. Adde & quod leges ſimpliciter aiunt ſtipulationem * de defendendo indiuiduam
eſſe [28]. Nec videntur reſtringendæ, niſi eſſet prætoria: cùm regulariter prætoria ſit. Nec
me mouet Iuliani reſponſum, quod ſuæ ſententiæ fundamentum Bar.habet, dum ait om-
nes prætorias ſtipulationes eiuſdem interpretationis eſſe: & ideò ex iudicatum ſolui ſti-
pulatione non omnibus hæredibus, nec aduerſus omnes actionem contingere [29]. Re-
68 ſpondeo Iuriſconſultum † loqui de cautione, quam pręſtat legatarius hęredi propter fal-
cidiam, quę ſimplicem ſatiſdationem continet, & quanti ea res eſt committitur, non au-
tem pœnam [30]. quod & in ſtipulatione, *Iudicatum ſolui*. certum eſt: quæ ſicut aliæ prætoriæ
ad id, quod intereſt ſolùm committitur [31]. quod quidem diuiſionem recipit [32]: nos autem
de pœna tractamus, quæ propter conditionis euentum committi, non niſi inſolidum po-
teſt. Sícq; Iuliani reſponſum omnes veteres ſunt interpretati,& ipſemet Bar.ibi eſt ſecu
tus, vt mirũ ſit cur hoc loco tam amplam limitationẽ huic regulæ induxerit eius reſponſi
argumento,quod ſciebat ad rem nihil facere [33]. Exiſtimo igitur ſuprà ſcriptã limitationẽ
minimè probandam eſſe, & Pet.ſententiã,quę & veterũ fuit quos Bart.hîc Modernos vo-

c v cat

1 d.l.ſi.in prin.
2 authẽ.qui rem. C.de ſac. ſanct.Eccle.
3 l.reſcriptum.de his quib. vt indig.
4 arg.l.quidam. in fine.de donat. vbi Raph. Barb.cõſ. xxxvj. in ij.dub. & hîc Raphael conſil.xlv.
5 c.j.de Vaſallo qui contra conſtit.Lotarij.Bal.conſilio cccxxxvij.in j.
6 Iaſ.d.l.ſi.q.xiij.verſ.xv.
7 gl.magna.l.communi diuidundo. ff. cõmuni diuid. Bar.l.fraudati.de publ.
8 d.l.in exequutione. §.in ſolidum.
9 l.quod ſi nolit. §.quia aſſidua.de ædil.edi.
10 d.l.ij.§.ſi.ſ.eod.
11 l.ſi.ad Syllan. l.de pupillo.§.ſi plurium. de op.noui nuntia.
12 l.Sancimus.C.de pœn.
13 l.Celſus.in ſi.de arb.
14 l. pœnales. §. Iulianus. ad l.falc.vbi Bar.ij.opp.
15 l.j. §.ſi cum duobus. de collat.bon. Alexã.l.ſi.in ius voc.vt eant.
16 Bar.q.ij.
17 d.l.pœnales.§.Iulianus. l.ij.§.incertũ.de præt.ſtip.
18 d.l.inter.§.qđ ex facto.
19 l.v.in ſi.ĵ.eod.
20 d.l.indepoſiti.
21 l.ſi ſeruus.§.ſi plurium. ſi quis caut.
22 l.cum ex cauſa.ĵ.eod.
23 l.j.§.penulti.præto.ſtip.
24 l.v.§.communes.ĵ.eod.
25 l.emptori.euict.
26 d.l.cum ex cauſa.
27 l.quòd ſi nolit. §.ſi plures.de ædil.edic.
28 l.ex clauſula.iudi.ſol.l. ſi cum vno. ſi ex noxa. & ĵ. §.ſeq.
29 l. pœnales. §. Iulianus. ad l.falcid.
30 l.j.in princip.ſi cui pluſquam.
31 l.ij.§.incertam.de pręto. ſtipulat.
32 d.l.ſtipulationes.verſic. Celſus.
33 d.l.v.§.ſin.

cat ſequor, cúmque Aretin.Iaſon.q; ſentio.Conſtituendum ergo † regulariter eſt, ſtipula 69
tionem de defendendo eſſe indiuiduam, & ideò pœnam aduerſus quemlibet hæredum
committi vno ex eis non defendente [1].Nec obſtat quod agere & defendere videantur cor
relatiua [2], cùm defendere nihil aliud ſit, quàm excipere. ergo ſicut ſtipulatio, *Amplius*
*non agi*. recipit diuiſionem, ita & hæc ſtipulatio, *Rem defendi*. Reſpondeo enim ſtipulatio-
nem, *Amplius non agi*. diuiduam eſſe, quia poteſt ſtipulator contrà facientem exceptio-
ne ſtipulationis ſubmouere vt ſuprà declaraui, quod ſecùs eſt in hac defendendi. Non
eſt tamen perpetua ſuprà ſcripta concluſio. Et † in primis videtur, quòd ſi non de pœ- I.
na agatur, ſed de eo quod intereſt, tunc hæc ſtipulatio diuiſionem recipiat [3], maximè ſi 70
ab hæredibus ipſis incipiat obligatio vt ſuprà dixi [4]. Nec me mouet, ſi quis dixerit, non
multùm referre, an pœna, an id, quod intereſt præſtetur, tanquam in prætoriis ſtipulatio-
nibus pœna ſemper loco eius, quod intereſt, ſuccedat [5]. Reſpondeo enim plurimùm re-
ferre propter vim conditionis, quæ pœnali ſtipulationi adiicitur [6]. Et quia, vt pœna com-
mittatur integra, ſatis eſt vel minimùm intereſſe, quod Bartol.hîc tradidit [7]. Rurſus II.
videtur, ſi res quæ defendi debet ſit diuidua, tali caſu etiam ſtipulationem ſecundum rei
naturam declarari: hoc enim caſu tantam commoditatem * pars reſpectu partis, quan- 71
tum totum reſpectu totius adfert. ídque Raphael ſentit, & Iaſon ſequitur [8]. Nam & ſu-
prà ex multorum ſententia diximus ſtipulationem, *Habere licere*. quæ regulariter indiui-
dua eſt [9], ſecundum naturam rei quandoque diuiſionem recipere: vt cùm quis promiſit
habere licere centum aureos, ergo idem ſi promiſſum ſit defendere tibi talem quantita-
tem. qua ratione Bartol. promiſsionem, *Non excipiendi*. ſecundum rei naturam diuidi exi
ſtimauit, quod infrà videbimus [10]. Nec obſtat quod etiam tali caſu creditore agente te-
neantur promiſſores vnum defenſorem ſeu procuratorem conſtituere [11]: quia non ideò
ſequitur, quin obligatio diuiſionem recipiat, vt hîc inquit Bartol [12]. maximè ſi lis cum
defuncto non fuiſſet cœpta [13]. Rurſus non procedit, cùm quis tenetur variis in actio- III.
nibus defendere, nec enim dubium eſt: fatetúrque Barto.poſſe vnam defendi aliam ne-
gligi [14]. Addit idem Bartol. nec nunc procedere, cùm ſtipulator fauori ſuo renuntiat, IIII.
contentusq; eſt, vt vel pro parte res defendatur [15]. Subiicit Raph.hanc rei defenden- V.
dæ ſtipulationem ex parte hæredum ſtipulatoris recipere diuiſionem, ídque eſſe quod lex
infrà ait vtilitatis cauſa propter ſtipulatorum commoditatem admiſſum eſſe [16], quod &
Socyn.ſecutus eſt, & ego probaui. Addit Socyn [17]. Ruy.aliíque recentiores, & filio ex par
te hæredi competere vendicationem, ſui fundi, quem pater vendiderit, ſícque inſolidum
eum ad defendendum non teneri: quæ ſententia certa eſt, cùm is filius de euictione non te
neretur [18], vt quia emptor ſciens alienum emerit [19]. at cùm euictio præſtada eſt, ſecùs
videretur [20]. quod aliàs ex facto pronunciatum fuit niſi dixeris & hoc caſu admitten-
dum filium, qui rem ſuam ſuprà portionem hæreditariam vendicet, cùm ex actione ſal-
tem hæc defendendi obligatio diuidua ſit, nec electio ſit emptoris, qui neceſſe habet om-
nes conuenire non autem poteſt totum, à filio conſequi [21]. Fuêre & qui legi noſtræ lo- IX.
cum non eſſe tradiderunt † in conſcientiæ (vt vocant) foro, quoniam Innocen.exiſtimet 72
in eo foro nunquam alium pro alio teneri [22]. quæ ſententia in pœnis legalibus defendi po
teſt. at in caſu noſtro non poteſt: cùm enim hæc pœna debeatur, quia conditio ſtipulatio-
nis euenit [23], non videretur excuſari cohæredem poſſe quin conuenta adimpleat [24], per-
inde ac ſi quælibet alia conditio ſub qua teſtator aliquid promiſiſſet, eueniſſe propone-
retur. & ideò reiiciendum eſt quod Aret.hîc ſubiecit, nec in foro quidem mercatorum
obſeruandam eſſe ſuprà ſcriptam concluſionem [25], quoniam in eo ſecundum conſcien-
tiam, æquitatémve dumtaxat procedatur [26]. Reſpondeo enim quæ maior eſt æquitas,
quàm teſtatoris fidem ſeruare [27]. quod & Iaſ.annotauit [28]. Enimuerò † quotieſcun- X.
que id in ſtipulationem deducitur, quod ſui naturâ ad hæredes tranſitorium non eſt, ſi hę- 73
redum facta ſit mentio cenſuit Bartol. eos facto vnius non pro portione hæreditaria, ſed
inſolidum teneri [29]. quod tribus quæſtionibus oſtendit. Quarum prima eſt, cùm quis † ſi- 74
bi & ſuis hæredibus vſum ſtipulatur, habebunt (inquit ille) ſinguli hæredes vſum in ſoli-
dum, erítque is nouus vſus in hæredum perſona, non autem à teſtatore tranſmiſſus [30]: ſíc-
que tot erunt vſus, quot hæredes [31]. nec videtur ideò mutari conditio obligationis ex
perſona hæredum [32], cùm illud locum habeat in obligationibus, quæ à teſtatore transfu-
ſæ ſunt. At hîc vſus ex perſona cuiuſq; hæredis incipit, ſed tamen ſupraſcriptæ concluſio-
ni quæ cõmuniter approbata eſt, aliqua obſtant. Et in primis argumentũ Iaſ.cùm ſtipula
tio hæc, quamuis ab hęredibus incipiens ſit hæreditaria [33], ergo diuidi pro portionibus hę
reditariis debet. Sed ſuprà reſpondi, lege xij.tab.eam duntaxat obligationem diuidi, quæ
vna fuit, & trãsfunditur: at hæc nunquam vna fuit, ſed à principio multiplex in cuiuslibet
hæredis perſona orta eſt. Item obſtat, quia nõ eſt veriſimile plus eſſe à teſtatore hęredibus
ſuis

1 d.l.cum ex cauſa.d.l.clauſula.cum ſimilibus.
2 l. non prohibetur. vbi Bal.C.qui accuſ.
3 l.ij. §.incertam prætor. ſtip.vbi Bart.& Pau.l.ſi cõmunis.de neg.geſt.
4 d.§.Iulianus.j.reſponſo.
5 l.ſi.de præto.ſtip.
6 d.l.v.§.fin.
7 Bar.ix.opp.
8 l.loci. §.ſi fundus. in fin. ſi ſer.vend.argu.d.l.cum ex cauſa.
9 ſ.l.proxi.
10 Bar.q.iij.
11 l.iam tamen. §.pe. Iud. ſol.
12 l.ſi.eo.tit.
13 l.ſi quis cum procuratorio.§.vnius.de procur.
14 gl.d.l.iam tamen. §.pe.
15 l.iij.§.j.j.tit.j.
16 j.§.ſeq.
17 §.ſequen.
18 l.cùm à matre.C.de rei vendic.
19 l.ſi fundum ſciens.C.de euict.
20 l.ſi.verſi.porro. de condit.indeb.
21 d.§.inſolidum. d.l.cum ex cauſa.
22 Inno. c.ſicut dignũ. de homic.
23 d.l.inter. §.quod ex facto.
24 c.j.de pact.
25 Ang.conſ.ccxix.arbitratore.Aret.hic in prin.
26 Bar.l.Quintus.mand.
27 l.j.de conſt.pec.
28 ſ.§.item ſi in facto. vj. limit.
29 Bar.vj.quæſt.
30 l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.j.eod.
31 Bart.l.iij. §.è contrario. de acquir.poſſeſ.
32 l.ij.§.ex his.ſ.eod.
33 l. hæreditarium. de bo. auct. iud. d.l.inter. §.quod ex facto.



ſuis prouiſúmque ſibi, vnde cùm reſpectu ſui vnus tantùm ſit vſus, non debet reſpectu
75 hæredum multiplicari, nam & videmus eum, qui iter * per domum alterius ſtipulatus eſt,
non poſſe pluribus hoc ius cedere: quia grauaretur promiſſor: quod Angel.Paul.& Iaſon
cenſuerunt [1]. Sed reſponde, multiplicationem hanc ex quadam neceſsitate fieri: cùm
alioqui vſus diuidi non poſsit [2]. quæ neceſsitas in eo ceſſat, qui cedere tale ius pluribus
vult [3]. Dixerit aliquis, Cur ſupra ſcripto caſu cedere non poſsit dominus, cùm conſtet
ſeruitutem prædialem, quamuis ab vno ad plures perueniat, non multiplicari: quia cùm
vni fundo debeatur, licet is fundus ad communionem plurium pertineat, tamen vnus
eſt [4]. Reſpondeo, id in ſeruitutibus prædialibus rectè procedere, in perſonalibus ve-
rò qualis eſt vſus, ſecùs eſt. illa autem, *Iter fieri per domum alicuius*. aliquid perſonale ha-
bet, vt ſuprà vidimus [5], quia noſtra intereſt paucíſsimis domus noſtræ ſecreta pandi [6]. Ite
rum obſtat, quia videtur potiùs quàm verba ſtipulationis debeant ad factũ referri, vt v-
ſus, vnus quidẽ ſit, ſed eius commoditate plures vti poſsint [7], ſicut & videmus aliâs vſum
non pro ſeruitute, ſed pro commodo intelligi. ne ergo grauetur promiſſor, æquius fuit
hanc interpretationem accipere [8]. Sed fatetur Bartol. hanc opinionem æquiorem eſ-
ſe, licet rigore iuris propter vim proprietatemque verborum alia ſit receptior [9]. Se-
76 quens quæſtio eſt, ſi quis † ſtipulatus ſit, nec ſe, nec hæredem ſuum à te, vel hærede tuo
offendi adiecta pœna, & vnus ex hæredibus ſtipulatoris offenſus ſit, tunc enim pœnam
non pro portione hæreditaria, ſed inſolidum committi, ſícque Bartol.cenſuit, & Angel.
& Caſtr.& Pont. cum Iaſ. cuius rei illa eſt ratio, quia ſtipulatio hæc, *Non offendendi*. cùm
77 ſit facti negatiui perſonæ cohærentis, ad hæredem non tranſit [10], meritò, * cùm facta ſit
mentio hæredum, ab eis dicitur incipere [11]. & ideò tanquam principales eſſent, inſoli-
dum committitur ſtipulatio [12]. Nec quicquam facit ratio Alexand. & quorundam alio-
rum contradicentium, quia, (vt ſuprà ſæpiſsimè dixi,) diuiſio pro rata fit à lege duode-
cim tab. in obligationibus, quæ transfunduntur in hæredes, non quæ ab eis incipiunt. Mi-
nùs etiam facit quod dicitur in ſtipulatione, *Neque per te, neq; per hæredem fieri quo minus, &c.*
Hæredes ſtipulatoris pro parte hæreditaria agere [13], & tamen talis ſtipulatio ſui natura
tranſmiſsibilis non eſt [14]. Reſpondeo, (quicquid dicant docto.) verba legis ſtare in con-
trarium, quibus expreſsim dicitur inſolidum, & quidem ſingulis (vt inquit Accur.) Actio-
nem dari [15]: & ideò inde infero tam ex parte hæredũ ſtipulatoris, quàm promiſſoris hanc
ſtipulationem inſolidum committi, & licet Bartol.exiſtimet in hæredes promiſſoris tran-
ſire, & conſequenter reſpectu eorum pro rata fieri diuiſionem, tamen hoc ego non pro-
78 bo: cùm ſtipulationes * facti negatiui perſonalis neutra ex parte ſint tranſitoriæ [16]: me-
cúmque ſentit & Claud. Bartolique rationes parum ad rem faciunt, quæ in obligationi-
bus dandi ſolum procedunt. Nec conuincitur dicta concluſio verbis legis quibus ſcri-
ptum eſt omnes teneri quæ dictio collectiua eſt, arguítque quemlibet inſolidum non tene
ri [17]. ſuprà enim reſponſum eſt diſtributiuę vim eo in loco habere [18], ídque ſubſequenti-
bus verbis declarari, dum repetent, (inquit), quod præſtiterunt, quæ verba ſic accipiun-
tur, quantumcunque ſit quod quiſque præſtiterit, ſiue ratam partem ſiue totum: cùm ele-
ctio ſit creditoris [19]. quod indicat etiam verſiculus, contra autem, qui hæredes ſtipulato-
ris inſolidum agere expreſsim ait, non autem vt Bartol.interpretatur pro parte hæredi-
taria, & dubium non eſt quin aduerſatiua autem, circa eandem qualitatem intelligatur
adiecta [20]. Suadet hoc & vulgaris regula, quæ contrariorum ait eandem eſſe diſcipli-
79 nam [21]. Vltima quæſtio eſt, cùm lege Municipali † cautum eſt, vt reus homicidij decol-
letur, niſi pacem ab hærede habuerit, quid ſi pluribus hæredibus relictis deceſſerit? & cre
brior eſt ſententia dictionem illam hærede, indifinitè poſitam de omnibus intelligen-
dam [22]: nam iſtud ius remittendæ iniuriæ videtur hæreditarium tam iure communi [23],
quàm ex verbis ſtatuti, quæ ab hærede pacem fieri mandant, vnde cùm hæredi tribuatur,
videtur omnibus competere, cùm omnes ſimul teſtatorem repreſentent [24]. Nec me
mouet Ruini ratio, qui cum Oldr.ſenſit ſufficere, ſi vel ab vno habeatur: dum talis, (in-
80 quit,) lex * fauorabilis eſt, ideóque interpretatione adiuuanda [25], vt indefinita vniuer-
ſali non æquipolleat. Nego ipſe eſſe fauore vllo dignam talem legem, quæ contra natu-
ralem & ciuilem rationem inducitur, ſecundum quas, homicida quod fecit, expectat [26].
contráque publicam vtilitatem eſt, quæ in eo vertitur, vt delicta condignè puniantur [27].
81 Quòd ſi in qualibet legis diſpoſitione etiam ſtrictè intelligenda vniuerſali * indefinita
dictio æquipollet, vt receptiſsimum eſt [28], multò magis hoc caſu æquipollere debet: cen-
ſuit tamen Bartol.ſufficere prædicto caſu, ſi à maiore parte hæredum pax habeatur, ſicut
etiam, videmus quoties lex præſumit, quod à maiore parte geſtum eſt, etiã minori eſſe vti-
le [29]. Sed certè nulla eſt ratio, cur hoc caſu maior pars videatur vtiliter agere [30]: & ideò
arbitror ſatis, ſupérque eſſe, ſi ex conſenſu omnium euadat legum vltionem homicida
ſícque

1 l.ſtipulationes non diuiduntur.in glo.j.eod.
2 arg.d.§.ex his.& d.l.hæredes.§.an ea.
3 l.ex hoc.§.ſed hæredem. de alien.iud.mut.
4 l.nam ſatis.vbi glo.quẽadmo.ſeruit.amit.
5 ſ.in verbo, iter fieri. l.ſi ſtipulat' fuero per te.j.eo.
6 l.ij. C.quando & quibus quarta pars.lib.x.
7 argu.l.& per iuſiurandũ. §.ſi quis vſumfructum. de accept.
8 l.j.in ſi.ſ.eo. l.qui vſumfructum.vbi Bar.j.eod.
VII. quæſt.Bart.
9 l.ſtipulatio iſta.§.hi qui. j.eodem.
10 d.§.ſi quis ita.
11 l.continuus.§.ſi.vbi Caſtren.j.eodem.
12 d.l.hæredes.§.in illa.
13 l.ij.in ſi.verſic.contra.ſ. eodem.
14 d.§.ſi quis ita.
15 d.l.ij.§.ſi.verſi.contra.
16 d.§.ſi quis ita.Bartol.l.ſi ſic.ij.j.eod.
17 d.l.ij. §.ſi.d.l. in executione.§.j.
18 l.cùm ex cauſa.j.eod.
19 l.iij.§.j.j.tit.j.
20 Bart.l.mariti.§.fina.de adult.
21 l.ſi.C.de indicta vid.tol. gl.rub.de acq.poſſ.
22 l.in vſu.de verb.ſign.
23 l.j.C.de his quib. vt indig.l.iij §.ſi ad plures.de ſepulc.viol.
24 d.l.cum à matre.
25 l.ij.§.exercitũ. vbi Bart. de ijs qui not.infa.
26 l.iij. C. de epiſc. aud.c. omnis lex.diſtinct.iij.
27 l. ita vulneratus. ad l. Aquil.
28 Bar.l.ſi pluribus.de leg. ij. l.omnes populi.vj. quæſtio.prínci. verſi.iij.de iuſt. & iur.
29 l.& ſuum. in fin.cum l. ſeq.de pac.l.fin. C.qui bon. ced.
30 d.l.j.C de his quibus vt indig.l.pactiones.ſ.eod.

ſicque frequentiore calculo probatum eſſe Feli. aliíque atteſtantur[1].
SVPEREST. Vt ad ſecundam legis noſtræ regulam tranſeamus, in qua con-
ſtituenda eſt concluſio, ſtipulationes * facti diuidui reſpectu pœnæ committi aduerſus 82
contrà facientem tantum pro parte hæreditaria: quod tamen perpetuum non eſt. Et in I.
primis † hîc dicitur, nõ procedere in ipſo principali promiſſore: quia ipſe pro parte con- 83
trafaciens ad ſolidam pœnam teneretur. cuius rei rationem ſuprà explicaui[2]. Nam † & 84
qui promittit ſiſtere Stichum & Damam & Erotem, ad totam pœnam Iuliani reſponſo
tenetur propter vim conditionis & verborum proprietatem[3]. Vnde apparet, nihil refer-
re, an ſtipulatio vnicum factum, an plura contineat: ait tamen Bartol[4]. hoc in ſtipulatio
ne iudicij præparatoria non procedere, quia cùm ex neceſsitate fiat[5], recipit ex mente
prætoris interpretationem, vt agenti ad pœnam integram obſtet exceptio[6]. ſicque Vl-
pia. reſponſum conciliat quod aliâs ſupraſcriptis aduerſari videtur. Sunt tamen, qui com
poſitionem hanc non probent, ceu diuinatoriam & reſtrictiuam[7]: cùm enim Iulianus ſim
pliciter exemplum in ſtipulatione ſiſtendi ponat, non eſt credendum de extraiudiciali
tantùm loqui: cùm rarò huiuſmodi ſtipulatio ſit extraiudicialis[8]. Alij ergo aliter diſſol-
uunt, vt Bald. Nouel. & Iaſ. & Iuliani reſponſum intelligunt, cùm nulla diſpoſitiua præce
debat oratio, ſed ſerui in conditione duntaxat erant poſiti. At in Vlpia. lege ſerui in di-
ſpoſitione quoq; erant. quæ diſtinctio verba Iuliani violat[9]: & caret ratione: cùm in vtro-
que caſu de ſolius conditionis vi, atque effectu dubitetur. Diſtinxerit ergo fortè rectiùs
aliquis, vt Iulianum rectè loqui cenſeat, cùm copulatiuè concepta eſt ſtipulatio: vis enim
coniunctæ omnium concurſum requirit[10], tótque in eo caſu ſunt ſtipulationes, quot per-
ſonæ Siſti promiſſæ[11]. At Vlp. eo caſu diſertè loquitur, quo nõ plures, ſed vna ſit ſtipula-
tio, ſícque abſque copula ſit concepta. Puta, *Promittis ſiſtere iſtos ſeruos, tuam familiam, &c.*
Et ratio differentiæ erit: quia pœna orationi coniunctæ ſubiecta ſecundum præcedẽtium
ſtipulationũ numerum cenſetur multiplicata: & ideò in ſenſu ſingulari accipitur[12]. quod
ſi ſubiecta ſit vini ſtipulationi, vt quia nomine collectiuo ea concepta ſit, in ſenſu compo-
ſito intelligitur, vt diuiſio ſecundum perſonas fiat[13] cùm non ſubſit vlla multiplicationis
ratio, perindéque erit hoc caſu, ac ſi in pœna compenſetur, quod ſolutum eſt[14]. Sed rur-
ſus obiicitur, quod ſi procurator promiſerit dominum ratum habiturum, íſque pro par-
te ratum habeat, procurator non inſolidum ſed pro parte, in id quod ſtipulatoris intereſt,
condemnatur[15]. Sed reſpondent Docto. nos in pœna loqui, at ſuprà ſcriptum exemplum
in eo quod intereſt. cuius rei illa eſt ratio, quoniam id quod intereſt, diuiſionem recipit[16],
committitur ergo ſtipulatio * quatenus intereſt: at quando pœna adiecta eſt, non curà- 85
mus, quid interſit[17], ſed ad conditionis, quæ in ſtipulatione pœnali eſt, euentum ſolùm
modò attendimus[18]. Veteres tamen aliter reſpondebant, nempe legem noſtram in pro-
miſſore loqui, qui ſe hæredémq; ſuum ratum habiturum ſpoponderat, at ſuprà ſcriptum
exemplum in eo procedere, qui non ſe, ſed alium promiſerat ratum habiturum, quæ re-
ſolutio vera eſt, ſi ſuperiori iungatur. Nec me mouet, quod Bartol. non ſubeſſe rationem
diuerſitatis dicat, imò ſubeſt euidenter non ſolùm in principali quod Iaſ. hîc oſtendit, ſed
etiã in hæredibus[19]. Pone, Procurator renuntiauit certæ ſpeciei, promiſítq; dominũ hæ-
redémq; eius ratum habiturũ: ſi vnus ex hæredibus ratum non habeat, poterit inſolidum
procurator ad pœnam ex legis noſtræ regula conueniri, quod ſi quis ſe, hæredémq; ſuum
ratum habiturum ſub pœna promiſit, ſi contraueniat non, niſi pro parte, conuenietur. Eſt
enim quod ſtipulatori imputetur, qui eum ope exceptionis non excluſit, ſed maluit ſpe-
ciei partem ſinere ſibi auferri, at cùm ratihabitio alterius promiſſa eſt, nulla exceptione
tutus eſt ſtipulator, cùm promiſsio procuratoris, qui mandatum non habebat, dominum
ipſum non obliget. Nam (vt ſuprà dixi) hæ ſtipulationes quamuis facti ſint, tamen diui-
ſionem in perſona hæredum recipiunt, quia potuit ſtipulator exceptione ſe tueri. quo col
lyrio ferè omnia vlcera curantur, quæ hîc Docto. congerunt. Hinc † conſequens eſt, vt II.
ſupraſcriptæ regulæ non ſit locus, cùm procurator rem ratam dominum habiturum ſub 86
pœna promiſit, cùm tali caſu, (vt dixi), non ſit ſtipulator vlla exceptione tutus, conclu-
ſúmque ſuprà ſit, non eſſe veram Bart. ſententiam prætorias ſtipulationes quamuis pœna
les pro parte cõmitti exiſtimãtis[20]. Sane † nec ꝓcedit ſupra ſcripta cõcluſio, cùm ſtipu III.
latio pœnalis obligationi dandi ſubiecta eſt, quod Põponij reſponſo traditũ eſt[21], quãuis 87
enim obligatio * dandi regulariter diuiſionem recipiat[22], ſi tamẽ ei ſubiecta pœna pro- 88
ponatur, indiuidua ſit[23], quia hæc eſt conditionis, ſub qua pœna promittitur natura, vt
pro parte impleri nequeat[24]. Sed cur non & idem in caſu noſtro dicimus, cum ſubiecta
eſt facti diuidui obligationi? & Barto. differre factorum à dandi obligationibus ait, quia
faciliùs eſt * dare, quàm facere[25]. Vnde niſi cohæres pro cohęrede negligente dederit, in 89
pœnam incidet: ſecùs, ſi non fecerit. quæ ſententia non ſatis probabilis eſt: cùm enim de
facto

1 Felin. c. cũ omnes. de con ſtit. Auguſt. de Arim. in tractatu Ang. in verbo compa ront & in termino.
2 §. in textu. verſ. nam hac.
3 l. ſi is, qui ducenta. §. cum ita. de reb. dub.
4 hîc in x. oppoſ.
5 l. in conuẽtionalib. ĵ. eod.
6 l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſi quis caut. Bar. oppoſ. x.
7 l. ſi. in ius voc. vt eant.
8 gl. l. quoties quis. ĵ. eod.
9 d. §. cùm ita. verſ. veluti Stichum.
10 l. ſi hæredi plures. de cond. inſtit.
11 l. ſcire. ĵ. eod.
12 l. falſa. §. ſi. de cõd. & demonſtrationi.
13 l. ſi. in princ. de vulg.
14 l. reſcriptum. §. ſi pacto. de pac. dixi ſ. in vlt. not.
15 l. ſi procurator. rem ratã haberi Bar. §. oppoſ. ix.
16 d. l. ſtipulationes. verſic. Celſus.
17 l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ĵ. eod.
18 d. l. inter. §. quod ex facto.
19 l. Sãcimus. C. de fideiu.
20 d. l. pœnales. §. Iulian.
21 l. v. §. fin. ĵ. eod.
22 l. ij. §. j. ſ. eod.
23 d. l. in executione. §. pe. d. l. hæredes. §. idem iuris.
24 l. cui fundus. in ſi. de cõditioni. & demonſtr.
25 glo. hîc in verbo, ſolum pœnam.



facto & datione, quę pro alio fiat, loquamur, videtur nõ eſſe conſtituendam differentiam,
cùm indiſtinctè poſsint hæc per alium impleri, modò electa non ſit perſonæ induſtria[1], &
ideò alibi Bar. in conditione poteſtatiua, qualis eſt in caſu noſtro, non eſſe conſtituendam
differentiam ait[2]. nam & ſolet dici ad euitandã pœnam ſufficere à quocunq; quid factum
eſſe[3]. Adde quod Pomponius non ea ratione innititur quod faciliùs ſit dare, ſed quia aliâs
90 manifeſta fieret ſtipulatori iniuria[4] propter conditionis euentum, quin imò † ipſe Pom-
ponius non ſolum in obligatione dandi loquitur, ſed etiam faciendi, nempe in exemplo
parendi ſententiæ arbitri, quid enim ſi ad factum cõdemnaſſet? Nec probabile eſt, quod
Bartol. ait poſſe vnum cohæredum ſoluere pro aliis, & certæ ſpeciei dominium transfer-
re[5]. quo modo enim citra mandatum transferret dominium quod non habet[6]? Cur ele-
ctionem cohæredi auferre vult pœnæ potiùs, ſi maluerit, ſoluendæ[7]? Atqui lex nec tali
caſu, inquit, prodeſt partes fundi poſſe dari ceſſante vna[8]: & certè quando ſubiecta eſt
pœna, non minùs factum alienum promitti poteſt, quàm ſimpliciter rei alienæ dandæ va-
let promiſsio[9]. nam & ſecundum hanc ſententiam reſtringeretur lex noſtra, vt ei locus
non eſſet, quando promiſsio ratihabitionis reſpectu obligationis dandi facta propone-
retur. Nec item probabilis eſt Putei, Iaſoniſque ratio, dum in factis ad id quod inte-
reſt, agi aiunt[10], ideóque pœnam eis adiectam diuidi, & ex eius quod intereſt, natura hoc
mutuari. In obligationibus verò dandi, (quia pręciſæ ſunt,) pœnam ad contemptum ma
gis reſpicere: ideò in ſolidum committi. falſa hæc ſunt, & cõmuniter reprobata[11]. Quid
ergo dicendum an eundem Puteum, Plumbinum, Doctium, ſequamur, qui Pomponij re-
ſponſum in conditione negatiua, *Si non ſolueris*. intelligunt, at noſtrum in affirmatiua, *Si
amplius egeris*? An Alexand. & Bald. Nouel. vt diſtinguamus, ſi datio, factúmue commo-
dè per alium explicari poſsit, vt tum demum locus ſit Pomponij reſponſo, quæ videtur
fuiſſe hic Hirnerij ſententia malè à poſterioribus declarata[12]? An Ruinum quoſdámque
recentiores, qui illud induxiſſe Pomp. aiunt, ne duo ſpecialia concurrant in eiuſdem fauo
rem, quod ſcilicet implementum conditionis poteſtatiuæ ad hæredes tranſeat[13], &
quòd conditio inter hæredes diuidatur? mera ſunt hæc vigilantium ſomnia, nihil com-
mune cum ratione iuriſconſ. habentia, quæ à me aliâs latius confutata proſtratáque ſunt.
Igitur vera medela ex ſuprà ſcripto collyrio repetenda eſt, in obligationibus enim dan-
di, ſi vel quid minimum ſortis deſit, euenit ſtipulationis pœnalis conditio, à cuius verbis
ſine iniuria recedere non poſſumus[14], vt meritò tota pœna committatur. In obligationi-
bus verò, quarum hîc eſt mentio, nulla eſt iniuria, cùm exceptione tutus ſit ſtipulator, nec
IIII. niſi eo volente effectu contraueniri poſsit. Quid igitur ſi ſtipulator † exceptione tu-
91 tus in caſu Pomponij eſſet? vt quia arbiter ex cõpromiſſo aditus iuſſerit me ampliùs non
agere, an vno hæredum meorum contraueniente ſola pars pœnæ cõmittetur? Et videre-
tur tali caſu ſtandum regulæ noſtræ eſſe, vt limitetur Pomponij reſponſum, in aliáque iuſ-
ſione, quam ſuprà ſcripta intelligatur, generaliſque illa deciſio ſecundum regulam no-
ſtram, quæ ſpecialior eſt reſtringatur[15]. nec enim hoc caſu vlla fieret ſtipulatori iniuria,
vt meritò, ceſſante ratione diſpoſitio quoque ceſſare debeat[16]. Poſſet & generaliter Pom
ponij reſponſum intelligi, ſi pœnam ratione contemptus duntaxat adiectam dicamus:
V. quod regulare in compromiſsis eſt[17], ſícq; & aliqui cenſuerunt[18]. Ex ſuprà ſcripta ra-
92 tione etiam † declarari regula poteſt, vt ei in ſtipulatione, *Habere licere*. non ſit locus: cùm
enim hæc nihil aliud ſignificet, quàm controuerſiam non mouere[19], videretur eiuſdem
eſſe iuris, cuius hæc, *Amplius non agi*. & tamen lex ſimpliciter dicit ex illa integram pœnam
93 committi[20]. Sed reſponde, nos de ſtipulatione, *Ampliùs non agi*. loqui, quę de actione
iuris intelligitur, & inter hæredes pro rata diuiditur. at * ſtipulatio, *Habere licere*. de fa-
cto intelligitur[21], quæ facultas ad quemlibet hæredem inſolidũ, ſicut & cætera facta, perti-
net[22]: tantúmq; ſtipulator impedit̃, ſi vnus de facto prohibeat, quantũ ſi omnes. Quid er-
go, ſi vnus tali caſu nõ via facti impediret, ſed iure actionis? & videret̃ eſſe diuiduã, quia
ſtipulator exceptione eſſet tutus quod tamen ego non auſim affirmare[23], cùm ſuprà ſcri-
pta ratio in caſu regulæ noſtræ duntaxat procedat in qua verba ad actionem ipſam, quę
diuidua eſt, referuntur, ſuprà ſcripto verò caſu prohibent, ne habere liceat: quia hoc me-
ri facti eſt, inſolidum peccare videtur, vt meritò lex ſtipulationem hanc ſimpliciter inter
indiuiduas collocet. An quia ſuper contractu emptionis ſolet interponi[24], cuius indiui-
ſa eſt natura[25], vt meritò Ang. Raph. Socin. regi hanc ſtipulationem dixerint ſecundum
rei, ſuper qua interponitur, naturam: qua ratione & ſtipulatio de defendendo indiuidua
VI. eſt, quia reſpectu tertij emptorẽ inquietare volentis inducitur[26]. Sed quid ſi † ſtipulatio
94 ni facti diuidui ſubiecta ſit pœna indiuidua? & traditum frequentius extat[27], ſolum eum,
qui contrà facit, inſolidum quidem teneri, ſed tamen non poſſe actorem eam pœnam ef-
fectu obtinere, niſi oblata pro aliorũ cohæredum parte æſtimatione[28]: cùm enim factum
principale diuiſionẽ recipiat, & iſte nõ niſi pro parte contrà fecerit, debet ad delicti men-
ſuram

1 l. Arethuſa. de ſtatu hominum. vbi gloſ. & Bar.
2 Bart. l. Stichũ qui meus. de leg. j.
3 l. cùm ſeruus. ĵ. eod.
4 d. §. fin.
5 l. ſi procuratorẽ. §. ſi ignorantes. mandati. vbi Fulg.
6 l. id quod noſtrũ. de reg. iur.
7 l. prædia. de actio. empt. l. iij. C. qui & à quib. d. l. hæredes. §. ſi incerto.
8 l. in executione. §. penul. ĵ. eod.
9 d. l. ſtipulatio iſta. ĩ prin.
10 d. verſ. Celſus.
11 Bart. l. ij. §. ſi. ſ. eod.
12 contra d. §. penult.
13 Bar. l. ſi decem. ĵ. eo.
14 d. l. v. §. ſi.
15 l. in toto. l. omnis definitio. de reg. iur.
16 l. adigere. §. quamuis. de iur. patro.
17 l. ſi quis rem. & l. cũ pœna. de arbi.
18 d. §. fin.
19 l. ſtipulatio iſta. in prin. infrà eod.
20 ſ. l. proxima. in prin.
21 l. habere licere. de euict.
22 d. l. ſtipulationes nõ diuid.
23 Bar. hic. q. v. ĵ. ix. limit.
24 l. habere. de euict.
25 l. cum ex cauſa. ĵ. eod.
26 d. l. in executione. §. in ſolidum.
27 Bar. quęſt. j.
28 l. cum filius. in princ. de leg. ij. l. item quãuis. §. j. cõmuni diuid.

ſuram reſtringi pœnam [1]. Sunt tamen, qui aduerſam ſententiam tueantur,& nullam of-
ferri debere æſtimationem cenſent, vt Ang. Imol.Raph.Pau.Iaſ [2]. quæ ſententia proba-
bilis eſt: cùm enim in ſtipulatione nihil de oblatione æſtimationis dictum ſit,debet id pro
omiſſo haberi [3], & propter indiuiſam naturam pœnæ debet contràfaciens inſolidum e-
tiam effectu teneri, ſicut alias quoq; videmus propter naturam rei indiuiſæ eum, qui pro
parte peccauit,inſolidum tamen puniri,nec æſtimationem vllam ei offerri [4].nam & quo-
ties culpa ſua * cliens beneficium perdit, non tenetur dominus ei æſtimationem melio- 95
rationum offerre,quæ à ſolo ſunt inſeparabiles,ſed eas propter indiuiſam rei naturam lu-
crifacit: cùm tamen ſecùs ſit, ſi ſeparari poſſent [5]. Quid verò ſi tam ſtipulatio princi-
palis, quàm pœna indiuidua eſſet, vt quia promiſerim iter fieri, & ſi impedirē, promiſe-
rim vſum talis fundi? & Bartol.non pro portione hæreditaria, ſed inſolidum facto vnius
pœnam committi contra omnes cenſuit [6], quæ ſententia receptiſsima eſt. maximè e-
nim hoc caſu legis noſtræ ratio ſubeſt,vt facto vnius omnes cōtrà feciſſe videantur,quic-
quid hîc Ruinus dixerit ſat leuibus argumentis. Sed quid in promiſsione de non exci- VII.
piendo reſpondebimus [7], & cùm reus excipiendo ſit actor [8], videtur de ea iudicandum,
ſicut de ſtipulatione, *Amplius non agi.* vt ſit diuidua,quod Bartol. † reſtringit, quoties exce- 96
ptione pro parte facta plenum damnum actori fieret: tunc enim eſſet indiuidua. cuius rei
hoc ego adduco exemplum, cùm vnus ex pluribus dominis fundi ſeruientis aduerſus
quem confeſſoria ageretur, exciperet. prodeſſet enim ſociis [9] quoque huiuſmodi exce-
ptio, integrè actori noceret. Bartol.tamen aliud exemplum adfert, nempe cùm quis mi-
liti promiſit, ſe illi tanquam procuratori Titij centum daturum ſine aliqua exceptione,
deinde mortuo promiſſore miles contra vnum ex hæredibus agit, qui excipit non poſſe
eum eſſe procuratorem [10], cenſet ille tali exceptione ſubmoueri militem in totum: cum
enim exceptio * hæc inhabilitatis perſonæ indiuidua ſit, quia non poteſt quis eſſe pro 97
parte habilis [11], cùm item concernat fauorem publicum, quo ſuadente prohibiti ſunt mi-
lites pro aliis procurare,debet iudex etiam non petitus in re ſibi ex actis notiſsima eum in
totum ſubmouere [12]; videretúrq; valere talem renuntiationē, quia licet expreſſa non va-
leret [13], tamen tacita ſuſtineri hoc caſu poteſt,tanquam generalibus illis verbis nō videa
tur actum, vt publica vtilitas oppugnetur [14]: ſicq; defendi Bartoli exemplum vtcunq; po-
teſt,quod pleriq; recentiorum improbant. Aliud exemplum idem adducit in caſu * ap- 98
pellationis quam vnus ex ſociis interponit, & cæteris prodeſt [15]: quæ appellatio vim exce
ptionis habet [16], ſed nec hoc dubio caret: cùm non proſit niſi his qui inhærere illi velint.
At ſi inhæreant iam non facto alieno ſed proprio in pœnam incidunt: certius ergo exem
plum eſt à nobis adductum [17]. Sed quid ſi quis obligatus ſit mihi ad agendum cōtra ali- VIII.
quem,& ſi nō egerit,promiſſa ſit pœna [18]?& videtur hanc obligationem eſſe diuiduam, vt
ſicut, *Amplius non agere.* quę negatiuè concepta eſt, diuiſionem recipit, ita & hæc, *Amplius*
*agi.*quæ eſt affirmatiua.quæ ſententia defendi poteſt: cùm tantam vtilitatem reſpectu par
tis pars,ad quam ageretur,adferret,quantam totum reſpectu totius:vt quia quis teneretur
ad pecuniam agere. quod ſi ad certam † ſpeciem agere deberet, videretur ſecùs [19]. quid 99
enim ſi ille qui agit, partem ſpeciei obtineat cohæres verò qui agere non vult, id quod le-
gatarij intereſt,offerat [20]. quod & in ſtipulatione dicendū. nec enim hoc caſu tutus eſt ex-
ceptione ſtipulator,ſicut ſuprà eſſe tutum docuimus in negatiua ſtipulatione: ſícq; euidēs
eſt differētiæ ratio,quæ noſtra ſententia certiùs procedit,cùm de actione tractaremus,quę
ad indiuiduum competeret [21], quod infrà attingā,nam & cùm actionis exercitatio indiui
dua eſſet, idem eſt credendum [22].vnde ſi mihi vendideris partem tuam hęreditatis,& pro
miſeris agere cōtra cohæredes ad diuiſionem, quia ego cōmunionem cùm eis nullam ha-
bere velim,deinde decedas relictis pluribus hæredibus,tenebūtur omnes,vt pro parte ſua
agant: talíſq; obligatio ex negotij natura cenſebitur indiuidua [23]. ſícq; ego Bar.exēplum
intelligo,de cuius ſenſu alij altercātur [24]. Addit Pet.& Iaſ.idem eſſe in obligatione * agen 100
di nomine alieno,nam & hæc indiuidua eſt [25], quibus cæteri reclamāt. Diſtinguendúmq;
in ea,vt in ſuperiore:cùm quis nomine ſuo agere obligatus eſt,cenſent.Ego tres caſus hac
in re perpendendos exiſtimo. Primus eſt, † cùm cauſa ab ipſo principio communis eſt 101
pluribus, & tunc ſinguli ſuum procuratorē conſtituere poſſunt.ſícq; cauſa per plures pro-
curatores tractabitur [26]. Alter eſt, cùm cauſa à principio vnius eſt,qui decedit relictis plu-
ribus hæredibus:& tunc,ſi exercitatio cauſæ eſt indiuidua, debent omnes in vnum procu-
ratorē conſentire [27]. Quod tamen in iudiciis * duplicibus nō procedit: cùm enim omnes 102
mutua iura inuicē habeant,poſſunt omnes collectiuè litigare,nec cogūtur vnū procurato
rem dare [28]. Tertius caſus eſt,cùm res quæ petitur diuidua eſt, putà quātitas,quo caſu & li
tis exercitatio diuidua dicitur,& quilibet poteſt pro parte ſua ſuū particularē procuratorē
conſtituere [29]. Excipitur ea ſpecies, cùm fideiuſſores defendere: ſeu iudicatū ſolui promi-
ſerunt [30]. quāuis enim pecuniā ſoluere debeant, quæ res partiū præſtationē recipit,tamen
quia

1 l.reſcriptum. de his,quibus vt indig.
2 arg.l.in commodato.§.ſi ex facto.commodati.
3 l.quicquid.ſ.eod.
4 l.j.§.quamuis. ſi quid in frau. patr. l.ſed interdū. de aq.plu.ar.
5 c.j.§.ſi Vaſallus. hic finitur lex Corr. vbi Card. Alexand.
6 arg.l.ij.§.ex his.ſ.eod.
7 Bar.quæſt.iij.
8 l.j.& ij.de except.
9 l.loci corpus.§.ſi fundus. ſi ſerui.vend.
10 l.filius fam. §.veterani. de procur.
11 l.ad teſtium.§.conditionē.de teſta.vbi Bal. & Imo.
12 l.j. C.vt quæ deſ.aduoc. l.iiij.§.hoc autem. de dam. infec.vbi Bar.opp.ij.
13 l.quos prohibet. de poſtul.
14 l.ſi vnus.§.illud.de pac.
15 l.ſi qui ſeparatim. in fin. de app.vbi Bar.
16 cap.ſi.c.cùm inter.de except.vbi doct.
17 d.l.loci.§.ſi fundus.
18 Bar.q.iiij. l.cum in plures.§.meſſem.loca.
19 l.ſi ſic.ij.in ſi.de leg.j.
20 d.§.pro parte.
21 l.vnius.de ſeruit.
22 l.quod ſi nolit. §.ſi plures.de ædil.edict.
23 l.ſi familiæ.fam.erciſ.
24 Aret.Soci.Iaſ.
25 l.iam tamen.§.pen.iud. ſol.
26 l. ſi quis procuratorio. §.vnius.de procur.
27 d.l.qđ ſi nolit. §.ſi plures.& arg.l.iuſtiſsimè.§.j. eod.tit.
28 d.l.ſi familiæ. & l.licet. §.planè.de procur.
29 d.l.iam tamen.§.penul. in ſi.l.non tamen.de procu.
30 d.§.pen.j.reſpon.& ij.



quia petitione inſolidum tenentur, conſentire in eundem procuratorem debent,ne acto-
ris conditio cùm ipſis durior fiat, quàm cum principali futura eſſet [1]. quod & in tutoribus
IX. obſeruandum Bartol.cenſuit [2]. Sed † rurſus quęritur,quid ſi quis non agere promittat
103 in cauſa quæ diuiſionem non recipit, qualis eſt ſeruitutum? & ſi vnius facto ſtipulator in-
tegrum damnum pateretur,receptum eſt non eſſe locum regulæ ſuprascriptæ,ſed pœnam
in totum non autem pro parte [3] cōmitti. Cuius rei exemplum eſt,cùm iam conſtituta ſer-
uitute quis promittit ad eam nō agere:vnus enim ex pluribus hęredibus nihilominus ven
dicare totam ſeruitutem poſſet [4]: quæ ſententia alijs quoq; prodeſſet, qui eius commodi-
tate vti vellent [5]. Nec refert quod minus incōmodi eſt ſtipulatori,ſi vni tantùm reſtituat,
quàm ſi omnibus hæredibus:quia hoc in ſeruitutibus pręedialibus non conſideratur [6]: cùm
104 ſeruitus * tota ſit in toto fundo,& qualibet parte eius. & ideò vna poteſt per diuiſionē fun
di ab hęredibus factam arbitratu ipſorum multiplicari [7]. Adiicit Bar.idem quoq;,ſi de ſer
uitute conſtituenda agatur.& totus fundus cui ſeruitus debebatur,in partem cōtrauenien
ti obueniſſet: cùm enim tali caſu diſſenſus aliorum non impediat quin tota ſeruitus con-
ſtitui huic debeat [8]; quia plenum pręiudicium ſtipulatori fit,pœna inſolidum eadem ratio
ne committitur,ſúntq; hæc recepta vulgó. Sed ego dubito,ne vera non ſint:cùm enim ſti-
pulator poſsit iſtos contrauenientes ſtipulationis exceptione ſubmouere,non debet à co-
hæredibus pœnam petere,qui ipſi paruerūt, ſed ſibi imputare qui non exceperit [9]. & ideò
non videretur temere à verbis legis noſtræ recedendū: nec enim vlla lege expreſſum eſt,
quoties ſtipulatori exceptio competit,poſſe eum aduerſus non contrà facientes pœnā pe-
105 tere: ergo nec nos hoc dicemus,cū pœnis * locus non ſit, niſi quatenus in iure expreſſum
reperitur [10]. quo fit, vt certior reddatur alia concluſio quando quis non agere ad ſeruitu-
tem conſtituendam promiſit, vt vnus hæredum contrafaciens non niſi in parte puniatur,
cùm ſoli conſtitui ſeruitus nō poſsit [11], nihílq; ſtipulatoris interſit, qui nunquàm morā vl-
lam facere videbitur: cùm etiam ſi velit cōſtituere ſeruitutē ſoli,nequeat.Nec quicquā in-
tereſſe ego arbitror, ſi ſtipulatori æſtimatio ab actore pro parte cohæredū præſtetur: non
enim ideò fundi dominātis fit in totum domino. Vnde illi nihilomagis conſtitui ſeruitus
poteſt,éſtq; ſuprascripta ſententia cōmunior,quibuſdam tamen contradicentibus:vt Rui
no,qui inſolidum cōmitti contra omnes pœnā cenſuit:quia potuit ille ſtipulatorem coge-
re,vt ſibi ſoli ſeruitutem de facto cōſtitueret [12]: quod falſum eſt:nec enim vlla eſt æquitas,
vt aduerſus datam è teſtatore fidem de facto cuiq; hæredi ſuccurratur,vt Raph.Com.qui
contrauenientem ſolum plecti inſolidum debere mauult,ex quo ipſe quod in ſe eſt,inſoli-
dum cōtràfacit [13].Quod durum eſt,cum effectu pro parte lucrū conſequi ſolum potuiſſet,
X. nempe litis æſtimationem [14]. Poſtremò non † omittendū, quod Bart.cenſuit iure cano.
106 tam in obligatione dandi,quàm faciendi:cùm de facto diuiduo agitur ſtipulationē ad pœ
nam pro rata ſolùm parte cōmitti, pro qua contrà factum eſt [15], quæ & Pontificiorū quo-
rundam fuit ſententia: mitiùs enim Pontificum ius in pœnis ſolet procedere:quia in eo ad
meram æquitatē duntaxat attendimus.vnde Emphyteuta eo iure,lapſo tēpore ſolutionis
moram purgare poteſt [16]: ne in caducitatis pœnā incidat.& ſi partem alienet,non niſi pro
ea parte cadit [17]: cùm tamen aliud ſit iure ciuili. Nam & eo iure pœna cōtumacię non exi
gitur ſuprà,quàm interſit [18]. Reſpondítq; quandoq; Bal.cum religioſis, ſacríſq; viris ſem-
107 per admitti * moræ purgationē, etiā poſt litis cōteſtationem, vt pœna euitetur [19]: cùm hi
qui probæ conſcientiæ ſunt, huiuſmodi pœnarū lucella nō captent [20]. Ego tamen etiā iu-
re cano.ad diſtinctionē legis noſtrę attendendum arbitror:cùm enim hęc pœna contra o-
mnes cōmittatur,quia ita actum eſt,propter conditionis euentū [21], & quia aliâs manifeſta
iniuria fieret ſtipulatori,nulla eſt ratio cur pacta nō ſeruentur [22]. At qui cùm de teſtatoris
108 voluntate obſeruanda agitur, ius * Canonicum aliquantò ſeuerius iure ciuili eſt [23]. Nec
me mouet illa Innoc.decretalis epiſtola, qua obligato ad certā diem ſub pœna, qui partē
I. ſoluerit,prouiſum eſt,ne pœnā ſoluere cogatur,quia variis modis ei reſpōdetur [24]. Sunt
109 † qui hoc in pœna ab arbitro indicta procedere aiunt, cui veriſimiliter partis conſenſus
II. nō acceſsit [25]. Sunt qui hoc inductū malint,quia ferè integra ſors erat ſoluta [26]. Alij,quia
III. nihil ſtipulatoris intererat quod Hoſtien.cenſuit. Alij quia pœna ſupra omnem modum
IIII. V. exceſsiua erat, quod Raphael reſpondit [27]. Alij ſpecialiter id inductū in ſacerdotibus
VI. exiſtimarunt,ne auaritiæ labe notentur, vt Are.Andr.que Siculus. Alij quia in perſona
debitoris ſuperuenit difficultas,quę licet iure ciuili non excuſet [28], æquitate tamen ponti
VII. ficia ſecùs eſt, quod Imo.cenſuit. Alij purgationē moræ adhuc admitti etiam lata ſen-
tentia illo iure aiunt, vt Pont.Aretin.que. ideóque nullum eſſe pœnę locum. nec pro rata
VIII. quidem. An potius quod Socyn. reſpondit, quia creditor partem ſortis non reſeruato
ſibi ad pœnam agendi iure,receperat quod cōmuniter non admittitur: nec enim ideò ſi-
IX. bi præiudicare ille debuit [29]. An ergo quod Ruinus? quia tantùm ex ſorte ſolutum
erat, vt in pœnam compenſari non poſſet [30]. Quod non probo: cum hæc pœna con-
temptum

1 arg.l.ne in plures. de exerc.
2 Bar.l.decreto.§.ſi. de adminiſtr.tut.
3 Bar.q.v.
4 l.pro parte.de ſeruitutibus.
5 l.loci.§.ſi fundus.ſi ſerui. vend.
6 l.ergo. de ſeru.ruſt.prædio.glo. in l.nam ſatis.quēad.ſer.amit.
7 l.via cōſtitui. §.ſi. de ſer. ruſt.præd.
8 §.ex his.verſi.quo caſu.& l.itinere.de ſer.ruſt.præd.
9 c.ſin.de iniurijs.
10 §.cùm igitur. in authē. de non elig. l.prætor. §.diuus.de ſepul.vio.
11 d.l.pro parte.
12 arg. l.per fundū. de ſer. ruſt.præd.
13 arg.d.l.ij.§.ex his.
14 l.hæredes.§.an ea.fam. erciſ.d.§.ſi fundus.
15 cap.ſuam.de pœnis.vbi Innoc.
16 cap.propter.c.potuit.locati.
17 Bald.c.j.§.aut ſi libellario. quib.mod. feu.am.Iaſ. l.iij. C.de iur.emph.
18 cap.dilecti. de arbit.vbi Abbas.
19 Bal.cōſ.cxiiij. ſuper primo.in v.dubio.
20 c.fraternitas. xij. qō.ij. vbi glo.
21 d.l.inter. §.quod ex facto.
22 c.j.de pactis.
23 xj.q.i. c.Silueſter. auth. hoc ampliùs. C.de fideicō.
24 d.cap.ſuam.
25 Bart.l.furti.§.qui iuſſu. de his qui not.infam.
26 Abbas.d.c.ſuam.
27 Raph.conſ.clxxix.
28 l. continuus. §. illud. ſ. eod.vbi Bart.Imo.d.cap.dilecti.
29 d. l.in exequutione. §. pro parte.
30 glo.d.l.in exequutione. §.penul.

temptum reſpicere videatur : ideóque cum principali poſſet exigi[1]. An quod Iaſ. ma- X.
luit, non ſupraſcriptis rationibus ſeparatis ( ſingulæ enim non ſufficerent ) ſed coniunctis
id Pontifici placuit, quod vix credibile eſt[2]. An quod alij, quia ex eadem ſententia Ar- XI.
bitri ibi agebatur: vnde nec quidem iure ciuili poteſt & res, & pœna peti[3]. Sed hoc verum
eſſet ſi tota res oblata proponeretur[4]: at in caſu noſtro partem duntaxat ſoluerat, pœnáq;
in defectum partis erat impetrata. Ego † à verbis conſtitutionis nō recedo, vt illud ibi XII.
conſtitutum ſit, quia inhoneſtus erat ille quæſtus. Videtur enim pœna in fraudem vſura- 110
rum adiecta eſſe, cùm dationē quantitatis reſpiceret[5]. Quòd non ſolùm arbitro non per-
mittitur[6], ſed nec teſtatori[7]. ſecus ſi non dationem ſed factum reſpiceret vt quia compro
miſſo adiecta, ſi paritum non eſſet[8]. *Alciatus Ticini.*

1 l. ſi quis rem. de arbit.
2 glo. in l. j. C. quan. nō pet. part. & §. affinitatis. inſtit. de nup.
3 Bart. l. ita ſtipulatus. vlt. opp. j. par.
4 l. Celſus. de arbitr.
5 l. Iulianus. §. idem Papinianus. de actio. emp.
6 l. non omnibus. de arb. Decius conſ. xxxix.
7 l. iiij. §. fin. de an. leg. vbi doct.
8 l. cum pœna. de arbitr. d. l. ſi quis rem.

## SVMMAE.

1 ☞ *Intereſſe nō niſi pro parte hæreditaria petendū.*
2 *Euictio indiuidua: eius actionis capita duo.*
4 *Stipulatio vtendi & diuidua, & indiuidua.*
5 *Damni infecti cautio diuidua.*
6 *Cauentium pro parte pœna.*
7 *§. ſi is, qui duplam. ſenſus 9.*
8 *Noui operis ſtipulationis capita duo.*
10 *Stipulationum diuiduarū, & indiuiduarum vtilitas.*
12 *Defendendi ſtipulatio, exceptis caſibus aliquot, indiuidua.*

§. SI IS, QVI DVPLAM. Tres quæſtiones explicat iuriſconſultus. Prima
eſt in caſu harum ſtipulationum, ſi † creditor decedat, relictis pluribus hæredibus, quo 1
modo eorum aliquis aduerſus promiſſorem experiri poſsit: & traditum eſt, ſi in id, quod
ſua intereſt, agatur, non, niſi pro portione hæreditaria, agendum. cuius rei illa eſt ratio:
quia eius, quod intereſt, æſtimatio diuiſionem recipit[9]. Sequens eſt. Quid ſi is hæres non
ad pecuniam agat, ſed ad ipſum factum? & cùm illud diuiſionem non recipiat, conſe-
quens eſt, in ſolidum agi. atque ita crebriùs traditum eſt, quibuſdam tamen diſſentienti-
bus quos infrà ſequar. Tertia eſt, Quid vice verſa in promiſsione, ſeu (quod idem eſt),
in pluribus eius hæredibus? & hìc proditur, ſiue ad æſtimationem agatur, ſiue ad factum,
in ſolidum agi. Referuntur autem quatuor ſtipulationum exempla, quarum primum
eſt, † cùm emptor in caſum euictionis duplum ſtipulatus eſt[10]: tunc enim, re euicta, agi- 2
tur ad duplum, quod diuiſionem recipit: priùs verò, quàm res ſit euicta, agi poteſt, vt de-
fendatur, quæ obligatio vtrinque tam ex principalium, quàm hæredum parte indiuidua
eſt[11]. tametſi vni ex hæredibus ſtipulatoris, quod res non defendatur, agenti, * vltra ra- 3
tam hæreditatis portionem, obſtitura ſit doli mali exceptio[12]. Alterum eſt exemplum in
ſtipulatione, † qua fructuarius arbitrio boni viri vſurum ſe ſpopondit, itémque rem, fi- 4
nito vſufructu, reſtituturum[13]: ſi enim ad æſtimationem agatur, obligatio diuidetur. Si
ad ipſum factum, vt, ſcilicet, res reſtituatur, erit indiuidua. idq; vtrinq;, ſiue hæredes ſti-
pulatoris ( vt hìc dicitur ) reſpiciamus, ſiue fructuarij, quod Alex. cenſuit[14]. Tertium
exemplum eſt, ſi damni † infecti nomine mihi cauiſti, & commiſſa ſit ſtipulatio agent hæ- 5
redes mei in id, quod ſua intereſt, omninóq; diuidua hæc eſt ſtipulatio[15], cùm vt ipſum
factum indiuiduum præſtetur, agi nequeat. In hócq; à ſuperioribus ſtipulatio hæc differt.
Illud † tamen ſciendum, ſi quis conueniatur, vt damni infecti caueat, & is pro parte tan- 6
tùm cauerit miſsionem in poſſeſsionem in totum fieri[16]. Quod ſi plures hæredes con-
uenti ſint, vt caueant in eius ſolius partem, qui non cauit, fiet miſsio[17]. Quam ob rem
poſſet † text. noſter aliquorum ſententia eo quoq; caſu intelligi, quo non eſſet adhuc cau- 7
tum de damno reſarciendo, ſed ſolùm promiſſum eſſet cautum iri. nam tunc poteſt con-
tra promiſſorem ad factum agi[18]. & fiet miſsio in poſſeſsionem ob contumaciam in to-
tum. Vltimum † exemplum eſt in ſtipulatione noui operis. nam ſi id opus, quod indiui- 8
duum eſt demoliri promiſeris[19], quod iniuſtè ædificaſti, idq; nō facis, duplici mihi ope ſuc-
curretur. potero enim in id quod intereſt agere, & obligatio diuiſionem recipiet. potero
rurſus, ſi magis libuerit ad factum intendere, vt quod iniuſtè ædificatum eſt, deſtruatur,
& in priſtinam faciem res reſtituatur[20]. Idq; iudicium indiuiſam naturam habebit.
VTILITATIS. Bart. intelligit, † id eſt, cauſa eius, quod intereſt conſequen- 9
di. quę expoſitio aliena eſt ab ipſius vocis ſignificatione. Iaſ. hæc vtilitatis ſtipulatorum
cauſa conſtituta exiſtimauit: quia vtrum velint, petere poſſunt: ſi æſtimationem, erit obli
gatio diuidua: ſi factum, erit indiuidua: cùm è conuerſo promiſſor ſemper indiuiſim ſit
obligatus. Sed hæc interpretatio nobis non placet: cùm ex verbis legis appareat vtili-
tatem non in eo conſiſtere, quod electio actionum ad creditores pertineat, ſed in eo quod
pro ſua parte quiſque agit. Raph. Com. & Socinus non fuiſſe in Iuriſconſult. animad-
uerſione hanc diſtinctionem inter factum ipſum & æſtimationem cēſuerunt. & ideò poſſe
ſtipulatoris hęredes pro portionibus hæreditarijs etiam ad factum agere exiſtimauerunt.

9 l. ij. §. incertam. infrà de præt. ſtip.
10 l. emptori. ff. de euict.
11 l. cùm ex cauſa. ſ. eod.
12 l. ij. in fi. ſ. eod.
13 l. j. ſ. vſuſf. quem. cau.
14 arg. l. j. §. ſi pecuniam. ſ. depoſ.
15 l. in hanc. ſ. de dam. inf.
16 l. in ſtipulatione. ſ. d. tit.
17 l. ſi cōmunes ædes. ſ. de neg. geſt.
18 gloſſ. l. inquilinum. de dam. infect.
19 l. ſtipulatio. §. quęſitum. dę ope. no.
20 d. l. ſtip. §. ſiue autem.

Qua



Quapropter ſi ob imminentem euictionem agatur, vt defenſio ſuſcipiatur, pro parte
agi poſſe arbitrati ſunt. Idémque, ſi hæredes fructuarij rem non reſtituant, quod, quamuis
10 repugnet Alex. vero propius eſt[1], vtilitatémque † in eo verſari, quòd ſpecialiter id ſit intro-
ductum aduerſus iuris regulam, qua traditum eſt, ſtipulationem, quæ vel in perſona ſtipu-
latoris, vel in perſona hæredum promiſſoris diuiſionem non recipit, in hæredibus quoque
ſtipulatoris indiuiduam eſſe[2], vtilitáſque in eo erit, quòd non cogentur omnes hæredes
conuenire[3], & cùm ampliùs ſua non interſit, quàm ratione partis hæreditariæ, conſul-
11 tius fuit ita ſtatuere, quàm, rigore iuris obſeruato, id permittere, vt ex duplæ * ſtipulatio-
ne, quæ pœnalis eſt, ad ſolidum ageretur, actórque exceptione ſummoueretur: niſi qua-
tenus ſua intereſſet[4]. quam ſententiam & ego probo.
DEFENSIO. In cauſa euictionis accipiendum. regulariter enim hæc ſtipu-
latio diuiſionem nullam recipit[5]. ídque non ſolùm reſpectu promiſſoris, ſed & eius here-
dum[6]: quapropter rem à patre venditam non poterit filius pro parte hęres vllatenus ven-
dicare: quoniam ob euictionem inſolidum defendere debet, quòd ſi ſcienti alienam ven-
12 dita ſit, ſecùs eſt[7]. nec enim tunc ob euictionem agi poteſt[8]. Quòd † diximus eam ſtipula-
tionem non diuidi, locū nō habet in pluribus hæredibus eius, qui promiſit rem diuiduam,
putà quantitatē tibi defendere. regitur enim hæc quoque ſtipulatio ſecundum materiam,
cui ſubiicitur[9]. Non procedit rurſus, cùm quis variis ſeparatiſve actionibus defendere
promiſit[10]. In hæredibus quoque ſtipulatoris diuidi eam ex Rapha. Socinique ſententia
ſuprà diximus: quod vtilitatis cauſa receptum eſt, ſiue propter prætoriæ cautionis[11] æqui-
tatem, ſiue (quod verius eſt) quia ampliùs eorū, quàm pro ſua parte non intereſt. Cæterùm
& ex voluntate creditoris poſſe eam ſtipulationem diuidi Bart. ſenſit[12]: cui & nos aſſenti-
13 mur. quid enim vetat eum fauori ſuo * renuntiare? Generaliter quoque cùm à prætoria
iuriſdictione deſcendit, diuidi eam plærique exiſtimauerunt[13]: in quam ſententiam ſuprà
non iuimus.

1 l. ſi duo. de poſ.
2 l. ij. §. ex his. §. fi. ſ. eo.
3 d. §. ex his. in fi.
4 d. l. ij. in fi.
5 l. ex clauſula. iud. ſol.
6 l. in executione §. inſolidum. ſ. eodem.
7 l. cùm a matre. C. de rei vend.
8 l. ſi fundū. C. de euict.
9 Mod. in §. Cato. in. ij. q.
10 glo. in l. iam tamen. §. ſi tamen plures. iud. ſol.
11 l. pœnales. §. Iulianus. ad l. fal.
12 in d. quæſt. ij.
13 d. §. Iulianus.

## SVMMAE.

1 *Stipulationum ſpecies variæ: & eæ definitæ. 7. 8. 9.*
2 *L. v. de verb. oblig. ſenſus, 14.*
4 *Duplæ ſtipulatio & ſi prætoria, ciuiliſve ſit non tamen communis.*
5 *Stipulationum origo.*
10 *Tutoris, duplæ, & rati cautiones communes.*
12 *Officij iudicis genera.*
13 *Mera quædam, quæ mixtum continent, dici.*
15 *Magiſtratuum municipalium cognitio.*
16 *Prætores & vrbani & miſſi accipiendi.*
17 *Prætorum cognitio multiplex. 21.*
20 *Cauendum multis ex cauſis iubet prætor.*
22 *Delegabiles cauſæ, indelegabiléſve.*
25 *Ædilium iuriſdictio.*
28 *Stipulatorem etiam obligari.*
30 *Prætoribus, certis caſibus, ſimiles ſunt rectores, alijs diſſimiles.*
31 *Decurionum ius pro iuriſdictione denominari.*

## LEX V.

STIPVLATIONVM. Quadruplex hìc à Pomponio ſtipu-
1 lationum † ſpecies recenſetur. Aliæ enim Iudiciales, aliæ Prætoriæ, aliæ
Communes ſunt, aliæ Conuētionales. quæ vltima ſpecies cùm clarè ex-
plicetur, de reliquis videndum eſt. et olim locus hic varijs interpretatio-
nibus accipiebatur: quas cōfutatas à recentioribus & nos pręteribimus.
Crebriùs itaque receptū eſt, prætorias eſſe quæ ex edicto prætoris intro-
ductæ ſunt. Iudiciales, quæ à lege aliqua vel à Iuriſconſultis originem ſumpſerunt. Com-
munes quæ partim ex edicto, partim Iuriſconſultorum interpretatione vires habent. quæ
expoſitio mihi non ſatis probatur, cùm hæc cautio de dolo dicatur iudicialis, ſicut & in
Inſtitutionibus cautio de perſequendo, qui in fuga eſt, ſeruo[14]. & tamen vtranque conſtat
à prætore inuentam. Lex enim cautionem de dolo ex edicto prætoris deſcendere ait[15].
2 Quòd ſi † dixeris hìc intelligendum, quando à lege non ab edicto oritur (ſunt enim aliqui
caſus quibus à Iuriſconſultis ipſis introduci eam neceſſariò fatemur) aduerſus genera-
litatem reſponſi noſtri commentaberis, Iureconſultúmque imperitiæ argues, qui cùm
infinita ſint cautionum exempla, quæ ſola lex ciuilis introduxit, illud potiſsimum ipſe ad-
duxerit, quod non niſi certis caſibus conueniat, regulariter aduerſetur. Cæterùm & aliam
cautionem de perſequendo ſeruo vel pretio reſtituendo lex ex edicti verbis fieri ait[16].
Quapropter & in eo tractatu relata eſt: qui ad prætorē pertinet, nempe de eo quod metus
3 cauſa. Sed & * ſtipulatio, *Rem ratam haberi*. communis dicitur[17]. quam tamen conſtat origi-
ne prætoriam eſſe[18]. & licet prætor eā dicatur introduxiſſe, cùm de procuratoris agentis
mandato dubitatur[19], tamen quia Iuriſcōſulti interpretatione ſua, etiā ad procuratorem
rei extenderunt, prætoria hoc quoq; caſu dici debet: cùm non propria authoritate ſed ex
mente prætoris huiuſmodi facta ſit extenſio[20], vt meritò lex dicat ita edicto ſcriptū eſſe[21].
4 Duplæ † quoque ſtipulationē vix eſt, vt ex crebriore interpretatione cōmunem eſſe deprę
hendere poſsimus. vt enim concedamus, quoties ſuper ſeruo interponitur à prætore, quo-

14 Inſt. de diui. ſtip. in prin.
15 l. j. §. ait prætor. in fi. de dolo.
16 l. ſicū exceptione. §. quod ſi homo. ff. quod. me. cau.
17 inſt. de diui. ſtip. §. fi.
18 l. j. de præt. ſtip.
19 l. ſeruum quoque. §. ait quoque. de procu.
20 argu. l. lex Cornelia. de vulg.
21 l. non ſolum. §. ſi ſtatus. de procu.



ties

ties verò ſuper alijs pretioſis rebus à Iuriſcon. introduci [1],non ideo cõmunis dici debuit:
quoniã duæ ſpecies* ſimul iunctæ tum demum tertiam efficiunt,cùm ſingulæ cenſeri ex ſe 5
non poſſunt [2]:at hîc poſſunt.Quid enim obſtat,vt tum dicatur prætoria cùm ſuper ſeruo
interponitur:ciuilis cùm ſuper alijs rebus? quibus rationibus factũ eſt,vt aliâs quoq; hanc
ego comunem ſententiam minimè ſecutus ſim. Si enim ad originem ipſam attẽderemus,
cur iudiciales lex appellat, quæ legitimæ.potiùs à lege dici debuiſſent? cur à mero officio
deſcẽdere & iuſſu iudicis concipi eas ait?quæ potiùs à lege ipſa proueniebant. Quid item
adtinebat conuentionalium mentionẽ hîc vllam facere? alioquin hæc bimembris diuiſio
ſuffeciſſet,vt aliæ conuentionales eſſent,alię legitimæ. hæc enim vox & prætorias & com-
munes cõprehendiſſet.Aliter igitur cenſendum,affirmãdúmque in hoc tractatu†,nomen 6
ſtipulationibus nõ eſſe ab origine ipſa inditum,ſed ab officio iudicis,corã quo pręſtantur.
Quapropter,tametſi alibi prætoriæ ſtipulationes ſint omnes quas prętor inuenit [3],hîc ſo-
lũ prætoriæ accipiunt †quæ ſub prætore pręſtantur,qualis eſt damni infecti cautio,quam 7
ſolus prætor iubet interponi,& in caſibus quibus cognitio alijs permittitur,nõ tamen ſuo
ex officio ſed ex prætoris quadam delegatione illi eam pręſtari iubent [4].Quo fit vt eas exi
ſtimem ad mixtum imperium pertinuiſſe:ſicque defendi primam itémque tertiam Accur.
expoſitionem poſſe.Iudicialis† verò eſt quæ prætori non eſt reſeruata,ſed paſsim ſub quo 8
cunque iudice præſtanda eſt. vt ſi agam pigneratitia, vel rei vendicatione:cùm enim hæ
actiones ſub quocunque iudice intendi poſsint, is coget reum,vt caueat ius pignoris à ſe
dolo malo diminutum nõ eſſe [5],vel rem quæ petita eſt,per eum dolo malo nõ alienatam [6].
Communis eſt, † quæ principaliter quidem ad prætorem pertinet, ſed quandoque vtili- 9
tatis cauſa etiam alijs iudicibus iure ipſorum proprio non delegationis prætoriæ conce-
ditur: cuius rei exemplum hîc in ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore ponitur.Ius enim
dandi† tutores prætori reſeruatum eſt:qui ſi abſit,etiam alijs iudicibus iure proprio conce- 10
ditur [7].Hi igitur tutorem dando compellent,vt caueat rem pupilli ſaluam fore, & hoc eſt
quod infrà dicitur, iudicem ſi aliter expediri hæc res non poteſt, veluti quia prætor abſit
caueri iubere.Duplæ quoque ſtipulationes principaliter ab ædilium currulium iuſſu præ-
ſtantur [8].Ipſi enim id in ſeruo propter humanæ conditionis dignitatem mandauerunt, &
re ipſa venditorem ad id compellebant,poterántque principaliter ex ea cauſa adiri,pote-
rant & actionis ex vendito acceſsione. iure cuius actionis, cùm & cęteri iudices poſſent
cognoſcere, meritò communes exiſtimatæ ſunt. Idem & in rati cautione dicendum, quæ
origine prætoria,ſub illo principaliter præſtatur.Sed quia * plerunque eius actionis natu- 11
ram imitatur,cui accedit,meritò cõmunis dicta eſt. Si igitur inferioris iudicis putà duum-
viri iuſſu caueamus,iudicialis:ſi coram prætore,erit prætoria.

A MERO IVDICIS. Cùm duplex ſit iudicis † officium nobile,quod in perſecu- 12
tionibus imploratur:& mercenarium, quod actioni ſeruit [9], apparet id merum dici,quod
mercenarium eſt,ſicut infrà in prętore,quod eſt nobile:cautio enim de dolo hoc caſu pro-
poſitæ actioni deſeruit:quo fit, vt hîc probetur illam diſtinctionem nobilis & mercenarij
officij à recentioribus doctor.inuentam, quo clariùs opinationes ſuas explicarent, non
quo veteres imitarentur. Sanè † conſtat poſſe & illud ſimplex merumque dici,quod ex na 13
tura rei aliquam mixtionem habet [10]. hinc hæreſeos & impietatis crimen merè eccleſia-
ſticum dicitur, quamuis executio ad profanos magiſtratus ſpectet [11]. Quapropter à re-
centioribus dubitatum eſt, an merę definitiuæ ſententiæ appellatio eam contineat, quæ
in ſummario iudicio extràque ordinem lata eſt [12]. & Paul. Caſtr. rectè reſpondit meram
definitiuam hanc dici,cui à Iuriſconſulto tradita ſententiæ diffinitio cõpetit [13]. Nec quic-
quam refert in tali iudicio litis conteſtationem nullam fuiſſe,quando id non ideo mixtam
ſententiam efficit,quæ nomen ſuum à conteſtatione non habet, licet Ang. & plerique alij
aliter ſenſerint. Illud cum cæteris fateor meram interloquutionem iudicis eam non dici,
quæ vim definitiuæ habeat:alioquin quid oportuiſſet dictionem hanc meram adiicere?

A IVRISDICTIONE.Videtur † hîc Iuriſcõſ.iuriſdictionẽ ſolùm de prætoria ſi- 14
ue ędilitia intelligere:alioquin & iudiciales ab inferiorum iudicum iuriſdictione veniunt.
nam & alibi Vlpian. [14] eos iudices,qui ſententias ſuas exequi nequeunt, notionem potiùs
quàm iuriſdictionem habere dixit.Sed † ſciendum eſt in prouinciis fuiſſe magiſtratus mu 15
nicipales,qui quæ ad notionem cauſarum pertinebant, ipſi expediebant [15], quibus & mo-
dica in ſeruos caſtigatio non denegabatur [16], & à quibus deinde ad prętores appellabãt [17],
niſi lege ſua aliter cautum fuiſſet. Prætores † hîc appello non eos tantùm, qui Romæ ius 16
dicebant,ſed & qui à ſenatu miſſi ſortitò in prouinciis conſularibus,prætoriiſque cum im-
perio erant, proconſuléſque dicuntur. Itémque qui ab ipſo Cæſare ad eas quas ſuæ curæ
reſeruauerat præſides ſeu legati mittebantur: quorum Strabo lib. vlt. itémque Feſtus Ru-
fus meminere:quanuis enim aliquantò maior eorum,qui proconſules erant, eſſet auctori-
tas, quod ad ius reddendum adtinet, non multùm tamen differebant. Igitur † hi quatuor 17
modis

1 l.emptori.§.de euict.
2 l. Ariſto. de donat.l. ij.§. eo.in prin.
3 l.j.§.de præt.ſtip.
4 l.j.de dam.infect.
5 l.creditor.§. de pig.act.
6 l.ſi poſt.de rei vend.
7 l.vbi abſunt.ff.de tuto. & cur.da.ab his.
8 l.ſi ita quis.de euict.
9 Docto.in l.j.ff.de iur.om. iudic.
10 l.j.§.de vulg.
11 vt inquiſitionis.§. prohibemus.de hæret.in vj.
12 Clem.ſæpe.de verb.ſig.
13 In l. imperium. de iuriſ. om.iu.l.j.de re iud.
14 l.ait.de re iud.
15 l.ea quæ.ad mun.
16 l.magiſtr.de iur.om. iu.
17 l.imperatores.de app.



modis cognoſcebãt,imperio mero,iuriſdictione, imperio mixto,cura ſpeciali,imperio in
cauſis grauioribus ad ius gladij ſpectãtibus arbitrio ſuo ſtatuebãt.Pro iuriſdictiõe in alijs
cauſis cognoſcebant,quæ vel propter grauitatem ipſis reſeruatæ eſſent, vt cauſæ liberales
aut ſtatus [1]: vel quę iure appellationis deuolurę ad eos eſſent.Huc pertinẽt & in integrum
reſtitutiones,& manumiſsiones, & cognitiones ſuſpecti tutoris, & ſiqua ſimilia [2]. Circui-
bant autem totam prouinciam ſuã,& in ſingulis ciuitatibus paucis diebus moram trahe-
bant donec eam iuriſdictionem abſoluerẽt,quod & ex Marci Cicer. & Seruij Sulp. itémq;
Caij Plin. epiſtolis cognoſci poteſt. nam & idem Cicero ad Quintum fratrem, non ſanè
inquit,magna varietas eſt negotiorũ in adminiſtranda Aſia.Sed ea tota iuriſdictione ma-
18 ximè ſuſtinetur.Huic iuriſdictioni * abſoluendæ opus quandoq; erat coërcitione,túmq;
iudex pro mixto agere imperio dicitur [3]: quoniam vbi coërcitio neceſſaria eſt, tales cau-
19 ſas nunc mixti imperij eſſe [4], nunc imperij magis,quàm iuriſdictionis [5]. Lex * dicit: quan-
doque & imperium quod iuriſdictioni cohæret [6], quandoque imperium quod non eſt me-
20 rum [7] appellat.Sunt † autem hæ cauſæ,cùm prætor iubet caueri, vel in poſſeſsionem mit-
tit, aut rem iudicatã exequitur.Sed & bonorũ poſſeſsionem dare huc pertinet [8]. Summo-
uere enim hæredem legitimum,& bonorum poſſeſsionem alteri dare,non abſque iuſſu,&
aliqua coërcitione fieri poterat,quod & Mar.Cicero oſtendit iij.in Caium Verrem actio-
21 ne. Cura † ſpeciali cognoſcebant in cauſis quarum cognitio ipſis particulariter conceſſa
erat.vt [9] in datione tutoris,in alienatione prædiorum minoris [10],in tranſactione alimẽto-
rum [11] Has autem cauſas ſpecialiter ipſorum ſolicitudini creditas non poterunt deman-
22 dare [12]:aliâs † quæ ad mixtum imperiũ pertinent,ſpeciali mandato transferre poterant [13].
iudicis enim dandi hac in re facultas eis competebat. Sed & generali mandato vel priua-
tæ perſonæ (nedum ſuis legatis) facto idem poterant [14]. Grauiores verò cauſas, vt gladij
ius, ſtatus ingenuitatis plerunque & manumiſsionis per vindictã ipſi cum comitum, aſſeſ-
ſorúmve conſilio cognoſcebant [15], qui ad tribunalis pedes aſsidentes etiam pedanei di-
cuntur [16]:idque ius eos conuocandi ipſis ſolis prætoribus competebat,quod concilium ex-
ercere lex appellat [17], ſuſpecti tamen tutoris, itémque in integrum reſtitutionis [18] cauſas
tametſi graues demandare poterant:imò generali quoque mandato fauore pupillorũ re-
23 ceptum eſt,eas transferri poſſe [19].At magiſtratibus * municipalibus huiuſmodi mixtum
imperium non competebat [20],quòd manus militaris in eorũ poteſtate non eſſet, ſicut nec
24 ius mulctam indicendi [21], quæ omnia alibi à nobis latius tractata ſunt. Igitur † cautiones,
quæ coram municipalibus magiſtratibus interponuntur,iudiciales ſunt:quę coram pręto-
ribus, prætoriæ erant,mixtúmque ad imperiũ pertinebant, & plurimum ab arbitrio præ-
toris pendebant.Quo in numero & hæ erant,quę iuſſu ædilium Romę pręſtabantur [22].ius
enim ædilitium honorario æquatum fuit [23]. Diſtat autem ædilis munus, quod Romę in
25 honore erat,ab aliarum † ciuitatũ cognomini officio.quippe in illis de mẽſuris, & copia-
rũ victualiumque pretio ius dicebat [24],magiſtratuſq; municipalis erat. Roma maioris hi
erãt auctoritatis,cognoſcebántq; de his,quæ ad ædilitium edictũ pertinẽt, & pleriſq; aliis.
verba enim legis XII. tabu.hæc ſunt: SVNTOQVE AEDILES CVRATORES VRBIS,
ANNONAE, LVDORVMQVE SOLENNIVM. OLLIS AD AMPLIORIS HONO-
RIS GRADVM IS PRIMVS ASCENSVS ESTO. commemorat & M. Tul.Cice. ora-
tione pro Murena ædilitios iudices,qui de fortunis cuiuſque inquirerẽt, quamuis in codi-
cibus quibuſdam edictitij ſcriptum ſit,eo ſenſu quo & edictales [25].nempe ab edicto præto-
ris.quæ lectio nec hîc quidem abſurda eſſet,vt non ſolũ prætoriæ ſint,quæ ex decreto præ-
toris præſtantur,ſed & ſi quæ ex eius edicto,& iuriſdictionis forma.

26 CONVENTIONALES. Cùm tot * genera ſtipulationum eſſe dicantur,
quot res, de quibus contrahitur, ſunt qui inde colligant ſtipulationem propriè contra-
ctum non eſſe. non enim vltrocitróque oritur obligatio [26]. Sed ex parte promiſſoris tan-
27 tùm. Quæ vt vera ſint, negari non poteſt Iuriſconſultorum * vſu ſtipulationem contra-
ctum appellari [27]. id enim pluribus ex reſponſis apparet [28]. quod & ſi lata ex ſignificatio-
ne proueniat, tamen ſi ſubſit eadem ratio, in quacunque materia etiam correctoria vel
pœnali (vt Iaſ.inquit) huiuſmodi accipietur interpretatio: quod & ego probo: cùm lex ex
28 ſtipulatoris † quoque parte obligationem qualemqualem ſubeſſe interpretetur. non enim
poteſt creditor oblatam pecuniam non accipere [29]. hinc & huiuſmodi, reus ſtipulandi di
citur. hinc lex in ſtipulatione mutuum nexum eſſe ait, qui acceptilatione pereat [30].

AB AEDILITIO EDICTO. Comparat hîc Iuriſconſ. ædiles prætori-
bus,quid de noſtri temporis rectoribus? an cautio, quæ ex edicto Epiſcopi,Comitis,Mar-
29 chioníſve interponitur,prætoria origine cenſebitur,an ciuilis? & ſciendum prætores * a-
lienæ,id eſt, popularis iuriſdictionis adminiſtratores annuos fuiſſe; quapropter legẽ XII.
tab.ipſo iure & perpetuo auferre non poterant,moderari,corrigere,interpretari pro tem-
30 pore ſuo poterant [31]. Igitur Epiſcopi,Comites, † Marchionéſve in hoc prætoribus ſimi-

1 l.j.C. de off.præt. l.placet. C.de ped.iud.
2 l.j.de iur om.iud.
3 l.fi.de off.eius.
4 l.imperiũ.de iur. om.iu.
5 l.iubere.eo tit.
6 d.l.j.in fi.
7 d.l.fi.
8 d.l.imperium.
9 l.muto.§.tutoris.de tut.
10 l.j.de reb. eo.
11 l.cùm hi.§.ſed nec demã dare.de tranſact.
12 l.j.de off.eius.
13 l.cognitio.§.j.eo.tit.
14 d.l.fi.
15 d.l.placet.
16 §.illud.in auth.vt defun
17 l.ij.de off.eius.
18 l.fi.C.vbi & ap.
19 d.l.cognitio.
20 d.l.ea, quæ.
21 l.vnica.ſi quis ius di.
22 l.j.§.aiunt. l.itaque. de ædil.edic.
23 §.prætorum.inſt. de iur. natu.
24 l.ideo.de comp.
25 l.j.§.decretalis.de ſuc.ed.
26 l.Labeo enim. de verb. ſignifi.
27 §.fi.inſt.de oblig.
28 l.j.in fi.de pac.
29 l.fideicom. §.ſi rem. de leg.iij.
30 l.j.de accep.
31 §.quos autem.Inſt.de bo no.poſſ.

les ſunt, quòd iuriſdictionem à principe habent: in eo verò diſsimiles, quòd non annui,
ſed perpetui magiſtratus ſunt [1]: vnde fit vt licet honorarię actiones intra annum extin-
guantur [2], quæ ab horum conſtitutionibus prodeunt, extingui non debeant: [3] in cæteris
verò prætoribus quodammodo aſsimilentur. Hodie autem cùm Marchiones, & Comi-
tes proprio iure adminiſtrent, iuriſdictioníſque vtiliter lege feudali ſint domini, eorum
conſtitutiones iuris ciuilis partem eſſe, vero proprius, & receptius eſt [4]. Quapropter
quod † ſupremæ reipublicæ decuriones iure magiſtratus ſui conſtituerint, prætorium 31
cenſebitur, à populo enim auctoritatem habent. quod ſi ex lege reipublicæ idem poſsint
quod vniuerſus populus, ciuile Bart. & cæteri exiſtimauerunt. In eo tamen * epiſcopus 32
à prætore differt, quòd quicquam aduerſus legem communem conſtituere non poteſt [5].
Quod ideò inductum arbitror, quoniam epiſcopi principaliter inſtituti ſunt, vt diuina
doceant, ſacra exhibeant, vt Paulus ad Titum [6] ſcribit, non vt ipſi nouas leges faciant:
cùm in primitiua eccleſia * huiuſmodi iuriſdictio ad principem pertineret [7]. 33

1 l. iuriſperitos. de excu. tu.
2 Inſt. de perp. & temp. act.
3 c. fi. de off. leg.
4 Bar. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur.
5 c. quod ſuper. de maio. & obed.
T cap. j.
7 l. iubemus. §. fi. C. de epiſ. & cler.

SVMMAE.

1 ☞ *Stipulatio à conceptu definita.*
2 *Facti quadam origine, effectu iuris eſſe.*
5 *Stipulationem & pactum variè diſsidere.*
6 *Naturalia facti eſſe.*
9 *Stipulatio in futurum concipienda.*
10 *Stipulationem præſentibus verbis futurum ſpectantibus rectè concipi.*

§. STIPVLATIO AVTEM. Recenſetur † hîc ſtipulationis defi- 1
nitio per modum, quo concipitur. i. ſimul & incontinenti ab vtraque parte formatur, na-
ſcitúrque. vnde hæc verborum conceptio hîc appellatur, quæ verba factum ipſum reſpi-
ciunt. ex eóque proditum crebriùs † eſt ſtipulationem, quatenus à partibus concipitur, 2
facti: at vbi concepta eſt, iuris eſſe [8]. nam & cæteri cotractus dum producuntur, facti
ſunt [9], ex quibus deinde effectus iuris quamplures oriuntur. Sic & poſſeſsio eſt facti dum
acquiritur [10]: acquiſita tamen à iure robur accipit. Sed tamen interpretatio hęc dubia vi-
detur, quoniam idem & in pacto videmus, quod dum producitur, facti eſt: productum
* exceptionem parit, quæ iuris eſt [11]: & tamen lex in hoc manifeſtam differentiam con- 3
ſtituit, cùm in ſtipulationibus, inquit, ius continet, in pactis factũ verſatur [12]. Sed tamen
aduertendum eſt, quia ſtipulatio * variis modis iuris eſſe intelligitur. nam & à iure ciuili 4
inuenta, à firmitatéque eſt dicta, i. à ſtipulo, vel à Græco ἀπὸ τοῦ ςυπτοῦ quod denſum, ſo-
lidúmque ſignificat: † quod nomen illi ante quàm, perfecta ſit, non conuenit, & ex ea ver- 5
borum obligatio oritur, quæ iuris ciuilis vinculum eſt. itémque actio datur, quæ & ipſa iu-
ris eſt. At pactum nec iuris ciuilis eſt, nec aliquo modo adiuuatur, ſed in mera naturali
diſpoſitione relinquitur: vnde ſolam exceptionem ex quadam æquitate parit [13]: quæ reti-
nentis cauſam potiorem efficit ipſo iure, non operatur: quoniam id eſſet, non ſua retine-
re, ſed aliena appetere, vel potiùs perimere. nam † & ea, quæ iuris naturalis ſunt, lex fa- 6
cti eſſe interpretatur: vnde & poſſeſsio * naturalis facti eſſe dicitur, quod alibi declaratu- 7
rus ſum.

DATVRVM, FACTVRVMVE. Stipulatio * ergo promiſsio eſt fu- 8
turum reſpiciens, non autem præſens. Quapropter † ſi dicam, *Promitto, quòd do tibi ſtipulan* 9
*ti hunc librum*, nõ valet ſtipulatio, ſed traditio ex contractu donationis cenſetur facta: alio-
quin dicendum eſt, ſtipulationem confeſtim & naſci, & per traditionem extingui: quod
lex abſurdum arbitratur [14]. Qua ratione & in contractibus iuris gentium, ſi dixero, *Sti-*
*chum ſeruum præſentem vendis mihi decem?* & reſpondeas, *Vendo.* ſtipulatio non eſt, ſed vendi-
tio [15], ſicut ſi dixero, *Donas mihi hos decem aureos?* & dixeris, *Dono.* ſtipulatio non eſt, ſed do-
natio. cùm enim ageretur vt tunc traderes, non videtur actum vt ſit ſtipulatio. & hæc qui-
dem certiſsimi iuris ſunt, cùm verbum promiſsionis executiuum tempus præſens reſpi-
cit. Quòd ſi aliqua ſubſit † ratio, vt verbum illud tametſi præſens interpretatione futu- 10
rum comprehendat, ſuſtinebitur contractus: vt cùm dicitur, *Conſtituo te præſentem & ſtipu-*
*lantem vſufructuarium bonorum meorum.* cùm enim ex natura actus præſtanda à me ſit patien-
tia, vt tu vti frui poſsis [16], reſpectu huius futuræ permiſsionis valebit ſtipulatio. Idem
cùm dico, *Profiteor te non teneri, atque ita ſtipulanti ſpondeo.* id enim cenſetur actum, ne vel nunc
vel in futurum tempus petam [17]. Idem cùm dixero, *Donas mihi decem aureos?* Si enim coram
& ad manum eos non habeas, actum cenſetur, te in poſterum daturum: & valet ſtipula-
tio [18], idem cùm verba præſentia accedunt alteri contractui tractum habenti: tum enim
etiam valet ſtipuratio, & principalis naturam imitatur [19] quod & fortiùs admittendũ eſt,
cùm verba præſentia infinitiui modi ſunt, vt, *Promittis ſeruum furem non eſſe, fugitiuum non*
*eſſe* [20]? congruunt enim etiam futuro tempori: & ideo infinitiua dicuntur. quod Accurſ.
& Bart.

8 glo. in l. j. in prin. ſ. co.
9 l. conſilio. in fi. de cur. fur.
10 l. j. §. adipiſcemur. de acquir. poſſ.
11 l. j. ſ. de except.
12 l. ſi vnus. §. pactuſne. ff. de pact.
13 §. j. inſtit. de replic.
14 l. Titio cùm morietur. de vſufr.
15 Alex. in l. ij. in princip. ſi cert. pet.
16 l. quotiés. ij. de ſeruit.
17 l. tale pactum. in princi. de pact.
18 glo. n. §. aliæ. in verb. manifeſtauerit. Inſtit. de don.
19 l. quia dicitur. de euict.
20 l. ſi ita quis. de euict.



& Bart. probat. In cautionibus quoque prætoriis, vel iudicialibus, cùm per verba futuri
temporis interponi debeant, non videretur à regula recedendum, vt niſi ea forma ſerua-
11 ta ſit, * ſtipulatio ſit nulla. Sed tamen quia ex neceſsitate contrahuntur, perinde prætor
promiſſorem coget ac ſi cõgruis verbis concepta eſſet [1]. Sed & quoties notarius in inſtru-
mento, Titius, inquit, promittit, quod dat Seio ſtipulanti &c. Sunt qui præceſsiſſe ſtipu-
12 lationem interpretentur, & omnia ſolenniter facta [2]. quod Angelus probat. * Ego acce-
pi nihil referre, an in prima perſona vt grammatici vocant, an in tertia tabellionis docu-
mentum concipiat [3]. ídque verius.

1 l. emptori. ff. de euict.
2 l. ſciendum. ſ. eod.
3 c. quod autem. de iu. pa.

SVMMAE.

3 ☞ *Fideiuſſorem non, niſi ſtipulatione, obligari, quique accipiendum.*
6 *Fideiuſſoriæ obligationis origo & vis.*
7 *Conſtitutum, & fideiuſſionem differre.*

1 §. SATIS ACCEPTIO. Satiſdare dicitur, * qui creditorem ſuum datis
adpromiſſoribus (ſic in antiquis codicibus legitur) id eſt fideiuſſoribus ſecurum efficit [4].
2 debet enim id ſatis eſſe etiam duro creditori. Vnde è contrario ſatis accipere * dicitur,
cui, fideiuſſoribus datis, cauetur. vtrunque eo modo deductum eſt, quo & ſatisfacere eum
dicimus, qui creditorem contentũ facit, vel datis fideiuſſoribus, vel pignore: & hæc pro-
pria eſt huius verbi ſignificatio, licet qui ſatisfacturum ſe conſtituit, in numerato ſoluere
debeat [5]: quod ex natura conſtitutæ pecuniæ accipitur. præcedebat enim obligatio, quæ
3 non niſi ſolutionem admitteret. Debent autem hi † fideiuſſores verbis obligari, cùm alio-
quin citra ſtipulationem adpromiſſor non obligaretur. Sufficit tamen ſi interrogatus an
fideiubeat, λέγω. i. dico reſponderit [6]. Sed an iure canonico fideiuſſoria obligatio nuda
pactione induci poſsit? & receptum eſt, non poſſe [7]. non enim requiſita forma ſeruare-
tur. Sed quid ſi in contractu iuriſgentiũ cum principali inito acceſſerit fideiuſſor nuda pa-
ctione? an ex ea agetur, tanquã inſit contractui, & eum informet [8]? & non puto. non e-
nim contractus quo ad alterius obligationem informari debet. cùm etiam ſi informare-
tur, non tamen in vim ſtipulationis valeret, quæ in fideiuſſore neceſſaria eſt [9]. Quid
rurſus, ſi cùm principalis mihi decem deberet, fideiuſſor non decem promiſerit, ſed ſim-
pliciter ſe ſatisfacturũ receperit: & ſi interrogatus, an x. ſolueret, reſponderit ſe ſatisfactu-
rum? Alber. obligationem vtilem cenſuit. reſponſionem enim ex præcedenti interroga-
tione declarari, vt in numerato ſe ſatisfacturum promiſiſſe exiſtimetur [10]. quam interro-
gationem in dubio quoque ſic præſumi conceptam humanius eſt [11]. Quòd ſi interroga-
4 tus, * an ſatisfaceret, ſatisfacturũ reſponderit, Petrus reſpondit [12] non teneri: diuerſa hæc
enim eſt à principali obligatio [13]. Sed crebriùs receptum videtur, tum quoque ſuſtineri
obligationem: cùm enim id ageretur vt fideiuſsio conciperetur, ex natura rei veriſimi-
5 lius eſt id actum, vt appellatione ſatisfactionis * ſola pecuniæ ſolutio comprenderetur [14].
Sed qua ratione fideiuſsio ſtipulationem requirit: conſtitutio pecuniæ etiam pacto nudo
eſt efficax: & cùm iuregentium promiſsionis facti alieni contractus nominatus nullus
6 eſſet, quia συνάλλαγμα. i. mutuum factum nullum aderat [15], lex ciuilis † fideiuſſoriam ob-
ligationem introduxit, quæ viſa eſt neceſſaria: cùm vnius tantùm fidem ſequi creditor
recuſabat [16], & ideò volebat, vt aliquis fide ſua iuberet, id eſt ſponderet fore, vt id fieret.
fides enim dicitur, quòd fiat id quod promiſſum eſt: vnde quiſquis fecerit, tollitur obli-
gatio, quæ contractus ſpecies, quum verbis ſolis concipiatur, non debuit aliter, quàm
7 per ſtipulationem valere. At † in conſtituto non principaliter promittitur factum alie-
num, & ſi non fieret deinde proprium. Sed quis de ſe tantùm loquitur, quia conſtituit ſe
ſoluturum pecuniam ab alio debitam, ídque agit, vt factum alienum ſibi proprium prin-
cipaliter ſit [17], quo caſu interpretatione prætoria perinde eſt, acſi mutuum factum inter-
8 ueniſſet: vnde iuriſgentium exemplo ex huiuſmodi pacto * oritur actio, quod magis pro-
cedit, cùm quis id, quod ipſemet debet, conſtituit, & deliberat ſe ſoluturum. Satis enim
cauſæ eſt pręcedens naturalis obligatio, vt ex conſtituto teneatur.

4 l. j. qui ſat. cog.
5 Auth. ſi quando. C. de conſtit. pecu.
6 l. blanditus. C. de fideiuſ.
7 Bal. c. j. de pac.
8 l. iuriſgentiũ. §. quinimo. ff. de pact.
9 l. ſi tibi. vbi Bal. C. loca.
10 l. ſi defenſor. §. j. de iter. act. doct. in l. ſi cui. de leg. j.
11 l. quoties. ſ. eo.
12 d. l. j.
13 l. græcè. §. illud. ſ. de fideiuſſor.
14 d. auth. ſi quando.
15 l. iuriſgentium. in princ. ff. de pac.
16 l. vbi. §. qui verò. ſ. eo.
17 l. eum qui. §. Iulianus. ij. ff. de conſtit pec.

SVMMAE.

1 ☞ *Pœnam, quia indiuidua eſt, etiam in ſoluentem committi.*
4 *§. ſi ſortem. & §. Cato. conciliari verius. 5.*
6 *Pœnalem conditionem in iudiciis, extra non item, ſcindi.*
8 *Pœna non niſi conuenta, iniuriam facit.*

§. SI SORTEM. Quanuis † vnus ex cohæredibus partem ſuam ſoluerit,
1 ex facto tamen aliorum non ſoluentium adhuc pœna aduerſus eum committitur. Sed

cùm durum ſit ex alterius facto alterum plecti,quænam hoc ſuaſit ratio? & certè maxima,
cùm ita actum ſit:cum enim ſtipulatio pœnalis ſub conditione, ſi ſors ſoluta non fuerit,
vel, ſi arbitri ſententiæ paritum non ſit, concipiatur, ea conditio * ſcindi non debuit, 2
quæ ſui natura actum reddit indiuiduum[1]. qui enim partem ſoluit, vel qui aliqua in re
non obtemperat, non dicitur * paruiſſe arbitro, vel rem ſoluiſſe,cùm appellatione rei de 3
tota actum cenſeatur[2]. & ideo aliud ſine manifeſta iniuria creditoris conſtitui non po-
tuit: quapropter quod in pœna hîc dicitur,in vſura quoque recipiendum eſt,eo caſu quo
expreſsim ex contractu ſi conſtituta die ſors ſoluta non fuerit, eã præſtari actum eſt,& hîc
enim conditio actum indiuiduum reddit. Sed aduerſus Iuriſconſul. deciſionem ob-
ſtat,quod in reſponſo Catonis proditum eſt[3]. ſi de eo actum ſit quod diuiſionem recipiat.
pœnam pro portione ſua ab eo qui contrà, quam cautum ſit, fecerit, ſolùm committi: vt
cùm quis promiſit amplius non agere, vel, ſe hæredemúe ſuum ratum habiturum. in
cuius argumenti ſummotione magnæ inter doctores ortæ ſunt altercationes aliis aliter
opinantibus. Sed frequentiore calculo † Catonis reſponſum in obligationibus faciendi 4
intelligentibus, noſtrum, in his quæ ad dationem pertinent. quaſi parere ſententiæ arbi-
tri facti non ſit. Atqui etiam ſi arbiter dari iuſſerit pœna non cenſetur dationi acceſsiſſe,
ſed facto, nec poteſt in fraudem vſurarum addita exiſtimari[4]. quod ferè omnes hîc tra-
diderunt. reſpicit enim principaliter contemptum arbitri, non rem ipſam. Ego † ſemper 5
exiſtimaui promiſsionem hoc in contextu indiuiduam eſſe propter vim conditionis: at
in Catonis reſponſo idcirco diuiſionem recipere: quia non, niſi volente ſtipulatore, pro-
miſſor contra facere poteſt. ſi enim vnus ex hæredibus amplius agit, nec ratum habere
vult: licet ſtipulatori eum exceptione ſtipulationis ſummouere. Quòd ſi minùs ab eo fiat,
cur alios cohæredes conuentis obtemperantes in periculum trahat? Cæterum rurſus ob-
ſtat, quod ſi plurium † ſeruorum nomine in iudicio ſiſtendorum pœnam quis promiſerit, 6
vno non ſtato, ſi pro rata illius portione pœna offeratur, erit doli mali exceptione tutus
promiſſor[5]. Non igitur conditio rem indiuiduam facit, nec in ipſo quidem principali.ſed
hoc propter æquitatem *introductum eſt, quæ in ſtipulationibus neceſſariò contractis ad 7
iudiciorum præparatoria pertinentibus potiſsimum obſeruatur, alioquin, ſi vel extra iu-
dicium ageretur, vel ſtipulatio non vna, ſed coniunctim concepta eſſet, nullus exceptioni
daretur locus[6].

1 l.cũ fundus.de condi.& demonſtr.
2 l.ſi quis cum totũ.de except.rei iudi.l.ſi rem.de re. vendi.
3 ſ.l.iiij.
4 arg.l.ſi quis rem.l.cum pœna.de arbit.
5 l.ſi ſeruus.§.j.ſi quis caut.
6 l.ſi is qui ducenta.§.cum ita.de reb.dub.

IDEMQVE EST ET DE POENA EX COMPROMISSO.
Accurſius id ſpecialiter inductum arbitratur, ne de litibus lites fiant, quæ ſententia vera
non eſt:cùm alia ſit ratio legis,nempe † ne iniuria fiat ſtipulatori,quod ita intelligẽdum eſt, 8
vt à me ſuperiùs eſt declaratum.Sed quid ſi non in compromiſſo à partibus appoſita fuerit
pœna,ſed ab arbitro in ipſa ſententia[7]?& tunc non videri in vindictam contemptus appo-
ſitam verò propius eſt[8]. Quapropter * ſi dationi ſit adiecta tanquàm in fraudem conſtitu 9
tionum,quę in fœneratores latæ ſunt,reiicietur[9].Nam nec teſtator quidem hæredem gra-
uare poſſet, vt quadraginta libras præſtaret vel pœnæ nomine tot annua[10]. id enim eſſet
vſuras aduerſus plebiſcita inducere[11].Sed quid in pluribus principalibus cõpromittẽtibus
ſub pœna,an ex facto vnius alij teneantur?& videretur teneri ex textus noſtri verbis, quæ
generalia ſunt.Item quia pœna * reddit principalem obligationem indiuiduã.ſed quando 10
principalis obligatio eſt indiuidua, ſemper committitur pœna contra omnes: & ita ſen-
ſerunt veteres[12]. Alij tamen communi calculo, contra textum intelligentes in pluribus
hæredibus vnius qui compromiſerat, vel etiam in pluribus compromittentibus,quan-
do principalis obligatio ſui natura eſſet indiuidua: tunc enim * pœna contractum imi- 11
tatur cui accedit[13]. vel cùm actum expreſsim fuit, vt in principali in ſolidum teneren-
tur[14], aliàs in viriles portiones fieri diuiſionem[15]. propter perſonas enim cenſeri à prin-
cipio diuiſam conditionem[16].

7 l.non ex omnibus.de arbitr.
8 c.ſuam. extra.de pœnis.
9 l. Iulianus .§. idemque Papi.de act. empt.
10 l.iii.§.fin.de an.lega.
11 Iaſ.in l.j.de ſum.trinit. & fide catho.
12 arg.l.fin.C.de duo.re.
13 d.l.ſi is qui.§. cum ita.
14 Bar.in §.Cato.vj. oppo.
15 l.reos.§.cum in tabulis. de duo.re.
16 d.l.cui fundus.reſpon.ij.

SVMMAE.

*1 ☞ Prodigus qui abſq; modo rem profundit.*
*2 Prodigo tanquam furioſo curatorem dari.*
*3 Prodigum nec teſtari,obligariue poſſe.14.*
*5 Prodigum & furioſum diſsidere acquiſitione. 7.& 10.*
*6 Prodigum liberare ſe poſſe.*
*9 Prodigi excuſanda negligentia.*
*16 Interdici bonis expreſsè,curatoriſue datione.*
*17 Interdictionis decretum,ex falſa cauſa nullum.*
*19 Interdictionem frugalitatis reditu ceſſare.*

LEX VI.

IS CVI BONIS INTERDICTVM. Prodigus † is eſt, 1
qui neque tempus neque modum expenſarum habet, bonáque diſsipat[17]:
quí ve vltra ſubſtantiam ſuam expendit citra neceſsitatem[18].ſed & Marcus
Cicero de officiis libro II. Prodigi, inquit, ſunt, qui epulis, & viſcerationi-
bus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationúmque apparatu pecu-
nias

17 l.j.de cur.fur.
18 §.cùm verò. in auth.vt deter.ſit num.



nias profundunt, in eas res quarum memoriam aut breuem aut nullam ſunt relicturi om-
nino,quæ difinitio ad philoſophi potiùs, quàm ad prætoris officium pertinet. Deducitur
autem hæc vox à verbo prodigere, quod eſt procul & extra fortunas ſuas agere. Plau. in
2 Aulularia,Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris. Hiſce † pro-
digis lege xij.tab. bonorum adminiſtratione interdicitur exemplo furioſorum: nec enim
aliud eſt prodigus quã paulo minùs furens,aut captus mente. Verba legis erant vt M. Ci-
cero. lib.primo Rhetoricorum ad Herennium ait,SI FVRIOSVS EXISTAT, IN EO
PECVNIAVE EIVS AGNATORVM GENTILIVMQVE POTESTAS ESTO. Sic
& M. Varro,lib. primo rei ruſticæ, qui plus impendit, quam fructuum percipiat, mente
3 eſt captus,atque ad agnatos & gentiles eſt deducendus. Hinc † eſt, quòd quamuis adultus
curatorem habens teſtamentum facere poſsit[1], pupillus contrahens naturaliter oblige-
tur[2], poſſeſsionem ex contractu tradendo naturalem transferat[3]: prodigus tamen quic-
quam eorum facere nequeat[4], cùm lex quod ad bonorum adminiſtrationem pertinet,
non magis eum conſentire poſſe interpretetur, quàm furioſum. quapropter ſicut exem-
4 plari * ſubſtitutione hæredem dare furioſo poſſumus,ita & prodigo[5]: ſicut furioſo etiam
nemine petente decernendus à prætore eſt curator, ſic & prodigo[6], niſi quid is cùm om-
nino ſenſu non careat citandus eſt[7], cùm hoc ſua interſit[8]: in furioſo autem alia in ius
vocatione opus non eſt,ſed agnatos gentiléſque accerſiri ſufficit. Non obſeruatur tamen
5 huiuſmodi ſimilitudo in his, quæ prodigi vtilitatem reſpiciunt. Furioſus † enim cum pe-
nitus conſenſu careat, quicquid agit,nullius eſt momenti: at prodigus quoniam omnino
intellectu defectus non eſt, poteſt ob propriam vtilitatem contrahere, & ſtipulando ſibi
acquirere[9], ſiue quod bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta ſit. at quod acquirit,non
ex ſuis bonis ſed alienis eſt[10]. ſiuè quod interdicitur prodigis à iudice in eorum commo-
6 dum, ne ſtatim redigantur ad inopiam: vnde † ſi acquirunt, ceſſat prohibitio, ne indulta
in beneficium obſint[11]. quapropter & illud quoque receptum eſt, poſſe eos liberationis
conſequendæ cauſa contrahere, vt cum acceptilatione aquiliana ſe ab aliqua obliga-
tione abſoluunt[12]. & id enim eorum commodum reſpicit. In delictis quoque non eſt
7 dubium † furioſis ſuccuri, quod eos proprius furor ſatis puniat[13]: quod in prodigis eſt con-
trà. Id enim adminiſtrationi bonorum non cohæret, & quod beneficium in eius com-
8 modum lex introduxit delinquendo quis non conſequitur[14]: cùm patratum * crimen tali
beneficio eum indignum reddat[15]. quod adeò verum eſſe Angelus arbitratur[16], vt non
9 ſolùm corporalem, ſed etiam pecuniariam pœnam pendere compellendus ſit †: ſi tamen
huiuſmodi ſit crimen, vt pecunia mulctari debeat. Si verò omittendo ſeu negligendo, &
per ſocordiam deliquerit,ei ſuccurſum eſt: vt ſi latitet[17], vel hæres ſcriptus aduerſus ſena-
tuſconſultum defuncti necem non vlciſcatur[18], vel mater prodigis filiis tutores non pe-
10 tierit[19]. Cæterùm & † in eo a furioſo prodigus differt, quod furioſus cùm conſenſu careat,
& quieſcentis loco ſit, ipſo iure adminiſtrationem bonorum amittit[20]: prodigus verò
etiam manifeſtus & notiſsimus nõ niſi poſtquam ei iudex decreto ſuo interdixerit[21]. hîc
enim vtiq; conſenſum habet: vnde quãuis ex mente legis xij.tab. de furioſo loquentis ei
interdiceretur: quia tamẽ hæc interpretatio more, vel facto iudicis aſſumpta eſt ( proprie
enim verba de prodigo non erant concepta, & quantùm ad eum, directè contractui non
11 repugnabant[22]) præualet iure * gentium conſenſus, & contractus mero iure conſiſtit,
tametſi in integrum reſtitutio non ſit deneganda[23]. non minùs enim tum reſtituendus in
integrum eſt prodigus, quàm pupilli reſtitui ſolent[24]. ídque & Caius oſtendit: dum eos
reſtitui etiam inuitos atteſtatur: cùm minores non niſi volentes reſtituantur[25], teſtamen-
ti verò faciendi ius ſtatim amittitur, poſſétque hoc caſu in eo, qui palàm prodigus ſit ( vt
ego ſentio ) quorundam ſententia defendi[26], tum quod iuris ciuilis tantùm ſit,tum etiam
quod de nullius damno hîc agitur. cùm in contractibus probabiliter alius negare poſsit
ſciri eſſe eum prodigum: cùm adhuc ei interdictum non eſſet: & ideo in interdicto iudicis
non fit mentio prohibitionis alicuius teſtamentariæ:quia iam a lege inducta erat, ſed ſim-
pliciter prohibetur quiſquam cum eo contrahere, & illi decernitur curator: cùm legis xij.
tab. interpretatione moribus introducta ad agnatos, & gentiles deducendus eſſet, iúſque
12 in eo & eius pecunia ad eos pertineret. Sed † & ſi prodigo ante iudicis prohibitionem in
turpem vel illicitam cauſam quis crediderit, nulla orietur obligatio[27]: vt ſi inter aleam
13 vel ſcorta mutuauerit. Sed quid ſi omnia bona vel partem amico donet, † patrimoniúm-
que euertat? & Paul. Caſtr. tum quoque nullam oriri obligationem reſpondit. Contrà
Baldus[28]. Alexand. & plerique alij. non enim actus hic ſui natura illicitus eſt: putarim ta-
mẽ reſtitutioni in intregrum locũ eſſe,cùm nimia facilitate & re ipſa deceptus videatur[29],
14 licet Iaſon friuola ratione diſſentiat. At † poſtquam iudex ei adminiſtrationem bonorum
interdixerit,curatorémque dederit,tum nec contrahere aliquo modo poterit, nec vel na-
turaliter obligari[30]: impeditur enim tali ſententia, ne obligatio vlla naſcatur. Sed quid
ſi obſer

1 l.Ab aurelio.§.fi.de libe. leg.
2 l.j.de noua.
3 l.Poſſeſſionem pupillus. de acquir. poſſeſſ.
4 l.Is, cui lege.ſ.de teſta.
5 l.Humanitatis .C.de impuber. vbi Doct.
6 Bar.l.hæc autẽ.ex quib. cau.in poſſeſſ.
7 l.is qui.§.fi.de tut.& cur.
8 l.Nam ita. de adopt.
9 l.iij.ſ.de noua.
10 l.Iulianus. de cur. fur.
11 l.quod fauore. C.de legi.
12 Gloſſ.in l.ij.de accepti.
13 l.diuus.de offic.pręſi.
14 Doct.in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.
15 l.relegatorum.in fin. de inter.& rele.
16 In l. Fulcinius.§. adeo. ff.qui.ex cau.in poſſ.
17 d.§. adeo.
18 l.j. ad Sylla.
19 l.Sciát. C.de legi. hære. Ang. d.§. adeo.
20 l.in negotijs.de re.iur.
21 l.tres tutores. in fin.de admi.tuto.
22 l.cum lex.de fideiuſ.vbi Bart.
23 l. patri pro filio. in fin. vbi glo. de min.
24 Bal. l. ſi in fantis.quæſt. iij.C.qui admitti.
25 d.l. patri.
26 d.l.is,cui lege.
27 l.ſi quis cùm ſciret. de vſuc.pro empt.
28 Bald.conſic.cxxix. in ij. dub.
29 d.l.patri. Rom. ſingul. ccxxv.
30 Vt hic & in l. cum lex. de fideiuſſor.

ſi obſeruaturum ſe iurauerit? & nihilominus non obligari receptius, & verius eſt: cùm e-
nim de alienatione agatur inſtar furioſi exiſtimatur, iudicióque & ratione caret, abſque
quibus nulla eſt iuriſiurandi religio [1]. quíque cum eo contrahit * non omnino fraudis eſt 15
expers cùm aduerſus iudicis interdictum contrahat [2]. Quòd ſi in rem turpem, nec bonis
viris ſatis probatam profuderit, tunc maximè non obligari conſtat, ídque omnes pro-
bant [3]. Sed † quomodo iudicem bonis interdixiſſe exiſtimabimus? an ſi iuſſu ſuo cognita 16
cauſa proclamatum per vrbem fuerit, ne quis cum tali prodigo contrahat, id ſufficit? &
frequentius proditum eſt ſufficere [4]. quid enim refert, ei interdicamus, an contrahentibus,
vt ab eo caueant [5]? quid ſi ſimpliciter ei curatorem dederit, nec aliud præterea quicquã in-
terdixerit? & idem exiſtimant [6], quorſum enim adtinebat ei curatorem dare, ni prodigus
fuiſſet? Quid † verè ſi ei interdixerit tanquam prodigo, qui verè prodigus non ſit? & vi- 17
deretur verius, nullius momenti eſſe decretum, huiuſmodi enim prætorum decreta pro-
pter falſam cauſam ſunt ipſo iure nulla [7]. Adde quod cùm lex ſemper ſit veritatis, certa
huiuſmodi, ab adminiſtratione ex xij. tab. non ſummouetur. Quo fit, vt iudicis decre-
tum legis vigore defectum iuris naturalis conſenſum impedire non debeat. crebrius ta-
men receptum eſt, valere propter iuſdicentis auctoritatem [8]. Quod vt fateamur, non ta-
men exiſtimarem præceptum hoc in eius damnum obſeruandum eſſe, qui cùm interdicto
contradixiſſet, ne ſub falſo prodigalitatis prætextu * cum aliena iactura ille locupletetur, 18
naturalis quippe æquitas refragaretur [9]. Sed quid † ſi qui prodigus erat, ad frugalitatem 19
reuerſus fuerit? & non fuit mens iudicis tali caſu ſub cuiuſque cura eum eſſe: & ideò ipſo
iure ceſſabit prohibitio [10]. Si tamen manifeſtum non ſit ſanos mores eum recepiſſe, iu-
dex erit adeundus, qui ſententia ſua id declaret, retróque hæc declaratio trahetur [11]. & ita
crebrius traditum eſt.

1 c.& ſi Chriſt. de iureiu.
2 c.qui contra. de reg.iur. in vj.
3 d.l.ſi quis cum ſciret.
4 l.j.de cura.fur.
5 l.j. C.de cupreſ.lib.xj.
6 d.l.j.verſic.ſed ſolent.
7 l.ſeiæ egreſſæ. ff.de tuto. & curat.
8 Arg.l.pen.de curat.fur.
9 l.iij.ff.commod.
10 d.l.j.de cura.fur.
11 Arg.c.cum ſecundum. de hære.in vj.

## SVMMAE.

1 Impoſſibili conditione actum omnem corruere. nullámq; obligationem naſci. & 2.
6 Impoſſibilitate reiecta, actus certos ſubſiſtere. 7.8.9.
11 Impoſſibili modo reiecto, actum valere.
15 Impoſſibilitas negatiua ob pœnam vitiat actum.

## LEX VII.

IMPOSSIBILIS CONDITIO. Quoties impoſſibile † aliquid
ſtipulamur, vel legamus, ſiue natura, ſiue iure id præſtari nequeat, notiſſi 1
mum eſt nullius momenti eſſe quod gerimus [12]. adeo, vt illud quoque re-
ceptum ſit, huiuſmodi legatum deriſorium eſſe, tritici modios centum,
qui ſinguli pondo centum pendeant: tale enim triticum in rerum natu-
ra non eſt [13]. & hæc quidem in diſpoſitionibus hominum vera ſunt. at in
præſenti reſponſo de conditione Iureconſu. agit. conditio igitur impoſſibilis affirmatiuè
concepta non ſolum ſtipulationem vitiat, vt hic dicitur, ſed quemlibet contractum etiam
bonæ fidei: qui enim ita contrahunt, nequaquã habere obligandi ſe animum videntur [14].
vnde † nec naturalis quidem obligatio oritur, nec fideiuſſor huiuſmodi contractibus ac- 2
cedere poteſt [15]. nam & quamuis matrimoniis leges plurimum indulſerint, illud tamen
conſtat ex impoſſibili conditione, quæ ſcilicet eorum ſubſtantiæ addita ſit irrita fieri [16].
ſententias * quoque iudicum eadem ratione vitiari crebriùs receptum eſt [17]: quia & in iu- 3
diciis quoque quaſi contrahimus [18]. nec tantùm eis indulgemus, quantùm vltimæ volun-
tati lex concedit [19]. adde, quod imperitiam ſuam prodit iudex, qui ita iudicat, nec aliquo
fauore dignus eſt: vnde tale iudicium ſuſtineri poſſit, liberationem * quoque ſub condi- 4
tione impoſſibili factam nullius eſſe momenti, eadem ratione receptius eſt [20]. Sed quid ſi
conditio partim poſſibilis, partim impoſſibilis ſit? & pro parte poſſibili valere contra-
ctum credendum eſt [21], ſi tamen de cõtractu agatur, qui natura ſui diuiſionem recipiat. a-
lioquin in indiuiduis conſtat, quæ vtilia erant propter inutilem adiectionem vitiari [22].
ídque Imola & Aretinus probant. conditio autem actum ipſum reddit indiuiduum [23].
Non tamen perpetuum eſt, ex impoſſibili conditionem vitiari contractum: recipítque id
pronuntiatum quaſdam declarationes, quarum illa adnotatione digna, cùm conditio
vel * natura vel iure impoſſibilis eſt, vt quia ius eam reprobet, tunc actum vitiari, ſecùs 5
ſi à lege † diſſimuletur, nec infirmetur, vt cùm quis ſtipulatus eſt, ſi extraneum emanci- 6
pauerit, committetur enim ſtipulatio, niſi de facto ſaltem emancipet [24]. nec enim iure
emancipari alienus poteſt. nam & vulgò traditum eſt, eam conditionem, quæ de iure
adimpleri non poteſt, ſaltem de facto pro virili exequendam [25]. Sed † & in matrimonio 7
ſpeciali fauore receptum eſt, vt conditio extrinſecus adiecta reiiciatur, nec ei impedimen-
to ſit

12 l.impoſſibiliũ.de regu. iur.l.apud.§.fi.de leg.j.
13 l.quidam.§. fin.de triti. vin.ole.leg.
14 l.non ſolum.ſ.tit.j.
15 l.ſi ſub impoſſibili.de fideiuſſ.
16 c.fin.de condict. appo.
17 Ar.l.ij.C.quãdo prouo.
18 l.iij. §. idem ſcribit.de pecul.
19 l.ita ſtipulatus.§.j.eod.
20 l.cùm donationis.C.de tranſact.
21 Ar.l.ſi ſeruus cõmunis. §.de donat. inter vir.& vx.
22 ſ.§.Cato.in fin.
23 l.cui fundus.de cond.& demon.
24 l.quidã cùm filiũ.§.j.eod.
25 l.mulier.§.j.de condit. inſti.



8 to ſit [1]. qua † ratione vltimas quoque voluntates propter earum fauorem ſuſtineri & im-
poſſibilem conditionem pro non ſcripta haberi conſtat [2]. nec enim veriſimile eſt ſicut in
contractibus reum promittendi [3], ita in ſupremis tabulis voluiſſe teſtatorem actum eluſo-
rium facere. meritò igitur eius voluntas ſuſtinebitur reiecta conditione, ídque ſiue hære-
di ſiue legatario adiecta ſit [4], niſi vltimæ voluntatis fauor ceſſet, vt quia appareat pœnam
non conditionem à teſtatore appoſitam, veluti cùm præcipit, vt delinquatur [5], & ſi factum
non ſit, centum dari, ſecùs in hoc exemplo, *Hæres meus, ſi tale facinus patrauerit, Titio cen-*
9 *tum dato.* non reiicietur conditio, quæ in delicti ipſius vltionem videtur adſcripta [6]. † Sed
an donatio cauſa mortis conditione impoſſibili vitiabitur? & verius eſt atque receptius,
non vitiari [7]. nec me mouet, quod Alexand. eo argumento contrarium ſentiat, quod dum
10 contrahitur, magis ſit contractibus quam vltimis voluntatibus ſimilis [8]. conditio * enim
non formam contractus, ſed effectum reſpicit, & hæc quidem in conditione. Quid erit
11 in † modo? & traditum eſt contractum ex impoſſibilis modi adiectione non vitiari [9], ſed
modum ipſum reiici, vt cùm quis monaſteriũ ingreditur, & aduerſus profeſſionis legem
paciſcitur, vt ſibi liceat facultates ſuas proprias habere [10]. Quamobrem conſequens eſt,
vt contractus, qui ſub modo contrahuntur, per huiuſmodi adiectionem non ideo minus
conſiſtant, vnde ſi xx. tibi dem vt Stichum manumittas, qui liber erat, valebit contra-
ctus, condictióq; ob cauſam ſolùm ſupererit, vt pecuniam repetam [11]. cùm enim contra-
12 ctus * à principio teneat, non debet modi acceſſione vitiari [12]. ſicut & cùm quis promit-
tit iudicio ſiſtere, omnibúſque exceptionibus etiam ſi id acciderit, vt ſiſti non poſſit, re-
nuntiat, vtiliter enim tum quoque agetur, cùm impoſſibile erit eum ſiſti, & in id quod in-
13 tereſt fiet condemnatio [13]. Illud ſciendum * ſi modus iure noſtro impoſſibilis honeſta ex
cauſa additus proponatur, de facto ſaltem quatenus liceat, eſſe obſeruandum [14]. Cæte-
rùm & illud approbatum eſt, adiectionem impoſſibilem, quæ ſubſtantiam ipſam non re-
ſpiciat, ſed aliquid extrinſecus proueniens, vt diem, id quod geſtum eſt non vitiare. va-
let enim bonæ fidei contractus, quo ſeruos, quos Gadibus habes, intra triduum Romæ
mihi dare, tradeѓeque promittis [15]: non ſecùs ac ſi inſulam xv. diebus ædificandam con-
ducas, nam etiam ſi tam anguſto temporis ſpacio fieri inſula nequeat, tamen obligatio
valet [16], & in id quod intereſt, agendum erit. Sed quid, ſi pœnam quis promiſit? & Baldus [17]
propter odium pœnarum non committi eam cenſuit, quam ſententiam vix ego probare
auſim, niſi cum contractibus ſtricti iuris pœna ſubiicitur. eos enim ob anguſtam tempo-
ris breuitatem vitiari traditum eſt [18]. Sed quid in ſententia, cui dies nimis breuis addita
ſit? & verius videtur non vitiari [19], quoniam duo ſeparatim præcepta videntur, fieri, itém-
que intra illã diem fieri [20]. quod poſterius quamuis inutile ſit, aliud præcedens non vitiat.
Nam (vt ait Vlpianus [21]) qui pro tribunali cognoſcit, non ſemper tempus iudicati ſeruat,
ſed nonunquam prorogat, nonũquam coarctat. Dubitationẽ mouet non inelegans. Vlpia
ni [22] reſponſum velut ex diametro ſibiipſi repugnantis: apud quem ita ſcriptum ſcio. Sed
ſi quidem minorem diem ſtatuerit tempore legitimo, repletur ex lege, quod ſententiæ iudi
cantis deeſt. Απορίαν quoque auget, quod aiunt Dinus Mucellus, & Paulus Caſtrenſis, iudi-
cem non poſſe arctare eum, quem ſolutioni prȩſtituerit terminum. Sed nec mouit me pa-
rum eiuſdem Vlpiani [23] ſententia ad edictum prȩtoris. Si quidem dies à lege adiectus ſit,
eum ſequi iudicem debere proditum eſt. Fortiſſimum eſt eius rei argumentum. Nam cùm
prætor dicit tempus, nec adiecit diẽ, ſine dubio oſtendit eſſe in ius dicentis poteſtate, quem
diem præſtituat. Aduerſatur etiam vulgatiſſima Pontificiorum [24] regula. Indultum à iure
beneficium non eſt alicui auferendum. At qui condemnatis quadrimeſtres inducias diuus
Iuſtinianus [25] conceſſit, minuere igitur illud tempus à lege conceſſum non poteſt iudex.
Nihiloſeciùs ex cauſa eáque cognita iudicati faciundi tempus minuere iudici licere idem
Vlpianus [26] ſcribit, quod & Bartolus ad eum notauit, tradideréque Pontificij [27], ídque pro
cauſæ qualitate, & quantitate, vel perſonarum contumacia. Agedum ſingulatim cauſas
expendamus. Ait Vlpianus tempus iudicati faciendi pro cauſæ qualitate coarctandum.
Huius rei varia extant in iure Ciuili παραδείγματα, Veluti, ſi iudex te reſtituere rem cum
fructibus iuſſerit, negaueritque ſe poſſeſſor reſtituere in præſenti poſſe, ſine fruſtratione
tempus indulgendum eſſe Iuſtinianus [28] ſcriptum reliquit. Damnauit etiam iudex te mihi
equum, quem tibi commodaueram, redditurum, ſi quadrimeſtre induciarum tempus
concederetur, equus reſtituendus, plus ederet, quàm vendi poſſet, tum iudicati tempus
coarctari poſſe à Bartolo [29] proditum ſcio: huic rei argumento eſt tributorum tranſlatio
in Theodoſij & Arcadij conſtitutione [30]. Si mihi quoque alimenta decreuerit iudex, qua-
drimeſtres inducias à lege indultas minuere iudicem poſſe Bartolus ſumma cum ratione
animaduertit. Nam venter dilationem non patitur. Ratio rationis eſt, quia ſi expectare-
tur dies à lege præſtitutus, is, cui alimenta iudex decreuit, fame interim periret. Generali-
ter quoties res celeritatem exigit, induciarum tempus minui poſſe ſæpiſſimè apud Iuriſ-

 conſultos

1 c.fin.de condi.appo.
2 l.j.de cond.inſtit.
3 l.an inutilis.de accepti.
4 l.iij.de condit.& dem.l. ab omnibus.§.j.de leg.j.
5 l.j.in fin. C. de his, quæ pœn.non.
6 Socin.d.l.iij.
7 Arg.l. ſub conditione.§. hoc edictũ. de cõdit. inſtit.
8 Glo.l.ij.de do.præleg.
9 d.l.cum donationis. vbi glo.C.de tranſact.
10 Bart.in authẽ.ingreſſi. C.de ſac.eccl.
11 l.ſi militem.C.de cond. ob cau.
12 l.ſed ſi de fructu. de vſu & habit.
13 l.ſed ſi quis.§.quæſitum. ff.ſi quis cau.
14 l.legatum. de vſuf. leg.
15 l.ſi mihi & tibi.§.j.de leg.j.
16 l.inſulam.§.j.ff.loca.
17 c.j.§.ad hæc. hic fin.lex Conra.
18 l.quoties.de op.lib.l.iij. §.ſi quis ita.de eo quod cer. loc.
19 Alexã.hic per glo.in ca. j.de reg.iur.
20 l.Celſus.§.j.de arbi.ſ.
21 l.ij.de re iudi.
22 l.iiij.§.ſi quis. eo.tit.
23 l.j.§.fi.ſ.de iur.delib.
24 c.indultum.de reg.iur. in vj.
25 l.fi.C.de vſur.rei iud.
26 d.l.ij.
27 c.Paſtoralis.de except.
28 §.j.Inſtit.de offic.iudic.
29 d.l.ij.
30 l. Mediterraneæ.de an. & tribu.lib.x.C.

conſultos animaduerti. Celeritatis autem exempla recenſet Vlpianus[1] libro ij. & iiij. ad
Edictum. Tranſgrediamur ad quantitatis articulum: quo in genere rectè Accurſius[2] ita
ſcribit. Si eſt parua quantitas, poteſt iudicati tempus arctari: cuius ſentẽtiam probat Bar-
tolus noſter, adfértque in eam rem nouiſsimam Iuſtiniani[3] conſtitutionem. Apertius hoc
comprobat Pauli[4] reſponſum ab Accurſio citatum. Ex cuius ſententia, verbíſque liqui-
dò oſtenditur in maioribus maius, in minoribus ſummis minus tempus arbitrio ius dicen
tis concedi. Eſt & alia minuendi tẽporis cauſa, nempe contumacia[7], veluti ſi quis litium
textor viginti aureos ſoluere à iudice iuſſus ſit cóſque in numerato habeat, ſoluere verò
nolit, in contumaciæ pœnam tempus iudicatis conceſſum arctabit iudex. Hoc exemplum
tradidit Accurſius[5]. Fortiſsimum quoque huius rei argumentum extat lib. iiij. Inſtitutio.
Iuſtiniani[6]. Nam ſi in præſenti reſtituere rem non poſsit, tempus indulgendum eſt. Ergo
ſi præſenti pecunia ſoluere integrum ſit, denegabitur contumaci tempus à lege conceſ-
ſum. Contumacem aut eum appellamus, qui iudicum iuſsis obtemperare contemnit.
Quæ definitio ex Hermogeniano Iuriſconſulto[7] colligitur. Vnde non ineptè à contem-
nendo contumacem duci quidam exiſtimant. Bartolus cæterique interpretes alias mi-
nuendi tẽporis à lege iudicatis cõceſsi cauſas connumerant, quas prudẽs prætereo ab eis
petendas cenſeo. Ius itaque dicentis poteſtati ſitum eſſe conſtat tempus iudicati faciendi
prorogare, aut arctare. Eius verò arbitrium circunſcribi perſonis, rebus, & cauſis Romani
Pontificis[8] ſententia & verbis compræhenſum ſcio. id quod & Hippolitus Marſilius
tradidit de quæſtionibus ediſſerens atque non inutilibus exemplis oſtendens, diligentiſ-
ſimis eiuſdem ſcripta oculis perluſtres, velim. His adiicere adpoſitè poſſes oportere iudi
cem tanquam bonum virum arbitrari in his, quæ in eius poteſtate ſita ſunt, vt colligitur
ex verbis, & mente Iuriſconſulti Venuleij[9] ita ſcribentis libro ſeptimo Diſputationum:
Vir bonus non arbitratur indefenſam eſſe rem, de qua Pretor iudiciũ accipere non cogat.
Virum autem bonum, iudicem interpretatur communis interpretum ſchola poſt Accur-
ſium ad Venuleij[10] reſponſum: quem ſequi facilè auſim.

ALITER ATQVE. Pro, quàm ſi talis. Conditio enim * impoſsibilis ne- 14
gatiua pura eſt, cùm certum ſit aliquo modo fieri non poſſe quin ita ſit[11], vt meritò pro
non ſcripta haberi debeat[12], vnde ſi in matrimonium his verbis conuenero, *Contraho, ſi
cras erit dies*. confeſtim perficietur matrimonium, nec expectandus erit dies, tametſi cer-
tus[13], verius eſt enim eum reiici, nec Iaſonis diſtinctioni locum eſſe. Quod ſi huiuſmo-
di † impoſsibilis conditio ſtipulationi pœnali adiecta proponatur tunc nullius momen- 15
ti actum efficiet, præcedentíſque naturam imitabitur. exempli cauſa, *Promittis hominem
mortuum dare, ſi non dederis, promittis centum*[14]. quamuis enim homo mortuus dari non poſsit,
tamen conditio pro pura non habebitur, ſed actum vitiabit. Enimuero ſi negatiua con-
ditio de iure impoſsibilis ſit, Bartolus hîc cenſuit contractum eſſe nullum, vt, *Si malefi-
cium non fecero, promittis centum*[15]. idémque & plerique probant[16]. Sed vix eſt, vt hanc ego
ſententiam ſequar. quid enim prohibet præmio aliquem inuitari, ne delinquat, at huiuſ-
modi cauſa firmandæ pactioni nudæ non ſufficit? quid tum? cùm euentus * conditionis 15
pro cauſa ſit[17], nam & ea ſtipulatio laudatur, *Si homicidium feceris, promittis centum*. vt me-
tu exoluendæ pecuniæ abſterreantur facinoroſi[18]. qua tamen de re infrá[19].

1 l.ij. & iij. ſ. de ferijs.
2 Gloſſ. d.l.ij.
3 Authẽ. niſi. de ſentent. ex breui. rec.
4 l. in fraudem. §. fiſcalib⁹. ſ. de iure fiſci.
5 d.l.ij.
6 §. j. de offi. iudi.
7 l. contumacia. ff. re iud. ſ.
8 c. de cauſis. de offi. deleg.
9 l. vir bonus. ſ. iudi. ſol.
10 d.l. vir bonus.
11 l. Si pupillus. §. j. ff. noua.
12 l. Mulier. in princip. de condi. inſtit.
13 Doct. c. per tuas. de conditio. appo.
14 l. Si homo mortus. ſ. eo.
15 l. Iuriſgentium. §. ſi ob maleficium. de pact.
16 In d.l.j.
17 l. à Titio. ſ. eod.
18 l. Non impoſſibile. vbi Bald. ſ. de pact.
19 l. Generaliter. ſ. eod.

## SVMMAE.

1 ☞ *Conditione ante diem eueniente, excipiendum in agentem. & 4. & 8. ex cauſa contra. 9. 10.*

6 *Colonus deſertor ante diem non omnino exigendus ad intereſſe.*

## LEX VIII.

IN ILLA STIPVLATIONE. Stipulatio
conditionalis †, itémque in diem, ſi conditioni locus fuerit, commit- 1
titur quidem, & obligationi actioníque ſufficit[20]: ſed tamen antèquàm
dies euenerit, per exceptionem eliditur: ſuſpendit enim ipſius execu-
tionem dies vſque in vltimum momentum, ídque ſeu diſpoſitioni ipſi
ſeu conditioni negatiuæ addita proponatur[21]. Vnde ſolet dici ſemper
temporis * in conditione deducti finem expectandum, etiam ſi huiuſmodi expectatio 2
fruſtrà fiat[22]. quod maximè in diſpoſitione legis eſt obſeruandum, in qua nec actio qui-
dem naſcitur[23]. quod & in ea ſpecie reſponſum fuit, cùm lex reum ſi decem diebus con-
tumax fuiſſet, nec in iudicium veniſſet, pro confeſſo, conuictóque habendum ſtatuerit,
ante enim diei lapſum, quamuis conſtet in iudicium non venturum pœnæ locus non e-
rit[24], quod & in ſtipulationibus obſeruandum, in huius reſponſi exemplo patet, cùm ſti-
pulatio ita concepta eſt, *Si Stichum calendis non dedero, promitto decem*. dies enim in fauo
rem promiſſoris appoſita ad ipſa quoque decem trahitur, quoniam decem loco Stichi,

20 l. cùm ſtipulatus ſim à Proculo. ſ. eodem.
21 l. Si eũ. §. j. ſi quis cau.
22 Alexand. in l. diem functo. in fin. ſ. de offi. aſſeſ.
23 l. Inſulam. ſ. biennium. ſ. eodem.
24 Bald. in l. ij. C. ſi pœ. no.

cx



3 ex facto meo præſtandi ſubrogata ſunt, quæquidem ſubrogatio, * cùm die, cæteríſque
qualitatibus facta intelligitur, meritò ante diem conueniri non debeo[1]: quoniam quamuis
euenerit conditio, ſupereſt tamen adhuc dies, cuius rationis argumẽto exiſtimauerunt An
gelus Paulúſq;, ſi conditio vtilitatem ſtipulatoris non reſpiciat, ſecus eſſe[2]: vt ſi ſpondeam,
*Si calendis in Italiam non venero*. cùm enim aduentus in Italiam meus nihil vtilitatis ſti-
pulatori præſtet, dies illi præfixa ad dationem tanquam rem diuerſam trahenda non eſt:
& ideo cùm conſtabit conditioni locum eſſe non poſſe, ſtatim tenebor. Sed & Petrus idem
cenſuit cùm dictum eſt, *Si Titius ante calendas in Italiam non venerit*. quia dictio, *Antè*. indi-
cat non expectandas ipſas calendas, ſed hæc omnia frequentiore calculo reprobantur,
quoniam in illa promiſsione, *Si intra calendas Capitolium non aſcenderis, promittis x*. conſtat
ſemper expectandas calendas[3], & tamen conditionis euentus nil in ſe vtilitatis ſtipu-
latori affert, nec adeo magni refert, *Intra calendas*. an, *Ante calendas*. dicamus[4]. Meritò
in Ioannis ſententiam eſt itum ſolùm diſtinguentis, an conditio in facto promiſſoris con-
ſiſtat, & tunc diem expectandam: an ex facto alterius, & tunc confeſtim agi poſſe[5],
4 niſi aliter ex verbis coniiciamus, vt † quia dictum ſit, *Tunc x. dare ſpondes?* illa enim dictio,
5 *Tunc*. * finem temporis denotat[6]. idem ego arbitrarer, cùm conditio in dando conſiſtit,
vt, *Si Titius calendis Stichum non dederit, promittis x?* non enim videtur actũ, vt promiſſor citius
exigatur, quàm Titius ipſe expectandus erat, ſubéſtque hoc caſu magna ratio, vt repeti-
tio diei facta cenſeatur: quoniam decem illa pretium non præſtiti, Stichi videntur, quod
6 & ferè Albericus exiſtimauit. Cæterùm & cùm inquilinus vel † colonus, cui prædium in
quinquennium annuis penſionibus locatum erat, illud deſerit: ſtatim conueniri à domi-
no poterit, nec quinquennij finis expectandus eſt[7]: quod Bartol. propter naturam contra-
ctus bonæ fidei receptum exiſtimat. Sed hoc ego arbitror non multùm ad rem noſtram
facere: non enim agit dominus, quia euenerit vlla conditio, & adhuc ſuperſit dies: ſed
7 quia aduerſus id quod actum eſt, conductor facit. quapropter non arbitror * ad penſiones
tum agi. Sed ad id quod domini intereſt prædium non deſeri, & promiſſa non adimpleri.
Sed quid ſi qui x. promiſerat, ſi intra annum Stichum non daret, eum occiderit? an ſtatim
conueniri poterit, tanquã ipſius culpa Stichus amplius præſtari non poſsit? & Paulus Caſt.
8 confeſtim conueniri poſſe credidit[8]: qua † in re cæteri diſſentiunt[9]. cùm enim in eius arbi-
trio ſit, vel Stichum præſtare vel pecuniam ſoluere, non videtur dolo facere, qui alterum
mauult, & pecuniam vbi dies venerit, exhibet[10]. Illud quoque videtur admittendum,
quoties dies expectanda eſt, licere tamen ante diem agi, non vt tunc, ſed vt adueniente
die ſoluatur, cùm enim tali caſu actio & obligatio nata ſit, videtur æquitatem obiectę ex-
ceptionis nullam ſubeſſe: & ideo lex ſimpliciter dicit peti poſſe[11]. tametſi Alexand. in hoc
diſſenſerit[12]. cuius ſententia procederet, niſi facto rei, qui non ſolũ diem, ſed etiam obli-
9 gationem negaret, declaratione iudicis res indigeret[13]. † Cæterùm & illud receptum eſt in
his quæ conditionem admittunt, diem non admittunt, poſt euentum conditionis diem
nequaquam expectandam[14].
10 SED CVM EO. † Quando dies conditioni neceſſariæ addita proponitur,
ſicut conditio pro non adiecta eſt, ita & ipſa dies, quæ illi accedit, vitiato enim principa-
li, diem quoque euaneſcere dicendum eſt[15]. Hinc crediderunt plerique, cùm ita quis
ſtipulatus eſſet, *Si Stichum calendis non dederis, promittis x*. & Stichus iam eſſet mortuus, pro-
tinus agi ad decem nec calendas expectandas: quoniam illa conditio erat neceſſaria, quæ
actum non ſuſpendit[16]. Vnde nec ad tempus in ea appoſitum quicquam attendi debet,
quæ ſententia etiam nobis placet, ſi partes ſciebant tempore ſtipulationis iam obiiſſe
Stichum, alioquin ex eorum mente videretur diem expectandam, ſicut & tum expectan-
da eſt, cùm dies non conditioni, ſed diſpoſitioni ipſi additur, veluti, *Promittis x. calendis, ſi*
11 *digito cœlum non tetigeris. Meuiæ ſi non nupſerit, lego centeſimis calendis x*. quamuis enim * conditio,
*Si non nupſerit*. à lege reiiciatur, expectanda tamen eſt dies, quæ à conditione non pendet,
ſed legato addita eſt[17].

1 Arg. l. ſi eum. § qui iniuriarum. ſi quis caut.
2 l. hoc iure. ſ. eodem.
3 l. veluti. in fin. ſ. eodem.
4 l. iiij. & ſequen. ſ. eodem.
5 d.l. hoc iure.
6 l. iiij. de cond. & demon. §. fin.
7 L. ſi in lege. §. ſi domus. ſ. loca.
8 d.l. ſi in lege. §. colonus.
9 d.l. ſi eum. §. j.
10 l. nullus videtur. ff. de regul. iur.
11 d.l. hoc iure.
12 Conſil. xcv. in princip.
13 l. ſi finita. §. fin. vbi Bart. ſ. de dam. infect.
14 l. ſi quis hæres ita. de acquir. hæred.
15 l. ſi in diem. §. j. de con. & demonſt.
16 l. ſi pupillus. j. ff. de noua.
17 l. cùm tale. §. Meuiæ. de condi. & demonſtr.

## SVMMAE.

3 ☞ *Perplexo vtrumque ſtipulatorem conditionis defectu ſubmoueri.*

4 *Perplexa mente dilui.*

6 *Perplexè debens, cui velit ſoluat & liberatur.*

7 *Perplexa, & alternata paria, ſoluénſque vni eximetur.*

8 *L. nuda. C. de contrahenda & committenda ſtipu. explicari.*

11 *Agi ante diem, niſi excipiatur, poſſe ſubmoueri tamen à iudice.*

13 *L. ij. ff. de do. præleg. ſenſus.*

14 *Agentem ante diem ex cauſis non ſubmoueri ab excipiente.*

LEX

## LEX IX.

SI TITIVS ET SEIVS. † Ambiguas quaſdam inſolubileſque 1
quæſtiones ſophiſtæ habent, vt quas crocodilinas vel ceratinas, quáſque ἀντιςρόφους, id eſt, conuerſorias dicunt ſicut cauſas rhetores, quas ἀσύςατους, id eſt, non conſiſtentes exiſtimant: ita & Iureconſultis ſua ſunt † perplexa [1]: quæ ſic appellantur, quoties quicquid conſtituerimus verum eſſe, falſum reperitur. Dialectici huiuſmodi tractatum τῶ ψευδόμενος, id eſt, mentientis vocant [2]. cuius ſpecies eſt ea quæ à nobis circularis * quæſtio vocatur [3]. Plato in Theæteto, & Plutarchus aduerſus Stoicos ὑπὲρ περιτρόπων 2
piſtilli reuolutionẽ vocant, quoniam hoc argumenti genere eódem ſemper reuoluimur [4]. Igitur perplexi tractatus exemplum hac in ſtipulatione aſſumi poteſt. † Si enim Titius 3
petat, excipiet debitor conditionem non eueniſſe: quoniam Seio dare adhuc poſsit. quòd ſi Seius petierit, eodem modo excludetur, quod ſolui Titio poſsit: ſicque vtri conſtituerimus deberi, falſum eſſe reperietur. Sed tamen vt demus ſophiſtarum ambiguitates inexplicabiles eſſe, quoniam ipſi de verbis magis, quam de veritate ſunt ſoliciti, apud Iureconſultos certè non idem eſt, qui ad mentem contrahentium magis attendunt, vt quod actum eſt, id præſtetur. Quamuis ergo † ex vi verborum ſubſit perplexitas, diſ- 4
ſolui tamen ex coniectura mentis poteſt. nam ſicut hoc in legato, *Si penum vxori non dederis, hæres centum dato.* ex ſabini ſententia receptum eſt, centum dari, niſi confeſtim penus ſoluta ſit [5]. conditióque negatiua, cuius euentus * ex vi verborum expectandus 5
erat, donec penus ampliùs præſtari non poſſet, ex coniectura mentis reſtringitur, vt ſtatim detur. Ita in propoſito noſtri textus exemplo † dicendum fuit, vt quamuis verba 6
indicent expectandum donec alterutri fundus dari poſsit, tamen perplexitatis euitandæ cauſa fiat interpretatio, vt ſtatim detur, facultáſque debitori vtri velit ſoluendi vſque ad iudicium acceptum relinquatur. Quod ea ratione inſtitutum eſſe communiter tradunt, quoniam Seius, & Titius hac in ſtipulatione ferè duo rei credendi exiſtimentur: meritò igitur alter eorum, alterius per litis conteſtationem iura perimit [6]. Ego † potiùs ſimilem horum conditionem exiſtimo his, qui diſiunctiuè ſibi aut Titio dari 7
ſtipulati ſunt [7]. quid enim aliud eſt, *Promittis mihi, aut Titio fundum, quem ſi Titio non dederis, promittis mihi? & ſi mihi non dederis, promittis Titio* [8]? Quo fit, vt poſtquam ego petiero ampliùs Titio ſolui non poſsit: quamuis ante litem conteſtatam poſſet. Hæc enim diſiunctiuæ obligationis natura eſt [9]. quæ ratio in inſtitutione illa, *Si Titius hæres erit, Seius hæres eſto. Si Seius hæres erit, Titius eſto.* nullius momenti rem efficit [10], cùm vera diſiuncta in inſtitutione non admittatur, ſed officium ſuum perdat [11]. Bartolus tamen & ſequiores alij ante conſtitutionem de facto agi hîc exiſtimauerunt, quoniam adhuc conditioni locus non eſt: quæ ex eorum ſententia tantummodò poſt iudicium acceptum euenit. quia tum demum amplius dari alteri fundus non poteſt. hincque probari aſſerunt idem iuris eſſe, ſiue ab initio actio competat, ſiue in ipſa litis conteſtatione naſcatur. licitè enim de facto id fieri poteſt, quod ſtatim de iure effectum aſſumet [12]. quam ſententiam vt minimè conuenire legi noſtræ arbitror, ita non ſatis ſcio an indiſtinctè ſit vera. non enim concedit lex, vt quiſquam de facto agat, & ſine actione nemo experitur [13]. nec me mouet Cæſarum † conſtitutio [14], qua cauetur, qui aliquid pacto nudo promiſit, & 8
præterea ſi contrafecerit, quanti ea res erit, ſtipulatione ſpoponderit, conueniri poſſe, & in ipſa litis conteſtatione conditionem exiſtere. nam in ea lege non exprimitur litem ſuper nudæ pactionis petitione conteſtari: vnde ego arbitror potius id petitum quod ex ſtipulatione debebatur. id erat quanti intereſſet actoris. intererat autem & id quod pacto promiſſum erat dari, & aliquid fortè vlteriùs ex mora, quæ ea ex interpellatione vt pactum ſeruaretur, ſtatim commiſſa fuit, veníque conditio ex partium voluntate, quæ * vel nudo pacto declarari, & ideo agi confeſtim poteſt [15], & mora † vſ- 9
que ad litis conteſtationem corrigi, vlteriùs vero non poteſt [16]. meritò itaque condi- 10
tio poſt litem motam dicitur exiſtere, id eſt, impurgabiliter committi [17]. exiſtere enim à verbo ſiſtere deducitur, quod ad firmitatem refertur. ſic & M. Cicero officiorum ij. vt exiſterent tyranni & optimates comprimerentur, id eſt præualerent, & firmiores eſſent. Sed videndum eſt generaliter, an de facto agens audiendus ſit. in quo tractatu duæ ſunt ſpecies: altera, cùm reus nihil hoc nomine excipit: altera, cùm reclamat & excipit. † In primo caſu valet iudicium [18], & ſententia in rem iudicatam tranſit [19]. ídque 11
communiter aiunt. tum enim aduerſus ius litigatoris tantum iudicatum cenſetur [20]. alioquin petitio indebiti nulla eſſet [21]. poſſet tamen iudex ipſe agentem ſummouere, ſi manifeſtè illi conſtaret eum de facto ſolùm agere [22]. niſi actio olim iure competiiſſet, & culpa rei defeciſſet [23]. id enim obeſſe actori non debet, nec ex aliena iactura reus lucrum

1 l. ſi Titius. de condi. inſti.
2 l. qui quadringenta. ad l. Falci.
3 l. Claudius. §. qui poti. in pig. hab.
4 l. æquiſsimum. §. j. ff. ad Tertyl.
5 l. ita ſtipulatus. §. eo.
6 l. ex duobus. ij. §. ti. j.
7 arg. l. ij. in fi. §. qui & à quib. man.
8 l. cùm ita. in prin. de opt. leg.
9 l. ſi quis ſtipulatus fuerit x. in melle. §. de ſolu.
10 l. ſi Titius. de condi. inſt.
11 l. pen. C. de verb. ſign.
12 l. mulier. §. j. de condi. inſti.
13 l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut de peti. hære.
14 l. nuda. C. de contr. & cõm. ſtipul.
15 Bar. d. l. ita ſtipulatus.
16 l. ſi inſulam. §. eo.
17 l. obligationum ferè. §. fi. §. tit. j.
18 l. poſthumus. §. ſi quis ex his. de inoff. teſt.
19 l. cùm putarem. ff. fam. her. verſ. quòd ſi neuter.
20 l. j. §. item. §. quæ ſen. ſin. ap.
21 c. Abbate. verſ. quoniam & ſi. de re iudi. in vj.
22 c. ij. de purg. vulg. vbi Abb.
23 l. & eleganter. §. penu. de dolo.



lucrum facere [1]. idem; quando reus expreſsè acquieſceret, vel ideo non exciperet, ne
12 alia actione iure conueniretur [2]. Sed an teſtator grauare * hæredem poſsit vt ſinat ſe de facto à Titio conueniri? & puto poſſe, ſi hoc expreſsè iuſſerit, quod & Alexand. probat:
13 alioquin ſi ſocer dotem ſeu ius actionis de dote nurui nuptæ prælegauerit, † nihil agit [3]. ipſa enim iure ſuo experiri non poteſt, quia dies non venit: nec iure prælegati, quia verba hæredem in id non grauant. rectiùs itaque fuit legatum infirmari, cùm omnino nullum inde nurui detrimentum oriatur, quæ ſua die iure ſuo experiri poterit. Sequens caſus ita finiri ſolet, vt reo excipiente iudicium ſit nullum, nec confirmetur, etiam ſi cauſa
14 noua ſuperuenerit [4]. Ab hoc pronuntiato quinque caſus excipiuntur. Primus, † cùm in conteſtatione litis futurum eſt vt actio oriatur. Secundus, cùm quis de facto experitur, vt legitimam actionem per euentum conditionis acquirat: quod vtrunque ſuadente æquitate, ego quoque admittendum arbitror, tametſi id reſponſum, Cæſarúmque reſcriptum aliter intelligi poſſe oſtenderim. Tertius caſus, cùm actori ius quidem competebat, ſed non aduerſus reum conuentum, ex factóque ipſius rei coepit contra illum quoque competere, vt ſi te rei vendicatione conueniam, cùm non poſsideres [5]. Quartus, cùm ius ex cauſa, quæ retrò reſpicit, ſuperueniat, vt cùm quis agit pignoratitia, & deinde poſt acceptum iudicium pecuniam offert, valet iudicium: quamuis ab initio offerendum fuiſſet, quod & aliis exemplis oſtendi poſſet [6]. Quintus, cùm à principio quidem ius verè non competebat, ſed fictione legis cenſetur competiiſſe, vt quia cauſa ſuperueniens non ſolùm retrò reſpicit, ſed etiam per fictionem retro trahitur [7]: vt cùm procurator meus generalis debitorem hæreditarium conuenit, ille excipit me non eſſe hæredem: nam ſi ego
15 veniam in iudicium, & hæreditatem adeam, ſuſtinebuntur acta, & hæreditatis * aditio retrò trahetur [8]. qua ratione reſponſum eſt, ſi ex lege municipali pupillus hæreditatem
16 adire abſque certa * ſolennitate nequeat, nihilominùs, pendente iudicio, rectè atque ordine adire [9]. illud tamen æquitate canonica receptum eſt, etiam ex iure quod actori no-
17 ua ex cauſa ſuperuenerit, * iudicium roborari, dum actionis propoſitæ verba non aduerſentur [10]: vt cùm ſpecialiter ex certa cauſa actum eſt. hîc enim noua petitione opus eſſet [11].

*Alciatus Biturigibus hæc dictabat.*

1 l. Si poſt acceptum. de vend.
2 l. Iulianus. §. quantum. ad exhib.
3 l. ij. in prin. de dot. præle.
4 l. non poteſt. ff. de iudi.
5 l. ſin autẽ. §. j. de re vend.
6 l. ſi rem. §. fi. de pig. act.
7 l. qui repudiantis. §. vlt. de inoff. teſt.
8 l. hæres quoque. de acqui. hær. vbi Imo.
9 Imo. l. ſi filius, qui patri. de vulg.
10 c. Abbate ſanè. de re iudi. in vj.
11 glo. in d. l. qui repudiantis. §. j.

### SVMMAE.

1 ☞ *Agi ante diem conditionis inſperatæ poſſe.*
2 *Negans adſertionem, niſi certis caſibus, probet.* 4. 6. 10.
13 *Negatam qualitatẽ ea vſuris probet.* 14. 15. 17. 18.
22 *Exploratu quæ fama probantur, probari.*
24 *Programmatis non, niſi vero ſimilia probari.*

## LEX X.

1 HOC IVRE. Si dies † conditioni adiecta ſit, quæ in facto promiſſoris non conſiſtat, ſed in facto alterius, tunc demum agetur, cùm conſtabit conditionem euenire non poſſe. Sed nunquid hoc caſu agetur etiam antè, quàm dies venerit? & omnes ferè aiunt agi. Cùm enim lex dicat, non antè agi, quàm exploratum ſit conditionem euenire non poſſe: ergo, ſi exploratum ſit, ante diem agetur [12], capietúrque hæc interpretatio per argumentum à contrario ſenſu: ne aliâs id reſponſum nullius ſit vtilitatis [13]. Qui igitur hoc caſu agere velit, probabit conditionem euenire non poſſe, ſiqui-
2 dem regula eſt generalis, quoties negationi † intentio alicuius innititur, eum, qui dicit, probare debere [14]. Idem, ſi perſequutio, id eſt, iudicis officium imploretur [15]. Idem etiam, ſi negatiua hæc exceptionis ſit fundamentum [16]. Idem, ſi ad ipſius actionis exceptionìſue aut perſequutionis præparationem pertineat, vt cùm quis aduerſus fideiuſſores agit: quia neget principalem eſſe ſoluendo [17]. nec refert, quibus verbis propoſita ſit.
3 Quamuis enim omnis negatio * affirmatiuis verbis enuntiari poſsit, non tamen ideo minùs naturam ſuam ſeruabit [18]. ad rem enim ipſam attendimus, non ad enuntiationis formulam [19]. † Excipiuntur tamen tres caſus, quibus is, qui negat, onere probandi
4 non afficitur. Primus † eſt in eo, qui intra tempus à iure præfixum non numeratæ pecuniæ exceptionem obiiciat [20]: idque in contractu mutui tantùm. cùm enim in obliga-
5 tione, quæ re contrahitur, quiſquam vltra * non obligetur, quàm res interuenerit [21], lex creditorẽ onere probandi grauauit, ne aliâs via fraudibus vſurariorũ pateret [22]. qua
6 de re alibi diſputaui [23]. Alter † eſt, quoties negatio eſt fundamentũ ipſius creditoris aduerſus ſuum debitorem, vt ſi dominus velit expellere emphyteutam: quia canonẽ ſibi non ſoluat, onus probandi debitori incũbet [24]. Idem, ſi emphyteuta alleget ſe publicas functiones fiſco ſoluiſſe [25]. Cùm enim hęc ſolutio domino proſit, debet ipſe emphyteuta probare
qu od

12 l. imperator. de poſtul.
13 auth. diaconiſſam. C. de epi. & cler.
14 l. ita ſtipulatus. verſic. quòd ſi ab initio. §. eo.
15 l. magis. §. ne paſsim. de reb. eor. l. ſiquis coſortium. C. de fabr. lib. xj.
16 l. j. §. j. de itin. actuque priua. Bar. l. j. in fi. de excep.
17 auth. præſente. C. de fide iuſ. auth. hoc ſi debitor. C. de pign.
18 gl. l. ſi. in fi. §. de exce. dol.
19 l. inter ſtipulantem. in princ. §. eo. vbi Barto.
20 l. cum vltra. C. de non nu. pec.
21 l. rogaſti. ſi cer. petat. §. ſi tibi.
22 l. eos. §. interdicta. C. de vſur.
23 l. qui pecuni. ſi cer. pet.
24 l. j. C. de probat.
25 d. gl. l. ij. C. de iur. emph. vbi Saly.

quod Iaſon hîc ait. Sed mihi videtur is caſus eſſe impertinens : cùm hæc compenſatio
exceptionis ipſius emphyteutæ fundamentum ſit non domini. vnde meritò emphyteuta
eam probat [1]. qua ratione poteſt generaliter dici * aduerſus ſimplicem creditoris nega- 7
tionem ſemper à debitore probationem requiri, quia talis probatio debitoris ipſius fun-
damentum eſt. vnde ſi aduerſus eum negetur, qui debitor non ſit, ſecùs eſt. quod pluribus
exemplis Bar. & Pont.q; hîc oſtendunt, vt cùm quis excipit, non audiendum Titium, quia
periurus eſt, cùm iurauerit ſe x. Seio intra menſem daturum [2]. Cùm enim iurauerit non
excipienti ſed Seio ſe daturum, debet * excipiens non ſolum iuramenti fidem facere, ſed 8
etiam detrectatæ ſolutionis [3]: & hoc omnes probant. Ego tamen ampliùs deliberandum
cenſeo. Cùm enim potuerit iſte non ſoluiſſe: quia dilationem à Seio impetrauerit, vel quia
remiſſum ſit ſibi religionis vinculum [4], non videtur * ex detrectata ſolutione argui periu- 9
rium. nam & ſi quis religioſo obiiciat tanquam excommunicato: quia in aliena parochia
ſacris operatus ſit [5], nõ obtinebit: cùm id potuerit ab eo ex Parochi ſacerdotis authorita-
te factum eſſe. quod Lap. Butr. Anan. reſponderunt [6]. poſſet fortè diſtingui, vt in cauſis cri-
minalibus probari debeat, non eſſe conceſſam à Parocho licentiam: quia in eis probatio
clarior, & certior requiritur [7]: hoc, ſcilicet, in caſu, quo religioſus principaliter accuſatus
non proponitur [8]: In aliis verò cauſis ſufficiat, ſi actor intentionem ſuam ex regula com-
muni fundet [9]. & ideo dum probet eum, qui iurauerit, non ſoluiſſe, ſatis ſit, licet potuerit
iuramentum à creditore remitti. id enim facti eſt, nec præſumitur. Tertius † eſt caſus, quo- 10
ties præſumptio ipſum negantem adiuuaret, vt cùm quis allegat ſe non deliquiſſe. non
enim præſumitur delictum [10], & ideo lex ſe ex præſumpta probitate excuſanti fauet [11]. Idē
cùm lex aduerſus illum, qui neganti aduerſatur, præſumit: eum enim videtur ad proban-
dum onerare, cuius rei exemplum eſt, cùm alicui obiicitur, quòd legitimam in iudicio
ſtandi perſonam non habeat [12]. ſemper enim ei, qui in iudicium venit, * probandum eſt 11
legitimam ſibi perſonam eſſe [13]. Et ideo ſi tutori * obiiciatur, quòd inuentarium non fe- 12
cerit, receptior eſt ſententia, † tutorem ipſum ab actione ſubmoueri [14]. Incumbet igitur 13
tutori onus probandi, quòd fecerit, vel quòd ex iuſta cauſa omiſerit [15]: Cùm excipiens ex
regula communi adiuuetur: vnde † & ſi electo quis obiiciat non eſſe eum clericum, onus 14
initiationem probandi ipſi electo incumbet, ſiue quia nemo præſumitur clericus, niſi pro-
betur [16]: iſque titulus fundamentum ipſius electi eſt, vt ego ſentio, ſiue quia ſuper ſacro-
rum ordinum collatione lex iubet confici monumenta [17]: quæ ſi facta non oſtendantur,
electum præiudicio onerant: quod Pontificij tradiderunt [18]. Eadem † ratione, quoties 15
quis negat aduerſario ius competere, quod abſque priuilegio haberi non poteſt, onus pro-
bandi ad eum pertinet, qui priuilegio innititur: idque etiam ſi aduerſus negantem ſit, quaſi
poſſeſſio: vt cùm nego tibi ius decimam in aliena parochia accipiendi eſſe [19], vel immu-
nem ſeu exemplum ab ordinaria iuriſdictione eſſe [20], vel ſpurij ad legitima iura admiſ-
ſum fuiſſe [21], vel talem tabellionatus officio inſignitum [22]. Nec enim tunc coniectura * 16
poſſeſſionis ſufficeret, vt probaretur titulus [23]. niſi quoties de modico præiudicio tracta-
retur, quale in præparatoriis iudiciorum circa iudicis competentiam verti ſolet [24]. Idem
† quoque dicendum eſt, cùm quis non admittitur, niſi certæ ætatis ſit. qui enim negat eum 17
illius ætatis eſſe, alia probatione non oneratur, ſed is, qui affirmat [25]. vnde ſubſtitutus pu-
pillariter, qui † allegat pupillum antè, quàm pubes eſſet deceſſiſſe, onere probandi non af- 18
ficietur, ſed hæres ab eo inſtitutus ipſe iudici fidem faciet, cùm deceſſit, non fuiſſe pupil-
lum [26], vt ex facto Bal. reſpondit. quo exemplo cùm pater filium fideicommiſſo grauaſ-
ſet, relicta tamen ſibi libera teſtandi facultate, cum ad xx. annum perueniſſet, reſponſum
eſt profideicommiſſariis præſumi, qui ad vigeſimum annum eum perueniſſe negarent,
niſi hæredes ab ipſo pupillo inſtituti aliud probarent [27]. cùm enim principaliter de fidei-
commiſſariorum præiudicio tractetur, eorum negatiuæ aſſertioni ſtandum eſt: ſecùs, ſi
de nullius damno tractaretur: tunc enim præſumitur quis idoneus & ætate, & mori-
bus [28], quo argumento putauerim, quoties de præiudicio excipientis principaliter non
tractaretur, non confecti inuentarij obiectionem tutori non obeſſe. idémque in præpara-
toriis iudiciorum, quæ leuis momenti eſſent [29]. idémque ſi rem ratam pupillum habitu-
rum ſponderet [30]. quibus caſibus defendi Bartoli ſententia hîc poſſet. Quod ſuprà con-
cluſum eſt, negantis * dicto ſtari quoties pro eo eſſet præſumptio: multò fortiùs procedit, ſi 19
pro eo probatio præſumptiua ſit, vt quia ille, qui negat, officium iudicis implorauerit, vt
per denuntiatores inquireret, illíque pro negante retulerint [31]. Fuêre tamen, qui diſſenti-
rent: quia ſi negatiua hoc modo probari poſſet, non vtique eſſet adeò compertu difficilis,
vt leges aiunt [32]. & ideo Claud. exiſtimat * hanc probationem, quæ per exploratores fit, 20
iis ſolum caſibus admittendam, quibus veriſimiliter ex diligenti inquiſitione veritas elici
poteſt [33]. Cùm enim præſumptioni innitatur hæc probatio ſecundum ea, quæ communiter
contingunt, reſtringi debet [34]: Vnde conſequens eſt, vt ſi de probando contractu vel
ſolutione

1 d.l.j.
2 Inno. c. ſuper his. de accuſ.
3 l.ſi per alium. §. docere. ne quis eum qui. l. ergo. ex quib. ca. ma.
4 c.ij. de ſponſ.
5 cle.j. de priuil.
6 Fel. d.c. ſuper his. Dec.l. non hoc. C. vnde leg.
7 l.fi. C. de probat.
8 Bar. hic.
9 gl. l.ij. de app. rec. Mateſ. no. 19.
10 l. meritò. pro ſoc. l. omnimodo. C. de inoff. teſt.
11 l. cum pater. §. rogo. de leg. ij. l. moueor. C. ſi ſer. exp.
12 l. non ignorat. C. qui accu. non poſ.
13 l. ſi res. C. de ord. cogn. gl. l. ij C. de edic. diui Hadr.
14 l.fi. C. arb. tut. Ang. Imo. Alex. Iaſ. hic.
15 l. tutor qui repertorium. de ad. tu.
16 c. cùm adeo. de reſcr. c.j. & ij. de cler. peregrinis.
17 c. legum. ij. q.j.
18 Abb. c. bonæ. de elec.
19 c. ad decimas de reſt. ſpol. in vj.
20 c. cum perſonæ de priuil. in vj.
21 Barb. conſ. 27. in j. dub.
22 doct. l. Barbarius. de off. præto. vbi Iaſ. Alexan. conſ. 138. in j. dub.
23 doct. l. ſi prius de op. no.
24 c. ſi iudex. de ſent. excõ. in vj.
25 Io. Andr. c. infamibus. de reg. iur. in vj. l. cum lege. vbi Sali. C. de prob.
26 ar. l. ex facto. §. penul. ad Treb. Dec. c. in præſentia. de probat.
27 Bal. Salic. d. l. cum te. Flor. l. de ætate. de proba.
28 c. in pręſentia de proba. gl. cle. j. de off. deleg.
29 ar. d.c. ſi iudex.
30 ar. l. vulgò. de admi. tut.
31 gl. §. ſi verò. verb. Examine. in auth. de exhib. reis. l. cum quidam. in fi. & ſeq. de leg. ij.
32 l. actor. C. de probat. c.j. de confeſſ. in vj.
33 Bar. l. ij. §. ſi dubitetur. quem ad. teſta. aperi.
34 Paul. Alex. mod. l. j. ſi cert. pet.



21 ſolutione vel ſimilia actu momentaneo agatur, ea exploratio * non ſufficiat. non enim ſo-
lent communiter pluribus innoteſcere: quam ſententiam & ipſe ſequor. ſicque Anchara.
Imol. Pont. argumenta aduerſus Bart. ſuſtineri poſſe exiſtimo. Nec obſtat, quod cùm pro-
batio negatiuæ difficilis ſit, debeat iudex ex argumẽtis religionem ſuam inſtruere [1]: quia,
vt hoc verum eſſe fateamur, oportet huiuſmodi argumenta veriſimilia eſſe [2]. In his igi-
22 tur, quæ communiter † per explorationem nuntiorum percipi poſſunt, admittenda eſſet
communis ſententia [3]: vt ſi dubitetur, an quis in tali loco ſit mortuus [4], an teſtamentum
condiderit, eiúſque ſit agnita hæreditas [5]: an Titius ſit opulentus, & ſoluẽdo [6]: & ſimilibus
caſibus. Quòd ſi de re agatur, quæ cõmuniter non poſſit per viatorem explorari ſecùs ſit.
23 Si enim fama * regulariter plenæ probationi non ſufficit [7], quantò minùs hæc exploratio
24 ſufficere debet? quod & Aret. ſcripſit. Nã & videmus probationẽ, quæ per edictũ ſeu † pro-
gramma fit, nõ ſufficere regulariter, vt ideò res in bonis nullius fuiſſe credat [8], niſi ex qua-
litate rei aliud ſit veriſimile [9]: vt quia res ſint incultæ, prædiáque tributaria [10], vel de graui
præiudicio non agatur, putà quia ſalua remaneat actio principalis [11]: nec ideò ius quęratur
25 non habenti [12]. ſic etiam videmus eum, qui dicere velit, * hæreditatem defuncti non eſſe
ſoluendo, ex ſola certorum bonorum aſſeueratione non probare [13], niſi alia quoque præ-
ſumptione adiuuetur, puta inuentarij ſolenniter confecti [14]. Hinc conſequẽs eſt, vt multò
minùs probetur negatiua, quando nuntij retulerunt, ſe nihil certi comperiſſe, quicquid hîc
Bar. tradiderit [15]: quem hac in re conſtat communiter reprobari.

## SVMMAE.

1 ☞ *Patri reuerſo quæri à filiis, eo capto, quæſita, certis caſibus contrà 2.4.6 8.*

9 *Fraudantes lex non iuuat.*

## LEX XI.

I FILIVS. † Cùm lex Cornelia fingat patrem à captiuitate reuerſum, ſem-
per in ciuitate fuiſſe, & ex poſtliminio omnia ei iura perinde reſtituat, ac
ſi captus nunquàm fuiſſet [16]: cõſequens eſt, vt quod eius filius interim per
ſtipulationẽ acquiſiuerit, ad patrem pertineat non aliter, quàm ſi tẽpore
acquiſitionis pater in ciuitate fuiſſet, vt ſcilicet, idem in caſu ficto opere-
tur fictio, quod veritas in caſu verò [17]. Sed nunquid hæc concluſio perpe-
tua ſit? Finge filium ſtipulatum ſibi fundum Sempronianum dari: quo accepto, eum alie-
naſſe, deinde patrem ab hoſtibus reuerſum, an competet ei reſciſſoria? & videretur [18]. cùm
enim hæc reſtitutio per regulas iuris fiat, id eſt, legis Corneliæ beneficio, debet etiam ad
1. alienata produci [19]. nam etiam videmus, ſi filius captiui de his teſtetur, quæ interim lucra
tus ſit, patre reſtituto, deficere teſtamentum, & alienata reuocari [20]. Sed tum verius
2 † videtur patri reſciſſoriam nullam dari. Cùm enim fundus à filio acquiſitus nunquàm
in bonis patris fuerit, non videtur fictio legis Corneliæ ad ea trahi quæ nec captiuitatis,
3 nec poſtliminij tempore in patrimonio reperiuntur [21]. Nec obſtat, quòd alienata * ex te-
ſtamento reuocarentur, quia aliud in teſtamento eſt, cuius factionem filius captiui pro-
pter incertitudinem ſtatus qui in pendenti eſt, non cenſetur habuiſſe [22]: at aliud in contra-
II. ctibus, quos perinde celebrare interim poteſt ac ſi pater eſſet mortuus [23]. Rurſus finge
4 † patrem, qui apud hoſtes erat, iura poſt liminij non habuiſſe, vt quia transfuga, vel aliàs
hoſtis publicus [24], nunquid ſi indulgentiâ principis reſtituatur, acquiret, quod filius inte-
5 rim ſtipulatus eſt? & conſtat non acquirere [25]. Hîc enim nulla * fictio eſt, quæ retrò ad ea
trahatur, quæ nunquam patris fuerunt [26]. imò ſi filius nominatim ei ſtipulatus eſſet, non
III. valeret ſtipulatio tanquam extraneo facta [27]. Sed nunquid hodie procedat lex noſtra?
& in profectitiis aiunt nihil immutatum eſſe: maior ergo dubitatio in aduentitiis eſt [28]. Et
6 † putarem qua ratione interim alienata non reuocantur, eadem nec ad vſumfructum iam
7 conſumptum * poſtliminij ius extendi: reſpectu verò rerum extantium credendum eſt le-
IIII. gi noſtræ adhuc locũ eſſe [29]. Sed quid † ſi filius ſtipulatus eſt adiecto lege, ne patri ſuo
8 vnquam acquiri poſſit, & ſi hanc legem promiſſor rei ſuæ adiecit? videtur hodie vale-
re [30]: nec habebit pater reuerſus vſumfructum. Si verò ipſe filius hoc egit, vt patrem frau-
9 daret fortè, procederet adhuc lex noſtra non conſtitutio † Iuſtiniani, quę mentem donan-
tis adiuuauit, ipſo filio prodeſſe debet paterno iuri fraudem meditanti [31]: qua tamen in re
ampliùs deliberandum arbitror.

1 l. non omnes. §. à barbaris. de re mil.
2 l. eum qui duobus. §. filius. de acquir. hær. vbi Bar.
3 l. magis. §. ne tamen. de reb. eor.
4 Bar. d. §. ſi dubitetur.
5 Bar. l. is poteſt. de acq. hæ.
6 Bar. l. ſtipulatio. §. habet. de op. no.
7 l. iij. §. j. de teſtib.
8 l. ſi vacantia. C. de bo. vac. lib. x. Alexan. l. rem quæ nobis. de acq. poſſ.
9 Bal. rub. extra. de præſcr. Saly. l. cum res. C. ſi res alie.
10 l. locorum. C. de om. agr. deſer. lib. xj.
11 l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig.
12 Bar. l. fi. in fi. C. de edic. diui Hadria.
13 l. cùm de lege. vbi gl. de probat.
14 l. fi. §. licentia. vbi Iaſ. C. de iure del.
15 arg. d. l. ex facto. §. pe.
16 §. ſi ab hoſtibus. inſt. quibus mod. ius patr.
17 l. qui ad certum loca.
18 l. fi. C. quib. ex cau. ma.
19 l. quod ſi minor. §. Scæuola. de mino. doct. l. gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſth.
20 l. pe. de ſuis & leg.
21 l. j. l. cum allegatis. C. de re mil. lib. xij. Bart. l. fi. C. de ſent. paſſ.
22 l. de ſtatu. de teſta. gloſ. l. quòd ſi filius. de cap.
23 l. fi. §. j. C. de ſent. paſ. Az. in ſum. Iaſ. d. §. ſi ab hoſtib⁹.
24 l. poſtliminium. §. transfugæ. de cap.
25 Bald. Paul. Cor. auth. idẽ C. de bon. quæ lib.
26 l. muto. in fi. vbi gloſſ. de tute.
27 l. ſi ſeruus cõmunis. §. ſeruus capto. de ſtip. ſeruo. l. bona eorum. §. quòd ſi filius. de cap.
28 l. cum oportet. C. de bo. quæ lib.
29 Bal. Paul. Cor. d. authen. idem.
30 auth. vt lic. ma. in prin.
31 l. fi. de ſtip. ſeruo. vbi gl. & Bart. l. ſumma. de pec. in principio.

## SVMMAE.

1 ☞ *Minus ex rogatis deberi: certis caſibus diuerſum. 6.8.10.11.12.15.*

7 *Maius ex circunſtantiis deberi.*

13 *L. nuptura. & l. ſi pater. de iu. do. cõciliari verius 14.*

LEX

## LEX XII.

SI ITA STIPVLATVS. In promiſsione † diſiunctiua 1
quantitatis, vel temporis id quod minus eſt, in obligationem deductum duntaxat cenſetur. Sed quęnam eſt ratio? Videbatur enim vtrunque eſſe in obligatione: quia hæc eſt diſiunctiuæ * ſtipulationis natura, vt 2
quòd diſiunctim promiſſum eſt, vtrunque in obligatione ſit[1]. Sed reſponde, id verum eſſe non ſimpliciter, ſed ſub conditione: vt ſi alterum datum non ſit, alterum detur[2]: vnde quod deinde ſolutum fuerit, videbitur vſque à principio in obligatione fuiſſe[3]. In contractibus enim huiuſmodi conditio trahitur * retrò[4]. 3
Quapropter qui Stichum aut decem debet, ſi decē offerat, videtur à principio ſola decem debuiſſe: & ideo ſi aliam * ſpeciem per errorem ſoluerit, repetet[5]. Igitur qui decem aut 4
quindecim promittit, perinde eſt ac ſi dixiſſet, ſi quindecim non dedero dabo decē, & vice verſa: vnde cùm in maiore * ſumma minor inſit, perinde eſt ac ſi ſimpliciter minorem ſum 5
mam promiſiſſet. non enim veriſimile eſt, maiorem ſummam à debitore ſolutum iri[6]. quæ ratio etiam in tempore procedit: minùs enim debet, qui longiorem habet dilationem[7]: & in tempore quoque quod minus eſt, in maiore cōtinetur[8]. Sed pone † quòd debitoris in- I.
tereſſet maiorem ſummā ſoluere, & tunc conſtat legi noſtrę locum non eſſe[9]: imo vtraque 6
pars in obligatione eſſet: vnde Bart. generaliter ait, quoties in ſummis probabilis eſſet affectio † ratione cauſæ, perſonæ, loci, temporis, adeò quòd debitoris intereſſet potiùs maio- 7
rem ſummam ſoluere, tunc ea quoque in obligatione fuiſſe cenſeretur[10]. Hinc eſt, II.
quòd nec legi noſtræ † eſt locus, cùm creditoris eſſet electio. quamuis enim veriſimiliter 8
electurus ſit maius, tamē fortè ciuilitate aliqua vel liberalitate ductus, modeſtiùs ſe geret, & minorem eliget, meritò † vtrumque in obligatione eſſe cenſetur[11]. faciliores enim ad re- 9
mittendum ſumus, quàm ad dādum: & ita ſe habet receptior ſententia: licet Pont. & Aret. diſſentiant. Eadem † ratione non procedit lex noſtra in alternatiua ſpecierum[12]: cùm in III.
eis ſit probabilis affectionis diuerſitas, nec in vna ſpecie alia contineatur: quod & alibi de- 10
claraui[13]. Idemque cum mixtim alternatæ ſunt & ſummæ, ſeu tempora, & perſonæ, puta, *Hodie x. aut poſt annum x. dare ſpondes?* vel, *mihi aut Titio x. dabis?* vel. x. *hic, aut Romæ præſtabis*[14]. quod hîc Iaſ. explicat. Sed quid dicemus, cùm pars à toto diſiungitur, verbi gratia, *Pro-* IIII.
*mittis Stichum, aut Stichi partem dimidiam?* vel, *Promittis beſſem hæreditatis aut eius quātulam partem?* & Aret[15]. vtrúmque in obligatione eſſe aliquando cenſuit[16]: quia poteſt intereſſe alicuius partem potius habere quàm totam rem, vt quia totius rei onera ferendo nō ſit[17]. Sed idem † Are. hic aliter tradidit, & minimam partem in obligatione eſſe ſolùm exiſtimauit[18]. quod 11
& ex Iaſ. ſententia dici poteſt, idque & ego ſequor[19]: niſi cùm probabilis eſſet creditoris affectio, qua minorem partem maiori præferret[20]: quod & Claud. probat. Sed † nun- V.
quid hæc lex procedat etiam in materia fauorabili. & Fulgoſius Baldúſque Nouellus ſen- 12
ſerunt non procedere[21] hac in ſpecie, mulier promiſit doti, quod filiuſfamiliâs aut eius pater ſibi debebat: cenſebitur, aiunt, ex † Iabol. reſponſo promiſſum quod plus eſt, ideſt, 13
quod filius debebat, non quod pater, qui de peculio tantum conueniri poterat[22]. Verùm huic ſententiæ aduerſatur Pont. Alexand. Aretius, Iaſon, quoniam ſupraſcripto caſu Iulianus ait, in dotem eſſe quod ex peculio pater debet[23]. ſed reſpondet Fulgoſius alternatiuam in ea lege poſitam non ex contrahentium verbis acceptam eſſe, ſed à legiſlatore adiectam duos caſus decidente. Quid ergo cenſendum? ego (ſi fauor † dotis ſuadeat,) pu- 14
tauerim maiorem quoque ſummam in obligatione alternatiua eſſe[24], ſicut & fauore piæ cauſæ, non quod eſt minimum, ſed quod plus eſt ſequimur[25]. Sic ergo in caſu noſtro maior quoque ſumma in obligatione erit, ſed tamen diſiunctim, ideſt, vt ex regula electio debitoris ſit[26]. Poteſtque Iuliani reſponſum ſic intelligi, vt cum Iaboleno alia ratione concilietur, quam ibi attingit Accurſius[27]. Sed quid † in alternatiua legis municipalis? re- VI.
ſpondebimus exempli cauſa, ea lex ait, quiſquis extraneus cum ſubiecto litigauerit, ius 15
Pontificium aut municipale ſeruet, prout voluerit ſubiectus, an lata ſententia poterit ſubiectus decem dies appellationis cauſa ſibi ex iure Pontificum ſumere[28]: an verò niſi intra triduū appellauerit à Municipibus præfixum, ſuccumbet? & Paulus Caſtrenſis reſpōdiſſe ſe dicit in hac temporis alternatiua, ſolum illud, quod maius eſt, in obligatione eſſe: idque legis noſtræ argumento: nec aliam electionem fuiſſe neceſſariam. Sed Aretinus contrà: quia dictio *, *Prout voluerit*. intelligitur prout declarauerit ſe velle[29]: & quia electio * ex- 16
preſſim data aliquid operari debet[30]. Ego hanc quæſtionem alijs rationibus finiendam 17
arbitror quàm quæ ad hanc legem pertineant[31]: & ideo ceu impertinentem in præſentia omitto.

1 l. ſi duo. ſ. co.
2 l. cum ita. in prin. de opt. leg.
3 l. ſi quis ſtipulatus fuerit x. in melle. de ſol.
4 l. neceſſario. ſ. quod ſi pēdente. de pericu. & cōmod.
5 l. cū is. in fi. de cōd. indeb.
6 l. ſi ita relictum. in fin. de leg. ij.
7 ſ. plus. Inſti. de action.
8 l. in pupillari. de vulg.
9 l. qui res. ſ. mihi. x. de ſol.
10 l. ſi is, cui. de noua. Bart. d. l. ſi duo.
11 l. planè. j. ſ. pen. de leg. j.
12 d. l. ſi duo.
13 l. j. ſ. pe. ſ. eod.
14 d. l. ſi is, cui. d. ſ. mihi x.
15 Aret. d. l. ſi duo.
16 ar. d. l. planè. ſ. pe.
17 l. in fundo. de rei vindi.
18 l. qui cōcubinam. ſ. j. de leg. iij.
19 l. inter eos. in princ. de fideiuſſor.
20 d. l. planè. ſ. penul.
21 Bald. Nouell. tract. dot. vj. parte. priuil. lxxiiij.
22 l. nuptura. de iur. dot.
23 l. ſi pater. ſ. fi. eo. ti.
24 l. in ambiguis. eo. tit.
25 l. Titia. ſ. fi. de aur. & ar.
26 l. plerūque. in fin. de iur. dot.
27 glo. & Fulg. d. l. ſi pater.
28 ca. quod ad conſultationem. de re iudic.
29 l. centeſimis. in fi. ſ. eod.
30 l. tutor. vlt. de teſta. tut. vbi Cin. & Bald.
31 Abb. & Mod. c. paſtoralis. in fi. de excep.

SVMM



## SVMMAE.

1 L. qui ante explicari. Tu in eam vide A. Gelliū lib. 12. cap. 13.
3 Dies termini vltimus certis ex cauſis non expectandus. 4. 5. 7. 8.
11 Reo intra dilationem veniente certis ex caſibus actor vocandus non eſt. 12. 14.
16 Citari generaliter poſſe idque ex cauſa.
18 Actor poſterius ſiſtens, niſi in caſibus, contumax. & 19. 20. 21. 22.

## LEX XIII.

QVI ANTE. Idem ergo eſt, ſiue quis ante cal. promittat ſiue calendis. vtroq; enim caſu nō niſi lapſo calendarum die cōueniri poterit[1]: quia du
1 rantibus calendis adhuc in mora non eſt[2]. Intelligitur † ergo hæc promiſsio ante cal. ſcilicet finitas[3], non autē cœptas: quia interpretatio aduerſus ſtipulatorem fit[4]. ſicut & cùm promittimus calendis. nō enim intelligitur cœptis, ſed finitis, ne ante quis in mora videri poſsit. Sed quid ſi promiſſū ſit intra calēdas? & conſtat idē prorſus eſſe, quòd ſi calendis quis promiſiſſet, vt in lege præcedenti habetur[5], vel ſi ante cal. dictū eſſet[6]. Idem enim eſt intra cal. quod in ca-
2 lendas, id eſt, vſq; ad cal. quia præpoſitio illa in accuſatiuo * iuncta pro vſq; accipitur[7]. Si vſque ad calendas: ergo & ante cal. includit igitur hæc dictio, ex ſermonis proprietate quodlibet tempus ante ipſas cal[8]. licet ad conſtituendū aliquem in mora expectandus ſit
I. vltimus dies; vt hîc dicitur. Quod tamē † nō procedit, quotieſcūq; mallet debitor ſtatim
3 ſoluere, nec finē termini expectare. Poteſt enim fauori ſuo renunciare: cùm vis verborum id illi tribuat[9]. quod & Bart. hîc tradit: quāuis etiam ſi verbi proprietas id non ſineret, vt quia non intra cal. ſed calendis promiſſum eſſet, idem quoq; receptū ſit[10]: niſi cùm dies
II. fauorē quoq; creditoris reſpiceret[11]. licet aliud ſit fauore libertatis[12]. Sanè † & quoties
4 huiuſmodi dictio momentanei temporis termino adiicitur, eum non comprehendit ſi ſui natura diſtinctus à priore ſit, vt cùm ſubſtitutio facta eſt, ſi quis intra pubertatem deceſſerit: nam vel momento temporis cùm pubertas aduenerit, expirat conditio[13]. quæ ſenten
III. tia certius procedit: cùm quis dictione, *Ante*. vſus eſt[14]. Sed & ſi quis † promiſerit ſol-
5 uere ante menſem Ianuarij, ſtatim à cal. Ianuariis videtur cōueniri poſſe, vt dictio, *Ante*.
6 excluſiuè * accipiatur, idque propter communem loquendi vſum, vt Raphael Pont. Alexander cenſuerunt, ſecundum quem à principio nomen menſi tribui conſtat, ſicut & anno: quæ conſuetudo non noſtrorum temporum dūtaxat eſt, ſed & veterum fuit[15], vt meritò addiderit Iaſ. ita etiam iure noſtro reſpondendū eſſe. quod & Bal. cenſuit: nec aliter ſenſiſſe Bartolum ego interpretor, qui non de menſe Ianuarij, ſed de ſolo cal. die loquitur. in quo cal. ipſæ contineri debuerunt: ne creditor cum ſacco, (vt aiunt) paratus veniret[16].
IIII. Sed & infrà † ſubdiaconatū is dicitur, qui adhuc ſubdiaconus nō eſt[17]. nec enim mul-
7 tum differunt Infrà & Intra, niſi quòd Infrà ad locum & dignitatem, Intrà ad numerū &
V. ſpatium magis refertur[18]. Cæterùm † ego generaliter cēſuerim, quibus caſibus dictio,
8 *Vſq;*. * excluſiuè ponitur[19], iiſdem & dictionē, *Intra*. excluſiuè accipiendam, cùm ſupra
9 oſtenderim nil aliud eſſe Intra cal. quàm In calendas ſeu, Vſq; ad cal. In illis igitur caſibus non idem erit, Ante, ſeu, Intra cal. quod calendis. cùm calendis propriè ipſum calendarum diem ſignificet: at in ſuprà ſcriptis limitationibus ipſe calendarum dies non com-
10 prehenditur. Sicq; legis noſtræ regula reſtringitur. Sed quærit hîc Bart. quid ſi reo * data eſt dilatio, vt intra decem dies tale quid faciat, an ſi interim veniat, citandus erit aduerſarius? & concludit regulariter citandū eſſe: quia quāuis ſciat eum intra illud tempus venturum, probabiliter tamen ignorat, qua certa die, vel hora venturus ſit: & ideò niſi præciſè admoneatur, nihil damni incurret[20]. Vnde is, cui ſtatutus eſt terminus teſtiū exami-
I. nandorum cauſa, debet intra illum terminum particulariter citari[21]. Sunt † tamen ali
11 qui caſus, quibus hæc citatio neceſſaria non eſt. & in primis, cùm quis dilationē habuit actus momentanei cauſa, id eſt, vt veniret ad iudicem. poteſt enim quandocunq; intra illum terminum venire: verum Iudex eum dimittere non debet, ſed vſque ad finem termini retinere, vt interim aduerſarius ſaltem in fine dilationis adueniat: ne edictū circūduca
II. tur[22]. Sed & † ſi de ſola comparitione agatur, ne contumax videri poſsit, non vt alte-
12 ri damnum faciat, ſatis eſt intra dilationis tempus reum veniſſe, licet ſpecialiter actor vocatus non ſit[23]. quod Pont. Alexan. Iaſ. docuerunt. Vnde & productio iurium eodem modo fieri poteſt, citra tamen probationis effectum[24]: quia probatio nō à ſolius partis facto
13 pendet, ſed ius * quoq; aduerſarij imminuit. Quod intelligendū, niſi ea productio in fine dilationis fieret[25]: quia vtraq; pars ſemper monita intelligitur, vt vltima die termini adſit: vnde alia citatio neceſſaria non eſt[26]. ſatis enim dicitur quilibet citatus ex diei lapſu, quæ pro homine interpellat[27]. nec refert, an terminus à iudice præfixus ſit, an à lege cū

1 l. eum qui calendis. in fi. l. eū qui ita. ſ. qui ita. ſ. eod.
2 l. qui hoc anno. ſ. eod.
3 l. ſtipulationes non diuiduntur. ſ. pe. ſ. eod.
4 l. ſtipulatio iſta. ſ. in ſtipulationibus. ſ. eod.
5 l. tali ſ. de iur. dot.
6 c. cōmiſſa. e. licet canon. verſ. is etiam. de elec. in vj.
7 l. non ionem. in fi. de verbo. ſignifi.
8 l. ſi. C. de poſt. hær. inſti. l. j. ſ. quod diximus. de ſuc. edic.
9 l. ſi ita fuerit. ſ. finali. de man. teſt.
10 l. ſtipulatio iſta. ſ. inter certam. ſ. eod.
11 l. qui Romæ. in princip. ſ. eod. vbi Bar.
12 l. ſtatu liberos. ſ. Stich* annua. verſ. & ſi ſeruus. de ſtatu lib.
13 l. j. in princ. l. ſi ita quis. de vulg.
14 l. ſi quis id. verſ. & ſi. de iur. om. iud.
15 l. qui filiū. ſ. fi. ad Treb. verſ. & ſi antè. & ver. verbis teſtamenti. d. l. ſi ita fuerit. in princip.
16 l. quod dicimus. de ſolut.
17 c. j. de cler. coniug. vbi Abb.
18 ſ. qui autē. inſti. de exc. tuto.
19 l. patronus. ſ. Sempronio. de leg. iij. vbi Bartol.
20 l. aut qui. ſ. j. quod vi aut clam.
21 l. ſi quando. C. de teſtib. auth. ei qui. C. de temp. app.
22 l. & poſt edictum. de iudic.
23 glo. cle. quāuis. verb. infra dictum. de appel.
24 iij. q. ix. c. chartæ. Bald. Rom. l. ſi. C. qui admit.
25 d. l. ij. verſ. nec hoc parti. C. de temp. app. Alex. l. de vno. de re iud.
26 l. item illa. in princ. de conſti. pe. vbi Bart.
27 l. magnam. C. de cōmit. ſtip.

vterque eodem modo hoc caſu interpellet[1]:& ita aduerſus Aret. ſe habet communis ſen-
tentia. Sanè † & tunc citatione particulari opus non eſt, cùm ex more iudiciorum cer- IIII.
tus reddi aduerſarius potuit: vnde, ſi quis citatus ſit, vt tali die compareat, hoc ſufficit[2], & 14
intelligitur * citatus, vt compareat hora congrua, & conſueta[3]. quod intelligit Alexand. 15
etiam ſi dictum ſit, vt compareat ante horam nonam. non enim intelligitur quacunque
hora ante nonam, ſed ea tantum modò quæ ex more iudicij congrua ſit à qua ſententia
arbitror neque Bartol. diſsidere[4]. Solent tamen iudices ſcrupuli tollendi cauſa reum ci-
tare, vt tali termino compareat, & ſucceſsiuè ſingulis diebus & horis, qua de formula alibi
plenius[5]. Sed quid in citatione † generali dicemus? cùm ad omnes actus quis generaliter V.
vocatur ſeu ad totam cauſam? & receptum eſt talem citationem admitti & ipſo iure vale- 16
re[6], ſi abſque eam facta ſit, non denegetur appellatio: quod hîc Alexand. rectè cenſuit. Cen
ſetur autem iuſta cauſa, cum quis abſens longinquis in locis eſt[7]. poteſt enim talis per edi-
cta * quoque citari, poteſt & cogi, vt in vrbe ipſa ſedē eligat, ex qua in ius vocari poſsit. quæ 17
omnia diffusè alibi Bart. attingit[8] & recentiores tunc congerunt. Rurſus quærit Bart. quid
ſi iudex xxx. dierum dilationem reo conceſsit, quorum priores x. pro primo, alios x. pro
ſecūdo termino iuſsit eſſe, poſtremos verò peremptorios, ſi actor in vltimo termino ſolus
comparuit, reus verò in duobus prioribus ſolus adfuit, cui imputanda ſit contumacia? &
concludit † actorem, qui primis xx. diebus non comparuit ſolum contumacem cenſeri[9]: 18
lex enim tali caſu circunduci, ſeu rumpi edictum ait[10], ſuadétque id ratio: cū enim priore
in termino reus venerit, actor verò fuerit cōtumax, iam ad alios terminos reſpiciendum
non eſt, qui in caſum defectus primi, & quidem conditionaliter fuerunt[11], vt rei malitia
magis conuinceretur, non poteſt ergo actor ipſe reo moram vllam imputare[12]. Quæ I.
tamen concluſio † reſtringitur, niſi iudex velit actorem in tertiam vſque dilationem ex- 19
pectare[13]. Item † niſi tres hæ dilationes circa diuerſos articulos cōceſſæ fuiſſent[14]. Con- II.
tumacia enim in vno nihil in altero culpæ argueret[15]. Item † niſi ipſe reus receſsiſſet, 20 III.
non impetrata à iudice abeundi venia: non venia ſufficit in iudicium veniſſe, niſi quis per 21
māſerit donec iudici viſum[16] ſit. Item † niſi reus actoris contumaciam non accuſauerit, IIII.
huiuſmadi enim accuſatio infligendæ aduerſario contumaciæ neceſſaria eſt[17]. quę omnia 22
hîc impertinentia alibi diſputaui[18].

1 l. fortiſsimi. C. de erog. mil. ann. lib. xij.
2 c. cōſuluit. de offi. deleg.
3 glo. §. omnis. inſt. eod. tit.
4 Bar. conſ. clxxvj. pluries.
5 Bart. Extrauag. ad reprimendū. verb. per edictum. ad fi. doct. d. c. conſuluit.
6 l. iij. C. qui accu. gl. auth. qui ſemel. C. quo. & quando iud. verb. vocetur.
7 c. tum ex literis. in fi. de in integ. reſtit. c. cum olim. de dol.
8 Bar. d. verb. per edictum.
9 cap. i. de dol. & contuma. in vj. cum gloſſ.
10 l. & poſt. de iud. l. ex cōſenſu. in fin. de appel.
11 auth. iubemus. C. de iud.
12 Arg. l. qui bona. §. ſi quis quia. de dam. infec. l. vir bonus. iud. ſol.
13 glo. d. l. & poſt. in princ.
14 l. ſtatuliber. §. Stichus. de ſtatul.
15 gl. c. eū qui. de dol. in vj.
16 l. ſi quis decurio. C. de Dec. lib. x. l. ſcire. §. ſufficit. de exc. tut.
17 d. l. et poſt. & l. properādum. §. & ſi quidem. C. de iudic. & d. auth. qui ſemel.
18 c. j. de iudic.

### S V M M AE.

1 ☞ *Agi ante diem, & ſi obligatio nata ſit nō poſſe.*
6 *L. xiij. de verbo. obligationib ſenſus.*
7 *Moram ipſo diei lapſu fieri.*
8 *Interpellare adiecto, tacitóve die, opus nō eſt. & 9. 10.*

## LEX XIIII.

SI ITA STIPVLATVS. Stipulatio † facti tractum habentis non 1
ante committitur, quàm lapſo tempore, quo res fieri potuit. Sed vidēdum
eſt quid reſpectu obligationis, quid item reſpectu actionis, tādémque quid
reſpectu incurrendæ moræ. Et in prima quæſtione communis videtur eſſe
concluſio, vt etiam ante tacitā diem, quæ ex natura rei ineſt, oriatur obli-
gatio[19]. lex enim noſtra ſimpliciter ait, non antè agi, non autē negat, quin
obligatio confeſtim oriatur, & ab ipſo contractu cedat dies[20]. neq; enim dies ortū obliga-
tionis * impedire debet[21]. Videntúrque iura de hac re loquentia ſolam actionē ante tēpus 2
impedire non obligationē[22], ſed huic ſententiæ non pauci quoq; aduerſantur, vt Caſtell.
vt Porc. Imol. Aret. Iaſ. Dec.[23] Lex enim iſtos caſus iūgit, ſiue cōditio tacita ex natura rei
inſit, ſiue dies[24]. at in conditione tacita receptum eſt nullam ante eius euentum oriri obli
gationem[25]. Igitur & in die idem dicendū. nam & qui promiſit certo loco *, confeſtim cùm 3
ad eum locū venit, obligatus eſt[26]. quæ verba indicant nec quidem antè obligatū eſſe. Sua-
det id & lex noſtra, quę fideiuſſores ante non teneri ait. Quod quidem verbū ad obligatio
nem non ad actionē duntaxat refertur. Nec obſtat, quod dies * non ſit modus impediendæ 4
obligationis: quia id verum in die expreſsim à partibus præfixa, non in die, quæ ex natura
rei auctoritate legis ineſt[27]. Ego non arbitror à cōmunis ſentētia diſcedendū[28]; quia vide-
mus ante tempus * nouari hoc debitū poſſe[29], & ſpōtaneā ſolutionē ante talem diē factam 5
valere, nec conditioni indebiti locū facere[30]: quæ omnia contrà eſſent, ſi obligatio nō fuiſ-
ſet nata. Dicendū ergo eſt reſpectu effectuum. qui à voluntate promiſſoris pendent, eſſe na
tam obligationē: aduerſus verò eius voluntatē cenſeri non eſſe natā, nec inuitū ante diem
teneri. Sequens quæſtio, varia altercatione cōtrouertitur. fuerūt enim qui omnino ſupra-
ſcriptis aduerſarentur & non ſolùm obligationē, ſed actionē quoque ante diem naſci cre-
diderint[31], licet agenti obſtet exceptio, ſicut & in die expreſſa receptū eſt[32], vt Rain. Sal. &
quandoq;. Aret.[33] Sed Bar. cōtrà: quē cæteri ſequūtur. Cùm enim dies hîc inſit, ex poteſtate
legis impediri actionē cenſuit[34]: vnde lex noſtra ait non ante agi[35]: Et alibi, properā agi[35],
ideſt, nullo modo, & pręter debitū[37]. At Paul. Caſt. diſtinguēdū putat: vt ſi ad id, quod inte-
reſt, agitur, expectāda omnino ſit dies, veráq; ſit cōmunis ſentētia, ante diē enim nō oritur
actio,

19 l. ij. §. ſi quis. iij. de eo quod cer. lo.
20 l. quoties. verb. cedunt tamen. de ope. lib.
21 l. obligationum ferè. §. placet. ſ. tit. j.
22 l. interdum. in princ. l. exiſtimo. in fi. ſ. eodem.
23 Iaſo. d. l. interdum. Dec. l. in omnibus. de regul. iur. Imol. l. ita ſtipulatus. q. ij. ſ. eod. l. Porc. §. omnis. inſt. eod.
24 d. l. interdum. vbi Iaſo.
25 l. item quia. §. j. de pact. vbi glo. & Bart.
26 l. cōtinuus. §. cum ita. in fin. ſ. eodem. vbi Aret.
27 Arg. l. cerdonem. de op. lib.
28 d. l. quoties.
29 l. ſi Stichū. §. j. de nouat.
30 Arg. l. nam ſi cum moriar. de condic. indebi.
31 l. qui mandatum. mand. l. j. in fi. quan. dies vſuſfruc.
32 §. temporales. Inſtit. de except.
33 d. l. ita ſtipulatus. ij. q.
34 d. l. cerdonem.
35 d. l. interdum. in princ. vbi Bart. l. ſi tutor. in fin. de tutel. & ra.
36 d. l. iij. §. ſi quis. ij.
37 l. ij. de auct. tuto. l. fi. C. de ſenten. excom.



actio, cum nō niſi lapſo die lex facti obligationem in id, quod intereſt, vertat.[1] ſi ſtipulator
ad factū ipſum agere velit, poſſe etiam ante diem experiri[2]. Sed hāc ſententiā Alex. Aret.
Iaſ. reprobant. Violat enim ea iura quæ dicunt poſt diem duntaxat agi ſeu actionem na-
6 ſci,[3] & maximè † legē noſtram quæ etiā in obligatione facti ex teſtamento proueniente
loquitur, in qua cōſtat præciſè hæredē cogi poſſe, nec eius qđ intereſt ſolutione liberari,[4]
poſſet tamē Pauli ſentētia tūc defendi, cū ex eo capite agitur: quia opus inchoatū non ſit:[5]
tali enim caſu omnes fatētur ad id, qđ hoc nomine particulariter intereſt ſtatim agi poſſe,
nec regulę legis noſtrę locum eſſe quod an verū ſit, alibi attingamus[6] idémque videretur,
ſi mora hæc particularis extingeret ſpem omnē rei faciēdę auferrétq; commodū totius
ſtipulationis[7] licet ſecus eſſet in die quā expreſsim partes adieciſſent[8]. In vltima quęſtio-
7 ne † quomodo cōmittatur mora, cōmunis eſt ſententia ſtatim, lapſo tempore, quo res fieri
potuit moram cōmiſſam cenſeri: quāuis alia interpellatio non pręceſſerit, quia ſicut dies
expreſſa interpellat[9] ita & hæc quæ tacite ex natura rei ineſt. Hincque adnotat Alexand.
quamuis in obligationibus facti momētanei vt quis in mora cōſtituatur neceſſaria ſit in-
terpellatio,[10] tamē ſecus eſſe cū de facto tractum habente agitur. Cùm enim iam à princi-
pio nata ſit obligatio[11] in eáq; tacitè inſit dies, alia interpellatione opus non eſt[12]. Sed Iaſ.
hîc ſtat cōtra. neceſſariámq; adhuc hoc caſu interpellationem cēſet, quia dies incerta ne-
8 minem in mora conſtituit[13]: verùm † ego nō arbitror hāc diem rectè poſſe incertam dici.
Cùm ex qualitate rei ſatis diiudicetur, quanto tempore ædificari domus valeat[14]. Vnde ſi
quis promiſerit ſe curaturū, vt Titius cū erit legitimę ætatis, ratum habeat: quāuis de facto
Titij momentaneo agatur, tamē neceſſaria adhuc nō erit interpellatio, quia promiſſoris
cura ractū habet: ſed mora ſtatim aduerſus eū, ſi ætatis conſcius ſit cōmittitur: vt aduerſus
Decium à Soc. reſponſum extat, & alibi latiùs diſputatū eſt[15]. Dies enim tali caſu non di-
citur incerta: & cū eam debitor prouidere potuerit, nulla eſt ratio, cur interpellatio ſit ne-
ceſſaria[16]. Dixerit aliquis, cū in obligatione dādi neceſſaria ſit interpellatio, cur & in hac
facti ſucceſsiui idē non eſt dicendū, quæ laxior eſt, & in qua nō adeo pręciſè & duriter agi-
tur[17]? Sed ego nec in obligatione quidē dādi neceſſariā interpellationē crediderim, quan-
9 do in ea dies tacitè ineſſet[18] †. Fortius ergo vrget, ꝙ & obligatio momentanei facti habet
diem tacitā, nēpe vt pręſenti die præſtetur[19], & tamē abſque interpellatione nō cōmittitur
mora[20]. Sed aliud eſt in præſenti die, qui ex legis diſpoſitione inducitur, aliud in die, quę ex
10 natura rei ineſt vel ex cōtrahentiū diſpoſitione, mitius enim cū lege agitur[21]: † vnde ſi pro-
miſſor nominatim pręſenti die facturum ſe dicat non videtur neceſſaria alia interpellatio
quin in mora conſtituatur[22].

1 l. ſi quis ab alio. in fi. de re iud. l. ſtip. nō diuid. verſi. Celſus. ſ. eo.
2 gl. l. ij. §. itē ſi in facto. ſ. eod. in glo. j.
3 d. l. interdū. d. l. quoties.
4 l. fideicommiſſa. §. fi. de lega. iij.
5 d. l. continuus. §. item, qui inſulam.
6 d. l. ſtip. non diuid. in fi.
7 l. ij. de ann. leg.
8 l. in illa. ſ. eo.
9 l. magnam. C. eod.
10 l. ſi ex legati. ſ. eo.
11 d. l. quoties.
12 Bart. l. ita ſtipulatus. ij. q circa med. ſ. eo.
13 l. qui Romæ. §. flauius. ſ. eodem.
14 d. l. continuus. §. itē qui inſulam.
15 Dec. conſil. ij. Soc. conſil. xxiij. La. c. ſ. §. Cato.
16 l. j. ver. niſi fortè. de pen. leg. vbi Bart.
17 l. vbi. in fi. ſ. eo.
18 l. ſi duo. gl. pe. de conſti. pec. Bar. d. l. ita ſtipulatus. d. q. ij. circa med.
19 d. l. in omnibus.
20 d. l. ſi ex legati.
21 l. Celſus. de arb.
22 ar. l. talis. de leg. j. Bald. Ci. Imo. l. ſi in diem. in fi. de condi. & demon. Alex. l. iij. de leg. j.

### S V M M AE.

1 ☞ *Promiſſori dilatio omnino ex ceptis caſibus, redintegranda. 3. 4. 5. 6. 8.*
7 *Perit res promiſſori pacto culpa, & in ſuo ſita.*

## LEX XV.

1 ET IDEO. Qui ergo aliquid † in diuiduū promiſit, parte caſu fortui-
to extincta, integrā dilationē conſequitur. cuius rei illa eſt ratio, q̄a caſus
2 iſte ſuperueniens omnē priſtinā diligentiā extinguit, meritò reſtitui * in-
tegrum tēpus debet[23]. alias enim eatenus ſolū reſtitutio fieret, quatenus
quis læſus fuiſſet[24]. Vnde ei cui menſtrua dilatio ad probandum cōceſſa
erat, ſi circiter menſis finē acta perierint, dilatio integra alterius menſis
erit concedenda. qđ hîc Bar. cenſuit, & ego probo: niſi ex tali caſu ius ipſius nō perimere-
tur, ſed differretur[25] tātū. Itē, niſi primo illo in mēſe aliquibus diebus negligēs fuerint. illi
enim non reſtituentur. qđ alibi idē Bart. ſcripſit[26]. Vnde nec alij teſtes examinabūtur, quā
I. qui prius interrogati fuerant. quod Pont. hîc tradit[27]. Procedit † ergo legis noſtræ cōclu-
3 ſio, niſi culpa aliqua aut negligentia imputari promiſſori poſsit. Quid enim ſi eius culpa
II. excitatū eſſet incendiū[28]? Item procedit † niſi ex mutatione tēporis mutaretur rei pro-
4 miſſæ ſubſtantia: verbi gratia, Promitto tibi cētū operas continuas ab hac die in bienniū.
Si enim impediar hoc anno, non reſtituetur alius annus[29]: quia operæ ex curſu temporis
mutantur, nec videntur eædē[30]. quod in Doctore reſponſum extat qui per bienniū operā
5 profeſſoriam promiſerat[31] †. idémq; in prætore, qui electus fuerat, vt ſuo periculo in proxi
mū ſemeſtre gereret: eo enim lapſo, nō reſtituetur tēpus. qđ intelligit Bart. cū ex natura rei
vel aliter cōſtabat tēpus proximū & cōtinuū illi præfixū fuiſſe[32], alias enim ſi quis in gene-
re promittit operas quinque annorū cum non dixerit proximorū, poteſt etiā interpollatis
vicibus id tēpus ſeruire[33], ꝙ ſi proximorū dixiſſet tunc nec fauore quidē libertatis cōiun-
gerentur tēpora[34]. licet Pont. Aret. Feli. aliter ex Pauli reſponſo docuerint[35]. qđ variis mo
dis ab Accur. cæteríſq; diſſoluitur. Ego eū qui in fuga eſt adhuc ſeruire dici arbitror, quo-
ties conditio in cōtractu emptoris fauore adiecta eſt, id enim pactū pars pretij eſt. vnde li
bertas ex fuga tali caſu nō impeditur, ſed ſatis eſt ſi id qđ intereſt, repēdatur[36]. quod ſecus
eſt in

23 ar. l. ij. de ann. leg.
24 l. ab hoſtibus. in fin. ex qui. cau. ma. c. le. i. in fi. de reſtit. in integ. Alex. l. fin. ſ. de fer.
25 gl. c. pia conſideratione. verb. octo dierum. de excep. in vj.
26 l. admonēdi. verb. quib. ſolis. de iureiur. vbi Bartol.
27 doct. d. l. fi. de fer.
28 l. ſi vendita. de peric. & com.
29 l. ſi vſuſfructus mihi in biennium. de vſufr. leg.
30 l. ſi nō fortē. §. libertus. de condi. indeb.
31 c. fin. in fin. de iudic. vbi Abb. & Fel.
32 l. fi. §. quoties. de publica. vbi Bart.
33 l. ſeruus qui teſtamento. §. j. de ſtatu.
34 l. Thais. §. intra. de fid. lib.
35 l. Paulus. §. eam. de lib cau.
36 l. j. de act. emp.

eſt in conditione ſeruiendi teſtamento aſcripta [1]. Et hinc † conſequens eſt,vt ſi in lege III.
noſtra promiſſor nō principaliter domū ædificare,ſed centū operas cōtinuas in ædifican- 6
da domo proximis diebus ſpopōdiſſet,nulla tēporis reſtitutio ei fieret [2]. Sanè dubium
non eſt aliter quoq; quàm per reſtitutionē impedito prouideri,vt quia ei detur actio aduer IIII.
ſus eū,qui impediuit [3].& ideo in caſibus q̄bus reſtitui quis nō poteſt,non cenſebitur tamen
excluſus,quin in id qđ intereſt agere aduerſus impediētē poſsit [4]. Quid ergo in caſu le- V.
gis noſtræ vt cōcedamus promiſſori integrū tēpus reſtitui †,an dānum quoq; incendij ad 7
eū pertinebit,an verò ad ſtipulatorē. Et ſi promiſſor ſuſcepiſſet in ſe periculū,nō eſt du- I.
biū in primis qđ actū eſt attēdi [5]. Sed & ſi culpa promiſſoris incendiū ortū ſit,idē eſſet,vt II.
periculum ad promiſſorē pertineret [6]. Addit Raph. Com.idē quoq; eſſe in contractibus III.
ſtricti iuris,qđ intelligit Fulg.cū ex cauſa lucratiua cōcepti ſunt [7].ſi enim ex cauſa onero-
ſa,vt quia ꝓmiſſor ex pecunia creditoris operari deberet,ſecùs eſſet:qđ & Iaſ.cēſuit [8].quæ
ſententia dubia eſt:ne melioris ſit cōditionis is,qui locat operas,q̃ is,qui donat:cùm fauo-
rabilior interpretatio ſoleat pro donāte fieri [9]. Ego illud quoq; probabile duxerim, vt ſi IIII.
in fundo ſtipulatoris ędificij pars facta ſit,eáq; caſu fortuito perierit,ipſi domino pereat [10].
ſi verò in fundo promiſſoris,ad ipſius promiſſoris donū pertineat. Cōmunior tamē † re- V.
ceptiórq; eſt Bart.ſentētia,vt ſemper ei qui domū ædificare ꝓmiſit,reſtituatur tēpus:quo- 8
niam promiſsio hæc diuiſionē nō recipit [11].& quāuis partē * fecerit,nihil feciſſe cēſetur [12]. 9
damnū tamē in ea parte naturaliter cōtingēs regulariter ad creditorē pertineat,q̄ expen-
ſas reſarcire teneatur,vel aliàs id promiſſori reputare.& hoc eſſe quod lex ait,periculum
in naturali contingens ad locatorem pertinere [13].

S V M M AE.

1 ☞ *Alternatorum vno ſtipulatoris effecto, alterum niſi ex cauſis, deberi. 4. 5. 6. 7.*
2 *Manus manci amputabilis.*

LEX XVI.

SI STICHVM. Si alterum qđ diſiunctū † debetur, ſtipulatoris effi- I.
ciatur:non tamen liberatur promiſſor:niſi alterum,qđ ſupereſt,ſoluat.Cu- 1
ius rei illa eſt ratio:quia,vt aliàs admonui,alternata obligatio cōditionali
ſimilis eſt [14].vnde ſi dixero, *Stichum nō dabo, Pāphilum dabo*,& ſtichus effectus
ſit tuus iam verū eſt nō dare me ſtichum:igitur Pāphilus debebitur tanquā
conditio euenerit. Quo caſu ſtipulatio pro pura habetur [15]. Ampliùs cen
ſuit Bal.huic concluſioni locū eſſe etiā in pœnis:vnde ſi lex criminis † dicat dextrā aut ſi- 2
niſtrā manū reo amputādā,is q̄ mācus ſit,nō ideo pœnā euadet,ſed quę ſola illi ſuperſit ma
nus,excidetur [16].Quod Io.And.diſputauit & regulariter verū eſſe ꝓꝓ verba legis integros
à mācis nō diſtinguētia ego arbitror.In delinquentis eñ pœnā nō admitteretur ea allega-
tio,ꝙ deterior ſua fieri nō debeat cōditio,q̄a mācus ſit,cui hoc modo vtraq; manu eſſet ca
rendū [17]. Procedit rurſus cōcluſio etiā in perſonis [18].vnde ſi q̄s alternatim ad duos * iudi- II.
ces prouocat,cēſebitur is ſolū iure nr̃o appellatus,q̄ appellari gradatim debuit,nō autem 3
alius qui nō debuit [19]:qđ idē Io.An.cēſuit [20]. Sed & ſi quātitas aut factū alternatiuè debe III.
retur,idē eſſe Aret.rñdit [21].ſubeſt enim ſemper eadē rō. Nec refert in caſu legis nr̃æ,quo- IIII.
modo alterū mancipiū ſtipulatoris effectū ſit [22]:ſiue enim ex cā oneroſa,ſiue etiā ex lucra-
tiua ad eū peruenerit,idē eſt qđ Accur.Din.cæteríq; oēs cēſuerunt [23]. Sed & ſi vna dum- V.
taxat res deberetur,quæ efficeretur ſtipulatoris,cōſtat ꝓmiſſorē adhuc à re nō omnino li-
berari,ſed pretiū qđ hoc nomine ſtipulatori abeſt,præſtare debere [24].qđ Rap. Alex.cæte-
ríq; tradiderunt.Sunt tñ aliqui caſus quibus ſupraſcripta legis noſtræ concluſio reſtringi-
tur. Et in † primis,ſi altera res diſiunctim debita ſtipulatoris effecta ſit,q̄a eam promiſſor I.
ſoluerit,nō eſt dubiū totā obligationē extingui [25]. Idē ſi † ſtipulator in mora accipiendi 4
fuérit,rèſq; oblata interim perierit [26].aliàs eñ morte rei alternatim debitæ nō liberaretur II.
promiſſor,ſed adhuc regulæ legis noſtræ eſſet locus [27]. Sed † & qui rē alternatim debitam 5 III.
non petere promiſit,ab altera quoq; videtur debitorē liberaſſe [28]. Illud quoq; receptum 6
eſt,vt altera re ſtipulatoris effecta poſsit promiſſor liberari,ſi malit eius æſtimationē offer IIII.
re,vt quia ſit vilioris p̄tij,q̃ alterā rē,quæ apud ſe remanſit dare [29].qđ ea rōne Accur.hic tra
didit,ne cōpellatur promiſſor,vt rem meliorē det,qui propter electionē quā habebat,dare
deteriorē potuit.Probātq; id omnes:& verū eſt,niſi cū promiſſor pretioſiorē ſoluēdo nō tñ
dānū pateretur [30].Nec dubiū eſt,quin ſupraſcripta ſentētia ſaltē in legatis vera ſit,in qui-
bus propter p̄ſtationis difficultatē facilius lex cōcedit ęſtimationē ſolui [31].qđ tñ Doct.etiā
ad contractus trahūt: Et hinc cōſequens eſt,vt ſi hæc res iterū in promiſſoris poteſtatem V.
reuertatur,poſsit eā ſoluere.Cùm enim eius æſtimationem dando liberari potuerit,multo
fortiùs rē ipſam ſoluēs liberabitur [32].qđ Rap.Alex.Iaſ.hic cēſuerunt,aduerſantiúmq; ſen-
tentiam reſtringunt,vt tū demū procedat,cùm tempore ſtipulationis res ipſa alternatim
promiſſa ſtipulatoris erat.Cùm enim à principio in ea nō conſtiterit obligatio,non poteſt
vnquam

1 l.cum hæres.in fi.de ſtatu lib.
2 d.§.quoties.vbi Bart.
3 l.ſi de fundo.de vi.arm.
4 Bar.d.l.ſi vſusfructus.& l.ſi prius.q.x.de op.no.
5 l.opus.loc.
6 d.l.ſi venditæ.
7 ar.l.noſtræ.
8 l.Martius.vbi Fulg.loc.
9 l.Neſennius.de re iudi.
10 l Pignus.C.de pig.act.
11 l.in executione.§.ſecunda.ſ.eo.
12 l pe.in fi.C.de his quib. vt indig.
13 d.l.Martius.d.l.opus. ver.ſi tamen.
14 l.cum ita.de opt.leg.
15 l.fi.§.fi.de vulg.vbi Iaſ.
16 Bald.auth.ſed nouo.C. de ſer.fug.Bar.l.vulgaris.in prin.de fur.
17 gl.l.antep.ad l.aquil.
18 l.item ſi ſeruus.in fin.cū ſeq.ſ.tit.ij.
19 l.Imperatores.ſ.de app.
20 Io.Andr.reg.in alternatiuis de reg.iur.in mercur.
21 Are.cōſi.cxxj.dub.l.iiij.
22 l.nō quocunque.de leg. j.§.fi.
23 l.ij.hic.
24 l. plane.j.§.j. verſ. quòd ſi rem.de leg.j.
25 l.ſi vnus.§.ſed ſi ſtipulatus.de pact.
26 l.ſtichū.in prin.de ſol.
27 l.iij.§.qui ſtichū. de eo quòd cer.lo.l.ſi in emptione.§.pe.de contra.emp.
28 d.§.ſed ſi ſtipulatus.
29 l.cum res.verſ.ſed ſi ſtichus de leg.j.
30 d.l.antep. ad leg.aquil.
31 l.non dubium.de leg.iij. in fin.
32 l. fideiuſſor euictionis. de dol.excep. Barto.l. quod te.ſi cer.pet.



vnquam ſolui [1]. attenditur enim principiū, ídq; & ego probo. Addit Paul. Caſt.tū quoq;
7 reſtringi,cum hæc † res in promiſſoris poteſtatē reuerſa prius ex cauſa lucratiua ad ſtipu-
latorem perueniſſet.nō enim iterū ei ſolui ex alia lucratiua cauſa poterit [2].quæ ſententia
quāuis Alex.nō placuerit,probabilis eſt.nā & videmus in obligatione generis,cùm regula
8 duarū cauſarū lucratiuarū obſtat,nec ſtricto iure,nec ex æquo & bono eū * ſolui poſſe,q̄ ſe
mel creditoris ex tali cauſa fuerit [3].cū tñ ſecus ſit,ſi ea regula nō impediat [4].tūc eñ aduer-
ſus rigorem iuris,id eſt,( vt lex ait, ) vi ipſa poſſet eadem res ſolui [5].Sed hæc alibi fuſiùs.

S V M M AE.

1 ☞ *Annuā ſtipulationem & legatum diſſidere. 12.*
2 *Annua ſtipulatio ex cauſſis multiplex. 5. 6. 8. 9. 10. 11.*
7 *§. Stipulatio. ſenſus. 16.*
13 *Stipulatio annua tranſmiſſibilis.*
18 *L. ſancimus. §. fin. de donat. C. explicari.*
19 *Legatum certis caſibus non multiplicari.*

1 §. STIPVLATIO. Stipulatio † annua vna * eſt,& perpetua,ideóq; incerta,legatum
2 verò nō.Vnde cōſequens eſt,vt totius ſtipulationis vtilitas ſecundum tēpus contractus at-
3 tendatur [6],& talis ſtipulatio * ad hæredes trāſmittatur,cùm in legatis ſit ſecus [7].in eis enim
obligatio primo anno pura eſt,ſequētibus cōditionalis,& ideo ad hęredes nō trāſmittitur [8]:
qua rōne & p̄ſcriptio xxx.annorū à tēpore ſtipulationis inciperet:cū in legatis aliud ſit [9].
ſic & mora abſq; interpellatione ſingulis annis in ſtipulatione cōmittitur,quia obligatio à
principio orta eſt [10].at in legatis oportet lapſis ſingulis annis hæredē interpellari: q̄a eodē
tempore nō poteſt obligatio naſci & mora cōmitti [11].Sed quęnā eſt differētia inter ſtipula
tiones & legata ratio?& plures adducuntur,quas cōmodiùs libro Paradox.1.cap.xv.confu
taui,eámq; ſequutus ſum,quæ veterū ante Accu.fuit:nēpe quia in ſtipulationibus ad verba
pręſertim attēdimus:in legatis ad teſtatoris voluntatē.At verba ſtipulationis vnica conce
ptione prolata ſunt [12]:in legatis multæ ſunt pręſtationes,quæ voluntatē teſtatoris ſecundū
I. ſingulos annos diuidunt,meritò ex ſtipulatione vna tm̃ naſcitur,ex legato plures [13]. Et
4 hinc † cōſequēs eſt,vt perpetua nō ſit hæc cōcluſio.vnde ſi verba ſtipulationis per diuiſio-
nem tēporū cōcepta ſint,puta, *Annua, bima trima die dare ſpondes?* plures erūt ſtipulationes [14].
II. ſicut enim expreſsio pluriū rerū facit,vt plures cēſeantur ſtipulationes,ita & expreſsio tē-
5 porum [15]. Sed † & quoties quis ſtipulatur rē perſonæ ſuæ cohærentē,vt quia aliquid à ſe
pręſtandū ſit,tot dicuntur eſſe ſtipulationes quot anni [16].vt ſi quis pro operis ſuis certā pe-
cuniam in annos ſingulos ſtipulatur,vt cū quis ſtipulatur habitationē [17]:& ea enim perſo-
III. næ cohæret [18]. Generaliùs † cēſuit Alex.vt quoties in ſtipulationē id deducitur,qđ ſui na
6 tura ad hæredes nō trāſit,tot ſint ſtipulationes,quot anni [19].vnde ſi promitto tibi x.annua
ad alimēta,plures erunt ſtipulationes:quia alimēta ad hæredes nō trāſeunt [20], ſed hæc ego
probare non poſſum [21]:quia idē Alex.alibi aliud cenſuit [22],Accurſiúſq; qui in ſtipulatione
annua ſubaudiri vitæ tempus credidit,huic ſentētiæ aduerſatur,quē & Bart.& cæteri ſaltē
eo caſu ſequūtur,quo ꝓmiſsio pauperi facta ſit.nā & nulla eſt ratio,cur ideo multiplicetur
ſtipulatio,q̄a in ea præſtari aliquid perſonæ cohærens actū ſit,imò palā eſt non ſtipulatio-
nem tantū,ſed & legatū quo hæres dānatur,ſinere Titiū in illa domo habitare nō multi-
IIII. plex,ſed vnū eſſe [23]. Quid ergo cēſendū?& putauerim † declarandā legis noſtræ regulā,
7 vt ſtipulatio quidē annua ſit [24],ſed tamē eius pecunia ſeu cōmoditas ſecundū annos ei ac-
quiratur,ad quē ratio iuris eā trāſfert,ne quiſquā in re ſua dānū patiatur [25],cū enim operæ
finito vſufructu dño debeatur,pecunia à ſtipulatore hoc nomine promiſſa ad eū pertinet:
qua ratione & ſi Doctor in quadrienniū operas ſuas profeſſorias Reip.locauerit certámq;
mercedem in annos ſingulos ſit ſtipulatus vna eſt ſtipulatio,licet cōmoditas diuiſionē reci
piat propter mutui oneris naturā.Vnde ſi interim moriatur,ad hæredes nō trāſmittet niſi
V. eius anni ſtipendiū,quo dies,ſe viuo ceſsit [26]. Verior ergo limitatio eſt,quoties ſtipulatio
8 annua non purè,ſed diſiunctim cōcepta eſt.tunc enim q̄a alternatim † vtrumq; in obliga-
tione eſt [27],ſequitur vt duplex quodāmodo cenſeatur ſtipulatio:& ideo in huiuſmodi obli-
gationibus alternatiuè cōceptis permiſſa eſt nō ſolùm à principio,ſed & ſingulis annis va
riatio [28].nō ergo ſecundū numerum annorū multiplicabitur ſtipulatio,ſed ſecundū res al-
ternatim promiſſas [29].ꝙ ſi ſimplex ſeu pura ſit obligatio,nullus erit neq; diuiſioni,neq; va
VI. riationi locus [30].ꝙ & Iaſ.poſt Accur rectè tradidit [31]. Sanè in † donationibus, quantum
9 ſit inſinuationis reſpectu,cōſtituit Iuſtinianus ſtipulationē annuā,donec quis vixerit con-
ceptam vnam nō cenſeri,ſed plures [32].In inſinuatione enim nō forma verborum ſtipula-
tionis,ſed pręſtationes ipſæ reſpiciuntur,ꝙ ſi hæredū adiecta fuerit mentio,nec vitæ tem-
VII. pus ſit adſcriptū,tunc ſecus eſſet, & adhuc regulæ legis noſtræ adhæreremus. Sed quid
10 ſi † legatū annuū relictū ſit,legatariúſq; illud ſibi dari ſtipulatus ſit,& ſi cautione præto-
ria hæres ſpopondit,videretur nō vnā cenſeri ſtipulationē,ſed plures:quia ſcilicet,hoc ca
VIII. ſu naturā legati ſtipulatio imitatur [33].qua de re alibi. Sed † q̄d rurſus,ſi ſtipulatio annua
11 concepta ſit hoc modo? *Promittis,hoc anno centum & tantundē deinceps ſingulis annis,donec viuam?*

 & quia

1 l.qui decem.§.ſtichum. de ſol.
2 ar.l. exiſtimo.ſ.eod. verſ. aut ſi hoc.
3 l. Meuius. §. duobus. de leg.ij.verſ. vt quod ab initio.vbi Bar.col.v.ver.ij.oppono.
4 d.l.qui x.§.Stichum.ij.reſponſo vbi Bart.
5 l.j.de ſtatul.
6 l.Si filius.in prin.ſ.eo.l. ſenatus.in fi.de dona.cauſa mor.
7 l.cum in annos.de ann. leg.
8 l.vnica.§.fin autē. C. de cadu.tol.glo.§.ex conditionali.inſti.eo.
9 gl.l.cū notiſsimi.§.in his etiā.C.de præſcr.xxx.ann.
10 l.ij.C.de iur. emph. Iaſ. hîc.
11 l.quod dicimus.de ſol.
12 l.ſcire.ſ.eo.
13 d.l.cū in annos.& ſ. quādo dies leg.ce.
14 l.pluribus reſpōſ.ij.ſ.eo.
15 d.l.ſcire.
16 l.ſi ſeruus.iij.in fi.de ſti. ſeruo.vbi Bar.
17 l.ſi ſterilis.§.fi.de actio. emp.
18 l. ſicut. in fi. quib.mod. vſufr.amit.
19 l.ſi ex toto.§.fi.de leg.j. vbi Din.Iac.Bal.Imo. Ang.
20 l.cū hi.§.modus.de trāſ.
21 ar.§.at ſi ita.Inſt.eo.
22 Alex. d.l.ſi ex toto.§.fi.
23 l.dānas eſto.in princ.de vſufru.leg.
24 l.ſi à colono.in princ.de fideiuſ.
25 d.l.ſi ſeruus.in fi.vbi Oldra.
26 l.poſt duos.in fin.C. de aduo. di.iudiciorū.l. diem. de off.aſſeſ.vbi doc.
27 l.ſi duo.ſ.eo.
28 d.l.ſi ſterilis.§. fina.vbi Fulg.
29 glo.d.l.ſi ex toto.§.fin. vbi Iaſ.
30 Bar.l.ſcire.ſ.eo.
31 d.§.fi.doct.l. eū,qui certarum.in fi.ſ. eo.
32 l.ſancimus.C.de. don.§. fina.
33 l.j.§.ſi ſub cōditione.vt leg.no.ca.

& quia hoc caſu expreſſum eſt quod tacitè legato inerat [1],videretur non vnā eſſe ſtipula-
tionem.nec eñ vna eſt verborū conceptio [2]:arbitrarer tñ ego duas tñ eſſe alterā præſen-
tem huius anni,alterā omniū ſequentiū.Suprà eñ cōcluſum eſt adiectionē vitæ non face-
re,vt ſtipulatio annua ideo minus ſit vna [3].nec dictio,*Singulis*.quæ vna cōceptione omnes
annos cōplectitur [4],facit vt ideo plures ſint ſtipulationes:cùm plurimū referat,an diſtin-
ctis ſpeciebus,an diſtributiua generali quid enunciatū ſit [5].Sed magna eſt altercatio,an ſti-
pulatio annua ſimpliciter cōcepta ad vitā ſtipulatoris reſtringatur?& cõis eſt ſentētia non
reſtringi,quia lex noſtra dicit eſſe perpetuā:cū ſecùs † ſit in legatis,quæ ad vitā reſtringun- 12
tur [6].nam & regula eſt,† quod ſtipulationes ad hæredes tranſeunt [7]:à qua non conſtat an- 13
nuas ſtipulationes excipi.Sed & ſi expreſſim quis ſtipulatus ſit donec viuat,tamen adhuc
perpetua mero iure eſt ſtipulatio [8],niſi ꝙ propter illa verba dat exceptio.at ſi ea verba ad-
iecta nō ſint,nulla eſt ratio,quin hæredibus quoq; cōſultū cēſeatur. Nec me mouet legato I.
rum exēplū,quæ ſi annua ſint,conditionē * vitæ habere exiſtimantur [9]:ꝗa lex huiuſmodi 14
legata interpretatur cauſa alimentorū relicta eſſe,quæ ſui natura ad hæredes nō trāſeūt [10].
vnde ſi cōſtaret ob aliā cauſam relinqui,ſecus eſſet [11].faciliúſq; in legatis cōditio ſubaudi-
tur,quæ ſolius teſtatoris facto deferuntur veriſimiliter hæredē ſuū in minimo grauare vo-
lentis [12],q̃ in ſtipulationibus,quas quis ſua induſtria ſibi cōcipit [13],& in ꝗbus à verbis non
recedimus:vnde qui ſtipulatur,ius ſibi acquirit qđ in hæredes tranſmittitur:at huiuſmodi 15
legata * lex ait eſſe facti [14]. Nec quicquā refert,ꝙ hoc modo res in infinitū deberetur, II.
quia cū verba ſecundū ſui naturā expreſſim hoc velint,ab eis nō eſt diſcedendū,toleran-
dáq; potius hæc eſt infinitas [15].qđ & lex † nr̃a ſentit,quæ nō alia rõne talē ſtipulationē in- 16
certam appellat,q̃ quia ad infinitū vſq; progreditur,cuius nulla eſt certitudo [16],vt Raph.
Alex.Iaſ.interpretantur.vnde ex ea ſtatim agi poteſt etiā pro tēpore futuro:qđ incertum
eſt,condēnatióq; in omne tēpus fiet,licet executio in ſingulos annos ſuſtineatur [17]. De- I.
fendi tñ alia ſentētia poſſet,quoties pauperi facta eſt annua promiſſio,tāquā tunc ob ali-
mēta * videatur facta,quæ morte finiuntur [18],& ita ſe habet cōmunis opinio.Ego quoties 17
fauor pauperis hoc ſuaderet,accipiendā eam interpretationē faterer: at deteriorē paupe-
rum,quā diuitū in hoc cōtractu cōditionē eſſe nō temerè crediderim:vt hi ad hęredes ſti-
pulationem annuā tranſmittant,pauperes nō tranſmittāt.Adde ꝙ legatū annuū lex ſim-
pliciter cauſa alimentorū fieri interpretatur [19],nec pauperes à diuitibus diſtinguit,cū di-
uites quoque ad inopiam redigi,& etiā deportari poſſint.quo caſu eorū intereſſet tale lega
tum conſequi [20].cōtractus verò annuos nuſquā legitur ex cauſa alimentorū factos cenſeri
quod & Bal.tradidit.Sunt & ꝗ defendi eā ſententiā in donationibus ex lege Iuſtiniani ar- 18
bitrentur [21]: ſed † ea lex decidit quidē quid qñ actū eſt,vt intra vitā perſonarū ſtetur,quid
rurſus cùm hæredum mentio facta eſt,quid autem in dubio reſpondendū ſit,non explicat:
vnde à regula recedendum non videtur,vt ſtipulatio ſit perpetua [22].

LEGATVM. Igitur legatū annuū per ſingulos annos multiplicatur:cū primo an-
no ſit purū,ſequentibus verò cōditionale,donec legatarius vixerit [23].quæ tamen cōcluſio
quandoq; † non procedit,vt quādo ob cauſam alimentorū relictū nō eſt certámq; tempo- 19
ris pręfinitionē habet [24].Idem ſi teſtator ipſius hæredis contēplatione legatū in pręſtatio-
nes annuas diuiſiſſet [25]. Sed et qui vſumfructum fundi legat,licet conditionē id legatū ha-
beat donec fructuarius vixerit [26],non tamē plura legata,ſed vnū tantū feciſſe cenſetur [27].
quod Caſtr.Alex.cæteríq;,Aret.excepto,rectè exiſtimarunt,quæ ſententiā multò magis in
legato procedit quod indiuiduum ſit tractúmq; habeat:quamuis enim relictum ſit donec
quis vixerit,tamen vnum eſt [28].

1 l.iiij.de ann.lega.
2 d.l.ſcire.
3 d.l.damnas.d.§. at ſi ita.
4 l.huiuſmodi.§.pen.de le.j.Bart.hîc.
5 d.l.ſcire.
6 d.l.iiij.de ann.leg.
7 l.veteris.C.eo.l.ſi pactū.de probat.
8 l.eum qui ita.§.qui ita.ſ.eod.
9 d.l.iiij.
10 d.l.cum hi.§.modus.de tranſ.l.pe.de cap.domi.
11 l.ſi cum præfinitione.quando dies leg.
12 l.nummis.de leg.iij.
13 d.l.cum hi.in prin.verſ.planè.
14 d.l.pe.l.j.in princ.quādo dies vſufru.
15 l.ſi ita ſtipulatus fuero à Seio.de fideiuſ.
16 l.j.§.j.de vſur.
17 l.j.C.de fideiuſ.vbi Doc.
18 d.§.modus.
19 d.l.ſi cui.
20 d.l.pen.l.iij.de his quæ pœn.nō.
21 d.l.Sancimus.§.fi.
22 d.l.ſenatus.in fi.de don.cau.mort.
23 d.l.iij.d.l.cum in annos.
24 d.l.ſi cū præfinitione.& l.codicillis.de ann.leg.
25 l.Firmio.in fin.quando dies leg.
26 l.defuncta.in fi.de vſufruct.cum glo.
27 l.j.in prin.quando dies vſusfr.leg.
28 d.l.dānas.de vſufr.lega.

## SVMMAE.

1 ☞ *Promitto,ſi volam,fruſtrà:in alijs contractibus diuerſum. 4. 5. 6. inſpectóq; tempore contrá. 9.*
2 *Voluntatem quibuſlibet verbis exprimi.*
10 *Promiſſionem ex creditoris aut tertij: voluntate pendere vtiliter.*

## LEX XVII.

STIPVLATIO. Qui ergo † promittit,*Si voluerit*.inutiliter promittit,quia 1
natura obligationū eſt,vt inuitos adſtringant [29].at hîc nō niſi volens ad ſo-
lutionē adigi poſſet:vnde huiuſmodi ſtipulatio abſq; effectu eſſet [30].Pro- I.
ceditq; id etiā,ſi cōtractus cōmodū promiſſoris reſpiceret.ſubeſt enim ſem-
per ea ratione in eius voluntate ſit,an velit,obligari [31].ſibi ergo imputet,ſi non declaret ſe
velle,vt infrà dicam. Nec † refert,quomodo cōditio volūtatis adiecta ſit,an per verbū, II.
*Si volueris* [32].an,*Si voles* [33]. an per dictionē,*Ad libitum ſeu voluntatem tuam* [34].(dum tamen ad 2
ſubſtantiā ſeu obligationis originē,non autē executionē ſeu reſolutionē tātū reſpiciat [35])
an,*Si arbitratus fueris* [36].In contractibus enim cū de ſubſtantia obligationis agitur,arbitrij
mentio pro * voluntate accipitur [37]. quod hîc aduerſus Iac. Alexan.& Cæteri tradidere: 3
licet in vltimis voluntatibus ſit ſecùs [38]:quia in eis hæres non ſecundū voluntatē ſuam,ſed
ſecundum

29 Inſt.de oblig.in princi.l.ſicut.C.de act.& obli.
30 l.in vendētis.C.de contra.emp.
31 l.quod ſæpe.§.j.de cōtr.emp.
32 l.centeſimis.in fi.ſ.eo.
33 l.ſub hac.ſ.tit.j.
34 l.poſt dotem.ſol.mat.v.intel.
35 doct.d.l.cēteſimis.in fi.
36 d.l.quod ſæpe.§.j.
37 l.fi.verſ.nulla.C.de cōt.empt.
38 l.ſi ſic.de leg.j.



III. ſecundum teſtatoris probabilē mentem arbitrari debet. Sed & ſi promiſſor declaraue-
I. rit ſe velle,adhuc tamen ſtipulatio nō confirmatur [1].qua in re aliqua eſt altercatio. Ego
4 ſtipulationis † contractu à cæteris qui cōſenſu celebrantur,diſtinguendū arbitror,vt ſcili-
cet,ſtipulatio ipſa nō confirmetur,aliæ verò obligationes confirmētur [2] qm̄ in eis ſufficit
conſenſus,qui præſumitur durare [3].Vnde ſi promiſſor declarat ſe velle teneri,obligabitur
5 † niſi promiſſio ſub cōditione,*Si volam*.facta ſit.Cùm enim hæc verba tractū habeāt,poſ-
ſitq; ipſe arbitrio ſuo variare [4],donec viuit,non cenſebitur verè obligat⁹:poſt eius verò
mortem hæres tenebitur:quia per teſtatoris declarationē conditio euenit,quæ ampliùs va
6 riari nō poteſt [5]. Sed & cùm quis re † obligatus eſſet,vt quia apud eū aliquid depoſuiſſet,
II. ſi deinde vti ea re illi promiſero adiecta cōditione,*Si volet*.cōſtat valere obligationem:& ſi
vti incipiat,ex mutuo teneri [6] nō enim tali caſu ſubſtantia obligationis in arbitriū collata
videtur:cū omnino rei interuenta iam eſſet obligatus,ſed electio potiùs,vtro ex contractu
III. depoſiti:an mutui vellet obligari [7]. Quid,ꝙ eo caſu de obligatione agitur,quę verbis nō
7 contrahitur:vnde ( vt ſuprà dixi ),poteſt cōualeſcere ex promiſſoris * declaratione [8].Sed
quid ſi reus ſtipulandi aliter verba cōceperit,veluti ſi declaraueris te velle & Ang. Caſtr.
exiſtimarunt ſuſtineri ſtipulationem:quia nō ſubſtātia promiſſionis,ſed declaratio in ar-
bitrium promiſſoris collata dūtaxat fuit [9],nec à mera voluntate promiſſio pēdet,ſed à fa-
cto,id eſt,declaratione.Sed Imo.Alex.Iaſ.cōtrà.quia idē eſt ſiue quis promittat,*Si declaraue
rit ſe velle*.ſiue *Si, voluerit*.Cùm & hoc caſu de voluntate declarat intelligatur [10]:volūtas eñ
non declarata nullius effectus eſt [11].Sed ego priorē ſententiā eo caſu ſequerer,quo nō ſub-
ſtantia obligationis,ſed declaratio ſola promiſſoris voluntati reſeruata eſſet.declaratio
8 enim * nō iuris,ſed facti quæſtionē habet:& ideo † ad ſubſtantiā nō pertinet,ſed ad ſolam
9 probationem [12].at qui promittit,*Si voluerit*.nō declarationē ſolum,ſed & ſubſtātiā in con-
IIII. ditione ponit. Vnde cōſequēs eſt,vt valeat promiſſio,*Cum voluero*.quia nō ſubſtātia prin
V. cipalis,ſed tēpus in cōditione poſitū videtur.qđ loco ſuo attingā [13]. Qua rõne idē fortè
admittendū eſſet,ſi dixiſſet promiſſor ſe facturū,niſi voluerit.cōtractus eñ purus eſt cum
conditio ſolā reſolutionē reſpiciat [14].quā ſententiā ego certā arbitror,cū hæc reſolutio in
VI. conditionē futuri tēporis reiicitur [15]. Nam et fuere qui gñaliter conſtituerent valere ſti-
pulationem,quæ in promiſſoris tacita ſeu velata voluntate cōſtiteret,vt,*Promittis centum,ſi
in capitolium aſcenderis,ſi Stichus tibi placuerit*.& ſi qua ſimilia [16].aſcendere eñ capitoliū à por-
VII. miſſoris volūtate pēdet. Sed & illud † cōſtat valere ſtipulationē,,quæ in ipſius credito-
10 ris voluntate cōſiſtat [17]:ſicut & valet legatū illi,ſi volet [18].licet alio modo in contractibus
VIII. diſtinguatur,qui vtrinq; ſint obligatorij [19]. Multò fortiùs igitur valebit ſtipulatio, quæ
in alterius voluntatē cōiecta ſit,vt *Promittis c.ſi Titius voluerit* [20]?& licet vltima voluntas in
alterius ſententiam collata ceu captatoria nō valeret [21]:tñ ſecus eſt in cōtractibus,in qui-
bus tam facilè lex fraudē nō præſumit [22],maximè cū hic tertius tanquā bonus vir electus
cenſeretur.Sed quid ſi appareat non tāquā arbitratorē electum eſſe,vt quia permiſſum ſit
11 eius liberæ voluntati,& Soc.cenſuit nō valere [23],ſicut nec valet relictū * liberæ voluntati
hæredis [24].Ego cōtra eñ ceſſat ratio legis noſtræ hoc caſu.aliúdq; in hærede eſt,quē nō eſt
IX. veriſimile velle ſe obligare.Sed quid ſi conditio, *Si volueris*.inſit cōtractui ex diſpoſitione
legis,verbi gratia,lex Municipij ait,Doctor vel miles ſi fideiuſſerit,non teneatur inuitus
ad ſoluendū,aliquis Doctor ex cauſa fideiuſſionis promiſit,quo caſu ope ſtatuti intelligi-
tur promiſiſſe ſi vellet,an contractus valeat?& non eſt dubium obligationem naturalem
oriri,opinor & ciuilem,ſed ſolam actionem executione non impediri [25].

1 d.l.centeſimis.in fi.
2 §.emptio.Inſt.de emp.& venditio.
3 l.ſi ſtipuler.in fi.ſ.eo.l.j.§.j.vbi dixi.s.eo.
4 l.ſi quis ſtipulatus. in prin.ſ.eo.
5 d.l.ſub hac.ſ.tit.j.
6 l.certi.§.fi.ſi cert.pet.vbi Bal.& mod.
7 l.non vtique.de eo quod cer.lo.
8 d.l.ſub hac.
9 d.l. centeſimis. pen.reſp.glo.d.l.ſub hac.
10 l.duo ſunt.de teſt.tu.
11 l.ſi repetendi.C.de cōd.ob cauſ.
12 l.triticum.ſ.eo.
13 d.l.centeſimis.
14 l.ij.cum glo.de in diem adiect.
15 l.quòd ſi nolit.§.ſi quid ita.de ædil.edic.
16 d.§.emptio.l.hæc venditio.in fi.l.cū ab eo.de cont.emp.gl.d.l.in vendentis.
17 glo.l.pe.de arb.doct l.à Titio.in fi.ſ.eo.
18 l.ſi ita.§.illi.de leg.j.
19 d.l.in vendentis.vbi Bal.
20 l.ſi quis arbitratu.ſ.eo.
21 l.captatoriæ.de leg.j.
22 gl.l.qui teſtamentū.de prob.
23 Soc.d.l.ſi quis arbitratu.
24 d.l.ſi ſic.
25 Bart.l.cū lex.de fideiuſ.

## SVMMAE.

1 ☞ *Promittentem bis ſemel obligari. 9. Ampliatio. 10. Reſtringit. 18. 20. 21. 22. 24.*
2 *Iterata vnius inſtar eſſe.*
5 *L. qui bis. ſenſus. 7. 23.*
12 *Iteratæ ſtipulationis effectus duo.& 13.*
17 *L.fin.C.de noua. ſenſus.*

## LEX XVIII.

I. QVI BIS IDEM. Quod inquit Iuriſc.eū,qui † bis idē promittit,non
1 ampliùs quā ſemel teneri,certiſſimū eſt:cū eodem tēpore vtraq; ſtipula-
tio cōcepta eſt.nō eñ bis ſtipulati,ſed pluries loquuti cōtrahentes viden
tur:ſicut & in legatis ſolemus dicere [26]: nec ſubſtantiā rerum mutat non
neceſſaria verborū multiplicatio [27],quā βαττολογίαν veteres vocauerunt.
2 vnde † & videmus interpellationē vno tempore ſæpiùs factam pro vna
eſſe [28],& pactū eodē tempore iteratū vim conſtituti nō habere [29].quod & in iterata cōfeſ-
ſione Bal cenſuit,vt pro vna tantū habeatur [30],generalitérq; id verū eſſe & Iaſ.affirmat [31].
II. Rurſus quod inquit Iuriſc.verum quoq; eſt,cùm ſecūda hæc ſtipulatio ex interuallo fa-
3 cta proponitur,nec conſtat animo nouandi factam eſſe.tūc enim cū * nouatio in dubio nō
præſumatur [32],cōſequens eſt,vt prior in robore ſuo perſiſtat,hæc autē cōſequens nullā ſti-
pulatori afferat vtilitatē:vnde ea ratione nō obligat quia ſtipulatoris nō intereſt [33].hāncq;
legis nr̃æ eſſe rationē Iac.& Bar.cenſuit,quos plurimi ſecuti ſunt,vnde cōſequēs eſt,vt nō

26 l.Meuius.§.eum qui.de leg.ij.
27 l.pediculis.§.Labeo.de auro & argento.
28 gl.l.ſi cōuenerit.de pig.act.
29 Mod.rub.ſ.eo.
30 Bal.in proœ.C.
31 ar.l.illud.in fi.ad l.aquil.
32 l.fi.C.de nouat.
33 l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ſ.eo.

 ex vtraq;

ex vtraq; ſtipulatiõe teneatur promiſſor, vti Accur.hîc tradidit[1],ſed ex prima tãtũ. Dinus
& Petr. Accurſij ſentẽtiam magis probant,q̃ & Alb.ſequutus eſt.lex em̃ fideiuſſorẽ qui in
diẽ ,deinde purè promiſit,duabus actionibus teneri ait[2].cum tñ creditoris ſolũ interſit
exceptionẽ diei dũtaxat reiici,licet vnã tm̃ actionẽ haberet[3].nec em̃ dies * ipſa actionis 4
naturã mutat[4] qđ infrà attingã[5],nã & videmus ſtipulationẽ quæ idcirco infirma eſt, q̃a nõ
interſit à principio omnino nullã nõ cẽſeri,ſed naturalẽ obligationẽ parere,& ſi cõtingat,
vt deinde interſit etiã ciuiliter cõfirmari[6].Nec obſtat,ꝙ lex ſemel teneri ait:quia intelligi
poteſt,vt teneatur reſpectu ſolutionis,ſicut q̃ disiunctim debet,duabus obligationibus de-
bere cenſetur:licet vna ſolutione tollantur[7].Ego cõmunẽ ſententiã ſequor:quia lex † ipſo 5
iure ſemel teneri ait.cũ enim ſtipulatio ſequẽs nõ valeat,quia ſtipulatoris nõ intereſt,quã-
uis obligationẽ naturalẽ pariat,de ea tamẽ intelligi Iuriſc.noſter nõ poteſt.Illa em̃ verba,
*Ipſo iure*.* nõ ad obligationẽ naturalẽ,ſed ad ciuilẽ referuntur:cùm ea,quæ iuris naturalis 6
ſunt,lex appellatione facti ſoleat iudicare[8].hócq; diſtant cõtractus ab vltimis voluntati-
bus,quia in his eiuſdẽ rei legatũ ſequens prorſus nullius momenti eſt,nec naturalẽ quidem
obligationem parit[9],propter teſtatoris mentẽ,qui nõ hoc egit,vt obligaret,at in cõtracti-
bus aliud eſt.Poteſt tñ defendi etiã reſpectu ciuilis obligationis Accur.ſi ſentẽtia his in ca
ſibus,quibus infrà oſtendã ſecundã ſtipulationẽ vtiliorẽ vberiorémq; prima eſſe,& tamen
nouationem non fieri.Rurſus † verba legis noſtræ tũ quoq; procedunt,cũ animo nouandi 7
ſecunda ſtipulatio interceſsit.Cùm enim prior nouatione extincta ſit[10],remanet ſequens,
ex qua duntaxat promiſſor tenetur[11].Nunquã *autẽ cenſetur facta nouatio:niſi expreſſè 8
actũ ſit.& licet iure veteri variæ diſtinctiones adhiberentur,tamen Iuſtinianus eas omnes
aboleuit[12],& ſi qua in Digeſtis reſpõſa aduerſaretur, per Tribonianũ ſuppleri ſecundum
conſtitutionẽ ſuã iuſsit[13],quod variis in legibus ductus ipſe ſermonis oſtendit[14].Et nos in-
frà attingemus[15].ſunt tamẽ qui videri actũ,vt nouatio fiat,exiſtimẽt,ſi ſecunda ſtipulatio
ſub commemoratione prioris eſſet cõcepta[16].qđ hîc Iaſ.rectè confutat[17],& ego ſequor[18].
nec enim cõmemoratio hæc in cõtractibus,qui à duorũ voluntate pendẽt ſuperioris cor-
rectionẽ inducit[19],niſi aliquibus verbis id dictũ oſtẽderetur,vt prima corrigeretur[20].Ad
hunc caſum quoq; pertinet cùm ſtipulatio prior non eſt efficax,ſed ſequẽs tantũ[21].Ex illa
enim ſolùm promiſſor tenebitur.Et ex his colligitur legis noſtræ verba generaliter intelli
genda eſſe. Sed tamẽ deciſioni textus noſtri tria potiſsimũ argumenta obſtãt. Et in pri- I.
mis videtur,ꝙ indiſtinctè etiam ſecũda ſtipulatio valere deberet tanquã maiorẽ vim prio-
ri adderet.ſi quidẽ ſolet dici iterationẽ quorũcũq; actuum plurimæ vtilitatis eſſe[22].Maior
enim promiſſoris impudentia detegitur,qui quod toties promiſit,non obſeruat[23].Sed † re 9
ſpondendum eſt,nõ teneri quidẽ promiſſorẽ ampliùs,quã ſemel,vt lex dicit:ſed tamẽ non
ideo cenſeri geminationis effectus eſſe reiectos[24].vnde non tam facilè tunc erroris excuſa
tio admitteretur[25].Videtur enim in actu iterato * maior ſubeſſe deliberatio[26].qđ fortiùs 10
procederet,ſi ſæpiùs iteratus proponatur,quod Iaſ.hîc oſtendit. Rurſus obſtat,ꝙ inquit II.
Bart.quid enim ſi prima ſtipulatio non,niſi teſtibus præſentibus,concepta ſit,ſequens au-
tem publico documento manu notarij cõſcripto,nonne intereſt noſtra ex hac potiùs age-
re,quàm ex prima? qua ratione ſolet dici per pœnalẽ * ſtipulationem eam,quæ præcedat, 11
quaſi nouari[27].Videtur em̃ adiecta, vt faciliùs id qđ intereſt probetur[28].nec enim modi-
ca eſt facilioris ꝓbationis vtilitas[29].Vnde & receptũ eſt,iterationẽ tituli plurimũ ei pro-
deſſe q̃ ſe defenſurus ſit,vt ſi ex altero non obtineat,alter ſuperſit[30]. Sed fortè rñderi † põt, 12
debere actorẽ ea ſpecie experiri,quæ ſibi probatu facilior ſit,& ſi reus obiecerit eã nõ va-
lere:quia alia ꝑceſſerit,iam proprio ore cõfeſſus cẽſebitur,ſicq; ex prima tanquã in cõfeſ-
ſum feretur ſentẽtia[31],verũq; nihilominùs erit nõ ampliùs,q̃ ſemel eũ teneri:vna em̃ ſolu
tione liberatur. Iterũ fortiùs obſtat:q̃a ſemper intereſt ſtipulatoris,vt etiã ſecũda ſtipu- III.
latio valeat , ídq; propter ꝑſcriptionẽ: tardius em̃ poſterior ꝓmiſsio tẽpore excludetur,q̃
prior[32].Sed rñdet †,ꝙ imo prior ipſa eodẽ tempore durabit,quo poſterior,ſi valeret,dura- 13
tura eſſet.hæc em̃ poſterior etiã ſi non ideo faciat,vt bis promiſſor teneat,interrumpit tñ
prioris ꝑſcriptionẽ,eãq; efficit ꝑpetuã[33].qđ Rap.& Beſut. tradiderunt: verũq; ego eſſe ar-
bitror,etiã ſi prioris obligationis nõ ſit ſpecialiter facta cõmemoratio,q̃cq̃d Imo.Iaſonq;
hîc cẽſuerint.Nec em̃ lex diſtinguit.Nec obſtat,ꝙ ſtipulatio ſequẽs tanquã nulla nõ debe-
ret ꝑſcriptionẽ interrũpere ſicut nec litis cõteſtatio nulla eã interrũpit[34]:q̃a nõ ex ipſa ſti-
pulatione interrũpitur,ſed ex agnitiõe * debiti,q̃ ex actu q̃uis nullo deprehẽditur[35].Aliter 14
tñ huic rõni rñdit Accur.nẽpe id qđ ex ꝑſcriptione intereſſet,nõ attẽdẽdũ[36],nec em̃ eſt ve
riſimile cogitaſſe partes:ne talis promiſsio ꝑſcriptiõe excluderet,nec lex ad tale lucrũ ad-
uertit qđ in futurũ fieri cũ alterius dãno poſsit[37],q̃ ſnĩa hoc in caſu quo nõ de actione con-
ſeruãda,ſed nouiter inducẽda agitur,& vera & recepta eſt.ideq; cũ lex aliquẽ ex dolo obli
gat nec em̃ dolo vr̃ * egiſſe,q̃ viã elegit,qua poſſet citiùs ꝑſcribere:cũ nõ cã fraudãdi credi 15
tores,ſed potiùs q̃ primũ à periculo litigiorũ ſe eximẽdi id feciſſe videri poſsit[38].Exceptis
verò iſtis caſibus,nõ vr̃ vlla ſubeſſe ratio,cur hæc cõmoditas ꝑpẽdi nõ debeat[39].qđ variis
exemplis

1 ar.l.hæres à debitore.§.j. de fideiuſſo.
2 d.§.j.
3 ar.l.ſi creditori.j.reſpon. de leg.j.
4 §.temporales.Inſt.de exceptio.
5 l.ſi diuortio.ꝭ.eo.
6 d.§.alteri.vbi gl.& Bart.
7 l.ſi duo.ꝭ.eo. Bar.l.ſcire.ꝭ. eodem.
8 l.ſi vnus.§. pactus ne. de pact.
9 l.fi.§.j.de vulg.vbi Are.
10 Inſt.quib.mo. toll.obli. §.præterea.
11 l.fi.C.de nouat.vbi gloſ.
12 d.l.fi.d.§.præterea.
13 l.i.§.ſed& hoc.C.de vet. iur.enucle.
14 l.aliam.de nouat.l. duo ſocietatem.pro ſoc.
15 d.l.ſi diuortio.
16 l.non ad ea.de condi.& demon.verſ.pe.Petr. Angel. Alexand.
17 ar.d.l.duo ſocietatem.
18 l.ſcire.§.fi.ꝭ.eo.
19 l.iuriſgentium.§. adeò. vbi Bart.de pac.
20 d.l.fi.
21 l.ſi dari.ꝭ.eo.
22 l.Baliſta.ad Treb.
23 gl.l.aut dãnum.de pœn. Bar.l.de pupillo.§. ſi pluribus.de ope.no.
24 l.ſi mulier.ij.C.ad Velleia.glo.l. in contractibus. §.ſed quoniã.ver. illis etiã. C.de non nume.pecu.
25 c.ſi quis iratus.ij.q.iij.
26 §.& hoc verò iubemus. in auth.vt nulli iud.
27 l.obligationũ ferè.in fi. ſ.tit.j.
28 l.vlt.de præt.ſtip.
29 l.pro ſocio arbiter. pro ſoc.
30 c.ij.de arbit.c. poſt electionem.de conceſ.præb.
31 l.ij.§.ſed ſi alius.quando appell.§.ſi minus.inſtitu.de actio.
32 l.ſicut.C.de præſcr.xxx. ann.l. j.C.de annal. excep. Alb.l.ſi dari.ꝭ.eod.
33 l.cum notiſsimi. §. ſed & ſi quis.C. de præſcri.xxx. ann.Bal.l.j.C.de furt.
34 l. ſi pater.C.ne de ſtat. def.Barto.l. accuſaturus. de adult.
35 l.fi.de reb.eor.l.ſi Stichũ. in prin.de nouat.
36 ar.l. pater qui caſtrenſe. in fi.de caſt.pec.
37 l.ſi is cui.§. eius rei.de furt.vbi Bart.
38 d.l.pater.in fi.
39 d.l.ſi creditor.ij.reſpon. l.quoties.§.item.de admin. tut.l.nã & poſtea.§.ſi is qui. de iureiu.



exẽplis Iaſ.hîc oſtẽdit.Quid ergo ſi ſtipulator ex ſcđa ſtipulatione egerit,audietúrne pro-
miſſor excipiẽs eã nullã fuiſſe:q̃a alia ꝑcedebat?& certè ſuo ſe gladio iugularet,quia repli
caret actor primã beneficio ſecũdæ perpetuatã[1],vt ſuprà dixi: vñ cõſequẽs eſt hãc.quoq;
vtilitatẽ perpẽdi,vt quæ actio breuioris vitę erat,ꝑ interruptionẽ lõgæuior cẽſeat̃ effecta.
16 TENETVR. Procedit † hæc cõcluſio nõ in ſtipulatione tm̃,ſed in cæteris quoque
contractibus:vñ ſecũdũ mandatũ idẽ qđ primũ cõtinens,obligationẽ mãdati nõ parit[2],&
ſi eandẽ rẽ mihi bis vẽdidiſti,ſcđa vẽditio irrita eſt[3].ideq; gñaliter dicendũ,quoties de cã
dominij agitur:cũ em̃ ex pluribus cauſis dñium haberi nõ poſsit[4],vr̃ ſequens titulus eſſe
inutilis.qua de re alibi.Idẽ quoq; in vltimis volũtatibus receptũ eſt[5].qđ & ad caſum mixtũ
tunc producit̃:cũ teſtator id qđ mihi ex cõtractu debebat,legauerit.adhuc em̃ legatum eſt
nullũ[6].nec obſtat,ꝙ legati cã ſit fauorabilior & amplior propter hypothecã,quia Iuſtinia
nus nullã hypothecã ei legato conceſsit,quo qđ meũ eſt mihi relinquit̃[7].Sed q̃d ſi teſtator
expreſsim ꝓ tali legato iuſsit bona ſua obligata eſſe:& Doct.idẽ ſentiunt[8],tanquã nõ ideo
I. videatur legatũ ſequens plus cõtinere[9]. Ego dubito:q̃a hodie in cõtractibus ſi ſcđa ſti-
17 pulatione q̃s addita hypotheca ꝓmiſerit,qđ prima ſimpliciter debebat †,Iuſtinianus ſan-
xit nõ cẽſeri factã nouationẽ,ſed ex vtraq; agi poſſe[10].vnde idẽ in ꝑdicto caſu dicẽdũ vi-
18 det̃[11].Et ex his † cõſequẽs eſt,vt limitet̃ textus nr̃i regula,quoties ſcđa ſtipulatio amplior
II. eſſet ꝓpter hypothecã:tũc em̃ ex vtraq; agi poſſet. Qua rõne idẽ eſſet dicẽdũ,ſi ſequẽs
ſtipulatio plus re cõtineret.cẽſeo em̃ hoc quoq; caſu nullã fieri nouationẽ[12],ſed ex vtraq;
agi poſſe:ex prima,quatenus in ea deductũ eſt,ex ſequẽti verò,ad reliquũ[13],ídq; niſi qđ ex
ſequenti debetur,ſit indiuiduũ,tunc em̃ q̃a ad partẽ agi nõ põt,ex poſteriore ſolidũ potiùs
petetur[14].Itẽ niſi ſequens non plus quãtitate,ſed tẽpore cõtineret[15].ex poſteriore em̃ tum
quoq; ad totũ qđ in ea deductũ eſt,agi poterit[16]:quia tali caſu reliquũ cõmodè ſeparari nõ
19 poteſt,cũ qualitas * tẽporis cuicunq; obligationis parti adhæreat[17],erítq; creditoris ele-
ctio[18].Sed q̃d in caſu cõtrario,pone debebas mihi purè centũ,ſecũda ſtipulatione protuli
diem in annũ,an ex vtraq; agi poſsit?& Bar.cenſuit ex vltima tm̃ agi.& priorẽ cenſeri no-
uatam[19].contrà Iaſ.quia prorogatio termini nouationẽ nõ inducit[20],vñ nec pignus tolli-
tur[21].Sed hoc verũ eſſet,cũ prior obligatio tẽpore extincta proponeretur,in ſubrogato em̃
cenſeretur repetitũ pignus[22]:at ſi nõ tẽpore,ſed diuerſa ſtipulatione ſublata eſſet,qui caſus
eſt noſter,aliud dicendũ videret̃[23].Fortiùs ergo per Iaſ.ſentẽtia facit,q̃a ſi prior ſtipulatio
plus re cõtineat,nõ nouatur à ſequẽte[24]:ergo idẽ vr̃,ſi lõgius tẽpus cõtineat[25]:valet enim
de re ad tẽpus argumẽtum[26].Rñdeo,valere quidẽ argumẽtũ,niſi diuerſa ratio rem inter,
& tẽpus differentiã inducat[27].qđ in caſu nr̃o eſt. Tẽpus enim toti obligationi cohæret,at
res partẽ dũtaxat reſpicit[28],à qua totũ corrigi nõ debuit.crediderim tñ cõcordari vtranq;
opinionẽ poſſe,vt prima quidẽ obligatio nõ tollatur[29],qđ Iaſ.ait,ſed tñ ex ea agẽti obſtet
ex ſecunda exceptio,ſi ante diẽ ex ſecũda adiectũ agat.qđ Bar,cæteríq; ſenſerũt.nec enim
hoc caſu vlla debet ſtipulatoris eſſe electio[30],cũ ſcđa hæc ſtipulatio nõ ipſius ſed promiſſo
ris cõmodũ reſpiciat.vnde apparet nõ id actũ,vt ex hoc ſequẽti cõtractu melior ſtipulato-
III. ris fieret cõditio,ſed vt deterior potius. In ſententia verò iudicis primã per poſteriorẽ
20 corrigi verius[31] eſt.licet em̃ ſentẽtia iudicis idẽ cõtinẽs qđ prima valeat,& ex ea agi quoq;
poſsit † nec tali caſu legi noſtræ ſit locus[32]:q̃a tũc nõ q̃d partiũ interſit,ſed ſola iudicis au-
ctoritas attẽditur:tñ hoc verbũ eſt,cũ idẽ prorſus cõtinet,nõ eũ ſecunda,propter tẽporum
qualitatem ſibi cohęrẽtẽ variatur[33].Vnde ſi ex eius præcepti neceſsitate partes cauerunt,
talis ſtipulatio naturã prætorij iuſſus imitatur[34],& promiſſori datur exceptio[35]:nec id le-
gi Iuſtin.aduerſatur[36],qui nõ de prætorũ ꝑceptis cautionibúſq; inde oriẽtibus,ſed de con-
IIII. uentionalibus ſtipulationibus loquutus eſt. Cæterũ † & tunc limitatur legis noſtræ re-
21 gula,cũ quis nõ ab eodẽ,ſed à diuerſis ꝑſonis eãdẽ rẽ ſtipularetur:tũc em̃ vtraq; ſtipulatio
tenebit[37].Vnde quãuis poſteà in ꝑſona vnius concurrant,tñ vtraq; ſuſtinebitur[38],qđ Iaſ.
tradidit.Dixerit aliq̃s,atqui tunc ſtipulatio ad eũ caſum deuenit à quo incipere nõ potuit:
ergo vitiari poſterior ex legis noſtræ regula debuit[39],ſicq; Accur.ſentẽtiã tuebit̃ ex vtraq;
ſtipulatione teneri poſſe à principio quãlibet cẽſentis:licet vnica ſolutione liberari poſsit.
qua de re ſuprà ſatis ſcripſi.Nã & cũ vtraq; ſtipulatio titulo lucratiuo cõcepta eſt,vnica ſo
lutio ſtipulatori ſufficit[40].tametſi duos haberet mero iure obligatos. Sanè & cũ † diuerſi
V. gñis duabus obligationibus quis reũ obligatũ habet,nõ eſt dubitandũ legis nr̃æ cõcluſio-
22 nẽ quadã tenus limitari,vt cũ cõtractu iuriſgentiũ ſubiecta eſt ſtipulatio:qđ quotidie fit[41].
intereſt em̃ noſtra diuerſis actionibus poſſe experiri[42].nã & tũc difficilius reſcindi huiuſ-
modi contractus poterit[43].Poſſunt & aliæ vtilitates inde perpendi,quarũ quaſdã Bar.hîc
enumerat,quas recentiores non ſat firmas eſſe oſtendunt.Non dubiũ tamen eſt,quin limi-
tatio ſit vera[44],ídq; in contractibus.Vnde & ſi quid mihi ex diſpoſitione legis debeatur,
poſſunt quoq; ſtipulari,valebítq; ſtipulatio[45].in legatis tamen aliud eſt,non enim valeret
legatum eius rei mihi à teſtatore factum,quæ quoquo alio titulo ab eo deberetur[46].habet
c v enim lega

1 d.§.ſed & ſi quis.vbi Bald.
2 gl.l.licet.§.ea.de procur.
3 l.ſi id quod.de reſc.vend. Bart.d.§. adeò.
4 l.iij.§.ex pluribus.de acquir.poſ.
5 l.cum quæſtio.in fi.C.de lega.
6 d.l.ſi creditori.
7 l.j.verſ.pe.C.com.de leg.
8 gl.§.ex. cõtrario.Inſti.de leg.
9 l.iij.§.ſi rem.de leg.iij.
10 d.l.fi.C. de noua.l. iiij.§. ſi ex conuentione.de re iud.
11 arg.l.eum qui.§. j. de in diem ad.
12 d.l.fi.
13 l.ſi diuortio.ꝭ.eo.
14 l.ſi pupillus.in fi.de nouat.
15 d.l.hæres à debitore.§.j.
16 gloſſ. d. l. ſi id quod.in princ.
17 l.j.§.ſi quis ſimpliciter. ſ.eod.
18 l.non vtique.de eo quod cer.lo.
19 Bar.l.pe.de præto.ſtip.
20 l.labeo.ij.in fi.de arb.l. item queritur.§.qui impleto. loca.
21 l.nouatione.de nouat.
22 d.§.qui impleto.
23 d.l.nouatione. & l. cum ſtipulatus ſim mihi à proculo.ꝭ.eo.
24 l.qui vſumfructũ.ꝭ.eod.
25 §.plus.Inſti.de act.
26 l.vinum.ſi cert.pe.
27 §.ad certũ.Inſt.qui teſt. tut.dar.poſ.
28 d.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.& §.pe.
29 d.l.fi.
30 d.l.non vtique.
31 l.quod iuſsit.de re iudi.
32 Bar. l.cum procurator. §.ſi dominus.de op.no.
33 d.§.ſi quis ſimpliciter.
34 l.j.§.ſi ſub conditione. vt lega.no.
35 d.l.pe.de præto.ſtip.
36 d.l.fin.
37 l.iij.ꝭ.tit.j.l.eũ qui.ij.§. pe.ꝭ.eo.
38 d.l.hæres.§.j.
39 l.pe.in fi.ꝭ.eo.
40 d.§.pe.& l.exiſtimo.ꝭ. eod.
41 d.l.duo ſocietatem.
42 l.cum filius.§.variis.de leg.ij.
43 l.iij.in fi.de reſc.vend.
44 l. non impoſsibile. de pact.vbi Bart.
45 ꝭ.l.ſeq.
49 d.l.ſi creditori.

enim legatū donationis inſtar:& niſi lucrū afferat,nō valet quod & ſupra dixi.Sed & in cō
tractibus limitatio hæc non ꝓcederet,quoties prima obligatio à ſequēte ex cauſa delega-
tionis extingueretur,quæ vim ſolutionis habet [1].videtur eñ creditor ſecundū illud nomē
& inde ꝓueniētē actionē in ſolutū accipere qđ alibi declaraui [2]. Illud quoq; receptū eſt VI.
legē noſtrā in caſu ſuo intelligendā eſſe,cùm,† ſcilicet,q̄s bis idē ſtipulatur, ídq; conſtat , vt 23
quia eadē ſpecies bis promittatur.nā ſi quantitas bis ꝓmitteretut,nō eadē ſed diuerſa prę-
ſumeretur [3],vt vterq; actus valeret,niſi aliud actū ex cōiecturis colligeretur [4],vel quia ratio
valoris ſtipulationis ceſſaret [5]. Addit Paul.Caſt.nō videri † bis idē ꝓmiſſū fuiſſe,cū quis VII.
primò ꝓmiſiſſet adieciſſetq; velle ſe de ea re publicū à notario fieri documētū.videtur eñ 24
id egiſſe,ne ante confectionē documēti perfectus cenſeatur contractus.quam ſententiam
Iaſ.hic probat.& ipſe alibi aduerſus Aret.Claud.Dec.oſtendi veram eſſe [6].

1 l.ſi mandato.in fi.& d.§.interdum.mand.
2 l.ſingularia.ſi cer.pet.
3 l.quingenta.de probat.
4 no.l.ſi diuortio.ʃ.eo.
5 l.ſtipulatio iſta.§.eū qui.ʃ.eo.
6 l.pactum quòd bona.C.de pact.

S V M M AE.

1 ☞ *Diuortio futuro pœnæ, niſi ex cauſis, addenda. 2. 3. 4. 6.*
8 *Statuti iuris conformis naturam non niſi in caſibus, mutari. 12.*

LEX XIX.

SI ITA STIPVLATIO. Cū in cōtrahēdis diſſoluēdíſq; nuptiis I.
libera debeat eſſe poteſtas [7],nō† valet cōuētio diuertēti cōiugi pœnā indi 1
cēs.Quod ītelligit Iuriſc.niſi quaten⁹ ī cōuētiōe eadē pœna deducta eſſet,
quę & ex legis diſpoſitiōe infligit̄,veluti dotis,vel donationis pp nuptias
amiſsio [8],aut quarta pars bonorū ei qui vxorem indotatā repudiet [9].Sed
cur cōiugi ſtipulari hanc pœnā nō permittitur & tñ ſponſis ꝑmittitur , vt dupplices arhræ
ſibi per eū reſtituantur,q̄ à ſponſalibus diſceſſerit [10]:an q̄a arhrarū cōſtitutio non verbis,
ſed rei ipſius pręſtatione perficitur,cauſam autē facti lex nō tā facilè infirmat [11],& propter
ſeruādam æqualitatē induxit,vt ſicut,q̄ arhras dedit,ſi non adimpleat cōtractū,eas ꝑdit:
ita q̄ recepit,ſi ꝑ ipſum ſtet,tantūdē reſarciat.qua de re infrà quoq; diſputabim⁹ [12]. Sanè II.
intelligēda quoq; eſt legis noſtrę regula,† niſi talis cōuētio pœnā propriè nō indiceret,ſed 2
lucri amiſsionē,quod lucrū ad eū ex facti neceſsitate reuerteretur,à quo ꝓuenerat [13].impe-
dit eñ pactio,ne id lucrū iam radices fixiſſe videri poſsit:& ideo damnū poſſeſſori dari [14].
Sed & † hodie cenſuit Paul.Caſtr.pœnæ promiſsionē indiſtinctè valere , quia [15] cū di- III.
uortium à pōtificibus prohibeatur, q̄ pœnam promittit,videtur ob id promittere,quia de 3
facto contra facit.Vnde legis noſtre ceſſat ratio quæ ſententia vera eſt.Putarē tamen talē
conuētionem intelligendam quoq; de diuortio,quale hodie premittitur [16],id eſt ſe cubitu,
ſeu genialis thori ſeparatione [17]. Sed q̄ ſi † huiuſmodi pœnæ conuentio iuriſiurandi re- IIII.
ligione cōfirmata ſit?& videtur nec tūc quidē legi noſtræ eſſe locum [18]. Nec me mouet,qđ 4
aliqui tradiderunt,non valere ſtatutum imponens pœnam ei,q̄ certum matrimonium ce-
lebrarit:idémq; de iuramento,cū iure diuino* matrimonia debeant eſſe libera [19],quia re- 5
ſpondeo matrimonia vt ſint libera,iuris quidem diuini eſſe.Verū nos nō de matrimonio,
ſed diuortio loq̄mur,cuius libera licentia poſitiuo dūtaxat iure videtur inducta [20]. Sed V.
nūquid † regula legis noſtræ in aliis quoq; caſibus procederet?& nō videretur.poſſunt eñ 6
partes vltra pœnam legalē * aliam diuerſam ſtipulari [21] : vnde quāuis qui alium offendit, 7
legalibus pœnis plectatur,poterit quis cōuētionali etiā conueniri [22].Sed nūquid pœna le-
galis in ſtipulationē deducta ad huc legalis dicetur?& Iuriſc.ſentit nō dici,ſed cōuētiona-
lem appellari:vnde ad eam quæſtionem infert Bart. [23] an ſtatutum idem qđ ius commune
diſponēs † dicatur ius cōmune:& argumēto legis noſtræ exiſtimat dici ius municipale [24], 8
ſicut etiam diſpoſitio teſtatoris iuri communi conformis non ius commune , ſed teſtato-
ris voluntas eſt [25].Sic ordo datus à iure,vt cauſa poſſeſsionis * petitorio iudicio præfera- 9
tur,ſi in contractum mandati transfuſus ſit,ad diſpoſitionē hominis,nō autē legis ꝑtinere
cenſetur [26]:idem ergo etiā in prędicta quæſtione dicendum eſt,ne conditores ſtatutorum
ſuperfluè diſpoſuiſſe videantur [27],fruſtráq;eam rem ad particularem ſuam diligentiam
reuocaſſe [28].nam & traditum eſt,ſemper fieri interpretationē *,vt ſtatuta aliquid iuri com 10
muni addant [29]. Et hæc quidem videtur eſſe receptior ſententia,quæ maximè procedit I.
ſi cōſtaret id à cōditoribus actū, vt nouū vinculū ex ipſorū lege adiiceretur. Poſſunt eñ q̄
iure cōi inductū eſt nouare,& ad municipij ius trahere [30].Videtur aūt & tūc cōſtare,cùm
alia rōne eos motos eſſe apparet,q̄ ea quæ à iure cōi eo in caſu approbata ſit [31]. Itē maxi- II.
mè ꝓcedit,ſi ex ſtatuti lectione appareat,aliq̄d iuri cōi additū [32]:qđ verum etiā in his,quæ
aliàs ad ipſorū cōditorū iuriſdictionē nō ꝑtinēt.Vnde ſunt,qui valere ſtatutū exiſtimēt,
quo pœna irrogatur ei,qui iuramentum aliquod recipiat [33],tanquam id ſtatutū euangeli-
cam legē adiuuet,quæ mandat,vt nemo iuret [34]:qua ratione & rñſum vidi,valere ſecula-
rium * legē,qua cautum erat, ne in collegium iudicium admitterentur ſacerdotes : iure 11
enim pontificum debēt tales viri ſe ab huiuſmodi negotiis abſtinere,vt contēplatione me-
lius

7 l.fi.in fi.C.de ſpon. l.neque.ij.C.de nup.
8 l.conſenſu.C. de repud.
9 l.fi.C.eo.tit.
10 d.l.fi.C.de ſponſ.
11 l.denique.ex quib. cau. ma.
12 l.Titia.in prin.ʃ.eo.
13 l.ea quæ. de donat.inter vir. Old.conſil.xv.
14 l. nō ampliùs. in princ. vbi de leg.j.
15 c.gaudemus.de diuor.
16 Bar.l.ſi quis ſic.ſol. ma.
17 ar.l. vxores. de diuor.
18 c.cum contingat.de iure iur.
19 Io.And.c.ſtatutū.de hęr. vbi Bar.l.Titia. in prin.ʃ.e.
20 d.l.fi.d.l.neque.
21 l.fi.de prę͂to. ſtip.
22 l.denūtiamus. C.de his qui ad eccle.c.grauē.de ſen. exco. glo.l.nō impoſsibile. de pac.
23 Bart.l.j.§.j.vbi Alexā.ad l.falc.
24 l.ij.in princ.de nouat.
25 l.cōficiuntur.de iur. codic.l.ij.de iniuſt.rup.
26 c.dilecta.de reſt.vbi gl. verb.iuris ordinem.
27 l.ſi quando.in princi.de leg.j.
28 l.item apud.§. ait prætor.de iniur.
29 Bar.l.ij.de vſucap.
30 ar.l.cum quęrebatur.de teſt.mil.Bar.l. more.de iur. om. iud.Imol.d.§.j.
31 Butr.d.c.j.de reſcr.
32 l.ius ciuile.de iuſt.& iu.
33 Imol. d.c.cum cōtingat. Corn auth.ſacramēta. verſ. iiij.falli-.^.ſi aduer.vend.
34 c.& ſi Chriſtus.de iureiur.



lius vacare poſsint [1]:vnde & valere debet lex municipij,quę Frāciſci,Dominicíq; obſerua
tionem profeſſos à ſucceſsione agnatorum perinde ac mundo ipſi mortuos arcet:cōgruit
enim cum eorū regula:cui & ſi diplomate pontificio derogari procurauerint,nō [illegible]mē mu
nicipij legi derogatū videri poteſt,quibus tamē in ſpeciebus ampliùs cogitandū eſt. Rur
III. ſus procedit,quoties iure cōmuni caſus valde dubius fuiſſet. Veriſimile enim ſtatutorum
conditores rem decidiſſe,nec ad ius cōmune aduertiſſe [2],qđ Butr.& Imol.cenſuerunt:nec
enim tam ad eorū curam iuris cōmunis interpretatio pertinuit q̄ ſtatutorū promulgatio.
IIII. Sed & ſi ſtatutū ante ius cōmune editū ſit,tametſi deinde lex gñalis ſuperueniat,non ta-
V. men à ſtatuto receſſum videri,Imol.exiſtimauit [3].quæ ſententia probabilis eſt. Et cer-
tius procederet,quoties ſtatutū propter auctoris cōditionē nō ad ciuile,ſed ad prætorium
ius pertineret.qđ à me alibi declaratū eſt [4],cū enim tunc diuerſa ſint,quæ ab eo deſcēdūt
remedia ab his,quæ iure cōmuni cōceduntur [5],nō eſt credendū quodlibet ſecundū naturā
ſuam nō iudicari.qđ & Alex.cēſuit.His igitur caſibus cōmuni ſentētiæ maximè erit locus,
12 vt ſtatutū ex ſe cēſeatur,indéq; cōdictio ex lege detur [6] † .Non tñ perpetua eſt ſupraſcri-
I. pta regula,ſunt eñ aliqui caſus,quibus ſtatutū exiſtimabitur ius cōmune. Et in primis,
quoties iuri cōmuni † derogare nō poſſunt,vt legati Pontificis præfecti p̄torio [7],& ſi qui ſi-
13 miles cenſuerunt aliqui,ad ius cōmune ſtatutū pertinere.qđ Bal.Imol.& Alex.ꝙ tradide-
II. rūt.quibus tamē ego facilè nō aſſentior.aduerſantur eñ plurimis legibus [8]. Verius ergo
eſt,vt regula nō procedat,quoties in ea materia ſtatutū diſponeret,quæ iure cōi cōdictio-
III. ne ex lege expediretur:tunc eñ fruſtra ad condictionē ex ſtatuto recurreremus. Sed etiā
vbi eadē eſt,& legē condētis & ſtatutū auctoritas nō videtur nunquā à lege diſceſſum eſſe:
vnde cōſtitutio extrauagās idē quod ius cōmune diſponēs iuris cōmunis cenſetur eſſe [9].qđ
intellige,niſi appareat id actū,vt ius nouū cōſtitueretur:vnde prætor idē ſtatuens quod ius
commune,dicitur tñ ius prætoriū conſtituiſſe [10]. Addunt pontificij , quotieſcunq; in re-
IIII. ſcripto principis iuri cōmuni derogatur,etiā ſtatuto idē cōtinenti derogatū videri [11].an q̄a
ſtatutum imitatio quędā,& imago iuris cōmunis eſt,vt Bal.ſentit [12],an,(vt ego magis pro-
bo ) quia princeps derogādo legi,videtur eius quoq; rōni derogaſſe:vnde in cōſequētiam
etiā ratio ſtatuti,quæ eadē eſt,ſublata videtur [13].ſi ſtatuentes alia ratione moti eſſent , ídq;
conſtaret,aliud diceremus [14]:in dubio enim præſumendū videtur eadem ratione motos.
Idem,ſi vltra ius cōmune inducta eſſet cōſuetudo antiqua:illi enim nō eſt credendū à prin
cipe facilè derogari [15],qđ Sali.tradidit.Idē,ſi ſtatutū cōfirmatū ſit:nō enim facilè quoque
confirmationes iſtæ tollūtur [16].qđ intelligendū vr̄,niſi cōſtaret tale ſtatutū ea ſola ratione
conditū,vt iuris cōmunis executiuum eſſet.tunc enim nō obſtāte cōfirmatione,& ipſum
tolleretur.quod poſt Bal.Iaſ.hìc ait.Et quod de cōfirmatione tunc dictum eſt,idē quoq; in
ſtatuto iurato [17].Sed & in cōceſsionibus odioſis,quæ ſtrictā interpretationē recipiūt,qua-
les ſunt * diſpenſationes,nō eſt admittēdum,vt clauſula * cōmunis iuris derogatoria ad
14 ſtatutum quoq; protrahatur:qđ in quolibet particulari reſcripto Sali.oſtēdit [18].Sed in hoc
15 alij crebriore calculo diſſentiunt, probabiliſq; eſt eorum ſentētia,qui ſublato iure cōmu-
ni,remanere ſtatutum ſemper,quoties eius ſtatuti correctio ſcandalum afferrent [19].

1 c.j.& ij.ne cler.vel mona.
2 gl.j.cle.j.de elec.Butr.c.j.de reſcr. Imol.c. ſtatutum. de elect.
3 ar.§.ex cōtrario.Inſtit.de leg.Cin .l.ij.q.iij.C.quæ ſit lon. conſue.
4 l.v.ʃ. co.
5 Inſt.de perpe.& tem.ac. §.annum.
6 l.j.de condi.ex leg.
7 l.formā.C.de offi.præfe. præto.gl.c.fi.de hæret.vj.
8 l. apertiſsimi.C.de iudi. c.ex parte vlt.de verb.ſig.
9 c.paſtoralis.de fid. inſtr.
10 l.j.vnd.leg.
11 glo.c.j.de conſti.vj.
12 ar.l.j.C.de lat.lib. tol.
13 gl.j.de leg.tut.l.iij.§.diuus.de ſepul.viol.
14 Bald.d.l.j. Butr.d.c.j.l.ſi domus.de ſeruit.ruſt.præd.
15 gl.l.j.C.de coll.don.lib. x.gl.ij.
16 gl.cle.dudum.§. fi.verb. pacta.de ſepult.
17 glo.c. cum non deceat. glo.fi.de elect.vj.
18 ar.l.exēplo.vbi gl.C.de dec.lib.x. Sali.l.fi.c.ſi cōtra ius.l.fi. C.quæ ſit lon.conſ.
19 gl. c. ſuper eo.de cogn. ſpirit.circa med.vbi.doct.

S V M M AE.

1 ☞ *Promitti, liberato alio, poſſe. 3.*

LEX XX.

HVIVSMODI. Cōceptis hoc modo interrogationis verbis,*Quod tibi
Titius debet,cum debitor eſſe deſierit,dare ſpondes?* hic traditur valere ſtipulatio-
nem. Videbatur autē prima fronte contrariū dicendū,ſiue quia in arbi-
trium promiſeris collata quodāmodo eſt ſtipulatio [20]:deſinit eñ Titius
eſſe debitor ex liberatiene,quā à promiſſore conſequetur,ſiue quia is,qui
promittit qđ Titius debet,vr̄ actionē ceſſurū ſe promittere [21],at impoſsibile eſt,vt eā cedat,
cùm debitor eſſe deſierit [22].Sed tñ iuriſc.rñdet valere ſtipulationē:nō eñ in merū arbitriū
1 promiſſoris collata eſt [23],nec etiā ad caſum impoſsibilē deuenit:q̄a cū † ꝓmiſſum ſit in id
tempus quo Titius debitor eſſe deſierit,apparet nō id actū eſſe,vt ceſsione actionis promiſ
ſor liberetur,ſed potiùs numeratione pecuniæ,quā cōſequi à Titio poſsit.nō eñ accipien-
2 da * eſt ea interp̄tatio,ꝑ quā ceſsio inutilis redderetur [24].Vnde ſicut qñ legatū redderetur
inutile,nō ceſsione ſed numeratione hæres liberat̄ [25],ita & hoc caſu dicēdū eſt,vt nō actio,
ſed pecunia in ſtipulationē deducta cēſeat̄.qđ Imol.Raph. Claud.rectè docuerūt. Fortius
cenſuit Barto.etiam ſi ceſsione actionis liberaretur promiſſor,non tamen rem ad caſum
impoſsibilem deueniſſe videri:quia poſſunt verba illa conditionis, *Si debitor eſſe deſierit.* in-
telligi in caſibus , quibus debitor quidē eſſe deſiit,ſed tamē duret adhuc mero iure actio,
quę cedi poſsit,vt quia Titius præſcriptione liberatus ſit:durat enim adhuc naturalis obli-
gatio , quæ cedi poteſt [26] .Sed hoc exemplum Vlpiani ſenſui non conuenit , cuius tem-
pore nondum ea præſcriptio erat cognita [27].quod alibi ipſemet Bartolus , fatetur.aliud
ergo

20 l.ſtipulatio.ʃ.eo.
21 l.ſi ſic.§.j.de leg.j.l.ſi Titius.§.j.de leg.ij.
22 l.Modeſtinus.de ſol.
23 §.emptio.Inſt.de emp.
24 l.qui cōcubinam.§.qui hortos.de leg.iij.
25 l.qui duos.in fi.de leg.ij.
26 l.ſi eius.in prin.ad Tre.
27 gl.Iulianus.ex quib. ca. ma.Bart.l.fi.§.j.rem rat.ha.

ergo exemplum eſt, cùm Titius deſiiſſet eſſe debitor: quia non eſſet ſoluendo [1]. Sed & hoc non ſatis cõuenit verbis: quia qui ſoluẽdo nõ eſt, remanet tamen debitor, vt rectè D in. ait [2]. minùs etiã quadrat mẽti partiũ, quas nõ eſt veriſimile, vt Aret. inquit, de tali caſu cogitaſſe [3]. Ego manifeſta hęc eſſe cõuenta arbitror: & ideo priorẽ duntaxat intellectũ probo. Sũt tamen, qui in cõtextu non, *Spondes.* ſecũda perſona, ſed, *Spondeo.* ſcriptum habent: vnde alio modo legis caſum proponendũ cẽſent. finge igitur, interrogaui te, an quod Titius mihi debeat cũ debitor eſſe deſiiſſet, promitteres: tu dixiſti ſpondeo, hîc traditur valere ſtipulationem. Videbatur autẽ prima ſpecie nõ valere: quia, cũ promiſsio concepta ſit in caſum, quo Titius non ſit debitor, tu qui pro eo cenſeris fideiuſsiſſe, liberaris [4]. liberato enim principali, fideiuſſor quoq; liberatur [5], tẽpúſq; euenĩetis cõditionis attẽdendũ eſt [6], quo tẽpore principalis eſt liberatus. Sed † tamẽ aliter iuriſconſulto noſtro viſum eſt: qa falſum eſt cenſeri 3
te fideiuſſorẽ eſſe. Quinimò eſt credendũ principaliter te fideiuſsiſſe ſub cõditione, ſi ille debitor eſſe deſijſſet [7]. fit eñ ſemper interpretatio, vt quis potiùs nomine proprio q̃ alieno ſpopondiſſe videatur [8]. & licet, qui ꝓmittit, quãdo ad eũ pecunia non peruenit, fideiuſſor cẽſeatur [9], hoc verũ eſt, cũ in id tẽpus promittit, quo & principalis obligatio duret, non cũ eſt extincta, vt in caſu noſtro: & ita receptiorẽ calculo cenſent interpretes [10]. Fortius commentati ſunt veteres: etiã ſi quis fideiuſſorio nomine ſic promiſerit, tñ valere ſtipulationẽ: vt enim actus valeat, fieret interpretatio cũ promiſiſſe in caſibus qbus fideiuſsio ſuſtineri poſsit: q̃uis principalis debere deſiiſſet [11]: vt quia p̃ſcriptione eſſet tutus, vel aliàs nõ ſoluendo, ſed (vt ſuprà) dixi huic cõuẽto nec verborũ ꝓprietas, nec cõtrahẽtiũ ꝓbabilis mẽs applaudit. Debitor eñ is maximè eſſe deſiit, q & ciuili & naturali obligatiõe liberatus eſt: vñ cũ verba ſtipulatiõis poſsint abſq; ſcrupulo aliter ĩtelligi ad haſce tricas cõfugiẽdũ nõ eſt.

1 l. nam is. de dol.
2 l. iiij. de ceſſ. bo.
3 l. inter. §. ſacram. j̃. eod.
4 l. fideiuſſor obligari. de fideiuſ.
5 l. in omnibus. de ſolut.
6 l. ſi rem meam. j̃. eo.
7 l. pe. de fid. tut.
8 l. & magis. de ſol. l. papinianus. mand.
9 gl. l. vir vxori. ad Velle. in fi. Iaſ. hic.
10 Raph. Imol. Paul. Alex. Aret. Claud.
11 l. quoties. j̃. eo.

SVMMAE.

1 ☞ *Falſa cauſa actus non vitiari ex cauſſis contrá.*
3 *Dotem promiſſam nec receptam non, niſi conſtante matrimo. donatam videri.*
4 *Dotem donatam ætas, genus conditio non niſi expreſſim arguunt. 5. 6.*
8 *Nouatum ob maius ſequens non eſſe: ex vtroque tamen rectè agi.*

LEX XXI.

SI DIVORTIO. Falſa ergo cauſa † nec ſtipulationẽ, nec legatum vitiat. idq; non ſolum ſi impulſiua tãtum ſit [12], ſed etiã ſi cõtractui ipſi cohæreat, ſeu (vt iſti dicunt) finalis ſit [13]. niſi tamẽ cauſæ defectu ſubſtãtia quoq; rei deficeret, vt pretium in emptione [14]. Itẽ niſi errore cauſæ quis adductus promiſiſſet: exceptione enim erit tutus [15]. Sed quid, in dubio an valebit ſtipulatio? & Bal. Raph. Paul. in caſu noſtræ legis valere cenſuerunt, tanquã propter honorẽ bene tranſacti matrimonij præſumatur certa promiſſoris ſcientia [16]. ſed Alex. cõtrà. Friuola enim eſt ſupràſcripta ratio: nec facile eſt à generali regula recedendũ: qua traditũ eſt etiã in facto * proprio præſumi ignorantiã, cùm de dãno vitan 2
do agitur: & cõſtat rem ſe aliter habere, quã dictum ſit [17]. Ego propter legis noſtræ generalitatẽ priorẽ ſententiã ſequor: & quãuis de dãno vitando agatur, nõ tamẽ in facto proprio præſumi ignorantiã arbitror [18]: niſi aliquæ cõiecturę hoc arguãt, vt quia de facto antiquo tractetur [19], vel aliàs probabilibus ſignis arguatur error [20]. lex enim dolum, ignorãtiámq; æquiparat [21]. vnde ſicut dolus ex coniecturis probandus eſt [22], ita etiam de ignorantia exiſtimandum eſt, quod & Fulg. tradidit.

SIBI STIPVLETVR. Meritò loquitur Iuris conſ. cũ poſt diuortiũ celebrata eſt ſtipulatio. eo eñ tẽpore nihil obſtat, qn liberè maritus videatur vxori promiſiſſe. Sed ſi ante † mr̃imoniũ, vel in ipſo mr̃imonij contractu id factũ eſſet, præſumeretur maritus ſpe futuræ numerationis promiſiſſe [23]. & ideo mulieri agenti obſtaret nõ numeratæ dotis ex- 3
ceptio [24]. Sed qd ſi durante matrimonio, maritus promiſiſſet? & receptior eſt eorũ ſententia, q animo donãdi factũ id exiſtimarunt [25]. Cùm enim iam abſq; dote vxorẽ maritus duxerit, nõ eſt veriſimilis p̃ſumptio, vt ſperauerit eã ſibi numeratũ iri, ſed potiùs ꝙ maritali coniunctione ductus id recepiſſe cõfeſſus animo donãdi ſit qđ nõ recepit. quæ tamẽ res plurimum in ſtatu cõiecturali verſatur, & in p̃ſumptionũ cõflictu ea eſſet accipiẽda interpretatio, per quã donatio non cẽſeretur facta [26], vt exceptioni nõ numeratæ dotis ſit locus [27], niſi tñ lapſa eſſent eius exceptionis tẽpora [28], aut aliàs ei exceptioni renuntiatũ eſſet. ſicq; defendi Alexãdri, & nõ paucorũ ſentẽtia poſſet, qui cæteris aduerſantur †. Sed qd ſi ſenex 4
puellæ, vir ignobilis vxori nobili dotẽ promiſit? & videretur p̃ſumendũ cauſa donationis id factũ, qđ Bar. ſentit, & omnes ferè vno ore approbant, valẽtq; eo caſu donatio tãquam remuneratoria [29]. Videtur eñ tædia ſenectutis aut amiſſam ſui cõtagione nobilitatẽ [30] eo ſolatio vxori maritus reficere, idq; factũ in dubio p̃ſumi, æquius eſt [31]. Sed ego † hanc ſen- 5
tentiam interpretũ auctoritate magis, q̃ legibus probari video: quæ tamẽ vtrunq; tolerabilis eſt, cũ expreſsim id actũ ęſſe cõſtaret [32]. quo caſu pleriq; Doct. loquuntur. In dubio verò non exiſtimarem capiendam eam pręſumptionem: & ideo donationem nõ cenſeri factã,

ſubeſt

12 l. cum tale. §. falſam. de condi. & de.
13 Bar. l. demonſtratio. §. j. iij. & vj. q. de cond. & demõ.
14 l. ſi quis fundũ. de cõtra. emp.
15 l. pe. §. mulier. ſolu. ma.
16 ar. l. ij. §. circa. de dol. excep.
17 l. ſed ſi me putẽ. de condi. inde. in prin. vbi Bart.
18 l. de ætate. §. ex cauſa. de inter. act. l. ſi res obligata. de leg. j. vbi Alex. in princ.
19 l. qui fundum. §. ſeruus. pro emp. vbi Bar.
20 l. poſt diuiſionẽ. C. de iu. & fac. ign. vbi Pal.
21 l. cum de indebito. in fi. de probat. vbi Fulg.
22 l. ij. C. de dol.
23 l. ſi voluntate. C. de dot. prom.
24 l. fi. C. de dot. cau. nõ nu. l. j. C. de don. ante nup.
25 l. ij. C. de dot. caut. Clau. hic Soc. l. j. ſol. ma. vbi dixi.
26 l. ſi ſpõſus. §. circa. verb' conuẽtus. de dona. inter vir.
27 toto tit. C. de dot. cau.
28 §. ſin autem. verſ. vbi. in auth. de tẽp. non ſol. pec. do.
29 l. quid autem. §. ſi vir. de don. inter vir.
30 l. fœminæ. de ſenat.
31 l. ſi verò non remunerandi. §. idem papinianus. mãd.
32 ar. l. quod adipiſcendæ. eod. tit.



ſubeſt enim adhuc ratio prohibitionis, ne matrimonia venalia fiant [1]: & quia ſpeciale eſt, vt propter ſenectutẽ huius modíq; incõmoda valeat donatio, ſi diuortij, non autẽ matri-
6 monij cauſa fiat [2]. Nam † & iure cautũ eſt, ſi libertinus ſenatoris filiã in coniugẽ acceperit, quãuis matrimoniũ valeret, non tamẽ donationẽ valere [3]: ſicut nec ſi libertus donaret patronæ [4]. & cũ paritas inter virum & vxorẽ variis ex cauſis prependatur, vt valetudine, comitate, reuerentia, ætate, prudentia, credẽdum eſt aliter eos æquales factos, quàm pecuniæ largitione. Videmus & prudentes viros Plautini illius ſenis in Aulularia exemplũ imitari,
7 vt ſatis habeant indotatã ducere: dotem * verò donare de ſuo non temere ſoleant, ne duplici, ſcilicet, onere grauentur [5], néve iuxta Demoſtheni cum illud tanti emant pœnitentiam. οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. Hiſtoriam narrat A. Gellius [6].

SINE DVBIO CENTVM. In aliquibus codicibus additur taxatiua dictio *Tantùm*, quæ tamẽ in Pandectis Etrucis nõ eſt. ſed cùm ſecũda ſtipulatio plus cõtineat, quã prima, cur nõ fit nouatio? vt ad integra. cc. ex ſecunda dũtaxat ſtipulatione agatur [7]? an vt Bart. & Ang. cenſuerunt, quia expreſsim actum eſſet, ne fieret nouatio, quod prorſus diuinatorium eſt, nec regulæ cõmuni conueniens [8]: an, (vt Raynar. Imol. & Raph. maluerunt & has probãt) quia actio prior maiore fauore innitebatur propter dotis priuilegia: & quia erat bonæ fidei: vnde non fuit æquũ eam per ſequentem ſtricti iuris nouari. nec enim hoc vtile ſtipulatori fuiſſet, nec actũ à contrahentibus videri potuit. Sed certè cum maior ſummam hac ſecunda cõtineretur, ſatis videtur ſtipulatori eſſe vtilior: vnde diuidi nõ debuit, & pro parte duntaxat valere [9]. Sentit id & Iac. & Bar. dum viliorem hanc poſtremam eſſe aiunt: quia dilatio legalis illi non inſit, ſed in continenti maritus cogi poteſt [10]. quod infrà attingam. Adde quòd nõ ideo vtilior dici prima actio poteſt, quia bonæ ſit fidei: hoc enim non ſatis perpendi eo argumẽto colligitur, ꝙ legatum rei mihi actione ſtricti iuris debitæ inutile cẽſetur [11]: quãuis actio ex legato bonæ fidei naturã habeat [12]. An igitur veriùs quod Paul. Caſtr. cenſuit, non fieri nouationem, quia diuerſi generis hæc ſequens à priore erat [13]. prior enim cõtractus fuit dotis, ſequẽs ſtipulationis. Sed & hoc diſplicet: quia hac interpretatione hodie lex iſta corrigeretur. actio enim de dote & ſtipulatio eiuſdẽ naturæ, lege Iuſtin. ſunt [14]. & quãuis olim non eſſet, tamẽ emendanda fuiſſe iuris noſtri verba à Iuſtinia-
8 no credendũ, vt ſecundum legẽ intelligerentur [15]. Ego † legis huius præſertim argumento ſuprà cenſui, etiam ſi ſecũda ſtipulatio ſummã maiorẽ contineat, nõ tamen fieri nouationem, ſed adhuc regulæ ſtandũ eſſe, vt nouatio nõ pręſumatur [16]: quatenus ergo in prima ſtipulatione continebatur, ex ea agendum erit, ſequẽnſque irrita cẽſebitur, cùm eatenus bis idem promiſſum ſit [17], in quantum verò ſequens excedit, ex ea agetur [18], ſúntque pro hac ſententia manifeſta legum verba, quæ omnia Doct. noſtri non tam interpretantur, quàm violant. quòd ſi ſequens ſtipulatio non plus ſumma, ſed qualitate, ſeu tẽpore, vel alias quid indiuiduum contineat, ſuprà dixi in reliquo ex ea agi non poſſe [19]. ſed non ideo tamen fieri nouationem, verum actoris electionẽ eſſe ex vtra velit experiri [20]. Hinc infertur, ad ea centum, quæ in dote verè erant, non niſi ex primo contractu agi poſſe. Nec me mouet Iac. Bart. cæterorúmque auctoritas, qui agi quoque ex ſecunda tanquam vtiliore aiunt, cum dilatio quæ actioni de dote ineſt [21], hoc caſu non inſit, ſed incontinenti pòſt diuortio exigi maritus poſsit [22]. mera ſunt hæc commenta cum legis noſtræ verbis pugnantia, quod Raph. Caſtr. Aret. Iaſ. viderunt. cùm enim ex ſecunda ſtipulatione non debeatur, quatenus in prima eſt, fruſtrà quærimus, an repetita in ſequenti ſtipulatione dies cẽſeatur. quod alibi attingam [23].

9 ALIA AVTEM CENTVM. Adnotauit hînc Bar. ſi centũ tibi ex * aliqua cauſa debeam, deinde ex eadẽ cauſa ducenta promittã, intelligi, computata priore ſumma [24]. quod enim vnum eſſe poteſt, diuerſum exiſtimandum non eſt [25]. quæ ſententia quomodo intelligenda ſit, infrà diſputabimus [26].

1 l. ij. eo. tit.
2 l. vitricus. in fi. cũ ll. ſeq. eo. tit. & ar. l. pe. C. de nup.
3 l. iij. §. videamus. eo. tit.
4 l. & ideo. in fi. eo. tit.
5 l. Titia cũ teſtamento. §. qui inuita. de leg. ij. Aret. c. ſuper eo. ij. de teſtib.
6 lib. j. cap. viij.
7 l. qui vſumfructum. j̃. eo.
8 l. fi. C. de nouat.
9 l. eum qui. de vſucap.
10 l. j. in princ. verſ. verum. de dot. præleg.
11 l. aureli⁹. in fi. de lib. leg.
12 l. in minorũ. C. in quib. ca. in integ. reſt. non eſt neceſſ.
13 l. duo ſocietatẽ. pro Soc.
14 §. fuerat. Inſtit. de act. li. C. de rei vxor.
15 l. j. §. ſed & hoc ſtudióſum. C. de vete. iure enucl.
16 l. fi. C. de nouat.
17 l. qui bis. ſ. eo. ll. dixi.
18 l. ſcire. verſic. ſecundum quod. j̃. eod.
19 l. ſi pupillus. in fi. de nouat. d. l. qui vſumfructum.
20 l. hæres. §. j. de fideiuſſ.
21 d. l. j. §. exactio.
22 d. verſi. verò.
23 l. qui ſic. j̃. eo.
24 Bar. l. triticum. j̃. eo.
25 l. Sempronius. de leg. ij.
26 l. triticum. j̃. eo.

SVMMAE.

1 ☞ *Errore contractus, præter ſtipulationem, & re contractos, vitiari. 3. 4. 6.*
8 *L. ſi, id quod. ſenſus.*
9 *Dolus re ipſa certis caſibus ſpectandus.*
11 *Deceptos ex contractu, ſubſidiariè de dolo agere. 12.*

LEX XXII.

1. SI ID, QVOD AVRVM. Error † ergo in materia ſtipulationem
1 non vitiat. Atqui contrarium videbatur reſpondendũ: conſtat enim venditionem nullam eſſe, cum quis æs pro auro emit [27]. Sed aliud eſt in venditione, qui cõtractus bonę fidei eſt, quem error faciliùs infirmat [28]. Et ita ſenſit Accur. quem Iac. Aretni. Dinúſque, & ante eum cæteri ſequebantur, & deinde idem cenſuit Caſtel. Rapha. Aretin. & quadamtenus Iaſon. Sed alij contrà. Cùm enim eadem ratio in contractibus ſtricti iuris ſit, non videtur hæc conſtituenda

27 l. in venditionibus. in fi. de contr. emp.
28 l. dolo. C. de inutil. ſtip.

ſtituenda differentia.Pone te mihi maſſam auri dediſſe,vt irem Romam,vel certos aure-
os,vt fundum tibi darem [1],certè mea æquè intereſt, ac cuiuſlibet emptoris, non æs, ſed
aurum recepiſſe.& tamen is cõtractus innominatus,ſtrictíque iuris eſt [2].Adde,ꝙ pignora
titia bonæ fidei eſt,& tamen tali ex errore pignus nõ vitiatur [3].Sic * actio ex legato bonæ 2
fidei naturã imitatur [4]:& tamẽ tali ex errore non vitiatur legatum,ſed ſolùm hæredi datur
retentio,donec cõſequatur,quantũ pluris aurũ valet,quod Raph.Alexã.Iaſ.rectè tradide-
runt.Aliter ergo Petr.Bar.& cæteri diſtinxerũt [5],vt legi noſtræ locus ſit,quoties lucratiui
tituli cõtractus celebratur,ſecùs ſi oneroſi:quæ interpretatio nõ ſolũ diuinat,reſtringítq;
legem noſtrã,ſed planè violat.cùm enim teneri te eius æris nomine dicat,apparet etiã lo-
qui,cùm ſtipulatio titulo oneroſo interpoſita eſt,cũ aliàs nullus eſſet euictioni locus [6].nam
quod ſpecialiter hoc caſu actum de euictione ſit [7],manifeſtum eſt cõmentum. Adde quòd
ratio Iuriſconſulti nõ in eo conſiſtit,an de damno,lucróve agatur,ſed quia in corpore eſt
conſenſum.Ego † legi noſtræ locũ in ſtipulatione eſſe arbitror:quia is cõtractus verbis ce- 3
lebratur.ſufficit ergo verba apta proponi,& in corpore cõſenſum fuiſſe: in vẽditione † ve- 4
rò,qui cõtractus cõſenſu perficitur [8] nõ in corpore tãtùm,ſed in ipſa rei ſubſtantia,ſeu qua
litate materiali oportet erratũ non eſſe [9].Aut enim æri illi aurum aliquod immixtũ fuit,&
valet venditio [10],vt ſi viriolã tanquam aureã vendã,quæ magna ex parte eſſet ænea.Idem
quoties inauratũ aliquid ſit,licet emptor aureũ putet [11]:niſi tamẽ actũ ſit,vt ſolida ex auro
res venderetur:tunc enim,deficiente conſenſu,& * vẽditio deficit,quod in maſſa argenti 5
cooperta reſponſum eſt [12]:vel in menſa,quæ pro citrea vendita [13] ſit. Idémque in muliere
corrupta,quæ pro virgine venum iuerit:ſi enim expreſsim pro virgine vẽdita eſt, contra-
ctus eſt nullus [14]:ſi tacitè hoc actũ eſt,actione ex empto reſcindetur [15].In contractibus † ve 6
rò,qui re duntaxat cõtrahuntur,ſatis eſt rẽ qualẽcunq; traditã fuiſſe,id eſt,in corpore con-
ſenſum eſſe,æquũ enim eſt eũ,qui aurũ ſe pignori habere credidit,æs ſaltẽ retinere [16]:cùm
qualencunq; cautionem habere præſtet,quàm nullã.In liberatione verò acquirenda,quia
non ſufficit rẽ ſimpliciter ſoluere,ſed oportet debitã ſoluere,qui æs pro auro debito ſoluit,
nihil agit [17],nõ magis,quã qui * reprobos nũmos ſoluit:cũ huiuſmodi pro nũmis nõ ſint [18]. 7
SED EX DOLI MALI CLAVSVLA. Vt quia † ſtipulatus ſit,dolum ma 8
lum abeſſe [19],vel aliàs de edicti prætorij clauſula intelligitur,qua ille actionẽ de dolo con-
ceſsit [20]. Adnotãtq; hinc Doct.nõ poſſe cõtra promiſſorẽ agi ſi in ſtipulatione error inter-
uenit,niſi quãdo promiſſor ſciens decepit: dolus igitur re ipſa nõ ſufficeret,niſi decipiendi
conſiliũ adfuerit. Quod in dolo † promiſſoris Raph.intelligit.Si enim ſtipulatoris dolus I.
re ipſa interuenerit,quãuis inſciens ſubmouebitur doli exceptione [21]. Sed Alex.cũ plu- 9
ribus generaliter in omni ſtipulatione,quæ ex cauſa oneroſa interpoſita ſit dolum re ipſa II.
etiam promiſſori nocere cẽſuit,legémq; noſtrã reſtringit:cũ ex cauſa lucratiua cõtractum
eſt,quẽ intellectũ ſuprà cõfutaui.Nunquid autẽ cõcluſio in ſe vera ſit,alibi attingã. In ſti III.
pulationibus certe prętoriis non eſt dubiũ,dolũ qui citra cõſilium decipiẽtis interuenerit,
nihilominus attẽdi [22].quod & in bonę * fidei cõtractibus,(quia in eis ex bono & æquo agi 10
tur ) generaliter receptũ eſt [23].qua de re nos alibi.Cæterum dubitat Bar.quoties cõtractus
error,vel alio defectu infirmatur,qua actione † decepto cõſulẽdũ ſit,& in ſtipulatione hîc 11
dicitur agi ex doli mali clauſula,quæ vel ex cõtractu,vel ſi adiecta non ſit ex edicto pręto
ris ineſt [24].in cæteris verò obligationibus cõſtituenda eſt regula ex ipſo cõtractu agi quo-
ties tamen cõtractus mero iure valet [25]:idq; ſiue ex parte infirmetur [26],ſiue etiã in totũ [27].
Idémq; etiam in cõtractu innominato,in quo quãuis condictio ob cauſam dari ſoleat [28],ſi
tamen ex cõuentione principio ab ipſis partibus inita infirmetur,actione ex ipſo contra-
ctu,id eſt,pręſcriptis verbis agetur [29].Sed & ſi præter pretiũ cõuentionẽ cõtractus nomina
tus ſit,nullus adhuc ex ipſo cõtractu agitur,vt id cõſequamur qđ noſtra intereſt [30].non au-
tem vt res vẽdita reſtituatur [31].Sed † ſi dolus interuenit,de dolo actione experiemur [32]:vel 12
ſi dolus abfuerit,cõtractúſq; ſit nullus,condictione agetur [33].Et hęc quidẽ regulariter per-
dunt.Sunt tamen aliqui caſus quibus particulari ratione aliud conſtitutũ eſt. Quid enim
ſi partes cõueniſſent vt infirmato cõtractu alia actione quã ex cõtractu ageretur [34]. Quid
ſi ex tali cõuentione aliquo reſpectu cõtractus quoque innominatus induceretur [35]. Quid
ſi contractus beneficio minoris ætatis reſcinderetur:tunc enim nõ actione ex cõtractu,ſed
officio iudicis prouidendũ eſſet [36].quid ſi metu contractum fuiſſet,actio vtiq; reſciſſoria ex
edicto cõpeteret [37].Addit Imol.eadẽ ratione ſi dolo cõtractũ ſupraſcriptis caſibus ſit,actio
ne de dolo agi,qđ falſum eſt.Cũ ea actio ſubſidiaria ſit [38],nec vnquã cõpetat vbi aliter cõſu
li actori poſsit.qđ Aret.apud eũ notat,licet aliud in doli exceptione ſit,quę generalis eſt [39].

1 l.fi.de condi.ob cau.
2 §.actionum.Inſt. de act.
3 l.j.in fi.de pign.act.
4 l.iij.C.in quib.cau.in integr.
5 Petr.Ci.Bar. Bal. Alber. Ang.Imo.Paul.Rom.Clau.
6 l.ad re-.de ædil.edict.
7 l.Ariſto.de don.vbi Bar.
8 Inſt.de obl.quæ ex conſen.
9 l.ſi ſterilis. §. quãuis.de act.emp.
10 d.l.in venditionibus.
11 l.quid tamen eo.tit.
12 l.cũ ab eo.in fi.de cõtra. emp.
13 d.§.quamuis.
14 d.§.fi.
15 l.ex empto.§.ſi quis virginem.de act.emp.
16 l.j.in fi.de pig.act.
17 l.ſi cum aurum.de ſol.
18 l.eleganter.§.qui reprobos.de pig.act.
19 l.ſtipulationes commodiſsimum.l. doli.ſ.eod.
20 l.& eleganter.§.nõ ſolum.in fi.de dolo.
21 l.ſi quis cum aliter.in fi. ſ.eod.
22 l.ſi ſine.§.ſi in ſtipulatione.rem rat.hab.
23 d.§. quamuis.l. ij. C. de reſc vend.
24 d.§.non ſolum.
25 d.l.ex empto.§. ſi quis virginem.
26 d.l.§.ſi is qui vinum.
27 l. quoties. § .ſi colono. de vſufruct.
28 l. ſi quis pecuniam. de condi.ob ca.
29 l.naturalis.§.i. de præſcrip.verb.vbi Bart.
30 d.§.quamuis.l.labeo.ij. de contra.emp.
31 l.venditi.ij.C. de actio. empt.
32 d.§.non ſolum.
33 d.l cùm ab eo in fi.
34 argu.l.ſed Celſus.§.ſi fundus.de cõtra.emp. Ang. Imol.Rom.hic.
35 l.ſi vir.de præſcr.verb.l. ſi conuenit.de reſc.vend.
36 l.quod ſi minor.in fi.de minor. Bar.l. quæ ſub conditione.§.fi.de condi.inſtit.
37 l.j.quod met.cau.
38 l.j.in prin.& §.idẽ Pomponius.de dol.
39 l.ij.§.& generaliter.de dol.excep.

S V M M AE.

1 ☞ *Interitu promiſſorem liberari: certis ex cauſſis contrà. 2.*
3 *Perit res moroſo: niſi ob creditoris factum. 5.*
6 *Moram non interpellatus certis caſibus contrahit.*
7 *Interpellare extra ius ſat eſſe.ex cauſa contrà.10.*
9 *Interpellatione moram ex cauſſis non fieri.*

LEX



L E X XXIII.

I SI EX LEGATI TENEBERIS MIHI.Mortua ergo ſpecie
† debita ante morã,liberatur promiſſor:quia,ſcilicet,res ad eum caſum
deuenit,à quo incipere non poteſt.nec enim promiſsio mortui hominis à
principio valet [1].qua ratione ſi ſpeciei mortuæ aliquis vſus eſſet,vt bonis,
aut ſucculæ, nõ deberet liberari promiſſor.quod tamẽ falſum eſt [2].Verior
ergo ratio eſt,quia ea ſpecies cùm perierit,ampliùs dari non poteſt.mors
enim efficit,vt non eadem res videatur [3]. Intellige ſupradictam concluſionem in caſu ſuo
procedere,vt liberetur quidem promiſſor:ne ſpeciem peremptã dare teneatur [4]:ídque,vt
I. aliqui putant, etiam in conſcientiæ foro [5]. Sed † tamen ſi ipſe aliquid receperit, vt det,in
2 contractu innominato tenebitur id quod recepit reſtituere,vtilitérq; ab eo cõdictione ob
II. cauſam res repetetur [6]. Quod tamen ſecus in vẽditione eſt [7].Vnde eadẽ ratione,ſi mihi
legatũ ſit hac cõditione,*ſi Stichum ſeruum meum hæredi dedero*.íſque Stichus ſit mortuus,quia
conditio euenire ampliùs non poteſt, mihi imputabitur:nec legatum conſequi potero [8]:
III. licet aliud ſpeciali fauore libertatis Iuſtinianus ſanxerit [9]. Sanè ſi ſpecies debita culpa,
aut iniuſto facto promiſſoris perierit,non eſt dubitãdum,ei( vt hîc dicitur)imputari [10]:niſi
IIII. tamen id factum morti cauſam non dederit [11]. In obligatione quoq; alternatiua dubium
non eſt,altera ſpecie perẽpta , non liberari promiſſorem [12].idémque in obligatione homi-
nis in genere vel etiam quantitatis [13]:qua de re alibi diffuſiùs.
P E R T E S T E T E R I T. Hinc † colligitur alia concluſio,vt poſt moram
3 contractã periculum interitus ad promiſſorẽ pertineat:cuius ea eſt ratio, quia poſt moram
I. lex odio fruſtratoris perinde teneri eum iubet , ac ſi res adhuc extaret [14]. Nec refert,
an ſpecies intra illud tẽpus perierit,quo mora purgari diluíq; poteſt. adhuc enim non libe-
II. rabitur promiſſor [15].poterit tamen tali caſu æſtimationis ſolutione * vitari pœna [16]. Nec
4 rurſus refert, an res eodẽ modo apud creditorem peritura fuerit [17]. nec enim in actionibus
perſonalibus exceptio hęc admittenda eſt,preter quã erga eũ,cui dominij quęſtio refricari
nequeat [18].Videmus enim domino vendicanti hãc exceptionẽ obſtare [19],quod alibi Doct.
III. diſputãt [20]. Sed & ſi facto creditoris, dum tñ iuſto nec ad id ordinato dari aut fieri poſſe
5 deſiiſſet,ſupràſcriptę cõcluſioni locus eſt [21]:ſecùs † ſi facto iniuſto id cõtigiſſet,vt quia ſeruũ
ſibi debitum occidiſſet [22],liberaretur promiſſor,quãuis morę reus eſſet:quod & Accur.hîc
tradit [23].Idem,ſi in creditoris inuidiam ſeruus ab alio occiſus fuiſſet [24].qua de re infrà [25].
A V T I N T E R P E L L A T V S. Regulariter, ergo vt debitor in mora
conſtituatur,interpellatione opus eſt.Sunt tamen nõ pauci caſus, quibus abſque interpel-
6 latione quis in mora † conſtituitur, vt cùm obligationi dies adiecta eſt:quod diffuſe Iaſ.hîc
attingit.nos cõmodiùs alibi tractabimus [26].Vel cũ fauor creditorũ id ſuadet [27].ſiue odium
debitoris [28].vel cauſæ ipſius æquitas [29].aut quia ita actũ à partibus fuiſſe lex interpretatur.
quos caſus alibi à Doct.congeſtos huc transferẽdos non exiſtimaui [30].Sed dubitatur,num
ſi ſpecies debita poſt morã hanc irregularem pereat,liberetur promiſſor?& lex noſtra pro
bat liberari:verum enim eſt non fuiſſe interpellatum. & ita ſe habet communis ſentẽtia [31].
ſatis enim eſt,ſi ſpeciales illi caſus moram eatenus inducant,vt vſuras debitor pendat : vt
verò interitu ſpeciei nõ liberetur,extendi nõ debẽt [32].nimis enim graue eſſet quòd promiſ
ſor ſubiret damnũ.quod tñ intelligendum eſt:niſi quis ratione officij teneatur [33],aut dolus
ſeu lata culpa debitoris arguatur [34] : vt cùm quis ſeruũ debitum occidit, quod hîc dicitur:
æquiparat enim hos caſus Iuriſconſ.imò maior videtur eſſe huius occiſoris culpa , quàm
ſimplicis fruſtratoris,qui poſt interpellationẽ fuerit negligens. ſi quidẽ in doloſum, etiam
ſi antè,quàm cõditio aut dies veniat ſeruũ occiderit,perpetuatur obligatio [35]:at in fruſtra-
7 torem,non niſi cum die ſua,aut poſt conditionis euentũ eſt interpellatus [36].Sanè † interpel
lationẽ hanc ſufficere,ſi extra iudicium fiat,Bar. rectè cenſuit.quem & cæteri ſequũtur [37].
quod procedit,etiam ſi ipſe creditor priùs in mora fuiſſet, vt quia rem à debitore oblatam
recipere noluiſſet [38].Ipſius enim debitoris mora poſterior ſemper attẽdẽda eſt [39]. quod ad-
8 uerſus Sali.ſententiã.Alex.rectè tradidit. Quod ſi creditor * ſemper accipere renuiſſet,&
ad litis vſq; cõteſtationem morã ſuam non diluiſſet,res interim mortua eius dãno periiſſe
I. intelligitur [40]. Non tñ dubitandũ eſt aliquot eſſe † caſus,quibus interpellatio hæc debi-
9 torẽ in mora nõ conſtituit.vt cũ quis ſolo iudicis officio quadã ex æquitate extra ordinem
obligatur , tunc enim talis interpellatio non ſufficeret,ſed litis conteſtatio requireretur [41].
II. Sed & quotiẽs debitor poteſtatẽ rei ſoluẽdæ nõ habet, per interpellationẽ in mora non
III. conſtituitur,difficultáſq; eũ excuſat:vt alibi declaraui [42]. Illud quoq; certũ eſt,licet inter
pellatio iterata maioris efficaciæ ſit [43],ſi tamen ſecũda cũ priore pugnaret,nõ ſolùm mora
10 nõ induceretur,ſed prior tolleretur [44],corrigeretúrq; [45] Sed † & omittẽdũ nõ eſt,fuiſſe,ꝗ ſen
tirẽt interpellationẽ hãc nõ ſufficere niſi auctoritate iudicis fiat,quotieſcunq; id deberetur
quod promiſſor abſq; decreto alienare nequeat:vnde in caſu legis ſequẽtis cũ ſeruus pro-
miſſus

1 l.ſi homo mortuus.ſ.eod
2 l.mortuo.de legat.ij. vbi Bartol.
3 §. deinceps. in authẽt.de nupt.
4 l.naturalis .§. ſed ſi ſcyphos.de pręſcript.ver.
5 Ancha. reg.peccatum. de regul.iur.in vj.
6 l.fi.verſ.& ideo.de cond. cau.dat.
7 l.fi.C.de peric.& cõmo.
8 l.in illa.ſ.eo.l. legatum. C.de condit. inſer.
9 l.fin.C.de condit. inſert.
10 l. ſi ſeruum.§. de illo.ſ. eodem.
11 l.is qui, ex ſtipulatu.ſ. tit.j.
12 l.ſi Stichum.ſ.eo. Abb. ca.cum dilecti. de empt.& vendi.
13 l in ratione.§. incertæ. ad leg.falci.
14 d.l.ſi ſeruum.§.fi.ſ.eod.
15 d.l.ſi ſeruum.§. ſeqtur.
16 l.ſancimus.§.pen.C.de fideiuſ.Bartol.l. ſi inſulam. vij.q.ſ.eodem.
17 l.cum res.in fi.de leg.j. l.ſi filio.§.ſi poſt.ver. omnimodo. ſolut.matr.
18 l.ſi plures.in fi.dep.
19 l.illud.de peti.hæred.l. item ſi.in fi.de rei vendi.
20 Doct.d.l. quod te.
21 arg.l.quid ergo.§.ſi hæres.de leg.j.Bart.l. ſi inſulã. ſ.oppo.in fin.ſ.eodem.
22 d.l.ſi ſeruum.
23 l.antepenul.ad le.Aqui.
24 Arg.l.ſi merces.§. culpæ.loca.
25 Bart.l.ſi Stichus.ſ.eod.
26 l.ad diem.ſ.eodem.
27 l.cum quidam.§. fiſcus. de vſur.l.iij.C.in quib.ca.in integr.
28 l.meritò.de vi & vi ar.
29 l.curabit.C.de act.emp. l.qui ſine.de neg.geſt.
30 Doct.d.l. quod te.
31 Alexan.l. vinum.ſi cer. pet.l.de diuiſione.Sol.mat.
32 dict.l.naturalis.§. ſed ſi ſcyphos.
33 l.debitor.de nego.geſt. vbi Bald.
34 d.l.merito.Iaſ.d.l.qđ te.
35 d.l.ſi ſeruum.in princip.
36 l.cum filius.in fin.ſ.eod.
37 l.qui Romæ.§. cohæredes.ſ.eo.l.denuntiaſſe.in. princip.de adult.
38 l.Celſus.in fin.de arbit.
39 l.illud.de pic.& cõmo.
40 l.ſed ſi alia.de conſtitu. pec.Alexan.d.l. ſi inſulam.
41 l. cum poſtulaſſem. de dam.infect.vbi Bart.
42 d.l.qđ te.
43 l.traiectitiæ.§. de illo. ſ.tit j.
44 l.ſi Stichum.in princip. de nouat.
45 l.Aemilius.verſ.dicebã. de minor.

miſſus abſque decreto iudicis hodie alienari à pupillo tutoréve non poſsit .conſequens
eſt,vt nec ex interpellatione in mora cõſtitui poſsint quod veteres hîc tradiderũt:niſi hæc
interpellatio authoritate iudicis facta proponatur. quatamen in re Caſtr.& Salic.diuerſi
fuerunt.Mihi durum videtur,vt legem noſtram hac in re mutatam credere poſſim:&ideò
in mora quidem pupillum * conſtitui arbitror:cùm veriſimile ſit,ſi ex iuſta cauſa promiſ- 11
ſum ſit,facilè iudicẽ decreto ſuo vti ſolutio fiat conſenſurũ[1].Quod ſi tutor adhibita diligẽ
tia nihil profecerit,iudéxq; interponere decretum abnuerit,tũc propter difficultatẽ excu
ſari pupillus poterit[2] ſi tamen à principio iudice authore promiſſus eſſet Stichus, dubium
non eſſet,quin interpellatione * tutoris mora committeretur[3].quod Rapha. & Alexand. 12
hic tradiderunt[4]. Sed & ſi obligatio non à pupillo, ſed à pupilli patre cœpiſſet, nec tunc
quidem decretum requireretur[5].

1 d.l.quibus.in prĩ.de cõd. & dem.l. ſed & ſi.§. ſed nec ad eos.ex quib.cau.maio.
2 d.l.quod te.
3 l.ſi pupillorũ.de reb. eor.
4 ar.l.iij.§. ſed vtrũ.de minor.verſ.inuito patre.
5 l.magis.§. ſed ſi pater. de reb.eor.

SVMMAE.

*1 Pupillus,filiúſve neq; interpellandus,aut citãdus ſed tutor patérve, actione quauis. 3.6. certis caſibus contrà. 7.8.10.11.*
*13 Tutoris pœnam luit pupillus in eum acturus.*

## LEX XXIIII.

SED SI EX STIPVLATV. Pupillus† ergo interpellari aut in mora 1
conſtitui abſq; tutore non poteſt.cùm enim mora pręſumptam culpam vel I.
dolum in ſe habeat[6], non fuit ratio, cur ea pupillo tribueretur, cuius ætas
quod videt,ignorat[7]. Proceditq; hæc cõcluſio, etiam ſi pupillus tutorem
nullum habeat.ſibi enim imputet creditor, qui cognatos non interpellarit,
eíque decerni tutorem non procurarit[8]: vel ſi tutorem pupillus * habebat, 2
ſed qui abſens eſſet,nõ fecerit curatorẽ ei ad litem dari[9]: Sicut & cùm eum pupillus aliqua
ex cauſa petit[10], vel cum tutore ipſo litigaturus eſt[11]. Rurſus procedit,etiam in patre re- II.
ſpectu filij,quem in poteſtate habet:cùm enim eius legitimus defenſor ſit, ipſe interpellari
debet[12].vnde cenſuit Bar.quotieſcunq; lex alicuius ſcientia requirit,non ſolùm tutoris ſci-
entiam pro pupillo ſufficere[13],ſed etiã patris pro filio. Sed & procedit concluſio non ſo- III.
lùm in interpellatione, verùm † in ſimplici quoque citatione. non enim ſolus pupillus in 3
ius vocari debet[15],ſed cum tutore ſimul, vel ipſe tutor ſolus. infans verò nunquam citan-
dus eſt,ſed ſolus tutor[16]. videtúrque hæc eſſe receptior ſententia[17]. Bart.tamen ſolùm pu-
pillum citari poſſe cenſuit[18].cùm conſtet,ſi contumax ſit,aduerſus eum primo decreto lo
cum eſſe[19].Sed hoc intelligunt doct. ſi cùm tutoris authoritate citatus ſit, vel ſaltem priùs
requiſiti neceſſarij,& affines fuerint[20], quod Imol. Alex.Aret.cæteríque tradiderunt: vel
ſi tutor ipſe comparuit,nam(vt Caſtr.ait[21])citationem inualidam comparendo cenſetur
approbaſſe[22]. Sed quid de adulto reſpondebimus, qui curatorem habeat? & traditum IIII.
eſt idem,quod in pupillo eſſe:ideóq; curatorem citandum[23].ídq; aliqui ſenſerũt[24],verùm
alij crebriore calculo contrà.Sufficere enim aiũt,ſi ſolus adoleſcens citetur[25]: cùm talis ci-
tatio intelligatur,vt legitimè compareat[26].In iudicialibus* enim adoleſcẽs etiam ſi cura- 4
torem habeat, pupillo non æquiparatur:in extraiudicialibus verò ſecùs eſt. Vnde in caſu
legis noſtræ Accur.hîc,quem cæteri probant, idem quod in pupillo obſeruandũ eſſe tradi-
dit,vt ſcilicet in mora conſtitui nequeat,niſi curatore, quem habet,interpellato[27].Addũt
veteres idem eſſe,etiam ſi curatorẽ non habeat in rebus quæ ſeruari poſſunt[28].Cùm enim
eas alienare non poſſit[29],nec quidem in mora earum reſpectu conſtitui poteſt[30]:niſi inter-
pellatio,authore iudice,fiat.quam ſententiam ego ſuprà non probaui[31], Salicetúmque & V.
Caſtr.ab aliis diſſentientes ſum ſequutus.non enim temere legis noſtræ correctio eſt indu- 5
cenda. Sed qui in * hæreditate iacente?& ſatis putarim regulam legis noſtræ tum quo-
que procedere[32].& ideò interpellandus eſt curator ei datus:nec aliter ad ſecundum decre
tum perueniri poteſt[33]:licet ſecùs reſpectu primi decreti[34] ſit. Addit Imol.& Alex.† ni- VI.
hil referre,qua obligatione pupillus teneatur,an à ſe cõtracta,an verò à patre ſuo[35]. Quã- 6
uis enim hoc caſu ſolus abſque tutore & decreto poſſit ſoluere[36], non tamen ſolus inter-
pellari,aut in mora conſtitui poteſt:quia mora delictum arguit[37],quod non temere pupil-
lo adſcribendum eſt[38].Videamus nũc quibus caſibus regula legis noſtræ reſtringi debeat. I.
Et in † primis in caſu cõtrario nullus ei locus eſſet.finge aliqd pupillo deberi, vel ado- 7
leſcenti curatorem habenti,poterit ille abſque tutoris, vel curatoris authoritate debito-
rem interpellare:conſtituétque eum in mora[39]:dum tamen interpellet non ſui ſibi tãtùm,
ſed cum authoritate tutoris ſoluat[40]: erítque promiſſor tali interpellatione in mora regu-
lari conſtitutus.quod quandoque vtilius eſt, quàm ſi ſola irregulari teneretur[41]. Sed & II.
emptor † euictionis cauſa denuntiare pupillo ſoli poteſt,ſi aut tutore careat, aut abſens ſit 8
tutor[42]: quod Accur. interpretatur induci:quia vtilius eſt pupillo vt ſaltẽ quomodocunq;
admoneatur: cum aliâs * ſola teſtatio,eo abſente, facta emptori ſufficere debuiſſet[43].tali 9
enim denuntiatione non pupillus ipſe denuo obligatur, ſed ſolùm ſibi emptor conſulit,
ne ius ſuum remiſiſſe videatur. quod & Põt. Baldus Aretius cæteríque ſenſerunt. Qua III.
ratione

6 l.non põt videri.de reg.iur.l.ſi mora.ſo.ma.
7 l.is cui. §.ceſſatum. vt in poſſ.legat.
8 l.iij.§.j.qui pet.tut.
9 l. in omnẽ. de tut. & cur. da.
10 l.curatorem.de auc. tut. vbi Bar. Alex. cõſ.cxxij.ĩ j.
11 l.qui habet.§.j. de tutel.
12 l.ſi §. vbi.C.de bõ.q̃ lib.
13 l. nõ ſolũ.verſ.pe. de lib. cau.l.iij.in fi.de trib.
14 l. cũ antiquioribus. vbi Bar.C.de iure delib.
15 l.neque impuberes. de ĩ ius voc.l. contra pupillum. de re iud.
16 l.iiij.de in ius voc. vbi gloſ.
17 l.j.§.ſufficit.de admi.tu.
18 Bar.d. §.ſufficit.
19 l.apud Iulianum. §.j.ex quib.cau.in poſſ.
20 l.hæc autem.§.j.e.tit.
21 Paul. & doct. d.l.contra pupillum.
22 gl.l.j.§.j.ſ. de fer.
23 l.ſi curatorem habens. C.de in integ.reſt.min.
24 Spec.Io. And.Imol.
25 d.§.ſufficit. vbi Bart. Alex.hic.
26 l.ſi minor. cũ gl. de bo. auc. iud.l.acta.in fi.vbi doc. de re iud.
27 d.l.ſi curatorem.
28 Iac.Bar.Ang.Bal.Raph. Imol.Alex.
29 l. lex quæ tutores.C.de admi.tut.
30 ar.d. §. ceſſatũ.& l. cum quidam.§.ij.de vſur.
31 ar.d.l.ſi minor.
32 l.ſi bona. C.de bon.auc. iud.
33 l.ſi diu.ex quib.ca.in po.
34 l.iiij.§. toties. ij.de dã. infect.
35 l.cum filius.§. in hac.j. eo.no.l. Aemilius.de mino.
36 l. magis. verſ.ſed ſi pater.de reb.eor.
37 l.Sticũ.ĩ prin.verſ. ſane. de ſol.
38 d.§.ceſſatum.
39 d.l. cũ quidam. §.ij. vbi doct. de vſur.
40 l.ſi quis ſolutioni.§.j.de vſur. Bar.l.ſi ſeruum.§. nũc videamus.j.eo.
41 l.iiij. C.in quib. cauſ.in integr.
42 l.ſi dictum.in fi.de euic. vbi Bal.
43 l.Labeo.de naut.fœn.



10 ratione,cum lex† municipalis iuberet ante menſem locatori denuntiari:aliâs præſumeret
renouatam conductionem. Reſponſum fuit, ſoli pupillo, ſi tutor non appareat, denun-
tiari poſſe. Impediri enim legis præſumptionem, ne videri poſſit conductor vlte-
IIII. riùs concenſiſſe[1]. Quod generaliter ego admiſerim, quoties denuntiatione alius
non offenditur, ſed denuntians ſolùm ſe excuſat[2].Sicut enim excuſatur, qui familiæ, vel
11 vxori tunc denuntiat, ita excuſandus videtur, qui † pupillo, cùm tutor non apparet.tali
enim caſu non ſubeſt æquitas, vt tutorem illi dari procuret alieníſque ſe negotijs immiſ-
V. ceat[3]. Sed nunquid pupillus ipſe,cui tutor datus non eſt, morã irregularem committere
poteſt?& puto poſſe,ſicut videmus & in hæreditate iacente[4],& in eccleſia[5].qua de re alibi.
VI. multo magis igitur ſi tutorem habet. Sed quid ſi tutor non pupilli nomine, ſed proprio
interpellatus eſt? & non committi aduerſus pupillum moram Accur. ſentit[6]. In dubio
12 tamen credendum eſt nomine * pupilli eſſe interpellatum, cùm debitum ipſum ad pupil-
13 lum pertineret[7]. Sed quomodo † ex interpellatione & mira tutoris damnum pupillo in-
ducitur? & conſtat induci nõ ſolùm vt periculum interitus ſubeat, ſed etiam vt augeatur
obligatio, & in pœnam incidat[8].quod Ancharanus,Imola,Alexander tradiderunt[9].ſicut
videmus & ex adminiſtratoris ſeu parochi facto, aut negligentia eccleſiæ pœnam irro-
gari[10]: damnúmque ei ex adminiſtratoris facultatibus reſarciri[11]: quod & in tutore rece-
ptum eſt:vnde cedendo contra eum actiones pupillus quandoque liberatur[12].

1 l.qui ad certum.in fi.loc.
2 Arg.l.qui aut aliter.quod vi aut clam.& d.§.toties.
3 d.l.cum quidam.§.ij.
4 l.ad diem j.eod.
5 l.placet.vbi Bal. C.de ſacroſan.eccle.
6 Glo.fin.
7 l.ij.quando ex fact. tuto. Bar.l.j. §.nuntiat.de op.no.
8 l.ſi tutoris. C.de adm.tu.
9 d.l.Aemilius.
10 l.iubemus nullam.C.de ſac.ſanc.eccl.Bal.d.l.placet.
11 l.j.quando ex fac.tut.
12 l.fin.de adm.tut. Bar.l.ſi dolo.ſi quis omiſ.cau.teſt.

SVMMAE.

*1 Agendum ex ſecunda promiſſione.exceptis caſibus aliquot.3.*
*4 §.pactus ne peteret.explicari.*
*5 Contrahere vetitos ex certa ſcientia non teneri.*
*6 L.ſi dari.ſenſus.*

## LEX XXV.

SI DARI STIPVLER. Promiſeras mihi centũ certa die
1 dare, quo † caſu ſi ante diem petiiſſem exceptione reiiciebar[13]: deinde
eadem centum purè promiſiſti,obligaberis ex hac ſecũda:quę licet con-
tineat idem quod prima, tamen quia prima ante diem erat inutilis, ſe-
cunda hæc attendetur: atque ita caſum in hoc reſponſo fingunt Docto.
qui tamen non multum quadrat verbis legis: non enim ſuperior quaſi
nulla erat, cùm non perpetua exceptione, ſed temporali tantùm excluderetur[14]:nec po-
2 ſterior id quod ex prima duntaxat debebatur continet, ſed ampliùs:quia quod plus* tem-
pore eſt, plus in ſumma quoque exiſtimatur[15].Meliùs ergo alij. Stipulatus eram à filio fa-
milias ex cauſa mutui centũ,verùm,quia mihi obſtabat S.C.Macedoniani exceptio,cùm
factus eſſet ſui iuris iterum ſtipulatus ſum:non eſt dubium hanc ſecundã efficacem eſſe[16].
I.Limit. prior enim propter exceptionem, perinde ac nulla, exiſtimatur[17]. Sed quid ſi† hæc po-
3 ſterior ſolius exceptionis tollendæ cauſa facta ſit? & videretur tunc ex prima agi tãquam
hæc ſequens cauſa confirmandę prioris ſit celebrata[18].quod Baldus tradidit.Pone igitur,
cùm deberes mihi centum, pactus ſum non petere: deinde per ſtipulationem iterum con-
4 ueni †,vt poſſem petere, certè agetur ex prima[19]: quia hæc ſequens ſolùm cauſa tollendæ
exceptionis inducta eſt. quòd ſi poſteriore ſtipulatione ſimpliciter eadem centum ſtipu-
latus eſſem,ex ea tantummodò ageretur:quia prima ipſo iure eſſet pernouationem extin-
cta.ſequens enim ſtipulatio vberior priorem nouat .quod Bartolus ſenſit[20]. Sed Accurſ.
hoc ita demum procedere cenſet, ſi partes id egerint, vt fieret nouatio: & conſequenter
prior ipſo iure tollatur. quam ſententiam ego magis probo, quia & verbis Iuriſconſulti
II. noſtri magis quadrat. Sed quid rurſus dicendum? ſi hæc† poſterior ex certa ſcientia ce-
4 lebrata non ſit? & tunc ex ea non ageretur, quia doli exceptio, quæ priori obſtaret, huic
quoque obiici poſſet[21]. Meritò igitur ſolent tabelliones atteſtari promiſsionem huiuſ-
5 modi ex certa ſcientia factam eſſe.quæ tamen aſſertio† minoribus,aut mulieribus fideiu-
bentibus,hiſcéque perſonis,quę contrahere prohibentur,non nocet[22]:ſed nec ipſis maio-
ribus,dum tamẽ probent errorem[23]. Aduerſus eos enim ex illa aſſertione ſtat legis præ-
III. ſumptio[24]. Sed finge, vendidiſti mihi fundum mille aureis,nec rem tradidiſti: deinde
ea mille per ſtipulationem tibi ſpopondi, an ex ea agenti obſtabit tibi rei non traditæ ex-
ceptio perinde ac ſi ex primo contractu ageres[25]? & aliqui argumento huius legis non
6 obſtare cenſuerũt[26].ſed ego diſſentio.Lex enim noſtra eo † caſu loquitur,quo prior quo-
que obligatio ex ſtipulatu non ex alio contractu erat. vnde cum ſtipulationis cauſa ſit
ipſa venditio ſeu rei tradendæ ſpes, debet obſtare exceptio, etiam ſi nouationem factam
proponamus[27].

13 §. temporales. Inſtit.de excep.
14 l.ſi non ſortem.§. indebitum.de condit.indeb.
15 §.plus.Inſt.de act.
16 l. Sed Iulianus.in fin.ad Maced.
17 l. nihil intereſt. de reg. iur.
18 c.inter dilectos. de fid. inſtr.
19 l.ſi vnus.§.pactus ne. de pac.vbi Bald.
20 l.qui vſumfructũ.j.eod. Bart.l.pen.de præt.ſtip.
21 l.ſi quis delegauerit. de nou.
22 l. doli. §. diuerſum.de nouat.
23 l.iiij. in fin. ſi quis caut. vbi Bald.
24 Bart.l.fin.§. pen.de con dit.ind.
25 l. Iulianus. §.offerri. de act.empti.
26 Alb.hîc.
27 l.iiij.de vſu.l. cum proponas.C.de pact.

SVMMAE.

*1 Conuentiones turpes nullæ: certis caſibus contra. 8.10.11.13.*
*12 L.iuriſgentium. §.j.ſenſus.*
*14 Meretrici actionem negari.*
*15 Focariæ nulla ex cauſa obligatur clericus,*

## LEX XXVI.

GENERALITER. Stipulatio ergo turpis, vt cùm quis † ſe facinus 1
aliquod patraturum promittit, ipſo iure eſt nulla, ſicut & mandatum[1], & I.
ſocietas[2], & venditio[3], & quodlibet aliud turpe pactum[4]. Et ideo fide-
iuſſor * huiuſmodi obligationibus accedere non poteſt[5], nec iuramento 2
confirmantur: ſunt enim aduerſus bonos mores: & ideo iure noſtro im-
poſſibiles cenſentur[6]. Vnde extendunt hoc Doct. vt idem ſit, quoties II.
ſtipulatio ſub conditione turpi eſt concepta, veluti, *Promitto tibi. c. ſi Titius plagium fecerit.* Si
enim incitari veriſimiliter ad delictum illud Titius poſſit, non valet * ſtipulatio, vt quia Ti- 3
tius ſtipulatori amicitia, vel ſanguine coniungatur. quod Bart. cenſuit[7]. Nec refert, talis III.
ſtipulatio turpis rei ob faciendum flagitium, an ob factũ concepta ſit, ſemper enim eſt nul-
la, quippe publicè intereſt crimina * pœnis proſequi, non præmio afficere[8]: aliàs creſceret 4
improborum audacia, & impunitatis exemplum inde ſumeret, quod aduerſus Pet. & Cin.
receptus eſt[9]. Sed quid in voto, an ſi ob turpem cauſam emanauerit, ſit obſeruandum? IIII.
& And. Iſer. cenſuit valere[10]. veluti cùm quis vouet, ſi pudicitiam talis virginis iminuere ei
contingat. votum enim ex ſe licitum eſt, vnde conditio ſola ceu * turpis debet vitiari[11]. Alij 5
contra, legis noſtræ argumento[12]: & quia mitiùs cum Deo, quàm cum hominibus agitur[13],
quam ſententiam & ego ſequor. vt enim votũ obliget, oportet eiuſmodi eſſe, vt à Deo vtili-
ter accipiatur[14]. Nec me mouet, quòd in vltimis voluntatibus propter earum fauorẽ con-
ditio * impoſſibilis reiiciatur: quia lex interpretatur talem fuiſſe defuncti voluntatem. at 6
in caſu noſtro nullus eſt interpretationi locus, cùm vouens viuat, & ſe non conſenſiſſe, niſi
ſub ea conditione atteſtatur[15]. quæ conditio propter turpitudinem reddit actum nullum[16].

Cæterùm & ſi ſtipulatio ipſa non turpi, ſed ex cauſa turpis celebrata ſit, ipſo iure nul- V.
lam eſſe receptum eſt[17]: vt cùm pecuniam quis ſtipulatus eſt plagij, ſeu flagitij faciendi cau
ſa. quod intelligunt Ang. Paul. Alexand. cæteriq́ue crebriore calculo, quoties talis cauſa in
crimen tranſiret: quod commune tam ſtipulatori, quàm promiſſori eſſet. Subeſt enim ſem-
per illa ratio, quod aduerſus bonos mores contractum videtur[18]. Nec recepta eſt Bar. ſen-
tentia diſtinguentis, an talis cauſa expreſſa ſit, an de ea tacitè inter partes actum. Par enim
taciti * & expreſſi eſt virtus: & quæ aduerſus bonos mores fiunt, ſi clàm patrentur, maiore 7
pœna lui debent[19]. Quòd ſi † ad communem culpam turpis cauſa nõ pertineat, recepta I.
eſt Petr. Ciniq́ue ſententia, ipſo iure ſtipulationem valere exiſtimantium: licet ope excep- 8
tionis promiſſori ſuccurratur[20]. cùm enim defectus cauſæ ſtipulationem * ipſo iure non in- 9
firmet[21], ſi ea, ſed turpiter, interueniat, vitiare ab initio contractum nõ debet[22]: ſicut vide-
mus, dominij quidem tráſlationem eius cauſæ impulſu impediri: vnde non rei vendicatio
ſed conditio ob turpem cauſam introducta eſt[23]. Hinc conſequens † eſt, vt ſi ſtipulatio II.
ob maleficium ne fiat, celebrata ſit, oriatur inde ciuilis obligatio, cui obſtet exceptio pro- 10
pter æquitatem naturalem[24], tali enim ex ſtipulatione non oriri naturalem obligationem
receptus eſt: alioquin ſolutum repeti non poſſet: quod tamen conſtat repeti poſſe[25]. nec vi
detur huiuſmodi ſtipulatio directò contra bonos mores eſſe: quamuis enim abſque præmij
ſuapte natura abſtinere quiſque à delictis debeat, non tamen ſi præmium accipit, omnino
bonis moribus aduerſatur[26], ſed potiùs ob cauſam non ſufficientem accipit. Nec obſtat
quod † lex ait, Si ob maleficium ne fiat promiſſum ſit, nullam eſſe obligationem[27]: quia (vt
rectè Accur. ibi interpretatur) de pacto nudo lex loquitur, à quo abeſt ſemper ciuilis obli- 11
gatio. Quam interpretationem propter naturam tituli & præcedentia ſubſequentiáque
verba: alij quoque[28] probat. Quòd ſi de ſtipulatiõe intelligatur, ſatis ibi adhuc oſtenditur
ideò eſſe nullam: quia cauſa ſufficiens non adeſt. quo caſu ſola exceptione nulla eſt[29]. Et
ex hoc generaliter infertur, quoties ſtipulatio ex turpi cauſa ſolius ſtipulatoris reſpectu ce-
lebrata eſt, ipſo iure valere, licet exceptione elidi poſſit. ſic que Pauli reſponſum communi
interpretatione accipitur[30]. quod & ego probo, lex enim hunc caſum & ſuperiorem, cùm
promiſſio, ne maleficium patretur, facta eſt, æquiparat[31]. Eodem pertinet, & cùm † ſti- III.
pulatio non rei turpis, nec ex turpi cauſa, ſed turpiter celebrata eſt, vt quia dolo, vel metu 12
compulſus eſt reus promittẽdi[32]. Dubium enim nõ eſt oriri quidẽ actionem, licet exceptio-
ne actor ſubmoueatur[33]. Sicque Pauli reſponſum intelligit vel reſtringit potius Pont. & Ia.

Sed quid ſi promiſſio ex turpi cauſa ſolius promiſſoris facta ſit? & receptum videtur ef- IIII.
ficaciter actionem dari: vt cùm quis meretrici promittit[34]. Accur. tamen contrarium vbi-
que ſenſit, vt promiſſio non valeat[35]: nam & videmus vice verſa quod * meretrix amatori 13
promittit, nullius eſſe momenti[36]. probabiliſque mihi videtur hæc ſententia[37]. nam &
idem Bart. ſi per tali promiſſione pignus datum ſit, poſſe repeti quandoque exiſtimauit[38].
Nec obſtat, quòd res meretrici ſoluta condici nequeat[39], & donatio, qui contractus rei in-
teruentu iure veteri ſolùm perficiebatur[40], in meretricem collata valeat[41]: quia aliud eſt,
cùm

1 l. ſi remunerandi. §. rei turpis. mand.
2 l. quod autem. cum ſeq. pro Soc.
3 l. quod ſæpe. §. veneni. de contr. empt.
4 l. pacta, quæ contra. C. de pact.
5 l. ſi à reo. in fi. de fideiuſſ.
6 l. filius. de cond. inſtit.
7 l. ſi plagij. §. eod.
8 d. l. ſi plagij.
9 Bart. d. l. ſi plagij.
10 Iſer. cap. j. quib. mo. feu. amit.
11 l. j. de cond. inſtit.
12 c. in malis. xxij. q. iiij.
13 l. ij. §. voto. de pollic.
14 c. quod ſuper. de vot.
15 Abbas capit. ſcripturæ. de vot.
16 Arg. l. j. in fin. C. de his quæ pœ. no.
17 d. l. ſi plagij. l. mercalẽ. C. de condic. ob turp. cau.
18 Fulg. Rom. Iaſ. Mod.
19 l. ſi. de rit. nup.
20 l. pen. de cond. ob turp. cauſ. l. iuriſgentiũ. §. & generaliter. de pact.
21 l. ij. §. circa. de doli exce.
22 l. cum tale. §. falſam. de cond. & demonſt.
23 Tot. tit. de cond. ob cau.
24 Gloſ. d. l. iuriſgentium. §. j. verb. nulla.
25 l. ij. de cõd. ob turp. cau.
26 l. j. verſi. bonos. ff iuſt. & iur.
27 d. l. iuriſgentium. §. j.
28 Raph. Alexã. Claud. hic Aret. d. l. ſi plagij.
29 d. l. ij. §. circa.
30 d. l. pen. Com. Imo. Pau. Fulg. Alex. Aret. Claud.
31 d. l. ij. de cõd. ob tur. cau.
32 l. ex ea. eod. tit.
33 l. dolo. C. de inutil. ſtipu.
34 l. affectionis. de don. vbi Bar. l. iiij. §. ſed quod meretrici. de cond. ob turp. cau.
35 Glo. l. ea quæ. C. de don. ante nupt.
36 l. ſi. in fi. ſ. tit. j.
37 Imol. Iaſ. hic. Bald. Ang. Paul. mod. §. ſed quod meretrici.
38 Bart. l. j. in fin. de cond. ob turp.
39 d. §. ſed quod meretrici.
40 Alexã. l. iuriſgentium. in princ. de pact.
41 d. l. affectionis.



cùm rei traditio interuenit, quàm cùm ſola promiſſio. facilius enim retentionem lex cõ-
cedit[1]: nec actus facti tam procliuiter infirmat, ſicut qui ſolis verbis inducti ſunt[2]. Abſti-
14 nétque † plerunque prętor, ne inhoneſtas haſce perſonas audiat[3]. quãuis enim lex mere
trices non inquietet, ſed eas maioris mali vitandi cauſa toleret[4], nõ tamen approbat,
vt actionem eis concedere eo nomine velit: vnde quamuis non valeat promiſſio, ne ma
leficium cõmittatur, tamẽ receptũ eſt, eã valere, ne qua amplius meritoriam vitã ducat[5]
qđ aliqui hîc tradiderunt[6]. abhorret enim lex tale inſtitutum: licet in eius pœna con-
niueat. Cùm ergo lex nulla ſcripta ſit, quæ actionem hoc nomine dari dicat, nec nos di
cemus: & propter manifeſtam diuerſitatis rationem non idem de promiſſione iudicabi-
mus, qđ de retentione[7]. Nec rurſus me mouet, quòd ſpeciale in milite ſit vel clerico, ne
promiſſio concubinæ vel meretrici ab eis facta valeat[8]: quia in eis nec ipſo quidem iu-
re valet etiam ſi traditio ſecuta ſit: & hoc præcipuè illis indultum eſt. Hinc conſequens
15 eſt, ſi clericus à focaria † ſuſpecta, quam domi habeat, confiteatur ſe. c. ex cauſa depoſiti
recepiſſe, quæ illi reſtituere promittat, non valere cõfeſſionem: quia præſumitur in frau-
dem legis animo donandi facta[9]. qđ ex facto Anch. reſpondit[10]. addit Dec. huiuſmodi
præſumptionem nec eo quidem colore excludi, q̃ ſibi eam pecuniam deberi pro famuli-
tij obſequio mulier alleget: niſi enim probetur de mercede eã conueniſſe, ſatis ei factum
ex ſola alimentorum pręſtatione cenſebitur[11]. quam tamen ſententiam ego nõ ſatis pro
bo[12]. Sed an ideo lucrifaciet clericus eam pecuniam, quam aduerſus leges concubinæ do
natam voluit? & fortè non, ſed fiſcus potius admittetur[13]: licet ſecus in milite ſit. ſuccurri
16 tur enim magis illi ob præſumptam fatuitatem: & qđ in eo voluptas eſt *, in clerico cenſe
tur flagitium[14]. & ideo licet militi non auferatur, clerico tamen auferendum videretur,
qui ficta confeſſione fraudem legi facere voluit[15].

### SVMMAE.

1 ☞ *Stipulatio turpis nulla.*
2 *Iudex officium non petitus impertitur ex cauſis.*

## LEX XXVII.

VELVTI ACTIONES DENEGARI. Intelligunt Doct.
1 ſtipulationem † turpem non ſolum iure ciuili, ſed & prætorio nullam
eſſe. Ego interpretor, vt quamuis regulariter iudex officium ſuum non
petenti non impartiat[16], tamen nõ procedat in hoc caſu, in quo debet
2 iudex actiones denegare & libellũ lacerare[17]: vt ſicut † fauore publicæ
vtilitatis etiam non petenti iudex officium impartitur[18]: ita & hoc ca-
ſu, qui ad exemplum, bonóſque mores pertinet. Videmus enim aliàs actionẽ quoque de-
negari, ſiue libellus ſit defectu formæ nullus[19], ſiue malè ſit conceptus, vt quia in eo id pe
tatur qđ peti leges vetant[20], ſiue calũnioſè inſtituta ſit actio, idq; iudex ſuſpicetur[21], ſiue
3 cauſa inepta petitionis allegata fuerit[22]. Sed in contrarium facit, quia quoties * lex actio-
nem denegat, non intelligitur actum ipſo iure infirmare, ſed ſolùm ope exceptionis[23]: er
go videretur talem ſtipulationem in caſu legis noſtræ ipſo iure valere[24]. Sed reſponden-
dum eſt, hoc procedere, cùm lex actioni tantũ, petitioniq; aduerſatur: ſecùs, ſi etiam obli
gationi prout in caſu noſtro illis verbis quibus ait nullius momenti eſſe ſtipulationem.

### SVMMAE.

1 ☞ *Agi niſi defecta conditione, non poſſe.*
2 *Mors in conditione negante non expectanda cau tioq; ſufficit. 4. 5. 6.*
7 *§. Si ſtipulatus. explicari.*

1 §. SI STIPVLATVS HOC MODO. Quouſque ergo conditio † deficere
poteſt, eo vſq; agi non poteſt[25]. quę ſententia certiſſima eſt in caſu legis noſtrę. cùm enim
dies adiecta ſit, ſatis apparet id actum, vt ea expectetur[26]. Sed quid ſi dies adiecta nõ ſit,
& tunc expectandum eſt, donec certum ſit eũ non poſſe aſcendere[27], ideſt, donec ſit mor-
I. tuus[28]. In vltimis tamen voluntatibus ſufficit cautio Mutiana, nec tempus † mortis ex-
2 pectatur[29]. qđ propter fauorem ſupremorum iudiciorum inductum videtur, quia publicè
intereſt quã primũ exitum habere[30], idq; ſecundum teſtatoris voluntatem. ſi enim mors
hæredis expectãda, vel legatarij eſſet, mẽs teſtatoris non ſeruaretur, qui propter affectio-
nẽ perſonarũ reliquiſſe præſumitur[31]. at hoc modo legatarius nõ haberet, ſed eius ſucceſ-
ſor, ſed & hæres inſtitutus nõ haberet, qui hæreditatẽ adire nõ potuit, nec quidẽ in extre-
3 mo vitæ exitu[32]: vnde nec tranſmitteret quidem, cùm hæreditas * non adita nõ trãſmit-
tatur:

1 l. j. §. proinde. de var. & extra. cogn.
2 l. denique. ex qb. cau. ma.
3 l. j. in prin. de aleato.
4 c. inter opera. de ſponſ.
5 ar. l. imperialis. §. j. c. de nupt. & in authen. ſcenicas. in prin.
6 Iaſ. d. l. iij. verb. nõ poteſt.
7 l. omnia. l. ſi filius. ſi cert. pe. l. cum de indebito. in fin. de proba.
8 l. ij. C. de don. inter vir. l. miles ita. §. mulier. de teſt. milit.
9 l. ſi fortè. vbi Bar. de caſtr. pec. gl. l. ſi donatione. C. de collat.
10 Anc. cõſi. cccxlvij. quæritur, dubium.
11 ar. l. ſed ſi quid. ver. ſufficiẽter. de vſuf. vbi Flor. Dec. conſi. cxxxij.
12 ar. l. in ſumma. §. in frumẽto de cõd. ind. vbi Ang. & Iaſ.
13 gl. d. l. ea quę. & l. ij. C. de cond. ob tur. cau.
14 §. j. diſt per tot.
15 l. j. ver. aduerſus leges. de iur. fiſc. l. iij. in prin. eo. tit.
16 l. iiij. §. hoc aũt. de dã. infect.
17 gl. j. de off. aſſeſ. vbi mo.
18 l. congruit. de off. pręſi. §. j. in auth. vt null. iud.
19 Paul. d. l. j. Alexan. conſi. xxxij. in j.
20 l. ij. c. vt nem. priua.
21 l. ſi quis libertate. §. planè. de pet. hær. gl. l. qui cùm maior. §. ſi patris. de bo. lib.
22 c. cùm dilecti. de empt. doct. d. l. j.
23 l. ij. ad Maced. Bar. l. cum lex. de fideiuſſ.
24 Sali. d. l. ij.
25 l. quicquid. in fi. j. eo.
26 l. ſi peculium. in fi. de ſtatulib.
27 l. ita ſtipulatus. §. ſed ſi ita. ſ. eo.
28 §. ſi quis ita. Inſt. eo.
29 l. Mutianæ. de cõd. & de.
30 l. vel negare. quemad. teſta. aperi.
31 l. nec adiecit. pro ſoc.
32 glo. l. ſi. quando dies leg.

tatur[1]:quæ omnia in cōtractibus diuerſa ſunt.nā & eis affectio cauſam ſimpliciter nō præ-
bet,ſed ſua cuiuſq; induſtria[2]:tranſmiſsióq; locū habet[3].& hāc ratione approbauere Old.
Petr.Cin.Alb.Caſtell.Ful.Porc.licet alij eā malè exponāt,vt improbent [4]. Cenſuit idē & II.
Bal.dū in cōtractibus nō expectari tempus mortis ait,quoties de re agitur, quæ ſui natura
ad hæredes non trāſeat[5]:Vnde ſi quis ſtipulatus† ſit alimenta,ſi in capitoliū non aſcēderit, 4
videtur ſtatim præſtari ea debere[6],dū tamē caueat ſe nō aſcēſurū. quod ego aduerſus Ale-
xā.ſententiā veriùs eſſe arbitror[7].Idémq; in eo ſentio, qui vſumfructū certæ rei ſub ea con
ditione ſit ſtipulatus.[8] Illud† dubiū nō eſt, ſi quis ob donationē cauſa mortis aliquid ſub III.
prædicta cōditione ſtipulatus ſit,cautioni locū eſſe,nec mortē expectari[9].hac enim in re ſi- 5
milior legato,quā cōtractui eſt huiuſmodi donatio[10]. Sanè †in contractibus quoq; qui a IIII.
cōuentione,nō autē à conditione incipiunt,non expectari mortē cōſtat,ſed ſtatim, cū quis 6
facere potuit,& non fecit,cōmitti ſtipulationē[11]:vt ſi promittis mihi in capitoliū aſcende- V.
re,& ſi nō aſcēderis ſpōdes centū. Quid verò in obligationibus dandi,cū à cōditione in
cipiunt,ſit,alibi attingam.videtur enim aduerſus cęteros verū eſſe illud παράδοξον,vt nec tū
quoq; mors ſit expectanda,ſed poſt interpellationem cōfeſtim pœna cōmittatur,qđ Irner.
cenſuit[12]. Sed quid in conditione affirmatiua, puta, *Promitto x.ſi in capitolium aſcenderis.* & VI.
cōſtat ſtatim impleri eā debere [13]: & ideo interpellatione debitoris conſtitueretur creditor
in mora,qui capitoliū non aſcendat[14].qđ tamen intelligendū in caſibus quibus cōpelli cre-
ditor poteſt,vt conditionem impleat[15]. †Sanè hoc ex contextu apparet omnino expectan 7
dū biēnium antè,quā agi poſsit: tametſi cōditio hæc vtilitatem ſtipulatoris non reſpiciat,
itémq;quamuis non ante cal.ſed intra cal.concepta ſint ſtipulationis verba.vnde quorun
dam diſſentientium ſententiam ſuprà confutaui [16].

S V M M AE.

2 ☞ *Dandi dominij transferendi nota ex cauſa diuerſum.*
5 *Tradens non, niſi ex cauſſis, dominium transfert.*
*6. 7. 8. 9. 10.*
11 *Tradi, verbo acceptio multiplex.*
12 *Aſsignare variè, ſed pro re accipi.*

LEX XXVIII.

SI REM TRADI. Dare propriè*eſt dominiū transferre[17],qđ Græ- 1
ci δόμεναι dicunt: vnde & dominus nomen ſumpſit.Palladas in Epigram.
οὐκ ἐθέλω δόμεν· οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.In dubio † quoque qui dare promittit, vide- 2
tur de dominij tranſlatione,niſi natura cōtractus aliud ſuadeat, egiſſe [18]:
ſiue quia potentiòr ſignificatio accipienda ſit[19], vt aliqui tradiderūt, ſiue
quia qui rem promittit,videtur eā ſimpliciter promiſiſſe,vt perpetuò poſ
ſit apud creditorem remanere[20],non autem eo vitio affectā vt euinci poſsit[21]:vnde & pro
prium*dicitur,quod perpetuū eſt:ſiue,(vt ego ſentio),quia ſi aliter diceremus,non res ipſa 3
cenſeretur promiſſa,ſed rei poſſeſsio,*quæ plurimùm à re diſtat[22].Aliud tamen eſt,cū quis
rem†tradere promiſit.non enim cenſetur quicquā de proprietate actum,ſed de ſola nudæ 4
poſſeſsionis tranſlatione,vt hîc dicitur,quid ex vi præpoſitionis, *Trans*, videtur inductum. 5
quæ localis eſt[23],& rebus corporalibus propriè conuenit magis, quā dominio, qđ iuris eſt. I.
Quādoq; tamē vel ex natura† contractus, ſeu ex ſubiecta materia qui tradere promit- 6
tit,de cauſa proprietatis egiſſe videtur[24].vnde venditor,qui ad tradendum tenetur,domi-
nium quoque trāsferre debet ſi dominus eſt[25]. Idem dicendum,ſi aliquorum verborum II.
†adiectio hoc ſuadeat,vt cùm quis vacuā poſſeſsionem traditurum ſe ſpōdet,de cauſa bo- 7
norum egiſſe videtur[26].non enim veriſsimile eſt,ſi alius extet qui dominium in re præten-
dat,commiſſurum eum,quin ius ſuū proſequatur, nec poſſeſsionem vacuā relicturum [27],
qđ infrà declarabo. Addunt aliqui,idem eſſe† cùm quis promittit aliquid in genere tra- III.
dere,putà ſeruū,vel equum,& ſi qua ſimilia.videtur enim actum, vt dominium transfera- 8
tur[28], quæ ſentētia generalitati legis noſtræ aduerſatur,itémq; proprietati verbi,*Trado,* ne-
que ſatis iure noſtro probabilis eſt.vnde & alibi defendi eum,qui in genere vēdidit, nō ta-
men ad dominij tranſlationem teneri[29]:licet frequentiore calculo alij diſſentiant [30]. Il- IIII.
lud† tamen fatendū eſt,vt quoties pecunia ſub numero tradita ſit,præſumatur dominium 9
tranſlatum celebratúſque mutui cōtractus[31],vnde tantundem in genere reſtitui poterit[32].
Sed & ſi quis† tradere aliquod ius promiſit,de nuda traditione intelligi nō poterit:tene- V.
tur enim ius aduerſario conſtituere per cautionem, promitteréque per ſe non fieri,quòmi 10
nus ſtipulator vtatur[33],vel aliàs patientiam præſtare[34]. Sed quid ſi in inſtrumento ſcri- VI
ptum ſit, *Seius dedit, vendidit tradidit,* &c. an iſtis verbis probetur tranſlatio poſſeſsionis: & ſi
res coràm erat,ſatis credendum eſt,factā traditionem ,alias videbitur tantum modo facul-
tas conceſſa, qua emptor propria auctoritate poſſeſsionem poſſit accipere [35]. Sanè du- VII.
bium non eſt,latam† eſſe tradendi ſignificationem:& ideo quandoque hoc verbo idem in 11
telligi,quod dicere vel docere [36], quandoq; qđ cōmittere [37]. aliquando & prodere[38]: vnde
traditor

1 l.j.§.in nouiſsimo.C.de cad.tol.
2 l.cum hi.§.plane.de trāſ.
3 arg.§.ex conditionali. Inſtit.eo.
4 Iaſ.l.ſiue apud.C.de trāſ.
5 ar.l.pater.§.pe.in fi.de cō di.& de.
6 Bald.auth.cui relictū. C. de indic.vid.toll.ad fi.
7 Alex.l.j.C.de pac.
8 ar.l.hæres.ij.§.pe.de con di.& de.
9 §.quęro, nunc ſequitur. ver.præfatæ autē. in auth. de nup.
10 glo.l.ij.in princ.de dot. præleg.
11 d.l.ita ſtipulatus.ĵ.eo.
12 d.l.ita ſtipulatus.in fi.di xi lib.j.parad.cap.xj.
13 l.hæc cōditio. ij. de con- di.& de.
14 Bar.l.non ſolum.§.mor te.de ope.no.
15 l.cū ab eo.de contr.emp.
16 l.in illa.ſ. eo.
17 §.ſic itaque.Inſt.de actio.
18 l.ſi ita.in fi.de cōtr.emp.
19 l.j.ſi ager vectig.
20 l.ſeruus.vbi Barto.C.de pœn.
21 l. qui concubinam. §. ſi hæres.de leg.iij.
22 l.naturaliter.§.j.de acq. poſſ.l.ſi mulier. §. j. qđ me. cauſ.
23 l.ædiles.ij. §. quæſitum. de ædil.edic.
24 l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruū. de cond.ob cau.vbi Alex.
25 l.exempto. de act. emp.
26 l.in cōuētionalibus.in fi. ĵ.eod.
27 glo.l.fi.ver. vacuam. C. vnde vi.
28 l. ſi à ſubſtitute.in fin. l. ſeq.de leg.j.
29 l.ij.in princ. vbi docto.ſi cer.pe.
30 d.l.exempto.vbi Bar.
31 glo.& doct. l. cum quid. ſi cer.pe.
32 l.in naue. verſi. idem iu ris.loca.
33 l.iij.§.ſi iter.de act.emp.
34 l.quoties.ij. de ſeruit.
35 l.prędia.vbi Bar.de acq. poſſ.
36 §.fi.Inſt.de pub.ſubſt.
37 l.i.C.de ſport.
38 c.ij.de off.ord.



12 traditor pro proditore apud Cornel.Tac.Sed quid ſi quis promiſerit aſsignare† talem fun
dum?& receptum eſt ambiguam eſſe huius verbi ſignificationem[1].Poteſt enim dationem
ſignificare,poteſt & nudam traditionem[2].In dubio tamen(inquit Bar.) ad nudam poſſeſ-
ſionem referretur:ne donatio præſumatur[3],vel,vt ego ſentio,quia in dubio aduerſus ſtipu
latorem fit interpretatio[4]. Qua ratione idem quoque in verbo præſtari, recipiendum vi-
13 detur.vnde qui fundum pręſtari*promiſit,nudum factum promiſiſſe creditur[5]:& ideo nō
pręciſè,ſed in id qđ intereſt,ſolùm condemnatur [6], qui enim dominium transferre debet,
pręciſè tenetur[7],qui tradere ſolùm in id quod intereſt,condemnatur[8].

S V M M AE.

1 ☞ *Stipulatio pro rebus multiplicatur, idq; proprie certis caſibus contrá. 6. 7. 8. 12.*
2 *L.ſcire. ſenſus.*
9 *Plurium rerum actionem, & ſententiam vnā ſufficere.*
13 *Plurium rerum donatio vna.*
14 *Plurium rerum iuſiurandum vnum, in cauſis diuerſis contrá.*
15 *Venditio plurium vna.*
16 *Actus multiplicitas vnitáſue effectu diiudicanda.*
17 *Nouari eadem, diuerſa non item.*
18 *L.fin. C. de noua. ſenſus.*
20 *Stipulatio multiplex partim, vna non item, agnoſcibilis.*
24 *Stipulationū multiplicitatem, vnitatém ve deprehendendi formæ. 25. 26. 27. 28. 30.*

LEX XXIX.

1 SCIRE DEBEMVS. Conſtituit Iuriſconſultus regulam, vt tot† ſint
ſtipulationes quot res, vel ſummæ ſpecialiter, quāuis verborum vna con-
ceptione deſignatæ [9]:Idem,ſi alternatim, quòd ſi res nō ſpecialiter, ſed cu-
mulatim, vel collectiuo nomine, vel generaliter, vel integrali voce deſi-
gnatæ ſint, ſecus eſt, vnáque cenſetur ſtipulatio [10]: quod intelligendum, ni
ſi generalis ſtipulatio poſt ſingularum ſpecierum enumerationem adie-
cta ſit[11].Sed nunquid tot ſtipulationes ſunt quot res ex ſermonis proprietate, an ſolo iuris
intellectu?& Imo.Raph.Aret.Claud.id iuris intellectu induci cēſuerunt[12].verè enim cùm
2 vna verborum conceptione facta ſit ſtipulatio,vnam eſſe,ſed Socinus, †Iaſónque contra.
3 quia lex eſſe tot ſtipulationes ait:at certum eſt verbum, *Eſſe*.ad rei* veritatem referri[13].ego
in ſtipulatione,quæ eſt iuris,ſatis arbitror veram eſſe Iaſonis ſententiam ſiue enim verba
attendamus,ſpecialis deſignatio ſigillatim res ipſas perpendi facit[14]:ſiue poteſtatem legis
conſideremus,non eſt dubium in his quæ iuris ſunt legiſlatorem verè & propriè diſpone-
I. re cenſeri[15]. At in aliis contractibus qui à conſenſu potius, quā à verborum forma æſti-
mantur contrariam ſententiam ſequerer, vt non propriè, ſed iuris intellectu regula pro-
4 cederet[16].vnde in*compromiſsis,quæ nudo pacto ſolent concipi lex ait quaſi plura com-
II. promiſſa eſſe[17]. Sed & † quotieſcunque,non ad effectum,ſed ad primam ſpeciem habe-
5 tur conſideratio,non tot eſſe ſtipulationes dicimus quot res,ſed vnam tātum,ídque impro
prio ſermone,quia vno inſtrumento concepta ſit,qđ & in ſententia traditum eſt[18].& in ac
III. cuſatione à Butrigario reſponſum extat[19]. Hinc† infertur,vt vice verſa, cùm vno tan-
6 tum nomine concepta eſt ſtipulatio,vna propriè ſit, licet de pluribus rebus actum propo-
7 natur verba enim in hoc cōtractu maximè attenduntur, ſícque †procedunt exceptiones
IIII. quæ noſtro in textu referuntur,de quibus infrà diſputabo. Sed & ſi mens† partium talis
8 ſit,vt vnicam tantummodò ſtipulationem contrahere voluerint, ſupraſcriptæ regulæ lo-
cus nō erit:vnde qui octo lecticarios ſtipulatur,aut pro his in homines ſingulos certam pe-
cuniam,non tot ſtipulationes contraxiſſe videtur quot ſinguli ſunt homines,proquibus pe
cunia pręſtari poteſt[20]:ſed ſicut ſtipulatio octo lecticariorum eſt vna,ita & alia pars diſiun
ctim adiecta,licet plurium rerum ſpecialiter deſignatarum ſit, vna cenſebitur. cùm enim
V. ea loco prioris ſubrogetur,eius naturam imitari debet[21]. Sed & in iudiciis idem† dicen
9 dum videtur ſi enim plures res ſpecialiter deſignatas ex eadem cauſa petā,non tamen tot
libelli erunt,quot res petitæ:in eis enim ad actionem ipſam attendimus,quæ vna pro omni
bus illis rebus competit[22].quòd ſi non niſi diuerſa actione peti poſſent,ſecus eſſet[23], ídque
& Baldus cenſuit.idémque eſſet,ſi plures perſonæ in iudicium traherentur, vel plures cri-
VI. minum ſpecies alicui obiicerentur [24], tunc enim & plures libelli cenſerentur. Et quod
in libello dicitur,ad ſententiam quoque Iudicis producendum eſt [25]:vt ſi ſententia de plu-
10 ribus ſpeciebus ſuper vna actione lata eſt,dicatur vna ſententia, aliàs verò*tot ſint ſentē-
tiæ quot eius capitula[26].Proinde ſi lex municipalis eum qui centum aureis ex ſoluēdis mo-
ram fecerit,in exiliúmque hoc nomine miſſus ſit,impune offendi poſſe conſtituat, reſpon-
dit Bar.eum non contineri,qui vna ſententia quinquaginta dare damnatus ſit,aliáq; ſen-
tentia alia quinquaginta[27].non enim talis in centum damnatus cenſetur [28]: cùm in odio-
11 ſis* non ſit cumulationi locus[29].quod Alex.intelligit,niſi ex eadem cauſa,ſeu vna cadém
que actione in vtraque ſumma condemnatus hîc eſſet[30].Ego Bar.ſententiam veram arbi

1 l.aſsignare.de verbo.ſig. vbi dixi.
2 l.cum pater. §. pater. de leg.ij.
3 Bar.l.ſi cōſtante. ſol.ma.
4 l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus.ĵ.eo.
5 d.l.ex empto.vbi Bar.
6 l.ſi fundum certa.ĵ. eod.
7 l.vbi.in fi.ĵ.eo.
8 l.ſtipulationes nō diuid. ĵ.eo.
9 l.j.§.pen.ſ.eo.l.vbi autē. §.pen.ĵ.eo.
10 l.quod dicitur.ĵ.eo.
11 l. pluribus.l. Titia.in fi. ĵ.eo.
12 Aret.d.§.pen.verb. quodammodo. d. l. Titia. verb.perinde haberi.
13 gl.l.mercis.de verb. ſig.
14 l. quia dicitur. de ædil. edicto.
15 Bart.l.ſi maritus.§.lege. ff.de adult.
16 arg.l.vnicę.§.his ita.C. de cad.tol.
17 l.quid tamen.de arbitr.
18 c.cùm olim.2. vbi Abb. de priuil.
19 Bar.l.xiij.§.pen.de accu.
20 l.ſi ex toto.§.fi.de leg.j. vbi Raph. & Alex. in glo. alterutra.
21 l.generali.§. heredis.vbi Bar.de vſufr.leg.l.j. de reb. dub.
22 l.hæredes.§.de pluribus. fa. ercíſ. l. cum duobus.§.ſi plures.pro ſoc.
23 Bal.l.ſi idē.in fi. de iur. om.iud.l.edita.q.xv.de edē. Alex.Iaſ. hic.Io. Andr.reg. pluralis.
24 l.iij.§.ſed & ſi aliud.vbi Bar.de accuſ.
25 l. vt fundus. com.diuid
26 gl.l. etiam. verb. audiēdus.§.ex cauſa.de min. Bal. l.ij.ff.de leg.ij.
27 vbi fideiuſſor. de ſolut. l.lucius. §. quæ habebat.ad Treb.
28 gl.l.ædiles.in fi.ver.vno pretio. de æd.ed.
29 l.ſi idem.in prin.vbi do cto.de iu.om. iu.
30 Si qui ſeparatim. §. j. de app.

tror,cùm aliquo modo apparet legiſlatores de eo, qui vna ſententia damnatus in centum
ſit,intellexiſſe:aliàs nõ video quomodo defendi ea opinio poſsit. ſiue enim ad verba legis
attẽdamus,dubiũ nõ eſt,quin quinquaginta & quinquaginta propriè loquẽdo cõficiãt ſum
mã cẽtũ[1],quòd ſi mentem reſpiciamus,idem videtur dicendũ.magis enim puniẽdus eſt,qui
bis peccauit quã qui ſemel:quia aggrauantur crimina conſuetudine[2],quod & Pon.& Iaſ.
aduerſus alios numero plures rectè exiſtimarunt. Sanè† & quoties de duabus ſpeciebus VII.
expreſsim actum eſt,vna tamen videtur eſſe ſtipulatio,ſi altera ſpecies alteri cõnexa qua- 12
dam ex conſequentia ſit[3].quod Baldus in libello reſpondit,& ego verum eſſe arbitror, dũ
tamen ſeparatim de vtraq; ſpecie actũ nõ ſit[4],qđ & Io.And.tradidit. In† donatione quo VIII.
que conſtat regulæ legis noſtræ locũ non eſſe.vnde ſi plures tibi res donauero, non tamen 13
plures exiſtimabuntur donationes,ſed vna tantùm.Et ideo neceſſaria erit inſinuatio,ſi le
gitimũ modũ excedat[5].in donationibus enim lex ad verba non attendit,ſed ad præſtatio-
nem ipſam:olímq; rei dũtaxat interuentu perficiebatur[6]:vnde etiam ſi donans expreſsim
dicat qđ velit cenſeri tot eſſe donationes quot res,fruſtra diceret.id enim in fraudem legis
dictũ exiſtimaretur inſinuationẽ requirentis,qđ Bar.cenſuit[7],& alij hîc ſequuti ſunt. In IX.
iuramento† quoq; cenſuit Archid.haud quãq; tot eſſe iuramẽta,quot res de quibus iuratũ 14
ſit.In eo enim ſolius fidei pręſtatio perpenditur,quæ vna cõceptione verborũ facta eſt[8].qđ
& ego probo:dũmodo reſpectu diuerſarũ cauſarũ iuratũ non ſit tũc enim tot erũt iuramẽ
ta,quot res:ſuper quibus diuerſis ex cauſis ſit iuratũ[9].ſed & qui iurauit nõ offendere aliquẽ
tot periuria cenſetur cõmittere,quot vicibus offendit[10].qđ idẽ Archid.cũ non paucis aliis
exiſtimauit[11]. Venditionem† quoq; duarũ ſpecierũ cõſtat vnicũ cenſeri cõtractũ[12].ſed X.
quæ nã eſt ratio?& veteres cenſuerũt id eſſe,quia vno pretio facta ſit. ego & id actũ videri 15
à partibus crediderim.non enim veriſimile eſt tali caſu de altero diſtrahendo ſolùm con
ueniſſe.Vnde & talis contractus indiuiduus cenſetur[13].ſi ergo venditor,niſi vnã ſpeciẽ tra
dat,aduerſus eũ agi ad aliã ex empto poterit:& vice verſa,ſi emptor nõ niſi pretij dimidiũ
numeret,ad reliquã ſummã actione ex vendito conuenietur[14].ſubiicítq; Bar.videri vendi
torem duplici obligatione teneri:cùm duas ſpecies vendiderit,emptorẽ verò vna tantùm
quia ad pretium duntaxat tenetur,qđ vnũ fuit.quæ ſententia ſat dubia eſt. Adiicit idem XI.
Bar.generaliter regulam limitari,quoties plures res vnius effectus † reſpectu cõiungũtur. 16
tũc enim licet forma verborũ actus multiplex videatur[15],tamen ad effectũ magis attendi-
mus,qui vnus eſt[16]. Procedet ergo duntaxat regula, quoties plures res reſpectu ſui ſin- XII.
gulæ coniunguntur,non ſi diuerſi alicuius effectus cõtemplatione.Sed pone,impoſitum eſt
vectigal pro ſingulis contractibus[17],an tot ſoluentur vectigalia quot res?& Bald.ſolui cen-
ſuit,quem & alij hîc ſequuntur.quã ſententiã & ego probo, quoties ſecundum qualitatem
rerum præſtãdum eſt portorium.apparet enim tunc habitã eſſe rerum cõſiderationem.ſed
ſi idem de quocunq; contractu ſeu magno,ſeu modico pendatur,apparet actum ipſum cõ-
trahendi potius reſpici[18].& ideo regulæ ſupràſcriptæ locum non eſſe.

SECVNDVM QVOD EVENIT. Infert hîc iuriſconſultus, quæ vtilitas ex
propoſita concluſione proueniat:ea eſt talis. Finge† promiſiſſe me tibi centum, & cen- I.
tum quindecim.ſi vna eſſet ſtipulatio,hæc ſequens tanquã de eadem ſumma concepta no- 17
uaret priorem:cùm hoc iure ſequens ſtipulatio plenior nouaret præcedentem[19]: ſed cùm
duæ ſint ſtipulationes, & conſequenter de diuerſis ſummis intelligãtur, nulla fit nouatio,
ſed quælibet effectum ſuum habebit.Hodie tamen† propter legẽ Iuſtiniani[20] etiã ſi ſequẽs
cõputata prioris ſumma expreſsim cõcepta eſſet nõ tamẽ fieret nouatio,ſed ex prima agi 18
ad centum poſſet, ex ſequenti ad reliqua xv. quod ſuprà attigi. Hinc apparet, ſi mihi cen-
tum quindecim debeas,poſſe me ſola centum petere.quæ ſententia certa in propoſito exẽ
plo eſt,cùm,priore ſtipulatione,ea cẽtum duntaxat ſtipulatus ſum. Sed quid ſi vna dunta-
xat ſtipulatio interuenerit,an partẽ petere potero?&ſi de parte integrali loquamur, rece-
ptum eſt non poſſe,donec integrale illud ſit diſſolutum[21]: Hinc alia colligitur differentia,
an vna ſit ſtipulatio,an plures. Si verò de parte numerali tractem? Bar.petere me poſſe II.
cenſuit[22].non quidẽ tãquã promiſſam,ſed tãquã debitã.qui enim centum quindecim pro-
mittit,is vtiq; cẽtum quoq; debet.vt ergo ſuſtineatur libellus, impropriè accipientur ver-
ba[23].vt ſi dico peto centum,quæ promiſiſti,intelligatur,quæ promiſiſti cõpræhẽſa ſub pro
miſsione centum & quindecim.Sed(vt aliàs dixi)ſcrupuloſa nimis hæc eſt differẽtia:quia
qui promittit maiorẽ* ſummã,quãlibet minorẽ promittit,quæ in ea cõpræhẽdatur[24].pro 19
priéq; in maiore ſumma minor ineſt[25].Et ideò valere petitionẽ ẽt ex ſermonis proprieta-
te arbitror.quod & Bal.Raph.Pau.Iaſónq; cenſuerunt.& licet ex diuerſitate quãtitatis di-
uerſitas quoq; promiſsiõis,vt Ang.inquit,præſumatur[26], & ideo aliã ſummã petiiſſe actor
videatur,quàm quæ promiſſa ſit:tñ hoc procedit,ſi actor cuius fauore lex hãc præſumptio
nẽ inducit,hoc allegaret[27] Sed cùm in caſu noſtro actor ipſe eãdẽ ſummã eſſe fateatur,nul
lus eſt tali pręſumptioni locus[28].defendi ergo Bar.ſentẽtia eo caſu tãtùm poſſet, quo in eo
quod

1 d.l.vbi fideiuſſor.& quod not.Ci.Bal.l.ij.C.de ſport.
2 l.ij.C.de epiſco.aud.l.fi.de abig.
3 arg.l.patris.de vulg.Bal.d.l.ædita.quæſt.xv.
4 l.cum in vna.de appell.Ioan.And.d.c.pluralis.
5 l.ſancimus.§.ſi quis autẽ.C.de don.ca.ad apoſtolicæ.de don.
6 Alexã.l.iuriſgentium in prin.de pac.
7 l.Modeſtinus.de donat.
8 Arch.cap.inter cætera.xxij.quæſt.iiij.Iaſ.hîc.
9 Bar.l.ij.C.de rei vend.
10 vj.quæſt.j.ca.imitare.
11 Arch.Io.And.ca.ad apoſtolicæ.de re iud.in vj.
12 l.ſi duos.de con.emp.l.cũ duo.de in diem adiect.
13 l.cum ex cauſa.ſ.e.l.cum eiuſdem.de ædi.edi.
14 l.& ſi vno.de act.emp.l.ſi chorus.de leg.iij.
15 l.ſi is qui ducenta.§.cum ita.de re.dub.l.ſi hæredi plu res.de cond.inſt.
16 l.falſa.in fi.de con.& de.
17 l.ẽt.ſ.de æd.ed.Bal.l.fi.§.præterea.de iur.dot.
18 arg.l.tria onera.de exc.tut.Bart.l.ſi gemina.arbo.fu.cæſ.
19 l.qui vſumfructum.ſ.e
20 l.fi.C.de nouat.
21 l.ſi ſeruus.§.boue.de cõdi.fur.l.in commodato.§.duabus.ij.reſpõ.ff.commo.
22 d.l.ſi chorus.de leg.iij.
23 l.ſed & ſi poſſeſſori.§.itẽ ſi iurauero.& ibi Bar.ver.& ideo.de iureiur.
24 l.ſi vnus.§.ſi cum mihi decem.de pact.Bar.l.nõ poteſt.de reg.iur.
25 l.j.§.pen.ſ.eo.
26 Bar.l.centum.de adi.lega.l.ſi diuortio.ſ.eo.
27 l.ſi adulterium.§.idem Pollioni.de adul.
28 §.ſin minus.Inſt.de act.



quod plus eſt,id qđ minus eſt,nõ niſi impropriè cõtineretur, veluti in toto integrali iã diſſo
III. luto,vel toto vniuerſali,vt hîc ſenſit Accur.& nos alibi docuimus[1]. Sanè aliæ quoq; vtili
20 tates ab interpretibus relatæ ſunt,quibus oſtẽderũt plurimùm referre, † an vna ſit ſtipula-
tio,an plures.quod enim vno actu cõſiſtit,difficilius ex ſola parte ſuſtinetur,quã qđ ab alio
ſeparatum eſt[2].ſiue ſolutionẽ conſideremus:quia ſola pars,inuito creditore, ſolui non po-
teſt,qđ alibi diſputaui[3],ſiue approbationem contractus :quia idem cõtractus nõ poteſt pro
parte agnoſci,pro porte verò reprobari[4],quod & in legatis quo traditũ eſt[5]:ſiue eius reſolu
tionẽ,nec enim pro parte tantũ redhibitoriæ actioni locus eſt[6],ſicut nec reſciſsioni,quæ ex
eo capite conceditur, qđ quis læſum ſe ſuprà dimidiã iuſti pretij affirmet[7], quod Bal.tra-
didit:ſiue etiã perpetuitatẽ actionis attẽdamus,qđ alibi traditur[8]: ſiue etiã ſententiã ſuper
IIII. eo cõtractu ferendam,nõ enim pro parte pronũtiari poteſt[9]. Sed† & ſi cùm cẽtũ debeã
21 fideiuſſorẽ in ducenta dedi,nulla omnino eſt fideiuſſoris obligatio,vt cõmuniter receptũ
eſt[10].quòd ſi is fideiuſſor centũ & cẽtum promiſiſſet,proculdubio putarim ex ſecunda inu-
22 tili nõ vitiari primã vtilẽ[11].In ſententia* quoq; cõſtat,ſuper toto pronũtiãdũ eſſe,aliàs om-
nino deficeret[12]: vnde ſequitur valere ſententiam, quæ ſuper prima ſtipulatione dicta ſit,
licet commiſſa ſequens proponatur[13].

QVAMVIS AVTEM. Si igitur vno nomine plures res deſignentur,vna erit ſtipu-
latio.Hinc adnotãt Doctores potiorẽ efficaciorémq; eſſe ſingularẽ rerũ appellationẽ,quã
eã quæ generaliter vel vniuerſaliter fit[14]. qđ verũ eſt in hoc contractu:in quo maxime ad
conceptionẽ verborũ attendimus alioqui quod ad effectũ adtinet, idẽ pollet genus in ſuis
23 ſpeciebus qđ ſingularũ ſpecierũ enumeratio[15].nã & generaliter tantùm poteſt* demõſtra
tio quantùm proprij nominis expreſsio[16]. & tamẽ demõſtratio aceruí hîc nõ idẽ pollet,qđ
ſingularũ aceruí ſpecierũ enunciatio,ſed & effectus reſpectu paria ſunt, ſiue quid nomina-
tim exprimatur,ſiue ex tacita relatione proueniat[17].& tamen aliud eſt in cautione præto-
ria legatorũ ſeruandorũ cauſa,quæ tacite ad ſingula legata refertur. Vnde cõcludendũ
24 I. eſt,in† his,in quibus ſolius effectus ratio habetur aliud eſſe[18],quã in ſtipulatiõibus,quæ plu
rimũ à forma verborũ pendent.In dubio tamen talẽ effectũ in conſideratione partiũ fuiſſe
cenſebimus,qualẽ verba indicant.Vnde & in legatis legis noſtræ regula procedit[19]:in eis
II. enim mixtim ad effectũ,verbáq; reſpicimus[20]. Et hinc cõſequẽs eſt,vt ſi rebus priùs ſpe
25 cialiter enumeratis† ſubiecta,ſit generalis ſtipulatio cũ expreſſa relatione, plures cẽſeant
ſtipulationes:vt cũ dictũ eſt,ea omnia,quæ ſupràſcripta ſunt dari[21].hoc enim expreſsio re-
latiõis facit,propter quam ex vi verborum hæc interpretatio ſumitur. qđ nõ pauci cẽſue-
III. runt[22]. Finge ergo in ſtipulatione legatorum ſeruãdorum cauſa factã expreſſim legato
rũ omniũ dinumerationẽ,an adhuc exceptio legis noſtræ procedat,vt vna ſtipulatio cẽſea
tur?& Din.negat procedere:cùm propter numerationẽ ſint plures ſtipulationes.Ego dubi
to,quia cautio hæc prætoria eſt,quæ ex mẽte prætoris magis quã ex verbis cõtrahentiũ in-
terpretationẽ recipit[23]:eã prætor induxit,vt legatario magis cõſultũ cõiũctim reſpectu om
niũ legatorũ eſſet,nõ ſeparatim:qđ hîc probat:alioquin talis cautio nunquã vna eſſet,cum
IIII. ad plura legata relationẽ habeat[24]. Sed † quid ſi quis cũ variis ex cauſis plures mihi ſum
26 mas deberet,vnica ſtipulatione omnes promiſit?& Iac.Albe.Raph.Aret.vnã quidẽ ſtipula
tionẽ eſſe aiunt,ſed tamẽ propter originẽ variarũ cauſarũ de ea iudicari, qđ de pluribus[25],
particularémq; ideo ſolutionẽ ſingularũ cauſarũ admittendã[26]. quæ ſententia probabilis
V. eſt.licet Alex.& Clau.in diuerſam iuerint. Qua ratione idem dicendũ† eſt, cũ ex quali-
27 tate perſonæ talis interpretatio ſumeretur,veluti cùm ſeruus fructuarius mercedẽ opera-
rũ ſuarũ in ſingulos annos ſtipulatur, vna eſt propriè ſtipulatio, ſed tamẽ in ſingulos an-
nos eius cõmoditas diuidetur[27].qđ ſ.aduerſus eos cenſui qui tot eſſe hoc caſu ſtipulatiões
credebãt,quot annos[28]. Sanè† illud quoq; adnotandũ eſt,quãuis ſtipulatio generis vna
VI. ſit,vt hîc dicitur:ſtipulationẽ tamẽ alternatim cõceptã nõ vnã eſſe. & ſi enim aliàs ſtipula-
28 tio generis,& diſiũctiua ratione effectus æquiparẽt[29]: tamen qđ ad cõceptionem verborũ
adtinet,ſunt diſsimiles.& hoc eſt qđ Iuriſcõſultus ſublimitãdo præcedentia, *At ſi quis.*(in-
quit) *Illud,aut* illud &c.* ſic enim legendũ:ne impertinenter, & ſuperfluè de cõiũcta locutus
29 videatur.quum* enim in alternatiuis vtraq; res cenſeatur in obligatiõe,conſequens eſt,vt
quot obligatiões ſunt,tot etiã ſtipulatiões eſſe cenſeãtur[30]. tã & ſi qđ ad ſolutionẽ adtinet,
vna tãtũ ſit[31],vt Bar.& cæteri tradidêre.Ego ſ.docui alternatiuã obligationem eã cõditio-
nem habere,vt ſi alterũ datũ nõ ſit,alterũ præſtetur[32].Vnde cõſequens eſt,vt vtrũq; ad obli
gationẽ pertineat,ſub cõditione tamẽ,ſi alterũ datũ nõ ſit[33]. Purè† verò vna tãtũmodo cẽ
ſebitur eſſe obligatio:quæ tamẽ duas partes habeat[34].Sed quoties electio creditoris eſt,pin
30 de iudicatur,ac ſi vtraque res in obligatione ſimul eſſet,duæque ſint obligationes[35].cũ eñ
neſciat reus debẽdi vtrã electurus ſit,creditor interim δυνάμει vtraquæ cẽſetur obligata[36].

SVMMAE.

1 ☞ *Stipulor, conditione dandum faciendum, rem meam non item.*

1 dixi l.j.§.fi.ſ.eo.
2 arg.l.j.§.pen.ſ.eo.
3 l.quidam.ſi cer.pet.
4 l.ſi non ſortem.§.pen.de cond.inde.
5 l.neminem.de leg.ij.d.l.ſi ex toto.
6 l.cum eiuſdem.de æd.ed.l.cum plures.de euic.
7 l.ſi duorũ.de act.em.Bal.l.fi.§.præterea.C.de iur.do.
8 l.ij.vbi Din.& Albe.de leg.ij.
9 d.l.etiam.d.l.quid tamẽ.
10 l.græcè.§.illud.de fideiuſſo.
11 l.j.§.pen.ſ.eo.
12 l.quid tamen.§.j.de arb.
13 l.j.C.ſi aduer.rem iud.
14 l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ſi quis caut.
15 l.ſi chorus.de leg.iij.
16 l.certum.ſi certum pet.
17 l.ſi ita ſcripſero.de condi.& de.
18 l.celſus.§.j.de arb.
19 l.ij.de leg.ij.
20 l.non aliter.de leg.iij.
21 l.Titia.§.fi.l.pluribus.in prin.ſ.eo.
22 Ang.Raph.Imo.Rom.Aret.Alex.Iaſ.hic.
23 l.in conuentionalibus.ſ.e.l.in ædibus.ver.& ideo.de dã.inf.l.ſi legati.đ leg.j.
24 d.l.Titia.d.l.pluribus.
25 arg.l.qui id quod.de do.l.tutor.de fideiaſ.
26 d.l.fi.quib.pig.ſol.Alex.d.l.quidam.
27 l.ſi ſeruus.iij.§.fi.ſ.tit.ij.
28 l.ſi ſtichũ.§.ſtipulatio.ſ.eod.
29 l.ij.§.j.ſ.eo.
* In Pand.Fl.eſt copula,&.
30 l.plane.§.pen.de leg.j.l.viij.§.j de leg.ij.
31 l.cum illud.quan.di.leg.ce.l.ſi illud.de leg.ij.
32 l.iij.qui & à qui.ma.l.cũ ita.de opt.leg.
33 l.ſi duo.ſ.eo.
34 l.hæc ſcriptura.de cõd.& de.
35 d.l.planè.§.pen.d.l.viij.§.j.l.liber homo.ij.in fi.ſ.e.
36 arg.l.vbi aũt.§.qui illud.ſ.eod.

2 *Stipulari mortuum poſſe.*
4 *§.ſi à fure.ſenſus. 5. 9.*
6 *Condicimus à fure plenum ius.*
7 *Stipulatio non nouans,aut nulla morā purgat.& 10.*

§ SI A FVRE. Dominus rē ſuā ſibi à fure dari ſtipulari nō poteſt, ſed generaliter
quicquid ex cauſa cōdictiōis dare facere, fur tenetur,ſtipulari pōt.Quo caſu tali ſtipu-
latione purgata,cēſetur furis mora,ponūturq; hîc tres cōcluſiōes,quæ ſanè perquā ambi-
guæ ſunt.Et † in primis,cùm fur ad dādū domino teneatur,ideóq; cōdictiōe furtiua coue- 1
niri poſsit[1],ſic eius odio lex nō exiſtimauit id impoſsibile, vt dominus rē ſuā ſibi dari pe-
tat,cur & ſtipulatio valere nō debet tanquā obligationi præcedēti cōformis[2], vt ſequens
hæc ſtipulatio ad præcedentē cauſam referatur[3].Ponamus hunc ſeruū furto ſubtractū pe-
riiſſe,đinde † dominū ita ſtipulatū,nónne valebit ſtipulatio? valere ſtipulationē Sabinus 2
cēſuit ea ratiōe:quia adhuc cōdictio durat[4], cur nō eadē ratione valere debuit eo viuēte?
ſed & ſi demus omnino nō valere talē ſtipulationē,cur ſaltē in eum caſum nō ſuſtinetur,
quo valere pōt[5]? vt,ſcilicet,nō de dominio egiſſe ſtipulator videatur,ſed de poſſeſsiōe.Po
teſt enim quilibet ſtipulari rē ſuā ſibi tradi[6],vt verbū,*Dari*.intelligatur,ideſt,tradi, ſeu re-
ſtitui[7]. Sed tamē aliud Iuriſcōſulto noſtro viſum eſt:cū enim nō ſolùm rē cōdicere à fure
dominus poſsit,ſed ēt poſſeſsionē[8],ſi dari rē ſtipulatus ſit,nō pōt cōmodè de poſſeſsiōe in-
telligi.actus* enim qui nō valet, vt ago nec in ſpeciē quidē prorſus diuerſam ſuſtineri po- 3
teſt[9].qđ ſuprà dixi[10].traditio enim à datione valde diſtat.nec veriſimiliter egit ſtipulator,
vt tali ſtipulatiōe ius ſuū imminueret, † præſertim erga furē,cuius odio lex multa præſu- 4
mit.qđ putarim procedere,ēt ſi abſq; vllo verbo ſtipulatus ſimpliciter ſit hominē. Textus
enim noſter hoc ſatis oſtēdit:nec enim ſubauditur tradi,ſed dari potius[11]:cū aliud ſit ho-
mo,aliud hominis poſſeſsio[12].qđ aduerſus Pont.& Ale.rectè Iaſ. & Torquatus cenſuerūt.
Nec obſtat,quòd,mortuo ſeruo,valuiſſet ſtipulatio:quia tali caſu ceſſat ratio prohibitiua.
nō em̄ ſtipulatur dominus rē ſuā:quia cū mortuus ſit ſeruus, ampliùs ſuus nō eſt. Et cùm
lex odio furis ſpecialiter induxerit,vt cōdicere rē ſuā dominus poſsit, nō fuit trahēda ad
caſum,quo nō in iudicio,ſed via cōtractus hoc dominus ageret:ſiue quia ſpecialia extēdē-
da nō ſunt[13],ſiue quia facilius lex regulis iudiciorū derogat,quā cōtractuū,quę propter cō
ſenſum iure gentiū inductæ ſunt[14].nā & videmus olim priuilegia,quę actiōi de dote cōpe
tebāt,locū in ea ſtipulatiōe nō habuiſſe,quæ ex ea cauſa interpoſita fuiſſet[15]:& qđ in odiū
debitoris iudicio ex vēdito debetur,ſubſequēti ſtipulatione nō cēſeri repetitū[16].videmus
etiam hodie non pauca in iudiciis inducta eſſe,quæ aliter in contractibus obſeruantur[17].

ET CONSTAT SIQVIDEM. Stipulatio ergo,*Quod ex cauſa condictionis dare
facere te oportet,* valet.Sed quæ eſt ratio differētiæ? † & veteres exiſtimarūt eſſe,quia hoc ca 5
ſu ſtipulatur dominus rē ſuā tradi,qđ pōt[18].verbū enim,*Dare*.à ſubſequēti,*Facere*.declara-
tur[19]:nec vtile per inutile vitiatur. videtúrq; hic intellect⁹ magis recipi[20].quē & ego, ceu
verbis Iuriſcōſulti coueniētē ſequor.at Sac.Pet.Bar.Ang.aliter cēſuerūt. nēpe valere hāc
ſtipulationē,quia cauſa cōdictiōis furtiuæ expreſſa eſt.quæ expreſsio facit, vt verbū dare
impropriè accipiat̄:vnde cōſequēs eſt,vt ēt ſi verbū,*Facere*.adiectū non eēt,adhuc valeret
hæc ſtipulatio,qđ Imo.tradidit.Sed aduerſus hāc traditionē dixerit aliquis, veriſimile non
eſſe verbū,*Facere*.ſuperfluè à Iuriſcōſulto addi,caſúmque minus dubitabilē ab eo deciſum
omiſſo dubitabiliori[21]. Et vt demus ſtipulationem ſuper certa cauſa interpoſitā ſecundū
eius cauſę naturā reſtringi[22]:tamē nō videri quicquā referre,an talis cauſa expreſſa ſit,an
tacitè intelligatur:quia ſola præceſſerit[23].parē em̄ eē taciti & expreſsi virtutē. Ego & hāc
ſentētiā defendi poſſe arbitror,qa mētio,*Condictionis furtiuæ*.& verbi,*Oportet*.in cōtractu ha-
bita oſtēdit nō ſimpliciter ad ius ſuū,ſed ad actionē ipſam reſpexiſſe ſtipulatorē[24]: & ideo
planè ſecūdū actiōis naturā voluiſſe eū ſtipulari dubiū aūt nō eſt receptiorē eē ſentētiam
aduerſus furē nō ſolùm † cōdici poſſeſsionē,vt Pau.Caſt.hîc tradit,ſed ēt rē ipſam,ideſt rei 6
dominiū,qđ alibi diſputaui.Nā & ſtipulatio hæc,*Quicquid te dare facere oportet*, ex formula iu
diciorū accepta videtur[25],ſecūdū quā veteres conteſtari litē ſolebāt: qđ alibi declaraui[26].

QVOD SI POSTEA. Stipulatio ergo ſubſequēs † purgat morā præcedētē.quę 7
res dubia nō eſt,cum animo nouādi hæc ſtipulatio cōcepta eſt[27], adeò vt ſtipulatio idē cō
tinēs,ꝗ prior obligatio,valeat[28]. intereſt em̄ cōtrahētiū,vt valeat:ꝓmiſſoris, qa mora di-
luitur:creditoris,qa debitū agnoſcitur.& ratio eſt,quia per nouationē prima obligatio ex
tinguit̄,& cōſequēter mora,quæ ex ea prouenit[29].Sed quid,cū nulla nouatio fit,vt in caſu
legis nr̄æ:& hîc probat idē eſſe,vt nihilominùs mora purgetur.cū em̄ , nō obſtāte ſtipula-
tiōe ante ſerui mortē poſſe eū cōdici lex dicit,apparet eo caſu loqui,quo condictio nouata
nō eſt:veriſimiléq; eſt de cōdictiōe furtiua hîc agi,de qua ſ̄. in verbis ſtipulatiōis facta erat
mētio,nō de certi cōdictiōe.ꝗ alij ſenſerūt:quorū interpretatio à Iuriſc.verbis aliena eſt:li
cet in ſe ſit vera.Nihil em̄ obſtat,quin loco cōdictionis furtiuæ detur certi cōdictio gn̄alis:
& q̄uis fur nō poſsit dare,ſubeſt tn̄ ſemp ratio odij.licet Alex. ēt ſecūdū regulas iuris poſſe
hāc gn̄alē cōpetere exiſtimet. ꝗ falſum eſt:debemúſq; in dubio ſupraſcriptū ſenſum am-
plecti,

1 §.ſic itaque.Inſt. de actio. l.fin.vſuſfr.quem ca.
2 l.iiij.§.ſi ex couētione.de re iud.
3 doct.l.triticū.ſ̄.eo.
4 l.inter ſtipulantem.§.pe. ſ̄.eod.
5 l.quoties.ſ̄.eo.
6 l.nemo.j.ſ̄.eo.
7 l.iiij.§.de vſuris.
8 d.§.ſic itaque.verſ.plane. glo.l.indebiti.§. j. de cond. inde.
9 l.naturaliter.§. j. de acq. poſſeſſ.
10 l.j.§.ij.ſ̄.eo.
11 l.ſi ita.§.j.de con. emp.l. ſi rem tradi.ſ̄.eo.
12 l.ſi duo.in fi.vti poſſ.
13 l.quod verò.contra de legibus.
14 arg.glo.j.C.ſi ad.ven.
15 l.j.§.ſed & ſi.C.de rei vx. act.
16 l.cū emptor.ſ̄. de nouat.
17 l.miles.§.j.de re iud.
18 l.nemo.ſ̄.eo.
19 l.fin.com.præd.l.prædia. de acqui.poſſ.
20 glo.verb.ſtipulatus.Old. Di. Ray. Bal.ſenior. Raph. Pau.Aret.
21 l.quod Labeo. de æd.ed.
22 d.l iiij.de vſur.
23 gl.d.l.triticum.
24 l.verbum, oportere. de verb.ſig.vbi dixi.& in l. qđ te.ſi cert.peta. in prin. & in rub.C.de in ius voc.
25 l.ſed ſi reſtituatur.§.j.de iud.l.eū qui.§.j.de iureiur.
26 l.ſi ſtipulatus fuerim.§. cum ſtipuler.ſ̄.eo.
27 l.parui.de cond.fur.
28 l.ſi ſtichū.in prin. de no.
29 l.ſubtracto. vbi Bal. C. de fur.



plecti,cū l.Iuſti.nouatio nūquā facta cēſeat̄ niſi ita expreſsim actū ſit[1], ſecūdū quā cōſtitu-
tionē à Triboniano iuriſcōſultorū reſpōſa emēdata fuiſſe veriſimile eſt[2]:ꝓbatúrq; hîc quā
uis ſub prioris cauſæ cōmemoratiōe facta ſit ſtipulatio quæ morā diluit.& ideo minus cōti
8 net,nō tamē nouationē fieri.† qđ ſuprà adtigi[3].Sed quę eſt ratio,vt ēt nō facta nouatiōe ni
hilomin⁹ purgetur p ſequētē ſtipulationē mora?& Marcellus ſentire videtur,quia talis ſti-
pulatio vim oblatiōis habet[4].vnde ſi ſeruus abſens ſit,ſupra ſcriptæ ratiōi locus eē nō pōt
defendi tamē pōt adhuc idē eſſe,alia tamē ratiōe ex p̄ſumpta,ſcilicet,mēte ſtipulātis q di-
9 lationē debitori cōceſsiſſe videtur[5] lex em̄ † noſtra generaliter loquitur, nec diſtinguit,an
priùs ſeruus fuerit.alibíq; dicitur parū id referre?[6]:Marcellúſq; eā differētiā cōſtituit nō re
ſpectu purgatiōis moræ,ſed ad cōdictionē tollēdā,quā nō tolli cōſtat, niſi per oblationē[7].
ait aūt ſufficere oblationē fictā,qualis eſt,quæ per promiſsionē cōditionalē fit, cùm res eſt
præſens.Quod ſi ſtipulatio eſt pura,hîc probatur nō extingui cōdictionē.Qui em̄ purè ſti-
pulatur,nō videtur voluiſſe primā æquè purā extingui,tametſi doctores aliter ſentiāt[8].ſed
10 quid ſi ſtipulatio † ſit nulla?& Raph.cēſuit,adhuc morā purgari[9].textus enim noſter vide-
tur ad proximū verſiculū referēdus,in quo de ſtipulatiōe hominē dari loquitur,quę nulli⁹
momēti eſt:ſuadet id ēt ratio.actus enim nullus mentē ſtipulatoris declarat morā hāc re-
mittētis[10].Nā & videmus ex ſtipulatiōe cuius cōditio nō euenerit, nihilóminus morā di-
lui:[11] tametſi talis ſtipulatio retro fingat̄ fuiſſe nulla qđ & Beſutius cēſuit, & Claudius pro-
11 bat:q̄uis em̄ litis cōteſtatio,vel citatio* nulla p̄ſcriptiōe nō interrūpat[12],non tn̄ ſequit̄ idē
in purgatiōe moræ eſſe cū præſcriptio iuris publici ſit,remiſsio moræ ſola creditoris volūta
te locum habeat.ꝓbabilíſq; hæc eſt ſentētia licet Alex.& Iaſ.in diuerſam,cū cōi trāſierint.

1 l.ſi.C.de nouat.
2 l.j.C.de nou.cod.fa.
3 l.qui bis.ſ̄.eo.
4 l.qui x.§. idem reſp.ſ̄. de ſolu.
5 l.ſi ita quis.§.ſeia.ſ̄. eo.l. Aemilius.de mino. l.mora. de vſur.
6 d.l.parui.
7 d.l.ſubtracto.
8 l.ſi rem.de nouat.
9 arg.d.l.ſi ſtichum.
10 l.fin.de reb.eo.
11 d.l.qui x. §. cū mihi fundum.
12 l. ſi pater. C.ne de ſtat. def. Bar.l. accuſaturus. de adult.

SVMMAE.

2 ☞ *Fideiuſſio ſtipulata intelligitur etiam in dote.11.*
3 *Stipulandi verba.ſolenniáq; præſumi.*
4 *Videri verbum variè accipi.*
8 *Actui neceſſaria præceſſiſſe intelligenda.*
10 *Dotis promiſſio ſtipulata accipitur.*
12 *L.ſciendum. explanari.*
13 *Confeſſionem in inſtrumentis intelligi.*
15 *Pretium in venditione ſubintelligi.*
16 *Solennia iudiciorum ſubintelligi.*
19 *Teſtimonia non,niſi expreſſim, accipi.*
20 *Præſumptionem probatione tolli.*
21 *Interpretationi per multa quouis actu ob trudi.*
22 *Præſumptionis ceſſationem circunſtantiis argui. 25.*
23 *Nomen nullitate tolli.*
27 *Minori iudicanti ex cauſis ſuccurri.*
30 *Solennia certis caſibus præſumi: nec requiri. 31.*

LEX XXX.

1 SCIENDVM. Eatenus quid* geſtū creditur,quatenus vis verborū infert
2 cùm ergo † fideiuſsio citra ſtipulationē cōtrahi nō poſsit[13],ſi ſcriptū ſit aliquē
3 fide ſua † iuſsiſſe,intelligemus per ſtipulationē id factū,præceſsiſſéq; interro-
gationē,& ſubſecutā reſpōſionē[14].éſtq; hęc nō pręſumptio,vt ſentiūt Docto
res,ſed interpretatio ex re certa,ideſt,vi verborū deſcēdens:& quāuis lex di-
4 cat videri omnia ſolēniter acta,tn̄ † verbū,*Videri*.fictionem hîc nō ſignificat: ſicut aliàs ſo-
let[15],nec p̄ſumptionē,qđ & quādoq; denotat[16],ſed interp̄tationē,quę ex vi verborū,nō aūt
I. ſolo iuris intellectu ꝓuenit[17].Et qđ de verbo,*Fideiuſsiſſe*.hîc dicitur. Idē & in aliis verbis,
5 quę ſui naturâ ad ſtipulationē pertinēt.vt † ſi ſcriptū ſit quē cauiſſe[18],vel quē ſpopōdiſſe,in
telligetur em̄ p ſtipulationē[19].id em̄ verbū ſpōſiōis propriè ſignificat.qđ alibi declaraui[20].
II. Sed & ſi ſcriptū ſit aliquē promiſiſſe,† intelligemus eodē modo p ſtipulationē[21], qa pro
6 mittere* eſt porrò,ideſt,de inde,& poſt interrogationē manum emittere , ideſt obligari,vt
7 donatus in Terētiū exiſtimauit.Solebāt aūt veteres man⁹ emiſsiōe ſe obligare[22]. vnde &
mācipes dicti[23].qđ & Feſt⁹ tradit:Hincq; ſi tale verbū inſtrumēto permutatiōis adſcriptū
ſit,veriſimile eſt actū fuiſſe,vt cōtractu nominato , ideſt,ſtipulatiōe,permutatio cōtrahere
tur, nō aūt pacto ſimplici , vt cōtractus innominatus ſit.qđ Pōt.& Sal.cēſuerūt:licet Bal.&
Alex.cōtrà.Nec licita erit tali caſu pœnitētia[24],q cqd hîc Aret.cōminiſcat̄, cuius argumē
III. tis Clau.reſpōdet,& Ego ſ̄.dixi[25]. Et generaliter in qualibet voce idē dicēdū eſt.vnde q
8 ſe † preſbyterū dicit,neceſſario intelligit̄ & Diaconus fuiſſe[26]: q ſe inueſtitū appellat, in-
telligit̄ præſens fuiſſe :cū aliàs nulla ſit inueſtitura,ideſt,poſſeſsiōis apprę hēſio[27]:q ſe dicit
vxorē duxiſſe,omnia feciſſe intelligit̄,q̄ matrimonio cōtrahēdo ſunt neceſſaria[28]: ſi ſcri
ptū ſit aliquē iuraſſe,ſeruatis ſolēnibus id feciſſe intelligit̄,ꝗ Alex.reſpōdit[29]: qui ſe mona
9 chū dicit,eius ætatis eē intelligit̄,cuius eū eē oportet,q monachū agere velit[30].vnde ſolet
IIII. dici,ex* cōſequētibus ea omnia ꝓbari,q̄ neceſſariò p̄cedūt[31]. Addūt Doctores regulæ lo
cū eſſe,ēt ſi talia verba in cōtractu interuenerint,q ſolū iure ſpeciali ſuſtineri poſsit. vnde
10 cùm ꝓmiſsio dotis incertæ fauore ſpeciali valeat[32],ſi in tali inſtrumēto † ſcriptū ſit aliquē
ꝓmiſiſſe,intelliget̄ ſolēniter p ſtipulationē,nō aūt,vt Bal.ex Alex.cōſtitutiōe cēſuit, pacto
nudo[33].q̄uis em̄ quādoq; latior interp̄tatio ꝓ iure cōi fiat quàm ꝓ priuilegio[34],nō tn̄ ideo re
ſtringi ſignificatio verborū aduerſus proprietatē debet[35].nec obſtat ea cōſtitutio[36]:qa eo ca
ſu priuilegiū ſuſtinēdæ dotis incertæ aduerſus ipſam mulierē nullū eſt,licet in fauorē mulie
ris valeat.ꝗ alibi declaraui[37]. Sed qd ſi iure ſpeciali potuit ea ſolennitas non includi verbi

13 l.v.§.ſatis.ſ̄.eo.l.Blanditus.C.de fideiuſſ.
14 §.ſi.inſt.de fideiuſ.
15 l.j.§.deieciſſe.de vi.& vi arma.l.ſi duo.vbi Bal. de acqui.hær.
16 c.is qui.ſidem. de ſponſ.
17 l.etiam.C.de iure do.vbi Bald.
18 l.j.C.de cont.& com. ſtipu.l.ſancimus.C.de ver. ſig.
19 l.iuriſgentium.§.qđ ferè.ſ̄.de pact.
20 l.ſponſio.de ver.ſig. vbi dixi.
21 §.ſi ſcriptū. Inſt. de inut. ſti.l.lecta.ſi cer.pe. vbi dixi.
22 l.quidam. de probat.
23 l.qui fideiuſſor.ff.loca.
24 l.ex placito.C.de rerum permut.
25 ſ̄.in rubrica.
26 c.j.de cler.per ſal.pro.
27 Old.cōſ.ccxvij.Io. And. in ſpec.de em.§.j.ver. nunc formam ver.tradidit.
28 l.cui fuerit.de cōd.& de mō.vbi Socy.ij.not.
29 Alex.conſ.pen.in v. dub.
30 c.in præſentia. vbi Fely. de prob.
31 l.illud.de acqui. hær. ca. cùm olim.de cenſ.
32 l.cū poſt.§.gener. de iure dot.
33 l.j.C.de dot.promiſ.
34 l.eius.§.vlt.de teſt. mil. l.mulieri.de cond.& demō. Aret.hic.
35 l.cum lege. ſ̄. de teſtam.
36 d.l.j.C.de dot.pro.
37 l.j.ſol.mat.ibi dixi.

 gratia,

gratia,ſpeciali fauore dotis admittitur fideiuſsio pacto nudo[1],reperitur ſcriptũ,qđ quis fi-
deiuſsit in cauſam dotis talis mulieris,an præſumetur per ſtipulationẽ?& Ang.Rom.Alex.
Iaſ.adhuc† cenſeri ſtipulationẽ interueniſſe exiſtimant.id enim fauorabilius eſt, vt actus 11
ſit firmior[2],veriſimiliúſq; eſt iure cõmuni celebratũ fuiſſe contractũ quàm ſpeciali[3]. nã &
verbũ, *Promitto*.quãdoq; ad factũ refertur[4],& tamẽ in dubio ſtipulationẽ ſignificat[5].quam
ſententiã & ipſe ſequor,niſi cùm principaliter de hoc lis verteretur nõ enim videretur hæc
probatio ſufficere[6]:cùm cõcludens non ſit,quia ex vi verbi neceſſariò nõ infertur[7].qđ in- VI.
frà attingã. Sanè adhuc† quoq; legi noſtræ locũ eſſe arbitror,ſiue verba præſenti tẽpore 12
celebratũ fuiſſe cõtractũ indicent,ſiue ad præteritũ tempus relata proponantur[8]:in textu
enim noſtro ſimpliciter dicitur,ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſsiſſe.vnde cenſetur tali ſcriptura
fateri omnia ſolenniter acta[9].Idémq; ſi notarius ſcribat,partes cõfeſsione ſua teſtatas eſ-
ſe,quòd interuenerit fideiuſsio,probabitur cõtractus eius confeſsio[10].qđ aduerſus Bal.No
uel.Iaſ.hîc notat. Illud quoq; receptum eſt,adeò nihil referre,an quid inſtrumento† ex VII.
preſſum ſit,an verò implicitè ex legis noſtræ regula decẽdat,vt in ſtatutis quoq; ad execu 13
tionẽ pertinentibus hæc admiſſa ſit interpretatio,& perinde executio propter Chartula-
rij iudicis præceptũ reſpectu talis cõfeſsionis concedatur,ac ſi expreſsim deſcripta eſſet[11],
quod Ang.& Are.hîc tradũt[12].quæ ſententia receptiſsima eſt:tametſi nõ careat ſcrupulo:
aliud enim videmus quãdoq; obſeruari.vnde hîc traditur aduerſus hanc ſolennitatẽ ad-
mitti probationem quãlibet,& tamen aduerſus expreſſum inſtrumẽti tenorẽ nõ admitti-
tur:niſi alia ex ſcriptura proueniat[13].ſic qui debitũ* remittit,in cõſequentiã pignus liberaſ 14
ſe cenſetur:non quidẽ ipſo iure ſicut ſi expreſſè id egiſſet[14] ,ſed exceptionis tantùm auxi-
lio[15].ſic arbiter,qui in xv.cõdẽnauit,cẽſetur & in x.condẽnaſſe , & tamen ei non cõiungi-
tur,qui in x.dãnauerit[16],niſi expreſsim id egerit[17].ſed tamẽ videntur hi caſus particulari
bus quibuſdã ratiõibus inniti.vnde ego ex cõi ſentẽtia ad verba legis aduertẽdũ arbitror
vt ſi executionẽ inſtrumento ſimpliciter det,vera ſit cõmunis cõcluſio[18].idẽ ſi ei, qđ in in-
ſtrumento ſcriptũ eſt:dũmodò vi verborũ cõprehendatur[19].quòd ſi nõ vi verborũ,ſed ſo-
la legis auctoritate inducitur,ſecùs eſt[20],vt cùm inſtrumentũ de promiſsion e facti loqui-
tur,& executio in id,qđ intereſt petitur,vt But.& Dec.tradiderũt[21]. Nã & Quintilianus
declamatione ccclxv.cùm ſtatutũ executionẽ cõcederet, quatenus maior pars iudicũ ſta
tuiſſet,nõ cõcedi in eo cenſuit,qđ implicitè cenſuiſſent,vt quia in parte condẽnando à re-
liquo abſoluiſſe præſumantur[22]. Sed quid de† ſubſtãtia cõtractuũ dicemus?Pone, Sacer VIII.
dos ſcripſit ſe ſacra vendidiſſe,an videatur cõfiteri de pretio?qđ credendũ eſt:cùm ſine eo 15
nulla ſit venditio[23].ſubeſt enim ſemper illa ratio,vt cõfeſsio ad neceſſario præcedẽtia tra-
hatur,quæ in omni materia ẽt pœnali locũ habet[24].nã & nihil referre traditũ eſt, an dire
ctò quis cõfiteatur,an implicitè in cõſequẽtiã actus expreſsi[25].qui igitur emiſſe ſe dicit,fa-
tetur rei quoq; pretiũ conſtitutũ fuiſſe:idq; ſufficit,quoties de pretio ipſo principaliter non
agitur[26] putà cùm de ſolius tituli probatione tractatur[27],aliàs verò quia certũ pretiũ deſi
gnare oportet,ſecùs eſſet.qđ Bar.hîc ait[28]. Sed nũquid† qđ hîc dicitur,ẽt in iudiciis pro- IX.
cedat?& nõ ſubeſt aliqua ratio,cur idẽ in iudiciis nõ reſpõdeamus[29] , imò videretur in iu- 16
diciis facilius id præſumi,vt Iaſ.hîc ait,quia quæ in eis agũtur,maiore robore ſubſiſtũt[30],
maximè ſi decretũ iudicis acceſſerit[31].fuêre tamẽ,qui diuerſa traderẽt[32], verùm hi viden-
tur mihi de ſcriptura iudiciali loqui,quatenus ea cõiecturã ſolã cõtineret,quæ ab affirmã
tis volũtate nõ pẽdeat[33],neque ſigna præſumptiõis ſufficiẽtia præcederent[34]: quo caſu vt
infrà videbimus,locus nõ eſt ſuprà ſcriptæ regulæ.Et hinc cõſequẽs eſt,vt ſi notarius ſcri-
pſit litẽ cõteſtatã fuiſſe,intelligamus id,præcedente petitione,& ſubſecuta negatione,eſſe
factũ[35].qđ Bar.tradidit,& receptiſsimũ eſt[36].& ſi ſcripſerit ſentẽtiã promulgatã eſſe, intel-
ligemus per ſcripturæ recitationẽ.hoc eñ vis verbi ſignificat,qđ idẽ ſcripſit[37].idẽ ſi dictũ
ſit ſentẽtialiter* abſolutũ,intelligetur ſecũdũ morẽ,& ritũ ſentẽtiarũ[38],& ſic nõ per ſcriptu 17
ræ ſolùm recitationẽ,ſed ẽt iudice pro tribunali ſedẽte,& cæteris ſolẽnibus obſeruatis.qđ
diffuſiùs Iaſ.oſtẽdit[39]. Cæterùm & nihil referre arbitror,quomodo ſcriptũ ſit aliquẽ fi- X.
deiuſsiſſe,an pars ipſa ita ſcripſerit,an notari⁹:lex eñ noſtra nõ diſtinguit, & verba à* ta 18
bellione in inſtrumẽto ſcripta ipſius partis verba cẽſentur[40],ſi eius mãdato,vt Bar.hîc in
quit ſcripta ſunt,idque ſiue ex perſona partiũ loquutus ſit notarius , ſiue ex tertia perſona
cõcepta ſit oratio[41],ſiue per verba præſentis tẽporis ſcripſerit,ſiue præteriti[42], prout in le-
ge noſtra.qđ infrà declarabo.hincque apparet ratio differẽtiæ,cur nõ idẽ ſit in teſtimoniis
ſiquidẽ in eis traditũ eſt,verbũ promittẽdi ad ſtipulationẽ nõ referri[43]:qua in re variæ fue
runt veterũ altercationes,aliis peritos teſtes ab imperitis diſtinguẽtibus[44],aliis notarij do
cumenta à priuatis ſcripturis ſeparantibus[45],aliis alia comminiſcẽtibus , quæ hîc diffu-
ſè recentiores referũt.Ego à cõmuni ſentẽtia nõ diſcedo. teſtiũ eñ verba nõ † cenſentur 19
verba partiũ:& ideo nõ fit in eis interp̃tatio,vt qđ implicitè,vel ex iuris cõſequentia indu-
citur,pro exp̃ſſo ſit.Atq; debẽt teſtes clarè & explicite rẽ ipſam,& q̃cquid geſtũ eſt,narrare
alioquin

1 l.fin.C.ad Vel.
2 l.iij.de teſt.mil.
3 l.centurio.de vulg.
4 l.ſciendum.§.dictum.de ædil.edict.
5 d.§.ſi ſcriptum.
6 c.illud.de præſump. glo. l.optimam.C. eod.verbo.ſi ſeruus.
7 l.hoc iure. §.eo. vbi dixi.
8 l.ea,quæ. de donat. inter virum.
9 l.Lucius.de fideiuſſ.
10 l.j C.eo.
11 arg.c.cũ olim.de cenſ.l.ſi duo.§.Marcellus.de iureiu.
12 Feli.c.trãſlato. de cõſti.
13 l.generaliter. C. de non num.pec.
14 l.ij.C.de re pig.
15 l.ſi tibi. §. de pigno. vbi glo.de pact.
16 l.diẽ.§.ſi plures.de arbi.
17 c.j.de arb.in vj.
18 Bar.l.j.de his,quę in teſt. Alex.l. iuriſgentium. §. qđ ferè.de pac.
19 d.c.cum olim.d.§.Marcellus.l.ſi quis mihi.§.qđ ſi mandauit. de acquir. hær. vbi Iaſ.
20 d.l. j.§.legi.de is quæ in teſta.
21 d.c.tranſlato.
22 l. ſi plures. in princ. vbi Bar.de fideiuſſ.
23 c.j.vbi glo. de ſimo.glo. c.ad quæſtiones. de re. permut.
24 c. cum ſuper. de confeſ. vbi Imo.& Bal.
25 d.c.cùm olim.
26 d.§.Marcellus. vbi Bar.
27 Bal.l.j.C.de re.alie.non alie.Raph.Alex.Iaſ. hîc.
28 §.pretium.inſt. de emp. & ven.
29 l.pacta nouiſsima.C. de pact.
30 l.cùm oſtendimus. in fi. de fid.tut.
31 l.ab ea.in fin.de probat.
32 Imo.Bal.& Aret.hic.
33 Bal.l.quæcunquæ.de publici.in rem act.
34 c.ſicut.de ſimo.
35 c. cum cauſam. de iura. cal.vbi Bal.
36 l. quod ſi dubitet. de acquir.hær.vbi Bar.
37 Bar.l.ſi.C.de ſen. ex breuic.re.
38 c.ſicut.c.cum Bertoldus. de re iud.
39 Iaſ.hic in fine.
40 Bar.l.liberorũ.de verb. ſig.glo.hic & Mod.
41 c.dudum.de con. cõiug. l.Caius.ſol. mat. vbi notat.
42 Bar.l.poſt dotem. ſolut. mat.quæſt.j.
43 l.j.C.de vſur.
44 c.cum olim. j. de priui.
45 contra.l.j.C.eo.glo.l.tutor.§.fin.de vſur.



alioquin nõ probãt[1].Vnde in eorũ teſtationibus indefinita vox vniuerſali nõ æquipollet[2]:
cùm aliud ſit in partiũ cõfeſsione:in his tamẽ quæ ab ipſarũ volũtate pendent. Hinc cõſe-
quens eſt,vt ſi ſcriptura eiuſmodi ſit,quæ verba ipſarum partiũ non repræſentet, ea nihil à
teſtibus differat, ſicq; aliorũ ſentẽtia defendi poſsit,qui ſanè non pauci Accurſio Bar.cæte
riſq; aduerſantur[3].Nã & receptũ eſt ẽt in teſtimoniis ſolennitatẽ interiorẽ præſumi , cùm
ad factũ iudicis referuntur,pro quo lex ſolet id præſumere[4]. idémq; cùm de verbis agitur,
I. quæ teſtes formaliter à parte prolata dixerint[5]. & hæc quidẽ qđ ad regulã legis attinet , ſa-
20 tis.Cæterùm nec† ea perpetua eſt,ſed quibuſdã caſibus reſtringẽda. Et in primis,vt præ
ſumatur quidẽ huiuſmodi ſolẽnitas:ſed tamẽ probatio in cõtrariũ admitti poſsit,nõ enim
iure fictionis hæc prodita ſunt,aut efficaciſsimæ illius præſumptionis,quæ regulariter pro-
bationẽ in cõtrariũ non admittit[6],ſed ex ſimplici interpretatiõe ,qua ex vi verborũ impli
citè prolatorũ colligimus ita actũ eſſe[7]:ſicq; cõmuni calculo receptũ eſt. Vnde cõſequens
eſt,vt quãuis aduerſus tenorẽ inſtrumẽti probatio nõ niſi per ſcripturã admittatur[8], tamẽ
ſecùs eſt in his,quæ implicitè ex inſtrumẽto colligũtur.admittẽtur enim tali caſu teſtes,ſi-
cut & his,quæ ex inſtrumẽti cõiectura deſcẽdũt[9], vel aliàs ad ſolẽnitatem dũtaxat perti-
nẽt[10].& ſic apparet nõ prorſus idẽ eſſe,an quid expreſsim in inſtrumẽto cõtineatur, an ve
II. rò implicitè tãtùm:cùm tamẽ aliàs ſoleãt hæc æquiparari,quod ſuprà , dixi. Enimuerò
21 minimè dubitandũ eſt,quin aduerſus talẽ interpretationẽ† omne illud obiici poſsit,qđ ad
uerſus actũ ipſum obiiceretur ſi expreſsim factũ eſſet.nõ enim efficaciùs obligat qđ impli
citè ſeu præſumptiuè intelligitur,quã id quod expreſsim factũ eſſet[11]. Vnde Accurſius hîc
cẽſuit,ſicut principalis doli mali exceptiõe ſe defendere põt , ſi abſq; cauſa promiſit[12] : ita
& fideiuſſor idẽ creditori obiiciẽs audietur,quãuis implicitè obligationem principalis ap-
probauerit[13].qđ omnes hîc ſentiũt.& verũ eſt,niſi animo nõ fideiubẽdi , ſed principaliter
ſe obligãdi id ex certa ſciẽtia factũ ſit.qđ Bar.ait[14], vel niſi principalis ipſe eam exceptio-
nẽ obiicere nõ poſſet,vt quia promiſsio eſſet in iudicio facta[15], vel quod idẽ eſt corã char-
tulario iudice[16]:poterit tamẽ tali caſu excipere,vt cedantur ſibi actiones[17],vel aliàs obiice
re ſe creditoris adfirmationẽ ſecutum captúmq; eſſe.qđ alibi diſputaui[18]. idémq; in quali
bet alia exceptione ex perſona ſua prouenientẽ[19]. Et ex hac declaratiõe infertur,ſi quis in
iuramẽto adfirmauerit ſe pignori fundũ ob x.dediſſe:licet videatur fateri ſe ea decẽ rece-
piſſe,cùm aliàs pignus nõ cõſiſteret[20],nihilominùs exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ ei
denegandã nõ eſſe.qđ Accur.tradidit,& aduerſus Fulgoſiũ receptius eſt[21],qua ratiõe & il
lud fatendũ eſt,vt ſi enũciatũ in inſtrumẽto ſit aliquã eſſe vxorẽ,quo caſu videtur præſup-
poni matrimonium,tamen talis enũtiatio reſpectu illius actus ſuſtinendi ſolùm probet &
nõ vltrà[22].Vnde ſi principaliter de eo dubitaretur,nõ ſufficeret eiuſmodi præſumptio:cõ
feſsio enim ſolùm tractatũ,ideſt,quaſi poſſeſsionẽ probat,quæ ſola in iudicio petitorio nõ
ſufficit[23],qđ & ſuprà exẽplo fideiuſſoris,qui in cauſam dotis promiſit[24], itẽ exemplo eius,
qui ſe vẽdidiſſe dixit,oſtẽdi. Vnde & cùm quis præpoſitũ monachorum ſe dixiſſet,reſpon
ſum eſt præſumi quidẽ profeſſum:cùm aliàs p̃poſit⁹ eẽ nõ poſsit[25]. Sed ſi de p̃feſsione ipſa
III. principaliter litigetur,aliã p̃bationẽ requiri. Sanè cùm hæc interpretatio ex vi verbi ſe-
cũdũ ius accepti deſcẽdat,ſi de caſu agatur , quo de facto nõ aũt de iure verba accipiãtur,
22 ceſſat† p̃ſumptio[26],qđ ex p̃ſonarũ,aut rei qualitate plerũq; dignoſcit̃[27].Vnde ſuprà ex cõi
ſentẽtia atteſtatus ſum,ſi teſtis fideiuſsionẽ vel promiſsionẽ factã dicat,nõ intelligi ſtipula
tionẽ acceſsiſſe[28]:q̃a teſtis nõ circa ea,quæ iuris ſunt,ſed circa factũ perhibere teſtimoniũ
debet.Hinc cõſequẽs eſt,vt ſi quis dicat ſe talẽ rẽ emiſſe,nõ facta p̃tij mẽtione, ea quãdoq;
ſuadẽtibus cõiecturis,accipiatur interp̃tatio,vt nõ cẽſeatur fateri p̃tiũ interueniſſe:poſsít-
que intẽtionẽ ſuã declarare[29],qđ intelligeret de emptiõe de facto,nõ aũt de iure[30] qđ ſi di-
xiſſet ſe iuſto pretio emiſſe, ſecùs eſſe arbitrarer.qđ Iaco.cenſuit[31]: dũ tamẽ principaliter
de hac re nõ ageretur,vt ſuprà declaraui. & qđ de emptiõe dictũ eſt iidẽ in eo,qui ſe iura-
uit pignori fundũ ob x.dediſſe,vt ſuprà oſtẽdi[32]:Idẽ in cæteris nominibus iuris , illa enim
23 ſolùm demõſtratiõis cauſa eã appellationẽ habẽt[33]:cùm propriè† ſentẽtia nulla nõ ſit ſen
tẽtia[34] ſicut electio nulla nõ eſt electio:qđ & in ſtipulatiõe receptũ eſt,ſimilibúſq; actib⁹[35].
Igitur ſi quis dicat ſententiã latam,poteſt intelligi de ſentẽtia valida,quo caſu neceſſariò
ſupponitur omnia ſolẽniter celebrata eſſe:poteſt ẽt intelligi vt ad factũ ſimpliciter refera
tur[36],in dubio tñ referetur ad actũ validũ eritq; legi noſtræ locus[37]. Finge igitur in actis
notarij ſcriptũ eſſe,Titius teſtis iuratus dixit &c.intelligemus iuratũ eſſe ſolẽniter[38].Rur
24 ſus finge confectũ à notario documẽtũ aliqđ,* nũquid præſumetur rogatus?& Accur. cen
ſuit id præſumi[39],qđ intelligũt doctores,ſi verba aliquo modo id inferãt,vt quia dicat ſe tã
quã notariũ documentũ confeciſſe, attendenda enim eſt huiuſmodi qualitas[40],quę vim
ſimplicis demonſtrationis non habet[41],vel quia dicat ſe publicaſſe:non enim publicam
in formam redigunt notarij inſtrumẽta,de quorum confectione nõ fuerint rogati[42]. Idẽ
ſi inter cæterorum publicorum regeſta deſcripſerit[43],vel ſignum ſuum conſuetum adie-
cerit,

1 l.ſolam.l. teſtium. C. de teſti.
2 Abb.c.auditis. de præſcr. Alex.l.reſcriptum.de pac.
3 Pet.Ci.Sali.d.l.j. Aretin. Claud.hîc.
4 cap. ſicut. vbi Abb. de re iudi.
5 Alex.cõſi.cxviij.in j.dub
6 c. is qui fidem. de ſponſ. in glo.
7 gl.l.ſiue poſsidetis.C.de prob.
8 l. generaliter. C. de non nu.pec.Bar.l. iij. de fideiuſ.
9 l. quæcunque. in fine. C. de apo.pub.lib.x. vbi Bar.
10 d.§. quod fere. vbi gloſ. & Doct.
11 d. l. ſi duo. §.Marcellus. vbi Bar.de iureiu.
12 l. cũ de indebito. in fine. de probat.
13 glo.l.inde Neratius. §.ſi hominem.ad legem Aquil.
14 Bar.l.j. C. de conſt.pec.
15 glo. l.j. in fine de inter. act.
16 Ang.Aret.hic.
17 l. ſi nomen.vbi Bald. de hær.vel act.ven.
18 auth. ſi quis in aliquo.in fine.vbi dixi.C.de eden.
19 Ang in auth.vt ſpõ.larg. §.& hæc inſuper.
20 l.j.C.de non nu.pec.
21 glo.& doct.d.§.Marcel.
22 ca.illud. de præſump.l. optimam.C.eo.
23 l.non ignorat.C.qui accu.vbi doct.l.non nudis. C. de prob.vbi Bal.& Bal. conſil.clxxx.in iij.dub.
24 d.l.ſi.C.ad Vel.
25 c. nullus. de elect. in vj.
26 l. quid ergo. §. j. de his qui not.infa.
27 l.mulier. §.pen. de cõd. inſt.l.Paulus.de ver.ſig. vbi dixi.
28 d.l.j.C. de vſur. vbi Bar.
29 l.ſi quis intẽtiõe.de iud.
30 l.Labeo.verbo , emerit. de ver.ſig.l. inſulam.de præſcri.ver.l.ſtipulatus es opus de fideiuſſ.
31 arg. l.ſi fundum.in fine. man.Doct.d.§.Marcellus.
32 d.§.Marcellus. l.ſolutũ. §.j.de pig.act.
33 l.iij.de teſt. tut. vbi glo. & Bald.
34 l.ſi. C. de ſent. ex breui. vbi Bar.
35 l.j.§.ſed ſi mihi.§.eo. d. l.Paulus.vbi dixi.
36 l.j.§.j.de feriis. l. quidã. j.eo.
37 d.c.ſicut.de re iud.
38 l.Theopompus. de dote præleg.vbi Bar.
39 gl. §.nos aũt. verbo iniungatur. in auth. de tabel.
40 l.ſi pater. §. qui duos.de adop.
41 l.mela.de ali.leg.
42 d.§.nos autem.
43 Aut.ad hæc.C.de fide inſtru. Alex.conſi.clij.in ij.

cerit,quod Bal.tradidit[1].qua in re plurimùm conſuetudini deferendum eſt .Quo exem-
plo idem in teſtibus receptum eſt:cùm vis verborũ hoc aliquo modo infert, vt quod ſcri-
ptum ſit,teſtes eſſe vocatos ſeu adhibitos[2],vel eorum manu ſubſignatum appareat teſta-
mentum veriſsimile eſt mandato teſtatoris id factum[3]. Vnde ſequitur , vt in teſtamento
quod in ſcriptis conficitur in dubio præſumãtur rogati cùm neceſſaria ſit eorum ſubſcri-
ptio[4],& generaliter quotieſcunque tabellio in documento mentionem alicuius ſolenni-
tatis facit,quæ tempore confecti inſtrumenti potuit adeſſe , credendum eſt ei , & à verbis
non recedendum[5].qđ alibi diffuſiùs dixi[6]. Cæterùm ſunt†,& aliqui caſus quibus rece IIII.
ptum eſt præſumptioni inſtrumenti non ſtari,& ideo ſupràſcriptæ regulæ locum non eſſe 25
veluti in his,quæ à libera contrahentium aſſertione non pendent,clarum eſt tunc nõ prę
ſumi ſolennia. Vnde cùm lex requirat actum in ſcriptis certa cum ſolennitate celebrari,
vel certam formam adhiberi, déque ea fidem fieri probanda eſt ſolennitas ſecundum le-
gis diſpoſitionem non ex ſola notarij aſſertione[7]. Sic & appellatio non creditur intra cõ-
ſtitutum tempus interpoſita niſi ex inſpectione diei appareat[8] .& quarta teſtium produ
ctio non cenſebitur ſolenniter petita , niſi probetur[9]. quæ ſententia maximè procedit in
ſolennitate extrinſecùs accedente,cùm enim eam natura verborum in ſcriptura prolato
rum non comprænhendat,regulariter non*præſumitur[10], etiam ſi notarius in inſtrumen- 26
to clauſula generali atteſtatus fuiſſet,omnes ſe ſolennitates adhibuiſſe tã intrinſecus, quã
extrinſecus neceſſarias,quarum ſpecialis mentio facienda ſit[11],ſuſpecta eſt legiſlatori hęc
clauſula:nec fidem tabellioni hac in re adhibet. quod Alber.& Iaſ.exiſtimarunt:verúmq;
eſſe ego cenſeo earum ſolennitatum reſpectu,quæ tunc adhiberi non potuerunt:cùm in-
ſtrumentum conficeretur[12] , alioquin nulla eſt ratio cur hæc clauſula quamuis generalis
effectum ſuum habere non debeat[13]. Et ex his infertur , in contractu minoris non præſu-
mi iuramentum,niſi expreſsim in inſtrumento eius mentio facta ſit,vt hîc Bar.cenſet,quę
ſententia indubitata eſt,cùm iuramentum ad ſolennitatem non pertineat. Sed† actus di- 27
uerſus à contractu ſit,& ſi ſuper vna re adiectum ſit,ad aliam non trahatur, niſi quatenus
generalitas verborum ſuadeat[14].quo caſu adhuc ob enormen læſionem ex prodigalitate
factam poſſet ſucurri[15]. Idem ſi error appareat,quod Bart.reſpondit[16]. Idem ex cauſa ſu-
perueniente , de qua partes non cogitauerint[17]. vel ſi cauſa conuentionis cum verbis
iuramenti poſsit coniungi[18].Rurſus infertur in contractu pupilli,non præſumi auctorita
tem* tutoris[19].contractus enim cum ſolo pupillo celebratus nomen ſuum ſeruat,licet au 28
ctoritas non interuenerit.vnde ea ſolennitas tanquam extrinſecus accidens non præſu-
mitur,eadem ratione ſi renuntiauerit iuri ſuo,non præſumetur de tali iure certioratus.qđ
& in muliere receptum eſt quæ Velleiano ſenatuſconſulto renuntiauerit:cùm enim igno
rantia iuris in eis præſumatur[20],renũtiatio ſimplex nõ valeret[21],quia iuri quod quis igno
rat,*renuntiare non poteſt[22], meritò neceſſarium eſt eos prius admoneri, quæ admonitio 29
non præſumetur,niſi notarius id factum affirmet quo caſu à ſe vel à parte(vt Pont. ait)fa-
ctum præſumetur,credetúrque notario tanquã de re atteſtanti,quæ ad officium ſuum per
tineat[23]. Sic & nuntio tali caſu creditur[24],& iudici quas quæſtiones tertio præſumptionũ
libro à me diffuſè diſputatas ad alia properans hîc omitto[25]. cum autẽ ſtatus hic planè cõ-
iecturalis ſit,non raró contingit , vt propter contrarias præſumptiones aliud reſpondea-
mus,& omnia ẽt extrinſecus Solennia interfuiſſe credamus[26]. Quandoq; propter ipſo I.
rum† contrahentium conſenſum,in his,ſcilicet,quibus ſibi præiudicare partes poſſunt[27]. 30
Nec refert expreſſè acceſſerit[28]:an tacitè,vt quia is,cuius intereſt,nihil de huiuſmodi ſolẽ
nitatis defectu obiecerit[29]. Quandoq; in odium perſonarum,vtcùm quis de mendacio II.
eſt conuictus[30],vel verus manifeſtúſue contumax eſt[31]. Quãdoq; propter probitatem III.
perſonarum,vt in actu quem prudens aliquis,egregiúſq; vir geſſerit[32], maximè , ſi de mo-
dica re agatur[33]. Idémq; in actu,quem notarius nuntius aut quilibet alius muneri publi-
co præfectus ad publicũ officium pertinentem fecerint,quod ſuprà dixi[34]. Quandoque IIII.
propter temporis diuturnitatem[35],qua de re alibi latiùs[36]. vel propter cõſuetudinem,quæ V.
ad ſcripturam pertineat,vt ſcilicet clauſulæ conſuetæ adſcribantur[37]. Quandoq; aliis VI.
ex ſignis,quæ lex ſufficientia præſumptioni huic in ducendæ exiſtimet[38]. Sanè ſunt & ali-
qui caſus,quibus neceſſaria huiuſmodi præſumptio non eſt: valétq;† actus abſq; tali ſolen
nitate[39],vt ſi proponatur adiectum iuſiurandũ[40] , vel ſi proponatur libellũ iudici datum,
non enim tenetur actor ſolennitatum mentionem in eo facere[41], ſed ſatis eſt, ſi in proceſ-
ſu cauſæ eas deinde probet:quod Raph.Iaſ.Felin.tradiderunt.

1 Bal.l.j. C.de fide inſt.li.x.
2 l.hæredes.§.in teſtamentis.de teſt. l.nullũ.de diuor.
3 l. Domitius. de teſta. vbi Bar.& Imo.
4 l.hac conſultiſsima.C.de teſta.
5 l.j.C.de fide inſtr. lib.x.
6 auth.ſi quis in aliquo.C. de eden.
7 Bar.l.j.de fid. inſtru. lib. x.C. & cap. ſacramento. de ſent. excom.
8 auth.hodie. vbi Bald.C. de appel.
9 c.ſignificauerunt. vbi Feli.in prin. de teſti. & ſi qua ſimilia.
10 d. l.quæcunque.§.vlt.de pub.
11 glo.ca. paſtoralis.verbo proteſtate. de excep.
12 glo.d.l.j.C.de fide inſtr. lib.x.
13 l.omnes.C.de præſc.xxx. vel xl.an. Bart.l. ſi quis ſub conditione.ſ.de teſt.tut.
14 Bar.hic.& l. ij. C. de reſ. vend.
15 Din.conſ. vj. Dec.conſi. clxxx.in fine.
16 Bar.conſi.xc.
17 l.fin.C.de non nu. pec.l. fi.in princ.ad municip.
18 l. eum qui.§.j. de iureiu. vbi Bar.
19 d. l. quæcunque. in fine. de pub.
20 l. cum de indebito. de probat.l.error.de iur.& fac. igno.
21 gl.l.fi.§.pen. ad Vel.
22 l.mater.de inoff.teſt.
23 l.ſi librarius.vbi Bar.de reg.iur.
24 c.cum parati.de appel.
25 l.ij C.de offici.iud.
26 Imo.c.officij.de teſta.Felin.d.c.ſicut.Iaſ.hic.
27 glo.d.l.j. C. de fide inſtr. lib.x.
28 d.l.optimam.C.eo.
29 c.ea noſcitur.de his quæ fiunt à prælat. Mateſil.not. xij.
30 auth.contra,qui propriã. C.de non nu.pec.l.fi.C.de fidei.l.ſi dubitet.§.j.ſ.tit. ij.
31 cap.bonæ.ſ. de elect. vbi Imo.& Io.And.
32 c.niſi de præben.
33 arg. ſi res pupillaris. de ad. tut. l. ſi à bonæ fidei.de rei vend.
34 d.l.ij.d.l.ab ea. de prob. d.c.cum parati d.c.bonæ.
35 l. qui in aliena.§. j. de acqui.hæred.l. ſi filius.C.de pet.hær.
36 l.ſi certis. C.de pact.ibi dixi.
37 l.fi.in fi.vbi Bal. C.de fideiuſſ.
38 l.cũ ſeruus.ſ.eo. vbi Bar.
39 Bar.l.reos.ſ.tit.j.
40 d. auth. ſacramenta puberum c.quamuis.de pac.in vj.vbi Archidiaconus.
41 Bar. l.j.in prin. de eden. Mateſil.not.xj.

S V M M AE.

1 ☞ *Suum alicui dari nullo actu poſſe.*
2 *Suum quis varie rectè ſtipulatur.*
7 *Stipulatio ſui ſimplex de datione non accipienda, peritq;.*
10 *Purè inualida conditione ſubſiſtere , ex cauſa contrá. 13.*
12 *Conditiones ad inepta non trahi retró.*





## L E X XXXI.

1 SI REM MEAM. Qui rem ſuã ſibi† dari ſtipulatur,nihil agit, etiã
ſi deinde eius dominium amittat[1].cùm enim dominiũ ex pluribus cau-
2 ſis haberi nõ poſsit[2],qui ſemel*dominus eſt,iterum fieri dominus non
poteſt:qua ratione & emptio rei ſuæ nulla eſt[3],& legatũ[4]:& vſucapio[5],
I. & pignus[6],& ſi quis ſimiles tituli. Quod procedit , etiã ſi quis nõ ad-
iecto verbo, *Dari*,ſimpliciter ſtipulatus ſit rem ſuã : quod ſuprà attigi.in
II. telligitur enim dari ſtipulatus,vt huius legis verba ſatis oſtendunt. Nec refert , an res
mea penes promiſſorem ſit ,an penes quemlibet alium,adhuc eam dari ſtipulari non poſ-
III. ſum[7].nec enim lex diſtinguit,meritò neque nos diſtinguemus. Nec rurſus refert,quo iu-
re eius dominus rei ſit,ſiue iure ſpeciali,putà ex legato[8],an per traditionem ſecundum iu-
3 ris communis regulas:cùm enim * dominium quãuis ex priuilegio tranſlatum verum do-
minium ſit,non poteſt iterum acquiri[9]:nam nec hoc caſu lex diſtinguit[10] , ſed ſolùm quo-
ties dominium reuocabile ex euentu,ſeu facto alterius eſſet:tunc enim valeret ſtipulatio[11]
manifeſtè enim tunc ſtipulatoris intereſt. Idémque fortè eſſet ſi ſtipulator dominium ve-
rum non haberet.ſicut enim tali caſu poteſt & pignus illi accedere[12] , ita & valere ſtipula-
tio debuit,quod Iaſ.hîc exiſtimauit, & Aret.antè tradiderat, tã etſi hac in re ego dubitem.
4 nec enim ſpecialia ad conſequentias trahuntur,& non omnino*par eſt pignoris,& domi
nij ratio. Vnde & videmus ad rem legatam non dari quidem hypothecariam, cùm tamen
IIII. vendicatio detur, tametſi iure ſpeciali. Pone igitur legatarius rem ſibi legatam dari ſti
pulatus eſt,an vt ſtipulatio valeat, interpretabimur videri eum legato ſeu iuri dominij re
5 nuntiaſſe[13]:& non putarim[14],ſed potiùs adhuc ſtipulationem eſſe*nullam : nõ enim veri-
6 ſimile eſt id actum[15]. Sed† mirũ eſt,cùm poſsit dominus ſtipulari rem ſuam ſibi tradi[16],
V. item eam ſibi habere licere[17],item eius æſtimationem ſibi dari[18],item ipſam rem ſub con-
7 ditione,vt hîc dicitur cur ſimpliciter† ſtipulans non intelligatur aliquo ſupràſcriptorum
caſuum ſtipulatus,vt actus valeat[19]?ſed ſuprà concluſum eſt,nunquã actum,qui vt agitur,
non valet,in eum caſum ſuſtineri,qui prorſus diuerſus,aut æquè principalis eſſet[20]. meri-
tò ergo,qui rem ſtipulatur,de traditione intelligi non poteſt , quæ ad ſolam poſſeſsionem
8 pertinet,& nihil commune cum dominio habet[21]: vnde nec de æſtimatione eius intelligi-
tur,quæ*& ipſa plurimum à re diſtat[22]:minúſque eam pręſumptionem accipiemus,vt qui
purè verba concepit,videatur ſub conditione ſtipulatus[23] ? potiùs ergo peribit ſtipulatio.
ídque communiter eſt receptum ſolis Pontano,Alexandróque reclamantibus. Sed quid ſi
ſtipulatio prætoria interpoſita proponatur? & cum interſit legatarij eam obſeruari,nõ eſt
dubitandum,quin valeat[24].
9 SI CONDITIONIS. Quod ergo purè*non valeret , ſub conditione permitti-
tur[25],verúmque id eſt,quoties ratio , quæ aliquid purè fieri prohibet , in caſum euenientis
10 conditionis non procedit,vt in textu noſtro:cùm enim,eueniente conditione,† ſtipulator
non ſit dominus,iam incipit eius intereſſe,valétque contractus:nihil enim intereſt,an tem
11 pore*habili quid fiat,an in id conferatur,quod aptum futurum ſit[26].Vnde valet legatum,
quo pater ſpurio certam pecuniam relinquat,cum capax erit[27]:& aduena , qui in territo-
rio immobilia,ſtatuto prohibente,nequit acquirere , poterit contrahere ſub conditione,
cùm ciuis erit.quod aduerſus quoſdam Alex.hîc rectè cenſuit.Sic ſi ſtatutũ prohibeat exu
lem ad munus aliquod publicum promoueri , valebit tamẽ electio conditionaliter facta,
cùm erit reſtitutus[28].ſecùs ſi ſimpliciter facta eſſet : niſi tamen ſtatutum actui nõ reſiſteret,
ſed executioni:tunc enim ſatis eſſet,ſi tempore executionis adſit habilitas,licet actus purè
ſit celebratus.[29]quod & quadã in quęſtione Pet.& Cin.hîc oſtendunt[30].Sed nũquid huiuſ-
modi conditio retrotrahatur?& conſtat regulariter in contractibus conditiones retrotra-
12 hi[31]: quod tamen† in ſupraſcriptis caſibus non procedit : non enim poſſunt ad tempus in-
habile retrotrahi:alioquin actus,qui ex veritate conſiſteret,fictione legis ſubuerteretur.nã
& conditiones voluntarias in cuiuſquã præiudicium retrò non trahi receptum eſt[32]. Sed
13 quid ſit† ratio prohibitionis non ſolùm actui puro noceat,ſed etiam conditionali ? & tunc
conſtat quòd purè fieri nequit,nec ſub conditione quidem permittendum,ſiue prohibitio
ob bonos mores fiat[33],ſiue ne euentus malus videri deſideratus aut perpẽſus poſsit[34], ſiue
quia eadem ſit actus puri,& conditionalis ſubſtantia , eáque deficiat , vt in vſufructu per-
14 ſona[35].cùm enim vſusfructus ſeruitus perſonalis ſit,ſi*perſona habilis nõ ſubſit , omnino
extinguitur.

1 l.qui x.§. ſtichũ. de ſolu
2 l.iij.§.ex pluribus.de acqui.poſ.
3 l.ſciendum.de con.emp.
4 l. proprias. C. de lega.l. iij.§.lana.de vſucap.
5 l.neque pign°.de reg. iu.
6 ſ.l.ſcire.§.fi.
7 Moder.l.nemo.ſ.eo.
8 l.eum, qui.de cond. inſt.
9 glo.Iac.Bal. Raph.cor.l. j.C.com.de leg.arg.l. liberos.vbi Bald. & mod. C. de collat.
10 d.l.ſuæ rei.
11 l. in bello. §. ſi quis. de cap. l. nõ quocũque.in prin. de leg.j.
12 l.idémque.vbi glo.ſ.qui pot.in pig.ha.
13 arg.glo.l. huiuſmodi §. qui ſeruum.gl.j.de leg.j.
14 arg.l.fin.§.fin.C. com.de leg.Bar.l.qui Romæ.in fin. quæſt.xxj.ſ.eo.
15 l.fi.C.de nouat.
16 l.nemo.ſ.eo.
17 l.ſtipulatio iſta.§. quæſitum.ſ.eo.
18 glo.§.eſt autẽ.Inſt.quib. mod.ob.tol.
19 l.quoties.ſ.eo.
20 l.multum.ſ.eo.no.l.j.§. ij.ſ.eo.
21 l.naturaliter. §.j.de acq. poſ.l.venditores.ſ.eo.
22 l. ſi ita fideiuſſorem. de fideiuſſorib.d.l.multum.
23 l.j.§. ſi quis ſimpliciter. ſ.eo.l.exiſtimo.ſ.eo.
24 l. j. §. ſi quis ſub conditione.l.etiam.vt leg. no.ca.
25 l.iiij.§.fin.de con.inſt.l. Mæuius.de cõd.& de.l.quoties.iij.reſpo.de vſufr.
26 l.in tempus.de hær.inſt.
27 l.Gallus.§.inſtituẽs.vbi Bal.iiij.not.de lib. & poſt.
28 Io.And. in ſpe..de accu. §. ſequitur. in add. magna. Bal in Rubr. C. de inſtit.& ſubſti.
29 Old.Bar. l.j.§. nũtiatio. de op.no.nunt.verſi. quærit Iac.
30 arg.l.præcipimus.§.j.C. de appel. vbi Bald. Pet. cui Imo.Alex.hîc.
31 l ſi filius.ſ.eod.l. quod ſi pendente.ſ.de peri. & com.
32 l.qui balneum. l. potior. qui pot.in pig.
33 l.ſeius.ad l.falc.vbi doct.
34 l.inter.§.ſacram.ſ.eo.
35 l.vſusfructus.ſ.ti.ij.

S V M M AE.

1 ☞ *Errore actus nullos , niſi certis actibus , vitiari.*
4 *Proprij nominis,reiue errorẽ nõ obeſſe certis caſib⁹.6.*

## LEX XXXII.

SI IN NOMINE. Supra vidimus † errorem in materia rei, 1
quæ in ſtipulationem deducta ſit,non vitiare hunc contractum.Si de cor
pore conſenſum ſit[1]. hîc eadē ratione infertur idem eſſe, etiā ſi in no-
mine ſit erratum:error*enim nominis proprij non vitiat ſtipulationē,ſi- 2
cut nec inſtitutionē nec legatum nec cœteros actus[2]. Quod tamē non I.
procedere Alex.Iaſónque exiſtimāt, ſi error in proprio ipſius diſponētis
nomine ſit.talis enim nimiam imperitiam,fatuitatémque oſtēdit[3]: quo exemplo eum quo
que præſumi fatuum adiiciūt,qui in nomine proprij filij à ſe præſente educati errauerit[4].
Idem in nomine proprij parentis vel vxoris.Sed hæc ego neſcio quantùm probem. Apud 3
auctores certè legi Meſallam*. Corinum oratorem celeberrimum etiā proprij nominis
ob ægritudinem oblitum fuiſſe:apud Plautum non vno in loco cernere eſt, qui ſibi nomē
mutent[5]: ſic Vergilius in eclogis,quādoque Corydō eſt,quandoque Menalcas.Habent &
grammatici figurā τῶν προσώπων ἐναλλαγὴν cùm quis de ſe tāquā de tertia perſona loquitur:
arbitror itaq; errorem† nominis nec ſui nec alieni obeſſe,ſi aliàs de perſona conſtet.ſi ve- 4
rò non conſtet,tunc errorem obeſſe.minúſque excuſabilem eſſe, ſi in ſuo nomine quis er-
rauerit[6]. Sed quid ſi quis in rei ſuæ nomine proprio errauerit?& Felinus ſenſiſſe videtur II.
neque talem errorē legitimæ excuſationi ſufficere. vnde tolerabilis non eſt actoris error
qui in diœceſeos ſuæ nomine fallitur[7]. Sed tamen aliter ſentiunt recentiores, nihílq; dif
ferre exiſtimāt,an quis in nomine proprio rei ſuę,an alienæ errauerit,quos & ego ſequor[8].
Sanè quotieſcunq; lex nominis proprij expreſsionē pro forma requirit, ſunt qui putēt III.
tali caſu obeſſe errorem[9].ego vix putauerim legiſlatoris mentem eam eſſe,vt nominis ex
preſsio pro forma ſit,quoties aliter de corpore conſtare poteſt[10]. conuerſum enim nomē* 5
requiritur,niſi demōſtrationis cauſa,at rei aliter declaratæ fruſtrà hæc demonſtratio adii-
ceretur[11]:quòd ſi lex formæ mentionem faciat,intelligemus leuem eſſe,quæ omiſſa non vi
tiet[12]. Solùm ergo limitationem, †quam veteres hîc probauerunt, ego ſequor. nempe, 6
vt lex in caſu ſuo procedat,cum ſcilicet,erratum eſt in ſerui proprio nomine.error enim* 7
appellatiui nominis ſtipulationem vitiat[13].quod Ray.hîc tradit.Item procedat,cùm erra- IIII.
tum eſt in nomine proprio ab vtroque.ſi enim alter tantùm erraſſet, ſentiunt Din. Albe- V.
ricúſque vitiari ſtipulationem propter diſſenſum,tanquā ille,qui ſciebat,prudens ſciénſq;
noluerit alium admonere,vt actus redderetur inutilis[14].Putarim tamen in dubio poſtquā
de corpore conſtat,non accipi hanc interpretationem Addit Accur.legi noſtræ locum VI.
eſſe,quoties cōſtabat de eodem corpore agi,aliàs ſi de diuerſis ſenſiſſent,tum quoque pro-
pter diſſenſum ſtipulatio infirmaretur[15]. Sanè error*in ſyllaba nominis cōſiſtens,nec qui 8
dem pro errore eſt,quin de corpore per talem expreſsionem conſtare credatur[16]. Quid
aūt ſit nomen,quid cognomen à me alibi aduerſus multorum errorem diſputatum eſt.

1 l.ſi id,quod.ſ.eo.
2 l.iiij.C. de inſt. l. iiij. de leg.j.l. antepen. ſ. de iudic.
3 l.ſi.C.de hær.inſt.
4 arg.l.titius.§.j de lib. & poſthu. ca. cum in tua. qui. mat.accuſa.
5 l.vnica.C.de mut.nom.
6 d.l.fin.vbi Bal. quęſt. j.& Fulg. & Aret. Raph. Areti. Rui.d.l.iiij.ſ.de leg.j.
7 c.ab excommunicato. c. Rodulfus.de reſcri.Io.And. & Imo.Feli. c. ſignificante. eo.ti.
8 l.ſi fortidianū.C.de lega.
9 l.hac conſultiſ.C.de teſt. Ang.l.iiij.eo.tit.Bal. Ange. Alex.Imo.l.j.de lib. & poſt.
10 d.l.hac cōſultiſsima.vbi glo.verbo indicia.
11 l.j.in fin.de dote prꝣleg.
12 l.j.in fi.de vent.inſpi.
13 gl.ſ.j.ver.ſed hæc ſolennia.inſt.de verb.oblig.
14 l.non ſolùm.ſ.eo.
15 l.inter.§.j.ſ.eo.
16 l.qui habebat.de ma.teſ.

### S V M M AE.

1 ☞ *Interitu debitorem. Aquil. acturum eximi.2.3.5.*
6 *Cedat.l. Aquil.actionē ob vulnus, necémq; debitor.*
7 *Corium,caro non,niſi ex certis cauſis.debetur.*
9 *Reliquiæ, præter quam legati, petibilis.*

## LEX XXXIII.

SI STICHVS. Interitu † ſpeciei liberatur promiſſor nullius moræ, aut 1
culpæ ſibi conſcius[17]. quod maximè procedit, ſi ea ſpecies culpâ credito-
ris ipſius periiſſet: vnde ſiue ante moram ſibi factam, ſeu poſt creditor ſer
uum ſibi promiſſum occiderit, actionem amittit. liberatúrque debitor[18].
Sed & actio legis Aquiliæ debitori competit, ſi ante moram ſit occiſus
à ſtipulatore ſeruus, quatenus ſua interſit. poteſt autem plurimum inter
eſſe:cùm ſeruus ſub conditione vel in diem incertum,aut ſaltem longo pòſt tempore ven-
turum deberetur.Si enim purè debebatur,vix eſt,vt perpendi probabilis vtilitas vlla poſ
ſit[19]. Sed quid ſi à tertio † aliquo occiſus ſit in creditoris tamen odium? & perinde haberi 2
ac ſi à creditore occiſus eſſet Bar.cenſuit.qualiſcūque enim inimicitia ipſi creditori impu-
tanda eſt[20].quam rationem ego non probo:quia inimicitiæ ei imputantur,qui aliàs cuſto-
diā adhibere debuit,vt colono,vt marito.at creditor in caſu noſtro ad cuſtodiā vllatenus
nō obligabatur:verū tamē eſt liberari promiſſorē,perinde† ac liberaretur, ſi caſu fortuito 3
ſeruus periiſſet, nec habebit legis Aquiliæ actionem.quicquid enim ſit in aliis actionibus,
hæc legis aquiliæ*actio datur duntaxat,cū eius intereſt. vnde cùm ſua nō interſit[21]. (om- 4
nino enim ſeruū dare creditori debuiſſet) ſoli creditori actione de dolo, quæ ſubſidiaria
eſt conſuletur[22]. Quòd ſi promiſſoris intereſſet, vt quia non liberetur,fortè quod iam eſ-
ſet(vt Imola inquit)in mora,vel in diem ſolùm deberet, vel aliàs dilationem eſſet habitu-
rus,vel quia ſeruus in cōditione ſolùm fuiſſet pœna in diſpoſitione[23],ſeu qualibet† alia ra- 5
tiōe,tūc actio legis Aquilię illi daretur[24],quā cedere creditori,quoties requiſitus eſſe deberet.

NON

17 l.ſi ex legati.ſ.eo.
18 l.legis.ad legem Aquil.
19 l.ij.in prin.l.ait lex.in fi. eo.tit.
20 l.ſi merces.§. culpæ.loc. l.pen.ſol.mat.
21 Inſt.ad leg. Aquil. §. fi.
22 l.arbitrio.in fi.de dolo
23 l.in illa.in fi.ſ.eo.
24 l.proinde.ad l. Aquil.l.ſi vendidero.de fur.



I. NON TENETVR PROMISSOR. Niſi tamen culpa ipſius promiſsoris
mortuus ſit, & occiſus[1]. Sed quid ſi ab alio ſit occiſus ex inimicitia promiſſoris? & Bar. non
liberari promiſſorem cenſuit[2].inimicitiam enim culpa ipſius imputari.Sed cùm promiſſor
ad cuſtodiā non teneatur,non videtur hæc ratio probabilis[3].nec enim directò hunc finem
reſpiciunt inimicitiæ, vnde illi adſcribi culpa non debet[4], nam & (vt aliqui hîc tradunt)
præter legiſlatoris mentem hæc eſt differentia, qui nihil diſtinguit cuius odio ſit occiſus
ſeruus, ſed ſimpliciter creditori actionem de dolo concedit[5]. Quòd ſi debitoris intererat,
6 habebit quidem ipſe legis Aquiliæ actionem, †ſed eam cedere ſtipulatori tenebitur[6]. quæ
ſentētia certiſsima eſt:cùm ex cauſa oneroſa ſeruus debebatur[7].idq; omnes fatētur. Idem
ſi ex cauſa lucratiua,dū ob inimicitias debitoris ſit occiſus: non enim debet occaſione ini-
micitiarum lucrum facere. Idem generaliter, ſi ſeruus non occiſus,ſed vulneratus ſit: cùm
enim eum deteriorem factum promiſſor ſoluat, non liberaretur, niſi reſarcita detrimenti
æſtimatione[8],vel ceſſa actione[9]. aliâs verò agenti ex cauſa lucratiua nullam ceſsionē fieri
receptius eſt,ſi ante moram occiſus ſit ſeruus,ſed qualemcunque actionem lucro debitoris
II. cedere[10]. Sed quod hîc dicitur non teneri promiſſorem, an indiſtinctè ſit verum? pone
7 promiſſum bouem, qui ante moram perierit, an ſaltem caro & † corium, adueniente die,
debebitur? & conſtat non deberi[11]. morte enim bouis liberatus eſt promiſſor, caróque &
corium quiddam diuerſum à boue eſt[12]. Quod tamen quibuſdam caſibus non procedit.
I. Et in primis, quando corium,& caro à fure poſt mortem bouis cōtrectata adhuc eſſent:
8 datur enim ex noua contrectatione* noua condictio[13]. Sed & ſi pars rei ęque principalis
II. ſuperſit, non eſt dubium agi ad eam poſſe[14]. Idem quoque receptum eſt, cùm ex cauſa
III. oneroſa res ipſa deberetur.nulla enim eſt ratio cur lucrari debeat acceſsiones illas promiſ
IIII. ſor[15]. Sed & † quoties nō actione perſonali,ſed rei vendicatione ageretur,nō eſt dubium,
9 quod ſupereſt vendicari poſſe.in eadem enim dominij cauſa remanet[16]. Sed quid ſit rei
V. vendicatio cum actione perſonali concurrat?& Bart.idem cenſuit[17].quæ ſententia proba-
bilis eſt, præterquàm in legatarij exemplo. illi enim datur rei quoq; vendicatio[18], & ta-
men,mortuo boue, reliquias non petit[19]. quia,ſcilicet,hanc actionem Iuſtinianus ad rem
ipſam principalē conceſsit,qua extincta,nullus eſt acceſsionum reſpectus[20].aliâs plurimæ
leges aduerſus Iuſtiniani mentem corrigerentur[21],quod temere credendum non eſt.

1 l.mora.l.ſi ſeruū. in prin. ſ.eod.
2 d.§.culpa.d.l.pen.
3 Arg.l.ſi per imprudentiā. de euic.doc.l.ij.§.itē ſi.ſ.eo.
4 l quid ergo.§.ſi hæres.de leg j.d.l.ſi ſeruum.
5 d.l.arbitrio.§ ſi.
6 d.l. eum, qui.de per. rei vend.arg.l.in ſumma.§.penul.de cond.inde.
7 d.l.eum, qui.d.l.ſi vendidero.& l.venditor ex.in fin. de hær.vend.
8 d.l.huic ſcripturę.ij.reſp. ff.ad legem Aquil.
9 Arg.l. Iulianus. §.ſi fructibus vbi gl.de actio.emp.
10 Arg.d.l.huic ſcripturæ. in j. reſp. Iaſ.l.ſi is, qui pro emptore.de vſuca.
11 l.mortuo.de leg. ij. l.lana.verſi.naue.de leg.iij.
12 l.j. verſic.plane. ſi quad. paup.
13 l.ſi ſeruus.§.boue.de cōdit.furt.
14 l.ſi grege. de leg.j. l.peculiū.§ quadrigæ.de leg.ij.
15 d.l.venditor.ex.in fi.& l. tenetur. verſic. quandiu de act. empt. d.l. in ſumma.§. pen.Raph.d.l.mortuo.
16 l.ſolùm.§.meum.de rei vend.
17 d.§.boue.
18 l.j.C.com.de leg.
19 d.l.mortuo.
20 Arg.d.l.j.
21 l.cùm res.§. fin.de leg.j. iūcta l. item ſi verberatum. in fin.de rei vend.

### S V M M AE.

1 ☞ *Stipulari id cuius commercium non habeo non poſſum etiam inſcius.9.*
5 *Obligari nec naturaliter quidem poſſe, vetito commercio.*
13 *L.multùm reſtringi.*
14 *Stipulationis & legatorum diſcrimen.*
15 *Dominij tranſlationi obeſt vetatio.*
18 *Commercio omnibus vetito,nec pretium deberi.*

## LEX XXXIIII.

1 MVLTVM. Lege Regia qui† peregrinæ conditionis erant, fundos iuris
2 Romani acquirere non poterant.Pone igitur aliquem peregrinū* ſtipu-
latum eſſe talem fundum ſibi dari,non valet ſtipulatio[22].adeò vt nec pre
3 tium quidem debeatur.Pone rurſus*eum, qui ſine fundo eſt, ſtipulatum
eſſe ſeruitutem ei, fundo per vicinum conſtitui,non valet ſtipulatio[23]. &
tamē qui promittit domino prædij ſe cōſtituturū,obligatur[24]. Pone,ma-
giſter collegij non capacis ſtipulatur fundum ſibi dari,non valet ſtipulatio[25]:tametſi ſi ipſe
promittat,plerūq; obligetur. Rurſus pone,iudex aliqua ex cauſa auctoritate legis inhibuit
alicui, ne emere intra certos fines poſsit[26]: ille nihilominùs ex ea cauſa ſtipulatus eſt fun-
4 dum dari,non valet obligatio.vt Bartol.ait: Hinc apparet ex perſona ſtipulatoris,*nos ius
quod ad hunc contractum adtinet, metiri, ſicut & ex perſona actoris in iudiciis illud meti-
mur[27].Sed quæ eſt ratio? & aiunt hanc eſſe, quia ſtipulatio videtur impoſsibile continere.
cùm enim promiſſor rem ſpoponderit,cuius comercium ſtipulator nō habet,eam illi dare,
ideſt,dominium in eum transferre non poteſt.Sed nec ad æſtimationem verò cogēdus eſt:
cùm aliud pro alio ſoluere compellendus non ſit[28]. at vice verſa cùm promiſſor ipſe eſt in-
capax.nihil impoſsibile cenſetur promiſsiſſe,cum per alium qui capax ſit,poſsit ſoluere[29].
I. Ex† qua ratione infertur huiuſmodi ſtipulationem adeò nullā eſſe, vt nec obligatio na-
5 turalis inde oriatur[30].procedítque hęc concluſio maximè,cùm id promiſſum eſt,quod nec
II. in ſtipulatoris,nec in cuiuſquam cōmercio eſt:vt ſi res ſacræ ſint promiſſæ[31]. Idem ſi res
6 principis*ſint,quæ non ſolent diſtrahi,vt horti Salluſtiani,vel fundus Albanus[32]:quamuis
III. fortè hoc caſu oriretur obligatio naturalis. Idem ſi cōmercium quidem rei pomiſcuū ſit,
ſed ſtipulator propter qualitatē aliquā reiiciatur,veluti,ſi Iudæus Chriſtianū mācipiū ſtipu
IIII. letur[33], vel hæreticus[34]. tales enim ipſo iure hoc caſu ſunt incapaces. Et ideo*denegan-
7 tur eis actiones:quia lex reſiſtit cōtractui[35]. Sed quid ſi perſonæ prohibitę ſint propter vo-
tū,& religionē?quales ſunt familiæ.Franciſci aut Dominici,& ſi quæ ſimiles[36].& idē eſſe in

contra

22 l.j.C.non lic. hab. lib.x. l.in quorum.de pigno.
23 l.vj.§.j.ff.com.præd. Roma.Iaſ.hîc.
24 l.hæredes.§.an ea.verſ. contra.fam.erc.
25 l.j.ff.de coll.illic.
26 l.moris.§.pen.de pœn.
27 l.j.ſ.ſi pars hære.pet.
28 §.plus.inſt.de acti.
29 l.ſoluendo.de neg.geſt.
30 l.j.§.ſi id quod.ſ. titul.j. Bart.l.j.de nouat.
31 l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ſ.eod.tit.
32 l.apud Iulianum.§.ſi.de leg.j.
33 l.j.C.ne Iud.Chriſt.
34 l.ſi qui orthodoxę.C.de hære.l.ſeq.auth.ſeq.
35 l.cum lex.ſ.de fideiuſſ. vbi Bart.
36 Cle.exiui de paradiſo. de verb.ſigni.

contractibus reſpondendum eſt: licet in legatis ſit non modica controuerſia. Subeſt enim
in contractibus eadem ratio, vt fundus non debeatur, quia incapaces: nec pretium, quia
id actum non eſt[1]. Sed quid ſi ex cauſa oneroſa ſtipuler rem,cuius commercium habe- V.
re non poſſum? & non puto conſtituendam hac in re differentiam à titulo lucratiuo, ſed
adhuc legi noſtræ locum eſſe,niſi quòd*in cauſa oneroſa,quamuis ſtipulatio ſit nulla,ta- 8
men debet ſtipulator indemnis præſtari,eatenus,ſcilicet,ne promiſſor cum aliena iactura
lucrum faciat. reſtituet igitur quod à ſtipulatore recepit[2]. Addunt † aliqui idem eſſe VI.
etiã ſi iuſta ſit ſtipulatoris ignorãtia, vt quia peregrinus aduerſus legem municipij ſtipula- 9
tus ſit fundum ſibi dari:quamuis enim præſumatur eius legis neſcius fuiſſe[3], tamen eſt in
culpa: quia non ſcrutatus eſt diligenter conditionem rei & perſonæ, cum qua contrahe-
bat[4],quod Aretin.ait quæ ratio ſi vera ſit,raro ex præſumpta ignorãtia peregrinis ſuccur-
retur[5]. Vnde melius eſt, vt id inductum credamus,ne promiſſor ad æſtimationem, quam
non promiſit, teneatur.ita enim ignoranti ſuccurritur vt alteri non fiat iniuria[6]. Sed & VII.
ſi quis rei quidem commercium non habeat, verùm habere poſsit, adhuc legi noſtræ lo-
cus eſt, veluti in propoſito exemplo, ſi peregrinus, deinde ius ciuitatis adeptus ſit. Satis e-
nim eſt tempore contractus inhabilem eum fuiſſe[7]. quæ enim ſtipulatio * à principio non 10
valuit,tractu temporis non conualeſcit:quod & ſ. vidimus in eo, qui rem ſuam ſtipulatus
eſt, non valet ſtipulatio, etiam ſi eius dominium interim amiſerit[8], niſi ſub conditione,
cum capax erit factam ſtipulationem proponatur[9]. Item niſi de ea perſona agatur, quæ
ad tempus ſolùm prohibita ſit, vt in milite. ſi enim, lapſo tempore, ex ſtipulatu agat, non
videtur ſubmouendus[10]. Sed quid ſi commercium abſolutè prohibitum non ſit, ſed à VI
conſenſu alterius pendeat? & idem eſſe Aretin. exiſtimauit idque auctoritate Baldi, qui
ſi res beneficiaria * à cliente alicui legata ſit, nec æſtimationem quidem deberi ait[11]. ego 11
ex natura rei conditionem huic actui ineſſe arbitror: niſi dominus diſſenſerit. Vnde, eo
conſentiente, valebit & ſtipulatio, & legatum[12]. Idem Aretin. addit, ſi teſtator vxori IX.
ornamenta ſua legauerit, non videri ea legaſſe, quæ geſtari lege prohibentur[13]. Quòd ſi
ſpecialiter ea legauerit ignorans lege prohiberi,tunc regulæ noſtræ eſſe locum,& non de-
beri, nec æſtimationem quidem[14]. Quæ ſententia à propoſito aliena eſt: aliud enim eſt
prohibere,ne portentur,aliud commercium tollere: & ideo omnino debebuntur hæc or-
namenta,licet induere ea non poſsit. quid enim ſi in alium vſum vertat? Qua ratione, X.
& cùm quis ſtipulatus eſſet columnas * aliáque domui annexa ornamenta, traditum eſt 12
legi noſtræ locum non eſſe,ſed æſtimationem deberi[15],tanquam earum rerum non ſit ſim
pliciter prohibitum commercium: cùm poſsint vnà cum ipſa domo alienari. Quam ſen-
tentiam quadamtenus in legatis probabilem eſſe arbitror: in ſtipulatione verò non ſe-
quor, ſiquidem in legatis debetur æſtimatio ex coniectura mentis teſtatoris[16]. at in ſtipu-
latione non capitur hæc coniectura, cùm ſemper promiſſor negaturus ſit ſe de æſtimatio-
ne intellexiſſe[17].Meritò ergo hoc quoque caſu à regula legis noſtræ recedendum eſſe non
arbitror[18]. Quærẽdi igitur aliqui ſunt caſus,quibus eam limitemus.† Et in primis dixi in I.
legatis limitandam eſſe, vt quotieſcunque quis particulari ex cauſa commercium rei non 13
habeat, quæ tamen aliàs in commercio ſit, ei ſaltem æſtimatio debeatur[19] quæ Irnerij
fuit ſententia, quam Bartol. deinde alij ſecuti ſunt: tametſi ſcrupulo non careat.Sed quæ
ratio differentiæ eſt? & †ſciendum eſt,eum,qui rem promiſit, ad ſolutionem pretij non te- 14
mere compelli debere:hoc enim aduerſus regulam eſt,quæ iubet,ne quis aliud ſoluere co-
gatur,quàm quod promiſit[20],à re enim ipſa æſtimatio plurimùm diſtat[21]: vnde in contra-
ctibus potiùs ſit interpretatio, vt non valeant, quàm vt pro re pretium præſtetur[22]: quan-
doque tamen aliud particulari ratione aliqua ſtatutum reperitur, vt cum promiſſori ali-
quid imputari poteſt[23], quod in ſecunda parte textus noſtri dicitur: vel cum hoc à parti-
bus actum veriſimile eſt: quod in legatis procedit,in quibus ſit fauorabilior interpretatio,
cùm à ſolius teſtatoris voluntate vim accipiant. at in contractibus ea interpretatio capi
non poteſt[24], cùm ſtrictiùs accipiantur, ſempérque neget promiſſor ſe de æſtimatione
quicquam egiſſe. Vnde eſt,quod ſtipulatori imputetur,qui legem apertiùs non dixit[25],cùm
legatario nihil obiici poſsit,cui neſcienti oblatum eſt id lucrum[26]. Sanè in contractibus II.
quoque aduertendum videtur,quemadmodum legis verba concepta ſunt, an contractui
reſiſtant,an id minùs. Pone,lex, peregrini in territorio acquirentis agros ad fiſcum tranſ-
fert, non videtur admittendus promiſſor de iure fiſci opponens[27]. quòd ſi ius agentis ob
verba legis ipſo iure extingatur,ſecùs eſſet[28]. Idémque ſentit Accurt. Bart. cæteri, cum III.
hæreticus† fundum vel domum ab orthodoxo conuenticuli faciendi cauſa ſtipulatus eſt: 15
licet enim poſt rem factam dominium ad eccleſiam catholicam transferat[29], tamẽ etiam
cõtractui reſiſtere videtur,aliâs ipſo iure valeret ſtipulatio. Sed & cùm iudex prohibuit IIII.
alicui, ne emeret non putarem indiſtinctè Bartolo adhærendum, vt ideo iſte dicatur non
habere rei commercium, omninóque excludatur. Sicut enim prohibitio iudicis, ne quis
alienet,

1 l. quicquid. ſ. eod.
2 l. in ſumma. §. penult. de cond. inde.
3 l. fin. ſ. de dec. ab or. fa.
4 l. qui cum alio. de re. iur.
5 Doct. c. j. de conſue. & in Rub.
6 l. planè. de mino. l. ſciendũ. ex qui. ca. maio.
7 Iaſ. d. l. apud Iulian. §. fin. de leg. j. l. j. §. ſi filius. de legat. iij.
8 l. qui x. §. ſtichum. de ſol. l. ſi rem. ſ. eod.
9 l. cætera. §. j. de leg. j.
10 l. milites. ij. verſ. is etiã. de re mil.
11 Bald. l. j. de ſac. eccleſi.
12 Argu. l. j. ſ. ſi ag. veſti. glo. l. peculium. §. penult. ſ. de pec.
13 l. pen. C. de veſt. olo. li. x. vbi Bart. l. j. C. nulli lic.
14 l. Fideicõmiſſa. §. ſi ſeruo. de leg. iij. Bald. Rubr. C. de cond. ob tur. cau.
15 d. l. cætera. §. ſi duobus. l. ſed ſi res. eod. tit.
16 l. ſi quis inquilinos. in princ. de leg. j.
17 d. l. quicquid. gloſſ. l. qui dotem. ſol. mat.
18 Arg. l. ſenatus. ſ. de con. empt.
19 l. filiusfamilias. §. ſi quid alieni. de leg. j.
20 d. §. plus. inſt. de acti.
21 l. venditores. ſ. eod.
22 l. nemo. ſ. eod.
23 Arg l. patronus. ij. reſp. de leg. iij.
24 l. quicquid. ſ. eod.
25 l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ſ. eod.
26 l. cum pater. §. ſurdo. de leg. ij.
27 l. his conſequenter. §. j. vbi glo. fam. er.
28 Barto. l. ij. de ex. rei iud.
29 l. cuncti. l. Arriani. C. de hære. Bar. l. j. de noua. Raph. d. l. mortuo.



16 alienet, dominij tranſlatione regulariter non impedit[1]. ita & prohibitio, * ne acquirat,
non videtur contractum ipſo iure infirmare. Putauerim itaque, ſi adhuc traditio ſecuta
non ſit,ſolùm exceptione adiuuari promiſſorem.

AN QVIS PROMITTAT. Quamuis igitur par ſoleat eſſe promiſſo
17 ris,*& ſtipulantis cauſa,videantúrque hæc (quod ſolet dici) correlatiua,tamen aliud hoc
caſu obſeruatur[2].propter rationis diuerſitatem, quam ſuprà attigi.eſt enim quod impute-
tur promiſſori,qui id ſpopondit,cuius commercium nõ habebat:Vnde ſaltem ad pretium
condemnabitur.nec debuit etiam ſtipulator hac de re curioſus eſſe, qui veriſimiliter cre-
18 dere potuit fortè eum per alium capacem ſoluturum[3]. quod † tamen non procedit: cùm
non promiſſori tantùm,ſed etiam ſtipulatori lex inhibet, ne cum tali contrahat, vel ne à
tali acquirat, veluti cum quis ab eo ſtipulatur, cui bonis interdictum eſt[4], vel à muliere
fundum dotalem. Lex enim Iulia non ſolùm non ſinit eum in cõmercio mulieris eſſe,ſed
etiam emptorem ſubmouet:ne in eum transferri dominium à muliere poſsit[5].

1 cap. Raynaldus. de teſta. glo. §. fin. Inſt. de off. iud. not. l. filiusf. §. diui. de leg. j.
2 d. l. mortuo. §. Labeo.
3 d. l. ſoluendo.
4 l. is cui. ſ. eod. Bar. l. j. de nouat.
5 gl. l. dotale. in fin. de teſt. mil. Bart. l. cùm lex. iiij. opp. de fideiuſ.

## SVMMAE.

2 ☞ *Impoſſibilium intereſſe non, niſi certis ex cauſ-*
*ſis, præſtari. 11. 13.*
5 *Impoſſibilia executione non vitiari.*
6 *Impoſſibile decretum ſuſtineri.*
7 *Impoſſibilitatem temporis non, niſi bonis moribus ob*
*ſit, corruere.*

## LEX XXXV.

SI STIPVLER Quod impoſsibile eſt ſeu naturâ, ſeu iuris di-
ſpoſitione, in ſtipulationem deduci non poteſt.idque adeò verum eſt, vt
etiam ſtipulatio facti impoſsibilis, ſit nulla:quamuis enim in promiſsio-
1 nibus*facti in id,quod intereſt,conſtituatur obligatio[6], poſsitque ſem-
per id,quod intereſt, pręſtari, nec eius reſpectu vlla ſit impoſsibilis:tamẽ
2 æquum fuit,vt ſicut facti principalis obligatio eſt† nulla, ita etiã id quod
intereſt,tanquam ei ſubrogatum non debeatur.quod in hoc contractu, qui ſtricti iuris eſt,
I. abſque dubio procedit. In emptione verò aliud ſeruatur.in ea enim quamuis liberi ho-
minis nullum ſit commercium, tamen quia non præciſè de dando agitur, ſed ſolùm in id
quod intereſt ſit condemnatio[7], valet liberi hominis venditio inſcienti facta[8]:cum tamẽ
promiſsio dandi nulla eſſet:quoniam in ea ad dandum præciſè ageretur[9]: at eum dari,id
3 eſt,liberi hominis*dominium transferri, impoſsibile eſt[10], fuitq; hæc ratio,qua probabi-
II. liter dubitauit Iuriſcõſultus in propoſito themate. Quod fauore ignorantis in contra-
ctu bonæ fidei eſt admiſſum generaliter in odium fruſtratoris receptum hic ſubiicitur.qui
enim ſtichum dare promiſsit,ſi moram fecerit,quamuis,eo mortuo,tenetur, at impoſsibi-
le eſt hominem mortuum dari[11],ſed in odium moratoris lex interpretatur eum viuere[12].
Quo exemplo traditum eſt idem eſſe in aliorum delinquentium odiũ.Pone lex munici
III. palis iubet oculum erui, vel manum truncari in pœnam certi delicti. Quid ſi patratum
id ſit à cæco vel manco? impoſsibilis * certè videtur hæc pœna in eis[13]. Vnde tali caſu
4
IIII. cenſent eam cõmutandam,& in alio mẽbro exercendam[14]. Sanè ſi† impoſsibilitas non
5 diſpoſitionis ſubſtantiã,ſed exequutionem reſpiciat,ſunt qui actum nõ vitiari exiſtiment:
V. quæ ſententia in bonæ fidei contractibus, vltimíſq; voluntatibus probabilis eſt[15]. Sed
6 quid in† præcepto iudicis? Finge aliquem citatum,vt eo die compareat,quo impoſsibile ſit
eum comparere? & ſunt qui exiſtiment valere præceptũ[16]. tanquam duas res prætor iuſſe-
rit,alteram vt cõpareat,alteram vt tali die[17].vnde inutilis diei adiectio vitiare primũ præ-
ceptum nõ debet.Qua tamẽ in re aliter diſtingui ſolet[18].Hincq; infertur,nõ valuiſſe Areo
pagitarum iudicium,quo veneficam mulierẽ centeſimo anno ſiſti iuſſerũt[19]. cuius & Val.
VI. Max. libro VIII. & A. Gel.[20] libro XII. meminêre. Subiicit hîc Iuriſconſultus,ſi † im-
7 poſsibilitas temporalia ſit,nõ valere ſtipulationem, quoties contra bonos mores fieret[21].
Si ergo aduerſus bonos mores nõ fiat, ſecùs eſt,vt cùm ſtipulor rem meã dari collata in tẽ-
pus,quo mea non ſit,conditione[22].non enim adeò fortis eſt temporalis, ſicut perpetua pro
hibitio[23].nec hoc caſu lex reſiſtit principio,prout facit quoties aduerſus bonos mores con
traheremus[24], vel quoties aduerſus ius publicũ quicquam fieret, vt ſi quis eo tẽpore teſta-
8 rentur quo eſſet inhabilis[25]: non enim * ex poſt facto confirmaretur teſtamentum[26], ni-
ſi accedente noua voluntate, de qua ſolenniter ſecundum naturã actus conſtaret[27].Sed &
quoties lex iudici mandat,ne quid fieri permittat, actus cõtrarius impoſsibilis nõ cenſen-
VII. tur,valétq; mero iure[28],ſed punitur iudex,qui fieri permiſit, nec legẽ obſeruauit[29]. Sed
quid ſi impoſsibilitas eſſet quidem contra bonos mores, verùm non ſolùm tempore ceſſa-
ret,ſed etiam de ea principaliter non ageretur? vt cùm quis poſthumum inſtituit ex ſorore
9 adoptiua ſibi naſciturũ? & valere actum conſtat[30].in inſtitutione*enim conditionali ſolũ
tempus,quo cõditio euenit,ſpectatur: nec à principio lex ei reſiſtit,cùm in cõditionalibus
inſtitutio

6 l. ſtipulationes non. verſ. Celſus. ſ. eo.
7 l. j. de act. emp.
8 l. iiij. l. liberi. vbi glo. de contrahen. emp. §. fin. Inſt. de emp.
9 l. vbi. in fin. ſ. eod.
10 l. ſi in emptione. §. liberum. de con. emp. Bar. l. cùm lex. iij. opp. ſ. tit. iij.
11 l. ſi homo mortuus. ſ. eo.
12 l. ſi ſeruum. ſ. eo. §. fin.
13 l. hos accuſare. §. omnibus de accuſ.
14 l. ij. C. vt in cer. tem. gl. pen. ca. ſi compromiſſarius. de elec. in vj.
15 l. inſulam. §. j. loc. l. ſi mihi. §. j. de leg. j. l. continuus. §. illud. ſ. eo.
16 arg. ca. cum dilecti. de dol. & con. vbi Doct. & Io. And. doc. l. dies feſtos. C. de feriis.
17 l. celſus. de arb. glo. §. j.
18 d. §. j. & Alex. l. j. §. nuntiatio. de op. no. nun.
19 arg. l. cum hæres. §. j. de ſtatu.
20 cap. vij.
21 cap. j. de cogn. leg.
22 l. ſi rem. ſ. eod.
23 l. niſi finita. cum glo. de tu. & rat. diſt.
24 l. in tempus. de hæ. inſt. Bar. l. j. §. nũtiatio. de op. no. nunt.
25 l. j. §. j. de leg. iij. vbi Bar.
26 l. quæ ab initio. de reg. iur.
27 l. ſi quis tutor. §. pen. de rit. nup. l. & ſi contra. C. de nup. Bal. l. non dubium. ix. oppo. C. de leg.
28 cap. j. de excep. in vj. ca. tua. de ſpon. duorum.
29 glo. cle. j. ver. inhibẽtes. de iur. pat.
30 l. ſi quis poſthumus. ſ. de lib. & poſt. in fin.

inſtitutionibus locus non ſit *regulæ Catonianæ[1]. cui rationi in ſtipulatione locus nõ eſt, 10
cuius robur in pẽdenti eſſe nõ poteſt[2]. qua in re alij aliter collimant, vt Alex. Aret. Iaſ. ſed
procul à ſcopo. Sed finge † impoſsibile aliquid deductum eſſe in ſtipulationẽ, idq; actum VIII.
vt omnimodo id, quod intereſt, ſolueretur, an cogi ad id promiſſor poterit? & Dec. cenſuit 11
poſſe[3]. voluntas *enim partiũ contractibus legẽ tribuit. quæ ſententia certiſsima eſt: cùm 12
nõ impoſsibilitas, ſed difficultas tãtùm allegaretur[4]. quod alibi declaraui. Itẽ cùm expreſ-
ſim id, quod intereſt, promiſſum eſſet[5]. ſicut enim ſtipulatio pœnalis valet tanquam cõdi-
tio neceſſaria ſit[6], ita & hæc valere debet, quod aliqui ad promiſsionem quoq; facti alieni
extendunt, ſi omnino actũ ſit, vt id, quod intereſt, refundat, qua de re alibi. Cæterùm † & IX.
ſi quod in ſtipulationẽ deductum eſt, iure ciuili impoſsibile ſit, nõ tamen actus omnino nul 13
lus quãdoq; eſt[7]. vnde ſi quis ſtipulatur aliquã mulierẽ ſibi nuptum iri quãuis hæc ſtipula-
tio non valeat, quia libertatem matrimonij reſtringit[8], tamen vim ſponſaliorũ habent[9],
eiúſque eſt efficaciæ, vt qui ab eis recedit, arrhas amittat[10]: licet aliam pœnam non ſu-
beat, quod alibi attingam.

1 l. cætera. in prin. de leg. j.
2 l. vſusfructus. de ſtip. ſer.
3 Dec. l. impoſsibilium. de reg. iur.
4 Soci. conſilio clxxxviij. v. quæſt. dixi. l. quod te. ſi certum pet.
5 arg. d. l. inſulam. loc.
6 l. in illa. in fin. ſ. eo.
7 l. à diuo Pio. vbi glo. de rit. nup.
8 l. Titia. ſ. eo. vbi dicam.
9 l. ij. de ſpon.
10 l. fin. C. de ſpon. l. hæres meus. §. fin. de cond. & dem. vbi Doc.

SVMMAE.

1 ☞ *Stipulatio verba exigit, actus alij non item.*
3 *Conſenſum in emphyteuſi trahi retró.*
4 *Contractus duos & actiones ex eodem naſci poſſe.*
5 *§. ſi in locando. l. 35. de verb. obl. ſenſus.*
8 *Stipulatio futurorum eſt.*

§. SI IN LOCANDO. Verborum † ergo ſolennitas in ſtipulationibus quidẽ ne- 1
ceſſaria eſt, in aliis verò contractibus, qui cõſenſu contrahuntur, neceſſaria non eſt. Ideo
non refert, ſi ad rogatũ reſponſum nõ ſit: dum tamen ſecuta ſit ratihabitio. Nec refert, ſi in
eis ſit ex interuallo reſponſum, vel per epiſtolam, aut nutum, aut alio modo, cùm enim, qui
interrogat, durare in conſenſu præſumatur[11], quotieſcunq; alius acceptet, iunguntur con-
ſenſus, perficitúrq; actus, ſecùs, ſi in conſenſu non perſteterit, vt quia reuocauerit expreſ- I.
ſè[12], vel tacitè, quod Imola hîc tradit. Proceditq; ſupraſcripta concluſio & in matrimo-
nij contractu[13]. valet enim in eo reſponſio etiam ex interuallo facta, vel per * ſigna, vt 2
quia mulier viro interroganti annuat capite, vel anulum ſibi digito imponi patiatur[14]. II.
Procedit & in contractibus innominatis, quos ſatis eſt ſi mutua contemplatione facto III.
proponatur: licet interuallũ acceſſerit. Procedit & in cõtractibus, quibus ſolennitas ne-
ceſſaria nõ adfuit, vt ex facto reſpondit hac in ſpecie Baldus[15]: Cõduxit aliquis in emphy-
teuſim † ab eccleſiæ rectore certum fundũ, non eſt dubium nõ valere conductionem, cum 3
Epiſcopi auctoritas non interuenerit[16]. Finge igitur ex poſt facto ab vtroq; aditum epiſco
pum cõſenſiſſe, valebit ex eo tẽpore contractus, quia tacitè videntur iterum cõtraxiſſe, &
dimiſſo inutili contractu nouum vtiliter celebraſſe[17]. Procedit, etiã ſi contractui nomi- IIII.
nato acceſſerit ſtipulatio, quãuis enim propter interuallũ vitietur ſtipulatio, tamen cõtra
ctus firmitatem ſuam ſeruabit[18] quod pleriq; omnes hîc tradiderunt. Hincq; cenſuerunt
Raph. & Alex. ex eadẽ verborum forma duos † contractus cõcipi poſſe, venditionis, ſcili- 4
cet, & ſtipulationis: veluti ſi te interrogem, *Promittis mihi ementi Stichũ pretio aureorum decem?
promitto.* videtúrq; hanc ſententiã crebriore calculo probari, cùm enim ſtipulatio omni-
bus contractibus accedere poſsit, nihil impedit, quin & ipſa cenſeatur appoſita, oritúrque
vtroq; ex contractu actio[19]. nam & aliàs videmus eodẽ ex facto duos cõtractus induci; al-
terum generalẽ, alterum ſpecialem[20]. & ſicut ſtipulatione in cõtinenti appoſita, non ſolũ
ex præcedenti iuris gẽtium cõtractu datur actio, ſed etiam ex ſtipulatu[21], ita ſi vna & eadẽ
conceſsione vterq; contractus inducatur. Nec enim probabilis vlla eſt ratio differẽtię[22].
probatúrq; hæc ſententia † lege quoq; noſtra, quæ longe probabiliorẽ habebit dubitatio- 5
nem, ſi hoc in caſu intelligatur[23]: cùm, ſcilicet, interrogationis verba vtriq; cõtractui con-
ueniãt, quam interpretationem ſuadet etiã natura dictionum, Tàm, & Quàm, *quæ com- 6
parandi, non autẽ eligendi aduerbia propriè ſunt[24]. Si enim de venditione, vel locatione
intelligeremus non in forma ſtipulationis concepta, nihil cõmune cum obligatione ver-
bis haberent, ſed ad cõſenſum duntaxat pertinerẽt. Nec me mouent Bal. Nouelli quædam
rationes, quia à recentioribus ſuprà in rubrica nullo negotio diſſoluuntur, cùm enim ver
ba etiã ſtipulationem ſignificent, non fuit temere ab eorũ effectu recedẽdum[25]. Vnde con
ſequens eſt, vt eatenus ſtipulatio inducatur, quatenus verba inferunt. In propoſito igitur
exemplo emptio ipſa in ſtipulationem deducta non cenſebitur cùm emptio ex *conſenſu 7
præſenti contrahatur[26] ſed ſolùm rei ipſius traditio quæ non eſt actu præſenti, ſed ex pro-
miſsione futuri conſiſtit, qua ratione ſi dictum ſit, *Vendis Stichum? Vendo,* ſtipulatio non eſt,
quia promiſsionem in futurũ exequendã non continet, at † ſtipulatio cõceptio verborum 8
eſt, qua quis non quidem tunc dat, ſed daturum facturúmve hodie aut in futurum promit-
tit[27] idq; Alex. alibi cenſuit, & nobis probabile videtur, cùm nulla ſit hoc caſu neceſsitas,
cur verba

11 l. eum qui. de probat. l. ſancimus. C. de teſtam.
12 l. ſi eum. de ma. vin. ca. licet. de procu. in vj.
13 Archi. xxvij. quæſt. ij. ca. ſufficiat.
14 glo. c. ſi inter. de ſponſa. Abb. ca. dilectus. eo. tit.
15 Bald. conſilio cccclxxv. in j. dub.
16 cle. j. de re. eccle. nõ alie.
17 arg. l. ſi quos ſpõtaneos. C. de decu. lib. x.
18 l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ſ. eo.
19 l. v. §. conuentionales. ſ. eodem.
20 l. in naue. ſ. loc.
21 l. duo. pro ſoc. Bar. l. ſingularia. ſi cer. pet.
22 l. ſi quis ante. de acquir. poſſeſ.
23 l. quod Labeo. de Carb. edi.
24 glo. l. iubere. ſ. de iur. om. iud.
25 l. non aliter. de leg. iij.
26 Inſt. de obl. quæ ex con.
27 l. v. §. ſtipulatio. ſ. eod. Alex. d. l. ij. in princ. ſi cert. petatur.



cur verba præſentis temporis ad futuri promiſsionẽ trahantur, ſtipulatióq; præſumatur[1].
9 Nam & receptum eſt, aliud eſſe emptionem, * aliud emendi promiſsionem[2], aliud dona-
tionem, aliud promiſsionem donandi[3].

1 l. fin. ſ. de accept.
2 glo. l. in bonæfidei. ſ. de eo quod cer. loco.
3 glo. inſt. de don. verbo manifeſtauerit.

SVMMAE.

1 ☞ *Dolo ſtipulationem corruere. 5. idq; exceptione. 9. 10. 14. 20.*
2 *L. ſi quis cum. ſenſus multiplex. 3. 8.*
11 *Doli re ipſa acceptio multiplex. 12.*
16 *Dolo indebitum condici. 17.*
18 *Promiſſor dolum re ipſa non præſtat, niſi locupletatus.*
19 *Dolo læſis quouis contractu ſuccurri.*
21 *Agendum ex nouato.*
24 *Læſio pro re æſtimanda.*
25 *Doli exceptionem renuntianti prodeſſe. 29. in pluris valentia donata contrá. 26.*
27 *Donatio maioris valoris bonæ fidei, atq; inſinuanda. 28.*
30 *Doli exceptione decretum tolli.*

LEX XXXVI.

1 SI QVIS CVM ALITER. Tractauerã, vti certa † ex cauſa cen-
tum promitterẽ, túq; eam cauſam exequereris, ires fortè pro † me Romã
2 vel aliquid vice mutua mihi dares, vel ſuffragio tuereris: cùm deinde ſti-
pulareris, à te deceptus cauſa donationis ſpopõdi, hîc traditur agẽti tibi
obſtiturã doli mali exceptionẽ, ſicq; Hirnerius, Hugolinus, veteréſq; po-
3 ſuerunt. At Accurſius † tractatũ cenſuit, vt fundus abſq; vſufructu, vel cer
ta cum ſeruitute promitteretur, deinde machinatione ſtipulatoris ſimpliciter factã pro-
miſsionem[4]. Videbatur autẽ prima facie nihil mihi opis hac in re ſupereſſe: quãuis enim
ita tractatũ eſſet, cùm deinde ſimpliciter promiſerim, à tractatu omni cẽſetur receſſum[5].
cum pleraq; proponãtur, quæ non perficiuntur[6]. Et ideo ſolet dici id demũ videri actum,
4 quod in *inſtrumẽto ipſo reperitur ſcriptũ[7]. ſed & ſi actum præſumeretur, vel non ſolùm
tractatũ, ſed etiam concluſum, conuentúmq; ita probaretur, adhuc non videtur exceptio
doli cõpetere: ſed perinde haberi, ac ſi in ſtipulatione expreſſum eſſet: quia quę in pręfatio
nibus dicũtur, aut cenſentur in ipſo inſtrumẽto repetita[8], aut ex errore actũ reddunt im-
5 perfectũ[9]. Verùm † Iuriſcõſulto noſtro aliud viſum eſt, neq; enim ſtipulatoris dolus ei pro
deſſe debet, quod verũ eſt, etiã ſi talis ſit, qui aliàs prudentẽ virum non falleret[10], quod ali-
6 bi aduerſus Iaſ. diſputaui. Oportet tamen eũ * probari ſaltem perſpicuis cõiecturis: arbitra
bitúrq; hac in re iudex etiã ex pſonarũ, reíq; qualitate[11]. adnumerátq; Pyteus Nogũtiacus
libro de ſedibus argumẽtorum primo quàm plurimos caſus, quib9 dolus præſumitur, quos
7 vſq; ad c c. Lucas Pennenſis cõgeſsit[12]. Nec obſtat ꝙ dicta in tractatu * cenſeantur in in-
ſtrumẽto repetita, quia etiã ſi id verum ſit, cũ tamen extrinſecus proueniant, & in ipſo in-
ſtrumẽto non legantur, eius diſpoſitionẽ ipſo iure nõ reſtringunt[13]: Vnde exceptionis ob-
iectio neceſſaria eſt[14]. Quòd ſi de caſu agatur, quo nulla fiat repetitio, vt quia dolo ſtipula-
toris factũ ſit, ne quid repetitũ cenſeatur, multò magis exceptio danda eſt[15]. Nec obſtat ꝙ
ſtipulatio propter errorẽ videatur nulla: quia hoc verum, cùm per imprudentiam vtriuſq;
8 partis omiſsio proueniſſet: deeſt enim tunc vtrinq; conſenſus. Sed Iuriſconſultus † hîc lo-
quitur, quãdo promiſſor ſolus deceptus eſt, ſtipulator verò ſciebat. vnde tũc non error, ſed
dolus arguitur: q̃a conſenſus ſubtilitate iuris interfuit, & ita ſentiendũ eſt, Alexãdri diſtin-
ctione reiecta, an poſt tractatũ incontinẽti ſubſequuta ſit ſtipulatio, an ex interuallo[16]: vio
I. lat enim textus verba, quod & Iaſ. & ante eũ Torquatus rectè cẽſuerunt. Adnotandum
9 eſt, igitur † ex hoc reſponſo ex dolo, qui ſtipulationi incidat eã non infirmari, ſed exceptio
ne duntaxat elidi, nam & in bonęfidei contractibus idẽ receptum eſt, vt nec illi per incidẽ
tem dolũ ipſo iure infirmẽtur[17], licet ſecùs in eo dolo ſit, qui cauſam bonæfidei contractui
dat[18]. contractus aũt ſtipulationis, qui ſtricti iuris eſt, indiſtinctè qualicunq; ex dolo nõ fit
II. irritus[19], ſed ſola exceptionis ope eliditur. Ampliùs † ꝓcedit hæc cõcluſio, non ſolũ ſi do
10 lus ex propoſito interuenerit, ſed etiã ſi re ipſa, adhuc enim doli mali exceptioni locus erit
11 vt in lege noſtra dicitur. Sed dubitatur, † quemadmodum hîc re ipſa dolum accipiamus? &
Alex. aliiq; recentiores intelligũt, quoties enormis eſt in re ipſa læſio, vt q̃a ſupra iuſti pre
tij dimidiũ ſit erratum[20]. quæ ſentẽtia in ſe vera eſt, ſed textus verba nimiũ reſtringit. Re-
12 ctiùs igit Bal. Imo. Torquatúſq; poſt veteres, vt in re ſit dolus, † quoties plus ꝓmiſſum eſt,
quàm fuerat in tractatu concluſum, verbi gratia, Cõueneram tibi ex cauſa donationis da
re decem, perſuaſus dolo tuo fundũ valẽtem duodecim promiſi, is dolus ex propoſito eſt.
Sed ſi tu quoq; pretiũ ignorabas, dolus eſt re ipſa. igitur quãuis error citra dimidium iuſti
pretij ſit, tamẽ exceptione mihi cõſuletur, cùm enim inter nos actũ ſit, vt decẽ tantùm ha-
beas, nulla eſt ratio cur duodecim dẽtur. Nec obſtat, quod inter cõtrahentes videatur per-
13 miſſa * mutua circunuẽtio[21], & quod maiori nõ ſuccurratur, ſi citra dimidiũ læſus ſit[22]. hoc
enim verũ in emptione & vẽditione pretij reſpectu quia eius cõtractus natura eſt, vt vẽdi-
tor quãto cariùs poteſt diſtrahat, emptor quam viliſsimo cõparet[23]. at vbi tractatus præ-
ceſsit, actúmq; vtrinq; eſt vt ſola decẽ dẽtur, nulla eſt ratio cur duodecim præſtari debeãt.
Nec

4 l. ſi tibi liberum. de act. em. l. iij. C. de don. ant. nup. vbi not.
5 l. diui. §. licet. de iu. cod. l. cũ in plures. §. locator. loc.
6 l. ſi ex cauſa. §. nunc vidẽdum. in fin. ſ. de minorib.
7 ca. dudum. verſic. eo tamen. de conuerſ. coniu.
8 l. Titia. §. j. ſ. eod. l. item quia. in fin. de pac.
9 l. ita ſtipulatus. ſ. eo.
10 l. interpoſitas. verbo ad vim. C. de tranſ.
11 l. cum poſtea. C. de pac. l. ij. C. de dolo.
12 Lucas. l. quemadmodũ. C. de agri. & cenſ. lib. xj.
13 Bar l. eum, qui ita. §. qui ita. ſ. eod.
14 l. ij. §. & generaliter. l. apud. §. Labeo. ij. de doli excep.
15 l. j. in fine. de do. exce.
16 arg. l. per retentionem. C. de vſur.
17 l. Iulianus. §. ſi vẽditor. de act. emp.
18 l. iij. in fine. pro ſoc. l. & eleganter. de dolo. vbi Bar.
19 l. dolo. C. de inut. ſtip.
20 l. ij. C. de reſcin. ven.
21 l. in cauſæ. §. idẽ pomponius. de mino.
22 l. ſcio. de in inte. reſt.
23 l. ſi voluntate. C. de reſc. vend.

Nec me mouet Alexandri ratio,qua exiſtimat ſequēti ꝓmiſſione ex interuallo facta cen-
ſeri à priore tractatu receſſum.vnde & videmus proteſtationē præcedentem nunquam ad
actū contrarium ex interuallo celebratū trahi[1]. reſpōdeo† enim legē noſtram generaliter 14
accipiendā eſſe quomodocunq; cōuenerit,confeſtim ante ſtipulationē, aut ex interuallo:
nec enim hac in re diſtinguit Iuriſcōſultus, nam & quotieſcūq; proteſtatio futurum tem-
pus reſpicit,& actus ſequens ad præcedētis tractatus executionē tendit, nihil refert ſtatim
an ex interuallo ſit celebratus[2],quod idē Alex.reſpōdit.Dabitur ergo exceptio doli*quo- 15
modocunq; dolus re ipſa interuenerit, cuius concluſionis ea eſt ratio,quia licet ſtipulator
cōtrahendo dolū non cōmiſerit,tamen ex tali ſtipulatione petēdo dolo facit[3],idq; omnes
probant.vnde cōſequens eſt, vt ſi ſtatutū doli mentionē faciat,etiam de hoc intelligatur,ꝙ
re ipſa fit,nō quidem ꝑſpecto contractus tempore,quod Iaſ.rectè negat[4],ſed petitionis,tūc
enim etiam propriè dolus cōmittitur. Ampliùs quoq; illud receptū eſt, vt non ſolùm do III.
li exceptio ꝓmiſſori detur ,ſed etiam ſi ſoluerit† detur ad repetendū actio de dolo,quæ po- 16
teſt hoc caſu cum condictione indebiti tāquam generaliori concurrere[5]. quæ ſentētia ad-
uerſus ſtipulatorē,qui ex propoſito dolum cōmiſit,probabilior eſt,tum quia exceptio doli
perpetua eſt[6],& qui tutus exceptione ꝑpetua indebitū ſoluit,repetere poteſt[7],tum quia ta-
lis exceptio videtur hoc caſu fauorabilis, quia orit̃ ex tacito pacto[8].nēpe ex eo, ꝙ partes
in tractatu conuenerunt, licet dolo ſtipulatoris in ſtipulatione ſit omiſſum[9]. Probabilior
igitur eſt dubitatio, quid cū dolus re ipſa interuenerit,nihil enim videtur hoc caſu ſtipula
tori imputandū,qui ipſe non deliquit.Facilitati ergo ſuę tribuat ꝓmiſſor,qui ſoluit:& ideo
exceptionē remiſiſſe cenſetur contractúmq; approbaſſe[10].nam & hoc caſu exceptio doli
ſolùm datur, quia ſtipulator petendo videtur dolo facere quæ ratio ceſſat,cùm non petit,
ſed iam recepit,& ita ſenſit Azo.quem Ang.Aretinúſq; ſunt ſecuti. Verùm alij† frequētiùs 17
contrariū approbarunt,vt tum quoq; cōdictio indebiti detur[11].conſtat enim talē exceptio
nem,cùm aduerſus eum detur,ꝗ à principio dolum non cōmiſit indiſtinctè, fauorabilē eſ-
ſe[12]:vnde qui ſoluit,nihilominꝰ poteſt repetere[13].Subiicit Imo.ſi in traditione dolus inter-
ueniſſet,actionē quoq; de dolo poſſe competere,quæ ſententia probabilis eſt,cùm vtrunq;
caſum hîc æquiparari videamus. Sed quid in promiſſore dicemus,qui re ipſa dolū com IIII.
miſit,vt† quia ſtipulatori maſſam æris tradidit,quæ auri credebatur?& idem eſſe Bar.cæte 18
riq; tradiderūt,vt quod hîc de ſtipulatore dicitur:in Promiſſore quoq; vice mutua locum
habeat:niſi tamē ex cauſa lucratiua ꝓmiſſor teneretur eo enim caſu Paulus ait, ſolùm eū
ex clauſula doli mali cōueniri,qui ſciēs fefellerit[14].Raph.tamen indiſtinctè nō teneri pro-
miſſorem credidit:cùm ſolùm re ipſa dolus interuenit: quia generaliter Paulus loquitur,
nec lucratiuā cauſam ab oneroſa ſeparat.Ego Raphaëlis ſententiam,(quod ad actionē de
dolo ꝑtinet), ſequor:poſſe tamen aduerſus promiſſorē agi ex cōmuni ſententia exiſtimo,
quatenus cum aliena iactura lucrū faceret[15]. Sed quid in contractibꝰ bonæfidei reſpon- V.
debimus,an dolus re ipſa eos ipſo iure vitiet?& non putarim: cùm huiuſmodi dolus veti-
tus ſit[16].nam nec ex dolo incidenti,id eſt,qui cauſam cōtractui non det, infirmantur[17]. ſe-
quitur ergo vt iure† exceptionis ſolùm contractus imminuatur[18]:& ſicut exceptio doli ſti 19
pulationē elidit,quæ ſtricti iuris eſt,multò fortiùs adiuuari promiſſor in bonæfidei contra
ctu debet.Vnde ſi vēditor ſuprà dimidiū iuſti pretij lęſus eſt,adhuc tamē ei lex ſuccurrit[19],
quamuis contra naturā emptionis ſit,in qua, (vt ſuprà dixi) licitū eſt contrahentibus ſe in
pretio circūuenire[20]. qua ratione generaliter receptum eſt,quoties tam enormis læſio in-
terueniat ſemper quibuſcunq; in contractibꝰ ſuccurri[21], in iudiciis ſtricti iuris actione vel
exceptione doli ſecundū legem noſtrā,in his,quæ bonæfidei ſunt actione ex eo contractu,
vel alio modo[22]. Sed quid ſi contractui bonæfidei acceſſerit ſtipulatio? & cùm tali caſu VI.
ſeruet naturā ſuam ſtipulatio,ſitq́; ſtricti iuris[23], attēdendum erit ad actionē, quæ intētata
proponatur,vt quælibet ſecundū propriam naturā diiudicetur, quod ſuprà in rubrica di-
ſputaui,& manifeſtè ſenſit hîc Accurſius. Vtriuſq;† aūt iudicij ea eſt natura, vt enormi ex 20
læſione ſemper ſuccurratur.Fortiùs cenſuit Bar.hoc caſu priuilegia,quæ contractui bonę-
fidei cōpetunt,etiam ad ſtipulationē extendi,quæ ei ſubiecta ſit[24].nec quicquam referre,ſi
contractum bonæfidei nouari per ſtipulationem actum ſit. Nouat enim cum qualitatibus,
quæ primæ actioni competebant[25]. Ego† non arbitror nouato per ſtipulationem vendi- 21
tionis contractu agi ampliùs ex vendito poſſe[26], ſed ſolùm ex ſtipulatu actionem ſuper-
eſſe, quam ex ſua natura cenſeri ſuprà in rubrica oſtendi, nam & Vlpianus, ſi lex contra-
ctui venditionis dicta ſit, obligari nos per ſtipulationem, vel venditionem, ait[27]. quo
in loco diſiuncta legis vim ſuſpenſiuæ habet[28]. Obligamur per venditionem, ſi lex pacto
incontinenti adiecto dicta ſit:per ſtipulationem, ſi ſtipulatio acceſsit. Sed quid in tran- VII.
ſactione?& alibi oſtendi* tranſactionem ſtricti iuris[29].Et ideo ſi dolo facta ſit, legi noſtræ 22
erit locus:ſi per euidentem * calumniam, erit ipſo iure nulla,non enim ſubeſt tunc incer- 23
titudo,quæ ad tranſactionis ſubſtantiā pertineat[30].ſi verò nullus ex propoſito dolus adfue
rit,ſed

1 d. §.locator. Bar.l. pacta nouiſsima.
2 l.ſi verò.de ædil.ed. d.l.ſi tibi liberū.Alex. cōſi.xxvij. in iij.
3 l.ij. §. item quæritur. de doli ex.l.apud celſum.§.Labeo.ij.eo.ti.
4 glo.verbo,dolum.
5 l. ſi legatarius.cum gloſ. §.de dolo.
6 l. pure.in princ.de doli ex.
7 l.ſi non ſortem.§.indebitum.de cond. inde. Bal. l.ij. C.quod metus cauſa. Imo. Paul.Lud.Alex.Iaſ.
8 l. qui ſe debere.ver. doli mali.de con.ob ca.
9 l.creditori vbi dixi.C. de pac.
10 l.ij C.quod me.ca.
11 d.§.indebitum.
12 Bart.l.ij.quæſt. iij.C. de reſc.vend.d.l.qui ſe debere. l.damus.in fi.l.in ſumma.in prin.de cond.indeb.
13 l. qui exceptionem. de cond.inde.
14 l.ſi id quod aurū.§. eod.
15 arg.d.l.in ſumma.§. pe.
16 arg.l.metum.§.volenti. quod me.cauſa.
17 d.l.Iulianus.§.j.
18 l.qui nondum.C.de hær. vend.
19 d.l.ij.C.de reſ.vend.vbi Bar.quæſt.i.
20 d.l.ſi voluntate.
21 l.ſi ſuperſtitem.de dolo. d.l.interpoſitas.gloſ.l. ſi ex cauſa.§. in dotis.de minor. Bal.d.l.ij.quæſt.iij.
22 d.l. ij. vbi Bart.quæſt.j. glo.l.ij.C.com.vtr.iud.
23 l. in bonæfidei. de eo quod cer.lo. Bar.l. ſingularia.ſi cer.pet.
24 l.ij.§.& parui.pri.cre.l. ſi ſerui.de leg.j.
25 l.aliā.§. de nouat. l. iiij. §.de vſur.
26 l.j.de nouat.Bart.l. quibus.§.eo.iij.opp.d.l. ſingularia.vj.ſpeciali.
27 l. venditor. com.præd.
28 Bar.l. ſi is, qui ducenta. §.vtrum.v.opp.de reb.dub.
29 dixi in Ru.C.de tranſ.
30 d.l.in ſumma.in prin.



rit,ſed re ipſa enormis acceſſerit læſio,non ideo reſcindi eam veriùs, receptiúſq; eſt[1], quæ
à me alibi diſputata[2] hîc referre ſuperuacuū iudicaui. Vnde infertur, ſi quis immodicè ar-
24 bitratoris laudatiuo læſus ſit,& ideo reduci illud ad boni viri arbitriū petat[3] læſionē† ex
iuſto rei valore ęſtimari,nō autem perpenſo(vt Bar.cēſuit)litis euentu,ſicq; ſe habet rece-
ptior ſententia,quod & Alex.teſtatur.Nec dubitandū,quin vera ſit eo caſu,quo arbitrator
ad diſcernendā cauſæ veritatē electus ſit,vt quia alicuius rei pretiū cōſtituere debeat[4],vel
aliter ſecundū ius aliquid diſcernere[5].defendi tamē Bar.ſententia,(quæ & ipſa multos ha
bet aſſertores)poteſt[6] eo caſu, quo arbitrator tantùm de iure partis imminuiſſet,quantùm
veriſimiliter diligēs paterfamiliàs facti vexationē fuiſſet redēpturus[7]. Id enim iuſtum rei
pretiū minuit. Quomodo aūt huiuſmodi laudatiuū trāſactioni æquiparetur alibi oſtēdi[8].
VIII. Sed fingamus renuntiatū fuiſſe doli mali † exceptioni,an effectū,non obſtante læſione,
25 habebit cōtractus?& Bar.nō habere cenſuit,ſed adhuc legi noſtræ eſſe locū:quia talis renū
tiatio quædā donatio eſt,quā nemo ignorās facit.vnde talis clauſula ad modicā quantitatē
referri duntaxat debet,quæ iure cuiuſdā acceſsionis cōcedatur,non ad enormē:cùm, qua
facilitate quis læditur,eadē & renuntiet[9]. Probatúrq; cōmuniter hæc ſentētia.nam & idē
videmus cū quis condictioni indebiti renuntiat[10],aut exceptioni nō numeratæ pecunię[11].
Nec obſtat,ꝙ videatur in genere cogitaſſe: & ideo talis renuntiatio perinde ei nocere de-
beat,ac ſi ſpecialiter eſſet facta[12],quia reſpōdeo efficaciorē eſſe erroris præſumptionē,quæ
I. ex tanta læſione percipitur. Et ideo cū conſtet eū erraſſe,eadem imperitia in renuntia-
tione præſumit̃,quæ in contractu fuit.Oportet igitur, vt renuntiatio valeat,verba adeò cla
II. ra eſſe,vt cogitaſſe eū de tali læſione appareat, vt ꝗa ſpecialiter huic legi derogarit. Sed
quid ſi in cōtractu venditor dixerit,ſe tāti vendere, & quatenus res plus valeat,ſe donare?
& valet pactio, videtúrq; ſpecialiter renuntiatū,ſi venditor iuſtum pretium veriſimiliter
26 ſciat[13].credendúmq;† in dubio eſt eū,qui vēdat,talémq; clauſulā adiiciat,ſciuiſſe[14]:niſi (vt
ego arbitror)cōditionaliter loquutus ſit, *Et ſi plus valet &c.* cōditionis enim incertū oſtēdit
non habuiſſe eū veri valoris certitudinē,itémq; niſi ex qualitate perſonę aliud videat̃,quo
ties ergo vēditor iuſtū pretium ignoret,quod in minore muliere,ruſtico præſumendū vide
tur[15],cenſuit Bar.ad modicā ſummā donationem reſtringi[16].& ideo reſciſsionē cōtractus
non impediri.Finge igitur,res valebat viginti,itémq; mille,& fuit quingentis vendita,pro
pter talē clauſulā videntur donata viginti.vnde læſio citra dimidiū iuſti pretij nō eſt.Nun-
27 quid autem hæc donatio † ſtricti iuris ſit, ꝓbabiliter dubitari potuit,licet enim regulariter
donatio bonæfidei non ſit[17],tamē hoc caſu videtur eſſe cùm ex pacto inducatur quod bo-
næfidei cōtractui ineſt[18].& ita hîc ſenſit Bar.Sed an donatio huiuſmodi clauſula inducta ſi
legitimū modū excedat inſinuatione indigeat? & Claudius diſtinguit, vt ſi inter perſonas
prohibitas fiat, cenſeatur vera donatio,neceſſariáq; ſit inſinuatio,ſecùs inter alios[19]. Ego
28 † generaliter requiri inſinuationē crediderim, aliàs facilè via fraudādæ legis pararetur[20].
III. idq; receptius eſt,vt Alex.ait. Sed pone,aliquis equum † vēdidit, emptoríq; prædixit ſu-
29 ſpirioſum,vulſum,ſuffraginoſum, tabidū,ileoſum eſſe,cū omnibúſq; eum morbis vēdere,
an immodica læſio,quæ re ipſa interuenerit,cēſebitur renūtiatione excluſa?& ſi latēte ali-
quo morbo afficiebatur,quē ſciens vēditor tacuerit,receptū eſt proteſtationis illius inuolu
cro nō excuſari[21],quod poſt veteres Alex.hîc tradit:aliàs ex ignorātia excuſaretur[22], nec
re ipſa læſio induceretur,ꝙ tali ex morbo minoris animal æſtimaret̃. Præſtabit igitur ven
IIII. ditor ſupraſcripto caſu eū duntaxat dolū,qui ex propoſito ſit,nō qui re ipſa. Sed nūquid
propter auctoritatē iudicis cēſebitur ſublata exceptio,quę ex dolo re ipſa prouenit?&† cō-
30 ſtat difficiliùs præſumi hanc læſionē,quādo iudicis decreto res celebrata eſt[23].ſi tamē pro-
betur,nihil impediet,quin adhuc legi noſtræ ſit locus[24]:quod & in re ſub haſta vēdita rece
ptum eſt,quāuis aliàs ſubhaſtationis ſolēnia faciant videri nullā re ipſa ſubeſſe læſionē, ſu
perabit igitur veritatis probatio hanc coniecturā quod aduerſus Caſtrēſem Alexāder exi-
ſtimat,etiā ſi lege municipali cautū ſit,vt res ſubhaſtetur & plus offerēti detur.Sed quid in
31 adiudicatione,quæ creditori fiat?& ſi extra iudiciū* fiat,idē erit dicendū, vt ex immodica
læſiōe ſuccurrat̃ debitori[25].Si verò à iudice executio in pignoribꝰ facta ſit,ſecùs eſt[26].æqui
32 parat̃ enim hæc addictio* trāſactioni,quā ex huiuſmodi læſiōe nō reſcindi ſupra diximus.

SVMMAE.

1 ☞ *Quantitatem, vt ſpeciem debitam ſtipulatori, niſi in caſibus, perire.*
2 *Quantitas ſecundum ſpeciem regulanda niſi ex cauſis.4.5.6.*
3 *L.ſi certos.reſtringi.*

LEX XXXVII.

1 SI CERTOS.Quoties quātitas† tanquā certa ſpecies debetur,periculo ſtipu
latoris perit. Nā & videmus quoties contēplatione ſpeciei quātitas debetur,pe-
rempta ſpecie,debitorē liberari[27]: niſi tamen debitoris culpa arguat̃,vt quia in
accipiēdo iudicio morā fecerit:vel negligētiam cōmiſerit,ex qua lucrū ipſe face
ret,&

1 l. Lucius. §. fin. ad Treb.
2 l.quamuis.& l. interpoſitas.C.de tranſact.
3 l.ſi libertus ita iurauerit. §.de oper.liber.
4 l.hæc venditio.de cont. em.l.fin.C.eo.ti.
5 l.vnde ſi Neruæ. pro ſoc. c. veniens.c. Quintauallis. de iureiur.
6 arg. l. cum hi.§. ſi cū lis. de tranſ.
7 ca.delictus.de ſimo.
8 l.vij. C. de tranſ.Bar.l.ꝙ ſi Epheſi.de eo,quod cer.
9 l. doli.§.diuerſum.eo.tit.
10 l.ſi.§.idē quæſiit.de cōd. inde.vbi Bar.
11 Bart.l. ſi ex cautione. C. de non nu.pec.
12 l.qui iure. de teſt.mil. l. ſub prætextu.C.de tranſ.
13 l. ſi quis donationis. de con.em.dixi ca.cum contingat.
14 l. quiſquis. C. de reſ. vend.
15 d.verſ.diuerſum.
16 l. hæc adiectio. de ver. ſign.
17 §.actionum. Inſt.de act.
18 Bar.l.pacta, quę contra. C.de pac.
19 arg.d.l.ſi quis donationis.
20 l.cū hic ſtatus.§.ſi inter. in fine. de don. inter vir. & vxor.
21 l.tenetur. §. fi.l. quæro. de act.emp.l.ea,quæ.in fin. de cont.emp.
22 l.quæritur.§. ſi vēditor. de æd.ed.
23 l.j.C.de præ.de cur.li.x.
24 l.ij.C. de fid.inſt.lib.x. l. j.C. de præſ. xxx. an. vbi Bar.
25 l.ſi prædiū.C. de euict. Oldra.conſilio xxxvj.
26 l.à diuo.§.ſi pignora.de re iud.
27 l.in naue.in fine.loc.

ret,& creditor dãnum[1].Repugnat enim æquitas,vt id toleret[2].quod & in eo receptum eſt,
ꝗ aliàs locupletior fieret,vt quia apud ſe pretiũ haberet,quod in vniuerſalibꝰ loco rei ſuc-
cedit[3].Idémq; cũ expreſſè actũ eſſet,vt etiam ſpecie perempta non liberetur debitor[4],quæ
omnia à me alibi latiùs tractata hîc nõ repeto.Adnotandũ† hinc eſt igitur idẽ de quãtitate 2
iudicari,quæ vt certa ſpecies debet̃ quod de ipſa ſpecie iudicaretur[5]. Quod intelligen- I.
dum cũ conſtat eam quantitatẽ tanq̃ ſpeciẽ deberi,vt quia non ſolùm pecuniæ, ſed & loci
vbi repoſita ſit,debitor meminerit,putà centũ,quæ in arca habeo,&c.Si enim locus† adie 3
ctus nõ ſit,ſecùs eſt:vt ſi dixerit centũ,quæ apud me depoſita ſunt[6]. Sed & ſi locus ſolùm II.
demõſtrationis cauſa adiectus ſit,nõ videt̃ pecunia tanquã ſpecies deberi,vt ſi ſimpliciter
purè ſit ꝓmiſſum,licet deinde demõſtratũ ſit,vnde pecunia cõmodè ſumi poſsit[7]. Idẽq; III.
eſt ſi q̃s centũ promittat,quæ apud cãpſorem habet,ſi enim campſori non tanquam ſpeciẽ
in ſacculo dederit, ſed ſimpliciter ei numerauerit, tanq̃ genus debet̃[8]. Idẽ ſi ſpecialiter IIII.
ſit ſubrogata pecunia,nõ enim ideo tãq̃ ſpecies debebitur[9]. Addit Accurſius nec tũc in V.
ſpecie deberi:cùm nõ relatione ſubſtãtiæ,ſed quãtitatis vſus eſt ꝓmiſſor,veluti pretij quan
ti in arca habeo[10].quæ ſentẽtia cõmuniter ꝓbatur. Sed Aret.hîc diſſentit: ꝗa nomina nu-
meralia quantitatẽ ſignificãt,& tamẽ eorũ adiectio nõ impedit,quin pecunia tanq̃ ſpecies
debeat̃[11].quæ ratio nõ ſat firma eſt:cùm hæc vis nõ numerali nomini,ſed relationi ſubſtan
tię tributa ſit,vt certã ſpeciẽ deſignet. Supraſcriptis igitur caſibꝰ nõ procederet legis no I.
ſtræ regula:quia in eis nõ vti ſpecies,ſed tanq̃ genus pecunia debetur. Cæterũ† & quan- II.
doq; huiuſmodi pecunia nõ planè tanquã ſpecies habet̃,veluti cũ de cõpenſatione agitur, 4
quãuis enim de ſpecie ad quantitatẽ compenſatio nõ admittatur[12],tamẽ de hac quãtitate,
quæ vt ſpecies debita eſt,ad aliã quãtitatem admittitur[13].exceptò tamẽ ſi rei vẽdicatione
agatur[14].quod frequẽtiore calculo receptũ videtur. Addit Iaſ.cauſa euitãdæ pœnæ hãc III.
interpretationẽ fieri poſſe,vt huiuſmodi pecunia† tanq̃ ſpecies nõ ſit,vnde cũ teſtator mi 5
hi legaſſet mille aureos,quos in arca habebat,& ſi hæres eos nõ dederit,talẽ fundũ,cenſuit
vt fundi pœnã euitet hæres,ſufficere ſi eiuſdẽ notæ alios mille numeret:cùm enim mea nõ
interſit,nec vnq̃ interfuerit magis illos,qui in arca erãt habere,quàm alios[15],nõ debet pœ
na cõmitti[16].Sed tamẽ ſupraſcripto in exẽplo Huber.Din.Bar.Alber.cæteriq; diſſentiunt
oẽs, ego Iaſ. ſententiã in pœna ex neceſsitate ſtipulationis prætoriæ ꝓmiſſa verã tantùm
arbitror:ꝗa ea niſi aliquatenus interſit, aut interfuerit,nõ cõmittitur[17],ſicut & cũ quis in-
directè cõtrafacit,quibus caſibꝰ exceptis ſecùs eſt[18]. & ideo in ſupraſcripto exẽplo aliorũ
receptiorem ſententiã ſequor[19]. Illud quoq; mihi† videtur,vt propter naturã actus quã- IIII.
doq; à cõcluſione recedamus.Pone igitur, vẽdidi rem tibi pro pretio quod in arca habeo, 6
an erit vẽditio?& Accur.negat[20].ꝗa, cũ pecunia tanquã certa ſpecies ꝓmiſſa ſit,huiuſmo-
di potiùs cõtractus innominatus eſt[21].quam ſententiã ego nõ ſequor:cùm etiámſi vera ſpe
cies loco pretij tradita ſit,nihilominùs ſit vẽditio[22].Accurſiũ igitur dũtaxat ſequerer,cum
pretij mẽtio facta nõ eſſet[23],aut verbũ, *Vẽdo.* non fuiſſet adiectũ.Hinc apparet ex natura cõ 7
tractus* fieri interpretationẽ,ne talis pecunia loco certæ ſpeciei cẽſeatur. Sed quid ſi ſti- V.
pulatio ſic cõcepta ſit? *Promittis mihi x.aureos? promitto x.quos in arca habeo.*& videretur nõ vale
re tanquam interrogatio,& reſpõſio de diuerſis rebꝰ ſint[24].ego tamen valere arbitror, ꝗa
reſponſio certæ ſpeciei eſt,quæ ſub interrogatione generali cõtineri poteſt[25]. Quid ergo
ſi promiſſor neget ſe in arca quicquã habuiſſe? & putarim nõ excuſari:cum enim de facto
ſuo tractetur,in quo nõ eſt probabilis* ignorãtia[26], credendũ eſt fuiſſe in eo loco decẽ:niſi 8
ipſe ꝓbet oppoſitũ,quod nõ diſsimili in caſu elegãter Raph.cenſuit.vnde conſequẽs eſt, vt
in caſu legis noſtræ probatio ad promiſſorem pertineat eos nũmos ſine culpa ſua periiſſe.

1 l.electio.§.is,ꝗ. de noxa.
2 l.hominem.manda.
3 l.ſi poſſeſſor.§. fin.de pet. hære.
4 l.fundum Cornelianum. de nouat.
5 l. talis. verſ. ſi legetur. l. planè.j.ver.ſed ſi.de leg.j.
6 l.j.§.pen.vbi gl.& Bar.de dot.præleg.
7 l.quidam teſtamento.de leg.j.l.paulo. §.Iulianus.de leg.iij.
8 l. Lucius.l.j. & l.die.§.j. depoſiti.
9 l.vir vxori.de dot.præle.
10 l.hæc venditio.de con. emp.
11 l.ſi ſeruus.§. qui quinq;. de leg.j.l.j.§.ſi x.vt leg. no.
12 l.ſi conſtat.C. de cõpen.
13 l.fi.in fine.C.de compẽſ. arg.à ſpeciali.
14 glo. l. ſi creditor.§.j. de pec.Bar.l.cũ fundus.§.ſeruũ tuum.ſi cert.petat.vbi dixi.
15 l.nummis.de in lit. iur.
16 l.qui autem. §. j. ſi quis caut.vbi Bar.
17 d.§.j.
18 l.ſequenti.§.alteri. Bar. l.ij.§.fin.ſ̃.eod.
19 l.ſed ſi certos.ver.neque permutationem.de leg.j.
20 d.l.hæc venditio.§.j.
21 l.fin.de cond.ob cau.
22 l.pretij.C. de reſ. vend.
23 l.fin. C. de præ. de.lib. & dixi l.ij.in prin.ſi cer.pe.
24 l. inter. §. ſi ſtipulãte. ſ̃. eodem.
25 Bar.l.j.§.fin.ſ̃.eo.
26 l.fin. ſ̃. pro ſuo.Raph.l. cũ ita.§.ſpecies.de leg.ij.

## SVMMAE.

1 ☞ *Stipulationis hab.lic.acceptio varia. 3. 11. 18.*
4 *Factum etiam alienum ſub pœna promitti. 12. 27.*
5 *Stipulationem generalem in promiſſorem committi.*
6 *Facti proprij ab alieno diſcernendi formæ. 7. 8. 10. 13. 14. 15.*
9 *L.38.de verb.obligat.explanari. 25. 34.*
19 *Promiſſioni pſonali hæredẽ ineſſe ex cauſa cõtrá. 22.*
21 *Mater filiuſq; ſoli latè porriguntur.*
24 *Stipulationem non,niſi pro re tranſmitti.*
29 *Stipulationis pœnalis effectus multiplex.*
31 *Facti alieni promiſſio præciſe exequenda.*
32 *Promittens curam nihil aliud præſtet.*
35 *Defenſio iuris & facti etiam armis intelligenda. 43. ex re contrá. 37.*
36 *Protectionem variè accipi.*
39 *Defendere factis ſine vi accipi.*
42 *Defenſione euictionem contineri.*
44 *Defenſio ex circunſtantijs accipienda.*

## LEX XXXVIII.

STIPVLATIO ISTA, HABERE. Stipulatio, *Habere licere.* ſigni-
ficat per† neminem fieri,cõtrouerſiámve moueri, quominùs ſtipulator ha- 1
beat:non cõmittitur tamẽ: niſi ex facto ꝓprio promiſſoris, vel ſucceſſorum
ſuorũ:niſi vel pœna vel quãti intereſt ꝓmiſſum ſit.Sed videretur nõ adeò la-
tè accipi eam ſtipulationẽ debere ſed potiùs reſtringi,vt eatenus promiſſor
cẽſeatur ſpopõdiſſe, quatenus factũ ſuum, vel ſuorum præſtare poteſt, quia
verba



verba generalia ſecundũ potentiã reſtringũtur[1], ſicut & verba indefinita ſecundũ cuiuſq;
facultatẽ coarctãtur[2],videtúrq; hoc ſenſiſſe Bar.ꝗ ſupraſcriptã interpretationẽ ex rigore
verborũ ſolùm ꝓcedere ait,non aũt iuris interpretatione.Ego autẽ accepi in quacũq; ma-
2 teria* verba in tantũ declarari quantũ eorum generalitas ferre poteſt[3]. Et ideo† qui pro-
3 mittit habere licere,etiã alienum factũ promittere cenſetur:quiſquis enim impediat,verũ
eſt ſtipulatorẽ non habere[4].nõ condẽnabitur aũt promiſſor reſpectu facti alieni, nõ quod
illud nõ promiſerit,ſed ꝗa lex talẽ promiſsionẽ regulariter nõ probat, vt hîc dicitur. Nec
ideo tamen actus reſpectu extraneorũ inutilis vitiabit vtilẽ, quin ſaltẽ reſpectu proprij fa-
4 cti valeat[5].† vnde cõſequens eſt,vt in caſibꝰ,quibus promiſsio facti alieni alicuius effectus
eſt,promiſſor obliget̃,verbi gratia,quantùm ad naturale vinculũ pertinet[6].nam & Ponta
nus,Imo.Aret.aliiq; recentiores conſentiũt, ſi huic ſtipulationi ſubiecta eſſet pœna, eã fa-
cto extranei cõmitti[7],quod verũ non eſſet,ſi verba factũ eius nõ compræhenderẽt,idq; &
veteres ſenſerũt,apparet ergo facti alieni promiſsionẽ non cenſeri à lege prorſus impoſsi-
bilem[8]. quod & Raph.& Iaſ.hîc rectè docuerunt:alioquin nec ei ſubiecta pœna valeret[9].
Hinc quoq; ſequitur,vt ſi verba ſtipulationis ſint imperſonaliter ꝓlata,putà, *Non fieri quo-
minùs tibi habere liceat.* de omnibꝰ quidẽ perſonis etiã extraneis ſtipulatio intelligatur,ſed ta
men ſolius promiſſoris,ſeu eius ſucceſſorũ facto cõmittatur tanq̃ intelligatur nõ fieri,ſcili
5 cet,à me quod Ci. & Raph. videtur exiſtimaſſe[10].quod & ego probo. Nã† & ſi quis ꝓmiſe-
rit, *Nec per ſe,nec per aliũ fieri.* generaliter ſtipulatio intelliget̃,non cõmittetur tamen: niſi ex
promiſſoris facto,vel alius quẽ promiſſor prohibere poſsit, vt ꝗa hæres ſeruus filiusfami-
I. liàs,ſeu promiſſoris ipſius ꝓcurator,quod hîc Aret.ſenſit[11]. Sed quomodo† diſcernemus
6 factũ proprium ab alieno?& ſi q̃s ſpoponderit ſe facturũ ꝙ Titius tale quid operabitur,di-
II. ctio illa, *Facturum.* oſtendit de ꝓpria cura cum effectu tamẽ promiſſorẽ agere[12]. Sed † &
7 cum q̃s promiſit, *Per ſe nõ fieri,&c.* cenſetur ꝓmiſiſſe ſimpliciter ſe curaturũ[13]. appellatione
III. enim facti cõtinet propriũ factum[14].qua de re infrá. Idẽ ego arbitror† in eo,ꝗ ſimplici-
8 ter rem ſuã ꝓmittit habere licere,nõ enim ad alienũ factum tenetur,vt hîc dicitur,† ſed ad
9 ſuum,ꝗa ſe curaturũ videtur ſpopondiſſe, ſicq; reiectis doctorum diuinationibꝰ inferiùs
Vlpiani reſponſum interpretor[15].ſatis ergo eſt,ſi quod in ſe eſt,curet,præſtétq; nõ ſuum tã
tùm,ſed & eorũ,quos ꝓhibere poteſt,factum[16]:niſi ſubiecta pœna proponit̃,& de re aliena
promiſſum ſit.Non enim tunc de ſola cura actũ videri poteſt:cùm nõ ideo in re aliena fie-
ri poſsit,vt habere liceat:quod ſecus eſt in re ꝓpria. Meritò ergo tali caſu non de cura,ſed
de effectu actũ videtur,quem effectũ res non habet niſi propria promiſſoris eſſe cœperit[17].
IIII. Sed† & quotieſcunq; factũ alienum in conſequentiã proprij venit,cenſet̃ factũ propriũ.
10 vnde valet ſtipulatio,qua q̃s promittit talẽ ſeruum furẽ non eſſe,fugitiuum nõ eſſe. Princi
paliter enim agit̃,vt promiſſor,ſeruũ qualitatis probæ det,vel vt cuſtodiat, ne corrumpa-
V. tur[18]. Qua ratione & venditor qui† rem habere licere emptori promittit[19], etiã cuiuſ-
11 cunq; euincentis factũ præſtare cogitur[20], ꝗa ex cõtractus natura principaliter hoc agit,
vt dominiũ,vel vſucapiendi conditionẽ in emptorem trãsferat:licet in cõſequentiã, vt id
factum cenſeat̃,oporteat à nemine rem euinci:tametſi ergo ſi duplæ pœna ſtipulationi iſti
ſubiecta nõ ſit,exiſtimarẽ non ex ſtipulatione,ſed actione ex empto duntaxat agi[21].pœna
12 enim† facit,vt etiã factũ tertij præſtetur, iudicabitúrq; hæc ſtipulatio ſecundum propriã
VI. non ſecundũ præcedentis contractus naturã,quod infrà attingã[22]. Eodẽ pertinet† & cũ
13 quis certã perſonam pro ſe fideiuſſurã promittit[23]. principaliter enim factũ ſuum promit-
VII. tit ſe cautã tali fideiuſſore rem facturũ. Idémq; de † eo,qui ſeruum,vel hominem ſiſtere
14 promittit,quod infrà traditur[24].Cenſetur enim factũ ſuum curámq; principaliter promit
VIII. tere,quod & Ci. cenſuit[25],& aduerſus Bar.ſententiã[26] veriùs videtur[27]. Sed quid ſi† fa-
15 ctum alienum quis promittat adiecta clauſula, *Omni meliore modo,&c.* & putarim eius clau-
IX. ſulę virtute effici,vt propriũ factum videatur promiſiſſe. Sicut aliqui exiſtimarunt,quo
16 ties iuriſiurãdi religio acceſſerit[28].Par enim* eſt iuramẽti & ſupraſcriptæ clauſulæ effica-
cia[29].Suadet hoc & ratio ꝗ enim factum alienũ ſpondet,non obligatur:quia alienum pro-
mittere nõ poteſt,ſuum nõ videtur voluiſſe,cùm verba hoc non ſignificẽt, at cum addidit
X. ſupraſcriptã clauſulã,verba hoc ſignificãt. Idẽ quoq; aliquis putauerit, ſi promiſſum ſit
quod Titius faciet cum effectu videtur enim ea promittẽtis eſſe intentio, vt id quod inter-
eſt refundat,niſi Titius fecerit.Sed Aret.contrariũ reſpondit[30]: non enim huius vocis ex-
preſsio factum proprium vllo modo reſpicit, ſi tamẽ veriſimile ſit,niſi effectus ſequeretur
nõ fuiſſe partes cõtracturas;defendi poteſt tali caſu reſciſsionẽ cõtractus cõcedendã,quod
XI. à Soci. reſpõſum extat[31]. In prætoriis * quoq; ſtipulationibꝰ,qui factũ alienum promit-
17 tit,tãquã propriã cauſam cum effectu promiſerit,obligatur[32]. Quod & in matrimonio
XII. ſecundum iuris canonici æquitatem quidam producunt[33].Sed hac de re nos alibi.
18 SED SI SE OBLIGAT. Qui ergo† promiſit habere licere,factũ ſucceſſorum
promiſiſſe intelligitur, cuius rei ea eſt ratio, quia talis promiſsio generalitate verborum

1 l.j.C.de ſacroſ.eccle.§.hi qui.§.ſequenti.ſ̃.ea.l.
2 l.eum debere.de ſer.vrb. præd.l. ſi ſeruus vetitus. de leg.j.
3 l.cum lege.de teſta.
4 ſ̃.ea.l.§. ſi quis dolũ. vbi Ang.Bald. Mod. & Raph. Imo.Alex.Rom.Pau. Aret. hîc.
5 l.j.§.pen.ſ̃.eodem.
6 glo.§.alteri.ſ̃.ea lege.
7 l. nouiſsima. verſ. pen.ſ̃. iud.ſol.& ſ̃.d.§.ſi quis dolũ.
8 l.ſi apud.C.de ed.act.
9 l. ſi homo mortuus.ſ̃.eo.
10 arg.l.illa.§. eum,qui.ſ̃. eod.l. fin.in fine.vbi dixi.ſi cer.pet.
11 arg.not. in l. fluminum. §.quanquam.de dam.inf.
12 Bar.l. illa ſtipulatio.§.j. ſ̃.eo.l.ſi hæres iuſſus.de leg. j.di-i.l.fin.§.fin.ſi cer.pet.
13 l.in illa.ſ̃.eo.
14 l.iiij.§.Cato.ſ̃.eo.
15 l.inter.in prin.ſ̃.eo.
16 d.l.fluminum. §.quanquam.
17 ſ̃.ead.l.§.quæſitum.
18 l. non impoſsibile. vbi Pau.ſ̃.de pac.
19 l.habere.de euic.
20 l. emptorem. §. fin. de ac.emp.
21 arg. l. ſeruus, quem.de act.emp.
22 §. ſequenti. verſ.diſtractum.
23 l.qui autem. §. ſed & ſi quis.de conſt.pec.
24 ſ̃.ea. lege.§. pen.l.quoties quis.ſ̃.eo.
25 l.j.quæſt.vij.C. de proc.
26 Bar.hîc.ij.opp.
27 Rui.Iaſ.d.l. quoties qs. glo.lxiij.diſt.tibi.in fin.
28 glo.ca. ex literis. ca. ſicut.de ſponſa.
29 l.cùm pater.§.filius matrem.de leg.ij.
30 Aret.conſi.cxliij.
31 l.cum te. vbi Sali.C. de pac.inter emp. Soci. conſil. xxvi.in iij
32 l.quoties quis.ſ̃.eo.
33 glo.xxv. quæſt.ij.ca.vbi non eſt.Alex.Iaſ.hîc.

cõpræhendit oẽs etiam extraneos,ſed cõmittitur ſolùm ex facto eorũ,quod præſtare pro-
miſſor poſsit[1].veluti hæredũ, vel eorũ quos in poteſtate habet vt filiorũ, vel ſeruorũ[2], vel
etiã procuratoris ſui[3].q̃d autẽ de ſucceſſore particulari ſit infrà attingemus[4].Sed q̃d ſi pro
miſſor taxatiuè loquutus ſit?& videt̃ adhuc obligari hæredẽ.nã dictio,*Se*.† ſicut & ꝓnomẽ, 19
*Ipſe*.taxationẽ ſignificat,videntúrq; promiſsionẽ merè ꝑſonalem efficere[5], in noſtróq; re-
ſpõſo ſunt huiuſmodi verba,& tamẽ hæredẽ obligari hic dicitur.Suadet hoc & ratio:cum
enim hæc ſtipulatio ad hæredẽ ex ꝑſona defuncti trãſeat[6],omne quod in defuncto cõſtitu-
tum fuiſſet,etiã in hærede locũ habere debuit,qui fingitur eandẽ ſuſtinere ꝑſonã[7]: ſolétq;
dictio * taxatiua ſimiles caſus nõ excludere[8]. Vnde lex † de matre & auia ſolis loquẽs pro- 20
auiã non excludit[9]:& de filio ſolùm loquẽs,nepotem aut quẽlibet alium q̃ primum locum 21
in parẽtis poteſtate teneat,nõ cenſetur reiicere[10]. nam & qui ꝓmittit pro facto ſuo tãtùm,
auctoris quoq; facto ſui obligatus cẽſebitur[11].ídq; quatenus ad pretij reſtitutionẽ ꝑtinet,li-
cet eius quod intereſt reſpectu,ſit ſecùs[12]. & pactũ, quod creditori duntaxat liceat pignus
vẽdere,non impediet quin & creditoris hæredi id ius tribuatur[13].hãcq; ſententiã Pont.&
Caſt.diſertè hîc approbãt. Nec diſſentire videt̃ Bar.contrà Alexãder Aret.Iaſ.quia dictio
taxatiua facit,vt actus adeò ꝑſonalis ſit,vt ad hæredẽ non porrigatur[14]. Vnde,qui paciſci-
tur ne,à ſe duntaxat petatur,nõ videtur pactus ne ab hærede peti poſsit[15],ſed † id fortè pla- 22
cuit:quia cum de tollenda obligatione agatur,nõ poteſt cenſeri ab ea receſſum,niſi quate-
nus verba neceſſariò inferunt[16]. Tali enim pacto * ius obligationis nõ perimit̃, ſed ſolùm 23
exceptio inducitur.vnde ne ius obligationis inutiliter reſeruari videatur,fit interpretatio,
vt pactum perſonale ſit quod & infrà attingã,ſunt qui pronomen, *Ipſe*. ab excludẽdi aduer
biis diſtinguãt,vt Iaſ.nõ enim tale ꝓnomen adeò excludit ſicut dictio, *Solùm dũtaxat, tãtùm*.
& ſimiles:& ideo tali caſu nõ cenſet̃ excluſus hæres, quod & hic ꝓbatur & aliis legibus[17].
Ego † maximè ad naturã ſtipulationis aduertendũ arbitror, vt ſi ea ad hæredes tranſitoria 24
ſit,hoc ꝓnomine nihil mutetur,tanquã demonſtratiuè potiùs, quàm ꝑſonaliter adiectum
videat̃[18].quod ſi taxatiua adſcripta ſit,tunc,ꝑpendendum erit,cuius rei excludendæ cauſa
adiiciatur, quod ex qualitate rei ſubiectóq; argumẽto,aut ex legis ratione maximè depręhendetur.
Sed quomodo ſtipulatio hæc, *Ne ipſe faciat, quominùs habere liceat*. ad hæredes trãſit?
cum ſtipulatio facti negatiui ſit,quæ tranſmitti nõ ſolet[19].& Imola reſpõdet verba hæc Iu
riſcõſulti eſſe nõ † contrahentiũ effectũ ſtipulationis, *Habere licere*. declarantis: videtúrq; in 25
textu legiſſe ſed ſe obligat abſq; cõditione ſi,prout,& in Ethruſcis Pandectis legit̃. Ego nõ
tam ad formã verborũ attendendum,quàm ad effectũ arbitror[20]: & ideo hãc ſtipulationẽ
adfirmatiuã eſſe ſentio,quæ ad hæredes regulariter tranſit,qua de re infrà diſputabimus[21].

PRAETER HAEREDEM. Accurſius verba hæc promiſſoris eſſe exiſtimat,
quo ſenſu hæc dictio, *Præter*. pro vltrà accipietur. Aret.verba eſſe Iuriſconſulti mauult,vt
ſignificet excepto[22].vterque ſenſus probabilis eſt.

AT SI QVIS VELIT. Sciendum eſt ideo facti alieni * promiſsionem non va- 26
lere,quia lex quæ ſtipulationis formam induxit,id agit,vt ex ea quis non obligaretur, niſi
quatenus daturum,facturúmq; ſe reciperet[23]. Vnde lex ait inter ſtipulãtem,& promitten-
tem negotium duntaxat cõtrahi debere,nõ autem inter aliũ[24].Sed cur hoc legiſlatori pla-
cuit? an q̃a factum alienũ quiddam impoſsibile ſi nõ generaliter,ſaltem ipſi promiſſori ar-
guit:an verò,(quod magis probo) quia lex voluit vnumquemq; in rem ſuam ſibi cõſulere
nec alieni curioſum eſſe[25]:an q̃a voluit credulitati promiſſorũ eſſe conſultum,q̃ ſperantes
in alieno facto facilè deciperẽtur[26].Si aũt † is,qui alienum factũ promiſit pœnam,vel quã- 27
ti ea res ſit,ſubiiciat,valet ſtipulatio,ſolutio * enim pœnæ,vel eius quod intereſt,ad factum 28
ꝓmiſſoris,nõ autem alienum pertinet.Nihil enim obſtat, quin factũ alienum in cõditione
ponatur,dũ diſpoſitio rei ꝓprie ſit[27].Hinc colligitur ratio,cur vt ſtipulatio facti alieni va-
leat,non interpretemur id quod intereſt promiſſum videri[28]:cum tamen regulariter q̃ ad
factum tenetur,in id,quod intereſt, ſolùm dãnari poſsit[29]. recederemus enim nimiùm ab
ipſorũ verborũ ſignificatione[30].ſi factũ alienum,quod diſpoſitiuè ꝓmiſſum eſt,in cõditio-
ne duntaxat poſitũ interpretaremur,& id,quod intereſt,pręſtari ex ſtipulatione nulla dice
remus[31].Hinc adnotandũ eſt nihil referre an quis pœnæ nomine ꝓmittat, an quanti ea res
erit[32],ſemp enim factũ ſuum cenſetur promittere.Sed quomodo poteſt hæc ſtipulatio,quę
videt̃ acceſſoria,cõfirmare præcedentẽ nullã[33]?Reſpondeo ſtipulationem † pœnalẽ ſupra 29
ſcripto caſu non eſſe * acceſſoriã, imò principalis eſt,cum factũ alienum in cõditione eius 30
duntaxat ſit poſitũ:vnde videmus eã propriis virib⁹ regi,non aũt ſecundum præcedentis
naturã[34],qua ratione præcedentẽ quãdoq; nouat[35],quandoq; ei repugnat,nec coniungi ſe
ſinit[36].quod acceſſoriũ naturæ non conuenit,quæ à principali ſolent diiudicari. Sed pone
ꝓmiſiſſe aliquẽ † factũ alienum ſub pœna,an ſi curauerit,& fecerit, quicquid potuerit,cen- 31
ſebitur liberatus ? & vt quis liberetur, oportet eum feciſſe quod promiſit.ad verba igitur
pœnalis ſtipulationis aduertemus[37],vt ſi concepta ſit,ſi tertius non fecerit,nõ habuerit ra-
tum,

1 d.l. fluminum.§. quãquã. de dam.inf.
2 l.ea.l.§.hi qui.l. is cuius. ſ.ſi ſer.vend.
3 l.qui inſulam.§.fin.
4 ſ.ea.l.§.ſicut autem.
5 Bart.l. niſi hoc.in fine de pac. Bal. conſilio ccciiij.in v.mod.d.§.diuo.de leg.j.
6 l.veteris.C.eo.
7 in prin. auth.de iureiu.à mo. præſt. l. poſtulante ad Tre.
8 l.ob æs.C. de præd.mi.l. j.ſi men.fal.mo.dix.
9 §.ex his.in auth. de hær. ab inteſt. Doc.l. gallus.§. inſtituens.de lib.& poſt.
10 d.l. gallus. §. in omnibus.
11 Bal.l. Salic.l.fi.C. de act. emp. Bar.l. ſi ſeruus.de cõ. fur.
12 glo.d.l. emptorẽ. §. qui autem. Aret.hic.
13 l.ſi neceſſarias.§.pen.de pig.act.
14 l.non ſolum.ij.§.tale.de lib.leg.
15 l.qui in futurum.§.j. de pac.vbi Bar.& in l.ſi ſic.ij.ſ. eodem.
16 l.præcipimus.in fine.C. de appel.
17 l.pen. ſ. de preca.dixi.l. filiusfa.§.diui.de leg.j.quæſtio.xviii.
18 l.iuriſgentium.§.pacto. de pac.
19 d.l.qui in futurum.§.j.
20 l.fin.§. vlt. de dol. ex.l. ij.§.fi.vbi Iaſ.ſ.eo.§. hi quoque.ſ.ea.l.
21 d.l.ſi ſic.& l.inter ſtipulantem.in prin.ſ.eo.
22 l.j.vbi not.de pig.act.
23 l.v.§.ſtipulatio.ſ.eo.
24 l.inter.ſ.eod. vbi Ang. Imo.Raph.Iaſ.
25 l.doli.in fine.de nouat.
26 l.ſed hæc.ſ.de excuſ.tu. l.ſicut.C.de fide inſt.
27 l.hoc iure.ſ.eo.
28 l.quoties.ſ.eo.l. non dubium.in fine.de leg.iij.
29 l.ſtipulatio.§. Celſus.ſ. eodem.
30 d.§.ſi quis alium.
31 l.ſi ſponſus. §. j. de don. inter vir.Di.Bar.hîc.
32 l.nouiſsima.iud.ſol.
33 l.nulla.C.eo.l.ex pupillari. de vulg.
34 l.iiij.§.Cato.ſ.eo.l.cùm fundo.de ſer.ruſt.præd.
35 d.l.obligationum ferè. §.fi.ſ.tit.j.
36 l.reſcriptum.§. ſi pacto. de pac.ſ.
37 Soci. cõſilio cclxxxviij. in j.dubio.Abb. conſi.xliij. in j.Raph.clxxxvi.clxxxix. De.ccccxxxix.Io.Fab.d.§.ſi quis alium.Iaſ.hic,& l. Titia.ſ.eo.Aret.l. ſi ita ſtipulatus.§.poſſum.ſ.eo.



tum,non contraxerit matrimoniũ,& ſimilia,nihil referat, quod promiſſor curauerit. con
ditio enim ſtipulationis pœnalis,vt non eueniat, oportet à tertio eſſe factum[1], quod ſatis
hîc probatur. Sibi igitur imputet promiſſor, qui difficultatem non præuidit[2], vnde cùm
verba ſtipulationis ſint clara,ab eis non recedamus, quod & Socin. reſpondit & plerique
32 alij ſunt ſequuti,& communiter receptum eſt, vt ego arbitror.Aut † verò quis promiſit ſe
curaturum[3], quod tertius tale quiddã faciet,adiecta pœna.& quia tunc factum proprium
id eſt curam, videtur promiſiſſe,liberabitur,ſi quatenus in ſe eſt,curet[4],vt ex facto Fede-
33 ricus reſpondit.conditio * enim ſtipulationis pœnalis eſt, ſi non curauerit: ergo ſi cura-
uit, ea deficit.Sed quid ſi promiſit facere, ſeu,quod idem,curare cum effectu? & tunc non
liberabitur, niſi re ipſa tertius fecerit[5]. qui enim ſimpliciter curauit, non dicitur effeciſ-
ſe[6]: meritò ergo ſtipulatio pœnalis committetur tanquam tali verbo renuntiatum ſit o-
mnis impotentiæ difficultatíſue exceptioni.quod & receptiùs mihi videtur[7], licet hac in
re Aret. Deciúſque variauerint,ſed nullo colore.

34 SI NEMO CONTROVERSIAM FACIAT. Quid ſi tertius † controuer-
ſiam moueat de facto tantùm? vt quia,coacta armatorum manu, velit ſtipulatorem deii-
cere?& conſtat non teneri promiſſorem hoc caſu.nec enim natura cõtractus hanc inter-
pretationẽ recipit[8],niſi fortè eorũ reſpectu,quos promiſſor ipſe prohibere poteſt, putà fi-
lij,ſerui,procuratoris,& ſimiliũ.ídq; & Bartol.hîc ſenſiſſe videtur[9]. Sed quid ſi expreſsim
35 quis promiſerit defendere † de iure & facto? & verba vidẽtur generaliter accipienda, vt
etiam manu armata defendat[10]:in caſibus tamẽ,quibus aliàs permiſſa eſt talis defenſio[11].
huiuſmodi enim promiſsio ad caſus illicitos non trahitur, aliàs non valeret tanquã futu-
rum crimen ſuaderet[12].Nam & princeps,ſi aliquẽ ſub protectione ſua recipit, eum tene-
tur etiam armis defendere,ne iniuſtè ab aliquo opprimatur.quod alibi Bar.tradidit. Ver-
36 bum enim † protectionis generale eſt,& nõ ſolùm defenſionem ſimplicem,ſed etiam quæ
manu militari fit ſignificat[13]. defendendus igitur ſtipulator hoc caſu eſt etiam armorum
præſidio:dum tamen promiſſor interpellatus hoc nomine à ſtipulatore fuerit[14]:quod hîc
Aret.tradidit.& hæc quidem vera ſunt, & ex proprietate verborum procedunt. Quòd ſi
37 alicui contractui acceſſerit hæc ſtipulatio cuius † natura defenſionẽ armatam nõ requi-
rat,ſecùs eſſet[15]:vt cũ venditor emptorẽ defendere de iure,& facto promittit[16]:cùm enim
38 futura violentia * ad caſum fortuitum pertineat, non videtur his verbis de eo actum[17]:
I. ídq; omnes probant. Intelligitur † ergo ꝙ de facto defendat,id eſt, ꝙ in iudiciũ veniet,
39 quòd ſuggeret iura emptori, ꝙ adſiſtet ꝙ patrocinio,gratia, diligẽtia adiuuabit[18]. Addit
Bar. ꝙ & expẽſas ſubminiſtrabit,qua de re infrà[19]. Hæc enim omnia facti ſunt, non iuris.
II. Sed an his verbis tenebitur, ſi per iniuriã iudicis emptor ſuccubuerit?& teneri Bar.cen
ſuit[20],ſed Bal.Sal.Pau.Alex.cæteríq; cõtrá. Quia caſui fortuito hęc iniuria ęquiparatur[21]:
ergo huiuſmodi in promiſsione cõpræhendi non debet. Ego in generali promiſsione etiã
40 caſum * fortuitũ contineri arbitror:de quo veriſimile ſit cogitaſſe partes, vt quia frequen
41 ter contingat[22].cur enim * in iure noſtro inuentæ ſunt appellationes, niſi quia frequen-
ter contingit,vt iudices nunc per imperitiam,nunc per malitiã iniuſtè pronuntient[23].Ad-
de,quòd nec videtur hic caſus propriè fortuitus eſſe,qui ſub colore iuris cõtingit[24]: vnde
talibus verbis non tam caſui fortuito renuntiatum videtur, quàm iuris iniquam ſenten-
42 tiam allegandi fuiſſe.Præſtabit † ergo promiſſor euictionem perinde, ac ſi iure res ablata
III. eſſet,nec iudicis iniuriâ id factum allegare poterit. Sanè & ad caſum fortuitum vendi-
43 tor † tenetur,qui odio ipſius contigerit, vt quia quis in venditoris iniuriam ex cauſa ante
venditionem orta emptorem, manu armata, deturbauit, tenetur venditor etiam armis
eum tueri,ſi poſsit[25].quod communiter receptũ eſt,& ego verum eſſe propter efficaciam
promiſsionis de iure,& de facto defendendi arbitror.aliàs enim caſus ſuperueniẽs ad em-
ptorem pertineret[26].nec vlla lege probatur inimicitiã venditoris ſufficere,vt emptor,qui
rei dominus eſt,ab eo conſequatur, quod iniuſto alterius facto perdidit[27],cùm aduerſus
inuaſorem agere poſsit,vt meritò Aret.dubitauerit,licet Iaſ.non eſſe dubitandum ſentiat,
IIII. venditorémq; omnino teneri cui ego nõ temerè aſſentiar. Illud dubium nõ eſt, ſemper
eorũ factũ præſtari à venditore æquũ eſſe, quos ipſe prohibere potuit[28],quod ſuprà tradi-
V. dit. Ex qualitate quoq; perſonarũ † & rei quãdoq; fit interpretatio,vt propter ſupraſcri-
44 ptam clauſulam venditor etiam armis defendere teneatur[29], & vt Ennius inquit non ex
iure manu conſertum,ſed mage ferro.quod ex facto Ancharanus reſpondit, & Iaſ.hîc re-
fert,& generalitati verborum ſtipulationis conſonum eſt.

SVMMAE.

1 ☞ *Habere licere pleno iure accipe & ſecundum ius. 6.*
3 *§. ſi quis forte.explicari.*
4 *Euictæ aut poſſeſſionis,aut ſeruitutis remedium.*

1 §. SI QVIS FORTE. Qui promittit habere licere † rẽ,intelligit̃ id ꝓmiſiſſe, vt res



1 l. ſancimus.C. de fideiuſ.
2 l.pen.de iu.dot. l.qui.cõmeatus.de re mil.
3 l.in illa.ſ.eo.
4 arg.ca. querelam. de iureiu. & l.fin.§. fi.ſi cert. pet. Bar.cõſ.ccxxxvij.Fed.cxxij. c.gemam.de ſponſ.
5 doct.d.l.ſi hæres iuſſus.
6 l. ſi non mortis. in fin.de inof.teſt.gl.pe.in l.j.de dec.
7 Mod.ſ.§. Cato.viij.opp. Aret.d.§.poſſum. Soci.d.cõſilio clxxxvj. cxliij. Decius cccxiij.
8 l.fi.C.de act.empt.
9 d.l.fluminum.§. quãquã. not. c. Petrus diaconus. de homicid.
10 Bal.l.j.C.vnde vi.
11 l. ſi quis in graui. §. Si maritus.ad Sylla.
12 l.ſi vnus. §.illud. de pac.
13 l. deſertorem.in fi. de re milit.Bar.proœ.ff.doct.c. recepimus.de priuil.
14 Inn.c.ſi quando. de offi. deleg.
15 l.iiij.ſ.de vſur.
16 d.l.fin.C.de act.emp.
17 l.opus. ſ.loca. l. ſed & ſi quis. §.quæſitũ. ſi quis caut.
18 Argu.l.ij. l. parentes.C. de euic.
19 l.venditores.ſ.eo.glo. l. quod ſi poſſeſſor. in prin.de pet.hære.
20 l.pater. in prin.de dote præleg.
21 l.ſi per imprudentiam. de eui.l.exceptione.de fideiuſſo.
22 l.fiſtulas.§.frumenta.de cõtra.emp.Soci.conſ.iiij.
23 l.j.in prin.de appel.
24 l.pen.verſ.prætor.de inſti.& iur.l.ſi plurium.§.j.de leg.j.
25 l.ſi merces.§.culpæ.loc.
26 l.Lucius.de euict.l.j. C. de com.& per.
27 Bar.l.nõ diſtinguemus. §.cùm quidam.de arb.
28 d.l.fluminum. §. quanquam.
29 arg.ca.j.de off.deleg.ca. pro illorum.de præben.

integra & abſq; vllius iuris imminutione habeat. Vnde ſi nuda poſſeſsio auferat,vel vſus
rei,cōmittitur ſtipulatio.appellatio enim rei * generalis eſt,& non ſolū proprietatē conti- 2
net,ſed etiā ei adiunctā poſſeſsionē [1].qui ergo rē habere licere promittit, etiā de poſſeſsio-
ne intellexiſſe videtur.Addūt veteres etiā rem à ſeruitute qualibet prædiali liberā pręſtare
debere,idq; eſſe quod hîc dicitur de aliquo alio iure [2].Ego hæc verba† de iure pignoris in- 3
telligi poſſe ſcio [3].itē de iure ſuperficiario vel emphyteuticario [4].ſed tamen meliùs eſt, vt
veterū ſententiæ adhæreamus,generalitérq; hæc verba accipiamus, huiuſmodi enim ſer-
uitutes & ipſæ ius rei imminuūt,quæ omnia ex vi verborū proueniūt.Vnde in cōtractu vē
ditionis aliud eſſet,nō enim quis poſſeſsionē vendit,ſed rē [5].Si ergo † poſſeſsio emptori e- 4
uincatur,nō aget tanquā re euicta,ſed tanquā re nō tradita [6].nā &ſi ſeruitus euincatur,nec
tum quidē de euictione ad duplū aget [7],ſed ſolū quāti minoris fuiſſet empturus [8]. idq; com
muniter receptū eſt.Sed & ſi teſtator fundū legauerit,nō cōuenietur hæres ob prædialē ſer
uitutē [9]:quia videt teſtator id ius legare quale in ipſa re eſt [10].quę ratio ceſſat in promittēte,
qui ſimpliciter ſpopōdit habere licere. à verbis eīm ſtipulationis temerè recedendū nō eſt.
legata quippe ex ſolius teſtatoris volūtate pēdent,hęc * ſtipulatio ſecūdū vtriuſq; cōtrahē- 5
tiū mentē interpretationē recipit.ea aūt vr̄ eſſe eorū mēs,quā verborū ꝓprietas indicat [11].

DISTRACTVM.Cùm diſtrahere * idē ſignificet quod vendere [12],videtur hîc pro- 6
bari ſtipulationē, *Habere licere*.cōtractui vēditionis ſubiectā cōmitti euicta poſſeſsione, vel
ſeruitute:quod tamē falſum in cōtractu vēditionis eſſe ſuprà docui [13]. ſed huic oppoſitio-
ni reſpōdent veteres variis modis,alij diſtractū nō vēditionem,ſed per ipſam ſtipulationē
intelligūt:cùm tamē falſum ſit,eū,qui promittit habere licere,diſtrahere, ſeu dominiū ali-
quod in ſtipulatorē trāsferre:Alij diſtractū intelligūt non per venditionē,ſed per donatio-
nē,quæ interpretatio ſignificationi vocabuli repugnat [14]:alij venditū quidē intelligūt, ſed
ab alio,quā ab eo,qui promiſit habere licere:Alij vēditioni adiectā neſcio quā pactionē cō
miniſcūtur.quæ omnia ceu diuinatoria ego nō probo,in eáq; ſententia perſiſto, qua ſupe-
riùs oſtēdi ſtipulationē * cōtractui ſubiectam ſecundū propriā naturam iudicari. quod & 7
Bart.hîc ſenſiſſe videtur [15]. Vnde conſequens eſt, vt ſtipulatio hæc, *Habere licere*. quamuis
venditioni ſubiecta ſit,non tamen ante ſententiam committatur,licet actio ipſa ex empto
quandoque ante ſententiam cōpetat [16]:tametſi Alex.poſt quoſdā alios aliter ſenſerit [17]:cu-
ius ſentētia illis legibus nō probat, quas ipſe adducit,nóſq; aliter intelligēdas cēſuimus [18].

SVMMAE.

*1 ☞ Stipulationem hab. lic. ad aliena non porrigi ad futura tamen trahi. 2.*
*3 Stipulationem hab. lic. contrauentione committi idque ſententiā. 6. 8. 11. certis caſibus contrà. 12.*
*7 Stipulationem ob expenſas committi.*
*9 Stipulationem plerunq; neque ſententiā neque executione committi.*
*10 L. habere. de verb. ſig. ſenſus.*

§.QVAESITVM.Cū† ſtipulatio, *Habere licere*.quatenus factū alienū cōtinet,ſit nulla, 1
vt ſupra vidimus,ſequitur vt qui rē alienā habere licere promittit,inutiliter promittat. cū
enim dominus duntaxat eā poſſit euincere,videretur eius factū promiſſum eſſe. Sed tamē
Iuriſconſult.decidit contrariū:valet enim ſtipulatio:cū cōtingere poſſit vt promiſſor eius
dominiū aliquo caſu acquirat. nec refert,ꝙ tēpore ſtipulationis inceptæ nō ſit dominus.cū 2
enim † ea ſtipulatio tractum habeat,futurúmq; tēpus reſpiciat,quid in præſentiarū ſit non
attendimus [19].maximè cū,vt Raph.ait,hîc defectus nō ex ſtipulatoris parte, ſed à promiſ-
ſore proueniat [20].trahetur ergo hæc ſtipulatio,quæ aliàs valere nō potuiſſet,ad ius futurū.
Hinc adnotāt Doct. hāc ſtipulationē † nō cōmitti, niſi promiſſor de iure cōtrà faciat:aliàs 3
enim nihil referret, ꝙ ſuper re aliena interpoſita eſſet,cùm de facto tali caſu contrauenire
promiſſor poſſit.adiuuátq; hāc opinionē,quod infrà dicitur hanc ſtipulationē ius cōtine-
re [21],receptiſsimáq; hęc eſt ſentētia:cui tamē aliqui aduerſantur,& legis noſtræ verba ali-
ter interpretātur [22].nō enim temerè in fine dicitur nō cōmitti:cū neq; per promiſſorē,neq;
per ſucceſſorē eius quicquā factū eſt:ergo ſi factū ſit ſiue iure,ſiue iniuria, cōmittetur. Sua-
det hoc proprietas verborū:qui enim promittit habere licere,promittit eū abſq; interpel-
latione poſſeſſurū [23],quæ interpellatio * etiā de facto plerunq; fit [24]. nā & Iuriſcōſ. hāc ſti- 4
pulationem ei æquiparat,quæ eſt controuerſiā nō mouere. quæ verba etiā ad factum refe-
runtur [25]:ſicut & cùm quis promittit nō inquietare,nec moleſtū eſſe ſtipulatori [26]. Dictat
hoc & ratio naturalis:abſurdum enim eſſet minùs plecti eum,qui de facto cōtra venit, quā
qui de iure.quod maximè dicendū,cùm hęc ſtipulatio trāſactioni acceſsiſſet:qui enim trā-
ſigit, * id agere cēſetur, vt nec de facto quidē inquietetur [27].omninóq; hæc ſentētia defen 5
dēda eſſet,ſi iuramentū huic ſtipulationi adiectū proponeret,qđ hîc Iaſ.cēſuit. Ego haſce
altercationes poſſe cōponi arbitror,cōſtituendúmq; ex cōmuni ſentētia eū,qui † habere li 6
cere ꝓmittit,de iure dūtaxat cenſeri promiſiſſe [28]. verba enim in dubio ad ius nō autē ad
factū referēda ſunt [29].Nec veriſimile eſt voluiſſe ſtipulatorē ſe aduerſus viam facti muni-
re,à

1 l.ſi alij.de vſufr.leg.
2 gl.cle.j.verb. aut tres. de foro comp.
3 l. Mæuius.§.fundo. de leg.ij.
4 l.bonorum.de verb.ſig.
5 l.ſi duo.in fine.vti poſ.
6 l.iij.in prin.de act. emp.
7 l. qui ad ſeruitutes. de euic.
8 gl.l.cùm venderes.de cōtra.emp.l.quoties.de æd.ed.
9 d.l.Mæuius.§.fundo.l.cū filius.§. dominus. de leg.ij.
10 l.legatum.la vltima.
11 l.quicquid.ſ.eo.
12 l.communi.in fine.com. diuid.l.iij.de con.empt.
13 l.ratio.ſ.de actio.empt. d.l.cùm venderes.
14 l.ſi ego.§.interdum. ſ. de publici.
15 Bar hic.j.opp.in fi.
16 l.ſeruus quem.de actio. empt.
17 Alex.j.§.ſicut. in v. not. argu.l.§.qui autem. de act. emp.& d.l.inter ſtipulantē. in prin.
18 ſ.in prin.legis noſtræ.
19 l.ſi rem meā.ſ.eo.
20 l.multùm.ſ.eo.
21 §.hi qui.j.ea.l.
22 Pet.Ci.Ray. Raph.Ro.
23 l.habere.de verb.ſig.
24 l.ſi qs maior.C. de trāſ.
25 l. Lucius.§. tres hæredes.ad Trebel.
26 Abb.c.ij.ad fi.de reſt.ſp.
27 l.ſiue autem.vbi dixi.C. de tranſact.
28 l.vbi pactum.C.de trāſ. vbi dixi.
29 l.ſi filius.de cond.inſt.



re [1],à qua ſatis auctoritate iudiciaria quilibet videtur tutus. quā interpretationem & ver-
ba promiſsionis admittūt, vt infrà oſtendā. Cōſequens ergo eſt,vt hæc ſtipulatio, ſolū ſe-
quuta ſentētia cōmittatur.Ante enim,quā ea lata ſit,nō cōſtat an de iure,an de facto ſit cō
6 trauentū,vt † meritò expectāda ſit ſentētia,ex qua id ipſum declaratur [2]. Si igit promiſſor
obtineat,cōmittetur ſtipulatio ſiue iure obtineat,vt Di. Iac.Bar. cæteríq; ſenſerūt, ſiue de
facto,putà iudicis imprudētia,vt Pet.Ci. Raph.Pont.tradidêre. Non enim ad euitandā a-
ctionē ex ſtipulatu poterit ſuā turpitudinē detegere,&allegare ſe iniuſtè obtinuiſſe [3],quod
7 & Accur.hîc ſenſit.Quòd ſi † promiſſor ſuccubuerit,nō cōmittetur ſtipulatio,niſi impēſa-
rū reſpectu:quia ampliùs ſtipulatoris nō intereſt [4],idq; Bar.cenſuit,& aduerſus Caſt.Alex.
defendit, qua in re à Petro nō diſsidet.Sed quid ſi extraneus agat, ne ſtipulatori habere li-
ceat?& cū tali caſu neceſſariò ſupponamus adiectā pœnā [5],videretur eā committi ſiue ex-
traneus inde obtinuerit,ſiue iudicis iniuria:cū enim pro ſententia pręſumatur [6], verùm eſt
ſtipulatori habere non licere.quòd ſi ſuccubuerit,æquior eſt communis ſententia, vt non
committatur ſtipulatio,niſi expenſarum reſpectu.

STIPVLATIONEM NON COMMITTI.Sed quo tēpore cōmittitur hæc
8 ſtipulatio?& † ſuprà oſtēdi nō niſi lata ſentētia:quia ante eam neſcimus, an de facto,an de
iure cōtrà fiat [7]:& quia lex noſtra,vt cōmittatur ſtipulatio,neceſſariū eſſe ait, vt ius ſtipula
toris minuatur,quod nō niſi poſt rem iudicatā fit.nā & antè quā iudicatū ſit res auferri ſti-
9 pulatori nō poteſt. Vnde cū habere † ei liceat adhuc non cōmittitur [8].fortiùs putauerim,
quāuis lata ſit ſentētia,ſi tamē executio fieri nō poſsit,vt quia mortuus eſt ille,qui obtinuit,
nec hæredē habet,adhuc nō committi ſtipulationē. verū enim eſt ſtipulatori habere lice-
re [9].Idémq; ſi aliquā exceptionē ſtipulator habeat,qua executioni obſtet [10].nec cōſtituen-
da eſt differētia, an hęc promiſsio in contractu venditionis facta ſit,an ex cauſa lucratiua,
quod Bar.cēſuit:nulla enim differētiæ ratio adduci poteſt,vt meritò Bar.ſententiam Fulg.
Raphaël Beſut.& nouiſsimè Iaſ.reprobauerint: vidétúrq; idē & hi ſenſiſſe,qui hāc ſtipula
tionem cōmitti etiā ſi de facto actū ſit,cenſuerunt [11]:intelligunt enim non ſolū iniuſtè actū,
10 ſed obtentum quoque eſſe.Nec obſtat,quòd lex ait eum † non habere, qui ſine interpella-
tione non poſsidet [12].vnde videntur verba ad ſolam interpellationem reſpicere. Reſpon-
deo demum lata ſententia conſtare,an interpellatio actori permittēda fuerit. Si enim ſti-
pulator obtineat,imponetur actori, vt ſileat,nec ampliùs victorem interpellet [13].Nec rur
ſus obſtat lex noſtra, quæ differentiam inter rei propriæ, vel alienæ promiſſorem conſti-
tuit,& tamen,ſi promiſſor obtineat ſiue iure,ſiue de facto,id eſt ſiue res propria ſiue aliena
11 ſit,committitur ſtipulatio.nam reſpondet Petrus à quo Iaſon diſſentit, propter rei † iudi-
catæ auctoritatem præſumi iure obtinuiſſe [14]: nec veriſimile eſſe vt quiſquam de facto a-
gere velit. Nec obſtat, quòd hæc ſtipulatio æquiparetur illi, qua quis cōtrouerſiam non
mouere promittit: vnde ſicut illa,non expectata ſententia, committitur [15],ita & hęc com
mitti debet. Reſpondeo aliquatenus æquiparari, non autem in tantùm, vt nulla prorſus
ſit differentia [16]. quæ maximè in caſu noſtro vi verborum vtriuſque ſtipulationis colligi-
I. limit. tur. Et hanc ſententiam tanquam verbis legum conſentaneam magis ego ſequor. Non
12 tamen perpetua eſt ſiquidem Alexand. cenſuit committi † ſtipulationem, non expectata
ſententia quotieſcunque manifeſtum rei euidentia eſſet iuſtam cauſam fouere actorem [17]:
non enim denegandum eſt ſtipulatori, quin bonam fidem agnoſcere poſsit [18]. qua tamen
in re ego dubito:cùm ſemper ante latam ſententiam habere ſtipulatori liceat [19], léxq; ma-
nifeſtè ſentiat tali caſu actione ex ſtipulatu emptori nō prouideri,ſed actione ex empto [20].
II. Non diffiteor tamen,ſi contrahentes egerint,vt etiam ante committatur, quin quod a-
III. ctum eſt maximè obſeruetur [21]. Idem ſi tacitè,vt quia qualitas perſonę id ſuadeat [22],vel
quia promiſerim tibi habere licere &c.quod non niſi de facto impedire poteram [23]:vt quia
eſſet actum tali ſtipulatione dominium in ſtipulatorem tranſire, cùm aliàs ſola exceptio
competeret, quod Accurſius tradidit [24], & nos alibi docuimus [25]: vel in tranſactionis cau
IIII. ſa talem ſtipulationem adiecerim: cùm enim * tranſigamus plerunque, vt vel facti mole-
13 ſtiam euitemus,videtur talis ſtipulatio ſecundum ſuā cauſam intelligenda, vt ſtatim cùm
quis de facto inquietat committatur [26].qua tamen in re ampliùs deliberandum, vel ſecun
dum alibi à me dicta diſtinguendum eſt.

SVMMAE.

*1 ☞ Stipulatio hab. lic. tranſmiſſibilis. & 3. in negatiua facti contrà. 2.*
*4 Promiſſionem realem etiam negantem tranſmitti.*
*5 Perſonalia & ſi non tranſmitti, cedi tamen poſſe.*
*8 Facta tranſmitti, cediq; poſſe.*
*11 Stipulatio imperſonalis vtrinq; ſubſiſt.*
*12 Auth. ſi quando. de conſt. pec. ſenſus.*

1 §.SICVT AVTEM.Stipulatio† igitur iſta, *Habere licere*.vtrinq; in hęredes tranſmit
titur. qua in re probabiliter dubitari potuit. hæc enim ſtipulatio idē continet quod, *Per ſe
non fieri*

1 l. eo tempore.ij.reſpō. de pec.l.eleganter.verſ.planè. de cond.indeb.
2 l.litibus.in fin. C.de agr. & cen.li.xj.
3 l.ſi ſeruus plurium.§.j.de leg.j.
4 l. ſi ſeruus. §.cùm autē. rem ra.hab.
5 ſ. verſ.at ſi quid velit.
6 l. Herennius. §. Caia. de euic.
7 l. iuſiurandum. quod de iureiu.
8 l.ſi ſeruus.§.penul.& fin. de euict.
9 l.habere.de eui. vbi Ful.
10 l.euicta.§. duplæ.eo.tit.
11 Pet.Cin.Ray.Rom.
12 l.habere.j.de ver.ſig.
13 l.diffamari.C.de ingen. man.
14 d.l.Herennius.§.Caia.
15 l.ſed & ſi lege.§.ſi ante. l.diuus.de pet.hære.
16 l.iij.l.iiij. verſ. ampliùs non agi.ſ.eo.
17 l. atqui natura. §. cui me.de neg.geſt.vbi Bar.
18 glo.l.emptorē.in princ. de act.empt.
19 d.l.habere.d. l.euicta.§. j.d.l.ſi ſeruus.
20 d. §.cū me. & l. ſeruus quem.de act.emp.in fi.
21 l.fin.vbi Alber.C.de ac. empt.
22 ſ.ea.l.§.hi qui.vbi Alex.
23 arg.d. l. tres hæredes.§. Lucius.Abb.ca.j.de alie.iudi.mut.
24 gl.verbo ſucceſſores.
25 l.ſi ſuper.C.de tranſ.
26 l. vbi pactū.l. ſiue apud. C.de tranſact.

non fieri quominus habere liceat [1]. ſed quoties ſtipulatio negatiuè concipitur verbóq; executiuo adiectū eſt pronomē perſonale, puta per ſe vel à me vel ſimilia, cenſet promiſsio eſſe perſonalis [2], nec ſcilicet in hæredē trāſmittitur [3]. Sed tamē hîc Iuriſcōſultus aliter decidit. Vnde pleriq; ſupradictā concluſionē nō approbāt, quā tamē ego (quia verbis Iuriſcōſulti, quę alij violāt, magis quadrat) ſoleo ſequi [4]. Reſpondendū igitur ſupraſcriptā concluſionem verā eſſe: cū † in ꝑmiſsione id deducit quod meri facti negatiui eſt, vt nō petere [5], nō facere vim, 2
nō prohibere quominus quis eat, vel quominus vindemiā tollat [6]. cū enim per hæc verba renūtiare iuri quod habet nō cēſeat, ſed de via facti tantū paciſcatur, actū videtur vt ad hęredē pactū nō trāſeat: aliàs ius penes ſe remanēs prorſus eſſet inutile [7], idq; niſi ſpecialis hęredis mentio facta ſit. Nō enim credendum eſt à Iuriſcōſulto hæredis mentionē ſuperfluè in factis negatiuis toties adiectā [8], in factis verò adfirmatiuis, quæ tamen ad meram facti facultatem nō referātur ſecùs eſt [9], vt infrà videbimus [10], vt hac † in ſtipulatione, *Habere* 3
*licere*, quæ quamuis tacitā negatiuam contineat, nō fieri quominùs ſtipulator habeat, tamē vlterius ſi non dominum ſaltem ius poſſeſsionis trāſfert: cùm aliàs habere non liceret [11]. & ideò cùm ad ſolam facultatem non referatur, meri facti nō eſt, ſed iuris quod infrà dicitur.

CAETERVM SI ALII. Intellige de prorſus extraneo. In ſucceſſore enim ſingulari, putà eo, qui à ſtipulatore emerit, ſecùs videtur in quo articulo ſolet diſtingui: aut enim promiſsio in rem eſt, aut in perſonā: In primo † caſu omnes fatētur trāſmitti in quęcunque 4
ſucceſſorē, quia res cum onere ſuo trāſit. Vnde ſi promiſerim nō ædificare in fundo, ne tibi luminibus obſtruā, vel ne iter ad tuū fundū impediā, videtur cōſtituta ſeruitus, tranſibítq; obligatio in quemlibet ſucceſſorem [12]. & ſi inter ſocios ædificatus ſit paries, adiecta lege, ne altiùs tollatur: vel ſi in diuiſione fundi conuentū, ne in finibus arbores plantētur, ne vicino fundo noxia vmbra fiat, videtur quędā ſeruitus cōſtituta, quæ quēlibet * poſſeſſorē 5
obliget [13]. Quod veteres cenſuerūt, & aduerſus Accur. Angelus tradidit, diſputatúmque à Io. And. extat [14]. & ego verū eſſe ſentio Accurſiiq; ſententiam eo ſolū caſu probo, quo tali pacto ius ſeruitutis cōſtitutum nō eſſet [15]. Secūdus eſt caſus cùm promiſsio † perſonalis eſt, 6
& regulariter huiuſmodi ad ſucceſſorē particularem nō trāſit [16]. quod procedit, etiā ſi ſubiecta ſit ſucceſsioni, quæ in rē ſit: licet enim ea quę in rē eſt trāſeat, hæc non trāſit [17]: viuēte tamē ſtipulatore trāſiret iure ceſsionis [18]: ſicut & de pacto dicimus, quod quāuis ſit perſonale, pōt cedi, & valet ceſsio ſaltē ipſo viuēte, qui ceſsit [19]. Sed quid in iure perſonali dicemus, quod tn̄ merè perſonale nō ſit, vt quia ad hæredē trāſeat: qualis hæc ſtipulatio, *Habere licere*? & cōſtat ſimplici alienatione nō trāſire id ius in emptorē, pōt tn̄ cedi, valebítq; ceſsio [20]. quod Bar. hîc tradit. cui & illud cōſequens eſt, vt ſi quis viā * ad fundū dari ſtipu- 7
latus ſit, poſteàq; fundū vēdat, poſsit illud ius emptori cedere, quod aliàs extingueret [21], cū ſua ampliùs nō intereſſet [22]. quod procedere aliqui exiſtimāt & ſi vēditor pactus ſit, ne euictionē præſtet [23], præſtet, cū ſemper noſtra interſit, vt qui cauſam à nobis habet, pleniſsimū ius cōſequatur [24]. qua tamē in re diſſentit Accur. Raph. Aret. nō modicaq; eſt altercatio. Cæterū eadē ratione quoties † merū factū ratione alicuius iuris cōpetit, ſicut in hæredē trāſ- 8
mittitur, ita & cedi pōt [25]. cuius rei exemplū in creditore eſt, qui pactus ſit propria auctoritate debitoris poſſeſsionē ingredi, qua de re alibi [26]. Illud nō omittendū ꝙ egregiè reſpondit Bal. in dubio nō videri huiuſmodi facultatē generalibus verbis ceſſam, in emptorēque tranſlatā eſſe. vnde dominus vendito directo dominio, adiectâq; clauſula, *Se omnia iura ſibi cōpetentia transferre*. nō tamē * ceſsiſſe emptori cenſebitur facultatē declarandi ſe velle em- 9
phyteutā cadere, qui ad eā diem per trienniū ceſſauerat. hæc enim volūtatis * declaratio 10
meri facti eſt: & ita Bal. reſpōdit [27]: & quæ in ſingulari ſucceſſore ſtipulatoris dicta ſunt, in eo quoq; procedūt, qui ſucceſſor promiſſoris ſit, nō quod ſucceſſor ipſe teneat, ſed quia ex eius facto cōmittitur in promiſſorem eiúſue hæredes ſtipulatio [28]. quod Bar. rectè cenſuit.

ET NIHIL INTEREST. Qui ſimpliciter ſtipulatur habere licere, intelligitur ſibi ſtipulatus. Frequentiſsima enim eſt pronominis primæ perſonæ eclipſis. nā demōſtrationis cauſa ſolent perſonæ addi [29]: & ſatis perſona loquentis ex ipſo ſermone demonſtratur. Adnotántque hinc † doctores, cùm ſtipulatio imperſonalis eſt, nihilominùs valere, ſi 11
id ex parte ſtipulatoris ſit. ſed quid ſi ex parte promiſſoris, verbi gratia, *Dabis mihi x? dabuntur?* & videntur nō pauci ſenſiſſe ſtipulationem eſſe nullam: ego verò contrà [30]. Qui enim indefinitè reſpondet, ex proprietate ſermonis intelligitur tam de ſe, quàm de aliis omnibus. vnde ſi ſtipulatio reſpectu aliorum non valet: quia factum aliorū promitti non poteſt, ſaltem reſpectu ſui ſuſtineri debet, nec quod vtile eſt propter inutile vitiari [31]. Nec me mouet quod Iuſtinianus † cōſtituerit eum qui ſimpliciter dixit, *Satisfiet*. verbo imperſonaliter 12
prolato conſtitutæ pecuniæ nomine non obligari [32], quia hoc in cōſtituto procedit, in quo verba illa, *Satisfiet*. poſſunt intelligi à debitore: cùm conſtitutum præſupponat iam debitum ſubeſſe [33]. quæ ratio in ſtipulatione ceſſat, præſertim cùm præceſſerit interrogatio ſecundum quam reſponſio * declarari debet. Sed hac de re alibi diffuſiùs [34]. 13

1 §. ead. l. verſ. ſed ſi ſe obliget.
2 l. qui in futurum. §. j. ſ. de pact.
3 Pet. Cin. l. veteris. C. de con. & con. ſtipu. C. eod. Iaſ. Guil. Imol. l. ſi ſic. ij. ſ. eod. Bar. Imol. l. niſi. ſ. de pactis. Iaſ. d. §. j.
4 d. §. j.
5 d. §. j. & l. cōtra. §. filius. eo. tit. & l. ſi ſic. ſ. eo.
6 l. ij. §. ſi. ſ. eo. l. in illa l. ſi ita ſtipuler. ſ. eo.
7 arg. l. an vſusfructus. de vſufr.
8 §. ſi quis ita. vbi dicā. ſ. e.
9 d. l. veteris. l. pactum. de probat.
10 §. ſi quis ita. ſ. eo.
11 ſ. §. ſequenti. & d. l. habere. de ver. ſig.
12 l. fluminū. §. adiicitur. de dā. inf. Bart. l. iij. §. opus. de ali. iud. mut. cau. fa.
13 arg. l. quæſitū. §. quod à Titio. de pact. l. in hoc iudicio. §. pe. cō. diu. l. idémque. ſ. pro ſocio.
14 Arg. d. §. adiicitur. Ioā. And. in Spec. de iud. §. generalia. verſ. quod ſi murum.
15 l. Lucius. de ſer. ruſt. præ.
16 l. ſi. §. ſi. de cō. emp. l. j. §. ſi hæres ad Treb. gl. Bart. l. Mela. in fi. de ali. leg.
17 d. l. cū in fundo. de ſeru. ruſt. præd.
18 glo. Bart. d. l. ſi ſub. ſ. eo.
19 l. & hæredi. in princi. de pact.
20 arg. d. §. adiicitur. l. dāni. §. emptor. eo. tit. l. ſed & ſi poſt. de euict.
21 l. ſi in venditione. verſ. ſi quis in tradē. io. com. præ.
22 l. ſi ſub vna. §. j. ſ. eo. vbi Raph. & Aret.
23 l. eum qui. l. ſi vendidero. in princi. de fur. gloſſ. & Pau. d. §. i. glo. l. ſi pro re in ſi. de euic.
24 arg. l. ſi tibi. §. ſi pactus. vlt. reſp. ſ. de pact.
25 l. ſi ſtip latus fuero illud aut illud. ſ. eo. vbi doct.
26 l. j. in fin. de op. no. nun.
27 Bal. cōſ. cclxxx. in v. ver. item tertio.
28 d. §. adiicitur. d. §. opus. vbi Bart.
29 l. pactum. de probat. d. l. iuriſgentiū. §. pactorum.
30 l. ſi. in fine. ſi cer. pet. vbi dixi.
31 ſ. ea. l. in prin.
32 auth. ſi quādo. C. de conſtit. pec.
33 l. j. §. debita. de conſt. pe.
34 d. l. fin. in fine.

SVMMAE



SVMMAE.

1 ☞ *Stipulatio hab. lic. iuris factiq; eſt. 5.*
2 *§. hi, qui ſenſus. & 7. 8.*
4 *Seruum non quæ iuris, ſed facti ſtipulari. in peculio contrà. 9.*
6 *Verba pro perſonis accipi.*
10 *Aduentitia rectè à filio ſtipulari.*
11 *Stipulationem monachi non ſolùm facti eſſe.*
13 *Stipulatio ire ag. facti neq; patri neque domino quæritur. 15.*
16 *Stipulatio ire ag. intranſmiſſibilis. ex cauſa cōtrà. 19.*
17 *L. veteris. explicatur.*
18 *Stipulationem adiectione non mutari.*

1 §. HI, QVI SVNT IN ALIENA. Suprà vidimus hāc † eſſe ſtipulationis, *Habere licere*. ſignificationē vt ad ius referatur, i. quod ſtipulāti liceat iure habere ſeu poſsi-
2 dere, adeò vt promiſſorē agentē repellere exceptione poſsit. quid ergo † ſi à ſeruo, vel filiofamilias interpoſita ſit? & cōſtat, ſi ſtipulāti ſimpliciter ſint, eos domino, vel patri acquirere, ſicut & cętera omnia acquirunt [1]. Sed dubiū eſt, quid qn̄ perſonaliter ſibi habere licere ſtipulati ſunt? & videretur idē eſſe, tanquā dictio, *Sibi*, pro nō adiecta habeatur [2]. id enim pronomen non debet actū perſonalem facere, quādo aliàs vitiaretur, ſed potiùs vti ſuper-
3 fluum reiiciendum eſſet [3]. Sed tamen ſentit † Iuriſcōſultus reiiciendum nō eſſe: cùm enim
4 ſeruus ea † ſtipuletur, quæ iuris ſunt, verum eſt fruſtrà tale pronomē adiici: quia tranſeunt incontinenti in dominum [4]. at cùm ſtipulatur ea, quæ ſunt meri facti, vt eſt, *Ire agere licere*.
5 ſuam vim ſeruat. hæc verò ſtipulatio, *Habere licere*. quamuis ad ius pertineat, tamen † & plurimum facti habet, vnde à vi verbi recedendū nō eſt. nec tanquam ſuperfluum reiicietur, ſed propter qualitatem perſonæ eatenus intelligetur, quatenus perſona ſerui eſt capax, &
6 ſic de nuda facti detentione [5]. verba † enim ſecundum qualitatem perſonarum ſemper accipienda ſunt [6], & in contractibus, & in teſtamentis, & qualibet in materia, quod à me libro de verborum ſignificatione primo explicatum diffuſè eſt.

7 NON ENIM FACTVM. Dupliciter hæc verba accipiuntur. primò vt † Iuriſconſultus velit hanc ſtipulationem ex controuerſia facti non committi, ſed ex controuerſia duntaxat iuris, quæ in ſeruo, vel filio locum habere nō poteſt [7]: Sicque Iac. Di. Bart. Alber. Alex. interpretantur. Sed hic intellectus non videtur quadrare ſignificationi verborum, nec exemplo filiifamilias. Si enim ipſi promittatur, cōmitti poterit ſtipulatio: quia de iure poteſt cōtrauenīri: cùm eſſet iure veteri, exceptis paucis caſibus [8], aduerſus eum iudi-
8 cium procederet [9]: & tamen textus † hic decidit, non cōmitti, non ſolùm cùm ipſe promittit, vt Bar. credidit, ſed etiā cùm eſt ſtipulatus, agitúrque (vt hîc dicitur) de poſſeſsione retinenda, quicquid hac in re Iaſ. cōmentetur. alio ergo modo alij intelligunt, vt Pet. Raph. Pont. Iaſ. eum, qui promittit habere licere, non nudū factum promittere, ſed etiā ius: quia cenſetur promittere, quod ſtipulator iuſtè rem ipſam poſsidebit, quæ iuſta poſſeſsio in ſeruo non cadit [10]. húncque ſenſum & ego probo. Sed nunquid perpetua eſt Iuriſconſulti no-
I. ſtri concluſio? & putarim non eſſe. Finge † igitur in re peculari ſeruū habere licere ſibi
9 ſtipulatum non interpretabimur de nuda detentione actum eſſe [11], ſed domino quæretur
II. perinde ac ſi dictio, *Sibi*. adiecta non eſſet [12]. Finge hodie filiumfamilias ita eſſe ſtipula-
10 tum? cùm enim aduentitia * reſpectu iuris ſibi ex lege Iuſtiniani quærantur [13], cenſebitur
III. huius iuris capax, quod & Ray. & Bart. & Albe. cæterique omnes tradiderunt. Sed quid in monacho? & Bal. videtur ſentire idem quod in ſeruo eſſe, & eius ſtipulationem de facto
11 tantùm intelligi [14]. Ego, ſi monachus † ſit ſtipulatus ſibi habere licere, tantùm monaſterio acquiri arbitror: & ideo ad ſolùm factum ſtipulationē non eſſe referendam, dictionémque
12 *Sibi*, pro ſuperflua habendam. nam & voluntas quamuis ſit facti, nō tamen monacho * remanet, ſed in cœnobiarcham Pontificium interpretatione tranſit [15].

13 CVM VERO STIPVLATVR. Iſta ergo † ſtipulatio, *Ire agere licere*. meri facti eſt, quia verbū hoc, *Ire agere*. ad merā facultatē refertur: cū ſecùs ſit in verbo, *Habere*. quod
14 ad dominiū vel ſaltē † poſſeſsionē pertinet, vt ſuprà declaraui. Hincque probatur huiuſ-
15 modi ſtipulationē, *Ire agere licere*. per ſeruū vel filiūfamil. domino, aut patri nō quæri: quia meri facti eſt [16]. vnde cōſequens eſt, vt nec in hæredes trāſmittatur [17]. quod infrà ſimpliciter Bar. tradit, videturq; procedere tā ex ꝓmiſſoris, quā ex ſtipulatoris perſona: tali enim caſu textus noſtri verba cōcepta ſunt. nā & videmus quoties præſupponit ad hæredē trāſire, ſemper fieri in lege mentionē hæredū, idq; reſpectu vtriuſq; partis [18], quā ſuperfluè nō
16 fieri credibile eſt: hāncq; ſententiā reſpectu hæredū ſtipulatoris oēs probāt: ad † eos enim nō trāſit, niſi nominatim cautū ſit [19]. videt̄ & in hæredibus promiſſoris tantū probari, cùm negatiuè cōcepta ſit [20], *Per me nō fieri, quominus ire agere tibi liceat*. nam & hoc caſu videtur eſſe facti merè perſonalis, idque hac in ſtipulatione cōmuniter tenetur [21]. maior eſt ambiguitas, quid cùm quis adfirmatiuè promiſit, *Tibi ire agere licere*. an idem ſit? & fuêre qui crederent non eſſe idē [22]. Sed hæc ſententia legi noſtræ repugnat, & ideò generaliter concludendum eſt, nec in hæredē quidē promiſſoris trāſire: cū facti merè perſonalis ſit vtrinq; [23] Nec
17 me mouet † Iuſtiniani cōſtitutio qua ſtipulationē facti trāſire in hæredes iuſsit [24]: loquit̄ eñ in factis,

1 l. placet. de acqu. hær.
2 l. j. in prin. l. ſiue. ſ. tit. ij.
3 l. pen. C. de impub.
4 Inſt. de ſtip. ſer. in prin.
5 §. ſed cùm factum. inſt. de ſtip. ſer.
6 l. plenū. §. equitij. de vſu & hab.
7 l. quoties. §. ſi quis caut.
8 l. Filiusfamilias. §. j. ſ. tit. j.
9 l. ſi à domino. §. ſed & à filio. de pet. hær.
10 l. quod ſeruus. ſ. de acq. poſſeſ.
11 d. l. quod ſeruus. l. acquirent. §. vlt. ſ. de pact.
12 arg. l. cùm fundus. §. ſeruum tuum. ſi cer.
13 l. cùm oportet. C. de bo. quæ libe.
14 gl. d. l. tres hæredes. Baldus l. ſi. C. de act. emp.
15 c. non dicatis. xij. quæſt. j. ca. cùm ad monaſterium. de ſta. monach.
16 d. §. ſed cùm factum. l. quod dicitur. ſ. eo.
17 l. quæ legata. ſ. de reg. iu.
18 l. ij. §. fin. ſ. eo.
19 ſ. ea. lege. §. ſed ſi quis. l. idem Iulianus. §. j. de leg. j. Alexā. ſ. l. iiij. §. Cato.
20 l. vbi aūt. §. qui id quod. ſ. eo.
21 doc. l. ſi ſic. ſ. eo.
22 Soci. d. §. Cato. Caſt. l. pe. de ſer. ruſt. præ. Lanc. d. §. pe.
23 d. l. qui in futurū. §. j. de pact. d. l. quod dicitur. ſ. eo. l. pen. de ſer. ruſt. præd.
24 l. veteris. C. de cōtrah. & con. ſtip.

in factis,quæ operando adimplentur,in quibus probabilis erat dubitatio , tanquam opera
vnius ab alterius opera diſtet.quam dubitationem ceu nimis ſcrupuloſam ipſe reiecit:nos
autem loquimur in facto quod ceſſando,id eſt,non operando adimpletur,quódq; perſonæ
cohęret [1]:huiuſmodi enim ea cõſtitutione nõ cõtineri omnes fatētur [2], nobiſcúmq; expreſ
ſim ſentit Caſt. Imo. Aret.Fortiùs ego crediderim,etiã ſi † addita hæc ſtipulatio cõtractui 18
ſit,qui ſui natura ad hæredes trãſeat,non tamē naturã eius contractus imitari,ſed ex ſe po-
tiùs cenſeri [3]:ſicut ſtipulatio, *Habere licere*, vēditioni adiecta ſecundũ ſuã naturã cõmittitur
non ſecundũ venditionē [4],quod maximè dicendũ cũ ſtipulatio hæc pœnalis eſſet [5]. De- I.
fendi † tamē poſſet,ſi ſeruituti viæ,vel itineris iam cõſtitutæ adiecerit promiſſor hãc ſtipu 19
lationē licet ad factũ referat, quia loco patiētiæ ſuccedit [6],tamē ad hæredes trãſmitti. ídq;
ex contrahentiũ mēte,qui talē ſtipulationē vice traditiõis iuris ipſius adpoſuerũt [7]. Sed II.
quid ſi quis ſtipulatus eſſet ire agere per fundũ vicini ad fundũ ſuũ,an videbitur, ius nõ au
tem ſimplex factũ ſtipulatus?& fuēre, ꝙ propter mentionē fundi exiſtimauerint de ſerui-
tute actũ videri:cũ ſtipulatio ad vtilitatē fundi reſpiciat.quod indicat de iure in rem agi [8].
Ampliùs cõmentantur Seneſes idē eſſe ſi ſimpliciter ire agere per fundũ vicini ſtipula- III.
tus eſſet.quãuis enim nõ adieciſſet ad fundũ ſuũ, tamē tacitè ſeruitutē fundo ſuo videt ac-
quirere voluiſſe,ſi nulla alia ei via cõpetebat [9].Sed has ego opiniones nõ ſequor,quę nulla
lege probant.plurimas certè violãt.quod & Alex.cēſuit [10].quis enim iſtis reuelauit iuriſcõ
ſultum noſtrũ hîc loqui, eum qui ſtipulabatur ire agere,de vicino fundo non ſtipularetur?

1 l.inter.§.fi.de ſol.
2 l.centeſimis.§.j.j.eo.l.j.§. ne autem.C.de ca.tol.
3 Dixi ſ.in Rub.
4 Bart.§. ſi quis fortè.verſ. nec obſtat ſi dicis.ſ.ea.l.ver bo diſtractum.
5 l.cum in fundo. de ſer.ru ſti.præd.
6 l.quoties.de ſeruit.
7 l.iij.§.ſi iter. de act.emp.
8 l.qui aliena.in fi. de neg. geſt.Aret.Socin.Lanc.ſ.d.l. ij.§.fin.
9 arg.l.damnas.§.j.de vſu-fru.leg.
10 Alex.dicto §.Cato.quæ-ſtio.vj.Pau.Lanc.d.l.ij.§.fi.

S V M M AE.

| | |
|---|---|
| 1 ☞ *Poſſeſſionis definitæ duplex ratio.* | 8 *Poſſeſſio in libellis teſtimoniis ve accipienda eſt naturaliter.& 9.* |
| 3 *Poſſeſſionem varie accipi.* | 10 *Poſſeſſionis probandæ ſigna.* |
| 4 *Poſſeſſionum vtranque ſtipulatam videri: quandoq; ſolam naturalem. 5.* | 12 *Poſſeſſioni ſcriptis ciuilis intelligenda.* |
| 6 *Poſſident naturaliter domini vtiles.* | |

§·HAEC QVOQVE STIPVLATIO.Agreditur nũc Iuriſcõſultus al-
terius ſtipulationis interpretationem,cùm quis promittit poſſidere licere.Pro cuius intel-
lectu ſciendum † in primis eſt,quid ſit poſſidere. & Modeſtinus, poſſeſsio(inquit)vſus rei 1
eſt à iure,ſeu proprietate ſeparatus [11]: ea duplicē habet rationē,quãdoque enim ex ſimpli-
ci appręhēſione,nudóq; facto quis vſum habet, & naturaliter poſſidere dicitur [12]: qñq; ea
apprehēſio à iure * quoq; noſtro approbata,firmatáq; eſt, & ciuilis appellatur. Et ideo nõ 2
ſimpliciter facti,ſed iuris eſſe credit.eam ſic ferè definiũt Doc.vt ſit ius inſiſtēdi rei vſuca-
pioni,fructuúmq; acquiſitioni,& huiuſmodi ciuilibus effectibus ſufficiēs.Igitur† poſſeſsio 3
licet variis modis accipiat,qñq; pro naturali tantũ aut corporali [13]:quãdoq; pro ciuili dũ-
taxat [14].in dubio tamē propriè loquēdo eam naturalē cõplectitur,quã ciuilis quoq; lex ap
probat.& ideo de vtraq; tã naturali, quã ciuili intelligit,quod lege noſtra clarè probatur.
Vnde † cõſequens eſt,vt qui licere poſſidere ſtipulatur,de vtraq; ſtipulatus intelligatur,vt 4
meritò Torquati ſententiã probare nõ poſsim qui nõ cõmitti hanc ſtipulationem cenſuit,
ſi iure vſus,aut vſusfructus poſſeſsionem naturalem promiſſor auocet: cùm enim ſtipula-
tor adhuc ciuiliter poſsideat [15] (inquit ille)nõ committitur ſtipulatio. Ego enim arbitror
videri non de ciuili ſola,ſed de ea,quæ naturali iuncta ſit egiſſe ſtipulatorem.quod lex no-
ſtra ſatis indicat. Quandoque tamen † ſit alia interpretatio,vt de ſola naturali aut ſim I.
plici detentione actum videatur.veluti propter qualitatē perſonæ, vt in caſu noſtro: cùm 5
ſeruus ipſe ita ſtipulatus eſt,cùm enim ciuilis poſſeſsionis capax non ſit [16], neceſſariò, vt
actus ſuſtineatur,de naturali intelligemus cuius eſt capax,vt alibi oſtendimus [17]. Idem II.
propter † contractus naturam,ſeu ſubiectã materiam quãdoque dicimus [18], vt cũ fructua- 6
rius vel colonus ſe poſſidere dicunt [19], non poteſt id de ciuili intelligi, quæ domini ipſius
eſt [20]:quod Bal.etiam in vſuario procedere ait,qui poſſeſsionem quandã impropriã habet
ſecundũ vſus naturã reſtrictã [21],quod & ad ruſticorũ ſermonē trahitur,qui plerunq; poſſeſ
ſionem ſuã appellant quã ipſi colũt,licet domini ſit [22]. Ex adiũcto quoq; verbo qñq; ſu- III.
mitur hæc interpretatio.Nec enim nouũ * eſt ex præcedētibus, vel ſubſequētibus quid a- 7
ctum ſit declarari [23]:vnde ſi in lege municipali vel alia ſcriptũ ſit, *Quiſquis habet, vel poßidet, &c.* habere intelligetur ciuiliter,poſſidere naturaliter [24].quod Bal. adnotauit. Sed † & IIII.
in libellis verbũ,poſſidere,de naturali poſſeſsiõe accipi traditũ eſt [25], ſi ita actor declaret. 8
Intētionis em̃ ambiguæ interpretatio ſecundũ actoris mentē accipit [26].qđ eo quoq; exē-
plo Bar.cēſuit:cũ qs poſſeſſorio,petitorióq; iudicio ſimul experit: cũ em̃ eiuſdē poſſeſsio-
nis reſpectu intēdi id nequeat,cēſebimus alterũ reſpectu ciuilis, alterũ reſpectu naturalis
poſſeſsionis ꝓponi [27]: qm̃ id actori vtilius eſt, ꝙ petitionē ſuã declarare arbitratu ſuo põt.
Sed

11 l.quæſtio.ſ.de ver.ſig.
12 l.j.de acqui.poſ.l.nemo. C.eo.
13 l.iij.in fi.ad exhi.
14 l. acquiritur. in fi.de ac-qui.re.do.
15 l.naturaliter.in prin.de acqui.poſſ.
16 l. ꝙ adtinet. de reg.iur.
17 l. quinque pedum. C.fi. reg.
18 gl.l.iij.§.e cõtrario. vbi doct.de acqui.poſ.
19 d.l.iij.in fi.l.licet.depoſ.
20 l.certè.de preca.
21 l.fin. vti poſſid. Bal. l.j. c.com.de vſuca.
22 gl l.ij.in prin.de or.iur.
23 l.ſi ſeruus plurium. §.j. de leg.j.
24 l.ſi in emptione.§.omnium de cont.emp.
25 l.ſed & ſi peſſeſſori.§.itē ſi.de iureiu.
26 l. ſi quis intentione. de iudi.
27 Bart.d.l. naturaliter.§. nihil cõmune.in v.intel.



V. Sed quid in † teſtibus?& Accurſ.intelligi eorũ dicta de poſſeſsione facti,ſeu nuda deten-
9 tione cenſuit.quæ ſentētia aduerſus Petrũ cõmuniter approbari meruit:debet enim teſtis
de eo dicere,quod corporis ſenſu percepit,id eſt, de re,quatenus facti eſt, nõ quatenus iu-
ris [1]:cũ ex tali facto lex deinde q̃d iuris ſit præſumat.quod Ray. hîc docet,& Bar.Ampliùs
id ꝓcedere nõ pauci cenſuerũt,etiã ſi teſtis deinde interrogatus q̃d ſit poſſidere reſpõde-
10 rit ſe neſcire.ſi enim prius dixerit aliquē poſſidere,reddideritq; rationē dicti ſui,vt † quia
viderit eũ colentē,cuſtodientē,fructus colligentē,licet reſpõderit ſe neſcire,intelliget ali-
ter,quã ſuprà dixerit [2]:Quòd ſi rationē dicti nõ reddiderit,tũc non facere fidē Imo. & A-
lex.cenſuerũt:cũ enim dixerit ſe neſcire,ſatis apparet huiuſmodi teſtē vel ſibimet aduer-
ſantia dicere,vel prorſus imperitũ idiotámq; eſſe [3].Ego tamē indiſtinctè cõmunem ſentē
11 tiam ſequor:quia veriſimile eſt talem teſtem,qui interrogatus quid ſit * poſſidere,reſpon
dit ſe neſcire,exiſtimaſſe à ſe poſſeſsionis definitionē requiri quã ſoli periti intelligũt. fit
enim ſemper interpretatio,ne teſtis pugnãtia dixiſſe videatur [4].Sed hæc alibi Addit Bart.
12 ſi † ſcriba archiuij, quē cancellariũ vocãt,quicquã ſcriptis mandarit, intelligi ſecundum
vulgarē vſum debere [5], videtúrq; ſentire in cancellarij ſcripturis verbũ, *Poßidere.* de facti
detētione accipiendũ eſſe.quæ ſentētia ſanè quã dubia eſt:cũ ſecundũ qualitatē pſonæ po-
tiùs intelligi ſcripturæ debeāt [6], nã veriſimile eſt ſi peritus vir is ſcriba ſit de ciuili potiùs
poſſeſsione intelligendũ eſſe,quod libro de verb.ſignificat. II.latiùs diſputaui. certũ enim
13 eſt,cùm quis ſcripturã de eo cõficit,de quo à partibus rogatus ſit verba * potius ſecundum
ius intelligi,in hócq; à teſtimoniis differre notariorũ ſcripturas [7]. quod ſuprà tractatũ eſt.

1 l.ſolam.c.de teſtibus.
2 Bar. l.de ætate. ij. quæſt. de mino. Albe.l. non erit.§. dato.de iureiu.
3 Bar.l.j.ſi cer.pe. vbi dixi.
4 ca.cùm tu.de teſti.
5 l.ſi vxor.de adul.
6 l.Si chorus.§.j.de leg.iij. l.quid ſi nepotes.de teſt.tut.
7 l.ſciendum.vbi Bar.ſ.eo. l.j.C.de vſur.

S V M M AE.

| | |
|---|---|
| 2 ☞ *Tenere & naturaliter accipi.* | 4 *Poſſeſſionem duorum diuerſis tēporibus accipiendã.* |

§·HABERE DVPLICITER.Repetēda hîc ſunt,quę in tractatu de verbo
1 rum ſignificatione ad hãc rē pertinētia diſſerui [8].Illud adiiciendũ eſt, *Tenere.* verbũ * pro-
priè ad eũ referri qui dominus nõ ſit.vnde & de eo accipitur,qui ciuiliter non poſſidet,ſed
2 naturaliter tantũ.Sed tamē hæc ſentētia multũ quæſtionis habet. Traditũ † enim eſt legē
municipij,quæ mentionē detinentiũ rem aliquã facit,etiam de his intelligendam eſſe, qui
ciuiliter poſſideant.quoniam qui poſſidet ciuiliter, vtiq; & rem detinet [9]. Ego diſcernen-
dum id maximè ex ſtatuti ratione arbitror. Nec dubitandũ,ſi quis & ciuiliter & naturali-
ter,poſſideat,propriè quoq; detinere dici poſſe quòd ſi ciuiliter tantũ poſſideat, cùm alius
naturaliter rem habeat,verius eſt propriè nõ cenſeri eum detinere.quod Pont.tradidit,&
3 verbis iuriſconſulti noſtri hîc magis quadrat. Sed nunquid poſſint duo eandem * rem in
ſolidũ detinere?& conſtat eodem tempore nõ poſſe [10]: nec enim quo loco aſinus quieſcit,
in eo & alius eſſe poteſt.quòd ſi aliqui teſtes dicant Titium rem detinuiſſe,aliqui Sempro-
4 nium,non intelligētur † eodē tēpore.cùm enim corpore nõ poſſint,nec animo cēſent poſ-
ſe,cuius animi in aſinina hac(vt noſtrates appellãt)detentione cõſideratio eſt nulla, licet
in vera naturali poſſeſsione ſit [11]. Potiùs ergo intelligetur id diuerſis temporibus actum.
hócque ſentit Bartolus,quem nimis ſcrupuloſè Iaſon interpretatur, vt reprobet.

8 l.habere.de ver.ſigni.l.id apud ſe.eo.tit.
9 glo.d.§.è contrario. vbi Imo.& Alex.gl. ca. cauſam. verbo detinere. de præſcri.
10 d.§.è cõtrario.vbi Bart. in vlt.quæſt.ad finem.
11 l.quemadmodum.de ac-qui.poſ.

S V M M AE.

| | |
|---|---|
| 1 ☞ *Stipulatio.vti frui, iuris eſſe.* | 8 *Stipulans imperſonaliter ſibi quærit, in procuratore contrá. 10.* |
| 3 *Agendi ad vſumfru.remedia.* | 9 *Stipulationis natura.* |
| 5 *Stipulationem iuris prohibitione non committi. 6.* | 11 *Conſtitutum imperſonale nullum.* |
| 7 *Stipulationem poſt ſententiam committi.* | |

§·SI QVIS ITA. Aliam hîc ſtipulationem interpretandam ſumit Iuriſconſul-
tus,quæ de iure perſonali duntaxat cõcipitur, vt cùm quis ſtipulatur vti frui ſibi licere. In
1 primis ergo dicendũ eſt,an † hæc ſtipulatio eadē cum illa ſit, *Promittis mihi vſumfructum?* &
videtur eſſe eadem, vt intelligatur vti frui licere quatenus iuris eſt,ſicut ſtipulatio, *Poßidere licere.* de poſſeſsione iuris regulariter intelligitur [12].quid enim aliud eſt vſusfructus, quã
ius, quo licitum eſt vti frui [13].Sentítque hoc Iuriſconſultus noſter,qui cùm exemplum po
ſuiſſet in ea ſtipulatione, ſubiicit, non puto ſtipulationem de vſufructu &c. & hoc Petr.
Imo.Anch.Pont.Alexand.Iaſónque probant.Sed Bar.Ang.Torquatúſque aliter ſentiunt,
cùm infinita hæc vti frui ad factum non ad ius referri videantur [14]: & ſicut aliud eſt con-
2 cedere * iter,aliud cõcedere vt ire liceat [15],ita aliud ſit cõcedere vſumfructũ,vel vt quis vti
frui poſſit.Et licet,quantum ſit reſpectu hæredũ neutra ſtipulatio tranſmittatur, in hócq;
æquiparent,quo in caſu textus noſter procedit,non tamē conſequens eſt, quin in pleriſq;
3 aliis differant.Cui † vſusfructus conceſſus eſt, confeſſoria agere, vt ius ſuum tueatur, po-
terit:

12 §.præcedenti.
13 Inſt.de vſufr. in prin.
14 Bar.l.pater. de ſer.leg.
15 l.iiij.§.Cato.ſ.eo.

terit[1]:at cui facultas eſt vtendi fruendi,in perſonam tantùm aget[2]. Qui vſumfructũ habet
ſeruitutis perſonalis dominus cenſetur,quã res ipſi perſonæ debet:cui illa facultas compe-
tit,ſeruitutem non habet, ſed ſimpliciter fructus percipere poterit[3]. Qui * vſumfructum 4
habere licere promiſit,ex inquietatione facti non tenebitur: at qui vti frui licere promiſit,
ſi de facto prohibeat, ex conducto tenebitur[4]. Sed † nunquid hoc caſu committetur ſti- 5
pulatio, ſi de iure tantùm prohibeat?& Bartolus ſentit non committi, contra Imol. Alex.
Iaſon.qui vtroque caſu committi, ſiue de facto ſiue de iure contrafiat, cenſuerunt: exce-
pto tamen,cùm ius vtendi fruendi promiſſum eſt tanquam illa dictio *Ius,* factum exclu-
dat[5] quod Alexander tradidit. Sed ego Bartoli ſententiam † ſequor, quia abſurdum eſt 6
plus iuris ei competere,qui ſimpliciter vti frui ſtipulatus eſt,quàm ei, qui ius vtendi fruen-
di: nec arbitror ego eum,qui cùm ex ſtipulatione deberet vſumfructum ſemel conſtituit,
ad patientiam eius ſtipulationis nomine vlterius teneri[6].quod ſuprà diſputaui. non com-
mittetur ergo ſtipulatio, *Vti frui licere,* etiã ſi de iure quis prohibeatur, ſequutáq; hac de re
ſit ſententia, niſi & de facto inquietatus ſit[7].ſtipulatio verò † vſusfructus committetur ſe- 7
quuta ſententia ſiue iuſta ſiue iniuſta quod ſuprà in ſtipulatione habere licere oſtendi[8].

SED ET SI SIBI NON. Qui † ergo imperſonaliter ſtipulatur, videtur ſi-
bi ſtipulari.ſemper enim qui ſtipulatur, vult ſibi acquiri:quoniam natura ſtipulationis*ea 8
eſt, vt ſibi non autem alteri quis ſtipuletur. quod procedit,& cùm quis ſimpliciter ſtipula-
tus ei eſt, cui velit relinquere: intelligitur enim ſibi in primis ſtipulatus[9]. Sed quid † ſi I.
procurator imperſonaliter rem dari ſtipuletur? & propter præcedens mandatum videtur 10
domino ſtipulatus[10]:quod alibi doctores adtingunt. Sed quid ſi teſtator amico dicat, II.
Acceptis centum,des Sempronio fundum,à quibus accipienda erunt centum?referetúrne
id ad Sempronij perſonam,an ad hæredis? & lex ait oneratum hæredem videri,vt ipſe det
centum[11], non autem Sempronium, qui gratis fundum conſequetur. Sed quid ſi † qui III.
conſtituit ſe alienum æs ſoluturum,imperſonaliter conſtituat,vt quia ſimpliciter dicat,ti- II
bi ſatisfiet?& tradunt non valere conſtitutum,etiam ſi obligationi verbum, *Promitto,* adie-
ctum proponatur[12]. Quod doctores etiam ad ſtipulationem producere videntur, cùm IIII.
promiſſor ipſe imperſonaliter loquutus eſt.quam ſententiam ego ſuprà ſequutus nõ ſum.
repetenda ergo hîc ſunt, quæ alibi ad hanc rem pertinentia tractaui[13].

*Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.*

1 l.vti frui.in prin.ſi vſusfr. pet.
2 Bart.l.Mela.§.fin.de adi. leg.
3 l.fundi tres.de vſufr.leg.
4 l.ſi fundus,quem.locat.
5 arg.l.maritus. C.de procura.
6 l.ſi ita ſtipul. fuero.§. Titius.ſ.eo.
7 argu. l. habere licere. ſ. de euict.
8 ſ.§.j.
9 l.iiij.C.eo.
10 l. qui in aliena. §. ſi is qui.de acqui.hær. l.poſt dotem.ſol.mat.
11 l.ſi ſeruus legatus. §.qui margaritam.de leg.j.
12 auth.ſi quando. vbi Ci. C.de conſt.pec.
13 ſ.§.ſicut in fine. & l.fin. ſi cer.pet.

SVMMAE.

1 ☞ *Fructus in ſtipulante, hæredibúſq; diuerſi. 4.5.*
3 *L. antiquitas.de vſufr.ſenſus.*
6 *Vſusfructus & perſonæ & rei eſſe.*
8 *Vſumfr.ab hære. cœptum inſolidum quæri.*
9 *Vſusfr.noui noua remedia.*
11 *Seruitus iter fieri variè conceptibilis.*
13 *Seruitutem ad hæredes expreſſos tranſmitti,& in ſolidum committi.*

§. SED SI QVIS VTI FRVI. Cùm ergo, quis ſtipulatur vti frui * ſibi, 1
& hæredibus valet ſtipulatio,licet diuerſi ſint fructus. Sed † quomodo hoc? & veteres ali- 2
qui dixerũt eſſe diuerſos:quia in perſona ſtipulatoris eſt ſeruitus, in perſona hæredum eſt
propietas:cùm enim vſusfructus ad hæredem non tranſeat, qui mentionem eius facit, de
cauſa intellexiſſe cenſetur[14].Nec obſtat quod Iuſtinianus ſanxit, legari † vſumfructũ ali- 3
cui,& eius hæredi poſſe[15]: quia in legatis hoc procederet, in quibus affectio teſtatoris in
primum hæredem veriſimiliter extenditur.at in cõtractibus veriſimiliùs eſt omnibus vo-
luiſſe ſtipulatorem conſulere[16].quæ ſententia probabilis eſt:cùm conſtaret etiam inferio-
rum graduum hæredibus voluiſſe ſtipulatorem prouidere.quod in exemplo textus noſtri
non eſt,in quo ſimpliciter & ſingulari numero hæredi ſtipulatũ fuit. Bar. ergo & Ang. ali-
ter interpretatur, nẽpe eſſe diuerſos fructus:quia † in perſona ſtipulatoris ſit vſusfructus, 4
in perſona hæredis ſit ſimplex cõmoditas[17]:cùm enim vſusfructus ad hæredes nõ trãſeat,
videtur de ſimplici cõmoditate in perſona hæredis actũ,ídque & Bal.ſentit. Addítq; Ray.
hanc cõmoditatem nõ multũ ab vſufructu ſtipulatoris differre,ſed ſimili quodã iure cen-
ſeri[18].Sed ego cum iiſdem verbis ſtipulator ſit ſibi hæredíque ſtipulatus,nõ putauerim in
altero de vſufructu, in altero de cõmoditate intelligendum eſſe[19]. verior † eſt ergo rece- 5
ptiórq; prima Accurſij ſentẽtia,qua diuerſos eſſe fructus interpretatur:quia iura perſona-
lia in hæredes nõ trãſeunt:Sed † ſi actum ſit hæredibus acquiri,in eis denuo incipiũt.vſuſ- 6
fructus autẽ ius eſt perſonale quantũ ſit ſtipulatoris reſpectu:licet quod ad promiſſorẽ ad-
tinet, in rem cenſeatur[20]. Sed quid refert, an idem ius vtendi fruendi * in hæredem 7
tranſmiſſum ſit, an verò morte ſtipulatoris extinctum ſi aliud ius priori prorſus ſimile in
hærede incipit?Reſpondeo plurimũ intereſſe. Si enim idẽ ius eſſet trãſmiſſum, nõ poſſent
plures hæredes ſimul vti frui,niſi quatenus teſtator potuiſſet[21].Sed cùm nouus ſit vſusfru
ctus,in perſona omnium quilibet admittetur inſolidum:quia poteſt quis ſtipulari aliquid
facti indiuidui, † quod ab hæredibus ſuis incipiat,omnibúſq; inſolidum acquirere[22] cer- 8
tiſsimáque-

14 arg.l.proculus. de vſufru.l.ſpecies.de au.&ar.leg.
15 l.antiquitas. C. de vſufr.
16 l.ſciendum.de ver.ſig.
17 l.fundi Treb.de vſufru. lega.
18 l. ſi plures. §. deiectum. de vi & vi arm.in glo.
19 argu.l.iam hoc iure. de vulg.
20 l.v.§.reo. de vſufr.l. vti frui. ſi vſusfr.pet.
21 l.ij.§.ex his.ſ.eo.
22 l.continuus. §. fina.vbi Lan.ſ.eo.



tiſsimáque hæc eſt vtilitas,ſi eam ſententiam ſequamur, vt qui ſtipulatur vti frui ſibi lice-
re,non ſeruitutem,ſed factum ſtipulatus cenſeatur: quod ſuprà ceu veriùs probaui. Sed &
9 ſi de ſeruitute actum dicamus, adhuc multùm intereſt: cùm enim in † perſona hæredum
nouus vſusfructus ſit,noua quoque conſtitutione opus erit[1], itémque noua cautione[2]: ſed
10 & nõn cenſebitur * eatenus limitatus,quatenus in teſtatore erat.quod Petr.Bar.cæteríque
frequentiore calculo exiſtimarunt[3].

11 NAM ET SI IRE AGERE. Stipulatio hæc eadem videtur † qua ſermo-
nis compendio, *Iter fieri* ſuprà dicitur[4].quid enim aliud eſt iter fieri quàm ire[5]? eadem ver-
bis negatiuis quandoque concipitur, *Per te non fieri, quominus ire agere poßim.* nec enim refert
quemadmodum quicquam exprimamus: cùm quælibet affirmatio negatiuè, & quælibet
negatio affirmatiuè enuntiari poſsit[6]. quod Areti.de hac ipſa ſtipulatione cenſuit.effectu
12 tamen videtur negatiuè concepta eſſe[7]:& ideo * tam ex parte promiſſoris quàm ſtipulato
ris ad hæredes non tranſit, niſi quod donec ſtipulator vixerit, nec ab hæredibus quidem
promiſſoris impediri poteſt,aliàs pœna committeretur[8], ſicut & ſuprà diximus in vſufru-
13 ctu eſſe[9]:quod & Bart.cenſuit: vt † igitur ad hæredes tranſeat,oportet eorum factam men-
tionem eſſe, quod ſupra latiùs docui. Sed an talis obligatio tunc cenſebitur hæreditaria?
& conſtat eſſe hæreditariam cum hæredibus quæſita à teſtatore ſit[10]. verùm quia in eis cœ
pit, nec transfuſa eſt[11], non videtur ei adiecta pœna pro portionibus hæreditariis diui-
14 di,ſed inſolidum potius committi[12]. Nec me mouet, quòd lex inſolidum * quandoque in-
terpretatur,vt vnuſquiſque pro parte conueniatur[13]:quia hoc verum eſt,cùm de omnibus
ſucceſſoribus loquatur:in ſenſu enim compoſito,id eſt omnes ſimul, verum eſt inſolidum
teneri.at cum ſeparatim de vno hærede loquitur,ridicula eſſet expoſitio, vt vnus hæredũ
inſolidum id eſt,pro parte obligatus acciperetur.Sed hæc alibi latiùs.

1 l.repeti.in princ.qui.mo. vſus amitt.
2 l.j.ſ.vſusfruct.quem.cau.
3 Barto.d.§.Cato.quæſt.vj.
4 d.§.Cato.
5 l.j.de his qui deiecer.
6 l.inter ſtipulantẽ.in prin. ſ.eod.l.fina.§.fin.vbi glo.de do.ex.Aret.d.l.ſi ſic.ſ.eod.
7 l.vbi.§.qui id quod.ſ.eo.
8 d.§.Cato.
9 d.l.v.§.reo. Bart.d.§.Cato.quæſt.vj.
10 l.inter.§.quod ex facto fam.erciſc.
11 d.l.j.C.vt act. ab hær.
12 l.hæredes.§.in illa.fam. erciſc.l.ij.§.fin.ſ.eod.
13 l.ad ea.§.fin. de reg.iur.

SVMMAE.

1 ☞ *Stipulatio dol. abeſ. pœnalis etiam ob tertium committitur.*
3 *Stipulatione ſimplici hæredem teneri.*

1 §. SI QVIS DOLVM MALVM. Explicat Vlpianus † aliam ſtipulatio-
nem, *Dolum malum abeſſe abfuturúmque eſſe,*quam committi ſolùm ex promiſſoris,eiúſque hę
redis facto ait,niſi ſubiecta ſit pœna: tunc enim etiam ex dolo tertij committitur[14], quod
Bar.intelligit:cùm expreſsim mentio extranei eſt facta: aliàs ſimplicibus illis verbis veri-
2 ſimile non eſt factum extranei præſtare velle promiſſorem. Sed * hanc ſententiam docto-
res ferè omnes improbãt:apertè enim textus verba violat[15]. Sed † nunquid ſi hæredis men
3 tio facta non ſit,ſtipulatio hæc ſimpliciter interpoſita ex eius dolo committatur?& videre
tur non committi: quamuis enim affirmatiuè concepta ſit,tamen cẽſetur abnutiuũ quod-
dam effectu continere[16],& ideo tanquam perſonalis non deberet hæredem obligare,ſicut
nec ſtipulatio ſuperior, *Ire agere licere, &c.*quę illi æquiparatur[17].Suadétq; id & hęredis men
tio,quę & hîc & in aliis quãplurimis legibus aliàs ſuperfluè adiecta videretur.Sed tñ aliud
communiter receptum eſt:regulariter enim ſtipulationes * quãuis in faciendo conſiſtant,
4 ad hæredes tranſeunt[18]: vnde non eſt facilè credendum ius duntaxat perſonale induci.

14 glo.l.emptorem. §. qui autem, verbo, per omnes. de act.empti.
15 l.nouiſsima. verſ.penul. iudica.ſol.
16 l.inter.in prin.ſ.eod.
17 d.§.quod ex facto.gloſ. hic verbo ſuæ perſonæ.
18 l.veteris. C.e.l.pactum. de probat.

SVMMAE.

1 ☞ *Succeſſoris factum promiſſibile.*
2 *§.ſuæ perſonæ. ſenſus. 4.*
3 *Stipulatio ſucceſſione euaneſcit.*
6 *Obligatio dandi, faciendi, tranſmiſſibilis.*

1 §. SVAE PERSONAE. Sicut † poteſt quis proprium factum promittere,ita &
2 ſucceſſoris ſui, ſiue iure hæreditario ſuccedat,ſiue per arrogationẽ. Intelligitur † ergo lex
noſtra quando futuri patris factum in ſtipulationem deductum eſt:præſentis enim factum
filius promittere non poteſt[19],nec patrem obligat, niſi quatenus ſit in peculio[20].Sed quid
ſi † ſimpliciter factum ſuum,& extranei quis promiſerit,deinde contingat ſtipulatorẽ pro-
3 miſſori ſuccedere,ſeu iure arrogationis,ſeu hæreditatis,an cõualeſcet ſtipulatio?& videre
tur conualeſcere argumento legis noſtræ,tanquam & hęc ſtipulatio tractum habeat & ad
futurum referri poſsit[21].nec enim omnino eſt nulla:cùm ſaltẽ reſpectu extranei quis obli-
getur naturaliter[22].Sed tñ contraria ſententia mihi magis placet:quia † lex noſtra loqui-
4 tur,quando ſtipulatio de alio expreſsim tanquam de hærede,vel patre facta eſt.vnde ſatis
indicat ceſſante hac qualitate ſecùs eſſe[23], confirmatúrque id ea ratione, quòd quatenus
factum alterius quis promiſit, ſi pœna ſubiecta non eſt, eo nomine in nihilo obligatur. at
ius ſuperueniens contractum non confirmat, cuius nomine promiſſor nec in id quidem
quod intereſt,non tenebatur[24]. qua tamen de re fortè & infrà tractabimus[25]. Sed cum ſti-
5 pulatio, *Dolum malum abeſſe,*ad hæredem * tranſmittatur, vt ſuprà vidimus, quorſum ſub-
iecit hîc iuriſconſultus poſſe hæredis perſonam adiungi? & doctores cenſent id non reſpe

19 l.iij.C. de pact.
20 §.fin.inſti.de acquĩ.per arrog.
21 ſ.ea.l.§.quæſitum.
22 ſ.§.alteri.
23 l.Si tibi.§.ſi pactus.ſ.de pactis.
24 l. Si rem alienã. de act. emp.glo.& Bart.l.cum vir. de vſuc.
25 §.alteri.ſ.eod.

ctu proprij exempli dictum,ſed aliarum ſtipulationum, quæ merè perſonales ſunt, vt, *Ire*
*agere licere, vti frui licere*. & ſimilium.in eis enim operæ pretium eſt hęredis mentionem adde
re.Ego licet acceperim†in obligationibus dandi ſuperfluam eſſe hæredis mentionem[1],ta 6
men aliud eſſe in obligationibus faciendi arbitror.quæ etiam ſi ad hæredes tranſeant, ta-
men*expreſsio non modici eſt effectus:quod alibi declaraui[2],& ſentit hîc Pet. 7

S V M M AE.

3 ☞ *Solui ante diem,niſi ex cauſis poſſe. 4.7.8.11.15.*
5 *Solutum ante diem condici in conaitione contrà.*
6 *Stipulatio diei vitio corruit.*
12 *Solutionis, ſuo die, vtilitas multiplex.*
13 *Solutio citior ex cauſa reſpui poteſt.*
16 *Diem debitoris gratia adiectum præſumi.*
19 *Conditionalia indebita: ante tamen euentum ſolubilia. 23.*
21 *§.inter.explicari.*
25 *Fideicommiſſum ante diem,niſi ex cauſis,ſolui poſſe.*

§·INTER CERTAM. Cùm dies* non ſit modus tollendæ obligationis, qui 1
ad certam diem debet,& obligatione & actione tenetur, licet exceptione poſsit ſe tueri[3].
verùm illi exceptioni*renũtiare,ſi velit,poteſt:dies enim fauorem ſuum reſpicit[4]: & ideo 2
etiam inuito creditore,†poterit ei offerre,& obſignare cõſtituereque eũ in mora[5], vt Iac. 3
Bar.Alb.cæteriq; cenſuerũt. Fortiùs tradidit Bal.† eũ cui humanitatis cauſa dies ad ſol I.
uendum conceditur,poſſe confeſtim,ſi velit,ſoluere,nec ei denegandum, quin medij tẽpo 4
ris vſuras retineat,nempe quanti creditor ob repræſentationis commodum eſſet repenſu
rus[6].quod & ex Alex.Iaſ.hîc approbat. Hinc conſequẽs eſt,vt ſi quis debitor†in diẽ an- II.
te tempus ſoluat,condicere interim,tanquam indebitum,poſsit[7]:licet in cõditionali de- 5
bitore aliter diſtinguatur,nempe vt nec ipſe repetat, niſi in caſu deficientis cõditionis[8].
quod hîc ex communi ſententia Alex.receſsit. Sed nunquid indiſtinctè procedit legis no
ſtræ concluſio?& conſtat excipi multos caſus. Et in primis,dum ſtipulatio cõcipitur †ſi I.
quis in diem interroganti,hodie ſe daturum reſpondeat,vitiatur ſtipulatio[9], quia non vi- 6
detur ad rogatum reſpondiſſe,nec hoc caſu fauoris ſui renuntiatio admittitur, cùm actus
in forma peccauerit,quod ſuprà attigimus. Rurſus† non procedit,quando in fraudem II.
creditorum debitor in diem ſoluere properaſſet[10]:admitterẽtur enim illi, vt commodum 7
prærogationis ad ſe verterent[11]:quod in creditoribus intelligendum, ſecus in eis,qui ſim-
pliciter adiecti eſſent obligationi[12].Item intelligendum,niſi probabilem aliquam excuſa
tionem adduceret debitor, cur ante tẽpus ſoluiſſet, veluti in caſu, quem hîc refert Iaſon,
cum grauatus intra decem annos reſtituere fideicommiſſum, mauult id ſtatim facere, ne
oneribus hæreditariis implicetur.Si enim hoc ei permittitur, qui ſub cõditione grauatus
eſt[13],ei quoq; concedendum eſt,qui in diem tenetur[14]. Sed†& quoties vel lex,vel iudex III.
aliquid certo die fieri iubeat non videtur obſeruaſſe pręceptum,qui ante eum facere occu 8
pauit[15]. Secùs,ſi verba cõcepta ſint, vt quod intra certum tempus fiat.dictio enim *,*Intrà*. IIII.
oſtendit legitimè eſſe factum quicquid intra eos dies fiat,quod ſuprà attigimus[16]. Sed & 9
ſi†dies etiam creditoris fauore appoſitus ſit,† nõ videtur ante diem ipſo inuito poſſe ſol- 10
ui[17].is autem fauor† variis rationibus perpẽditur,quandoq; ex qualitate perſonæ, vt quia 11
noluerit teſtator ſolui,antè,quàm quis ad legitimos annos perueniſſet[18]:quandoque quia 12
ſubſit periculum,ne creditor caſu fortuito rem ante tẽpus perdat. vnde generaliter dixit
Bal.non compelli creditorem,vt rem accipiat,quæ tempore corrũperetur[19]. quod & Alc.
& Iaſ.hîc probant:quandoq; quia eius probabiliter interſit tempore potiùs debito acci-
pere,vt quãdo colonus capones,ídque genus auitia ſoluere properat, ne eos interim alat,
non tenetur dominus accipere niſi cum nutritiuo : quandoq; quia ſua referat ſuis quodq;
penſionibus præſtari,vt faciliùs probationes ſibi comparet,quod Bar.& cæteri in emphy
teuta reſponderunt,qui vna numeratione plurium annorũ canonem pendere feſtinet[20]:
poteſt † enim dominus talem ſolutionem detrectare, vt ſingulis penſionibus ſuas anta- 13
pochas conſequatur.Addit Accurſius idem eſſe in ſacerdote parocho, cui agnorum deci-
mæ ſoluenda ſit.non enim confeſtim vt terram attigerunt,natíq; ſunt ſolui debent,ſed no
uem ſaltẽ diebus apud ouẽ relinqui[21].quòd ergo lex ait ſtatim* ſoluendas eſſe decimas[22], 14
cum temperamento intelligitur ne aliàs agni pereant,ſicque interpretandũ Accurſij gloſ
ſema arbitror . quod aliqui non intelligentes pro matre ſpicam impertinenter adiecerũt.
Nec†refert,an dies dũtaxat creditoris fauore adiectus ſit,an verò mixtim cauſa vtriuſ V.
que.adhuc enim idem eſt, nec poteſt debitor in damnum creditoris ante tẽpus ſoluere[23]. 15
Sed an in dubio†credemus diem cauſa vtriuſque adiectum eſſe ? & lex noſtra arg.eſt, cre- 16
di debitoris duntaxat cauſa adiectũ,quod & cęteri ſentiunt, verúmq; eſſe & ego arbitror:
cùm creditor interim antè, quàm ſoluatur loco illius nominis nihil habet . aliàs ſi aliquid
poſsideret,vt quia operas ſerui haberet aliud eſſet[24].quod & in ſuprà ſcripto emphyteutæ
exemplo doctores ſentiunt:tali enim caſu potius ſentiendum eſſet diem* vtriuſque cauſa 17
adiectum cenſeri[25].Sed quid ſi debitor non ſolùm ante diẽ ſoluit, ſed etiam offert ſe para-
tum

1 l.eum,qui ita.§.j.j.eo.
2 l.iiij.in prin.ſ.eo.Petr.ſ. verſ.nam & ſi ire.
3 §.temporales.inſt.de exception.
4 l.eum,qui calendis. §. fi. j.eodem.
5 l.acceptam. C. de vſur.l. obſignatione. C. de ſolut. & lib.
6 l.ſi conſtante.§. quoties. ſolut.matr.
7 l.q promiſit.de con.ind.
8 l.qui ſe debere. vbi gloſ. verbo condicere. de condi. ob cauſam.
9 §.prætereà.inſt.de inuti. ſtipul.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ſ.eod.
10 l.ait.§.ſi cùm diem.quæ in fraud.cred.
11 l.omnes.§.fin.eo.tit.
12 l.qui res.§.mihi. de ſol.
13 l.vxorem.§. Scæuola.de leg.iij.l.poſt mortem.de fideicommiſ.
14 l.patrem . quæ in fraudem credito.
15 glo.cle.quamuis. de ap. verbo intra certam.gloſ.c. ſolent.de conſti.diſt.j.
16 l.qui ante.ſ.eod.
17 d.l.eum qui.de an.lega.
18 l.in fideicõmiſsi.§.Pollidius.de vſuris.l.ſi ita relictum.§.Pegaſus.de lega.ij.
19 Bal.l.ſi plures. in fi.de fide inſtrum.
20 Bart.d.l. eum qui.Iaſ.l. ij.C.de iur.emphyt.
21 arg.l.pen.C.de pat.pote.
22 c.cum homines.de dec. xvj.q.j.reuertimini.
23 argum.l . qui Romæ.in princ.j.eod.
24 l. ſtatuliberos . § . Stichus annua.de ſtatuli.arg.à ſpeciali.
25 arg.l. ſi vina. de pericu. & comm.



tum indemnem ſeruare creditorem,quatenus ſua interſit ante tempus nõ ſolui?& Bar.au
diendum debitorem cenſuit[1].cuius ſententiam & lex noſtra adiuuat,eámque veram regu
lariter eſſe ego quoque arbitror[2].
18 AT QVI PROMISIT. Dies * incertus pro cõditione eſt[3]. ideo qui ad diẽ incer-
19 tum promittit,antè,q̃ dies venerit,id eſt,cõditio†ſit adimpleta,non cẽſetur obligatus, nec
vlla actione conueniri poteſt: vnde ſi creditori futuro offerret, nihil ageret:creditor enim
20 adhuc non eſt.Nec obſtat quod ſicut qui debet*in diẽ certam,offerendo liberatur,fortiùs
videretur liberãdus,qui in incertũ debet,cùm debilius ſit quod ſola ſpe debetur, q̃ quod re
21 ipſa:faciliùs ergo &tolli debet[4].reſpõdeo†enim oblationẽ,ſeu ſolutionem fieri,vt res ipſa
ideſt,obligatio perimatur[5],non vt ſpes tantùm,ad quã perimendã modus ſolutionis aptus
non eſt.& hoc eſt,quod hîc dicitur non videri feciſſe quod promiſit.qui enim ante cõditio
nis euentũ ſoluit,non ſimpliciter ſoluiſſe cẽſetur[6],ſed aliud prorſus, q̃ quod deberet ſoluiſ-
I. ſe. Finge igitur aliquem ante euentũ conditionis volenti creditori ſoluiſſe?& cõſtat*ni-
22 hil agere[7],niſi quod,eueniente deinde cõditione,confirmatur ſolutio, cuiuſdam cõpenſa-
II. tionis effectu[8]. Finge rurſus†conditionẽ talem eſſe,quę omnimodo extitura ſit?& cõſtat
23 hanc pro pura haberi[9].& ideo valeret tali caſu obſignatio. Finge conditionẽ illam lega
III. tarij*duntaxat cauſa adiectam eſſe,an renuntiare ille fauori ſuo poterit? & credendũ eſt,
24 poſſe.idq; eo argumento,ꝙ ſi teſtator à tutore reliquerit pupillo legatum, cum pubertate,
ideſt,xiiij.annorũ lapſu tutela finietur,debebitur legatũ, etiam ſi ante illud tempus tutela
IIII. morte tutoris finiatur[10]. Sanè & cùm fideicommiſſum alicui poſt mortẽ hæredis relictũ
eſt,videtur hæc mortis conditio ſolius hæredis cauſa adiecta eſſe[11]:& ideo,ſi renuntiare fa
25 uori ſuo velit,audietur,reſtitueréq; ſtatim†fideicõmiſſario hæreditatẽ poterit[12], adeò vt
nec tali caſu audiantur creditores,qui in fraudẽ ſuam huiuſmodi reſtitutionẽ factam alle
garent[13]:videtur enim hæres vberiùs defuncti voluntatẽ obſeruaſſe, non autẽ quenquam
fraudaſſe:quod tamen intelligendũ,niſi damnum aliquod his fieret, qui ex voluntate teſta
toris vocarentur,vt ſubſtituto vulgariter[14], vel quia fideicõmiſſarius tẽpore reſtitutionis
eſſet in poteſtate aliena, cũ expectata morte heredis fortè ſui iuris interim futurus eſſet[15].
Idẽ ſi rogatus eſſet reſtituere,cui ex liberis volet:cùm enim poſſent interim aliqui mori, ſi
ante tempus eligeret,damnũ ſuperſtitibus infligeretur[16]:quod Bar.ad eũ quoq; extendit,q
grauatus ſit pauperibus poſt mortẽ ſuam reſtituere.qua de re alibi: & hæc quidẽ in ea con-
ditione procedunt,qua quis poſt mortẽ ſuam dãnatus eſt reſtituere,ſecùs in alia quæ ad vi
tam hæredis non reſtringeretur[17]:talis enim non adeò ſolius hæredis fauorem reſpiceret.

S V M M AE.

1 ☞ *Stipulari alteri non poſſe. 4.5.6.7.9.14. ex cauſis diuerſum. 18.19.22.24.35.41.*
12 *Feudum fratri traditione quæri.*
16 *Stipulari adminiſtrantes pro domino poſſe.*
20 *Tabellione non niſi ratihabitione, ſtipulantur pro aliis quibus vtiles tatùm quærunt.*
25 *Stipulatus alij nec naturaliter, niſi ex cauſis, obligat. 27.*
28 *Obligationis naturalis effectus multiplex. 29.30.*
31 *Naturalẽ iuramento non firmari: canonibus contrà.*
34 *Stipulari alij, moribus poſſe.*
35 *Intereſſe pecuniæ accipiendum.*
38 *Obligatio naturalis poſt factis confirmabilis. 39.*
40 *Stipulatio ſine naturali non confirmatur.*
42 *Promitti ſub conditione poſſe.*
43 *Pœnam pacto nudo non committi.*
44 *Pœnæ ſecundum leges reſtringendæ.*

1 §·ALTERI. Traditur hîc†generalis regula,vt alteri ſtipulari nemo poſsit:ſtipulatio
2 enim*iuris ciuilis cõtractus eſt:at ea quę ciuiliter acquirũtur,alteri per alterũ acquiri non
3 poſſunt[18].inuenit enim hunc contractũ lex,vt vnuſquiſq; quod ſua intereſt*ſtipuletur, nõ
quod alterius:qua ratione ſuprà vidimus non poſſe quenquam factũ alienũ promittere[19],
I. eadẽ nec alij acquirere hoc contractũ poteſt. Idq; adeò verũ† eſt,vt nec ciuis quidẽ poſ-
4 ſit reipublicæ ſuæ ſtipulari[20],nullaq; inde actio fiſco acquiratur. tametſi enim patriæ quoque
ſuę quis cẽſeatur natus,honoremq; ei exhibere debeat,itémq; eã defendere[21]:non ta-
men pecuniariũ lucrum illi procurare debet.imò vnicuiq; licitũ eſt,publica vtilitate omiſ
ſa,propriũ negotium quantũ per leges liceat,agere[22]. Addunt aliqui nec ipſos quidẽ magi
5 ſtratus*ſtipulari fiſco poſſe.nõ enim ad id cõſtituti ſunt[23]. Sic†nec libertus patrono ſuo
II. ſtipulari poteſt[24],licet ei obſequiũ debeat,operáſq; officiales p̄ſtare teneatur. Quo exẽ-
6 plo idẽ†in cliẽte beneficiarióve traditũ eſt,qui domino ſtipulari non poteſt,etiã ſi ratione
III. iuriſdictiõis ei ſubiiciatur:quod cõmuniter receptũ eſt.licet* enim reſpectu fidelitatis etiã
7 arctius obligentur ſubiecti verſus principẽ ſuum,q̃ filij erga patrẽ[25]:non tamen quantũ ſit
8 reſpectu ei acquirendi,idẽ eſt. Sed nunquid filius†matri aut auo materno ſtipulari pote
IIII. rit?& conſtat non poſſe[26].hoc enim ius ei duntaxat conceſſum eſt,qui filiũ in poteſtate ha
9 beat. Vnde multò minùs id aliis coniunctis putà fratribus,vel cõſanguineis p̄mittitur[27],
V. quod & Iaſ.hîc docuit:ſicut nec vicinis vel amicis aut probis viris[28], tametſi aliàs coram*
10 huiuſmodi iure Pontificũ perinde proteſtationes fieri poſsint atque corã ipſo principali ſi
adeſſet.

1 Bar.d.l.eum qui.
2 Iaſ.l.ij.quæſt.xxij.de iur. emphyteut.C.
3 l.dies.de cond. & dem.
4 l.Sempronius. de vſufr.
5 Inſt.quib.mod.toll. obli. in princip.
6 §.plus.inſti.de act.l.cum furti.de in lit.iur.
7 l.ſed ſi ante.ad Trebel.l. iij.§.qui fidei.ſ.de hęr.inſt.
8 l.ſub conditione. de ſol.
9 l.ſi pupillus.§.j.de noua.
10 l.liberto.§. fi.de an.leg. Bart.d. l.ſi cum præfinitione.quando dies leg.ced.ſ.
11 Bart.l. illis.de condit.& demonſtr.
12 l.poſt mortem. C.de fideicommiſ.vbi Bald.Raph. Salic. Caſt.Alex.hic.
13 l.patrem . quæ in fraud. credit.
14 l.vxorem. §.Seium . de legat.iij.
15 l.filiusfamiliàs. §. diui. de lega.j.
16 l.hęreditatem.§.à filio. de leg.ij.vbi Bar. Alex.hic.
17 d.l.ſi ante. ad Treb.
18 l.ea,quæ.de acq.rer.do.
19 ſ.hac l.in princi.
20 l.arbiter intra.ſ.de arb. l.Caius.de vſur.
21 l.veluti.de iuſti.& iure. l.minimè.de relig.& ſump.
22 l.preces. C. de ſerui.gl. c.bonę.verbo communem. de poſtu. præl. Abb.c.fin.in fine.de voto.
23 l.j.de iu.fiſ.vbi Bart.
24 l. ſi ita ſtipulatus . §. Chryſogonus.ſ.eod.
25 Bar.extrauag. ad reprimendum.in principio.verbo,totius.
26 l.debitor in fi.ad Treb. l.pater.C de pact.conuen.
27 l.iij.§.& ſi fortè.iud.ſol.
28 Abb.c.paſtoralis. §.j.de offic.deleg.

adeſſet. Hincq; argumentum ſumitur nec iure quidẽ canonico admiſſum eſſe, vt quis al VI.
teri ſtipuletur, idq; receptius eſt: cùm enim differẽtia hac in re nulla à iure ciuili expreſsim
conſtituta reperiatur, non eſt temere credendũ, non probaſſe Pontifices legis noſtræ regu-
lam[1], præſertim cùm apud eos exceptio, *Tua non intereſt*. *maximè vigeat[2], videmúſq; exce 11
ptos ab eis duntaxat certos caſus[3], vnde indicatur aliter ex regula obſeruãdum generali-
ter eſſe. Sed quid in clientiũ beneficiis, quę feuda vocãt, dicendũ eſt? & cùm iure cautum VII.
non reperiatur quicquam diuerſum in feudis hoc caſu eſſe, receptior eſt ſentẽtia, nec in eis
quidem alteri per alterũ acquiri[4], vt Iaſ. hîc tradit. quod † intelligendũ, niſi acceſſerit etiã 12
actus naturalis, putà traditio, ſecundũ quam quęri alteri, ſequuta ratihabitione, poteſt[5]. Vn
de ſi frater ſuo & fratris nomine acquiſiuerit feudũ, poſſeſsionémq; vtriuſq; nomine apprę
henderit, videtur vtriq; acquiſitum beneficiũ[6]. Sed & ſi quis confeſſus ſit ſe feudũ pro ſe, &
fratribus ſuis à tali domino tenere, poterũt *fratres eã confeſsionem ratã habere: quia tali 13
caſu nõ de noua acquiſitione, ſed de acquiſitionis iam factę probatione agitur. quæ, quam-
uis abſente parte facta, non tamen omnino irrita eſt[7]. putauerim quoq; cum beneficiũ ab-
ſenti conferre princeps poſsit[8], ſi id actũ appareat, nihil obſtare quin tali caſu feudũ acqui-
ſitum cenſeatur. qua de re alibi[9]. Sed † quid ſi procurator vel negotiorũ geſtor ſtipuletur VIII.
alteri verbis directis? putà, *Dabis Titio domino meo centum*? & cõſtat adhuc eſſe locũ legi noſtrę, 14
& nõ valere ſtipulationẽ[10], ídq; aduerſus Bartoli Alexandríq; traditiones receptius eſt, &
nos infra attingemus. Quòd ſi ita concepiſſent verba, *Promittis mihi nomine Titij centum*? tunc
valeret ſtipulatio, quia nõ Titio, ſed mihi cẽſeor ſtipulatus[11]. initiũ enim* obligationis ex 15
ſtipulãtis perſona ſumitur. & ideo non dicit᷑ alteri facta ſtipulatio[12]. mea enim intereſt, vt
mandatũ exequar, ſi † conſtitutus ſim ꝓcurator[13]. idémq; in negotiorũ geſtore. ſecuta enim 16
domini ratihabitione perinde eſt, ac ſi dominus mandaſſet[14], tenebitúrque domino actio-
nem cedere, vel aliàs eius arbitratu de ea diſponere[15]. quòd ſi dominus ratum non habeat,
vt quia non poſsit[16], vel nolit, talis ſtipulatio inefficax erit. idémque cum quis alteri ſtipu-
lando eum facere procuratorem ſuũ videtur, vt in adiecto ſolemus dicere[17], vel in eo qui
rem ſuam, aut ſibi debitam alteri dari ſtipulatur[18]. intereſt enim noſtra procuratori * ſol- 17
ui, vt ab eo repetere poſsimus. quod infrà attingam[19].

PRAETERQVAM SI SERVVS. † Subiicit hîc Iuriſcõſultus exceptiones ſu 18
praſcriptæ regulę. Et in primis † poteſt ſeruus domino ſtipulari: cùm enim in eius poteſta I.
te ſit, eius vox cenſetur domini[20], acquirétque domino directã actionẽ, cùm ea in perſona 19
ſua conſiſtere nullo modò poſsit. Sed quid in ſeruo publico dicemus? & conſtat ſeruũ vni II.
uerſitatis non eſſe ſingulorũ ſeruum[21], ſed tamen vtilitatis cauſa receptũ eſt, vt & talis ſti-
pulari cuilibet ciui poſsit[22], cúmq; id auctoritate legis fiat, quęrentur ipſi ciui directę actio
nes, cenſebitúrq; ipſe ſeruus tanquã pica & organũ. quod Bal. ait[23]. Sed quid in tabellio- III.
ne reſpondebimus, ſeu in quolibet alio, quẽ prętor ſtipulari alieno nomine putà pro pupil-
lo iuſſerit? & videretur idem dicendũ, quod in ſeruo publico. Subrogati enim ſunt poſterio
rum temporũ vſu tabelliones loco ſeruorũ publicorũ[24]. Sed tamẽ † magis cõmunis ſenten 20
tia eſt, vt licet ſubrogati ſeruis publicis ſint, tamẽ non acquirant ipſo iure eis quorũ nomi-
ne ſtipulantur. ſed tantùmmodò, ſecuta ratihabitione[25]. quod & Bal. & Ang. reſponderũt,
& nõ pauci alij cenſuêre[26]. nã & non directas actiones, ſed vtiles tantùm ab eis acquiri rece
ptius eſt: cùm ſint homines liberi, & aliis acquirãt, quia eorũ ratione publici officij intereſt.
quod Pau. Caſt. ait[27]. non erit autẽ neceſſaria ceſsio, ſed auctoritate legis ꝓpter publicum
officiũ vtilis actio ex eorũ contractu poſt ratihabitionẽ domino cõpetet[28]. Sed quid in IIII.
ſacerdote parocho *ſtatuemus, qui tanquã publica perſona vſuras his, quorũ intereſt, reſti 21
tui ſtipulatur[29]: vel in quocunq; ſacerdote, qui aliàs in his quę ad animę ſalutẽ pertinent, ꝓ
eccleſia ſtipulatur[30]? & cõſtat idem eſſe quod in notario vt acquiratur vtiles. nã & generali
ter hoc receptũ eſt in quibuſcunq; magiſtratib⁹ in his, quę ad officium ſuũ pertinent ſtipu-
lantibus[31]. quod infrà attingit Iaſ[32]. Quod in ſeruo tradiderat †, in filio quoq; familiàs Iu V.
riſcõſultus producit, vt & ipſe parẽti, in cuius poteſtate, ſtipulari poſsit. iuris enim interpre 22
tatione videtur eadẽ perſona cũ patre[33]. quid autem vice verſa, an pater filio ſtipulari poſ
ſit, alibi traditur[34]. Sed an monachus poterit cœnobiarchę ſuo ſtipulari? & Bar. ſentit poſ VI.
ſe tanquã nõ minus in poteſtate cœnobij ſit monachus quàm filius in paterna[35]. vnde ſequi
tur, vt ſtatim directę actiones monaſterio acquirãtur. Putauerímq; hęc iure noſtro eſſe ve-
ra[36]. Sed cũ hodie monachi arctius inſtitutũ ſeruent, ſintq; prorſus mortui *mũdo, corúm- 23
que volũtas ſit nulla[37], videtur eos ipſo iure nõ acquirere, contractúmq; eſſe nullũ, niſi vel
mãdato abbatis cõtraxerit, vel ſecuta ſit ratihabitio. quod & in ea quęſtione traditur, cum
delata eſt monacho hęreditas: ſolus enim abbas eã adit[38], nec volũtas monachi requiritur
quę nulla eſt, cũ ſecus ſit in filio vel ſeruo[39]. Sed an tutor pupillo † ſtipulabitur? & cõſtat VII.
poſſe[40]. quod Bar. intelligit non ſolũ cũ in ſuam perſonã promiſsiua verba, ſed etiã ſi in pu 24
pilli pſonam concipiat[41], eíq; vtilis actio abſq; ceſsione quęretur. quod & in curatore rece
ptum

1 c.j.de ope.no.nun.
2 c.cum inter.de elect.
3 c.quanquam.de vſuris in vj.gloſ.c.quoties.j.q.vij.
4 Bart.l.ſi mihi, & Titio.ſ.eo. Alex.conſ.x.in iij.
5 d.l.ea quæ ciuiliter.l.certi.§.pen.ſ.ſi cer.peta.
6 c.j.de bene.fra. capi.j.de feu.mar. capi.j.in fi.de ſucceſ.feu.
7 l.deſiderium.C.depo.
8 l.pen.C.de don.inter vir. c.ſi tibi.de præb.in vj.
9 l.traditionibus.C.de pa.
10 l.eum qui.§.fi.de conſt.pec.l.ſolutum.§.per liberã.de pig.act.ſ.§.ſi ſtipuler.
11 l.huiuſmodi.in princip.de leg.j.
12 l.quacunque.j.ſ.tit.j.
13 l.idémque.§.ſi cui man.
14 l.iij.§.j.iud.ſol.vbi doc. Alb.l.ſi cum venditor.§.fin.de euic.l.Iulianus.ſ.qui ſatiſd.cogan.
15 l.pen.de neg.geſt.
16 l.iij.rem pup.ſal.fore.
17 §.ſi quis alij.inſtitut.de inut.ſtip.
18 l.ſi cum Cornelius.de ſol.l.donationes in concubinam.§.fin.de don.
19 d.§.ſi ſtipuler.
20 §.j.inſti.de ſtip.ſer.
21 l.in tãtum.§.j.de re.di.
22 l.ij.rem pup.ſal.l.nõ aliter.de adopt.l.j.§.exigere.de mag.con.
23 Bal.Ang.Alexan.l.j.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.
24 §.cùm autem.inſtit.de adop.iuncta d.l.non aliter.
25 d.l.iij.rem pup.ſal.fo.
26 Bal.conſ.cc.verba in ij. Ang.conſ.lxxiij.quoddicta Alber.poſt veteres.d.l.non aliter.
27 Paul.d.l.ij.Ioã.Fab.§.ſi quis alteri.inſt.de inu.ſtip.
28 l.ij.C.de magi.conuen. Bart.d.l.ij.Alex.Iaſ.§.ſi ſtipuler.ſ.eo.d.l.j.§.exigere.
29 d.c.quanquam.de vſur.in ſexto.
30 c.dudum.de con.con.
31 d.§.exigere.aut.matri.C.quan.mul.tut.auth.libellum.C.de lit.conteſt.
32 ſ.§.ſi ſtipuler.
33 §.ei, qui.inſt.de inut.ſti.
34 l.quod dicitur.ſ.eod.
35 Bar.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ſ.eo.§.illud.auth.de mona.gl.d.§.ſi quis alij.
36 Bar.l.j.ſ.de ſtip ſer.
37 xij.q.ueſt.j.non dicatis.c.fin.de ſep.in vj.
38 doct.c.in præſentia.de prob & l.j.quæſtio.iij.ff.de vulgar.
39 l.cum proponas.C.de hær.inſti.
40 l.quoties.in princip.de admi.tut.Bart.§.ſi ſtipuler.infra eod.
41 l.eum.§.fi.de conſt.pec.



ptum eſt, item actore municipũ, vtilitatis (vt Vlpianus ait) cauſa. ſed aduerſus Bar. cõmu-
nis eſt ſententia, Vlpianíque reſponſum quomodo accipiendum ſit infra differam[1]. intelli
ge tamen ſupraſcripta procedere cum tutor & ſimiles in his ſtipulantur, quæ ad officium
ſuum pertinent, ipſiq; pupillo acquiri debent, aliàs enim non poſſent alteri ſtipulari[2].
INVENTAE ENIM. Inuenit ergo lex ciuilis ſtipulationẽ, vt vnuſquiq; ſtipularet᷑
25 ſibi, vñ alteri facta ſtipulatio à iure ciuili nõ fouetur. Sed an † iure naturali ſaltẽ pariat obli
gationẽ? & videret᷑ non parere, quia lex ait talẽ ſtipulationẽ nullius momẽti eſſe[3]. quãdoq;
ſimpliciter ait eſſe ſtipulationẽ nullã[4], & obligationẽ nullã parere[5], quãdoq; eũ, q alteri ſti
pulatur, nihil agere[6]. Suadet᷑ hoc ex legis noſtræ verbis, dũ dicit᷑, Alteri ſtipulari nemo põt
26 vniuerſalis *eñ negatiua ante verbũ põt indicat nec naturalẽ quidem obligationẽ naſci[7].
Et licet huic rationi rñdeat Iaſ. quod lex vltra ꝓcedit. tñ friuolũ eſt. qđ eñ ad hãc obliga-
tionẽ adtinet naturalẽ, nihil prorſus in proceſſu legis dicitur. Addit ꝑ eadẽ ſentẽtia Raph.
hãc rationem: non enim ſtipulatio hæc alteri facta vllius prorſus effectus eſt: vnde ex tali
obligatione naturali nulla cõmoditas oritur: non enim cõfirmando cõſtitutę pecunię con
tractui ſufficit,[8] nõ ex ea daretur ſtipulatori retentio, nõ ius cedendi[9], cũ his omnibus effe-
ctibus obſtet illa exceptio, *Tua nõ intereſt*[10]. cum igitur nullius vtilitatis ſit, credendũ eſt nec
ſubeſſe quidem[11]. nec dubitauerim ego, quin verę ſint hæ ꝓpoſitiones, quicquid cũ Beſutio
ſuo Iaſ. cõmẽtetur. quid ergo dicendũ? & in primis ꝓpter ſupraſcripta argumẽta fatendũ,
ſi ſtipulatio nec verbis quidẽ ꝓmiſsiuis ad ſtipulatorẽ reſpiciat, ſed tota verſus alterũ con
cepta ſit, nullã obligationẽ nec quidẽ naturalẽ parere, quod Bar. cenſuit, & omnes admiſe-
runt: videtur enim inſtar pollicitationis cuiuſdã abſenti factæ eſſe: ex qua conſtat nec na-
27 turalem quidẽ obligationẽ naſci[12]. Sed † ſi promiſsio verſus ſtipulatorem cõcepta ſit, putà
*Promitto tibi me Titio daturũ centũ*. receptior eſt Accurſij ſentẽtia, vt hoc nomine tibi naturali
ter obliger[13]: cùm enim ſolũ deficiat ſtipulatio in materia, nõ impeditur, quin naturalis ob
ligatio ex conſenſu ſaltẽ oriatur[14], actúſq; eo modo quo poteſt ſuſtineat᷑[15]: ſecùs ſi in forma
peccaret, vel aduerſus legis p̃ceptum conciperetur: eo enim caſu tãtùm, negatiua omnem
potentiã abnegaret, quod ſuprà docui[16]. Et cùm obligationis appellatione de ea intelliga-
tur, quã lex ciuilis induxit[17], nihil obſtãt leges, quę tali caſu dicũt nullã obligationem eſſe,
quia de ciuili intelligunt᷑: aliàs nec ex pacto quidẽ nudo oriretur naturalis, quod apertè fal
ſum eſt[18]. dũ ergo lex ait, nihil agi, intelligit᷑ nihil iure ciuili agi. Nec me mouet Raph. ra-
tio, quia vt verũ ſit, talem obligationẽ non cõſtitutę pecunię actioni, nõ retentioni, nõ cõ-
I. penſationi, nõ ceſsioni ſufficere, habet tñ alios effectus, quibus vtilis eſſe põt. Et in pri-
28 mis † ꝓpter fauorẽ dotium à lege ciuili approbatur, vt inde actio naſci poſsit[19]: cùm tamen
ſecùs eſſet, ſi nulla obligatio naturalis adeſſet, deficeret enim ęquitas[20]. nã & cùm quis ſibi
aut nepti dotẽ reſtitui ſtipulat᷑, non debet nepti actio denegari, cũ manifeſtè appareat, non
interpoſitã eſſe ſtipulationem, vt neptis vtilitas tollatur: at ſi ea interpoſita non eſſet, actio
ipſius neptis ſaltem hodie ex lege Iuſtiniani eſſet[21]. videtur enim quodãmodo ſuper re ne-
II. ptis interpoſita ſtipulatio[22]. Rurſus † ꝓpter huius obligationis naturalis ęquitatẽ, quę ex
29 cõſenſu orta eſt, admitteretur in his cauſis petitio, in quib⁹ non ad iuris ciuilis regulas, ſed
ad æquitatem iuriſgentiũ ſolã attendimus, quales ſunt cauſę ad pietatem eleemoſynámve
III. pertinentes[23]. quod Bal. Fel. Ang. Iaſ. tradiderũt. Sed † & illud receptiſsimũ eſt huiuſmo
30 di naturalẽ obligationẽ iuramento cõfirmari, quod hîc diffusè Alex. & Iaſ. oſtendunt. Ego
31 iure † ciuili hãc vim iuramẽto dari nõ arbitror, vt Bal. & Pont. & Io. Fab. rectè ſenſerũt[24].
Siquidem videntur Iuriſcõſulti Laconis illud apophthegma approbaſſe, vt petenti extra-
neo excipi poſsit, tibi an Deo promiſi? ſi Deo dixerit, tu igitur ſecede, vt Deo, non tibi dẽ.
iure verò Pontificio etiam confirmari veriſimile eſt eam promiſsionem, quæ aliàs nec na
turali quidem obligationi ſufficeret, vt quia directis verbis verſus extraneum eſſet conce
pta: videtur enim iuramentum Deo præſtitum, qui pro abſente receperit[25]. potéſtque tale
iuramẽtum citra ſalutis æternæ periculum obſeruari[26]. Sed quæ illi abſenti dabitur actio?
& conſtat, ſi iuratum in iudicio, deferẽte procuratore, ſit, dari domino vtilem. nec alia ceſ-
32 ſione opus eſſe[27]. habet enim *iuramẽtum vim iudicij[28]. at in iudicialibus alteri per alterũ
quęritur abſq; ceſsione[29], quod etiã ad cõuentionale iuramentũ extendũt cõmuniter Do-
IIII. ctores, Pontano tãtùm reclamãte.[30] Sed & nõ leuis † huius obligationis effectus eſt, vt fa-
33 ciat videri ſtipulationẽ hãc à principio prorſus inutilẽ nõ eſſe. vnde quibuſdam caſib⁹ ex
V. poſtfacto confirmari põt quos infra attingã. Cęterùm cùm iure naturali oriatur obliga-
tio, conſequens quoque illud eſt, vt poſsit per conſuetudinem, ſeu municipij legem induci,
34 vt † alteri ſtipulari quis valeat[31] taléque ſtatutum odioſum non ſit: quoniam cum iure gen
tium cõcordat, quærętúrque tali caſu directa actio abſque ceſsione. quod Iaſ. hîc refert[32].
35 QVOD SVA INTEREST. Quoties ergo † ſtipulatoris intereſt & alteri da-
ri, valeret ſtipulatio: quod infrà declarabit᷑[33]. Oportet autẽ vt pecuniariter interſit. vnde
36 ſi ex affectione quadã † ſolùm intereſſet, aliud eſſet[34]. nõ enim huiuſmodi affectio ſufficit,
ſicut

1 d.§.ſi ſtipuler.
2 l.ſolutum.§.per liberã.de pigno.act.
3 l.j.§.quod meus ſeruus.ſ.titu.ij.
4 l.certi condictio.§.quoniam.ſi cert.peta.
5 d.§.Chryſogonus.
6 l.j.§.j.ſ.titu.ij.d.§.ſi quis alij.inſt.de inut.ſtip.
7 l.j.in prin.ſ.eod.
8 l.eum qui.§.item ſi mihi.de conſt.pec.
9 l.ſi Seius.ad Trebell.
10 l.poſthumus.§.ſi quis ex his.de inoffi.teſtam.l.ex conuentione.C.de pact.
11 l.qui bis.ſ.eod.
12 Bart.l.ſi vnus.§.pactus ne.de pac.mod.rob.ſ.eod.
13 arg.d.l.ea q ciuiliter.gl.§.ſi ſtipuler.verbo fieri.ſ.e.
14 l.cum amplius.§.is natura.de reg.iur.
15 arg.l.j.in fine man.l.pe.in fin.de contr.emp.
16 l.j.in prin.ſ.eod.
17 inſt.de obl.in prin.
18 l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.de pact.
19 l.Caius.ſol.mat.verbo, maximè.Alex.Iaſ.d.§.ſi ſtipuler.
20 l.pactũ.C.de pact.con.l.ſi genero.C.de iu.dot.
21 l.vna.§.accedit.C.de rei vxor.actio.
22 arg.l.pen.C.ad exhib.
23 glo.d.c.quoties.argu.c.cum eſſes.de teſtam.
24 Bal.c.cum cõtingat.de iureiu.Ro.conſil.ccccxj.Io.Fab.d.§.ſi quis alium.
25 c.ij.de arb.in vj.gloſ.d.c.quoties.
26 c.ſi verò.de iureiuran.
27 l.nam poſtea.§.pen.de iureiuran.l.fi.§.fi.vbi Alexand.eod.tit.
28 l.qui iuraſſe.in fi.eo.tit.
29 l.in cauſę.§.fin.de proc.
30 d.§.ſi ſtipuler.
31 d.l.certi.§.ſi nummos.
32 Bal.l.j.in fi.C.de teſta.manu.
33 d.§.ſi ſtipuler.
34 l.iij.§.ſed & ſi forte.iudica.ſol.

ſicut nec quę ex obligatione ſolùm naturali procederet, vt ſuprà dixi, etiã ſi remuneratio
nis cauſa ſubeſſet[1]. nec maximę quidẽ amicitię cõiunctio ſufficeret[2], niſi & pecuniariter in
tereſſe poſſet: vt quia debitor fideiuſſori ſuo liberationẽ ſtipulet[3]. extinguitur enim actio
quæ δύναμις id eſt potentia in ſe cõpetebat[4]. quæ ratio & in ꝓcuratore habet locũ, intereſt* 37
enim ſua dño acquiri poſtquam mãdatum ſuſcepit[5]. Sed quid ſi à principio quidẽ nihil ſti
pulatoris intereſt, an cõfirmabitur ſtipulatio, ſi deinde incipiat intereſſe? & Bar. confirma
ri exiſtimauit[6]: cum enim à principio nõ ſit prorſus nulla, ſed † obligationẽ naturalẽ con- 38
tineat, non eſt mirũ ſi ex poſt facto confirmatur[7]. Sequuntúrq; hanc ſententiã cõmuniter
cęteri, quam & ego quibuſdã caſibus indubitabilem arbitror. Et in primis in † cõtracti- I.
bus iuriſgentiũ non dubito, quin ꝓcedat[8], cùm in eis fundamentũ obligationis naturalis 39
adſit, quod maximè hoc in caſu ꝑpenditur. In ſtipulationib[9] quoq; idem arbitror, ſi con II.
ditionaliter cõceptę ſint. ſatis eñ eſt, ſi tẽpore euenientis cõditionis interſit[9]. Idẽ quoq; III.
eſt, quoties in ſtipulationib[9] id deductũ eſt, quod tractum ſucceſsiuũ habeat: quo enim tẽ-
pore intererit, eo agetur[10]. Sed quid, cùm obligatio † nulla naturalis ſuberat? & Bar. ſentit 40
tunc non confirmari: vnde qui ſtipulatur rem propriam ſibi dari, nihil agit, etiam ſi pro-
pria eſſe deſinat[11] à principio enim nec naturalis quidẽ valuit. Sed & ſi extraneus ille cui
dari quis ſtipulatus eſt, ipſi ſtipulatori ſuccedat, non confirmatur ſtipulatio[12]. reſpectu e-
nim extranei nulla vnquam orta fuit naturalis obligatio, quod ſecùs eſt in caſu contra-
rio: cùm ſtipulator ipſe extraneo ſuccederet. qua ratione ſi factum alienum promiſero, il-
léque mihi ſuccedat, non tamen obligabitur, quod ſuprà cenſui[13], cùm tamen ſecùs ſit, ſi e-
go illi ſuccederem, dum factum ſit, quod in hæredes tranſmitti poſsit. & ſecundum hanc
diſtinctionem Caſtellionis quorumdámque aliorum controuerſiæ ſopiri poſſunt.

PLANE SI VELIM. Adiectio ergo pœnæ † facit, vt ſtipulatio alteri facta obſer- 41
uetur, quod intelligendũ metu pœnę, non autẽ iure obligationis: in obligatione eñ ſolùm
pœna eſt, quę ꝓmiſſoris factum reſpicit, factum verò alienũ † in conditione tantùm eſt: vn 42
de ſicut potes mihi ſub qualibet alia cõditione centũ ꝓmittere, ita & ſub hac, *Si Titio non de
deris*. cõmittetúrq; ſtipulatio ex cõditionis euentu[14], non autẽ ex litis conteſtatione ſuper
facto alieno, quod Acc. tradidit, quem conſtat † cõmuniter damnari[15]. Sed quid ſi pœna nõ 43
per ſtipulationem, ſed pacto nudo adiecta ſit? & receptum eſt, nõ cõmitti, niſi quatenus in-
terſit[16]: quæ ſententia in cõtractu bonęfidei certior eſt: in quo cõſtat pacta incõtinenti ad-
iecta actionem parere[17]. at in caſu legis noſtrę, etiã ſi interſit, nõ videtur agi poſſe, non qui
dem ex pacto quod cõtractui ſtricti iuris non ineſt, vt verior ſe habet opinio, nec ex ſtipu-
latione, quę eſt nulla: cùm in ea factum duntaxat alienũ deductum proponatur. quid autẽ
in vſura ſit, alibi attigi[18]. Sed quid ſi nihil prorſus interſit, an indiſtinctè cõmittetur pœna?
& hîc videtur probari cõmitti. verùm hãc quęſtionẽ alio loco doctores explicant[19], ſicut
& illã quando à principio interfuit, ſed deinde deſiit intereſſe[20]. † Sed nunquid pœnæ in-
tra certam quantitatem limitandæ ſint? & videtur poſſe etiã ad infinitum ſummã accẽde-
re: cùm hîc ꝓbetur nõ attendi in eis quantum interſit: cùm enim lex nulla reperiatur, quæ
huiuſmodi cõuentionales pœnas coarctet, nec nos eas reſtringere debemus[21]. ídq; ſentit
Bar. videtúrq; receptius. Quod † tñ intelligitur, niſi pœna incerta ſit, non enim extẽde- I.
tur niſi ad mediocrem ſummam, quia eatenus veriſimile eſt cogitaſſe cõtrahentes[22]. quod 44
hîc Bar. cenſuit. Sed & ſi obligationi dandi adiecta ſit, & legitimum modum vſurarum II.
excedat, lex fraudem præſumit[23], & ideo tali caſu non exigeretur. Addunt aliqui Põti- III.
ficij, generaliter iure canonico pœnas ſuprà, q̃ interſit, exigi non poſſe[24]: quod ego proba
re non ſoleo. lex enim canonica de pœna loquitur, quam arbiter pendi iuſſerat, ſi datum
non eſſet: quæ pœna * in fraudem vſurarum præſumitur[25], & meritò exigi ceu inhone- 45
ſtum lucrum non poteſt. Sanè hoc conſtat pœnis legalibus excedi quadruplum non poſ IIII.
ſe[26], ſicut nec pœna arrharum, ne, ſcilicet, matrimonia metu nimiæ pœnæ impediãtur[27].
Addit Accurſius nec conuentionales quidem pœnas duplum poſſe excedere, ſi nomini- V.
bus multiplicatiuis ſint adiectæ[28]. quæ ſententia communiter reprobata eſt.

SVMMAE.

3 ☞ *Stipulatio explicabilis pro promiſſore accipienda. 5. 7. 8. 10. 11. 15.*
6 *Stipulatio dotis ob mortem etiam de ciuili accipitur.*
9 *Stipulatio pro filiis vtriuſque ſexus & in infinitum accipitur.*
14 *Stipulatio vineæ & fructuũ ad omnes fructus ꝑtinet.*
16 *Stipulatio nulla non interpretanda.*
18 *Mandantis, confeſſiq́; ſpectanda mens.*

§. IN STIPVLATIONIBVS. In dubio igitur fit* interpretatio contra ſtipula I
torem. cùm enim ipſe de obligatione inducẽda agat, niſi probet quatenus promiſſor ſit ſi-
bi obligatus, pro promiſſore præſumemus, ídq; fauore liberationis[29]: & quia ſtipulatori o-
nus probandi incũbit (in dubio autem fit interpretatio aduerſus eũ, qui probare debet[30]:)
& quia ſtipulator ipſe primus verba ſtipulationis concipit, & intertogat: vnde ſibi imputa
re de

1 l. quod dictum. vbi Bald. ſ. de pact.
2 gl. l. ſi tibi. §. ſi pactus. eodem titu.
3 l. ſi vnus. §. j. eod. tit.
4 l. aduerſus. de arbitr.
5 l. pen. ſ. ſi quis caut.
6 arg. §. quæſitum. ſ. ea.
7 l. Stichum. §. aliquando. de ſolutio.
8 l. ſi remunerandi. §. ſi tibi. mand.
9 l. exiſtimo. in princ. j. eo.
10 d. §. quæſitum. l. ei fundo. ſ. de ſeruit.
11 l. ſi rem meam. ſ. eod.
12 l. ſi tibi. §. ſi pactus. de pactis.
13 ſ. ea. l. §. ſuæ perſonæ.
14 l. nuda. C. de contrah. & committ. ſtip.
15 l. doctores. l. ita ſtipulatus. infrà eod.
16 l. ſeruus ea lege. de ſer. export. ſ.
17 l. in bonæ fidei. C. de pactis. vbi dixi. l. ſi initio. C. de pac. inter emp. Bar. hic.
18 l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi certum peta.
19 l. ij. §. fin. ſ. eod.
20 l. ſi ſub. j. j. eod. dixi. l. ex conuentione. C. de pact.
21 l. ſi dictum. in princi. de euic. l. v. in fi. j. eod.
22 arg. l. vnicæ verſi. cũ ſcimus. C. de ſent. quæ pro eo.
23 l. Iulianus. §. idem Pap. de act. emp. l. ſi non ſortem. §. j. de cond. inde. l. vſuræ. C. de vſuris.
24 c. ſuam. de pœnis.
25 l. iij. §. fin. de ann. leg. dixi. d. l. iiij. §. Cato. & §. fina.
26 §. omnes. inſt. de act.
27 l. fin. C. de ſponſa.
28 argu. l. vnicæ. in fi. C. de ſent. quæ pro eo. vbi dixi.
29 l. Arrianus. ſ. tit. j.
30 c. in præſentia. de prob.



re debet, ſi ea clarè expreſsímq; non concepit[1]. Quoties ergo hac de re quæſtio erit, pote-
2 rit iudex ſtipulationem declarare ex mente* promiſſoris potiùs[2], déq; ambiguitate hac &
incidẽter in ipſa cauſa cognoſcet, & etiã in executione: poterit & principaliter implorato
I. ab actore officio ſuo diſcernere. quod hîc docet Bar. Sed quomodo intelligemus rem du
3 biã eſſe, vt interpretatio contra ſtipulatorẽ fiat? & cõſtat nõ videri dubiũ, quod † ex verbo-
rum ꝓprietate percipi põt: tali enim caſu ab ea non recedemus: nec audiretur promiſſor, ſi
dubitatronẽ in eo qđ clarũ eſt, induceret[3]. Qua ratione ſtipulatio annua cenſetur eſſe ꝑpe
tua, & ad hæredes trãſit[4]. Verba enim hoc indicãt: nec exceptio promiſſoris diuerſa affir-
4 mantis ꝓbabilis eſſet. Sic fideiuſſor, q̃ pro alio factũ adpromiſit, nõ in leuiorem* obligatio
nẽ, id eſt, in id, quod intereſt, ſe obligare cẽſetur: ſed in ipſum factũ[5]: quia verba clara ſunt:
II. quod Alex. aduerſus Imol. cẽſuit. poſſentq; huius rei varia exẽpla adduci. Sanè † nec du-
5 bia verba videnť, quãdo ex lata vocabuli ſignificatione aliquid cõpręhendũt. Vnde ſi quis
6 dotẽ † ſuo lucro cedere, moriente vxore, ſtipulatur, intelligitur ſtipulatus etiã ſi nõ moriať,
ſed ſanctimonialis efficiatur[6]. Fitq; interpretatio contra ꝓmiſſorẽ: quia appellatione mor
tis: etiã mors ciuilis, id eſt, monaſterij ingreſſus contineri poteſt. quod & ſimilibus aliis caſi
III. bus dici poteſt[7]. Quod † & dicendũ, cùm generalitas verborũ pro ſtipulatore eſt. ſibi eñ
7 imputet promiſſor q̃ generalibus verbis permiſit ſe obligari[8], qua de re alibi. Sed & † q̃
IIII. verbis vſus eſt, quę certã interpretationẽ legis auctoritate habẽt, nõ videtur mihi obſcurè
8 locutus eſſe[9]. Quapropter ſi quis † pro ſe, filiiſq; ſuis emphyteuſim ſtipulatus ſit, putarem
9 & fœminas admitti, & nepotibus quoque ſtipulatũ videri: quoniã legis interpretatione ap
pellatio filiorũ fœminas quoq; cõtinet, & ad nepotes etiã pertinet: idq; verius eſſe aduerſus
V. quoſdã veteres, Iaſonémq; aliàs exiſtimaui[10]. Sed † quid ſi verba ex ſe dubia ꝑ conſuetu
10 dinem declarentur? & idẽ eſt, quod ſi ꝑ legẽ. Vnde qui ſtipulatus eſt decẽ ſibi ante menſem
Ianuarij dari, per regulã legis noſtrę ante menſem, ſcilicet, finitũ intelligi deberet[11]. Sed ta
VI. men ꝓpter cõmunẽ vſum ante mẽſem cœptũ intelligitur: quod ſuprà tradidimus[12]. Plu-
11 rimùm quoq; hac † in re veriſimilibus coniecturis tribuemus: cùm eñ hæc regula ad locos
cõmunes ꝑtineat, totáq; in ſtatu coniecturali conſiſtat, ad veriſimilia potiſsimùm attende
mus[13]. conſtat eñ vnã coniecturã per aliã tolli: & minùs efficacia fortiorib[9] cedere[14]. Vn-
12 de qui calendis dari* ſtipulatur, proximis quod ſibi vtilius eſt dari ſtipulatus intelligitur.
nec enim veriſimile eſt de vlterioribus actũ eſſe[15]. q̃ verò tribus terminis aliquid promittit,
13 annua bima* trima die ꝓmiſiſſe cenſebitur[16]: fiétq; interpretatio nõ de tribus mẽſibus, ſed
tribus annis: idq; ex legis noſtrę regula, cui hoc caſu veriſimilitudo eius, quod actũ ſit non
14 repugnat[17]. Itẽ ſi quis ſtipulatus à ruſtico ſit vineã plantari †, quartámq; fructuũ partem ſi-
bi dari, etiã aliarum arborum, q̃ vitium quartã habebit[18]. nõ enim veriſimile eſt id actum
VII. vt de vitibus tantùm penſionẽ ſolueret, reliqua verò gratis haberet[19]. Cęterùm & † quo-
15 ties actus eſſet nullus, niſi ꝓ ſtipulatore eũ interpretaremur, traditũ eſt regulæ legis noſtræ
locũ non eſſe, ſed potiùs aduerſus promiſſorẽ pręſumendum eſſe[20]. Potior enim videtur il
la præſumptio, quæ pro valore actus facit[21], tradidítq; id Acc. probántq; omnes: qua tamẽ
in re ampliùs deliberandũ eſt. cùm eñ omnis hic ſtatus coniecturalis ſit, poſſent aliqui co-
lores promiſſorẽ ita adiuuare, vt potius ſtipulatio eſſet nulla. quid enim ſi ꝓprietas ſermo-
nis omnino contra ſtipulatorem ſit? veluti cum quis ſtipulatur rem ſuam dari? potiùs ſtipu
16 latio eſt nulla, q̃ † vt capiatur interpretatio adiectæ cõditionis, cũ ſua eſſe deſierit, vel æſti-
mationis eius loco præſtãdæ: quod ſuprà declaraui[22]. Sic & cùm quis rem alienã ſtipulatur
habere licere, potiùs actus eſt nullus, q̃ vt videatur promiſſor ſpopondiſſe ſe facturum, &
curaturũ[23]. Sic qui ſtipulatur Stichũ ſeruum (cum de certa ſpecie ſentiret) ſibi dari, & pro-
miſſor plures ſeruos hoc nomine haberet, nihil propter incertitudinẽ agit[24]: nec lex ꝑmit
tit hoc caſu vt iudex ſecundũ ſtipulatorẽ interpretetur, ſed potius diſſenſum præſumit[25].
Quod & in ſimili ſpecie Raph. Alex. Iaſ. hîc tradiderũt, cùm de certa ſpecie non agiť, quo
caſu electio eſt debitoris[26] eo enim defuncto ſtipulatio ſi ex cauſa oneroſa cõcepta ſit, peri
metur: quia declaratio ad hæredẽ non tranſit, nec tñ pro ſtipulatore fiet interpretatio, vt
VIII. qui minoris æſtimationis ſit pręſtetur[27]. Illud quoq; nõ omittendũ, cenſuiſſe aliquos le-
17 gi noſtrę locũ nõ eſſe: cùm ambiguitas nõ ex ſtipulatoris, ſed ex ꝓmiſſoris* verbis oriť[28]:
IX. tunc enim ipſi ꝓmiſſori imputandũ eſt, q̃ ipſe clariùs non ſit locutus[29]. Sed an idẽ in mã
dato erit? & videreť idẽ eſſe, vt cõſtituenti procuratorem imputemus, cur apertiùs locutus
18 non ſit. Sed tamen aliter pleriq; cenſuerũt[30]. Secundũ enim † mandantis intentionẽ decla-
randũ eſt mandatũ. quod ego verum arbitror, cum inter mandantem & mandatariũ nulla
X. eſt lis, ſed cùm altero, qui à procuratore cõuentus de ſenſu mandanti diſputat. Quid er-
19 go in confeſsione dicendum? & receptum eſt ſecundum † confitentis mentem accipi debe-
re declarationémque ad eum pertinere[31]. quod alibi Socin. diſputat. Dubiũ tamen non eſt
XI. declarationem illam non niſi ſemel fieri poſſe, mutationémque non permitti[32]. Sanè
quid in iudiciis dicendum ſit, quid item in prætoriis ſtipulationibus. j. loco ſuo adtingam[33].

1 l. quicquid. j. eod.
2 Bart. l. in conuentionalibus. j. eod.
3 l. ſi mihi. & Titio. §. j. j. e.
4 l. ſi Stichum. §. j. ſ. eo.
5 l. ſi reus. iudic. ſol.
6 l. Deo nobis. §. j. de epiſc. & cleric.
7 l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthu.
8 l. pluribus. de accep. l. ſub prætextu. C. de tranſa. Alex. conſ. xj. in ij.
9 l. in cõuentionalibus. ff. de verb. ſigni.
10 dixi. l. liberorum. in fin. de verb. ſig.
11 Bar. Alex. Iaſ. l. qui ante. ſ. eodem.
12 l. qui ante. ſ. eo. vbi Bar. Alexand. Iaſ.
13 glo. l. veteribus. de pact. Bal. l. fin. xx. opp. C. de hær. inſtituen.
14 l. cum de indebito. in fi. de prob. l. diuus. de in integrum reſtitutio.
15 l. eum qui calendis. j. eo. vbi Alexand.
16 l. iij. §. j. de ann. lega. vbi Bar. Alex. l. qui bona. §. fina. de dam. infec.
17 arg. l. in lege. ſ. loca.
18 Io. Andr. in Spec. de loc. §. j. verſ. quid ſi colonus.
19 arg. l. ſi merces. ſ. loca. l. tale. in fi. ſ. de pact.
20 l. vbi. de reb. dub.
21 l. quoties. l. eum, qui calendis. j. eo. in princi.
22 l. ſi rem meam. l. multũ intereſt. ſ. eod.
23 ſ. in princ. l.
24 l. inter ſtipulantem. §. j. infra eod.
25 l. ita ſtipulatus. in prin. j. eod. Alexan. l. qui ex pluribus. j. eo. glo. j.
26 l. ſi quis à filio. §. ſi plures. de leg. j.
27 Bart. d. l. inter ſtipulantem. § j. Soci. l. cum quærit. de reb. dub.
28 l. ſi in emptione. ſ. prin. de contr. empt. d. l. eum qui calendis.
29 glo. d. l. vbi. Di. c. in obſcuris. de reg. iur. in vj. doc. d. l. veteribus.
30 glo. c. petitio. in fine. de proc. Moder. hic.
31 l. ſi quis intentione. de iud. l. certum. §. j. de confeſ. Soc. d. l. cum quæritur.
32 l. fi. vbi Bal. C. de codic.
33 d. l. inter. §. j. d. l. in conuentionalibus.

## SVMMAE.

1 Promittentis ſpectandæ mens: & decem deberi. 5 Bis expreſſum ſemel, niſi ex cauſis, deberi. 6. 7.
4 Stipulatori ſemel ſolui.

§.EVM QVI ITA. Suprà vidimus, quoties proprietas verborum pro ſtipulatore
eſt, fieri pro eo interpretationem aduerſus promiſſorẽ¹: quid ergo, ſi quis ita ſtipulatur, *Mi-
hi decem, & Titio decem dare ſpondes?* & videretur de diuerſa ſumma intelligendũ: quia * copu- 1
la, *Et*. ſolet inter diuerſa poni²: & quia ſi de diuerſis actũ non eſſet, oportuiſſet adiicere, *Ea-
dem decem*³. Sed tñ Iuriſconſultus contrariũ decidit, adhucq; ſtandum regulę arbitratur, vt
ꝓ † promiſſore fiat interpretatio: cùm enim ſtipulatio hęc Titio facta inutilis ſit: quia ſtipu 2
lari alteri nemo poteſt, credendũ eſt ſummã hanc inutilẽ de eadem re conceptam eſſe. nec
eius adiectione id actum, vt quantitas duplicetur. Sed quid inde iuris erit? & Accur. mihi ſo-
la quinq; acquiri cenſuit, alia quinque, quæ Titio ſtipulatus ſum pro nõ appoſitis eſſe⁴. Sed
hanc ſententiã veteres ferè omnes improbarũt, & recentiorũ pleriq;. procederet enim hæc
ſententia, ſi ſummæ cõmemoratio ſemel tantùm facta eſſet, putà mihi, & Titio decem, co-
pula enim diuideret ſummam æqualiter⁵, & ſola quinq; ſtipulator haberet: quia in contra-
ctibus iuri accreſcendi * locus nõ eſt⁶. Sed cùm bis decem cõmemorata ſint, integra decem 3
ſtipulator per ius non decreſcendi habet, cui cõſtat in contractibus locum eſſe⁷, & vtile nõ
vitiabitur per inutilẽ Titij ſtipulationem: hæcq; communis eſt interpretatio. Sed an Titio
ſolui ſaltem poterit tanquã adiecto? & Acc. negat: quia adiicitur quis obligationi per diſiũ-
ctiuam, non autẽ per coniunctã⁸. Irnerius & veteres contrà: eum ſolidum † vtriq; ſtipulatus 4
ſit: aliàs nullius effectus eſſet Iuriſconſulti dubitatio, eadẽ an alia decem videatur ille ſtipu
latus: cùm in omnẽ caſum ſtipulator decẽ habeat, Titius nihil. Ampliùs ergo hac in re deli
berandũ eſt. Sed nunquid indiſtinctè procedit ſupràſcripta cõcluſio? & non videretẽ. Fin I.
ge † Titiũ talẽ eſſe, cui ſtipulator potuerit ſtipulari, vt quia pater vel dñs, videretur mihi à 5
ꝓprietate verborũ nõ eſſe recedendũ, & de diuerſis ſummis potiùs actũ cẽſeri⁹. Nã & ſuprà
vidimus quoties altera ſtipulatio, ſeu obligatio ſuperflua eſſet, diuerſitatẽ ſummarũ potiùs
ꝓſumi¹⁰. Sed & in † vltimis volũtatibus, quoties bis quãtitas expreſſa eſſet, receptũ eſt nõ II.
de eadẽ ſumma videri actũ¹¹, vt ſi dictũ ſit Titio x. Seio x. lego, non intelligitẽ eadem x. licet 6
aliter Bar. exiſtimauerit, quem conſtat hac in re frequentiore calculo dãnari¹², & quidem
rectè, vt mihi videtẽ: cùm hoc caſu vtrunq; legatũ † valeat. Illud quoq; doctores fatentur III.
quoties nõ ſolùm quãtitas bis expreſſa, ſed & verbũ ꝓmittendi repetitũ eſſet, etiã in cõtra- 7
ctib⁹ diuerſas ſummas deberi, idq; niſi dictio, *Eadem*. addita ꝓponatur¹³. qđ aduerſus Imol.
Alex. hîc ſubtiliter docet. cõmuniterq; approbatũ eſt: qđ indubitatũ eſt, quoties, nõ ab vno
tãtùm, ſed à pluribus ꝑſonis facta eſſet ꝓmiſsio. tunc eñ nullus eſt argumento Imol. locus,
q non pręſumi quenquã duplici onere grauari ſe noluiſſe ait¹⁴. Sed qđ ſi † dictũ ſit, *Mihi* IIII.
*dena, & Titio dena ſpondes?* & clarũ eſt dena idem ſignificare qđ x. ſingulis¹⁵, ſicut quina quinq; 8
ſingulis: qđ ſi vulgatiſsimũ grãmaticis nõ eſſet, potuit in iure noſtro optimè addiſci, ne irri-
dẽdi nos cauſam Laurẽtio Vallæ ꝓberemus. Sunt eñ hęc nomina, vt greci dicũt διανεμητικὰ
id eſt diuiſiua, quę, ſcilicet, ſingulis multorũ eundem numerũ diſtribuũt. vnde vicena ſigni-
ficat viginti cuilibet¹⁶, terna tria quęq; denę librę decem vnicuique. idémque in ſimilibus.
Si igitur duobus putà iudici & cohorti irrogatam mulctam * denarũ librarum dixero, vi- 9
ginti libras intelligam, quarum quilibet decem ſoluat¹⁷. hócque duntaxat caſu defendi eo
rum imperitia poſſet, qui denas, id eſt, viginti interpretantur¹⁸. Poëtæ tamen aliique aucto
res, ſed rariùs, diuiſiua huiuſmodi ꝓ cardinalib⁹ ponũt. vt duodena aſtra, gurgite ſepteno,
bis denis nauibus. Virgilius pro xij. vij. xx. Sed hæc à grammaticis accipienda ſunt.

1 l. ſi mihi, & Titio. §. j. ſ. e.
2 glo. rub. de iur. & fac. ig.
3 inſt. de duob. reis. in principio.
4 d. l. ſi mihi. in prin.
5 l. reos. §. cum tabulis. infra titu. j.
6 dixi. l. triplici. de verborum ſignific.
7 l. vnica. §. his ita. verſ. ſin autẽ ex iis. qui diſiunctim. C. de caduc. toll.
8 l. qui hominem. ſ. de ſol.
9 arg. d. l. ſi mihi. §. j.
10 l. ſi diuortio. ſ. eod. l. planè. §. j. de leg. j. vbi doc.
11 arg. l. Mæuius. in princ. de leg. ii.
12 Pet. Ray. Imo. Raph. d. l. ſi quis teſtamento. de leg. j. Alex. Iaſ. hic.
13 Inſt. de duob. re. in prin.
14 l. Titia. §. qui inuita. de legat. ii.
15 d. l. ſi quis teſtamento. l. vbi de ſol. l. cum duo. de in diem adiec.
16 l. j. §. ſi quis cautio. l. qui cõcubinam. §. qui quatuor. ſ. de legat. iij.
17 §. ſi verò. in aut. de litig. §. ne autem. de iud. & in nouella. eo. tit.
18 §. j. in procœ. ff. l. fin. in fi. C. de præpo. ag. in lib. xij.

## SVMMAE.

1 Stipulari alteri ſi mea intereſt, poſſum. 8 Sententia in dominũ, omiſſo geſtore, ferenda. 9. 10. 11.
4 §. ſi ſtipuler. reſtrictio. 15 Procuratorem non, niſi certis caſibus, domino ſtipulari. 16. 19.
6 Stipulari ei, cui in me ius eſt, poſſum.

§.SI STIPVLER. Suprà vidimus neminem ſtipulari alteri poſſe quia ſua non inter
eſt. vnde † conſequens eſt, vt ſi interſit ſtipulatoris, valeat ſtipulatio¹⁹. quod hîc Iuriſconſul I.
tus pluribus exemplis docet. Oſtenditque non in ſtipulationibus tantùm procedere, I.
ſed etiam in contractibus bonæ fidei, qualis eſt contractus locationis. Poſſum enim locare
faciendam inſulam Titio, cui ego iam eram obligatus²⁰. Nec refert, an debitor ſtipule- II.
tur quid dari creditori, an cõtrà creditor debitori: quoniam eius intereſt, vt putà quia poſ-
ſit à debitore faciliùs conſequi²¹. Vnde hîc dicitur poſſe dominum * procuratori ſuo ſtipu- 2
lari²². Nec rurſus refert, quemadmodum verba executiua concepta ſint, an imperſona III.
liter, vt, *Promittis mihi rem pupilli ſaluam fore*. an perſonaliter ipſi tertio, vt, *Inſulam Titio ædifica-
ri: procuratori, vel creditori meo dari*. Semper enim valet ſtipulatio, vt hîc dicitur. dum tamen
promiſsio

19 l. liber homo. ij. in fi. ſ. e.
20 l. ſi tibi alienam. l. ſi cui loc.
21 Bar. l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. ſ. eod.
22 l. idem que. §. ſi cui mã.



promiſsio perſonã ſtipulatoris reſpiciat: vel expreſsè, vt, *Promittis mihi quod dabis tali*. vel ta-
citè, vt quia imperſonaliter dixi, *Promittis*. intelligitur enim mihi, vt ſtipulatio valeat¹. qđ
3 aduerſus Bar. ſententiã receptius eſt. Stipulatio enim * imperſonaliter facta de ipſo ſtipu-
lante intelligitur², qui videtur voluiſſe ſibi cõſulere, capiendáq; eſt interpretatio, vt actus
valeat³. Quæ ſentẽtia maximè procedit, quãdo & promiſsiua, & executiua verba imper-
ſonaliter prolata eſſent: tũc enim etiã Bar. fatetur ſine dubio ſtipulationẽ valere: intelligi-
tur enim ꝑſona ſtipulãtis⁴. Defendi tñ poteſt Bar. ſentẽtia qñ nõ ſolùm verba promiſsiua
imperſonalia ſunt. executiuáq; alterũ reſpiciũt, ſed etiã ſi ipſius ſtipulatoris non intereſſet
pecuniariter idémq; ſi nõ verbo promittẽdi, ſed cõſtituẽdi quis vſus eſſet, vt infrà dicã⁵. Sed
4 & illo caſu nõ valeret ſtipulatio, & legis † noſtræ regula limitabitur: cùm verba & promiſ-
ſiua, & executiua perſonã alterius reſpiciunt, vt cùm dictum eſt, *Promittis Titio, quòd inſulam
ei ædificabis?* tũ enim, cùm in perſonã ſtipulatoris initiũ ſtipulatio non ſumat⁶, nulla obliga-
tio naſcitur, nec naturalis quidem: ideóq; tali caſu nihil referret, ꝙ ſtipulatoris intereſſet,
quod Accurſius & veteres hîc tradiderunt. ſequuntur cæteri, intelligũtq; non ſolùm, ſi de
actione alteri quærenda tractaretur, ſed etiã ſi de exceptione tantùm: cùm enim nec natu-
5 ralis quidẽ obligatio oriatur, conſequẽs eſt, vt nec * exceptio detur⁷. permiſſum tamen eſt
6 ſeruo, vel filiofamilias ſic † ſtipulari domino aut patri⁸ propter vim poteſtatis quã in eos pa
ter, & dominus habẽt: & quia vox illorũ iuris interpretatione cenſetur eorũ vox, in quorũ
ſunt poteſtate⁹, quod tamẽ in ſeruo publico, ſeu notario receptũ nõ eſt: debẽt enim verba
contractus in ſuã perſonã concipere¹⁰. Sed quid in tutore, & curatore itémq; actore dicen
dum? & magna eſt altercatio. Sed receptius videtur, nõ valere ſtipulationẽ: niſi verba pro-
7 miſsiua in ꝑſonã eorũ cõcepta ſint¹¹. Qui tamẽ cõſtituit * erga tutorẽ ſe ſoluturũ pupillo,
obligatur¹². Verbũ enim conſtituendi, nec promiſsiuũ, nec executiuũ eſt: ſed mediũ ſeu po
tiùs diuerſum: ſiquidẽ conſtituere nihil aliud eſt, quàm deliberare. Vnde tali caſu nõ poteſt
dici verba promiſsiua abſolutè pupillũ reſpicere. Et quãuis in caſu dubio fieret interpreta
tio contra eũ, cui cõſtituitur: cùm non appareat quicquã ſibi in perſonam ſuã promiſſum:
tamen vtilitatis cauſa in ſuprà ſcriptis perſonis aliud receptũ eſt. Et hinc infertur ad eam
8 quæſtionẽ, † an ſententia, omiſſo tutore, vel actore, qui litem conteſtatus eſt, poſſit aduer-
ſus principalem ferri. & Bar. cenſuit poſſe: cùm enim in iudicio quaſi contrahatur¹³ debet
ſententia in procuratorem dici, qui ipſe præſens eſt¹⁴. Sed in tutore, vel actore, qui poteſt
verba promiſsiua directò in pupilli, vel vniuerſitatis perſonam concipere, ſecus eſt¹⁵: pote
ritq; in pupillum, vel vniuerſitatem directò iudicari¹⁶. ſed hæc ſententia cõmuniter repro-
bata eſt: quia (vt diximus) falſum eſt poſſe tutorẽ directè in perſonam pupilli obligatoria
verba concipere¹⁷, & quia videtur Bar. de re diuerſa argumẽtari. ratio enim cur in procu-
ratorem ferẽda ſit ſententia, eſt quia ipſe per litis conteſtationẽ eſt effectus inſtantiæ iudi-
ciariæ dominus, quæ ratio & in tutore & in actore locũ habet¹⁸. inſtãtia ergo cum eo termi
I. nãda fuit, qui ius directũ habet, nõ cum principali qui ius vtile tãtum acquirit¹⁹. Poteſt
9 tamen eo caſu Bar. ſentẽtia defendi: cùm † verba dũtaxat executiua ad principalẽ dirigũ-
tur, vt quia condẽnatus eſt procurator reus, ſed iuſſum eſt, vt ſolutio principali fiat. verba
enim executiua neceſſariò ad dominũ referuntur²⁰: niſi procurator ſpeciale mandatũ re-
II. cipiendæ ſolutionis cauſa haberet²¹. Sed & † ex æquitate iuris Pontificij defendi poſſet,
10 ex qua valet, ſentẽtia, quãuis non in ſyndicũ, ſed in ipſum monaſteriũ dicta ſit²². Addit
III. alibi Bar. quem Raph. Pontanúſq; probant, vt generaliter valeat † ſententia in dominum,
11 omiſſo procuratore, lata. quoties à iudice lata eſt, qui, neglecto iuris ciuilis rigore, iudicare
12 poſſet²³: quàm ſententiã & ego probo. cùm enim * ſententia nouam obligationẽ non indu
cat, ſed ius ipſum declaret²⁴, faciliùs tali in iudicio declaratio hæc admittitur, ꝙ ſi de obli
I. gatione induceda ageretur. Nõ eſt ergo cõſequens, vt ſicuti in conſtituto ad rigorẽ iuris
ciuilis nõ attẽdimus²⁵, & tamẽ verba in perſonã domini cõcipi nõ poſſunt²⁶, ita etiã in ſen
II. tentia dicamus. alia enim eſt, (vt & ſuprà diximus) in cõſtituto ratio. Sed quid rurſus de
nũtio dicemus? nũquid verba obligatoria executiuáq; ad dominũ referet? & cõſtat referre
13 debere²⁷, vt Bar. hîc ait. eſt enim * tanquã pica, & organũ domini: quod cõiter doc. tradide
rũt²⁸: verũmq; eſt in his cõtractib⁹, qui cõſenſu cõtrahũtur²⁹, ſed in ſtipulatione ſecus eſt,
quæ cũ verbis dũtaxat cõtrahatur, nec ꝑ epiſtolã, nec per nũtiũ induci poteſt. qđ alibi de-
III. clarauimus³⁰. Sed quid in procuratore dicemus & Bar. cẽſuit debere procuratorẽ verba
14 obligatoria † ad perſonã ſuã referre, executiua verò ad dominũ poſſe, vt, *Promittis mihi te Ti*
I. *tio mãdatori meo centũ daturũ?*³¹ quæ concluſio quibuſdã caſibus certiſsima eſt. Et in primis,
15 quoties † procurator, pręſente domino, cõtrahit: tũc enim ei vtilẽ actionẽ acquirit: nec alia
ceſsione eſt opus³². Quòd ſi & obligatoria & executiua verba ad dominũ deflexerit³³, tũc
(vt Cirillus & Alber. aiunt), etiã directas domino acquiri. videtur enim tanquã nũtius in-
II. teruenìſſe, qui, excepta ſtipulatione, cęteris in cõtractibus directas actiones domino acqui
16 rit. Sed & † cùm procurator, abſente domino, ſtipulatur, ſi ſpecialiter eius ſtipulationis
h v cauſa

1 Hic, verſ. ſi quis inſulam. l. ſi ſeruus. iii. §. j. l. antepen. ſ. tit. ij.
2 l. ſi vnus. §. j. verſic. quid ſi. de pact.
3 l. ſi ita ſtipulatus. §. chryſogonus. ſ. eodẽ. vbi Raph. Pau. Alexand. Iaſ.
4 d. §. Chryſogonus. & ſ. ea. l. §. ſicut. verſic. & nihil. & §. ſi quis ita. ij. reſpon.
5 d. l. eum, qui. in fine.
6 d. l. quæcunque. ſ. tit. j.
7 l. & hæredi. verſic. toties. de pact.
8 l. j. ſ. tit. ij.
9 §. ei, qui. inſt. de inu. ſtip.
10 Bal. cap. j. de fide inſt.
11 l. quoties. in princip. de admi. tut.
12 l. eum qui. in fine de conſtit. pec.
13 l. iij. §. idem ſcribit. de pecul.
14 l. j. C. de ſent. & inter.
15 d. l. eum qui. C. fin.
16 arg. l. ſi ideo. §. j. de euic.
17 d. l. quoties.
18 l. j. C. quan. ex fact. tut.
19 l. in cauſæ. in fi. de proc.
20 Bar. d. l. j. & l. ſi cui legetur. §. ſi. de leg. j. vbi doct.
21 l. vero procuratori. ſ. de ſolut.
22 gloſ. cap. ſciſcitata. de in integ. reſtit.
23 Bar. extrauag. ad reprimendum. verbo. figura. in ſi. Iaſ. hic.
24 l. litibus. in ſi. C. de agr. & cenſi. lib. xj.
25 l. j. & licet. de conſt. pe.
26 dict. l. eum, qui. §. Iulianus. ij.
27 l. qui autem. §. ſi. de conſtit. pecu.
28 l. multum. C. ſi quis alt. vel ſibi.
29 l. j. in ſi. de contrah. em. l. ſi pater. de manu. teſt.
30 l. j. in princ. ſ. eo.
31 Arg. l. pe. C. ad exhi.
32 l. ſi procuratori. ſ. eod.
33 d. l. qui autem. §. fin.

cauſa cōſtitutus ſit,non eſt dubiū valere ſtipulationem:dum verba cōtractus ad ſuā perſonam retulerit[1].Intereſt enim ſua propter mandatū ſuſceptū. Addit Alex.idē generaliter III.
procedere omnibus in caſibus,quibus procurator vel negotiorū geſtor de omiſsis & neglectis teneretur[2].Euidenter enim* eius intereſt valere ſtipulationē:ne videatur quicquā omiſiſſe:& ideo conueniatur. 5 17
Quæ ſententia ſecundū ea, quæ infrà dicturi ſumus reſtringēda eſt[3]. IIII.
Generalius cenſuit Bar.procuratorē quēlibet poſſe domino ſtipulari:dūmodo verba obligatoria ad perſonā ſuā referat tāquā ſemper ſua interſit domino acquirere:cùm tale mandatū ſuſcepiſſe ſemper cēſeatur[4],idq; & veteres,& Bal.& Alex.tradiderūt[5].Nec me mouet,quod alij plures diſſentiāt,vt Raph.Pau.Alex.Iaſ.quoniā lex ait procuratori ipſi cōſtitui non domino debere[6]: 18
quia hoc verū in conſtituto quod conſtituēdi* verbū promiſſiuum non eſt,ſed dubiū & ad deliberationē conſtituentis refertur,vt ſ.declaraui.ſecus,cū verbo promittendi conceptus eſt contractus:tunc enim valet ſtipulatio, acquiritúrq; procuratori , nō autē domino[7]. Vnde tenebitur procurator domino cedere,exceptis caſibus quibus ſpecialiter abſq; ceſsione trāſeunt vtiles actiones[8]. Sed hac de re nos infrà dicturi ſumus. Enimuerò minimùm † dubitationis ille caſus habet,cum ſic à procuratore vel à V.
quolibet alio concepta eſt ſtipulatio,vt,*Promittis mihi nomine Titij dare centū?* tunc enim nō in 19
procuratore tantum,ſed etiā in negotiorum geſtore valet ſtipulatio[9], dū tamen dominus geſtoris factum habeat ratum.quod & ſuprà admonuimus,& diſertè hîc tradit Bart[10].

1 arg.l.huiuſmodi.in prin. de lega.j.
2 l.quicquid.C.ar.tu.l.ſi pupillus.§.videamus.ſ.de nego.geſt.
3 ſ.d.§. Chryſogonus. ver. per liberam.
4 l.quoties quis.§.j.ſ.eo.
5 Alex. hic Bal.l.certi condictio.§.ſi nummos. ſi cert. pet.Ang.l.quod procurator ex re.de procur.
6 d.l. eū qui.§. Iulianus.ij.
7 l.j. C.per quas perſo. d.l. ſolutum. §.per liberam.
8 Glo. d.§.ſi quis alij.inſti. de inut.ſtip.Bal.l.damni.ſ.ſi. de dam.infecto.
9 d.l. huiuſmodi. d.l.pe.de neg. geſt.
10 l.ſi ego.de neg.geſt.ſ.accedens.de præb.vbi doct.

SVMMAE.

1 *Stipulata alteri ſine ceſſione nō, niſi ex cauſis,quæri.*
3 *Vtilem actionem à geſtoribus quæri. 4. 5.*
8 *Ceſſione omiſſa,pleraq; directò quæri.9.10.*
12 *L.Iulianus.§.ſi procurator.de act.empt.ſenſus.*
14 *§.ſolutam.l.ſolutum.de pig.act.explicari.*
15 *Abſentibus quibuſdam quæri.*

§.SI QVIS INSVLAM. SI QVIS ERGO. Sed† in caſibus q̄bus alteri ſtipulari q̄s poteſt,quæretúrne alteri ipſo iure,an neceſſaria erit ceſsio? & cōſtat regulariter neceſſariā eſſe ceſsionē[11]:à qua regula excipiūtur plures caſus. 1
Quid enim,ſi is,q̄ cedere debet,nō reperit? vt q̄ latitat,vel ſit abſens[12], vel mortuus abſq; hærede[13],ſuadet enim ęq̄tas,vt ſaltē vtilis* actio dn̄o cōpetat[14]. 1
Quid ſi procurator† dn̄o aliqd̄ ius pſonale, qd̄ ſibi quęrere nō poſsit,fuerit ſtipulatus? trāſibit enim eo caſu directa in dn̄m actio[15]. 2
Quid ſi fauor nuptiarū hoc ſuadeat? vt q̄ a q̄s ſtipulatus ſit ſibi,aut nepti dotē reddi[16],qd̄ ſuprà attigimus: vel,filia in matrimonio defuncta,ſuis nepotib⁹[17]. qd̄ nō in auo tm̄,ſed,etiā quolibet extraneo ſtipulāte,aduerſus Bar. receptū eſt: acqretur enim ex ſolo nuptiarū fauore vtilis actio abſenti. 3 II.
Qua æquitate idē quoq; admiſſum eſt† in tutore,& curatore, vt minoribus ætate vtiliter actionē ipſo iure acquirāt[18]: dū tamē in his ſtipulētur,quæ ad officiū ſuū pertinēt[19]. III. 4
Idémq; in notario receptū eſt,vt propter publici muneris,quam ſuſtinet, functionē, vnicuiq; acquirere poſsit ſaltē vtilē actionē[20]:dūmodo tanquā notarius, nō autem ceu priuata perſona rogatus ſit[21]:qd̄ ex facto Ang.rn̄dit,& refert Iaſ. IIII.
Idq; ad alios † officiales produci ſuprà oſtēdimus:cùm in his ſtipulātur,quæ ad naturā iudicij corā ſe deducti pertinēt[22]. alias enim tanquā priuati cenſerentur, nec alteri ſtipulari poſſent[23].Nec refert iudex ſit cōpetēs,an id minus[24]: vel ſubdito,an peregrino ſtipuletur[25].Satis enim eſt eo in actu perſonā publicā eū ſuſtinere,& ad iudicij firmitatē ſtipulationē ptinere. V. 5
Sed & propter æquitatē*, quæ in iudicialibus ſtipulationibus maximè vertitur, non eſt dubiū alteri abſq; ceſsione vtilē actionē acquiri poſſe[26]: qd̄ in aliis prætoriis nō, niſi cauſa cognita, pcedere exiſtimādum eſt[27].adeò vt idē eſſe pleriq; tradiderūt: cū cōtractus chartularij iudicis præceptū,qd̄ vulgò guarētigiū vocāt[28] contineat.qd̄ cū alij tū & Iaſ.hîc cenſuit. VI. 6
Sanè vt exceptio alteri quæratur,alia ceſsione opus nō eſt:cùm ex æquitate oriatur exceptio, quæ ęq̄tas,ſi ſubſit,ad ceſsionis rigorē nō attēdimus,ſed ex pacto nō petēdi,aut doli mali exceptione nos tuemur.quod Bar.ſcripſit[29]. VII.
Nā† & cùm p actū naturalē putā traditionē,vel numerationē q̄s abſenti acqrit[30],dubiū nō eſt citra ceſsionē acqri.Suprà em̄ vidim⁹ hāc regulā,ne alteri p alterū quęratur,à iure ciuili inuētā eſſe:& ideò ad eas acquiſitiones non trahi,quæ p actus naturales fiūt. VIII. 7
Sed q̄d dicemus,cum de actu tractatur q̄ partim ad acquiſitionē naturalē partim ciuilē attinet? Et† traditū eſt eo caſu abſq; ceſsione acqri:cùm procurator dn̄o ex re ſua acquirit[31], vt quia rē ſuā dn̄o dari ſtipulatur:datur enim ei actio vtilis[32]. I. 8
Sed & ſi dn̄s plenariè nō ſit:dū tn̄ naturalis dn̄ij reliquias habeat, poteſt ei procurator ab eo q̄ artificio legis dominus eſt,rē ſuā ſtipulari[33],acquiritq; abſenti vtilē actionē. II.
Quo exēplo,& † ſi in vēditione à procuratore facta pactū in diē adiectionis ſit appoſitū, acqri actionē dn̄o abſq; ceſsione receptū eſt. qd̄ ego nō tā ea ratione induci arbitror quod pactū tale in re domini factū ſit,vt cōmuniter aiūt,quàm quia apud dominū remanſerunt reliquiæ quædā veri dominij, quæ id operātur vt ipſo iure abſq; traditione dominiū retrò III. 9

tranſeat

11 d.l.idem.§.ſi cui.& l.poſſeſsio.in fi.de acqui.poſſ.
12 l.j.in fi.de inſtit. l.ſancimus.C.ad Trebel.
13 l.j.C.de act. & oblig.
14 l.filiæ. in fi.de ſolu.
15 l.qui ita.§.j.vbi gloſſ.ad Treb.verbo,ſiverò euidens.
16 l.Caius.ſol.mat.
17 l.pater.C.de pact.cōuen.
18 l.quoties.de admi.tuto. l.ſi.C.quan.ex fact.tut.
19 d.l.ſolutam.§.per liberam.in fine.
20 l iij.§.item publ.ſal.fo.
21 glo.§.nos autem. in authen. de tabel.
22 authē.libellum. cum ſi. C.de lib.con.
23 l.j.vbi Bar. de iure fiſci.
24 l.emancipari.de adopt.
25 c.paſtoralis.vbi Abb.de offic.ord.
26 l.in cauſæ. in fi.de proc.
27 l.in omnibus.de præto. ſtip.l.damni.in fi.de damno infecto.
28 c.vnico.§.j.de lege Cor. ibi guarentizare. in vſibus feudorum.
29 l.reſcriptum.in fi.l.& hęredi.§.nos autem.ſ.de pact.
30 d.l.ea quæ ciuiliter. d.l. certi condictio.§.quoniam. & §.ſequ.
31 d.l. quod procurator ex re.de procur.
32 l.pen.C.ad exhib.
33 l.ſi cum venderes. de pigno.act.l.voluntate.§.creditor.quib.mod.pign.vel hypoth.ſol.



III. trāſeat[1]. Vnde & idem in legis cōmiſſoriæ pacto adfirmauerim:& hoc enim ad redintegratæ rei vendicationē pertinet:nec lex hac in re diſtinguit.
10 Putarem† ergo his caſibus nō ſolùm perſonalē actionem,ſed etiā vēdicationem ipſo iure acquiri.quod Accur.& veteres cenſuerunt,& Alex.ſibi verius videri ait:licet Bar.cū nō paucis aliis aliter ſenſerit. Quod tamen intelligendū, quando procurator in perſonam ſuam ſaltem verba promiſsiua concipit[2].ſi enim & promiſsiua,& executiua in perſonam domini cōcipiat,nulla(vt ſuprà diximus),eſt ſtipulatio, nihilq; domino acquiritur:licet ſecùs ſit in traditione poſſeſsionis:quā ſi nomine domini appręhenderit,nihil refert quod actum in perſona ſua conceperit:in his enim,quæ per actum naturalem acquiruntur,hæc differentia locum nō habet. Vnde ſi numero tibi pecuniam meā tanquam Titij,túq; verbis promiſsiuis, & executiuis eam Titio
11 reſtituere promittas obligaberis[3].cùm enim ex actu naturali,id eſt,numeratione hęc fiat* acquiſitio,ad eam verborum diſtinctionem non attendimus. ſicq; Diocletiani cōſtitutionem interpretor, quam videntur mihi cæteri intricaſſe magis,q̄ explicaſſe[4].
V. Sed quid, cùm procurator nō rē ipſam domino,ſed eius pretiū ſtipulatur?& Bar.idē cēſuit, vt acquirat domino actionē abſq; ceſsione, tāquā paria ſint rem ipſam ſiue pretiū domino ſtipulari:ſicq; Papiniani reſponſum interpretatur[5]:videntúrq; hanc ſententiā ferè plures ſequuti:
12 variauit tamen idem Bar. † & Papiniani reſpōſum in his caſibus intelligit,quibus ſuprà oſtendi ſpecialiter conſtitutum,vt abſq; ceſsione domino quæratur,puta in ſubſidiū,mortuo,vel abſente, vel latitante procuratore, quod ſimilitudo inſtitoris, quā Papinianus adducit,ſatis iudicat.Conſtat enim inſtitorem non,niſi dictis caſibus,abſq; ceſsione domino acquirere[6].nec verum eſt pretium loco rei ſuccedere,non enim ex ipſa re eſt[7], ſed potiùs ex induſtria,& negotiatione procuratoris[8]. Vnde conſequens eſt,vt idem reſpondeamus in mercede penſionis,vt actionem ad eam procurator domino non acquirat,niſi ceſsionis auxilio[9].quod Io.Andreas in Nouella cenſuit,& ſequitur hîc Alex.Idemq; reſpōdendum videtur: cùm ex pecunia domini rem procurator emit,vt ei nō acquirat abſq; ceſsione[10]. lex enim generaliter loquitur.& aliud eſt res ipſa,aliud pretium,quod & Fulg.& Alex.exiſtimarunt,Papinianiq; reſponſum aliis modis ex Bal.ſententia interpretantur[11]. VI.
13 Sed & eadem ratione† poteſt ſine ceſsione domino pignus procurator quærere, duobus caſibus, cùm acquiſitioni iure gentium ſeu naturaliter facti accedit.imitatur enim principalis cō-
14 tractus naturā hypotheca,quod Iuſtinianus ſanxit[12]: Idémq; cum lex tacitè pactū† fuiſſe cum domino interpretatur[13], vt cùm cœnacularius, qui in rem ſuam domini procurator videtur,cœnacula inquilinis locauit.ex eius enim facto lex tacitè cōueniſſe inquilinos cū domino interpretatur, vt friuola ſua ſint pro locatiuo ipſorū inquilinorū duntaxat pignorata.ſicq; & Papiniani ſuprāſcriptū reſponſum intelligi poteſt,vt in caſu, quo dominus erga emptorem obligatur, vice mutua actum videatur, idq; propter æquitatem lex induxerit,vt & emptor domino obligetur,nec alia ceſsione ſit opus,qd̄ Bal.cenſuit[14]. VII.
Sed quid in caſu contrario conſtituemus,cū dominus ſuper re ſua paciſcitur,vt alteri reſtituatur?& Bart.vtilem actionem abſenti quæri exiſtimauit[15]:dū tamen ſuper re paciſcatur,quæ ſua
15 remaneat:alias enim abſenti non quæreretur[16],exceptis tamen quibuſdā † caſibus fauore exercentis liberalitatem[17],itémq; fauore dotis[18].Sed & ab emptore venditor ſtipulari inquilino poteſt,ne eiiciatur,ſi ſua pecuniariter interſit[19].qua de re alibi diffuſiùs[20].Et hæc quidē vera cōmuniterq; approbata ſunt:licet aliqui controuertātur rationibus leuibus,& quibus diſſoluēdis non expedit bonas horas collocare.Illud non ommittendū, quibus ca-
16 ſibus vtilis actio* ipſo iure domino rei acquiritur,tū demū acquiri:cum ratihabitio fuerit ſequuta[21].nec enim nobis quæritur,niſi volētibus[22].qd̄ ex plurimorū ſn̄ia alibi declaraui.

1 dixi.l.traditionibus.C.de pactis.
2 d.l. quæcunque.
3 l.certi condictio. §.ſi nummos.ſi cer.pet.
4 d.l.j.C. per quas perſ.
5 l. Iulianus. §.ſi procurator.de act.emp.
6 d.l.j.de inſtit.l.j.§.ſed ex contrario.de exerc.
7 l. venditor ex. de hæred. vel act.
8 l.iij.ad leg.Falc.
9 gloſſ.l.ſi nauis. verbo,iure.de rei vendi.Io. And.cap. quanquam.de vſur.
10 d.l.poſſeſsio.in fin.
11 Bald.l.cum per.C.ſi quis alteri.l.pe.C.de exerc.
12 l.ij.C.per quas perſ.
13 d.l.ſolutum.§.ſolutam. in fi.de pig.act.
14 Bal.l.cum per.C.ſi quis alt.vel ſibi.
15 l. Publia.in prin.depoſi.
16 l.pactum.C.de pact.conuen.l.ſi à genero.C.de iure dotium.
17 l.quoties.C.de don.quæ ſub modo.
18 l.Caius.ſolu.ma.l.pater. C.de pact.conuen.
19 l.antepe.§.ſi.de act.emp.
20 d.l.certi cōdictio.§.quoniam.vbi dixi.
21 Bar.l.frater à fratre. de cond.indeb.
22 dict.l.ea quę dixi.d.§.ſi nummos.

SVMMAE.

3 ☞ *§.ſi quis ita.ſenſus duo.verior.4.*
5 *Siſtere ad factum proprium referri.*

1 §. SI QVIS ITA STIPVLATVS. Qui promittit illū ſiſtere, * verè
2 obligatur qd̄ intelligendū in id,quod intereſt.ſiſtere * enim eſt facti:vnde obligatio ad id, quod intereſt,redigitur[23]. Sed quomodo hoc procedere poteſt videtur enim factū alienū,
3 promitti,quod ſuprà vidimus fieri nō poſſe[24],& Bar.cenſuit de promiſsione† iudiciali intelligi,quo caſu propter ęquitatem prætoris fit interpretatio,vt ſe facturum,& curaturum
4 quis promiſerit[25].quæ ſententia vera eſt:ſed legem noſtram coarctat,quæ† ſimpliciter loquitur,cum promiſſum eſt ſiſti.nec diſtinguit,an in iudicio,an extra : nec an is qui ſiſtēdus eſt, ſit liber, an ſeruus. ſi enim ſeruus eſſet, talis ſtipulatio regulariter nullius effectus eſſet:
5 cùm ſeruus in iudicio eſſe non poſsit[26]. Quapropter ego in† Martini ſententiam tranſeundum crediderim,vt qui illum ſiſti promittit,factum proprium promiſiſſe cenſeatur,& verbum illud,*Siſti*,imperſonaliter prolatum nō ab alio,ſed ab ipſo promiſſore intelligatur[27]. quam ſententiam Petrus Cin.Iaſ.& quidam alij ſequuti ſunt.

23 l.ſtipulationes.verſicu. Celſus.ſ.eod.
24 ſ.in princ.l.
25 l.quoties quis.ſ.eo.
26 l.quoties.§.ſi quis cau.
27 l.reus.ſ. iud.ſol. Alber. & Iaſ.d.l.quoties.

SVM

SVMMAE.

1 Stipulari quod mea, publicéue intereſt, poſſum. 8 Parochus à quouis accuſabilis: ſi pauperes alat contrà. 9.
3 Eccleſia variè accepta ſtipulamur. 6. 7.

§.AEDEM SACRAM. Sicut† vnuſquiſq; quod ſua pecuniariter intereſt, ſtipulari poteſt, ita etiã quod vniuſcuiuſq; ob publicũ religionis fauorem intereſt, ſtipulari poteſt. nã qua ratione locare quis redẽptori poteſt ædẽ ſacrã fieri, eadẽ & ſtipulari poteſt, cum ſtipulationes* huiuſmodi omniũ cõuentionũ acceſſoriæ ſint [1]: & qđ per* cõtractum bonæfidei fieri poteſt, etiã per ſtricti iuris cõuentionem celebrari poſsit. ſubeſt enim eadẽ ratio, & argumẽtũ vtrinq; valet, excepto cùm ſpecialis aliqua cauſa adducitur, quæ aliud ſuadeat [2]. Vnde nec quicquã refert, an ſtipulatio dãdi ſit, an verò de venditione agatur. nã ſicut ſtipulari *rem ſacrã dari nemo poteſt, ita nec rem ſacrã vendere quiſquã poteſt. Si tamen quis neſcius ex cauſa onerosa dare promiſerit, tenebitur. Sicut is, qui neſciens rem ſacrã vendiderit, condemnabitur enim in id, quod emptoris intereſt [3]. Hincq; adnotant Doctores poſſe † quemlibet eccleſiæ ſtipulari. videtur enim ipſi Deo ſtipulari, qui vbiq; præſens eſt [4]: quod Ci. Bal. Alex. & Põtificij ferè omnes tradiderunt: ſed Ang. & Imola hîc diſſensêre, quod ante eos etiã Spec. & Ioã. And. exiſtimaſſe videntur [5]. Sed ſciendum eccleſiã non parietes† duntaxat templi, aut ſacerdotes ſolos eſſe, verùm omnem fidelium congregationem [6]. quod igitur† ad eius vtilitatem pertinet, id eſt, ad cultum diuinũ, vel fidelium augmentum, non eſt dubitãdum quemlibet ſtipulari poſſe: vt ſi de eleemoſynis, agapis, & huiuſmodi piis actibus erogandum aliquid quis ſtipuletur, vel ſi ad inhoneſti lucri reſtitutionem pro animæ ſalute id pertineat [7]: nõ dicitur enim tali caſu quis alteri ſtipulari, ſed ſibi potiùs: cùm iuris publici id ſit, quod cõſiſtit in ſacris [8]. Sed pone† rectorem eccleſię aduerſus canonũ præcepta agere, cõmiſsiq; ſibi ſacerdotij reditus in malos vſus vertere, an poterit accuſatori ſaltem ciuiliter agenti præſcribere *Tua non intereſt?* & nõ putarim, tãquã popularis ſit hæc actio [9]. Sunt tamen, qui arbitrentur id non ſufficere, niſi priuatim alia ratione interſit [10]. Quid ergo† ſi quis ei fructus interuertat, & pauperibus ſecundũ canones diſtribuat? & videretur in foro conſcientiæ eſſe tutus: cum enim ſacerdos adminiſtrationem duntaxat habeat, videtur vtiliter geſsiſſe, qui id fecit quod facere ille debuerat [11]. Addebat Sanctonazarius ſi is ſit pauper ſibi poſſe retinere & eleemoſynã à ſe incipere [12]. Sed ego hac in re adeundos potiùs theologos exiſtimarem [13].

1 l.v.§.cõuentionales.ſ.co.
2 Arg.glo.l. item veniunt. §. in priuatorũ. de pet.hær.
3 l.& liberi. de contr.emp. l.liber.j.ſ.eod.
4 l.iiij. ad legem Iul. pec. Bart.l j.§.j.de acqui.poſſ.
5 Inno.& Ioan. And.c.cum pridem. extra de pact. Alexand.hic.
6 xciij.diſt.legimus.j.qõ.j. multi.
7 cap. quanquam. de vſur. in vj.in gl. verbo parochiæ.
8 l.j. §. ius publicum.ſ. de iuſt. & iu.
9 Gl.Ioan. And. Hoſt.But. c.ex parte Ade.de teſtib.
10 c.iij.de accuſ.vbi docto.
11 l.ſi procurator.§.penult. ff.manda.
12 l.præſes. C.de ſer. c.j.de ſac.vnct.
13 c.tua nobis.de deci.

SVMMAE.

1 Stipulantem ſubditis ſibi quærere. ex cauſis diuerſum. 2. 3. 5. 9. 8 L.dominus. enucleata.

LEX XXXIX.

DOMINVS SERVO. Cùm propter† ius, & poteſtatẽ, quã iure noſtro dñs in ſeruum, vel pater in filium habet, quod quęſitum eſt ſeruo, vel filio, ad dñm, aut patrem ſtatim trãſeat, ſi ipſe dñs, aut pater eis dari ſtipuletur cenſetur ſibi dari ſtipulatus. Subiicit tamen Iuriſconſultus, Secundum qđ leges permittunt. quæ verba variis modis intelligi poſſunt. 1
Et in primis vt procedat cõcluſio quãdo pater ſtipulatus eſt aliq́d iuris I.
vel etiã facti quod ad hæredes trãſeat, nã eodem modo, & de filio in ſe trãſibit. †q; ſi factum merè perſonale ſit, id eſt, perſonæ cohęreat, tunc ſecùs eſſet [14]. Finge patrem ſtipulatũ filio ſuo ire agere, vel tenere licere, id enim patri nõ quæretur [15]. Sed filio tãtùm ſi patris intereſt, ei quęri. effectus tamen id eſt vtilitas ex huiuſmodi facultate filio acquiſita perueniens ad patrem pertinebit, quod Petr. & Imo. hîc tradiderunt. Sed † & ſi pater ſtipuletur, ne quis à filio petat, ſibi nõ acquiret, imò nec ipſi filio [16], cùm hæc pactio meri facti perſonalis ſit [17]. Quòd ſi id debitum nõ filij, ſed patris ſit, quia ſuper re hæreditaria filio tanquã hæredi videtur pactus, ſecùs eſſet [18]: cùm ergo filij ipſius debitum eſt, pactio tanquã perſonalis* patri non quęritur: niſi cùm ſua intereſſet, vt quia nomine filij cõueniretur, actúmq; eſſet, patri acquiri [19]. Qua ratione nec filio quia meri facti eſt, quæreretur, etiã ſi patri hæres exiſteret [20]. Iulianus tamen tali ex pactione concedendam doli exceptionem filio credidit [21].

Verùm & ſi pater† ex cauſa aduentitia filio dari ſtipuletur, ſibi vſumfructum duntaxat acquirit, filio verò proprietatem. quod Accurſius hîc docet, & cõmuniter receptum eſt. debet enim hæc ſtipulatio *ſecundum ius intelligi & ad legis diſpoſitionem referri. cõſtat autem lege Iuſtiniani aduentitia filiifamiliãs patri non acquiri [22]: idque & Bar. aduerſus Dinum probat. Nec me mouet Petri ratio negantis id exemplum legi noſtræ cõuenire, cum tempore Pauli, qui huius legis eſt auctor aduentitia quoque patri quærerentur. Reſpondeo hoc haud ſanè certum eſſe. Fuere enim, qui hoc quoque iure bona materna ad filiosfamiliãs pertinuiſſe crederent [23]. quod libro Paradaxorum IIII. capite III. diſputaui. & vt demus

14 l.quod dicitur.ſ.eo.
15 §.ſed cum factum. inſti. de ſtipu.ſeruo. l.præcedẽti. §.hi qui.
16 l. & hæredi. §.nos autẽ. de pactis.
17 l.qui in futurum. §.j.de pactis.
18 l.auus.eod.tit.
19 d.§.nos autem.
20 l.ſi tibi.§.ſi pactus. eod. titulo.
21 d.§.nos autem. verſi.Iulianus.
22 l.cum oportet.C.de bo. quæ lib.
23 l.ſacratiſsimis.ſ.ad Tertyllianum.



demus veram eſſe communem ſententiam, vt id lege noua inductum ſit, tamen Iuſtinianus Iuriſconſultorum * reſponſa ita digeſsit, vt cùm his concordarent, quæ deinde fuerunt immutata [1]. vt ridiculæ ſint Doctorum diſtinctiones, cum ius vetuſtiſsimum & vetus & nouum & nouiſsimum perpendunt: cum in omnibus concordent Iuriſconſulti cum imperatoriis conſtitutionibus, exceptò quod poſt Codicis & Digeſtorũ editionem primã, adiecit IIII. conſulatu ſuo Iuſtinianus, conſtitutiones. 50. demũmq; Nouellas, id eſt, Authe-
IIII. tica, quibus & plurima mutauit. Cæterùm †ego generaliter interpretor acquiri patri ſe-
8 cundum quod leges permittunt, id eſt habita tamẽ legum hac in re diſtinctione. Sunt enim plures caſus, quibus pater filio ſtipulans ſibi non acquirit. quid enim ſi pater filium in poteſtate non habeat, vt quia peregrinus? nec iura ciuitatis habens [2], vel qui aliàs filium emancipauerit. quid ſi dotem filiæ ſtipuletur? acquirit enim illi, nõ ſibi [3], quid ſi aliquid caſtrenſis
9 peculij? receptum enim† eſt & tum ſoli filio acquiri [4]. quid ſi propter benemerita donationis cauſa filio ſtipuletur? cenſetur enim id aduentitium, & mixtim cõtemplatione ſanguinis, & officij videtur filio acquiri [5]. quæ ſententia receptior eſt, vt actus valeat. licet ſcrupulo non careat quod alibi attingam [6].

1 l. j. §. ſed & hoc ſtudioſum. de vet. iur. enuc. verbo quaſi ab initio.
2 Inſtitu. de patr. poteſt. in princip.
3 l. Pomponius philadelphi. ſam. her. l. vxorem. §. teſtamento. ij. de leg. iij.
4 Doct. d. l. quod dicitur.
5 Arg. l. tutor. §. quæ tutoribus. de ex. tut.
6 l. quæcunque. §. ij. ſ. eod.

SVMMAE.

2 Patri ab emancipato, nec aduentitia quæri. 3. 4 Naturalem ſolam inter filium & ſeruum naſci.

LEX XL.

1 SI FILIVS MEVS. Sicut ſi dominus ſeruo dari ſtipuletur, ſibi ac-
I. quirit: ita ſi* filiusfamiliãs ſtipuletur. vox enim filijfamilias vox patris cen-
ſetur [7]. Sed quid ſi filius † in poteſtate non ſit? & tunc conſtat non poſſe eũ
2 ſeruo patris ſtipulari. eſt enim extraneus, quod veteres tradiderunt. Sed
II. quid† ſi aliquid aduentitij peculij ſtipuletur ſeruo dari? & non videretur ac-
3 quiri patri, quod ſuprà tradidi. Sed hoc fortè caſu defendi ſentẽtia Dini poſſet, vt videatur filius fauori ſuo renuntiaſſe, hæcque aduentitia pro profectitiis habere, vt valeat ſtipulatio ſeruo facta. qua tamen in re ampliùs cogitandũ eſt. Sed quid ſi ſeruus ipſe
4 peculium habeat, eíque filius ex† cauſa peculiari promittat? & conſtat ciuilem obligationem non magis oriri, quàm ſi patri promiſiſſet, naturalem verò oriri [8]. qua de re alibi.

7 §.ei, qui. Inſt. de inu. ſtip.
8 l. frater à fratre. de cond. ind.

SVMMAE.

5 Actum coniecturis deprehenſum ſpectari. 8 Promiſsio in dieb. illis. inanis.
7 Dilationes incertæ, arbitrariæ. 9 Diem dictum certis ex cauſis proferri. & 13.

LEX XLI.

1 EVM, QVI CALENDIS. Qui calendis, noniſue,* aut idibus ſtipulatur, de proximis intelligitur: cùm enim nulla ratio ſit, cur magis de ſecundis, tertiis, vlterioribúſue intelligatur, vt ſtipulatio valeat de primis interpretabimur. quod Accurſius cenſuit. an (vt Iaſ. ait) dilationes expedit reſtringi potius, q̃ diutiùs duci [9]? an, (vt ego ſentio), quia dies* promiſſoris
2 fauore adiectus pręſumendus eſt, vt infrà dicitur. vnde, ſi ipſe non probat de longiore actũ
I. eſſe, fiet aduerſus eũ interpretatio, vt q̃ citiùs debeat [10]? Quod tamen Iuriſconſultus hîc
3 intelligendũ docet: niſi † aliud actum ſit: ſemper enim ad id potiſsimũ adtendimus, quod inter contrahentes actũ eſt [11]. Id autem variis ex coniecturis ſumitur, quandoq; propter ſi-
II. gna aliqua ex verbis prouenĩetia, quandoq; tacitis quibuſdã argumẽtis. Igitur, qui ipſo
4 die* calendarũ ſtipulationẽ interponit, non videtur de alio die egiſſe: quia aliàs calendarũ expreſsio ſuperflua eſſet, vt hîc veteres exiſtimarunt. Itẽ quia veriſimile eſt non fuiſſe eum concepturũ verba, *Promittis calendis.* ſed, *Promittis hodie.* vel, *Promittis Calendis præſentibus* [12]. Et cùm de magna dilatione non agatur, capienda eſt hæc interpretatio, quæ nemini partium
5 onerosa eſt [13]. Qua ratione & qui nũdinis* promittit, non, niſi extremo nundinarũ die, cõ-
III. uenietur. quod infrà traditur [14]. Sed, quid ſi quis tribus terminis promittit? & Bar. cenſuit idem eſſe, ac ſi trima die promiſiſſet [15]. id eſt tribus annis proximis. At Pontanus argumẽto legis noſtrę de tribus diebus potiùs accipiendum cenſet, rectiùs Raph. & Iaſ. qui arbitratui
6 iudicis hoc relinquunt [16]. Ego accepi latinè terminũ pro dilatione nõ dici, *ſed potiùs pro
7 dilationis ipſius fine: quæ† dilatio, cùm expreſsim cõſtituta nõ ſit, arbitrio iudicis relinquitur [17]. Vnde videmus huiuſmodi dilationes vario modo in iure cõſtitui ſecũdũ rei qualita-
IIII. tẽ [18]. Sed qđ ſi promiſſũ † ſit in diebus illis? & ſunt, qui intra biduũ videri promiſſum exi-
8 ſtiment [19]. Ego tñ ex vulgari cõſuetudine alluſum ad initiũ prophetiarũ arbitror, qualiter
V. dũ operãtur ſacris, ſolent myſtæ exordiri, & infinita tẽpora cõprehẽdi: ideóq; inanem eſſe
9 ſtipulationẽ [20]. Sed & licet de tpe† ꝓximo regulariter intelligatur actũ, tamẽ* ex natura
10 actus principiũ, à quo ꝓximitas hæc ſumitur, ꝓrogationẽ recipit: vt cùm q́s ita ſtipulatur, decem

9 l.ij. C.de temp.appellat.
10 l.ſi in emptione.in prin. de contrahen.empt.
11 l.cum quid.ſi cert.pet.
12 Argu.l.inquiſitio.C. de ſolut.
13 l.j.vbi Paul.ſi quis caut.
14 l.eum, qui certarum.in princ.ſ.eod.
15 l.iij.§.penult. de an.leg. vbi Bart.verſic.ſed ſi ita.
16 Arg. d.l.iij. verſic.quod ſi adiectum.
17 l.j.ff.de iure deli.
18 l.fine præſcriptione. ff de pœnis.vbi Alex. ad Bar.
19 l. inter illam. de verb. ſig.vbi dixi.l.libertas.§.fin. de man.teſt.
20 Arg.l.cũ hæres. §.j. de ſtatulib.

*Decem in anno proximo dotis nomine dabis?* nõ enim ante annus incipiet, quàm matrimonium ſit
contractũ[1]. Quo exẽplo & cùm teſtator iuſsiſſet legatario, vt intra xxx.dies proximos VI.
morti ſuæ aliquid daret, hæredi nõ incipiet*labi priùs dilatio, q̃ adita ſit hæreditas[2]. Cę II
terùm & fauore libertatis, qui liber eſſe iuſſus eſt, cùm ſeptẽ annis ſeruiſſet, nõ de proximo VII.
cõtinuóq; ſeptẽnio intelligitur[3]. Vnde ſatis eſt, ſi poſt id tẽpus tot dies reddat, quot ceſſaue
rit. qđ ꝓcedit, etiã ſi teſtator dixiſſet eũ manumittẽdũ, ſi cõtinuo ſeptẽnio ſeruiuiſſet[4], ídq;
ſpeciale in cauſa liberali eſt, aliàs q fundũ pro*q̃nquennio cõducit, de proximo cõtinuóq; 12
intelligitur[5]: qđ hîc Alex.docet.† Sanè & cùm q̃s decurionibus teſſaras frumẽtarias die na 13
talis ſui legaſſet, nõ de proximo tãtùm anno ſenſiſſe intelligitur, ſed ſingulis annis præſtan
dum eſt legatũ[6]. quã ſententiã pro Suzario aduerſus Bar.hîc aliqui probant[7], vt Raph.&
Alex. Sed proculdubio oĩs hic ſtatus cõiecturalis eſt. & in re planè ambigua ſententia Bar.
æquior eſt, tũ quia regulæ legis noſtræ cõcordat, tũ quia in dubiis*, qđ minimũ eſt, ſeq̃mur. 14

1 l.tali.de iure do. Anto.de But.conſi.lvij.
2 l. iij. §.ſi quis hæredi. de ſtatulib.not. l.ſi in diem.de cond.& demonſt.
3 l.ſeruus qui teſtamento. §.fi.de ſtatulib.
4 l.Paulus.in fi. de lib.cau. dixi.l.ſi ſuper. C.de tranſac.
5 Bal.l.ſi cũ hermes.C.loc.
6 l.pe.& antepe. ſ.de an.le.
7 l.defuncta.§.fi.de vſufru. Areti.l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui.de lega.j.

## SVMMAE.

1 ☞ *Die non dicto præſenti, niſi ex cauſis, deberi. 4. 6. 12. 6.18.20.*
5 *Promiſſionis diem ex re accipi. 7.*
9 *Die dicto ſtatim deberi, excipi tamen poſſe.*
13 *Tempora etiam definita, arbitraria.*
22 *Actionis natæ executionem ex cauſis ceſſare.*
23 *Legis xij.Tab.de iudicatis.ſenſus.*
24 *Diebus humanitatis vſu non capimus.*

§. QVOTIES. In obligationibus† igitur quibus dies non adiicitur, prçſenti die de- I.
betur[8]. quod hîc declaratur: niſi ex loci adiectione appareat actũ, vt nõ prius debeatur, q̃ il 1
lò perueniri poſsit[9]. quod habet locũ etiã reſpectu fideiuſſoris: locus*enim principali obli 2
gationi adiectus in fideiuſſoria quoq; repetitus videtur[10], adeò vt ſi actũ ſit citiùs dari, obli
gatio ſit nulla, vt, *Spõdes mihi hodie dare centũ Romæ?* anguſtia enim loci*obligationẽ ſtricti iu 3
ris vitiat[11], licet aliud ſit in bonæfidei iudiciis[12]. Quod† in loco dicitur, idẽ etiã Accur. II.
ait, ſi ex re vel alia cauſa appareat prçſenti die ſolui non poſſe, vt quia res promiſſa in rerũ 4
natura adhuc nõ ſit, ſed eſſe ſperetùr[13]: vel quia qualitas actus id inducat, vt cùm quis pro-
mittit centũ† pro dote, intelligitur, cùm nubet[14], vel cùm q̃s promittit minerual magiſtro, 5
vel pẽſionẽ domus locatori, intelligitur ea die, qua cõſueuit id ſolui[15], qđ Portius Deciúſq;
tradiderũt. Idémq;† cũ alia ratione voluntas cõtrahentiũ arguitur, vt differri tẽpus ve- III.
lint[16]. quod variis exẽplis oſtẽdi poſſet. Sed &† ex natura actus eandẽ præſumptionẽ ca 6
pimus, vt in mutuo: nõ enim mutuamus, vt cõfeſtim nobis reſtituatur, aliàs mutuum eſſet IIII.
omnino inutile. meritò ergo aliquam dilationẽ habet talis obligatio, quod Bar.tradidit[17]. 7
qđ in cõmodato quoq; & mãdato receptũ eſt[18]. Addũt aliqui idẽ eſſe & in precario[19], q̃bus
Dec.aduerſatur[20]. quia natura*precarij ea eſt, vt prorſus à volũtate cõcedẽtis pendeat: qđ 8
alibi tetigi[21]. Ego ſatis eſſe arbitror, ſi huiuſmodi debitoribus ea ſolùm dies indulgeať, quę
& cæteris, qui humanitatis cauſa hoc auxiliũ conſequũtur de quo infrá. Cęterùm & hîc V.
dicitur, nõ procedere cõcluſionẽ,† cùm aliud expreſsim actũ eſt, vt quia dies ſit adiecta: ap 9
paret enim diẽ fauorẽ debitoris reſpicere[22], ſicut & cõditionẽ: quod tã in cõtractibus, q̃ vl-
timis volũtatibus procedit[23]. quãuis tñ hîc dicatur adiectionẽ diei efficere, ne in prçſentia
debeatur, de efficaci obligatione intelligunt Doct. quoniã receptiſsima eſt ſentẽtia ſtipula
tionẽ in diẽ ſtatim cõmitti & obligationis & actionis reſpectu: licet ante tẽpus agẽti obſtet
exceptio[24]. dies enim adiecta ſicut*modus tollẽdæ obligationis nõ eſt[25], ita nec impedien 11
dæ, quominus oriatur, ídq; maximè ſi dies exequutionẽ ipſam nõ autẽ ſubſtãtiã obligatio-
nis reſpiceret[26]. Nõ procedit tñ hoc multis caſibus, quos alibi enumeraui[27]. Illud quoq; VI.
conſtat† quanlibet obligationem quãuis purã, & prçſentẽ, dilationem tamen reſpectu exa 12
ctionis habere: quæ dilatio humanitatis cauſa conceditur: ne debitor cum ſacco paratus
veniat[28]. vnde hoc reſpectu lex quandoq; ait ſtatim agi non poſſe[29]. eſt autẽ hic terminus
arbitrio iudicis conſtituendus[30], vt cõmuniter aiunt, niſi quod† quibuſdã in caſibus à lege 13
eſt definitus, vt in conſtituto x.dierũ[31], in*iudicato fortè hodie quatuor menſium[32]. olim 14
enim ex lege XII.tabularũ triginta dies iuſti erant, vt ait Gell.lib.xx.c.I.in dote* vt annua 15
bima trima die reſtitueretur, licet hodie annus[33], exceptis his caſibus, quibus definitum eſt
tempus, iudex ex arbitrio ipſe diẽ conſtituet[34]. ídq; etiã ſi quis certo die daturũ ſe promiſe
rit: cùm enim, (vt hîc dicitur,) ea dies ipſius fauore adiecta cenſeatur, nõ debet impedimẽ-
to eſſe, quominùs erga ipſum quoq; id ſpaciũ ex humanitate concedatur. quod & Bal.tra-
didit[35]. Quod† tamẽ intelligendũ, niſi quis promiſerit ſe hodie daturũ: tũc enim, vt ex- I.
preſsio*aliquid operetur, nõ faciet debitor vllã morã, quin illa die cogatur[36]. qđ Bal.Imo. 16
Alex.tradiderũt. quod ego infrà attingã. Itẽ† intelligendũ, niſi debitor habeat facultatẽ 17
rei protinus ſoluẽdæ: tunc enim non humanitas, ſed nimia facilitas iudicis eſſet, qui differ II.
re eum ſineret[37]. hæcq; eſt cõmunis ſententia, quam tamen Bal.Salicetúſq; reſtringunt in 18
debitore dotis, * qui habet anni dilationẽ, etiam ſi ſtatim poſsit ſoluere. verùm id idcirco 19
inductum

8 l.in omnibus.de regu.iu. vbi Mod.
9 l.continuus.§.cũ ita.ſ.eo.
10 l.ſi teſtamento.§.fin.l.ſi vt proponitur. ſ.de fideiuſſ.
11 §.loca.inſtit.eod. l.ij.§.ſi quis ita.de eo quod cert.
12 l.inſulam.§.pe.loc.
13 l.interdum.ſ.eod.
14 l.qui filium.vbi pu.edu.
15 l.nec ſemel.§.ſi in habitationem.ſ.quan.dies lega.
16 arg.l.epiſtolam.§.fi.vbi Bart.ad Treb.gl.l.ſi dies.in prin.quan.dies lega.
17 l.qui ſic. de ſolu.Ba.l.ſi pœnam.in fin.ſ.eo.
18 l. in cõmodato. §. ſicut. commod.l.Lucius.mand.
19 Abb.cap.fin. de preca.
20 arg.l.quæſitum.de precar.in §.eum quoque.
21 l.ij.ſi cert.peta.
22 l.ſtipulatio iſta. §. inter certam.ſ.eod.
23 l.illis.vbi Bar.de condi. & demonſt.
24 l.qui mandatum.ff.mã. §.temporales. inſt.de exce.
25 l. obligationum ferè. §. placet.ſ.tit.j.
26 l.ex his. C.quando dies lega.ced.
27 l.cedere.de ver.ſig.l.ita ſtipulatus.ij.ſ.eo.
28 l.quod dicimus.de ſolu. gloſ.l. Aemilius.de mino.
29 §.fi.inſt.de inu.ſtip.
30 l.j.de iure delib.
31 l.promiſſor.de con. rec.
32 arg.l.pe.& fi. C. de vſur. rei iudic.
33 l. vnica.§.exactio. C.de rei vxo act.
34 l.ſi cùm militi. de cõpẽ.
35 Bal.d.l.promiſſor.§.j.
36 arg.l.talis.de le.j. Alex. l.iij.eo.tit.dicam.l.liber homo.§.j.ſ.eod.
37 gl.l.ſi debitori. de iudi.



III. inductum eſt: quia interim tenetur ad alimenta. Sanè nec† ei indulgẽdam hanc dilatio-
20 nem traditũ eſt, qui cùm poſsit ſatiſdare ſe poſtq̃ dies humanitatis lapſa ſit ſoluturum[1], id
facere detrectat. tenetur enim ad hanc ſatiſdationẽ, ſi petita ſit[2]. & ſi immobilia poſsideat,
IIII. ſaltem cauere ſub hypotheca debet[3]. Eum quoq; qui ad reſtituẽdum tenetur, creditum
eſt hoc legis beneficio vti non poſſe: quia cùm facultatẽ rei reſtituendæ habeat, confeſtim
in dolo eſt: niſi reſtituat[4]. vnde Bar.ei, qui in rei vendicatione ſuccubuit, non cõcedi qua-
21 drimeſtrem dilationem, quæ iudicatis*dari ſolet, exiſtimauit[5]. Sed nunquid hic dies hu-
manitatis cauſa indultus eiuſdem effectus eſt, cuius dies qui obligationi ex conuentione
ineſt? & conſtat non eſſe. nec enim hæc humanitas creditori damnum afferre debet. vnde
conſequens eſt, vt actionis executionem non impediat[6], licet exactio differatur[7]: quod ple
22 riq; tradiderunt. Poteſt tamẽ ex Imolæ ſententia† dici exercitationẽ quoq; impediri duo-
bus (vt ego arbitror) caſibus. Primus intra conſtitutos iudicatis dies. lex enim XII. tabula
23 rũ† eos dies (vt inquit Gel.[8]) iuſtos appellauit. quod ego interpretor, quia ius interim ſiſte
batur, id eſt, agi non poterat: vnde & iuſtitiũ dictũ. Alter eſt, quatenus modicũ illud ſpatiũ
24 præterit, quo traditio fieri poteſt[9], putà vnius diei, & eo minus. putarẽ† tamen, quod ad prę
ſcriptionẽ vſucapionémq; adtinet, non obſtare hanc humanitatis dilationẽ, quominùs tã-
quam ei, qui iam agere poſsit, labantur tẽpora, id eſt, initiũ præſcriptio. accipiat[10]: cùm ta
25 mẽ aliud ſit in die, quæ obligationi ineſt[11]. Hinc infertur vt quãuis cõpenſationẽ*obiicere
eius crediti nequeã, cuius dies adhuc non venit[12]: tamẽ ſecùs ſit in hoc caſu: cùm dies ex ſo
26 la humanitate indulgetur[13]. quod & Bar.tradidit, & approbant cæteri. Sed &† ſi quis intra
talem diẽ egerit, duplicandas ei non eſſe inducias receptũ eſt[14]: cùm tamen ſecus ſit in alio
die, qui ex cõuentione obligationi inſit[15]. quod ego intelligo, quãdo ageretur, vt ſua die ſol-
ueretur, id eſt, poſt tempus illud ex humanitate conceſſum. aliàs ſi ageretur, vt cõfeſtim id
fieret, videretur adhuc ei pœnæ locũ eſſe[16]. vnde rurſus quoq; infertur, vt quãuis ei nõ ob-
ſtet exceptio, qui petit illud quod poſt diem obligationi adiectum reſtituere debet, dum ra
tione ſolius interuſurij petat[17]: ſecùs tamẽ ſit ſi id petat, quod poſt hunc diem humanitatis
cauſa indultum omnino eſſet reſtituendũ; tunc enim nullus huic exceptioni eſſet locus[18].

1 d.l.ſi debitori.Bar.l.ſi cõſtante.§.quoties.ſolu.mat.
2 l.vniuerſa.C.de precibus imper.offer.
3 Ang.mod.l.j.qui ſat.cog.
4 d.l.j.§.eſt autem. depoſi. vbi Paul.
5 Bar.l.fi.de execu.rei iud. C.l.debitoribus.ff.de re iu.
6 d.l.ſi cõſtante. §.quoties. d.l.ſi cùm militi.
7 d.l.promiſſor. docto.d.l. ita ſtipulatus.quæſt.j.
8 lib.xx.cap.j.
9 d.§.fi.inſt.de inu.ſtip.
10 l.in rebus. in fine. C.de iure dotium.
11 l.cum notiſsimi.§.illud. C.de præſcr.xxx.ann.
12 l.quod in diem.de compenſat.
13 d.l.ſi cùm militi.Bart.d. quæſtio.j.
14 Aret.d.j.quæſt. Alexan. d.l.ſi intra.
15 §.hodie.inſt.de excep.
16 cap.j.de plus pet.
17 l.fi.§.pe.vt leg.no.ca.gl. & Bar.l.cum quis.C.de iur. & facti ignor.
18 l.ſi donaturus. vbi Bart. de cond.cau.da.l.nupta.§.fi. ſolu.matrimo.

## SVMMAE.

1 ☞ *Peti ante tempus non poſſe.*
3 *Peti nõ niſi in fine poſſe: certis caſibus diuerſum. 7.9.*
6 *L.ſi ita.ij.de verb.obligat.explicari.*
8 *Verba ſecundum eum quem reſpiciunt, accipi.*
10 *Annua legata mitio, niſi caſibus, ſoluenda.11. in ſtipulatione contrá. 12.*

## LEX XLII.

1 QVI HOC ANNO. Dies differendæ † obligationis cauſa adiecta
facit, vt debitor antè cõueniri non poſsit: cùm enim eius fauorẽ, vt ſuprà
vidimus, reſpiciat, impedit, quominùs antè peti efficaciter poſsit. qđ non
in anno ſolùm & die, mẽſe, ſed & in calẽdis dicitur: expectãdum enim eſt
lapſas eſſe prorſus calẽdas[19]: ſicut & cùm quis nũdinis promittit, non, niſi
2 finito extremo nũdinarũ die, conuenietur[20]. Sed & qui*in annos x.ſpon
det, aut legat, nõ, niſi finito decimo anno, tenebitur[21]. quod credendũ eſt procedere, etiã ſi
numero ſingulari dictũ ſit, *In annũ decimũ*[22]. vt enim verum ſit talia verba, *Intra decimũ annũ.*
ſignificare, cùm tamen ad debitorẽ referantur, id inſpiciendũ eſt, quod ei fauorabilius eſt,
3 vt, † ſcilicet, nõ niſi in fine conueniri poſsit. nec probabilis vlla ratio mihi ſubeſſe videtur,
an pluraliter, an ſingulariter ſit locutus prædicto caſu teſtator: licet Ponta.& Imo. Alexan
dérq; diſſentiant. Sicut & credendũ eſt, idẽ quoq; eſſe, ſiue accuſandi caſu, ſiue auferendi di
ctum ſit in annis x. quod aduerſus Bar.hoc caſu receptius eſt. procedítq; maximè hæc con
cluſio, cùm vis verborũ ad perfectionem tẽporis reſpicit: vt cùm quis promittit poſt XIIII.
4 annũ, intelligitur enim perfectũ[23]: quia hęc eſt præpoſitionis* *Poſt.* ſignificatio, Idémq; eſt,
ſi dictũ ſit, *Intra quartumdecimũ annum*[24]. quod ſuprà adtigi. Idémq; etiã, cum genitiuum futu-
ro ſubiunctiui iunxerit teſtator: id enim futurũ rem perfectã ſignificat[25]. Procedúntq; ſu-
praſcripta generaliter, quoties ea dies fauorẽ promiſſoris reſpicit, vt quia moderãdæ, diffe
5 réndæue obligationis cauſa adiecta ſit[26]. Vnde & qui promittit * ſingulis annis, vſq; ad x.
annos in fine cuiuſlibet anni ſolùm tenebitur, tanquã dies ad obligationis moderationem
pertineat[27]. quod Imo.& Alex.aduerſus Pe.& Bal.tradiderũt. Qua ratione, & cùm quis ſti
6 pulatus ſit ex hac die in annos ſingulos dena, lex† poſt triẽniũ peti triginta ait[28]. quę verba
abſq; euidẽti calũnia nõ poſſunt intelligi poſt trienniũ, ſcilicet, inchoatũ. quoniã, vt ſuprà
dixi, dictio, *Poſt.* ad finẽ refertur[29]. Sentítq; hac in re mecũ Raph. fuítq; veterũ interpreta-
tio[30]: quã ego ſequor: quia & verbis legũ magis quadrat, & regulę adhęret. Excipiũtur tñ à
prædicta cõcluſione aliquot caſus, quibus ad principiũ nõ autẽ ad finẽ reſpiciendũ eſſe ap
I. paret. Et in primis† quoties dies cauſa prçſentis demõſtrationis adiicitur, nõ expectatur
7 eius finis, qđ oẽs tradiderũt[31]. Idémq; quoties cauſa finiẽdę obligationis appoſita eſſet[32],
II. vt cùm quis ſtipulatur, *Decẽ, quoad viuã dare ſpondes*[33]? quos caſus, quia à materia legis lõgiùs
recedunt,

19 l.qui ante.ſ.eod.
20 l.eum qui certarum. in princ.ſ.eod.
21 l.ſi in annos. de condi.& demonſt.
22 l.ſi cui.de leg.j. in prin.
23 l.non putabam. de cõd. & demonſt. l.ſi ita fuerit libertas.de manu.teſt.
24 l.j.§.ſi intra.de ſuc.edi. dixi.d.l.qui ante.
25 d.l.ſi cui.vbi Bar.
26 l.lecta.ſi cer.pet.
27 l ſi eum præfinitione.in fi.l.ſemel. verſicu.niſi forte. quando dies leg.ced.
28 l.ſi ita.la iij.ſ.eod.
29 l.ſi ita fuerit libertas.in princ.de manu.teſta.
30 glo.l.j.C.quan.dies leg.
31 l.liber homo. §. decem. ſ.eodem.
32 l.eum, qui ita.§.ita.ſ.eo.
33 l.obligationum ferè. §. j.ſ.tit.j.

recedunt,hîc nõ attingo. Cæterùm & cùm verba ad eum reſpiciũt, qui à teſtatore lucrũ III.
conſequitur,cenſuit Bar.quem & cæteri ferè ſequuntur, ad principium attẽdendum eſſe,
vt cum ſeruo anno duodecimo poſt mortem teſtatoris libertas eſt relicta [1]. Idémq; eſt,ſi di
xiſſet, *Intra annum duodecimum*.vel, *In duodecim annis*. cùm enim verba ipſum ſeruũ † reſpiciãt, 8
debent ex eius vtilitate potiùs intelligi,quàm ſecundum debitorem,id eſt,hęredem. vide-
tur enim arbitrio ipſius legatarij reliquiſſe. qua die duodecimi anni legatum conſequi ve-
lit,qui veriſimiliter quàm primùm poterit accipiet.ſicut vice verſa,cùm verba debitorem
reſpiciunt,eius arbitrio videtur relictum,qui veriſimiliter ad finem vſq; differat.Et quãuis
aliqui ſpecialiter illud in libertate inductum cõminiſcantur,tamen verbis ipſius legis con
uincuntur,vt meritò frequentiori calculo reiecti ſint,ſi tamen accuſandi caſu dixiſſet, *Sti
chus in duodecim annos liber eſto*.aliud eſſet [2]. Sed † & propter vim verborum quãdoq; idem IIII.
dicimus,vt cùm alicui relictum eſt, ſi pupillus ante annum vigeſimum deceſsiſſet, intelli- 9
getur vigeſimum cœptum propter prępoſitionem, *Ante*[3].nõ autem finitum,quod alibi de-
claraui. Idémq; generaliter dicendum in fauorabilibus cæteríſq; caſibus,quibus annus V.
cœptus pro perfecto habetur.quos alibi quoq; attigi [4]. Sed & in legatis annuis idem re- VI.
ceptum eſt, vt † in principio anni ſemper debeantur [5]. quod aliqui inductum exiſtimant, 10
quia ſimilitudine quoq; quadam cum legato alimentorum cenſentur [6]:ego verò,quia plu-
ribus in præſtationibus conſiſtant. vnde non videtur dies tam fauore hæredis adiectus,
quàm ipſius legatarij,cuius creditum voluit teſtator multiplicari.idq; omnes tradunt,ſiue
legatũ ſit in annos ſingulos,ſiue quotannis,ſiue quolibet anno [7].à qua tamen concluſione
excipiuntur quatuor caſus.Primus,† cùm præſtatio annua ob aliquam cauſam ſeu neceſ- 11
ſitatem fit:tunc enim iis diebus ſoluendum eſt quibus cõſuetum eſt eam cauſam adimple-
ri [8]. Secundus cùm fructus certæ rei præſtandi ſunt:attendimus enim ad tempus,quo col-
liguntur [9], quod aliqui intelligunt etiam cùm mixtim fructus, & pecunia dãtur,ne videa-
tur teſtator eiuſdem legati tẽpus vario modo accepiſſe [10]. Tertius eſt caſus, cùm aliquid
per ipſum legatarium fieri deberet,priuſquàm enim ipſe obſeruarit, non poteſt alium co
gere [11].idq; videtur & Bar.ſenſiſſe.Quartus cùm verba legati per diuiſionem ab ipſo prin
cipio concepta ſunt,vt lego annua bima trima die [12]: tunc enim apparet fauore hæredis
diuiſionem factam.vnde à regula legis noſtræ non recedimus, quod & aliis in cõſimilibus
caſibus Bal.docet [13]. Sed quid in contractibus dicemus, an ſtipulatio annua principio VII.
anni committetur?& veteres diſtinguebant,anno eſſet promiſſum,an annua [14]: quam di-
ſtinctionem Doctores negligunt,exiſtimántq; idem eſſe,quod in legatis.Raph.tamen con
tra [15]: quem ego ſequutus ſum.In legatis enim tot præſtationibus teſtator ad ſolius lega-
tarij fauorem videtur reſpexiſſe, vnde & tot obligationes ſunt,quot præſtationes: at † in 12
ſtipulationibus vna eſt obligatio [16], videtúrque dies promiſſoris potiùs contemplatione
adiectus, qui ſibi conſultum voluit [17]. vnde à regula legíſque noſtræ ratione recedendum
non eſt,ídque videtur mihi & Oldradum ſenſiſſe:licet Bar.duarum legum argumento diſ
ſentiat [18], quas conſtat leuiter ad rem facere.tametſi enim lex dicat in initio cuiuſque an-
ni ſtipulatori acquiri:tamen obſtat exceptio quãdocunque ante finem petenti,quod ipſe-
met Bar.tradidit,ſicut & in lege noſtra ante finem anni orta eſt obligatio,quia (vt lege ſu-
periore vidimus,)dies non eſt modus impediendæ obligationis.putauerim tamen,ſi ſtipu
latio ex cauſa alimentorum facta ſit, communem opinionem veram eſſe, vt à principio
anni propter naturam alimentorum debeatur [19].

1 l.ſi ita fuerit libertas. de manu.teſt.in princ.& fi.
2 d.l.ſi in annos.
3 l.qui filium. §. Sabinus. ad Trebel.l.ad rempubl.de muner.& hono.
4 l.anniculus.ij.de ver.ſig.
5 l.j.C.quando dies lega.l. in ſingulos.de ann.leg.
6 l.is cui.de ann.leg.
7 l.nec ſemel.quan.dies le.
8 d.l.nec ſemel.§.ſi in habi tationem.
9 l.firmio.§.pater.eo.tit.
10 l.ſi legatarius.§.j.de legat.iij.vbi Bart.
11 arg.l.Iulianus.§.offerri. de act.emp.Bart.l.ſi ſeruus. iij.§.fi.j.tit.ij.
12 l.ſi cui.de legat.j.
13 dict.l.j.
14 §.pe.inſt.de inut.ſtip.
15 d.l.ſi ita ſtipulatus. gloſ. dict.l.j.
16 ſ.l.ſi Stichũ.§.j.vbi dixi.
17 l.cum in annos. de ann. leg.& quan.dies leg.ced.
18 arg.d.l.ſi ſeruus.iij.in fi. j.tit.ij.vbi Bar.
19 l.pecuniæ.de alim.lega. vbi Barto.

S V M M AE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | ☞ *L.ſi quis arbitratu. enucleari. 2. veriùs. 3.* | | *ſiſtere. 26.* |
| 4 | *Stipulantis morâ actum tolli: ius non item. 6.* | 27 | *Compromiſſo irrito, contractum tenere. 31.* |
| 7 | *Arbitri morâ ſtipulationem euaneſcere.* | 28 | *Arbitrij declaratio, & executio ad alium tranſmitti poſſe. 29.* |
| 9 | *Arbitrium, niſi in caſibus, intrãſmiſſibile. 10. 11. 12.* | 32 | *Citatio etiam extra ius neceſſaria: ſinéque ea, actum corruere.* |
| 15 | *L.j.de leg.ij.enucleari.17.* | 33 | *Arbitrari ſine citatione poſſe.ex cauſis contrà.* |
| 18 | *Arbitro ex cauſis deſerto, aliũ adiri poſſe. 19.21.22.* | 35 | *Arbitri partes niſi ex cauſis citent. 36. 37.38.39.* |
| 24 | *Bonus vir pro rerum qualitate conſtituat.* | | |
| 25 | *Arbitrio irrito, compromiſſum certis caſibus ſub-* | | |

LEX XLIII.

SI QVIS ARBITRATV. Promiſerat † aliquis equum, fun- I.
dum, hæreditatem,opus,ídque genus res ſimiles arbitratu Titij mihi reſti- 1
tuere,deinde ego dubitans,ne Titius fortè aliter arbitraretur, quàm vellẽ,
moram ei feci,vt quia vocatus adeſſe,eúmque de re inſtruere nolui,hîc tra
ditur promiſſorem etiam ſi ipſe moram tunc fecerit, non obligari. quæ res
nullam prorſus habet dubitationem: cùm enim ego in mora priùs fuerim,
non poſſum eandem promiſſori imputare [20], qui videtur promiſiſſe, ſi per me non ſtaret.
vnde in

20 l.arbiter calendis.ff.de arbitris.c.mora. de regulis iur.in vj.



vnde in primis mea contumacia mihi damno eſſe debet. Magis dubitabilis eſſet caſus, ſi
ponamus moram,deinde per ſtipulatorem purgatam fuiſſe: ſed tunc nõ procedere legem
noſtram Accurſius cenſuit [1], vt ſcilicet, vltima mora,quæ promiſſoris fuit,attẽdatur [2]. Sed
2 hæc interpretatio legem noſtram coarctat.Fuêre † ergo qui intelligerent Iuriſconſultum
loqui, cùm mora ſtipulatoris talis erat,vt purgari nõ poſſet, vt quia ampliùs arbitrari Ti-
tius non poſſet, quod deinde res quæ reſtitui debebat extare deſiiſſet, ſícque non eſſet res
integra [3].Idque Iacob.Alber.& Rayn.tradiderunt, qui ſenſus & ipſe in anguſtum rem de-
3 ducit.Latiùs † igitur Raphaël Imola. Pontan.Iaſon, expoſuerunt:& ſi ego † poſt moram
4 commiſſam ſim paratus eam diluere & arbitratori parere,nihilominùs promiſſorem non
teneri,quamuis & ipſe deinde moram faciat: cùm iam ex priore mora mea ſolutũ ſit com
promiſſum [4]. Ego arbitror conditionem hanc: *Si Titius arbitratus fuerit*. pro impleta in o-
dium ſtipulatoris qui moram fecit, haberi [5]: & ideò perinde eſſe ac ſi Titius nihil reſtitui
5 debere cenſuiſſet,trahítque ſecum hæc legis interpretatio executionẽ: & ideò nulla * eſt
morę,diſſentiẽte promiſſore purgatio [6].Actione ergo ex ſtipulatu promiſſor ampliùs non
6 conuenietur.Sciẽdum † tamen eſt, nõ ideò amittere ſtipulatorem ius ſuum,ſi quod præter
ſtipulationem aliud fortè habuit.quid enim ſi ante conceptam ſtipulationem iam mihi a-
ctione ex locato reus debebat [7]?mora certè mea in actione ex ſtipulatu commiſſa nihil al-
7 teri actioni præiudicabit [8].Sed quid ſi non ſtipulator, ſed arbitrator † ipſe moram fecerit,
vt quia nolit arbitrari, vel etiam non poſsit? & hîc traditur ſtipulationem non committi.
cuius rei illa eſt ratio, quia promiſsio facta arbitratu Titij eſt conditionalis [9]. vnde cùm
conditio non eueniat, perinde eſt, ac ſi nihil promiſſum ſit [10]. Nec dicat aliquis debere a-
lium adiri:reſpondeo, in alium non conſenſiſſe partes, & in contractibus nunquam alia
perſona ſubauditur [11], & conditio de vna perſona in aliam non transfertur [12], maximè in
caſu noſtro: cùm videantur partes Titium elegiſſe propter amicitiam, & coniunctio-
8 nem, quam ſecum haberent [13]: vnde nec * ſubſtituere aliquem poſſet [14].Híncque ex hac
lege principaliter adnotant Doctores,arbitratore nihil pronuntiante, ſtipulationem non
9 valere,neque ab eius perſona recedi [15]. id enim ius ei † conceſſum facultatem quandam
perſonalem (vt ſuprà dixi) reſpicit: & ideo nec in hæredem quidem tranſmittitur, ſed,
I. eo mortuo, euaneſcit [16]. Niſi † quoties id arbitrium non ex facultate quadam,ſed iure
10 proprio competeret, vt quia pagani mihi promiſiſſent riuum arbitratu meo ſingulis an-
II. nis purgare [17].qua de re alibi. Addit † Bart [18]. nec reſpectu quidem hæredum compro-
11 mittentis tranſire: cùm fortè erga eos nulla ſit arbitratoris affectio [19], & quia contractus
ante perfectionem meræ facultatis eſt,quæ in hæredem non tranſit [20].quæ rationes tam in
arbitro, quàm arbitratore æqualiter procedunt: vnde & æqualis debet eſſe iuris diſpoſi-
III. tio.qua de re & infrà aliquid dicemus. Fuêre enim nonnulli qui aduerſarentur [21]. Pro-
12 cedit † quoque ſuprà ſcripta legis noſtræ concluſio non ſolùm cùm arbitrio alicuius man
datum eſt,ſed etiam ſi nudæ voluntati. Receptum enim aduerſus Socinum eſt poſſe con-
tractus non tantùm arbitratui tertij committi, ſed etiam liberæ voluntati, quod ſuprà di-
ſputauimus [22]. quod aliqui tradiderunt, etiam ſi talis contractus in executionem vltimæ
voluntatis factus ſit [23]: dum tamen ſenatuſconſulto captatorias voluntates infirmanti
fraus non fiat,quam rem latiùs hîc Alexander examinat, nos tanquam à propoſito argu-
IIII. mento alienam omittimus. Sed & certum eſt ſuprà ſcriptæ regulæ maximè locum eſſe,
vt à perſona non recedamus, quoties de euitanda pœna ageretur, adeò vt quibus * caſi-
13 bus aliàs recedi poſſet, non tamen repetita pœna cenſeatur [24]. Adiicit Bar [25].quod in
V. arbitro dicitur, in conſultore quoque locum habere:vt ſi actum ſit, vt arbiter cum conſi-
lio * Seij procedat, eo enim conſilium dare detrectante, ad aliam perſonam non tranſ-
14 VI. ibimus [26]. Procedit quoque generaliter non in ſtipulationibus tantùm, ſed & in bonæ
VII. fidei contractibus [27]. Sed & in vltimis quoque volũtatibus obſeruatur: cùm per expreſ-
ſam conditionem conceptæ ſunt, putà, *Si Titius arbitratus fuerit*.ſecùs ſi in vim ſeptimi ca-
ſus relictum ſit arbitrio ſiue arbitratu Titij [28].quod Bartol.cenſuit, & plerique ſequuntur.
Raph.tamen aliud cenſet [29].quia talis differentia non ſanè multùm rationis habet, cùm
ſicut ſexti caſus, id eſt ablatiui cum participio abſoluti,vim conditionis ſeruant [30], ita &
hæc verba, *Arbitratu Seij, arbitrio talis* [31]. quæ grammatici nomina ſeptimi caſus dicunt.ſed
ego aliàs oſtendi ſeptimos caſus ad diſpoſitionem magis,quàm conditionem pertinere [32].
15 Fortiùs pro hac ſententia illud facit: quia Iuriſconſultus † non eo modo diſtinguere vide-
tur,ſed an legatum ſit in arbitrium liberum,putà, *Si Titius voluerit*. an tanquam in bonũ vi-
rum [33],vt primo caſu à perſona non recedamus,ſecundo recedamus:quia in boni viri arbi
trio nulla eſt mora,vnde nec cõditio.valet autem legatum ſi tertius voluerit, nec cenſetur
captatorium [34],cùm in voluntatem eius cõmittitur,qui legatario cõiunctus eſt, qualis pa-
ter,vel tutor [35].ceſſat enim tunc ſenatuſcõſulti Liboniani ratio.Valet etiam, cùm non ad
verbũ ſubſtãtię putà, *Dare manumittere*.ſed ad modũ refertur,puta, *Si volueris fidei tuæ cõmitti*.

1 glo.ij.hîc.
2 l.illud.de per.& com.rei vend.
3 l.ſi ita quis promiſerit. §.Seia.j.eo.
4 l.diem.§.ſi quis litigatorum.l.duo.§.ſemel.de arbi.
5 l.iure ciuili. de condit.& demonſtrat.
6 d.l.ſi quis hæredẽ. C.de inſt.& ſub.Bal.l.j.in fi.eo.ti.
7 l.ſi ſtipulatus. in fine. de vſur.Raph.Alex.Iaſ.hîc.
8 l.ij.§.j.de iu.fiſ.Bart.l.eius qui.in fi.eod.tit.
9 l.ſi merces.in prin.lo.
10 l.cedere.de verb.ſig.
11 l.ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus.j.eo.
12 l.qui cohæredi.de cond.& demon.
13 c.fin.vbi canoniſtæ. extra de arb.
14 l.non diſtinguemus. §. quæſitum.de arb.
15 d.c.fin.
16 l.cũ ſtipulatus ſim mihi à Proculo.j.eo.l.cũ ſtipulatus fuerim illud. vbi Bart. j.eod.
17 l.ſi ſic. §.ſi quis ita. vbi Alex.de leg.j.l. ſeruus ſi hæredi.de ſtatulib.
18 Bar.j.quæſt.antep.
19 d.c.fin.vbi Doctores.
20 l.diem.§.j.l. ſed interpellatur.in fin.de arb.
21 Iaſ.hic quæſt.vij.
22 l.ſtipulatio non valet.§. eod.
23 l.ſi fideiuſſor.§. meminiſſe.de leg.j.
24 l.mulcta. in princip.de cond.& demon.
25 Bar.quæſt.vltima.
26 c.j. in fine. ne ſede vac. lib.vj.Bartol.l.j.§.ſi plures. quæſt.ij.de exerci.
27 l.fi.C.de contrah
28 l.j.de leg.ij.
29 Raph.& Soci.hîc.
30 l.à teſtatore.de cond.& demonſt.
31 l.cùm tale.§.reſcriptũ. de cond.& demonſt.
32 l.cùm quærebatur. de verb.ſig.
33 d.l.j.
34 d.l.Senatus.§.ij.de legatis j.
35 d.l.j.

ſitq; in dubio ea interpretatio * vt actus ſuſtineatur [1]. Valet etiam quibuſdã aliis caſibus, 16
quibus ea captio non attenditur.[2] fortè poſſet vtraq; ſententia coniungi, vt cùm teſtator
conditionem expreſsit, videatur de libero Titij arbitrio ſenſiſſe, ſecùs ſi in ſeptimo caſu
protulit:cùm enim conditio in forma ſua adimpleri debeat, videtur hoc voluiſſe, ne à per-
ſona † recederetur, quod tamen non procedit, cùm in hæredis, id eſt debitoris ipſius arbi- 17
trium res legata eſt[3]. Item non procedit, etiam ſi ad alterius arbitriũ reſpexerit:cùm nõ de
legati ſubſtantia, ſed electione agatur:tunc † enim non eſt dubitandũ à perſona recedi eo 18
caſu poſſe, quo ille nolit, vel nõ poſsit arbitrari[4]. idque ſiue verba teſtatoris arbitrium bo-
ni viri reſpiciant, ſiue liberam voluntatem, putà, *Lego tibi ſeruum, quem Titius elegerit.* liberum
enim eſt Titio eligere quem velit [5]. Et ex his apparet legis noſtræ regulã in vltimis vo- I.
luntatibus aliquatenus reſtringi. Quod & quibuſdam aliis caſibus dicendum eſt, veluti II.
cùm ſolus promiſſor moram fecerit quominùs Titius arbitraretur:per argumẽtum enim
à contrario ſenſu hîc probatur tunc ipſum promiſſorem, qui moram fecerit, teneri [6]. Sed
quomodo tenetur?& ſi pœna eſt promiſſa, aiunt, omnes committi pœnam [7]: Si verò pro-
miſſa non eſt pœna, ſed ſtipulatio ſimpliciter concepta eſt, tunc ad arbitrium boni viri
recurrendum erit:cùm enim per eum ſteterit, quominùs ille arbitraretur, conditio in eius
odium debet pro impleta haberi [8]. verùm quia incertum eſt, quid ille arbitraturus fuerit,
neceſſariò bonus vir adibitur [9]. putarémq; hoc caſu iudicẽ non tam attendere ad ius par-
tium debere, quàm ad id, quod arbitrator ille fuiſſet cõſtituturus : ſi tamen talis eſſet in cu-
ius liberam voluntatem mandata res fuiſſet. quod & Raph.ſenſit. Sed † & quoties arbi- III.
trator ipſe pronuntiauerit, ſed iniuſtè, receptum eſt à perſona recedi poſſe, & ad bonum vi 19
rum iri [10]:ſed quæ eſt ratio, vt ſi arbitrator nullo modo pronuntiet, alius adiri non poſsit,
ſecùs ſi iniuſtè pronuntiet?& traditum eſt id eſſe, quia ſi non pronuntiauerit, conditio con
tractus non euenit vnde prorſus expirat. at vbi pronuntiauit, conditio euenit: & ideò con
tractus cõfirmatur, & ex eo ſupereſt actio, qua poſsit quis de arbitratoris iniuſtitia cõque-
ri:quæ ſi nõ pronuntiaſſet, nulla ſubeſſet. Sed nunquid idẽ ſit etiam in cõtractibus ſtricti iu-
ris:& Raph.cenſuit ſolũ promiſſori exceptione doli cõſultum [11]:ſed tamẽ Bar.etiã bonum
virum adiri in contractibus ſtricti iuris cenſuit [12]:idq; per officiũ iudicis, quod * ex ęquita- 20
te conceditur, in cõtractibus verò bonæ fidei per actionẽ ex contractu [13] quod & receptiùs
eſt, & Iaſ.hîc ait. Cæterùm & † cùm in alterius ex contrahentibus arbitrium res collata IIII.
eſt, ſi ille non arbitretur, quia per eum ſtat, conditio pro impleta habetur [14], & propter in- 21
certitudinem bonum virum adibimus [15]. quod intelligendum in his caſibus, quibus in ar-
bitrium contrahentis conferri res poteſt, quos ſuprà enumeraui [16]. item intelligendũ pro-
cedere in hac conditione, *Arbitratu tuo.* vel, *Si arbitratus fueris.* quæ conditio iuris eſt [17], ſecùs
ſi conditio ſit meri facti, ad quam implendam cogi quis non poſsit [18] : tunc enim cõtractus
eſt nullus, vt Raph.Iaſónque tradiderunt. Hinc infertur idem quoque eſſe, cùm teſtator ar
bitrio hæredis ſolui aliquid mandauit:Si enim non arbitretur, quia per eum ſtat, conditio
pro impleta habetur [19]. Enimuerò † generaliter quoque aiunt limitari regulam, quo- V.
ties res integra non eſt:quamuis enim arbitrator iniunctum ſibi munus detrectet, non de- 22
bet promiſſor cum aliena iactura locupletari, ídque eo argumento probatur, quòd cùm
quis vxorem ducit pacto vt dos ſibi conſtituatur arbitrio Titij, ſi ille arbitrari nihil velit,
tamen ad bonum virum recurritur [20]: nec enim æquum eſt, vt ille vxorem * indotatam 23
habeat [21]. Sed & ſi quis locet pretio arbitratu Titij conſtituendo, ſi Titius pronuntiare no-
lit, ad iudicem recurretur, ne gratis ille aduerſus domini volũtatem habitaſſe videatur [22].
quod Iaſ.& Socin.hîc tradiderunt. Sed dubium eſt, quid debeat † bonus ille vir ſeu iudex 24
conſtituere?& ſi ex natura rei poſsit aliquid certi pronuntiari, res clara eſt, vt in dote, ali-
mentis, & ſimilibus [23]:ſi verò res prorſus incerta ſit, vt in locatore conſtituet non quantùm
dominus locare potuit, ſed quanti veriſimiliter cõductor fuiſſet accepturus [24]. quod Fulg.
cenſuit, vt in re dubia aduerſus locatorem potius fiat interpretatio [25]. Sed qua actione id
fiet?& ſi contractus aliàs erat perfectus, ex contractu agetur [26], alioquin condictione ob
cauſam [27]. Illud quoque receptum eſt, quoties contractus † ſui ſubſtantia perfectus eſt, VI.
licet aliquid extrinſecus accidẽs arbitratu alicuius mandatum ſit, eo tamen non arbitran- 25
te nihilominùs firmũ manere contractum:quamuis iudex ea de re adeundus ſit, quam ar-
bitrator noluerit definire [28]:nec enim propter qualitatis alicuius ſeu accidentiũ defectum
extingui res principalis debet [29]. Vnde † & ſi quis fundum centenis aureis vendat, & eo I.
pluris, quo Titius arbitrabitur, valebit contractus, etiam Titio non arbitrante : cùm iam 26
aliquo modo definitum ſit pretium [30], poterítq; augmenti illius ratione adiri iudex, qui ex
qualitate rei conſtituat. quod Bal.Salicetúſq; tradiderunt, & receptiſsimũ eſt. licet aliqui-
bus hîc diſſentientibus [31]:hãcque ſententiam & nos probamus:cùm pretium certam ſum
mam conſtitutam habet, alioquin, ſi omne in arbitriũ alterius collatũ eſſet, aduerſantium
opinio verior videretur:tunc enim non de qualitate, ſed ipſa ſubſtantia tractaretur [32]. quæ
cùm

1 l.fideicõmiſſaria. §.j. de fidei.lib.
2 l.captatorias.de teſt.mil.
3 l.ſi ſic.de leg.j.l.fideicommiſſa.§. quanquam.de leg. iij.l. Thais.§.ſorore. de fid. lib.
4 l.fin.§.ſed & ſi quis.C.cõ. de leg.
5 l.cùm quidã.ij. de leg. ij.
6 Bar.hîc.quæſt.ij.
7 l.in executione.§. fi.j.eo. vbi Raph.
8 l.in teſtamento. de cond. & demonſt.
9 l. ſi libertus ita iurauerit.de op. lib.l.in propoſita. §.pro ſoc.
10 l.ſi quis cùm aliter. §.e.
11 d.l. in propoſita. verbo, eo magis.
12 l. vnde ſi Neruæ. §. pro ſoc.l.ſi in lege locationis.in prin.§.loc.
13 d.l. in executione. §. fin. j.eod.
14 l.hæc venditio.in princ. de cont.emp.
15 l.ſtipulatio non valet. §. eod.
16 l.illa verba.de verb.ſig.
17 l.ſi ab eo. de con.empt.
18 l. fideicommiſſa.§. quãquam.de leg.iij.l.ſi ſic.de legatis j.
19 l.iij.C.de dot.prom.
20 Bal.l.ſi.eo.tit.
21 l. cùm poſt. §. gener. §. de iure dot.
22 l.Si merces.vbi Fulg.& Caſt.loca.
23 d.§.gener.
24 l.in ſumma.§.in frumẽto.de con.inde.
25 l.veteribus.§.de pact.
26 l.ſi ex lege. in prin. loc.
27 d.§. in frumento.Fulg. d.l.ſi merces.
28 gl.l.in vendentis, vel ementis.C.de cont.emp.l.in perſona.§.j.de reg.iur.
29 l.ſi in emptione. in prĩ. de cont.empt.l. ſi fundus.in fi.de pign.
30 d.l.hæc venditio. §. fin. Bal.Sali.d.l.fin.iiij.opp.
31 Rom.& Imol.
32 l.ſi ita coita.§.pro ſoc.



cùm in conditionem collata eſſe, eius defectu perimeretur. Hincque infertur facti ſpe-
II. ciem, quam in exemplum legis noſtræ Accur.adducit, cum iudicio accipi debere, nempe
cùm quis promittit equum reſtitui arbitratu Titij, vt intelligamus idipſum quoque in arbi
trium Titij reiectum, an reſtituendus equus eſſet [1]. non autem de reſtitutione nihil dubita-
tum, ſed ſolùm de qualitate, vel alio extrinſecus accedente, putà an cùm ephippiis, tali e-
nim caſu cùm conſtaret equum reſtitui debere, non eſt dubium † reſpectu qualitatis iudi-
cem adeundum, non tanquam arbitratori ſubrogatum, ſed quia caſus non finitus in ter-
III. minis iuris remanet, ſecundum quos à iudice definiri debet [2]. Et hæc quidem variis
27 exemplis Doctores † explicant. Vendidi fundum certo pretio, vt ſi appareat liberum non
eſſe, ſed emphyteuticum, minuatur pretium arbitratu Titij, euenit pacti conditio, con-
ſtátque eſſe emphyteuticum, ſed Titius detrectat arbitrandi onus, an venditio erit nulla?
& receptior cum Bar.eſt ſententia non eſſe [3], ſed iudidicem adeundum, vt id faciat, quod
IIII. Titius facere debuiſſet. Finge rurſus, vendidi fundum cum bobus vel inſtrumẽto quod
illi accedere debere Titius arbitrabitur, valebit venditio, & defectum Titij ſupplebit iu-
V. dex [4]. Et ex his ad quæſtionem Dini inferri poteſt, in diuiſione † inter fratres cenſuit ar
28 bitrator, vt alter fundum haberet, alter fundi eius æſtimationem, cuius certam quantita-
tem à ſe declarandam reſeruauit, deinde mortuus eſt, an adiri alius debebit? & cenſuit ille
non poſſe, ſed arbitrium infirmari, æſtimatio enim principalem rem reſpicit [5]. quæ ſenten-
tia in venditione vera eſt, in qua pretium ad ſubſtantiam pertinet [6]. item vera videretur,
quando non hoc egiſſet arbitrator, vt iuſtam æſtimationem frater reciperet : non enim
poſſet alius incertam eius mentem declarare [7], aliàs verò putarem arbitrium valere, & æ-
ſtimationem ad liquidum deducendam, per iudicem [8]. quod ex ſupradictis ſatis oſtendi-
tur : principalis enim contractus, qui agitur, id eſt, diuiſionis, eſt perfectus. nam & cùm ar-
biter condemnat in decem danda in die à ſe ſtatuendo, valet arbitrium, tametſi nihil ſta-
VI. tuat [9], quamuis dies pars ſummæ iuris interpretatione ſit [10]. Finge rurſus † non de obli-
29 gatione inducenda agi, ſed de ea, quæ inducta iam eſt exequenda. Receptum enim eſt, ſi ar
biter exequi mandatum, aut nolit aut non poſsit, adiri bonum virum, id eſt, iudicem debe-
VII. re [11]. quod alibi Doct.attingunt. Sed & eadẽ ratione cenſuit Bar.tametſi * compromiſ-
30 ſum in arbitrum hæredes compromittentium, vt ſuprà dixi, non obliget [12], ſi tamen con-
tractus ſit perfectus & compromiſſum in aliquo acceſſorio ſit, hæredes obligari [13]. In du-
bio autem idem tradidit compromiſſum, non ſolùm ſuper re acceſſoria videri, ſed etiam
ſuper contractus ipſius principalis valore, ídque argumento legis noſtræ Bart. cenſuit [14].
VIII. Huc pertinet & illud, quod ex facto reſpondit Pontanus [15]. Promiſi omne illud, quod ti-
31 bi Caius † debet:quantùm autem debeat actum eſt ſtari arbitrio Titij, an ſi Titius non ar-
bitretur, ero liberatus?& reſponſum extat, non eſſe. cùm enim hîc non de ſubſtantia rei,
ſed de declaratione agatur, arbitratore detrectante adeundus erit iudex [16]. quæ tamen ſen
tentia ſemper vera non eſt [17].
STIPVLATOR MORAM FECERIT. Vt quia citatus non compa-
32 ruit:hinc adnotat Bart.non poſſe arbitratorem * abſente parte pronuntiare. poteſt enim
id partibus nocere : ergo citari debet [18]:cùm etiã in extraiudicialibus citatio eius neceſſa-
ria ſit, qui lædi poſsit [19]. nam fortè cliens admonitus arbitratorẽ in ſuam ſententiam viua
voce traxiſſet [20]. videmus quoque generaliter conſtitutum, vt ſemper neceſſaria ſit cita-
tio, quam etiam diuini iuris eſſe aiunt. vnde nec princeps quidem, partibus non vocatis, iu
dicare poteſt [21]. & in cauſis, quibus, omni iuris ſolennitate exploſa, proceditur : tamen ci-
tatio neceſſaria eſt [22]. conſtátque pleriſque ſimilibus caſibus non poſſe, altera parte tan-
tùm audita, quicquam conſtitui:vt cùm agitur quomodo pupillus educari debeat, quo ca-
ſu conuocandi ſunt, qui de quantitate facultatum inſtruere iudicem poſsit [23]. idémque tra
ditum eſt cùm de mutatione legati agitur [24], vel de ęſtimatione rerum, quæ aliquo caſu re-
ſtituendæ ſunt [25]. aliàs enim his qui vocati non ſunt nullum infligi poteſt damnum [26]. &
his quidem argumentis ſententia Bart.fulcitur, quæ tamen communiter recepta non eſt,
quanquam omnes ferè Pontificij vno ore improbant [27]. cùm enim arbitrator pronuntiat,
33 conditionem contractus implere dicitur [28]. at † tale implementum, etiam ignorantibus
partibus, fieri poteſt [29], vnde leges hanc arbitratoris commiſsionem mandatum appel-
lant [30], quod dubium non eſt executioni mandari poſſe & parte nõ præſente. ſuadet etiam
id, quod deportatus quoque arbitrari poteſt [31], & tamen veriſimile non eſt in inſulam vo-
catos litigatores. Item traditum eſt, per epiſtolam poſſe arbitratorẽ ſentẽtiam ſuam dice-
re [32], quod iudicat, abſentibus partibus, id fieri. Adde quod nulla lege cautum eſt, vt in fe-
renda ſententia partes arbitrator citet : lex enim de arbitro tantùm loquitur, qui non niſi
parte præſente, pronuntiare poteſt, adeò vt nec citatio quidem ſufficiat [33], de arbitratore
verò non loquitur, nec veriſimile eſt hunc iuris rigorem ab eo ſeruandũ, qui non iudicare,
34 ſed contrahere dicitur [34]. vnde & feriatis diebus ſententiã * ſuam exponere poteſt [35]: cùm

1 Bar.hîc quæſt.pen.in fi.
2 l.ſi cùm dotem. in princ. ſol.mat.
3 l. domum.l.ſuæ rei. cum ſeq.de con.emp.
4 l.ſi in emptione.
5 d.l.fin. de cont. empt.l.j. C.com.vt.iud.
6 §.pretium. inſt. de emp. & vend.
7 l. qui plures. de vſu & vſuf.leg.l.quoties. §.tantundem.de hær.inſt.
8 l.pen.de inſt.& ſubſt.l.cũ pater.§.fin.de leg.ij.
9 Bal.l.ij de hær.inſt.C.A-lex.l.triticum.j.eo.
10 §.plus.inſt.de act.
11 l.cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo.j.eo.vbi Bal.
12 d.c.fin.de arbi. d.l.diem. §.j.
13 argu.l.fundi.§.j.de acq. poſſ.c.ſi ſuper gratia.de off. deleg.in vj.Bart. & Iaſ.hic. quæſt.vii.
14 Bar.hîc.quæſt.pen.
15 Pont.conſ.cccccij.
16 l.& per ius. §.qui ita.de accep.
17 l. q Romæ.§.Augerius. vbi dixi j.eo.
18 l.nam ita diuus.de ado.
19 l.j.§.mulier.§.denũtiare.de ven.inſp.l. neceſſe. de in diem ad.
20 l.ſi in tres.de arbit.
21 c.j.extra de cauſa poſſ.
22 clem.ſæpe.de ver.ſig.
23 l.iij. §. ſed & ſi. vbi pup. ed.de.
24 l. legatum.de vſuf.leg.
25 l. hac edictali. §. his illud.C.de ſec. nup.
26 d.l.j.§. cũ dicitur. ſi cui plus, quàm per leg.
27 Doct.c.quintauallis.de iureiu.
28 d.l.ſi merces.d.l.fin.
29 l.ij.cum glo. de cond.& demon.
30 d.c.quintauallis.
31 l.cùm pater.§. hæreditatem.j.de leg.ij.l. ex facto.§. ſi quis rogatus. ij. ad Treb.
32 l.ij. in prin. ſi men. fal. mod.
33 d.l.diem.§.ſi quis. Doct. l.ij.C.de arbit.
34 glo.in auth.vt dif. iudi. in prin.
35 l.fina. verbo tranſactiones.C.de feriis.

 tamen

ſamen tali die citari nemo poſsit.Nec me mouet Rom.Soci. Iaſoníſque & quorundã alio-
rum declaratio,qui ſaltem in cognitione cauſæ neceſſariam citationem eſſe aiunt[1], licet
in definitiua non ſit. Reſpondeo,id ad cauſæ iuſtitiam pertinere,non ad iudicij formam:&
ideo valebit ſentẽtia,licet in caſibus permiſsis ad arbitrium boni recurri poſsit[2]: aliàs du-
rius cum arbitratoribus,quàm cum iudicibus ageretur[3]. nec rationes Bart. quicquam vr-
gent,quæ vel in arbitris procedũt vel in iudicibus,ſeu in his,quæ ad horum inſtructionem
pertinent,quod recentiores omnes diffuſiùs hîc oſtendunt.eo tamen caſu Bar.ſententiam
Caſtellio, & alij ſequuntur,quo ex lege Municipali huiuſmodi arbitratorũ iuſsiones exe-
cutionẽ haberent,vel aliàs vim iudiciariam conſequerentur[4].tunc † enim ſicut arbitri ci- 35
tare partes tenentur[5], ita veriſimile eſt arbitratores teneri.   Ab hac concluſione illi ca- I.
ſus excipi poſſunt,quos Iaſ.& Soc.hîc adnotant.nempe † cùm in compromiſſo adeſt clau 36
ſula vt etiã partibus non citatis,pronuntiare poſsit[6].   Vel cùm de eo pronuntiaret,quod II.
abſque vlla † partium inſtructione intelligeret, quod Bal.ex facto reſpondit[7], vt quia te- 37
ſtatoris voluntatem ſibi compertam eius iuſſu declararet[8]:vel pauperẽ eligeret, cui quid
dandum eſſet[9]:vel rationes & calculos computaret, de quibus magis ex ſcripturis, quàm
partium præſentia conſtare poſſet[10].   Idem quoque ſi † aliàs exploratiſsimum ſibi eſſet III.
nullam abſenti defenſionem competere[11],vt quia quicquid habebant ſcripturę ſibi tradi- 38
tæ partes commendaſſent[12].   Sed &ſi actum ſit, vt ſecundum conſcientiam † arbitrator IIII.
decerneret, credibile eſt citationem iudiciariúmque omnem rigorem videri remiſſum[13]: 39
quod Bal.& Alex.aiunt[14],probabiléque eſt,licet Iaſ.leuiter diſſentiat:dum tamen iuret ar-
biter ita ſibi dictare conſcientiam[15].quod aliqui tradiderunt[16].

1 argu.l.ſi de meis.§.recepiſſe.de arbit.
2 d.l.ſi libertus.de op.lib.
3 glo.l.prolatam.C.de ſen.
4 Raph.conſ.ij.& ſeq.
5 d.l.diem.§.ſi quis.
6 d.§.ſi quis.& §.ſeq.
7 Bal.conſ.lxiiij.in iij.
8 l.Theopompus.de dote præleg.
9 l.vnum ex familia.l.cùm quidam.ij.de leg.ij.
10 l.ij.§.quod de frumentaria.de admi.re.ad ci.pert.
11 c.cùm ſit Romana.in fi.de app.in antiq.
12 Abb.c.ex inſinuatione.in fi.de app.
13 glo.cle.j.de offi.deleg.
14 Alexã.l.de vno quoque.de re iudi.
15 d.l.Theopompus.
16 Alex.l.de pupillo.§.qui opus.in fi.de op.no.nunt.

## SVMMAE.

1 Compromiſſum detrectatione extingui. & 3.
2 Arbitramentum variè finiri. 5. 8. 9. 10. 11.
4 Arbitrator non cogendus.
7 Arbitrij tempus actione regulari.

## LEX XLIIII.

ET IDEO. Si ergo arbitrator † nolit quicquam cõſtituere, expirat eius 1
mandatum, contractúſque pro infecto eſt.   Hinc adnotant Doctores I.
arbitratoris † poteſtatem finiri ſi nolit pronuntiare. Sed nunquid poſsit 2
à iudice cogi vt pronuntiet?& ſi mandatum ſuſceperit, receptum eſt co-
gi poſſe,ſicut & arbiter cogitur: ſubeſt enim eadem ratio[17].Accurſius ta-
mẽ ingenue fatetur nulla lege id(quod ipſe ſciat)probari.Sed quid ſi †ob 3
duret aduerſus iudicis imperium & nolit arbitrari? & hîc videtur probari finiri eius pote-
ſtatem,quod & ipſe cenſeo.cùm † enim arbitrator ex ſimplici contractu teneatur, nulla 4
eſt ratio,cur in obligationibus facti præcisè cogi poſsit[18]. nam & procurator qui manda-
tum ſuſcepit præcisè non cogitur,ſed re non integra in id quod intereſt ſolùm condemna-
tur[19].quod ſecùs eſt in arbitro,qui ad inſtar iudiciorum cognoſcit,in quibus præciſa eſt fa
cti obligatio[20].   Alius caſus eſt,quo † finitur arbitratoris poteſtas cùm partes diutiùs ceſ II.
ſauerunt,cúmque non adiuêre: videntur enim tacitè reuocaſſe mandatum, ſicut & in ar- 5
bitro proditum eſt[21]:qua ratione ſi arbitrator ad litem aliquam electus ſit, partéſque per
tantùm temporis ceſſauerint,quantùm à lege arbitratori conceſſum eſt, putà ex Bart.ſen-
tentia per annum[22],expiraſſet eius poteſtas:quod excepto Saliceto omnes hîc probant[23]:
lex tamen non finiri compromiſſum hoc caſu, ſed ſimpliciter non cogi ad arbitrandum
ait[24].   Sed & cùm arbitrio alterius contrahentium res permiſſa eſt in caſibus,quibus ſu-
prà docui fieri id poſſe,receptum eſt teneri eum ſtatim cùm primũ poteſt definire[25]. aliàs III.
lex interpretatur per eum ſtare,& conditionem pro impleta in eius damnum habet.regu-
lare enim eſt,vt in * conditionibus adfirmatiuis,confeſtim cùm quis poteſt adimpleri de- 6
beant,aliàs cenſeatur defeciſſe[26]:hácque in re conſentiunt omnes.   Sed quid ſi ex natu- IIII.
ra contractus alia capiatur † præſumptio,verbi gratia redhibitoria actio propter morbũ, 7
vel vitium ſex menſibus durat[27]:quæ verò ex eo datur,quia res diſpliceat duobus menſi-
bus extinguitur[28]:finge ergo in arbitrium contrahẽtis reiectum,vt niſi res placuerit, red-
hibeatur: debebítne ſtatim arbitrari?& conſtat non debere,ſed ſatis eſſe, ſi intra ſexagin-
ta dies definiat:quod propter rei naturã eſt,vt Ang.& Iaſ.rectè docuerunt,magíſque mihi
hæc placet ſententia, quàm Bar. qui hîc ita conſtitutum ait: quia ſubſtantia contractus in
arbitrium contrahentis collata ſit,quid hoc infert, vt magis ſexaginta dies dentur, quàm
confeſtim expediatur?   Sanè ſi † quis mihi legauerit ſeruum, quem Titius elegerit, niſi V.
intra annum Titius arbitretur, eius poteſtas expirat[29].quod generaliter procedere Bart. 8
cenſuit in quocunque arbitratore, qui ſuper facto alieno ſit adſumptus:niſi enim intra an-
num pro

17 d.l.iij.§.j.de arbi.glo.& doct.l.j.de leg.ij.
18 l.ſtipulationes nõ.verſ.Celſus.j.eod.
19 §.mandatum.inſt.mãd.
20 l.ſed & hæ.§.præter.j.de procur.
21 l.item ſi vnus.ij.reſp.l.litigatores.in prin.de arbi.
22 arg.d.§.ſed & ſi quis.
23 Ang.Imo.Alex.
24 d.l.item ſi vnus.verſ.ſi multò poſt.
25 d.l.hæc vẽditio.in prin.d.l.cũ quidam.ij.in fine.
26 l.hæc conditio.ij.de cõdit.& demon.
27 l.cùm ſex.de æd.ed.
28 l.quod ſi nolit.§.ſi quid ita.eo.tit.
29 d.l.ſi.§.ſed & ſi quis.C.com.de leg.



num pronuntiet, euaneſcit mandatum.quæ ſententia generaliter approbata non eſt, ſed
duntaxat in dictæ legis caſu, probabilis quoque eſt, cùm ſuper lite eſſet adſumptus, cuius
inſtantia annalis eſſet[1].videtur enim hoc caſu imitari naturam rei[2].Poteſt etiam defendi,
quoties non ſolùm arbitrator, ſed etiam partes per annum ceſſaſſent, vt ſcilicet,tanti tem
poris lapſu videatur eatenus reuocatum mandatum, ne cogi poſsit[3]. quibus caſibus exce-
ptis,communis omnium ſententia eſt, poteſtatem arbitratoris cenſeri perpetuam[4]: cùm
VI. contractus mandati ſit perpetuus[5].   Enimuerò † dubium nõ eſt, ſi promiſſo adiectus ſit à
9 partibus dies, eo lapſo, omnem arbitratoris poteſtatem euaneſcere[6]. Nec refert dies à
partibus conſtitutus ſit,an à iudice partibus ipſis volentibus:quod Baldus reſpondit[7]. quo
loco illud quoque ſubiicit, ſi ei facultas data ſit ſemel, & pluries prorogandi: non tamen
poſſe modum in hiſce prorogationibus excedere,aut vltra alteram,itémque alteram dila-
VII. tionem, rem producere, niſi iuſta ex cauſa id factũ appareat. qua de re alij aliter[8].   Sed
nunquid ſi arbitrator in inſulam deportatus ſit, finiatur compromiſſum? & videtur finiri,
ſicut & mandatum[9]:licet in vltimis voluntatibus aliud ſit[10] quam quæſtionem alibi atti-
gi[11].In excommunicatione quoque reſpõſum eſt,non finiri compromiſſum:nec enim ex-
communicatis ea,quæ ad contractus pertinent,prohibita ſunt,ſi aliorum vtilitatem prin-
cipaliter reſpiciant[12].Idémque in exulibus,quos bannitos vocant:æquiparantur enim de-
10 portatis. Putarim † tamen ego, ſi eiuſmodi ſint exules, qui offendi impunè poſsint, quo-
niam tales hoſtes publici cenſentur[13],extingui compromiſſum:nec enim conuerſari cum
VIII. hoſtibus licet,ídque nec eorum quidem libertis conceditur[14].qua de re alibi[15].   Sed quid
11 ſi aliquis compromittentium ipſe in exilium datus ſit? & Bartolus † finiri compromiſſum
cenſuit,nec fiſcum, ad quem exulis bona perueniunt, arbitratoris iudicio alligari, ídque
communiter receptum eſt: qua enim ratione ſuprà concluſum eſt defuncto compromit-
tente non adſtringi compromiſſo eius hæredem[16],eadem nec fiſcus teneri debet.Nec me
12 mouet eorum argumentum,qui obligationem quamuis * conditionalem, publicatis de-
bitoris bonis,in fiſcum tranſire aiunt[17]:quia reſpondeo hanc, de qua agimus, non ſolùm
conditionalem eſſe,ſed etiam perſonæ cohærere: cùm compromiſſum iure amicitiæ, vel
magnæ fiduciæ fiat,vt ſuprà declaraui:tametſi Bartolus aliter quoque reſpondeat, nempe
obligationes quidem perfectas in fiſcum tranſire[18], ſed hanc, qua exul tenebatur, non
tranſire, quòd perfecta non eſſet. Vnde cùm quis quod ſolùm ſub conditione debet, purè
animo nouandi ſpondet, & ante conditionis euentum deportatur,non fit nouatio, nec in
fiſcum is contractus, ceu imperfectus tranſit[19]: ſed ego arbitror id potiùs inductum eſſe:
3 quia fiſcus * occupando bona delinquentium non ſuccedit tanquam hæres, nec condem-
nati perſonam repræſentat, ſed bona ſolummodò aufert[20]. Obligatio autem hæc ante
contractum perfectum perſonalis eſt facultatis, & appellatione bonorum non contine-
tur[21]:cùm ſtatim, vt conditio euenit,per puram promiſsionem iure nouationis eſſet abo-
lenda, nec duraret: vnde in hæredem quidem tranſiret,in fiſcum verò non tranſit.

1 l.filij.in fine.ad Terty.c.quærenti.de offi.deleg.
2 arg.d.§.ſi quid ita.
3 d.l.item ſi vnus.verſ.ſi multo poſt.
4 arg.auth.ſi tamen.C.de temp.app.
5 l.iij.C.de præſc.xxx.vel xl.an.
6 l.non diſtinguemus.in fi.de arb.
7 arg.l.de die.in princ.qui ſat.cog.Bal.conſ.cccl.in v.
8 Lanfrancus tract.de arb.parte vj.verſic.prorogatio.Bal.conſ.cccxlv.& cccxlvj.in v.dub.
9 l.cùm quis.de ſol.
10 l.cũ pater.§.hæreditatem.de leg.ij.
11 l.illa verba.de ver.ſig.
12 c.ſi verè.de ſent.excom.in c.cùm deſideres.eod.tit.
13 l.j.C.de bon.lib.
14 d.l.j.& l.j.j.ad l.Iul.maieſt.
15 doct.l.j.C.de hær.inſt.
16 d.c.fin.de arb.d.l.diem.§.j.
17 l.inter.in fi.de pact.dot.l.Statius.§.Cornelio.de iu.fiſc.
18 l.fiſcus.j.de iu.fiſ.Alex.l.ſi marito.ſol.mat.
19 l.quoties.in fi.de nouat.Alex.d.l.ſi marito.
20 l.j.§.an bona.de iu.fiſc.vbi Bart.
21 Bar.cõſ.clvij.in fi.Aret.rub.j.de acq.hære.

## SVMMAE.

1 L. quodcunq; ſenſus.
3 Filium extra ius patris,ei non quærere.
6 Filium ſibi quærere priùs,niſi patri ſtipuletur.
8 Factum merum patri dominóve non quæri.
9 Aduentitia filio,niſi patri ſtipulentur,quæri:ex cauſa illi ſuccurri. 10.

## LEX XLV.

QVODCVNQVE. Ipſe ἐπιταγματικῶν dictioni † alter hîc ſubii-
1 citur vt ſit ſenſus.quicquid is qui in mea poteſtate eſt, ſtipulatur,perinde
habetur,ac ſi ego ſtipulatus eſſem.vox *enim filij,vel ſerui mei vox mea
2 cenſetur. quod propter poteſtatem inductum eſt iure ciuili mihi in eos
I. cõceſſam[22].   Vnde †conſequens eſt,vt ſi filius in poteſtate non ſit,tam-
3 etſi affectio, ſanguiníſque coniunctio duret, tamen ſtipulari patri ne-
queat.vt ſi ſit emancipatus[23],vel ex ea natus,cum qua matrimonium iure Quiritum non
ſit.vnde ſubdit Iaſ.filios Francigenarum in patris poteſtate non eſſe.nec enim illi iure Ro-
4 mano viuunt: imò eorum Iuſtinianus ceu hoſtium meminit[24]. Ego ſcio Gallis * omni-
bus ius ciuitatis Romanę fuiſſe conceſſum[25]:& aliquibus ciuitatibus eorum etiam immu-
nitatem[26],& cum fœdere cùm Gothis percuſſo Aquitania, prouincia Narbonenſis, Ar-
uerni,Bituri géſque ab Honorio alienati ſunt, ſaluis illis legibus ſuis tranſierunt[27], com-
mendata præſertim nobilitate, quod cùm Gothi non præſtarent, Arrianámque impieta-
tem ſequerentur, accerſitis Francis, qui orthodoxi erant, in eorum ius conceſſêre, vt
poſt veteres hiſtoricos Gregorius Turonenſis ſcribit. Nam & cùm imperium ad Francos
deuol

22 l.filius.l.dominus.l.ſeq.j.eod.
23 l.debitor.in fi.ad Treb.
24 l.ij.verſ.iubemus.C.de offic.præf.præt.& Iuſtin.in rubr.verb.Franciscus.
25 §.fin.in auth.vt libe.de cœt.
26 l.fin.ff.de cenſ.
27 Bart.l.ſi conuenerit.ij.§.ſi nuda.de pig.act.

deuolutum eſt[1], quis credat aliter deuolutum, quàm cum ſuis iuribus[2]? Poteſt tamen Ia-
ſonis ſententia, quæ & Accurſij fuit, vera eſſe ſecundum particulares locorum * con- 5
ſuetudines, quibus alij per coniugia, alij per ætatem, alij aliter eximuntur à patris pote-
ſtate. Sed nunquid cùm filius †, vel ſeruus domino ſtipulatur, acquirant priùs ſibi, & ex II. 6
perſona ipſorum, ceu per organum tranſeat ius in dominum, an verò continenter à pro-
miſſore domino abſque medio quæratur? & conſtat ex perſona ſtipulatorum ius trãſire[3]:
niſi non ſibi, ſed domino dari ſtipulati ſint: tunc enim, quia verba executiua dominum re-
ſpiciunt, abſque medio ei acquirunt. Qua ratione inductum eſt, vt ſeruus * communis ſe 7
ſibi ſtipulari non poſsit, & tamen ſe domino communi poſſe[4]. quod alibi Bartolus decla-
rat. Cæterùm † & ſuprà docuimus, quoties factum perſonæ cohæret, veluti, *Sibi ire age-* III.
*re licere.* ad patrem, vel dominum non tranſire, ſed meram hanc facultatem ad ipſos, qui in 8
poteſtate ſunt, pertinere[5]. Qua ratione ſeruus patroni à liberto operas malè ita ſtipula-
retur, *Mihi operas dare ſpondes?*[6]. hæ enim operæ merum factum aliquatenus reſpiciunt: &
aliæ ſunt, quæ ſeruo, aliæ quæ patrono præſtantur[7]. Sed & in aduentitiis † locum non IIII.
eſſe legi noſtræ traditur: hodie enim capax eorum eſt filiusfamilias[8]. vnde, ſi ea ſimplici- 9
ter vel ſibi dari ſtipuletur, ſolus vſusfructus patri debebitur. Sed quid ſi filius rem aduenti-
tiam patri dari ſtipuletur? & Dinus, Bartolus, aliíque crebriore calculo totum patri ac-
quiri aiunt: nec enim hoc caſu lex noſtra reperitur correcta: ſiquidem Iuſtinianus aduen-
titia reſpectu proprietatis filio acquiri voluit, cùm ea ſibi ipſe ſtipulatur: ne aliàs luctuo-
ſum id ei ſit. quòd ſi non ſibi, ſed patri ſtipulatus eſt, ceſſat hæc ratio: ſibi enim imputet, cùm
tunc ex perſona filij id ius in patrem non tranſeat, ſed abſque medio patri acquiratur[9],
vt ſuprà docui. Nec me mouet, quòd ſecundum naturam rei videatur ſtipulatus[10]: quia
hoc verũ, ſi ſibi eſſet ſtipulatus, vel ſi ſimpliciter: ſecùs ſi patri: nec enim quæ patri quærun-
tur, ad filium pertinent. Rurſus non mouet, quòd videatur patri tanquam legitimo admi-
niſtratori ſtipulatus[11]: reſpondeo enim hanc præſumptionem capi non poſſe, tum quia
hoc modo mentio patris eſſet ſuperflua[12], tum quia non obligaretur ad rem ipſam promiſ
ſor patri dandam, quod actum fuit, ſed ſolùm ad id, quod intereſt filio[13]. Putarem † tamen 10
ſuccurrendum filio, ſi per errorem ita ſe ſtipulatum allegaret, iſque error vel propter æta-
tem, vel alia ex cauſa eſſet probabilis. hócq; caſu Raphaël. Alexand. Iaſon. ſententiam,
qui à cæteris deſciuerunt ſequendam.

1 c. venerabile. §. verum il-
lis. de elect.
2 c. j. extra. ne ſede vac. vbi
glo.
3 l. placet. de acqui. poſſ.
4 l. ij. ȷ̃. tit. ij.
5 ſ. l. ſtipulatio iſta. §. hi,
qui. glo. §. ſed cùm factum.
inſt. de ſtip. ſer.
6 l. antepe. ȷ̃. tit. ij.
7 l. ſeruus patroni. l. quia
aliæ. de op. lib.
8 l. cùm oportet. C. de bon.
quæ lib.
9 d. l. ij. vbi Bar.
10 l. v. verſ. cõuentionales.
ſ. eo.
11 argu. l. ſtipulatio iſta. §.
pen. ſ. eod.
12 l. ſi quando. de leg. j.
13 l. liber homo. §. fi. ȷ̃. eod.

S V M M AE.

1 ☞ *Stipulari cum moriar, aliis ve, poſſum. 4. in caſibus contrà. 2.*
5 *Conditionis, cum moriar, acceptio multiplex.*

§. SICVTI CVM MORIETVR. Poteſt † ergo quilibet ſiue paterfamilias, ſiue 1
alienæ poteſtati ſubiectus ſtipulari, cùm morietur[14]. qua ratione poteſt & quis: vice verſa
promittere, cùm morietur[15]. Sed nónne hoc ait Iuſtinianus à ſe inductum, non autem ab
Vlpiano, qui auctor huius legis fuit[16]? & credibile eſt Tribunianum, & collegas locum
hunc ſecundum legem nouam accommodaſſe[17]. quod & non paucis aliis legibus ab eis fa
ctum depræhendi poteſt. Sed quid ſi filius ſtipuletur ſibi dari, cùm morietur pater? & Ac-
curſius quem cæteri ſequuntur idem eſſe reſpondit. quæ ſententia probabilis eſt[18]. exce-
ptis duobus caſibus. primus, cùm ita † filius vel ſeruus in fraudem patris aut domini eſſent 2
ſtipulati[19]. Alter, cùm citra patris conſenſum rem ipſius patris ſibi dari poſt eius mortem
ſtipulatus eſſet. ſaperet enim id pactum * votum captandæ mortis. quod alibi aduerſus 3
Raph. cẽſui[20]. Et † quod in patre dicitur, idem in quolibet extraneo eſt. poteſt enim quili- 4
bet ſtipulari ſibi dari centum poſt mortem alterius, putà Titij[21]: vel dari ſibi à domino bo-
na emphyteutica poſt mortem præſentis emphyteutæ: quod Baldus cenſuit[22]: verúmque
eſt: cùm quis non rem illius tertij, ſed ſuam promittit. Sed dubium eſt, hæc conditio, *Cum
moriar.* in vita ne impleatur, an poſt mortem? & Plato id tempus neque morti dedit neque
vitæ, ſed vtriuſque temporis fines miſcuit, appellauítque vt Aulus Ge. libro vj. capite xiij.
ait, τὴν ἐξαίφνης φύσιν id eſt, momentaneam naturam. Noſtri tamen Iureconſulti ad tem
pus vitæ pertinere eam conditionem exiſtimant, niſi aliter fauor libertatis ſuadeat[23].

14 l. ſcrupuloſam. C. eod.
15 §. poſt mortem. inſtit. de
inut. ſtip.
16 d. §. poſt mortem. & l. j.
C. vt act. ab hær.
17 l. j. §. ſed & hoc ſtudio-
ſum. C. de vet. iure enu.
18 l. & hæredi. §. filiafam.
de pac. c. vnico. §. moribus.
ſi de feu. fue. contr.
19 l. fin. ȷ̃. tit. ij.
20 l. fin. C. de pact. Raph. ſ.
l. ſtipulatio iſta. verſ. quæ-
ſitum.
21 argu. l. vt hæredibus. de
leg. ij.
22 ca. j. de feud. dat. in vic.
leg. com.
23 l. qui duos. de ma. teſt.

S V M M AE.

1 ☞ *Filio in caſum quo ſui iuris erit, ſtipulamur.*
5 *Emancipato filio non ſtipulor nec contrà. 7. 9.*
6 *L. ſi genero. C. de iur. do. ſenſus.*
10 *Filiæ actionem ex æquitate dari non mero iure.*
11 *Filio, cum moriar quouis titulo quæro. & 12.*
13 *Filio vt hæredi in caſibus, vt filio, ſtipulamur. 14. 15. 16. 18.*

§. Si quis



1 §. SI QVIS ITA STIPVLATVS. Hîc traditur † poſſe patrem poſt mor
2 tem ſuam, id eſt, ipſius * patris, filiæ ſuæ ſtipulari. & ſic pater, qui propter patriam pote-
ſtatem filiæ ſuæ ſtipulari poteſt, etiam in eum caſum ſtipulabitur quo filia extra poteſta-
3 tem ſit[1]. qua ratione & filio * poſthumo ſtipulabitur[2], qui cùm adhuc natus non ſit, in
poteſtate non eſt. Vnde conſequenter inferunt Doctores poſſe eum filio quoque ſtipula-
4 ri, * ſub conditione, *Cum emancipatus erit*. Sed an poterit † ipſi tempore contractus eman-
5 cipato ſtipulari? & plerique ſuprà ſcriptis argumentis moti aiunt poſſe, tanquam reliquię
patriæ poteſtatis id operentur[3]. quæ ſententia probabilis eſt: cùm pater dotem filiæ eman
cipatæ reſtitui ſtipulatur[4], vel cùm nepotibus ex filia eam reſtitui ſtipularetur[5]: ſuadet
enim id fauor dotis, itémque filiorum ius, quod in dote habent materna, aliàs citra hos ca
6 ſus non putarim defendi hanc ſententiam poſſe. Manifeſtè enim iura violat[6], dum † le-
gem ſimpliciter negantem actionem dari de directa duntaxat intelligit, quaſi eo reſcri-
pto Imperator ſupplicantem illuſerit, cùm vtilis daretur, quæ nihil à directa differt[7]. Vi-
dit hoc Accurſ. Alberi. aliíque veteres, qui, ea reſolutione omiſſa, nouiſsimo loco aliam
adducunt. ſenſit idem Beſutius & Iaſon[8], friget enim nimis hæc reliquiarum ratio. Nam
7 & † palàm eſt filiũ ipſum emancipatum patri ſtipulari non poſſe[9]: ergo nec vice mutua
pater filio. id enim difficiliùs conceditur[10]. Nec quicquam facit, quod votum patris ſit, vt
filio acquirat: quia voluntas ſtipulantis nõ ideo efficit, vt alteri ſtipulari quis poſsit[11]. Sua-
detur hoc & illo argumento, nam lex conſtituta iam filiæ per patrem dote, ait non poſſe
8 filiæ per patrem quæri[12]: quod non ob aliam cauſam eſt, quàm quia in dote filia † quan-
dam emancipationis ſimilitudinem habet. eſt enim eius capax[13], & licet quinque diſſolu-
tiones Alexander hîc referat: qui tamen contextus verba diligenter perpenderit, non diſ-
ſolutiones, ſed diuinationes appellabit. Nec me mouet Bartoli ratio, quam iſti communi-
ter ſequuntur, dum inquit, ſicut in lege noſtra pater filiæ ſtipulari poſt mortem poteſt, &
ſic in tempus, quo extra poteſtatem ſit, ita idem dicendum, ſi tempore ſtipulationis iam
eſſet emancipata. Paria enim ſunt vel ſtipulationem in tempus quo extra poteſtatem filia
ſit conferre, vel tunc contrahere, cùm emancipata ſit[14]. Reſpondeo locos huiuſmodi ge-
nerales certos non eſſe, rimámque in eis facilè reperiri. ſiquidem prædictæ regulæ locus
non eſt, quoties lex à principio certam qualitatem requirit, aliàs actui reſiſtat[15], quod in
9 caſu noſtro eſt: lex † enim ait non poſſe emancipato, quia extraneus eſt, actionem quæri:
quia ius prohibet: & licet ſoleat dici ſtipulationi extraneo factæ legem nec adſiſtere, nec
reſiſtere[16], hoc eſt verum reſpectu ſtipulantis, vnde illi quæritur naturalis obligatio: ſed
reſpectu extranei ſuprà ſcripta lex manifeſtè oſtendit ſubeſſe prohibitionem, vnde nec
naturalis illi quæritur. Sed quænam eſt legis noſtræ ratio, vt actio vtilis filiæ quæratur?
& lex ait benigna interpretatione id defendi[17]: rigor enim iuris ſtat contrà, quia ſtipula-
tio poſt mortem cenſetur conditionalis: ſed in conditionalibus ſtipulationibus reſpectu
habilitatis perſonæ videretur tempus euenientis conditionis ſpectari debere[18] quo tem-
10 pore filia in poteſtate non eſt: At † æquitas aliud ſuadet, vt propter coniunctionem, quæ
11 patri cum filio in poteſtate eſt, valeat ſtipulatio: vnde infero † valere donationem, quam
pater filiofamilias facit adiecta conditione, *Cum morietur*[19]. cùm enim tali tempore non
ſit in poteſtate, ceſſant regulæ, quæ huiuſmodi donationem impediebant[20]: & ideo talis
12 donatio non conferetur. Idémque † cùm quis nomine filiæ ſuæ res emit, quia cùm ſe, vi-
uente ea incapax ſit, videtur poſt mortem donaſſe: & ideo ea filia ſibi præcipuas habet[21].
quòd ſi in vita facta ſit donatio, nec traditio ſequuta, tunc non ſuſtinebitur. Ideóque con
ferenda eſt[22], nec præcipua haberi poteſt. Sícque ego hæc iura interpretor, quæ alij ma-
13 niſeſtis diuinationibus peruertunt. Sanè illud ſciendum eſt, quoties pater filio † ſtipula-
tur, vel paciſcitur, in dubio cenſeri ei tanquam hæredi ſtipulatum eſſe. quod Accurſ. cen-
ſuit, & cæteri probant[23]. veriſimile enim eſt cogitaſſe eum fore, vt filij ſibi ſuccederent[24].
I. Quod intelligendum, niſi alia † coniectura diuerſum ſuaderet: vt in caſu legis noſtrę,
14 cùm quis poſt mortem ſuam filiæ dari ſtipulatur. Si enim tanquam hæredi ſtipulatus eſſet,
non valeret ſtipulatio, quia non poteſt quis vni ex hæredibus ſtipulari rem dari[25], meri-
tò fit interpretatio, vt tanquam filiæ potiùs ſit ſtipulatus, an quia poſt mortem ſuam tan-
tùm ſtipulatus eſt: quo caſu obligatio à ſe non incipit, vt in hæredem transfuſa videri poſ
II. ſit, ſed ab ipſa filia[26]. Nam & Bald. tradidit, quoties pater aliter ſibi, aliter filio ſtipu-
III. latur, videri in dubio non tanquam hæredi ſtipulatus[27]. Idem † cùm pater ſtipulatur,
15 non poſt mortem ſuam, ſed, ſe viuente, filio dari: videtur enim egiſſe, vt ſtatim per filium
ſibi quæreretur[28]. Quòd ſi ea acquiſitio filio quoque prodeſſe poteſt, ídque citra patris
incommodum vtrique acquiretur, vt in priuilegio immunitatis traditum eſt[29], vel in po-
teſtate ſpurios ad legitima iura reſtituendi, quod Angelus & Iaſon exiſtimarunt, vel cùm
IIII. pater vſum latifundij ſibi & filio ſtipulatur[30]. Idem cũ de materia agitur, in qua à pro-

1 l. ſi ita conueniat. de pac.
dot.
2 l. ſi quis operas. de op. lib.
l. Paulus. §. Paulus. ȷ̃. tit. eo.
3 l. talem. §. fi. de hær. inſti.
glo. fi. inſt. de tutel.
4 l. Caius. ſol. mat.
5 l. pater. C. de pac. con. d. l.
ſi ita.
6 l. ſi gener. C. de iur. dot.
vbi Alberi.
7 l. antepen. de neg. geſt.
8 Beſ. & Iaſ. d. l. quod dici-
tur. Clau. l. Gallus. §. j. de li-
ber. & poſth.
9 l. debitor. in fi. ad Treb.
10 l. cùm dos. verſ. ſi verò
filia. de pac. dot.
11 d. l. ſi genero.
12 d. l. cùm dos. verſ. ſi verò
filia.
13 l. Pomponius. Philadel-
phus. fam. er.
14 l. in tempus. de hęr. inſt.
l. quod ſponſę. C. de don. an.
nup.
15 l. ſi minor. de ſeru. expo.
Bar. l. ſi conſtãte. §. quoties.
l. alia. §. eleganter. ſol. mat.
16 glo. d. §. alteri.
17 d. l. ſi ita conueniat.
18 d. l. ſi rem meam. ſ. eod.
19 l. ſi donatione. C. de col-
lat. j. reſp.
20 l. frater à fratre. vbi Bar
tolus. de cond. indeb.
21 l. filiæ cuius. C. fam. er.
22 l. ſi donatione. ij. reſp.
Papinianus. ff. de don. inter
vir.
23 glo. l. ſi tibi. §. ſi pactus.
de pac. l. Seia. verſ. igitur. de
don. ca. mor.
24. l. ſcripto. ff. vnde lib.
25 l. continuus. §. fin. ȷ̃. eo.
26 d. l. j. C. vt act. ab hær. &
con. hær. Iaſ. Alexan. d. §. ſi
tibi.
27 Bald. d. c. j. an agna. vel
filius defun.
28 d. §. & qui. inſt. de inuti.
ſtip.
29 l. ij. C. de epi. & cle. Bar.
l. Gallus. §. j. de libe. & poſt.
vbi Ang. & Iaſ.
30 Bartol. l. iiij. §. Cato. vj.
quæſt. ſ. eod.

prietate verborum recedere fas non ſit, vt cùm filij in conditione poſiti ſunt[1]: ſatis enim
eſt, eſſe liberos, licet non ſint hæredes, cùm in conditione nulla ſit hæredum mentio fa-
cta. Idem quoque eſt, cùm pater ſtipulatur filiis rem, quæ ſui natura in filios tanquam V.
filios tranſit, non tanquam hæredes[2]. Idem ſi alia coniectura id ſuadeat, vt cùm prin VI.
ceps contemplatione filij fundum beneficiarium patri, & filio in clientelare ius tradit[3]:
vel cùm pater pro ſe, & filiis à ſocero ſuo ſtipulatur donationis nomine, veriſimile enim
eſt ſocerum nepotum ex filia potiùs quàm generi ſui contemplatione donaſſe, vt ex facto
Fulgoſius tradit[4], quod Decius extendit, etiam cùm ſimpliciter in contractu matrimo-
nij donatum eſt patri filiiſque ex eo matrimonio naſcituris, vel dictum eſſet filiis maſcu-
lis: ea enim qualitas indicat non tanquam hæredibus donatum eſſe: cùm etiam fœminæ
hæredes eſſe poſsint[5], quod Rayn. Baldus, Decius, aliíque tradiderunt. Idem quoque VII.
in emphyteuſi † eccleſiaſtica receptum eſt: videtur enim pater eam filiis ſtipulari nõ tan- 16
quam hæredibus, ſed tanquam filiis: vnde quamuis hæredes non ſint, emphyteuſim ta-
men ex contractu patris acquirent[6]: ídque communiter receptum eſt. Fuêre tamen qui
diſſentirent, quia lex talem emphyteuſim dari ſolùm concedit ipſi ſtipulanti duobúſque
hæredibus, id eſt, filiis, & nepotibus[7]. quæ hæredis mentio indicat non admitti filios, ni-
ſi etiam hæredes ſint[8]: quod Beluiſius Raphaël & Areti. tradiderunt, & nos alibi attinge-
mus. Idem quoque traditum eſt, cùm pater atteſtatur ſe filio tanquam filio ſtipulari: VIII.
quamuis enim res ſit ſui naturâ ad quoſcunque hæredes tranſmiſsibilis, tamen hoc caſu
ad filios duntaxat, etiam ſi non ſint hæredes, pertinebit: in claris enim * voluntatis quæ- 17
ſtio non admittitur. quod Angel. Aretinúſque atque alij tradiderunt[9]. Sed quid ſi pater IX.
ſtipuletur filio propter eius in ipſum patrem benemerita? & Bartolus cenſuit non videri
neque tanquam hæredi neque tanquam filio ſtipulatum eſſe, ſed potiùs tanquam extra-
neo: & ideo non valere ſtipulationem[10]. quæ ſententia recepta non videtur, ne fiat in-
terpretatio, per quam actus ſubuertatur, & quia † potiùs credendum eſt tanquam filio 18
ſtipulatum eſſe, cuius naturalis affectio propter benemerita ſit aucta[11]. Sed quid ſi pa-
ter ob benemerita donet filio? & quia hoc caſu actus ſuſtinetur, ſi tanquam extraneo
facta videatur, receptiſsimum eſt valere donationem[12]. ſed hæc ſententia magis aucto-
ritate Doctorum, quàm lege defenditur. quæ enim adeò magna filij benemerita ſunt,
vt pater ea iam non remunerauerit? atqui vltro officioſus patri filius eſſe debet, ita co-
gente vinculo naturali, ne impietatis ingratitudiníſque notam ſubeat, non vt præmium
conſequatur. diſtinctio * enim illa meritorum à Doctoribus conficta eſt neſcientibus ſe 19
aliter à pugnantibus quibuſdam reſponſis extricare, quæ nos ſuprà aliter diſſoluimus[13].

1 l. filiusfa. §. cùm quis. de leg. j.
2 l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. de op. lib. l. pro hærede. §. ſi quid tamen. de acq. hær. ſ.
3 c. j. de alie. feud. c. j. an ag. vel def. fil.
4 Fulg. conſ. cxxxij. Decius conſ. clxxxv. & ccxxxix. Bal. l. liberti. verſ. quid ergo. de op. lib.
5 l. maximũ. C. de lib. præt.
6 Docto. d. l. quod dicitur. Alex. conſ. j.
7 §. in emphyteuſi. in auth. de non alien. & in nouella. eod. tit.
8 c. j. an ag. vel. Bart. d. §. ſi liberi. & l. j. quãd. nõ pet. C.
9 d. l. Gallus. §. j.
10 gl. d. §. ſi pactus.
11 arg. l. ſi tutor. §. quæ tutoribus. de excuſa. tut. vbi Bald.
12 glo. d. l. ſi donatione. gl. authen. vnde ſi parens. C. de inoff. teſt.
13 gl. d. §. ſi tibi. dixi ſ. l. dominus.

SVMMAE.

1 ☞ *Si, & cùm, conditionum notæ. certis ex cauſis contrà. 4. 6. 7.*
9 *Conditio, ſi volueris, explicatur.*

§. NON SOLVM. Nihil † ergo refert, an conditio per dictionem, *Si.* an per di- 1
ctionem, *Cum.* adiecta fuerit: ídque pro regula hîc conſtituitur, ſiue talis conditio actui ne-
ceſſario iuncta ſit vt, *Cum morietur.* ſiue fortuito, vt, *Cum venerit.* Vnde legatum, *Cum nu-* I.
*pſerit.* perinde conditionale eſt, ac, *Si nupſerit*[14]. Idémque ſi dictum ſit, *Cum morietur.* erit II.
tam conditionale quàm ſi dictum fuiſſet, *Si morietur*[15]. cùm enim tempus * mortis incer- 2
tum ſit, videtur in vim conditionis dictio illa accipi, fatentúrque id omnes, cùm ſubſtan
tiæ legati talis conditio adiecta eſt[16]. quòd ſi præſtationi ipſi ſeu executioni adiecta ſit, ali-
qui diſſentire videntur[17]. Sed tamẽ receptior eſt ſentẽtia ſecundũ legis noſtrę regulam, III.
vt adhuc nulla ſit differentia, & vtroque caſu quia dies mortis incerta eſt, eadem cenſea-
tur ſubeſſe conditio[18]. Reprobántque communiter Doctores, Pet. Ci. quorundámque IIII.
aliorum ſententiam[19], qui dicebant inſtitutionẽ ſub conditione, *Si Titius morietur.* non eſſe
conditionalem, tanquam neceſſaria ſit: omnino enim morietur Titius[20]: in hac verò, *Cum*
*morietur.* ſecùs eſſe: aiunt enim nihil differre, eſſéque vtranque conditionalem: quia licet
certum ſit Titium moriturum, tamen non eſt certum, an poſt hæredem moriturus ſit: vn-
de * hæres ante conditionis euentum decedens nil tranſmitteret[21]. Fortiùs illud quoq; 3
conſtat legatum Seio factum, cùm ipſe erit annorum xv. vel cùm tertius erit eius ætatis, V.
eſſe conditionale[22], perinde ac ſi dictum eſſet, *Si erit &c.* quidni? cùm idem ſit, etiam ſi ſim-
pliciter poſt talem ætatem relictum ſit[23]. ſuprà ſcriptis igitur caſibus quibus dictio, *Si.* con
ditionem facit, & dictio, *Cum.* conditionalis eſt. Vnde è contrario quibus † caſibus dictio I.
*Si.* conditionalia verba non facit, nec dictio, *Cum.* facit. veluti cùm in eo actu expreſſa 4
eſt, cui tacitè neceſſariò inerat[24], quod hîc omnes tradũt. Sed ſi morti ipſius honorati ad- II.
iectę ſint hę dictiones, cõſtat conditionẽ nullã facere vt, *lego Titio ſi morietur.* vel *Cũ morietur*[25].
Idémque

14 l. ſi teſtator. C. de ma. teſ.
15 l. ſi ita ſcriptum. in fi. de ma. teſt. glo. l. Seius Saturninus. ad Treb.
16 not. l. hæres meus. de cõdit. & demon. & l. ſi cui legatur. de leg. j.
17 l. ex his. C. quãdo di. leg.
18 l. quibus diebus. §. quidam Titio. de cond. & dem.
19 Doct. l. extraneum. C. de hær. inſt.
20 l. pupillus. §. j. de nouat.
21 l. j. §. in nouiſsimo. de cadu. tol. C.
22 d. l. ſi cui. l. ſi ſeruus. de ſtatuli. d. l. ſi ita ſcriptum.
23 l. fideicommiſſaria. §. etiam. de fideic. lib. Docto. d. l. ſi cui.
24 l. ij. de leg. j. l. muto. §. hanc autem. de tut.
25 l. hæres meus. de condi. & demonſt.



III. Idémque vt ego arbitror, quoties hæ dictiones cauſa cuiuſdã admonitionis adiectæ ſunt,
vt, *Promittis x. cum petiero*[1]. non enim conditio ſignificatur, quod etiam in dictione, *Si pe-*
*tiero.* ego producendum cenſeo, tum propter regulam legis noſtræ, tum quia conſtat dictio-
5 nem, *Si.* etiam loco * admonitionis quandoque poni[2]: licet Accur. Bartol. & alij diſſen-
IIII. tiant, quod infrà Beſutius, Iaſónque diſputant. Sed & quoties † certum tempus finien-
6 dæ conceſsionis gratia per huiuſmodi dictiones adiectum eſt, verius videtur conditio-
nis vim non habere[3]: quod & generaliter in contractibus receptum eſt: licet aliud ſit in
V. legatis[4]. Sanè & cùm tempus certæ ætatis † non ſubſtantiæ legati, ſed præſtationi adii-
7 citur conſtat dictionem, *Cum.* vim conditionis non habere[5], quod & in dictione, *Si.* ve-
rius videtur[6]: quod alibi Bartol. ſenſit, & Iaſon. hîc tradit non enim temere à legis no-
ſtræ regula recedendum eſt. Suprà autem docui ſecùs eſſe, ſi tempori incerto adiectæ
VI. eſſent huiuſmodi dictiones[7]. Quamuis & illud quoque ſentiam, ſi quis hæredem
grauauerit, vt filio reſtituat, cùm ad annos xvj. perueniſſet, non cenſeri conditionem ad-
ſcriptam: dum tamen vel expreſsim, vel ex coniecturis conſtet hæredem fiduciarium
eſſe[8]. quod arbitror procedere, etiam ſi ſcriptum fuerit, *Si ad annos xvj. &c.* ſicque con-
cludo ſupraſcriptis omnibus caſibus regulæ legis noſtræ locum eſſe[9]. Sed an omnino per-
petua eſt hæc regula? & tradunt non eſſe, ſiquidem conſtat dictionem, *Cum.* principaliter
tempus, tacitè conditionem ſignificare: at dictionem, *Si.* expreſſè conditionem in con-
8 ſequentiam tempus ſignificare[10]. Vnde cùm par ſit * virtus taciti, & expreſsi, ſequitur,
vt regulariter eandem hæ coniunctiones interpretationem accipiant[11]: quandoque ta-
men aliud ſentiamus, vt cùm quis promittit x. *Cum voluerit*[12]. ſi enim intelligeretur idem
9 ſignificare quod, *Si voluerit.* ſtipulatio † eſſet nulla. Vnde potius fit interpretatio, vt tem-
pus tantùm, non autem obligationis ſubſtantia promiſſoris voluntati commiſſa ſit. Ad-
dit Bartol, cùm tempus certæ ætatis grauati non honorato, ſed ipſi grauato adiectum eſt,
*Si.* per dictionem, *Cum.* nullam conditionem inducere: ídque ex Scæuolæ reſponſo[13],
cùm ſecùs ſit, ſi per dictionem, *Si.* adiectum eſſet[14]. Sed hæc differentia non ſatis proba-
bilis eſt, reſponſúmque illud alia ratione innititur, vt poſt pleroſque alios Alex. Iaſónq;
ex communi ſententia tradiderunt[15]. *Alciatus Bononiæ.*

1 l. ſi x. cum petiero. ſ. eod. vbi Iaſ. l. Titia hæredis. de cond. & dem.
2 d. l. muto. §. hanc autem.
3 l. ambiguitatem. C. de vſufr.
4 glo. l. ij. ſ. de in diẽ adi. l. iij. de adi. leg.
5 l. ex his. C. quãdo di. leg. ced.
6 l. Firmio. ſ. quando dies leg. ce.
7 d. §. quidam Titio. vbi Bar. & Soci. Bar. d. l. ſi cui.
8 l. ſeius. ad Treb. vbi Doct. Iaſ. hic.
9 l. qui promiſit. de cond. ind.
10 l. ſi Titio. ſ. quando dies leg. ce.
11 l. cùm quid. ſi cer. pet.
12 l. centeſimis. §. fi. ſ. eo.
13 l. libertis. ij. §. ab hæredibus. ſ. de ali. leg.
14 d. l. ſi ſeruus. d. §. etiã. Bar. l. ſi cui legetur. §. j. de leg. j.
15 Alex. Iaſ. d. §. j.

SVMMAE.

1 ☞ *Filium quouis modo patri querere. in peculiis diuerſum. 2.*
3 *Patri ex ſtipulatione filij ſolui: in ignorante contrà.*

1 §. FILIVS PATRI DARI. Suprà viſum eſt poſſe † filium patri ſtipulari, etiam
ſi non ſolùm obligationis, ſed etiam præſtationis verba in perſonam patris concipiat[16].
idémque videtur dicendum ſi imperſonaliter ſtipuletur, intelligetur enim patri dari ſti-
2 pulatus, vt hîc dicitur, quod intelligendum in his, quæ patri acquirit. Vnde † ſi in cauſa
3 caſtrenſis peculij, vel aduentij ſtipuletur ſecùs erit[17]. Sed nunquid † debitor ipſi filio ſol-
4 uens liberabitur? & conſtat non liberari[18]. cùm enim * cenſeatur patri dari ſtipulatus,
debuit reus promittendi ipſi patri ſoluere, quod intelligendum, niſi ignoraret debitor eum
cum quo contraxit, eſſe filiumfamiliàs[19].

16 ſ. §. alteri. §. ſi ſtipuler.
17 ſ. l. dominus.
18 l. cùm fundus. §. ſeruũ tuum. ſi cert. pet. l. eum qui ita. §. ij. in fi. ſ. eod.
19 l. filiæ. de ſol.

SVMMAE.

1 ☞ *Stipulari centeſimis calendis poſſe.*
3 *Vſura centeſimæ definitio multiplex.*
5 *Vſurarum partes, & modi.*
6 *L. centeſimis. ſenſus.*
7 *Stipulatio in diem ſtatim committi. in caſibus contra. 9. 13. 15. 17. 21. 22.*

LEX XLVI.

1 CENTESIMIS. Valet ſtipulatio, qua quis † centeſimis calen-
dis id eſt intra centum menſes dari ſibi agit. eſt autem hic loquendi mo-
dus, ſicut & ille, *Intra calendas quintas dabis*[20]. à fœneratorum conſuetu-
dine deriuatus, qui ſolebant duodecim in centum quolibet anno, an-
tequàm Iuſtiniani lege diſtinguerentur, accipere: quod duodenis aſsi-
bus debere Plinius ad Traianum quadam epiſtola appellat: in ſingulas
enim calendas antiqui fœnerabant[21]. vt libro Diſpunctionum III. cap. I. declaraui: vnde
2 eorum rationes * calendaria dicuntur[22]. Hinc & centeſima dicta, quod centũ menſibus

20 l. j. §. ſi quis ſimpliciter.
21 l. publia. §. j. depoſiti. l. lecta. ſi cer. pet.
22 l. penul. ſi cert. pet.

ea vſura æquet ſortem † quolibet enim menſe reddit vnum, quæ eſt centeſima pars ſortis, 3
vt nos ex Sidonio Apollinare aliàs docuimus, qui libro iij. ad Turnum cauta (inquit)
fœneratori eſt centeſima, quæ per biluſtræ producta tempus modum ſortis ad duplum ad-
duxit. Sic Iuſtinianus cùm conſtituiſſet, vt pecuniæ traiectitiæ * vſura centeſima eſſet [1], 4
in Nouellis ait octauam partem pro ſingulis ſolidis accipi, quod idem eſt [2]. ſic Theodo-
ſiani Codicis interpres definit vſuram cẽteſimam eſſe, qua quis tres ſiliquas id eſt obolum
pro ſolido annuum accipit [3]. Conſtat autem ſolidus octo obolis, vt lib. de pond. & menſ.
à me declaratum eſt. Vnde cum ſiliqua pro ſolido ſoluitur, intelligitur † quatuor in cen- 5
tum [4], quod alibi tertia centeſimæ appellatur [5]. eſt autem leuis vſura, vt in vita Antonini
Lampridius auctor eſt, appellatúrque etiam vſura triens [6], ſicut & quincunx, cum quin-
que præſtantur, quam Perſius poëta modeſtam appellat: ſic & ſemis, cum dimidia cen-
teſimæ id eſt ſex in centum præſtatur [7], quod Hermol. Barb. docuit, idque ex L. Colu-
mella libro iiij. apud quem viginti nouem millia ſortis biennio ex vſuris ſemiſſibus tria
millia, & quadringenta octoginta reddunt [8]. Sed an valeat ſtipulatio, qua quis centeſi-
mis calendis Ianuariis ſibi dari agit? & ſunt, qui ſecundum hanc ſpeciem textus noſtri
verba intelligunt, quoniam hic caſus probabiliorem dubitationem habet [9]: & quia cùm
de centum annis intelligantur, quo tempore non eſt veriſimile contrahentes victuros,
conuenit ſequentis verſiculi aduerſatiuæ dictioni, *Autem.* quæ in iiſdem finibus, ſeu ea-
dem facti ſerie ſolet aduerſari [10]. probatur ergo hic valere huiuſmodi ſtipulationem,
tranſmittetúrque hæc obligatio in hæredem, vt ipſe exigat: quæ res nullam habet diffi-
cultatem [11], nec interim locus erit præſcriptioni, quia non valenti cum effectu agere, non
labuntur tempora [12], quod Raph. Imo. Paul. Alex. Iaſ. cenſuerunt. Ego † tamen ſuperio- 6
rem interpretationem ſequor vt de centum menſibus intelligamus, cùm nulla in lege no-
ſtra ſit ſpecialis alicuius menſis mentio. Adnotanda ergo legis noſtræ regula eſt, vt ſtipu-
latio † in diem certã ſtatim committatur tam reſpectu obligationis quàm etiam actionis, 7
cùm enim ſolùm dicatur hic differri ſolutionem, quæ quidem ad exequutionem perti-
net, conſequens eſt, vt nec obligatio, nec actio differatur [13], idque communiter rece-
ptum eſt: cuius rei illa eſt ratio, quia dies ſicut modus * tollendæ actionis non eſt, ita & 8
eam impedire non debet [14]: ſed ſatis eſt promiſſori, ſi ante diem conueniatur, exceptio-
ne ſuccurri, quòd ſi non excipiat, quia hæc exceptio dilatoria eſt, videtur ei renuntia-
tum [15], debebítque iudex reum confeſtim, non autem ſua die condemnare: quod Bartol.
cenſuit [16], & regulariter verum eſt, & nos infrà attingemus [17]. Fuêre tamen, qui ante
diem non naſci actionem cenſuerint [18], maximéque controuerſus eſt hic articulus [19]. Sed
horum rationes communem concluſionem potiùs limitant, quam ſubuertunt, nec enim
perpetua eſt hæc regula, ſed quibuſdam caſibus non procedit. Et in primis ſi dies † cer- I. limit. 9
ta quidem in genere ſit, ſed in certa in ſpecie, vt dies mortis, hoc caſu ante diem nec
obligationem oriri, nec actionem Bartol. cenſuit, quæ ſententia vera eſt, cùm id actum
conſtaret, vt obligatio non niſi ab hæredibus incipiat [20]. Item eſt vera, cùm ante eam
diem incertum eſt debitum iri: vt cum quis legat, *Cùm hæres morietur.* quid enim ſi is hæres
legatario ſuperſtes eſſet? cum enim legatarius * non tranſmittat, apparet incertum priùs 10
eſſe an futurum ſit debitum [21] Idémque in eo, qui fructus naſcituros promittit, ſubeſt enim
incertitudo, an naſcantur, & quot naſcantur [22]: quo argumento Bartol. generaliter hanc
concluſionem approbauit, tanquam ſemper in tali obligatione ſubſit incertitudo propter
medij temporis interuſurium [23], at alij & ipſi non pauci numero [24], haudquaquàm ratio-
ne interuſurij impediri obligationem * exiſtimarunt: cùm ſuper eo non ſit celebratus 11
contractus [25], crediderunt enim ipſi ante talem diem promiſſorem obligatum cenſeri &
naturaliter & ciuiliter [26]: quia ſubeſt ſemper illa ratio, quod dies ſiue certus ſiue incer-
tus non eſt modus tollendæ, aut impediendæ obligationis [27]. Vnde videmus, quòd ſi ante
eam diem ſolutum ſit, impeditur repetitio, quod indicat ſubeſſe obligationem [28]. pro-
babilis tamen mihi videtur Paul. Caſtren. diſtinctio [29], vt hoc caſu obligationem ante
diem, actionem non niſi poſt diem oriri credamus. qua ratione talis obligatio * nouari 12
poterit, idque ante diem [30], poterit & accepto ferri, licet quod ad actionem attinet, non
appareat acceptolatum, aut nouatum priuſquàm dies veniat [31]. Rurſus non procedit II.
concluſio in die, quam ex natura contractus, vel rei lex ipſa conſtituit [32]: in ea enim con-
ſtat actionẽ non niſi poſt diem cõcedi [33]: dum tamẽ dies ſolius humanitatis cauſa indultus
non ſit, quod Bartol. cenſuit [34]. Sed † quid in obligatione dicemus, quæ ex die cõpetit? & III. 13
lex ait ex die incipere obligationẽ [35]: conſequens ergo eſt, vt quoties obligatio ex die indu-
citur, ante diẽ repudiari nõ poſſit [36]: nec refert, an expreſſè ſit cõcepta ex die obligatio pu
tà, *Ex calendis Martiis dare ſpondes?* (Sic enim Paul. ſcripſit) [37] an tacitè, cuius rei exemplum in
debitore ad diẽ eſt, qui cenſetur mãdaſſe fideiuſſori, vt ex ea die ſolũ ſoluat, ex qua ipſe fue
rit in mora: vnde ante * diem fideiuſſor nõ cenſetur obligatus, & ſi ſoluat, mandati actionẽ 14
non

1 l. eos. §. j. C. de vſu.
2 in auth. de naut. vſu. in princ.
3 l. quicunq. ij. C. de vſur. in c. Cheodo.
4 auth. ad hæc. C. de vſu.
5 auth. ſed iam cautum. C. depoſ.
6 l. iij. §. ſi. ad leg. falc.
7 l. ſeptitia. de polic.
8 Soci. d. l. iij. §. ſi.
9 l. quod Labeo. de Carb. edit.
10 l. mariti. §. eum autem. de adul. vbi Bar.
11 l. j. C. vt act. ab hæred. Ci. l. quoties. de prec. imp. offeren.
12 l. j. in fi. C. de ann. excep.
13 l. i. in fi. quan. di. vſufr. ced. l. cedere. de verb. ſign. l. qui mandatum. ſ. mand.
14 l. obligationum ferè. §. placet. ſ. tit. j.
15 l. Pomponius. §. rati. de procur.
16 l. eum. qui. §. qui ita. ij. ſ. eo. l. lecta. ſi cert. pet.
17 d. §. qui ita.
18 arg. §. omnis. inſt. eod. l. in diem. de nouat. l. Fulcinius. §. ſi in diem. ex quib. cau. in poſſeſſ. ea.
19 Bal. l. j. C. vt act. ab hær.
20 l. vnica. C. vt act. ab hære. Alex. l. quod ſi ſub conditione. de cond. indeb. Bart. l. ita ſtipulatus. q. ij. ſ. eod.
21 l. j. l. hæres meus. §. de cond. & demonſtr.
22 d. l. j. & l. j. §. ſi impuberi. ſ. de collat. bon.
23 Bar. & doct. d. l. ſtipulatus. q. ij.
24 Imo. Paul. Soci. d. l. j. Rayn. Bal. l. & ſi poſt tres. ſi quis caut.
25 arg. l. certi condictio. in princ. ſi cert. pet.
26 l. ſi pupillus. §. j. de nouat. vbi Paul. Caſtren.
27 d. §. placet.
28 l. nam ſi cum moriar. de cond. indeb.
29 Paul. d. l. ſi pupillus. §. j.
30 l. ſi ſtichũ. §. j. de nouat.
31 l. quod in diem. de acceptil. l. in diem. de nouat.
32 l. quoties. verſ. cedũt. de op. liber. l. iii. §. ſi quis. ij. de eo quod certo loc.
33 l. ſi ſtipulatus. ij. ſ. eo. l. interdum. ſ. eod.
34 d. l. ſtipulatus. j. quæſt.
35 d. l. obligationũ. in prin.
36 l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. de leg. ij.
37 d. l. obligationum §. j.



IIII. non habebit [1]. Hinc etiam infertur, ſi partes † egerint, ne ante diem oriatur actio; non
15 procedere concluſionem [2]: Vbi enim deficit conſenſus, ibi & obligatio deficit [3], & conſe-
quenter actio: quod intelligendum, niſi de obligationibus agatur, quæ non ex conſenſu,
ſed ex facto oriuntur, putà ex adminiſtratione: quod & Bart. cenſuit [4]. in his enim ad le-
16 gis poteſtatem * ſolùm attendimus, vt eo tempore oriatur actio, quo lex conſtituit, quod
V. & in tutelæ actione traditum eſt [5]. Qua ratione rei † vendicatio nunquam ante diem
17 conceditur, quod eo exemplo oſtenditur, cùm teſtator fundum intra annum dari iubet [6].
cùm enim tranſlatio dominij in legatarium auctoritate legis fiat, ea exequutio ante diem
VI. non fit, quod communiter receptum eſt. Sed an idem in hypothecaria actione reſpon-
debimus? & Bald. ait idem eſſe [7]. Ea enim ius in re ipſa prætendit. Vnde videtur ad exe-
quutionem in re à lege factam pertinere, ſed tamen verior eſt Aretini diſſentientis tradi-
18 tio [8], qui acceſſoriam eſſe hypothecam * perſonalis actionis ait, & ideo eius naturam imi-
tari [9]. Vnde ſi debitor de fuga, vel dilapidatione ſuſpectus eſſet, poſſet ante diem hypo-
thecaria intendi [10]. nec obſtat quòd lex ait ante diem conueniri non poſſe [11]: quia ver-
19 bum, *Conueniri.* à * lege prolatum ad effectum, litíſque progreſſum refertur [12], ſicut & ver-
20 bum, *Peti* [13]. Clarum autem eſt exceptionem diei * tanquam dilatoriam obſtare proceſ-
VII. ſui. Sanè illud conſtat locum regulæ non eſſe: cùm incertum eſt ante diem debitum
VIII. iri [14]: tunc enim lex ait nihil agi. Sed † quid in perſequutionibus dicemus? & conſtat
21 officium iudicis non priùs concedi, quàm dies venerit [15]. In certi quoque † condictione
IX. cenſuit Bartol. Angelúſque id obſeruari, vt in obligationibus in diem non priùs compe-
22 tat, quàm dies venerit: in ea enim maximè ad petitionem ipſam attendimus, quam neceſ-
ſarium eſt eſſe certam. Vnde ante non poteſt concedi: quia propter medij temporis inter-
uſurium incerta eſſet: quam ſententiam & nos ſequuti ſumus [16], licet alij aliter crebrio-
re calculo.

1 l. ſi mãdauero. ij. in princ. mand.
2 d. l. j. vt act. ab hære. d. l. j.
3 l. j. ſ. de pact.
4 arg. l. cerdonem. de op. liber.
5 l. ſi tutor. in fin. de tut. & rat.
6 l. Sempronius. de vſufr. leg.
7 Bal. d. l. & ſi poſt tres.
8 Aret. d. l. ſtipulatus. ij. q. Soci. conſ. xlj. lib. iiij.
9 l. ſoluitur. §. ſi paciſcatur. ſ. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.
10 l. quæſitum. de pign.
11 l. Fulcinius. §. ſi in diem. quib. ex cauſ. in poſſ. ea.
12 l. quoties. ſ. ſi quis caut.
13 d. §. omnis. inſt. eo. l. amplius. ſ. rem rat. hab.
14 l. j. in fi. quan. dies vſufr. ced. Bar. l. j. §. in nouiſſimo. de cad. toll.
15 l. j. de re iudic. l. ſi filius. verſ. & fine. de bonis liber. Bal. d. l. vnica.
16 d. l. certi condictio. in princ.

## SVMMAE.

1 ☞ *Factum merum intranſmiſſibile, nec per alium fieri in caſibus contrà.*

§. ID AVTEM QVOD. Licet ſtipulationes dandi, vel faciendi regulariter ad
hæredes tranſeant [17], licet item poſſit quis ſtipulari, *Cùm morietur* [18]. id tamen non proce-
1 dit, † quoties id fieri quis ſtipulatur, quod perſonæ cohæret, cùm enim eo momento, quo
moritur, fieri à promiſſore non poſſit, ſtipulatio eſt nulla [19], nec ad hæredes tranſmittitur:
quia quod perſonæ cohæret per alium fieri non poteſt [20]. Videtur autem factum merè
perſonale eſſe: cùm actum eſt, vt Alexandriam quis eat, ſeu in alium locum certum pere-
grinetur [21], vel vt in tali loco habitet, habitatio enim ipſa quoque perſonæ cohæret [22].
Idémque ſi vt iudicio ſiſtat [23]: ſed tamen hæc perpetua non ſunt, quandoque enim huiuſ-
I. modi facta per alium adimpleri poſſunt. Vt quando non voluntariæ, ſed neceſſariæ
II. conditioni adiectum apparet [24]. Nam & qui vouit aliquem ad ſacrum ſepulcrum in
Solymis mittere, ideóque hæredem grauauerit, vt eat, non cenſetur merè perſonale onus
2 illi * iniunxiſſe, quin per alium defungi eo poſſit: quod Fulg. cenſuit [25], licet ſi teſtator ipſe
perſonaliter ſe iturum nouiſſet, & impeditus hæredem grauaſſet, ſecùs eſſet, quod Suza-
III. rius, & Ioannes Andreas tradiderunt [26]. Sed & ex cauſa neceſſitatis quandoque conce-
IIII. ditur, vt per alium quis faciat, quod tamen perſonę induſtriam requirit [27]. Is quoque qui
3 ſeruitutem habitationis * conceſſam habet, alteri locare poteſt, & ſic per alium ſi velit ha-
V. bitare, quod Iuſtiniani humanitate indultum eſt [28]. Illud quoque * traditum eſt, quam-
4 uis per dictionem perſonaliter, vel propriis manibus de facto merè perſonali actum vi-
deatur [29], tamen iis verbis eum non excludi, qui per filium, vel ſeruum fecerit [30]. Iure
5 enim noſtro eadem perſona * patris, & filij cenſetur [31]. Cæterùm & quandoque id digni-
VI. tati perſonarum tributum videre eſt, vt per alium eis id facere permittatur, quod aliàs fa-
cti merè perſonalis eſſet [32].

17 l. veteris. & l. ſi. C. eod.
18 ſ. l. proxima. §. ſi.
19 l. ſi. ſ. de cond. inſt.
20 l. vnica. §. ne autẽ. verſi. ſin verò. C. de cad. tollend.
21 l. ſed ſciendũ. ad Trebel.
22 l. ſi habitatio. ſ. quando dies leg. Bart. l. ſi ex toto. in fi. de leg. j.
23 l. ſi deceſſerit. q ſatiſd. cog.
24 Bar. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. de lib. & poſthu.
25 Fulg. Paul. Cor. d. §. ne autem.
26 Io. Andr. in ſpeculo, de voto.
27 l. j. de off. conſ.
28 l. cùm antiquitas. C. de vſufruc.
29 l. iubemus. C. de erog. mil. ann. lib. xij. vbi Bar.
30 l. diuus. ad l. Corneliã. de fal.
31 l. ſi. C. de impub. & auth. de iur. à mo. præſt.
32 l. ſi. C. de iniuriis. vbi gl.

## SVMMAE.

1 ☞ *Promiſſio ſi voluero nulla, cùm voluero non item. 6. 7. idem in teſtamentis. 8.*
2 *Si, ſubſtantiæ, cùm, temporis nota.*
4 *Accurſij explicatus locus.*
10 *Promiſſio cum voluero, certis caſibus nulla.*
13 *Stipulari, cùm voluero, poſſum.*
15 *Relegatio ex voluntate iudicis pẽdens morte finitur.*

1 §. SI ITA STIPVLATVS. Suprà diſputatum à nobis fuit, † quemadmo-
dum ſtipulatio hæc, *Promitto centum ſi voluero.* eſt nulla [33]. At hîc traditur promiſſionem,
*Cùm voluero.* valere, ſicque apparet non modicam coniunctionem, *Si.* à particula, *Cùm.*
diſtare:

33 l. ſtipulatio non valet. ſ. eodem.

diſtare: cùm tamen aliàs ſoleant æquiparari[1]. Sed quæ eſt ratio differentiæ? & conſtat
dictionem, *Si.* principaliter conditionem inducere † quæ cùm ſubſtantiam obligationis 2
in voluntatem debitoris conferat, actum reddit nullum: cúmque hæc certa ſi eius ſigni-
ficatio in claris non eſt opus coniecturis. At dictio, *Cùm.* licet etiam ipſa conditionalis
ſit, tamen magis principaliter ad tempus refertur[2]: conditionem verò * quadam ex ſe 3
quela, vel tacitè potiùs inducit, qui tacitus ſenſus hoc in caſu temperatur, ne contractum
vitiet[3], ſicque expreſſa nocent, non expreſſa non nocent. Quid ergo erit? & Accurſius
videri ſolùm tempus voluntati promiſſoris ſubiectum cenſuit, quod omnes reprobāt: cùm
(ſi ita eſſet) abſque alia declaratione poſt eius mortem hæres teneretur, non autem mor-
te extingueretur[4]. Ego aliter ſenſiſſe † Accurſium arbitror, nempe, ſequuta declaratio- 4
ne, præſumi partes de ſolo tempore egiſſe, vt per locum qui tranſlatio dicitur, ex poſt
facto præſumamus, quid anteà geſtum ſit[5]: at, ea conſequuta, ceſſare præſumptionem, &
non ſolùm de tempore, ſed etiam ſubſtantia actum videri, ſtipulationémque eſſe nullam:
quo ſenſu eadem erit omnium ſententia. Nec † refert dictum ſit, *Cùm voluerit.* an, *Cùm* I.
*voluiſſet.* præteritum enim id ſubiunctiui, eodem modo ad futurum tempus quandoque 5
refertur, ſicut & verbum, *Cùm voluero.* quod eſt futurum ſubiunctiui[6]: ídque Bart. pro-
bat, quem cæteri ſequuntur. Idémque ait † ſi id verbum alicui dictioni iungatur, quæ II.
& ipſa principaliter tempus ſignificet, cuius generis ſunt donec quouſq;, & ſi quæ ſimi- 6
les[7]. Qua ratione idem ego ſuprà exiſtimaui, cùm dictum eſt, *Promitto, niſi voluero*[8]. III.
tum quia dictio, *Niſi.* non tam apertè conditionem inducit, tum quia actus videtur pu-
rus licet in futurum poſsit reſolui[9]. Sed quid, cùm dictum eſt, *Cùm volam.* & Accur- IIII.
ſius hîc cenſuit, non valere ſtipulationem[10]: quia illud futurum eſt indicatiui, quod ſui
naturâ tractum habet, ac ſi dixiſſet, *Cùm volens ero.* exigítque ſemper voluntatem præ
ſentem, quod non præſumitur euenturum, cùm mutare quandocunque ſententiam poſ-
ſit[11], quod ſecùs eſt in verbo, *Voluero.* ſufficit enim ſemel voluiſſe, nec admitteretur pœ-
nitentia, quæ ſententia non admodum à Grammaticis veteribus diſsidet, qui verbum,
*Voluero.* futurum exactum, id eſt abſque tractu appellant, vt Pomponius, Donatus, &
Diomedes: quia, ſcilicet, ex præterito, & futuro conſtat: Vnde Græci, qui tale futurum
non habent præteriti participio cum futuro verbi, Sum, vtuntur, vt, *Volùero.* ſignificet,
is, qui voluit, ero, ſicut, *Volam.* is, qui vult, ero, ſed tamen † alij in contrariam ſententiam 7
tranſierunt, ídque crebriore, (vt ego cenſeo) calculo[12]. quoniam eadem ratio eſt, an di-
ctum ſit, *Cum voluero.* vel, *Cum volam.* dictio enim, *Cum.* vtroque caſu principaliter ad tem-
pus refertur. Vnde & in teſtamentis nihil refert vtro horum modorum loquendi vſus ſit
teſtator[13]: debétque hæc capi interpretatio, vt actus potius valeat[14]. Nec quod poſsit
promiſſor mutare voluntatem, infert vt ideo ſtipulatio non valeat: quid enim ſi non mu-
tet? diſtinguendum ergo eſt, vt ſi promiſſor ſententiam mutet, non valeat ſtipulatio, ve-
ráque ſit prior ſententia: ſi non mutet, poſteriorem ſequamur. Sed an ſupraſcripta con-
cluſio etiam in teſtamentis locum habet? & † conſtat, licet fideicommiſſum, *Si hæres vol-* 8
*uerit.* non valeat, tamen valere, *Cum hæres voluerit*[15]. hácque in re non differre à contra-
ctibus fideicommiſſa, licet in aliis differant: vt enim hîc dicitur, qui promiſit, cùm volue-
rit, debet conſtituere, quid velit: aliàs ſi non conſtituat, ſtipulatio redditur inutilis: nec hæ-
res tenetur, quod ſecùs eſt in fideicommiſsis: in iis enim teſtator dationem ipſam certam
eſſe iuſsit, voluntáſque hæredis vlteriùs differri, quàm vſque ad mortem, non poteſt. Vnde
in ea diſpoſitione dies incertus, id eſt, mortis ineſſe duntaxat cenſetur, vt hîc Bar. ſentit,
moriendo ergo videtur is, qui grauatus eſt, conſtituere, hæredémque obligat[16]. Item in fi-
deicommiſsis * licet non valeant cùm dictum eſt, *Si volueris.* tamen ſecùs eſt, cùm teſta- 9
tor vſus eſt dictione, quæ arbitrium boni viri denotet, vt, *Si iudicaueris, ſi arbitratus fueris.* &
ſimilia[17]. quod ſecùs eſt in contractibus: cùm huiuſmodi verba ad ſubſtantiam eorum re-
feruntur[18], quod alibi declaraui. Item fideicommiſſum ſub conditione, *Si tertius voluerit.*
non valet: quia talis voluntas captatoria cenſetur[19], quod ſecùs eſt in contractibus[20]. Sed
nunquid ſuprascripta regula perpetua eſt? & conſtat aliquot caſus excipi, quibus promiſ-
ſio, *Cum voluero.* non valet. Et in primis † hîc traditur, non valere, cùm promiſſor ante mor- 10
tem non declarauit ſe velle. Vnde ſequitur, vt in contractibus moriens pro volente non
habeatur, imò per mortem ceſſat voluntas[21]. Rurſus ſequitur, declarandi * facultatem in 11
hæredem non tranſire[22]. Sequitur & aliud, vt quamuis ſoleat dici conditionem pro imple-
ta haberi, quoties per promiſſorem ſtat, quo minùs impleat[23], nō tamen procedat in condi
tione merè poteſtatiua, *Cum voluero.* ſi enim non velit, nō ideo pro impleta habetur, ſed po-
tiùs euaneſcit, quod Alex. cæteríq; tradiderūt, quòd ſi conditio merè voluntaria non eſſet,
ſed ad arbitrium boni viri dirigeretur, aliud eſſet[24], vt Iaſ. docuit. Addit Bar. ſi hęc cōditio,
*Cum volam.* vel, *Cum voluero.* non addatur ſubſtātię rei, ſed exequutioni, valere promiſsio-
nem[25]: veluti, *Promitto tibi centum quæ dabo cum volam*[26]. & ideo etiam ſi * promiſſor viuens 12

non

1 ſ. l. proxima. §. pen. l. qui promiſit. de cond. indeb.
2 l. ſi Titio. quādo dies leg.
3 l. quoties. ij. ǯ. eod.
4 l. vxorem. §. pen. de leg. iij. l. verum. §. pen. de reb. dub.
5 l. ſicut. §. ſuperuacuum. quib. mod. pig.
6 l. qui Romę. §. Augerius. ǯ. eo. l. ſi debitor. §. veriſimile. de contrah. emp.
7 Bar. l. j. de cōd. & demon.
8 l. quod ſi nolit. §. pen. de ædil. edic.
9 l. ij. de in diē adiect. vbi glo.
10 arg. l. ſub hac. ſ. tit. j.
11 l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. ǯ. eod.
12 glo. Iac. Butr. in l. in vendentis, vel ementis. C. de cō trah. emp. Petr. Imo. Raph. Beſut. Alex. Iaſ. hic.
13 d. l. vxorem. §. pen.
14 d. l. quoties. & l. quoties. de reb. dub.
15 l. fideicommiſſa. §. ſic fideicommiſſum. de leg. iij.
16 d. l. vxorem. §. pen. l. ſeruos. de man. teſt.
17 l. ſi ſic. ij. de leg. j.
18 l. quod ſæpe. §. j. de contrah. emp.
19 l. captatoriæ. de leg. j. ſ.
20 not. ſ. d. l. ſtipulatio.
21 l. iiij. loc. c. ſi gratioſè. de reſcrip. in vj.
22 l. inter. §. j. ǯ. eo. vbi glo.
23 d. l. in exequutione. in fi. ǯ. eodem.
24 l. hæc vēditio. in princ. de contrah. emp.
25 l. fi. qui ſine manumiſ.
26 arg. l. ex his. C. quando dies leg. Alex. conſi. cxviij. in iij.



non declaret, hæres tamen tenebitur, ſicut ſuprà in vltimis voluntatibus concluſum eſt,
qua ratione & receptum eſt valere ſtipulationem, qua quis promittit, quacunque die ſibi
placuerit ſiſtere, & ſi non ſteterit centum, committetur enim ſtipulatio pœnalis per mor-
tem, tanquam tunc ampliùs ſiſtere non poſsit[1], videtúrq; non effectus ſiſtendi, ſed dies dun
taxat arbitrio promiſſoris eſſe illa enim dictio, *Quacunque die.* intelligitur, dum tamen ali-
13 qua, quod infrà declarabo. Sed & † ſi non in promiſſoris, verùm in creditoris arbitrium
collata ſit ſtipulatio, clarum eſt eam valere: vnde ſi quis ſtipulatus ſit ſibi dari cùm volue-
rit, valet ſtatim ſtipulatio, nec cenſebitur eſſe conditionalis, quia verbum, *Cum voluero.* in-
telligitur id eſt cum interpellauero, ſeu admonuero[2]: quod omnes hîc tradūt: nam & gene-
raliter receptum eſt in voluntatem ſtipulatoris etiam conditionaliter conferri poſſe ſti-
14 pulationem: quod & ſuprà attigi[3]. Sed quid * in contractibus vltro citróque obligatoriis
reſpondebimus? & conſtat non poſſe in alterius contrahentium voluntatem eorum ſub-
ſtantiam conferri[4], nec tali caſu referre an expreſſa, an tacita conditione id actum ſit[5],
aliàs huiuſmodi contractus claudicarent, quod Alex. & Iaſ. hîc docent accidentia tamen
horum contractuum in arbitrium alterius contrahentium conferri poſſunt, nec ex hac
cauſa id, quod principale eſt, vitiatur[6]. Sanè illud dubium non eſt, quibus caſibus ſuprà
dixi valere promiſsionem ſub conditione expreſſa, *Si voluero.* iiſdem etiam ſuſtineri ſi di-
I. ctione, *Cum voluero.* concepta proponatur. Cæterùm ambigunt hîc doct. † finge, iudex
15 pronuntiauit, *Relego te, donec voluero.* an mortuo iudice, poterit a peregrinatione ille reuer-
ti? & receptum eſt poſſe: per mortem enim ceſſat voluntas[7]. verba autem illa, *Donec volue-*
*ro.* indicant, ceſſante voluntate, ceſſare peregrinationem, ſicut ſi dixiſſet, *Quandiu voluero,*
II. vel *quoúſque voluero.* Idémque receptum eſt, cùm dictum eſt, *Relego te ad voluntatem meam,*
vel, *ad placitum meum.* licet enim hæc verba conditionem ſignificent[8], tamen apparet hanc
conditionem non actui producendo, ſed relegationi extinguendæ adiici, cùm conſtet iu-
dicem purè condemnare, licet eam condemnationem velit arbitratu ſuo reſolui[9]. quod
aduerſus Bar. hîc cæteri exiſtimarunt, ne aliàs videatur iudex ſibi ipſi contrarius, qui con-
demnet, & non condemnet[10]: & quia natura relegationis, quæ tractum ſucceſsiuum ha-
III. bet, hoc ſuadet[11]. Idem quoque videretur, ſi dictum eſſet, *Relego te donec duxerim reuocan-*
16 *dum,* vel *donec reuocauero.* ſententia enim * vltimæ voluntati æquiparatur[12], & ideo morte
iudicis debuit cenſeri facta reuocatio[13]. quod Bartol. affirmauit, tanquam humaniùs[14]:
paucíque eum ſequuti ſunt, alij enim contrá. quoniam, qui moritur, non poteſt videri re-
uocare, vt enim demus ceſſare morientis voluntatem, non tamen conſequens eſt, vt mo-
riens videatur reuocaſſe[15], cùm huiuſmodi reuocatio noua indigeat voluntate[16]. nam &
precarij conceſsio intelligitur durare, quouſque dominus reuocauerit[17], & tamen, eo mo-
riente, adhuc non extinguitur[18]. Ego defendi Bartoli opinionem poſſe arbitror, ex ea
enim pronuntiatione apparet non id factum a iudice fuiſſe, vt ille perpetuò, & citra reſti-
tutionis ſpem ſit certa ſententia relegatus, quod vtique contingeret, niſi, eo moriente, re-
uocaretur: vera ergo eſſet eo ſolùm caſu aliorum traditio, quando non de voluntate ſua
tantùm, ſed cuiuſlibet quoque ſucceſſoris iudex ſenſiſſe, qui ipſe reuocare poſsit, vt quia
verba ad dignitatem ſeu magiſtratum deflexiſſet[19]. quod & Bartol. ſentit, dignitas enim
17 ipſa * non moritur[20]: ſubiicítque idem Bart. paria eſſe ſeu iudex ſit mortuus, ſeu aliàs de-
functus magiſtratu[21], vel effectus furioſus[22]: omnibus enim his caſibus ceſſat voluntas:
cùm ſecùs ſit, ſi excommunicatus vel aliàs impeditus ſit[23]. qua de re latiùs hîc aliqui diſpu
tant: ego non attingo, quia à legis noſtræ materia nimis hæc ſeiunguntur.

1 l. ita ſtipulatus. ij. reſponſo. ǯ. eod.
2 l. ſi decem. ǯ. proxi.
3 Bar. hic. j. opp.
4 d. l. in vēdentis, vel emētis. d. l. quod ſæpe. §. j.
5 glo. l. in perſonā. de reg. iuris.
6 d. l. hæc venditio.
7 l. iiij. ſ. loc. l. mādatum. C. mand.
8 glo. l. poſt dotē. in v. intellectu. ſol. matr.
9 glo. l. ij. de in diē adiect.
10 gl. c. ſi delegatus. in verbo, morte. de offic. delegat. in vj.
11 l. eum qui ita. §. qui ita. in fin. ǯ. eo. vbi. Bar.
12 l. non eſt mirū. de pig. act.
13 d. l. vxorem. §. pen.
14 arg. d. c. ſi delegatus.
15 l. iiij. de man. vind.
16 d. c. ſi delegatus. verſ. Gemin. Soci. cōſi. lxxviij. in iij.
17 l. j. de preca.
18 l. quæſitū. §. j. l. cùm precario. §. j. eod. tit.
19 d. c. ſi gratioſè. de reſcri. in vj.
20 l. proponebatur. de iud.
21 l. cùm apud. iud. ſol.
22 l. ſi quis alicui. de acqui. hæred.
23 c. ſi is cui. de offic. deleg. lib. vj.

## S V M M AE.

1 ☞ *Diem ſequenti ſtipulatione, niſi ex cauſis, repeti. 4. 6.*
3 *L. qui ſic. declaratio.*

## L E X XLVII.

I QVI SIC STIPVLATVR. † Dies, qui præcedenti obli-
gationi inerat, cenſetur in ſequenti repetitus, ſiue quia (vt Dinus
ait) in dubio ſit interpretatio aduerſus ſtipulatorem, ſiue (vt alij tra-
diderunt) quia ſequens ſtipulatio ſub prioris obligationis comme-
moratione celebrata erat: Vnde ſecundum eam intelligitur[24], & quæ-
I. libet eius qualitas in poſteriore repetita cenſetur[25]. Proceditque
maximè hæc concluſio, cùm ſequens ſtipulatio ex cauſa neceſſaria ſit interpoſita[26]:
non enim veriſimile eſt tali caſu actum, vt commoditas promiſſoris minuatur, & plus
tempore impendat[27]. Vnde ſi in conteſtatione litis hæc ſtipulatio concepta eſſet, non

eſt dubit

24 l. ſi prior. ſol. mat.
25 l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. de inter. ac.
26 l. j. §. ſi ſub conditione. vt leg. no. ca.
27 §. plus. Inſt. de acti.

eſt dubitandum, quin legi noſtræ eſſet locus [1]. Idémque Doct. tradiderunt: cùm per ſe- II.
quentem ſtipulationem nouata eſt prior, per nouationem enim cenſentur prioris obliga-
tionis *qualitates repetitæ [2]: & ideo etiam dies prioris obligationis expectandus erit [3], ſa- 2
tíſque operabitur ſtipulatio ſequens, ſi priſtinam nouat: quamuis quod ad diem adtinet,
nihil mutet. Sícque legem noſtram communi calculo interpretes declarant. Et licet nulla
hîc nouationis fiat mentio, tamen non ideo diuinatoria hæc eſt expoſitio: cùm enim ſe-
quens ſtipulatio ſub prioris commemoratione facta ſit, in dubio præſumi factam eſſe no-
uationem debet [4], quod hîc Iaſ. ſenſuit: ſed ego ſuprà hanc concluſionem ſequutus non
ſum [5]. Generaliter tamen legem noſtram intelligo, vt ei ſit locus, ſiue nouatio facta ſit, III.
ſiue non ſit: nec enim lex hac in re diſtinguit [6], ſed † ſolùm ſupponit terminos habiles, vt 3
ſcilicet, ſtipulatio ſequens valeat [7]: quod contingere poteſt, ſi prior obligatio ex alia cauſa,
quàm ſtipulationis eſſet [8], variiſque aliis modis, quos alibi enumeraui [9]. Sed quid ſi ſe- IIII.
quens ſtipulatio inutilis eſſet, ſi repetitam eſſe diem interpretaremur? & Alex. cenſuit non
eſſe locum legi noſtræ. Vnde ſi cùm mihi x. ad diem ex ſtipulatu deberes, eadem x. iterum
ſimpliciter promiſeris, ne hæc poſterior ſtipulatio ſit nulla, interpretabimur correctam
diem, & in præſentia deberi [10]: quæ ſententia nulla lege ſatis probatur: nec ea ratio quod
aliàs ſequens ſtipulatio nullam vtilitatem afferat, eſt adeò efficax, vt ideo priorem ſtipu-
lationem nouatam credamus [11], quod ſuprà cenſui: ex infrà ſcriptis igitur diſtinguen-
dum [12]. Addunt alij generaliter, quoties prior obligatio habet diem, ſequentem ſtipula- V.
tionem ſimpliciter conceptam præſentem eſſe, nec diem repetitam cenſeri. vnde ſi, ſoluto
matrimonio mulier ſtipulata ſit, dotem reddi, ſtatim aget [13], nec legis dilationem expecta-
bit [14]. Sed & hac in re ego ſupra diſſenſi: violat enim hæc ſententia & legem noſtram, &
non paucas alias [15]. Sed & Bar. ſi expreſſa ſit ſequenti ſtipulatione certa quantitas, non VI.
cenſeri repetitam diem exiſtimauit [16], ſícque legis noſtræ regulam limitandam eſſe [17]: ve-
luti cùm prior maritus ſecundo ſic promittit, *X. quæ mulieri debeo, tibi ſpondeo* [18]. Ego certæ
ſummæ expreſsionem ſatis arbitror exceptionem impedire, qua quis eam ſummam ſol-
uere recuſaret, allegarétque non, niſi quatenus facere poteſt, ſe conueniendum, verùm
quod ad diem adtinet, certæ ſummæ expreſsio nihil cum ea pugnat: & ideo non ſubeſt
ratio, cur à regula legis noſtræ recedamus, quæ ſententia maximè procederet, ſi comme-
moratio diei facta eſſet, vt, *X. quæ mulieri annua die debeo, promitto.* quod & Imola cenſuit [19].
Non negauerim tamen aliquando ſupraſcriptæ regulæ locum non eſſe, quid enim † ſi I.
vel ex verbis, vel ex probabilibus coniecturis colligere poſsimus id actum eſſe, vt poſte- 4
rior obligatio pura eſſet [20]. Quid ſi ſequens actus neceſſariò talem interpretationem re II.
ciperet? vt cùm maritus vxori dotem legat, non expectabitur dies legati, ſed ſtatim debe-
bitur [21]: aliàs prælegatum eſſet nullum, quod enim vtilitatem nullam adfert, legatum *nul- 5
lum eſt [22]. & licet ad eandem quantitatem poſsit quis nihil duabus perſonalibus actioni-
bus teneri [23], actione tamen de dote, & legato non poteſt, niſi aliquid ſit in legato vtilitatis.
Sed & † cùm dies in ſtipulatione alio fine adiectus eſt, ad alium finem non cenſebitur re III.
petitus, vt cùm quis, ſi calendis Titius in Italiam non venerit, x. ſpondet, non ſubauditur 6
dies calendarum reſpectu promiſſoris [24]. vnde ſi Titius ante eum diem mortuus ſit, com-
mittitur ſtatim ſtipulatio: quod ſuprà diſputaui [25]. Cæterùm cùm dies * ipſa, qualitas IIII.
quædam obligationis ſit [26], latiſsimos fines ea habet quæſtio, an, & quando repetita cenſea 7
tur præcedentis actus qualitas, & non hoc in loco, ſed alibi adtingenda eſt. [27].

1 l. verbũ oportere. de ver. ſig. l. ſed & ſi. §. j. de iud.
2 l. aliam. ꝟ. de nouat.
3 l. in diem. eo. tit.
4 l. non ad ea. de cond. & demon.
5 l. ſcire. §. fi. ꝟ. eo. l. qui bis. eod. tit.
6 l. j. §. quod autem. ꝟ. de aleæ luſu.
7 l. qui teſtamento. de teſt.
8 l. duo. pro ſoc. l. ſi tibi. §. interdum mand.
9 d. l. qui bis.
10 l. ſi dari. vbi Alex. ꝟ. eod. arg. l. j. in fi. ad muni.
11 l. fin. C. de nouat. d. l. qui bis. vbi dixi.
12 l. j. de dote præleg.
13 Bart. Alex. l. ſi diuortio. ꝟ. eod.
14 l. j. §. exactio. C. de rei vx. act.
15 d. l. ſi diuortio.
16 Bar. l. ſi ſtichum. §. j. de nouat.
17 glo. l. ſi prior. ſol. mat.
18 glo. l. Neſennius. de re iud.
19 Imo. d. l. in diem.
20 Imo. d. l. in diem. Dec. conſ. cxc.
21 l. j. §. verum. lo ij. de do. præl.
22 l. j. §. ſi quis creditori. l. fundo. ad leg. falc.
23 l. creditor. §. & qui is. qui pot. in pig. l. quoties. de reg. iur.
24 l. hoc iure. ꝟ. eo.
25 l. in illa. ꝟ. eod.
26 l. obligationum ferè. §. placet. ꝟ. tit. j.
27 l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ꝟ. eo. l. in repetendis. de leg. iij. l. Seiæ. §. Caio. de fun. inſtr.

## SVMMAE.

1 *Admonitionis nota, eaq́ue ex re accipiendæ.*
5 *Monere extra ius ſat eſſe.*
6 *Stipulationem non peti non, niſi iudicio, committi.*
7 *Stipulata in iure petenda.*
8 *Peti, variè accipi. 10. 11. 12.*
9 *Plus petens non niſi lit. cont. punitur.*
14 *Conditionem omnem, niſi res diſſuadeat, tranſmitti. 15. 16. 17. 18. 19.*
20 *§. Augerius. l. qui Romæ. ſenſus.*

## LEX XLVIII.

SI DECEM CVM PETIERO. Hęc verba † in ſtipulatione, *Cùm pe* 1
*tiero.* non conditionẽ, ſed admonitionẽ continent [28]. Idémq; ſi dictum ſit, I.
*Quæ petiero.* relatiuũ *enim, quod, aliàs conditionẽ ſignificat: hoc caſu ſimpli 2
cis demõſtrationis cauſa adiectũ videtur [29]. Idémq; ſi dictum eſſet, *X. arbi* II.
*tratu meo* [30]. videntur enim ſupraſcripta verba cuiuſdã admonitionis cauſa
adiici, celeritatémq; executionis reſpiciũt: & illud quod aliàs tacitè inerat,
exprimunt, vnde conditionem non inducunt [31]. Qua ratione idem quoque eſſe Beſ. & III.
Iaſ. arbitrantur: cùm dictum eſt, *Si petiero.* nec Accurſij ſententiam, qui aliter hîc cenſuit,
ipſi pro

28 l. Titia hæredis. de con. & dem.
29 l. ſi ita quis promiſerit. in princ. ꝟ. eod.
30 l. cum ſtipulatus. ꝟ. eod.
31 l. iij. de leg. j. l. cùm patronus. de ope. lib.



ipſi probant, tametſi ea ſit receptior: diſplicet eadem & nobis [1], quoniam coniunctio, *Si.*
3 non impedit quin clauſula * admonitionis potiùs loco ſit, quàm conditionis, ſi ſubiecta
materia id indicat [2], nec vlla eſt lex, quæ hanc differentiam inter, *Si.* &, *Cum.* tali caſu in-
ducat, quod hîc latiùs Iaſon oſtendit. Nec me mouet quod clauſula hæc, *Si voluero.* ab ea
4 † diſtat, *Cum voluero.* cùm ſuperior conditionem, hæc ſequens admonitionem tantùm ſi-
gnificet [3]. Reſpondeo enim, hoc verum eſt cùm ad promiſſoris, non autem cùm ad ſti-
pulatoris voluntatem refertur, quæ noſtra eſt quæſtio. Hos enim inter caſus plurimùm
intereſt, vt ſuprà oſtendi. nam & promiſſor non ipſe admonere, ſed admoneri debet.
5 Sed † quomodo fieri hæc admonitio debet? & videretur iudicialiter faciendam, hoc
eſt lite conteſtata, quia tunc petere quis dicitur [4]. Sed tamen omnes aliter ſentiunt. Suffi-
cit enim quælibet extraiudicialis admonitio, vt ſatis Iuriſconſultus hîc indicat [5]. nam
& ſi lex documento fidem abroget, niſi certo tempore eius inſinuatio petita fuerit, ſatis
6 erit, vel extra iudicium petitam eſſe [6]. Nec obſtat, quòd † ſtipulatio, qua procurator
promittit, quòd dominus non petet, non committitur, niſi, lite conteſtata, quod, (vt
ego arbitror) ex eo inducitur: quia huiuſmodi ſtipulatio ad id, quod intereſt, refertur [7]:
I. & ante litis conteſtationem nihil debitoris intereſt, quòd dominus petierit. Bartol.
7 tamen aliter cenſuit generalitérque conſtituit quoties ſtipulatio † debitoris perſonam
8 reſpicit: cùm, ſcilicet, de eo agitur, ſemper verbum, *Peti.* de litis * conteſtatione acci-
piendum [8]. quod & ego ſupraſcripto caſu probo, quoniam ſubiecta materia id ſuadet [9].
II. Vnde & pœna, quæ plus petenti † infligitur, non niſi poſt litis conteſtationem com-
9 mittitur: quia antè licita eſt pœnitentia [10]. Quòd ſi lex maiorem pertinaciam puniat,
tunc is petiiſſe videbitur qui vſque ad finem litis perſtitit & obdurauit [11]. quæ omnia (vt
III. dixi) ex ſubiecti argumenti natura dignoſcuntur. Qua ratione cùm id verbum † ad
10 interlocutoriam refertur, de libello tantùm ſimpliciter intelligitur, quod Bald. tradi-
dit [12]. lis enim in his rebus conteſtatur, in quibus definitiuè pronuntiandum eſt, non
ſuper articulis emergentibus vel incidentibus, quos per interlocutiones prætores fi-
niunt. Hincque eſt quod petitio quandoque pro libello accipitur [13], quandoque pro actio-
IIII. ne [14]. Sed † & cùm lex aliquid peti mandat, ne ei ex actu iudiciali fraus fiat, intelligi-
11 tur per citationem [15]. Idem cùm declinatoriæ exceptionis tollendæ cauſa id verbum
V. adſcriptum eſt, vt ſi promiſerim ſoluere vbicunque fuerit petitum, ſatis dicetur petitum,
emiſſa citatione [16]. Exceptis autem ſupraſcriptis caſibus hiſque ſimilibus, dubitandum
12 non eſt verbum, *Petere.* ex † propria ſignificatione de ſimplici interpellatione intelligi, vt
hîc probatur [17], & ſatis oſtendunt grammatici à quibus proprietas verborum acci-
pienda eſt.
ET IDEO. Videtur hîc à contrario ſenſu prorſus probari ſi verbum, *Cùm petiero.* con-
ditionem ſignificaret, niſi ipſe ſtipulator viuẽs petiiſſet, ſtipulationẽ euaneſcere, nec hanc
petendi facultatem in hæredem tranſmitti. Hinc adnotant Doct. facultatem conditionis
adimplendæ in hæredem non tranſmitti, ſiue in vltimis voluntatibus, quod indubitatum,
13 & iuris aperti eſt [18]: Siue in contractibus: cùm * hæc conditio poteſtatiua eſt, cùm enim in
poteſtate ipſius creditoris ſit eam implere, ſibi imputet propriam negligentiam: non enim
ſi hæres impleat, ipſe ſtipulator impleſſe videtur, cùm teſtatoris perſonam hæres non niſi
I. fictè repræſentet, at conditiones ſecundum veritatem adimplendæ ſunt [19]: Nec diſtin-
II. guitur ea conditio, ex iuſſu hominis procedat, an ex legis mandato [20]. Nec an ſtipulator
III. ipſe implere eam erga promiſſorem, an erga alium debeat [21]. Nec an tertius erga ſtipu-
I. latorem debeat implere, an ipſe promiſſor [22]. Solùm ergo diſtinguitur, vt concluſioni nõ
ſit locus, quoties ea conditio à præcedenti conuentione penderet: quia ſicut conuentio ad
II. hæredem tranſit [23], ita etiam conditionis implendæ facultas [24]. Idémq; ſi conuẽtio ex-
preſsim quidem inita non eſſet, ſed tamen tacitè ita actum videretur, vt quia ille cui condi
III. tio impleri debet, ex contractu oneroſo aliquid conſequuturus eſſet [25]. Sed & ſi ille cui
conditio impleri debet, in mora fuerit, vt quia oblatũ ſibi pretium recuſauerit, poterit hæ-
IIII. res offerentis ipſe implere. quod in vltimis voluntatibus procedit [26]. Vnde fortiùs idem
14 in contractibus quoq; eſt admittendum, & hæc quidem communiter probantur. Ego † ta-
men aliter ſentio conſtituendum, & generaliter concludendum, Sicut contractus quam-
uis conditionales ad hæredem tranſeunt, ita & facultatem conditionem implendi debere
tranſire [27], ídque non ſolum cùm conditio à caſu pendet, & ſic cùm à fortuna ipſa adimple
tur, ſed etiam ſi poteſtatiua ſit [28], nec enim lex diſtinguit [29]: & ſicut poteſtatiua cõditio per
alium impleri poteſt, ita etiam in hæredem tranſmitti debet [30]: quia quod per alium poſſu-
mus, multò magis per hæredem poſſumus [31]. Non eſt ergo dubitandum, quin conditio dan
di per hæredem & ipſi hæredi impleri poſsit [32]. Idémque in conditione faciendi [33]. vnde ſi
quis fide ſua promiſerit, ſi reus quadraginta non ſoluerit, hæres ſoluendo fideiuſſorem libe
rat [34], licet ea conditio, quia negatiua eſt, non, niſi morte rei, eueniſſe cenſeatur [35]. & hæc
quidem

1 l. quodcunque. §. fi. ꝟ. eo.
2 l. muto. §. fin. de tut.
3 d. l. centeſimis. §. fin.
4 l. ampliùs nõ. ꝟ. rẽ ra. ha.
5 l. item. §. petitam. de pet. hær.
6 Bald. l. j. circa prin. C. de lit. con.
7 l. ſi cõmiſſa. rem rat. hab.
8 Bar. d. l. ampliùs.
9 §. ſin minus. Inſt. de act.
10 l. j. C. de plus pet.
11 l. in ſeruitute. §. petiſſe. de bon. lib. Doct. l. alia. C. de his, qui vt.
12 Bal. l. fi. de bon. auct. iud. poſſ. C.
13 §. ſi verò. in auth. quomodo opor. epiſ.
14 l. actio in perſonam. ꝟ. titul. 1.
15 l. fi. C. de temp. app. vbi Bald.
16 Badl. l. ab eo. C. quomo. & quando iu.
17 l. fin autẽ. §. ſi homo. de rei vend. l. j. C. de pet. bon. ſub. lib. x. Bart. l. Titia. ꝟ. de accuſ.
18 l. à teſtatore. de cond. & demon.
19 l. qui hæredi. l. Mæuius. de cond. & dem.
20 l. iij. in prin. de col. bon.
21 l. q Romæ. §. Augerius. ꝟ. eodem.
22 l. fideiuſſor obligari. §. fin. ꝟ. de fideiuſ.
23 l. veteris. C. eod.
24 l. diem. §. j. de arb. d. l. qui Romæ. §. Flauius.
25 l. ij. C. de pac. inter emp. l. ſi prædio. ꝟ. de in di. ad. l. epiſtola. §. j. de pact. vbi Iaſ.
26 l. cui fundus. in fin. de cõd. & dem. Ang. Imo. Pau. Iaſ. hîc.
27 §. ex conditionali. inſt. eodem.
28 l. ſi is cui. de ſtatu li.
29 l. neceſſariò. ij. reſp. de per. & com. rei ven.
30 l. Aretuſa. de ſta. hom. l. j. §. ne autẽ. C. de cad. tol.
31 l. ſi ſtipulatus fuerim illud. ꝟ. eo.
32 d. l. ij. d. l. ſi prædio. d. l. diem. §. j.
33 d. §. Flauius.
34 d. l. fideiuſſor obligari. §. fin.
35 l. ita ſtipulatus magna. ꝟ. eo. §. ſi quis ita ſtipuletur. Inſt. eod.

quidem regulariter procedunt:Excipitur autem† ille caſus,quoties in conditione id dedu- 15
ctum eſt,quod perſonæ cohæreat:ſeu, (vt alibi dicitur) cùm conditio talis eſt,quæ vltimo
vitæ ſpiritu impleri non poſsit,ſicut enim facta perſonæ cohærentia ad hæredem nõ tranſ-
mittuntur[1],ita nec talis facultas[2]. Vnde† conditio, *Cùm voluero*. per hæredem non decla- 16
ratur [3], quia voluntas morte finitur [4]. Qua † ratione idem & dici in caſu legis noſtræ I.
poteſt, hæc enim clauſula, *Si petiero*. videtur ad voluntatem pertinere:ideo ſi in vim con- II.
ditionis valeret, non poſſet ab hærede declarari, quod & aliis ſimilibus caſibus prodi- 17
tum eſt [5]. Sed† & quoties conditio poteſtatiua in actu non tranſmiſsibili requiritur, nec III.
ipſius quidem implementum tranſit. Vnde ſicut nec hæreditas,nec bonorum poſſeſsio ad 18
hæredes tranſmittitur [6], ita neque eis adiecta conditio ſi contulerint [7]. Quo exemplo IIII.
idem quoque dicendum eſt,cùm actum† eſt non,niſi viuente aliquo, conditionem imple- 19
ri[8],ſiue ex natura actus id tacitè actum ſit,vt cùm promitto reſtituere,ſi Titius arbitretur,
quod ſuprà declaraui [9]: ſiue ex vi verborum promiſſoris,vt cùm† Augerius promiſit, quic- 20
quid patrem daturum conſtitiſſet:tali enim caſu debet, viuente patre,conſtare,qui veriſi-
militer magis inſtructus erat negotij [10]: nec ſufficiet, ſi poſt eius mortem cum hærede con-
ſtaret. Sed vnde colligimus prædicto caſu actum, vt viuente patre, ſolùm probato debito
teneatur Augerius?an quia promiſerat quicquid patrem debere conſtitiſſet:at, eo mortuo
non debet,ſed debuit,conſtátque non debere,ſed debuiſſe [11], quæ veterum ratio fuit, licet
non ſat firma:an, (vt Bar.cenſuit) id inductum eſt, quia verbum conſtitiſſet ſubiunctiui
modi eſt & præteriti pluſquam perfecti temporis[12],ſicq; non ad futurum ſimplex refertur,
ſed ad futurum,quod grammatici exactum vocant, id eſt, quod præterito quoq; commix-
tum eſt[13]:vnde in vita tantùm patris intelligitur, vt, eo mortuo,ſeruet naturam præteriti.
at,eo viuente,futuri naturam ſeruet[14],quæ ſententia vera eſt,ſi ſequenti iungatur:an ergo
id ex proprietate quoque verbi conſtitiſſe inducitur,non enim promiſſum erat, quod con
ſtitiſſet iudici,ſed quod conſtitiſſet patrem debere Mæuio:debuit igitur inter eos conſtare,
id eſt,ſimul collatis rationibus, ductiſq; calculis cõuenire, proprie enim conſtare eſt* con- 21
uenire, concordémque eſſe, vt grammatici tradiderunt, licet Μεταφορικῶς latiùs id ver-
bum pertineat[15].Cùm ergo non conuenerit,& per Mæuium ſteterit,qui viuẽte patre,quæ-
ſtionem non mouit,cenſuit Scæuola conditionem non extitiſſe, temporíſque & ſignifica-
tionis proprietatem obſeruandam,quod latiùs ibi declarabimus.

1 l.centeſimis.§.j.ſ.eo.
2 l.ſeruus ſi hæredi.de ſtatulib.verſ.ſequens.
3 ſ.l.centeſimis.§.fin.
4 l.iiij.pro Soc.Bar.l.libertus.§.patris.ad Munici.
5 glo.l.idem Pomponius.§.fin. de rei vend. l. inter.ſ. eo.vbi dixi.
6 l.emancipata. vbi Doct. C.qui admit.
7 d.l.iij.in prin.de col. bo.
8 d.§. Augerius. ſecũdum intel.Rugl.
9 d.l.diem.§.j.l.ſi quis arbitratu.ſ.eo.
10 l.fin.pro ſuo.
11 l.cum ſtipulamur.ſ. eo.
12 glo.l.ij.ff.ſi lib. ing.eſſe dic.
13 l.ſi debitor. §. veriſimile.de con.emp.
14 l.v. de vino.tri.oleóque leg.
15 c.j.de reſt. in integ.c.ſuper eo.de offic.deleg.

## SVMMAE.

1 ☞ *Filij moram præſtet pater.10. in aduentitiis contrà.11.*
3 *Patrem ſpeciei interitu non liberari.*
4 *Actio doli ſubſidiaria.*
5 *Patrem pro filio non excuſſo in caſibus teneri.*
7 *L. cùm filiusfam. explicari.*
8 *L.nuda.C.de cont.& com.ſtipul.ſenſus.*
12 *Patrem fideiuſſiſſe cenſeri certis ex cauſis. 22.*
13 *Actum filium,in patrem probare.*
15 *Patri non citato obeſt filij confeſſio.16.*
17 *Patri moram delinquentis non obeſſe.*
18 *Legitima, viuo filio, non debetur, mortuo patre confiſcabilis.*
19 *Statuti legitimam confiſcantis ſenſus.*
23 *Patris,& fideiuſſoris differentia varia. 25.*

## LEX XLIX.

CVM FILIVSFAMILIAS. Ex mora filij cõuenitur† pater peculio- 1
tenus,ſicut ex principalis* mora conuenitur fideiuſſor, licet non idem è 2
contrario ſit,mora enim patris filio non nocet, ſed ipſi tantùm. Nec ob-
ſtat,quod liberato per interitum † ſpeciei promiſſæ filio pater quoque li- 3
berari debuit[16]:cùm enim filij obligatio, quæ principalis eſt,ſit extincta,
patris quoque acceſſoriam extingui ratio iuris ſuadet [17]: reſpondeo id
verum eſſe, ſed tamen ex æquitate vtilem aduerſus patrem propter eius fruſtrationem
dari: quod aliis quoque caſibus fieri obſeruauimus [18]. Sed cur non potiùs de † dolo actio 4
datur [19]? & conſtat actionem de dolo ſolùm dari, quando nulla alia competit [20], veluti
cùm pater in mora non fuiſſet, & tamen delicto ſuo creditori incommodaſſet, ſecùs, ſi
in mora fuit, tunc enim alia actio datur,id eſt, vtilis. Dixerit aliquis, quomodo poteſt in
mora eſſe is,qui acceſſoriè tenetur, ſi principalis ipſe non eſt? & conſtat poſſe,ſi ipſe inter-
pellatus ſit, † cùm principalis non ſit [21]. quæ ſententia in patre certior eſt, qui poteſt de 5
peculio conueniri, etiam non excuſſo,filio [22]. quo in caſu lex noſtra loquitur. Item certa
eſt,cùm pater teneretur, quia ipſe iuſsiſſet,vt filius publicũ munus aſſumeret,nam & tunc
alia excuſsio in filium neceſſaria non eſt [23]. Maior ergo eſt difficultas, cùm ſimpliciter di-
ſpoſitione legis tanquã fideiuſſor tenetur [24]: quo caſu in ſolidũ conueniri quidẽ poteſt [25],
Sed

16 l.mora.in fine.ſ.eo.
17 l. cũ principale. de reg. iuris.
18 l.mora.in fine.de vſur.
19 l.ſi fideiuſſor.de dolo.
20 l.j.in prin.eo.tit.
21 l.ſi legati.ſ.eod.
22 l.iij.§. ſed vtrũ.de min.
23 l. iij. verſ. perinde. l. ſi ſeruum.§. an filium. ſ. eod. vbi Bar.
24 l.ij.ad Municip.
25 glo.l.j.in fine.C.de dec. lib.x.



Sed tamen,excuſſo priùs filio:vnde videtur neceſſariò prius in mora conſtituendus filius.
6 quod maximè in aliis fideiuſſoribus procedit,qui hodie id beneficium habẽt,vt non niſi*
poſt principalem conueniantur[1].& Doctores fatentur hodie non poſſe in mora fideiuſſo-
rem priùs conſtitui, quàm principalis ſit conſtitutus: cùm enim priùs ab eis peti non poſ-
ſit,vbi nulla eſt petitio,ibi nec mora[2].nec enim in mora is dicitur,à quo propter exceptio-
nem pecunia exigi non poteſt[3]. Ego dubito, an hanc ſequar ſententiam, quæ legis noſtræ
7 exemplum de fideiuſſoribus correctum interpretatur.videretur† enim etiam hodie inter
pellari fideiuſſorem ante principalem poſſe,in moráque conſtitui,vt hîc diſertè Iuriſcon-
8 ſultus ſentit.Nec obſtat Iuſtiniani conſtitutio,quia† ſolùm reſpectu conuentionis iudicia-
lis iura vetera emendat, exceptionémque non obligationis ſed exactionis duntaxat dila-
toriam citra creditoris damnum ex quadam æquitate inducit,non autem de interpellatio
9 ne extraiudiciali quicquam innouat:ex qua mora* committitur: probarémque hanc ſen-
tentiam,quoties fideiuſſor rei ſoluendæ facultatem ipſe habuit:tunc enim æquitas,quæ Iu
ſtinianum mouit,nulla ſubeſſet.
10 DATVR IN PATREM. Ex mora ergo filij tenetur † pater,quatenus in pe
culio eſt:& ratio eſt,quia ſicut lucra ex peculio facta ad patrem pertinẽt,ita æquum eſt de-
11 trimenta pertinere[4].Vnde† ſequitur vt in aduentitiis cùm iure proprietatis ad filium per-
tineant,eius mora patri non obſit[5].Item ſequitur vt quamuis in mãdato generali ſit exce-
ptus dolus[6],non tamen cenſeatur excepta mora:quin propter eam diminuatur peculium,
I. patérque eo nomine obligetur. Hincque inferunt Doctores ad quæſtionem, ſi lege mu-
12 nicipali† cautum ſit, vt pater filij condemnationem vſque ad legitimam ſoluere teneatur,
quemadmodum erit obligatus ſi ex contumacia eum condemnari contingat? & Bar.ver
bis legis ſtandum eſſe cenſuit.videri enim patrem iudicij fideiuſſorem eius legis neceſsita
II. te factũ,quem conſtat teneri,etiam ſi ob contumaciã principalis ſit cõdemnatus[7]. Quę
13 concluſio certius procedit, cùm filius ipſe præſens condemnatus eſt: acta enim † aduerſus
eum celebrata contra patrem quamuis non citatum fidem faciunt iure cuiuſdam ſequel-
læ,ídque propter fauorem publicum,qui in cauſis fiſcalibus vertitur[8]. aliàs enim ſecùs eſ-
14 ſet,probationéſque* aduerſus aliquem factæ contra alium nihil præiudicant[9].Ego id ma-
15 gis inductum crediderim:quia auctoritate legis id damnum patri infertur. Vnde† neceſſa
III. riò citandus non eſt[10]. Idémque eſt,ſi filius ipſe propria confeſsione† damnatus ſit:præ-
16 iudicat enim & patri[11],dum ea cõfeſsio veriſimilis ſit,vt quia alia adſint indicia[12]. nec pa-
17 ter contrarium probare velit[13]. Excipitur à ſupraſcripta† concluſione,vt ei locus non ſit,
quoties ſtatutum conditionaliter verba cõcepta habet:veluti,ſi filius maleficium aliquod
commiſerit,pater teneatur &c.íſque filius contumax fuerit,& propter eam contumaciam
damnatus: tunc enim pater non cenſebitur obligatus, quia non propter crimen commiſ-
ſum,ſed ex contumacia damnatus eſt [14]: at ſentẽtia propter contumaciam lata nunquam
alteri præiudicat[15].quod etiam procedit,ſi lex iuberet eum, qui contumax ſit, pro confeſ-
ſo eſſe,hæc enim ficta confeſsio extra contumacis perſonã non trahitur[16]. receptiſsimáq;
hæc eſt Bar.ſentẽtia,quam ille diffuſiſsimè diſputauit[17]. egóque aliqua interpretatione re
18 ſtrictam ſequor.Et in primis ſciendum† eſt iure noſtro patrem filio,dum viuit, legitimam
nullam debere,ſed ſolùm cùm moritur[18].eíque filius ſuperſtes hæréſque eſt:tale ergo debi-
tum conditionale eſt.In caſu igitur dubio fiet interpretatio,vt pater ad legitimam non te-
neatur,niſi,eueniente conditione, id eſt cùm morietur [19], cenſebitúrque fiſcus ex perſona
19 filij hæres eſſe,vt,ſcilicet,ea legitima cum qualitatibus ſuis deferatur.Et licet verba† ſtatu
ti purè concepta ſint, cenſebitur tamen ex vi antiquæ regulæ deberi non aliter legitima,q̃
ſecundum ius debeatur[20],aliàs ex delicto filij pater puniretur, ſi quod conditionaliter de-
bet,ſtatim ſoluere cogeretur,quod non eſt credẽdum ſenſiſſe legiſlatores[21].Rurſus aduer-
tendum eſt,cùm ſtatutum conditionaliter loquitur, ſi filius deliquerit, vt pater teneatur,
non videri confeſsionem filij aut ſententiam ipſi patri in totum nocere, ſi citatus non ſit,
quominùs in cauſa executionis quæ aduerſus ſe tractabitur, allegare poſsit filium non de-
20 liquiſſe [22]. nam temerè à regula recedendum non eſt [23]: debet enim * probari eum deli-
quiſſe: at probatio aduerſus filium facta non debet nocere patri [24], nec hac in re priuile-
gium aliquod fiſci reperitur. quæ enim Bartolus adducit, in eo loquuntur, qui ex perſo-
na auctoris ſui tenetur[25]: at filius patri auctor non eſt, & reſpectu bonorum extraneus eſt:
quare nec filij confeſsio ei nocebit, niſi tanquam extraiudicialis[26], cùm ipſe pater inſtan-
tiæ non alligaretur, & vt verum ſit primo caſu, cùm ſimpliciter lex iubet, vt pater filij
condemnationem ſoluat,cenſeri patrem fideiuſſorem iudicij eſſe: & ideo non poſſe eum
quicquam aduerſus ſententiam obiicere [27], hoc certè caſu cùm ſub conditione, ſi filius
deliquerit, obligatur ſecùs eſt, alioqui fideiuſſor iudicij etiam ea ſententia obligatur quæ
propter fictam confeſsionem lata ſit[28]. quod & Bartol. ſentit. Addit Raph. ſententia qui-
dem obligari,ſi ſecuta ſit,non autem ficta confeſsione, antequam iudex ſuper ea pronun-



1 auth.præſente. C.de fideiuſſorib.
2 l.nuda.C.eod.titu.
3 l.lecta.ſi cert.peta.
4 l.contra.ſ.de pact.
5 glo.l.pater,qui caſtrenſe. de caſtr.pec. Bart.l.ſi finita. §.ſi de vectigalibus. de damno infecto.
6 l.creditor.§. Lucius.mã.
7 l.cum quærebatur. iudicatum ſol.
8 l.j.C.vbi cau.fiſ.l.qſquis. C.ad l.Iul.maieſt.c.cum ex iniuncto.de hæret.gloſ.l.in cognitione.ſ.ad Sillan.
9 l.j.C.de fal.l.ſi veteris.C. de fide inſtrum.
10 l.honores.in fine.de decurio.l.ſi pecuniam. §.ſi ſeruum.verſ.planè.de condic. cau.da.vbi docto.
11 l.cum probatio.ſ.de probation.
12 l.quæro.in fin.de ædili. edict.l.ſeruus,quod.ſ.de iniu.l.ſeruus.C.ad l.Iul.de vi.
13 l.ij.§.j.ſi ex noxa.cau.
14 Bar.l.omne.ſ.de re mil.
15 l.Papinianus. §. meminiſſe.l. qui repudiatis. in fi. de inoff.l.ſi ideo. de euict.l. duobus. §. j. de iniur. l. j.ſ. quan.ex fact.tut.
16 l.eius qui.de iu.fiſ.gl.§. fin.inſt.de nox.
17 iij.quæſt.Peruſinæ.
18 §.quia verò. in authẽ.vt lic.mat.& aui. Barto.l.fina. de lib.agnoſ.
19 l.quoties.§. ſed ſi id qđ. de nouat.
20 l.ij.C.de nox.l.vt gradatim.§.j. de mune.l.j.§.fina. vbi Bald.de fer.
21 l.fina.§.in computatione.C.de iu.de.vbi doct. c.j. de iniur.lib.vj.
22 l.duobus. de exc.rei iu.
23 l.in diem.ſ.de aqua plu. gl.l.j.C.de fal.
24 l. tranſactione,matris. C.de tranſac.
25 d.l.j.d.l.quiſquis.d. cap. cùm ſecundum.
26 l.capite.de adult.l. mercalem.C.de condi. ob turp. cauſ.vbi Bald.
27 l.fin.C.de vſur.rei iudi. l.j.ſ.iud.ſol.vbi Bart.
28 d.l.cum quærebatur.

tiauerit.qui ſenſus verbis Vlpiani conuenit[1]:licet Iaſ.non ſat iuſtè Raph.Carpat. Sed hæc
alieniora ſunt à lege noſtra,quàm vt diutiùs inſiſtendũ hîc putem.nec enim* ſtatutorum, 21
quæ litium ſeminaria ſunt, & vt plurimum ab idiotis conduntur, ſed Quiritij iuris inter-
pretem me profiteor.

QVAE OMNIA. Valet ergo argumẽtum de patre ad fideiuſſorem. quod† cer 22
tius eſt in his caſibus, quibus pater cenſetur pro filio fideiubere: veluti cùm muneri publi-
co filius adſcribitur patre non aduerſante[2],hîc autem probatur idem eſſe in caſu fortiori:
cùm filius ex peculio profectitio contrahit. videtur enim pater pro eo, quatenus actio pe-
culij patitur,fideiubere.Sícque hîc traditur in modo obligationem perpetuandi eos æqui-
parari[3].qua ratione & ſicut actio furti patri denegatur,ita & fideiuſſori[4]. Enumerãt† ta I.
men interpretes aliquot differentias:& in primis fideiuſſor non, niſi verbis, obligatur: pa- 23
ter verò de peculio legis diſpoſitione tenetur[5]: vnde infert Socinus,ſi lex iudicij dicat, vt
inſtrumenta confeſſa aduerſus debitorem executionem in promptu inſtar ſententiarum
habeant,contra fideiuſſorem quidem habere,aduerſus verò patrem non habere, qui ipſe
in inſtrumento nominatus non eſt,ſed edicti prætoris duntaxat auctoritate tenetur. Con-
trà Iaſon,quia ſtatutum ſimpliciter dicit aduerſus debitorem:at certum eſt patrem eſſe de
bitorem[6],nam & videmus ex ſtipulatione legali, quæ in dote fingitur, huiuſmodi ſtatuto
executionem concedi[7],vt receptius eſt,& nos alibi diſputauimus[8].Nec refert,quòd pater
in inſtrumento deſcriptus non ſit.nam & executio contra*hæredẽ debitoris datur,qui ta- 24
men deſcriptus in eo non eſt[9]. Paria enim ſunt,an quis propria confeſsione,an legis aucto
ritate teneatur[10].Ego arbitror id ius à legiſlatore cõceſſum propter confeſsionis vim,quę
inſtrumento acceſsit chartulariíque præceptum.Vnde ſi de obligatione filij duntaxat tali
inſtrumento conſtet,Socini ſententiam veriorem arbitror. Si verò ei peculium pater per
tale quoque documentũ conceſſerit,Iaſoni accedo,vt ex cõiunctione duorum inſtrumen-
torũ executio quoque detur[11]. Alia eſt† differentia,quia aduerſus fideiuſſorẽ contractus II.
executio confeſtim non decernitur,ſed nouo proceſſu opus eſt[12]: ſed aduerſus patrem in 25
peculio ſtatim fit executio[13],æquiparatur enim fideiuſſori iudicij potius. Sed & fideiuſ- III.
ſor qui ſoluit,à principali debitore *recuperat,pater à filio nõ recuperat[14], quod ex Vlpi. 26
reſponſo conſtat. Illud quoq; ibidẽ traditur reſtitutione quidẽ in integrum filio ſuccur- IIII.
ri:cùm tamen patri non ſuccurratur:quod in fideiuſſore eſt contra. Plerunque enim,reſti-
tuto principali, reſtituitur & fideiuſſor[15]. Eſt & alia differentia, quòd pater ante filium V.
conueniri,& in mora conſtitui poteſt,fideiuſſor* ante principalem hodie propter legẽ no 27
uellam non poteſt:quod ſuprà attigi. Addunt alij patrem peculio tenus tantùm teneri,fi VI.
deiuſſorem inſolidum[16]. Patrem lapſo poſt mortem filij anno ab ea actione liberari[17],fi VII.
deiuſſorem perpetuò teneri[18]. Impetrationem iuris iniqui à filio factam patri non obeſ- VIII.
ſe[19], fideiuſſori verò obeſſe[20]: aliàs enim hoc principali quoque prodeſſet,qui ſeruare in-
demnem fideiuſſorem debet.

1 d.l.eum, qui delatorem.
2 l.ij.ad munic.
3 l.ſi ſeruũ.§.an filius.ĩ.eo.
4 l.eum,qui.§.an pater.de furtis.
5 l.v.§.ſatis.ſ.eo.
6 l.& ſi condemnatus. de noxal.
7 l.ſi duo.§.Marcellus. ad fin. de iureiuran. vbi Bart. & doctor.
8 l.ſciendum.ſ.eod.
9 l poſtulante. in princip. vbi Paul.& Alex.ĩ.ad Tre.
10 l. ſi in teſtamento. vbi Aret.de vulg.
11 l.Gallus.§.fin.de libe.& poſthum.Doct.l.certi condictio.§.quoniam.ſi cer.pe.
12 l.grege.§.ſi à debitore. de pig.l.à ſententia.ĩ.de appellatio.in princi.
13 d.l.& ſi condemnatus.l. ſi filio.ij.vbi glo.ſolu.matr.
14 d.l. iiij.§.ſed vtrum.
15 l.j.& ij.C.de fideiu.min.
16 l.ſi filius.depecu.§.ſi plures.de fideiuſſ.inſti.
17 l.j.quãdo actio.de pec.
18 §.fideiuſſor.inſtitu.de fideiuſſorib.
19 l.iij.§.ſi filius.quod quiſque iur.
20 d.l.iij.§.ſi is pro quo.

SVMMAE.

1 ☞ *Promittentem non fieri,per ſe ſolum teneri.*
3 *Fideiuſſorem non,niſi factum ſuum præſtat.*
4 *Indemnitatis,intereſſéue non fideiuſſorem, ſed ad promiſſorem dici.& 6.*
7 *Fideiuſſorem ob moram rei in meris factis non obligari.in aliis contrà.*
8 *Indemnitatis,intereſſéue ad promiſſorem ob moram propriam teneri.*
9 *Fideiuſſorem dilatione quoq; iuuari.*
11 *Fideiuſſorem moratorem iniuriarum teneri.*

§.SI STIPVLATVS. Stipulatio *Per ſe non fieri*,committitur,ſi † per principa- 1
lem fiat:ſecus ſi per fideiuſſorem:id enim factum perſonæ promiſſoris cohæret: & ideo ad
factum fideiuſſoris nõ trahitur: quod diuerſum eſt ab eo quod promiſſum eſt:quippe fide-
iuſſor*idem factum cenſetur fide ſua eſſe iuſsiſſe,quod à principali promiſſum eſt,non au 2
tem diuerſum,id eſt,ſuum.Sed quomodo † poteſt fideiuſſor factum principalis,id eſt, alie- 3
num promittere?& conſtat non poſſe[21]:ſed ſuum poteſt: vt ſi promittat ſe facturum, quod
per principalem non fiet, quominùs ire agere liceat ſtipulatori:ſuprà enim oſtẽdimus, qui
promittit ſe facturum,non cenſeri factum alienum promittere[22]. Quòd ſi ſimpliciter di-
cat ſe fideiubere,cenſebitur ſpopondiſſe ſe facturum,vt Bar.hîc ſentit:quia hoc modo vti
lis futura eſt obligatio[23].& quia quę ſub hac forma contrahitur,propriè fideiuſsio dicitur,
qui enim†indemnitatem promittit,propriè fideiuſſor non eſt[24].& ideo licet promiſsio in- 4
demnitatis minùs oneroſa ſit fideiuſſori: quia ante principalis moram committi non po-
teſt[25],quòd Imola Alexand.Socyn.hîc tradiderunt:non tamen ſit hæc interpretatio: quia
à propria verbi ſignificatione recederemus[26]. Sed quid ſi expreſsim indemnitatem pro-
miſerit?& poſſe id fieri conſtat[27]: Sed tamen, (vt dixi)talis propriè fideiuſſor non eſt[1], ſed
potiùs

21 l.ſicut reus.ĩ.de fideiuſſ.
22 l.ſi hæres iuſſus.de leg. primo.
23 l.vbi.§.qui à Titio.ĩ.eo.
24 l.pen.de fid.tut.Iaſ.l.fin. ſi cert.peta.
25 argu.l. ſi traditio. C.de actio.emp.
26 l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus.ſ.eo.vbi dixi.
27 l.quare.in prin. loc.



potius ſubſidiarius vel conditionalis adpromiſſor[1]:nam non idem prorſus promittit,quod
principalis. aliud enim eſt non facere, aliud ſi factum ſit,indemnem ſtipulatorem præſta-
re. Qua ratione & idem dicendum eſt: cùm quanti ea res erit,fideiuſſor promiſerit.poteſt
5 enim talis accedere *obligationibus facti[2].Addit Accurſ.quem cæteri ſequuntur,aliud eſ-
6 ſe in obligationibus dandi:cùm enim † in his præcisè principalis teneatur, nec ad id,quod
intereſt agatur[3], fideiuſſor hac forma non obligaretur: quia rem diuerſam promitteret[4]:
quod & ego fateor, vt, ſcilicet, fideiuſſor ſit. Sed ſub hac forma verborum veriſimilius eſt
id actũ, vt ſit cõditionalis, ſeu ſubſidiarius adpromiſſor, vt magis ad id quod agitur,quàm
ad nomen contractus attẽdamus[5], maximè cùm huiuſmodi lata ſignificatione fideiuſſor,
quoque dici poſsit[6]. Sed quomodo aduerſus fideiuſſorem,qui obligationi facti acceſſerit,
committetur ſtipulatio?& diſtingui ea facta debent, quæ per alium explicari nequeunt,id
7 eſt,quæ cohærent perſonæ ab his,quæ non cohærent.in primo †enim caſu ex propria mo-
ra,ſeu proprio facto fideiuſſor non tenetur,ſed ſolùm ex facto principali,vt in legis noſtræ
caſu:illa enim ſtipulatio,*Per te non fieri &c.*cohæret perſonæ[7].Idem cùm libertus operas pa
trono promittit, fideiuſſoremq; dat,non committitur ſtipulatio,niſi ex liberti,non autem
ex fideiuſſoris mora[8]. Idémque generaliter:cùm factum à principali promiſſum eſt, quod
induſtriam perſonæ requirit,vt Bar.hîc cenſuit[9]. At in poſteriore caſu videtur ex propria
mora fideiuſſor obligari.Sicut enim,qui in obligatione dandi fideiubet,ſi principalis non
dat,ipſe dare debet[10]:ita & in obligationibus facti dicendum eſt, quæ induſtriam perſonæ
non habent[11]. Vnde qui iudicatum ſolui promittit,ſi principalis ſe nõ defendat, debet ipſe
defendere,aliàs ex ſua mora conuenitur[12]:& qui fideiuſsit ſe facturũ, quòd Titius inſulam
mihi ædificabit, debet ipſe ædificare[13]: quod Imo.hîc ſenſit. Et ſi perſonæ induſtriam per-
penſam dicatur,poterit quoque fideiuſſor nihilominus ipſe facere:dum paris ſit peritiæ[14].
8 Híncque apparet ſuprà ſcriptis caſibus,quibus fideiuſſor † quanti ea res erit,promittit, vel
indemnitatem præſtiturum ſe ſpondet, ex propria quidem mora committi ſtipulationem
fideiuſsionis,ſed tamen oportere priùs principalem in mora fuiſſe, cùm id,quod intereſt,
non ante præſtandum ſit[15], vel ſtipulator indemnis ſeruandus. Hinc infertur an priuile-
9 gium perſonale alicui conceſſum, ne intra † annum conueniri poſsit, fideiuſſori proſit?
& conſtat tale priuilegium fideiuſſoribus non competere[16],ſi ex propria mora conuenian
tur[17].quòd ſi non niſi ex mora principalis conueniri poſsint: cùm principalis propter pri-
uilegium in mora non ſit,nec fideiuſſor quidem eſſe cenſebitur. exiſtimant tamen Imo.&
Socin.etiam cùm ex propria mora fideiuſſores conueniantur, poſſe principalẽ audiri,qui
10 ex ſuo priuilegio velit fideiuſſoribus opitulari:cùm aliàs ex ſententia * in fideiuſſores lata
ſibi damnum aduerſus priuilegij vim inferretur[18].qua de re alibi. Sed cùm hîc dicatur fide
iuſſorem non teneri,ſi per ſe ſteterit, generalitérne hoc verum eſt?& aiunt verum eſſe, vt
non teneatur fideiuſſorio nomine,proprio tamen nomine tenebitur,poterítque ſtipulator
aduerſus eum actione iniuriarum experiri[19]:cùm enim in vi exturbatiua non conſtet pœ-
nam legis Iuliæ de vi publica,vel priuata locum habere[20], dabitur ſaltem hæc iniuriarum
actio: qua criminaliter inquietator iſte puniatur: ídq; communiter receptum eſt. Sentítq;
idem & Cicero oratione pro A. Cecinna:qui hanc vim quotidianã appellat.pro qua etiam
prætor interdixit, *Vti poßidetis &c*[21].

1 l.decem.ĩ.eo.l.j. C.de cõſiſ.deb.
2 l.ſtipulatus es opus.ĩ. de fideiuſſor.
3 l.vbi.in fi.ĩ.eod.
4 l.græcè.§.ſi quis Stichũ. de fideiuſſ.
5 l.inſulam.de præſc.verb.
6 l.fideiuſſor obligari.§.fi. de fideiuſſ. l.fideiuſſores in id.eod.titu.
7 l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.ſ.eod.vbi dixi.
8 l.ſi libertus moram.ĩ.de ope. lib.
9 l.inter artifices.de ſolut.
10 l.in cõditione.§.vnicuique.de reg.iur.
11 l.veteris.in fine.C.e.tit.
12 l.ſi reus.iud. ſolui.
13 gloſ.l.ſi quis pro eo.ĩ.de fideiuſſo.
14 l.nemo eſt.ĩ.tit.j.
15 l.ſtipulationes.verſ.Celſus.ĩ.eodem.
16 l.exceptiones, quæ perſonæ.de excep.l.& ſi fideiuſſor.ſ de re iudica.
17 l.fin.C.de vſu. rei iudi.
18 l. idẽ. §.& generaliter. mand. Cin.l. quoties. C.de prec.Imper.offerend.
19 l.qui pendentem. de ac. emp.l.iniuriarum.§.ſi quis me.ĩ.de iniur.
20 l.ſi quis ad ſe.C.ad leg. Iul.de vi publ.
21 Doct.l.extat.ſ.quod metus cauſa.

SVMMAE.

1 ☞ *Inſcios abſentéſq; ob factum abnutinum teneri.*
5 *Curæ promiſſorem inſcitiâ non excuſari.*
6 *Electores ob ignorantiam electi inexcuſabiles.*
7 *Hæredem inſcium ex cauſis reſtitui poſſe.*
8 *§.in hac.ſenſus.*
9 *Ignorantia non ſupina excuſabilis.*
12 *L.fin.C.de præſc.xxx.ann.explanari.*
13 *C.ij.de præſcr.in vj declaratum.*
14 *Vſucapionem reſtitutione, niſi ob impedimentum non tolli.*
16 *Pupillum regulâ.§.in hac non teneri,in locupletato contrà.20.*
17 *Pupillo ex cauſis non ſuccurri.*
21 *Pupillarium læſionum cauſa.*
22 *Reſtitutionis negandæ cauſa multiplex.*
24 *Eccleſiam, canone non penſo, niſi ex cauſis reſtitui.*

§.IN HAC STIPVLATIONE. Stipulatio, *Neque per me, neque per hære-*
1 *dem meum fieri*.committitur†etiam aduerſus hæredem ignorantem.qui enim promittit per
ſe non fieri,cenſetur curam promittere.& ideo qui abſens eſt, tenetur tanquam non cura-
rit,& hoc eorũ reſpectu,quos ipſe potuit prohibere,vt filij,ſerui,coloni,& ſimiliũ[22]. Hínc-
2 que apparet tres celebres regulas limitari. Prima, quòd lex conſenſum *, non ignoran-
3 tiam, obligat[23]. Secunda, quòd quis per alium *incidere in pœnam non poteſt niſi ex ſpe-
4 ciali mandato[24]. Tertia quod qui in locum alterius ſuccedit ex præſumpta * ignorantia
excuſa

22 l.fluminũ.§.quanquam. de dam.infe.l.ſi fundus.ver. ſicu.pen.locati.
23 l.generali.C.de tab.li.x.
24 l.ſi procurator.de cõdi. inde.clemen.non poteſt.de procurato.

excuſatur [1]. Non procedūt† hæ regulæ,cùm quis promiſit ſe curaturum:tenetur enim ad- 5
hibere diligentiam,vt ſciat,vtque alius quem ipſe prohibere poſsit,non impediat [2]. Vnde
eligentes† quia tenentur perſcrutari probitatem & mores eius,quem ſuffragio ſuo promo 6
uent,ſi indignum nominent,propter ignorantiam non excuſantur [3]: non magis, quam qui
cum alio contrahit.Ille enim conditionem contrahentis ſecum explorare debet [4]. Proce-
ditque proculdubio hæc concluſio,cùm ſtipulatorem,qui in poſſeſsione fundi eſſet,voluit
hîc hæres per ſe,vel per alium inquietare. Sed quid ſi ipſe hæres poſsideret,& ſe defenden-
do aduerſus ſtipulatorem fecit?& Bar.quem cæteri ſequuntur , excuſari propter ignoran-
tiam cenſuit,ſicut & is excuſatur,qui excipit, licet non is,qui agit [5]. quæ ſententia legis no-
ſtræ effectum violat,procederéque in alio poſſet,quàm in eo,qui curam adhibere ex natu-
ra obligationis debet [6] , vt ſupra dixi. Fortiùs cenſuit hîc Accurſius generaliter in caſu no
ſtro hæredi conſulendum ope † in integrum reſtitutionis quæ ex generali clauſula [7] pro- 7
pter præſumptam hæredis ignorantiam competere debet [8] : ſequuntúrque eum omnes fe-
rè.Quo exemplo ſuccurri quoque hæredi emphyteutę aiunt,qui canonem non ſoluerit, ſi
ignorantiam alleget [9]. Additque Bald . idem eſſe , ſi fundum emphyteuticum, irrequiſito
domino,hæres iſte alienauerit, non cadet,ſi ignorantiam allegauerit [10]. Quod & reſpon-
ſum extat in hærede , qui aduerſus pactum cum auctore ſuo conuentum donatricem non
aluit [11] : itémque in eo,qui, cùm coloni,vel inquilini hæres eſſet, reſtitutionem rei domino
denegauit:non enim in zenonianæ legis pœnas incidet propter pręſumptam ignorantiā [12]:
quod & variis caſibus proditum eſt [13]. Sed hæc omnia videntur in ſpeciem legi noſtræ† ad- 8
uerſari , quæ ſimpliciter etiam ignorantē hæredem obligari ait: ſubdítque rationem:quia
hæres non facit , quod fieri oportet , id eſt , non curat , cum tamen ad curam teneatur [14].
Quid ergo cenſendum ? & putauerim vtranque ſententiam concordari poſſe , vt ſcilicet,
committatur ſtipulatio,etiam citra ſpem in integrum reſtitutionis,niſi quando ea ex clau-
ſula generali concedatur , verùm , non eſt credendum ſenſiſſe Doctores , vt ex ſola igno-
rantiæ * allegatione debeat ea reſtitutio concedi: nec enim tunc iuſta cauſa ſubeſſet,cum 9
teneatur hæres inquirere, diligentiámque adhibere [15]. Nec veriſimile ſit quenquam adire
hæreditatem , niſi priùs diligenter bonorum hæreditariorum qualitatem perſpexerit [16]
Sed ita demum † , ſi probatur aliquis color ignorantiæ , vt quamuis , adhibita diligentia: 10
non tamen potuerit rei veritas eluceſcere [17] , vt quia in rationibus defuncti , quas hære-
di videre contigit,nihil eiuſmodi ſcriptum eſſet. Senſit hoc Aretin. [18] qui tum demum ad-
mitti ignorantiæ allegationem ait , cum ad hæredem rationes , & documenta non perue-
nerunt vnde inſtrui poſſet : ſecùs enim ſi perueniſſent [19]. Senſerunt alij , qui ſi filius teſta-
mentum * patris à notario acceperit , præſumi exiſtimarunt omnium in eo contentorum 11
notitiam [20]:quod & Paulus reſpondit:aliàs enim ignorantia huiuſmodi craſſa eſſet,& non
veriſimilis, vnde nihil iuuaret [21]. quod & Pont.cenſuit : placétque nobis hæc ſententia [22].
Sed quid in præſcriptione dicemus ? an aduerſus eam ex præſumpta ignorantia domi-
no , vel eius hæredi conſuli credamus ? & Bartol. quem cæteri frequentiùs ſequuntur , exi-
ſtimat reſtitutione in integrum ex prædicta clauſula conſuli [23].quæ ſententia plurimorum
auctoritate defenditur [24], licet verbis legum non ſat ſit conſentanea, vt quæ gladio plum-
beo eos pugnare arguat,qui præſcriptioni innituntur, cùm tamen Iuſtinianus† in præſcri- 12
ptione xxx . annorum nullam conſtitui differentiam inter ſcientem & ignorantem diſer-
tè teſtetur [25]. nam & idem poſt præſcriptionem nullum regreſſum ad bona dominis etiam
ſi ignorauerint , ſeruari ait [26]. Idem pleniſsima munitione poſſeſſores eſſe ſecuros ſcri-
pſit [27]. Addit & quandoque omnes actiones tam perſonales , quàm hypothecarias perpe
tuò conquieſcere [28]. Sic † & Pontifices eum , qui præſcripſit , non eſſe vlteriùs inquietan- 13
dum aiunt [29] , & alibi nullam vlteriùs pati calumniam , ſed eius quietem modis omnibus
inconcuſſam eſſe debere [30]: quæ verba iudicio meo ſatis indicant pręciſam domino omnē
ſpem eſſe, etiam ſi ea† extraordinario remedio, quale eſt in integrum reſtitutionis compe 14
teret [31], aliàs fruſtrà lex præſcriptionem ſolutioni compararet [32]. Fruſtráq; bono publico
inuentam diceret , ſi reſtitutionis colore adhuc de dominio ambigi permitteret [33], verbíſ-
que non rebus eſſet impoſita . Et licet ſint , qui his rationibus reſpondeant, tamen non ſo-
lutiones , ſed ſubuerſiones legum , omnes adferre res ipſa indicat. Nec me mouet , quod
lex generalis nunquam cenſetur beneficium reſtitutionis * auferre, quod in iure ſcriptum 15
eſt, & quod extra ordinem conceditur [34] , vt aliàs plurimis exemplis docui : quia vt id ve-
rum ſit , cùm tamen non aliàs concedatur , quàm ſi iuſta cauſa prætori adprobetur , non
conſtat vllam eſſe iuſtam cauſam,quæ poſt tēporis lapſum adducatur, niſi cùm lex aduer-
ſus ſcientem duntaxat præſcribi ſineret,vt quia non continuum tempus, ſed vtile tantùm
ad excluſionem domini requireret [35].Item niſi impedimentum aliquod extrinſecus ex ca-
ſu fortuito proueniens adduceretur [36]. Et hinc conſequens eſt , vt multò magis in quadra-
genariam præſcriptionem nulla detur reſtitutio:quod aliqui reſponderunt [37],licet alij con
tra

1 l.qui in alterius . de regulis iuris.
2 l.ſtipulatio iſta.in princ. ſ.eod.vbi dixi.
3 l.ſi patronus.de confirm. tut.c.innotuit.de electio.in antiq.
4 l.qui cum alio.de reg.iu.
5 d.l.qui in alterius.
6 arg.l.in lege.ſ.locati.
7 l.j.in fi.ex quib.cauſ.ma.
8 l.fin.pro ſuo.
9 Doct.l.ij. C.de iu.emph.
10 Bal.c.j.§.ſi vaſallus feu. in fi.ſi de feu.fuer.contro.
11 l.j. C.de donat. quæ ſub mo.Corne.conſ.cx.in j.
12 l. non ab re. C. vnde vi. vbi Bart.
13 Pau.conſ.xx.vltra ea.
14 l.ſequen.
15 l.quiſquis.C.de reſ.vēd.
16 ca. ab excommunicato. de reſcript.
17 l.fi.in prin.C.de iu.deli.
18 Aret.conſ.xv.in fi.
19 l. non eſt ferendus . de tranſactio.
20 Doct.l. pen.in fi.ſi cert. petat.vbi dixi Paul. conſil. x.clarum eſt.
21 l.cum ſex.de ęd.edi.Felin.c.vigilanti.de præſcrip. verſ.limita tertio.Alex.conſilio clxiij. circa med.in ij. Curt.conſ.lxxxij.
22 arg.l.ſemper.§. ſed & ſi ſic.quod vi aut clam.
23 Bart.l.j.§.ſi quis autem. de itine.actuque priua.
24 Doct.d.c.vigilanti.
25 l.fi.in fi.C.de præſcript. xxx.annor.
26 l.j.C.de vſuc. transf.l.fi. C.de edic.diui Adr.toll.
27 l.omnes.C.de pręſcrip. xxx.ann.l.fin.C.de fund.patrim. lib.xj.
28 In auth . hæc conſtitut. in nouis.
29 c.ij.§.j. de præſcr.in vj.
30 ca.volumus. xvj.quæſt. quarta.
31 l.nemo. de in integr.reſtitu. Abb.capi. cum nobis. de præſcrip.glo.ait prætor. §.j. de mino.
32 l. ſed ſi vnius.§.ſi antè. de iniur.
33 l.j.de vſucapio.glo.l.ait prætor.§.j.de minori.
34 l.iiij.§.j.de fid.lib.gloſ. l.decurionibus.C.de ſilent. lib.xij.l.ij.in fi.de pact.C.
35 l.ij.§.j.quando actio de pecul.ann. d.l.cum ſex.l.ſi quis ord.
36 l.j.in fi quando app.d.l. ſemper.d. §. ſi quis aut. l.& Atilicinus.de ſer.ruſt.l.ſi locus.quem.ſer.amit.l.Pōtonius.de acquir.hære.
37 Dec.cōſ.xxix.Aret.ciiij.



tra.Alexandérque ipſe & Soc.viri alioqui conſultiſsimi nunc aiant [1],nunc negent [2].
NON VIDETVR AVTEM. Limitat hîc Iuriſconſultus legis noſtræ regulā,
16 vt† in pupillo hęrede non procedat:per eum enim fieri non videtur.Hinc apparet plùs pu
pillo faueri,quàm ignoranti:vnde conſequens eſt, vt reſtitutio quæ propter ætatem pupil-
lo competit,fauorabilior illa cenſeatur,quæ maiori competit ignorantiæ prætextu [3]:in pu
pillo enim & ignorantia præſumitur [4], & præterea ætatis imbecillitas fauorem meretur.
Sed quid ſi pupillus hic proximus ſit pubertati ? & quia doli capax eſt, cenſent Doctores
eius facto committi hāc ſtipulationem,ſi modo promiſsionis ſcientiam habuerit [5]. Sed &
hæc opinio legem noſtram nimis reſtringit: vnde crediderim indiſtinctè facto pupilli qua
liſcunque non committi,niſi tutore auctore contrafecerit [6]. arbitrórque pupillo etiam qui
17 proximus ſit pubertati ſuccurri , ſicut & aliis non proximis [7] , excepto † cùm in iure natu
rali peccat, vt in furto vel iniuria [8], vel quia magiſtratibus non paret [9] : item eatenus , ne
dolus ſuus ei proſit, alteri noceat [10]. nam & eodem modo ruſticitati conſulendum eſſe a-
liàs docui [11] : receptúmque eſt eum, qui aduerſus ius naturale deliquit , non errore ſed do-
lo malo deliquiſſe præſumi [12].an verò in contractibus vt pupillus naturaliter obligetur cō-
ſtituenda ſit differentia, an proximus ſit pubertati, an id minus, alibi quoque declaraui [13].
18 Sed cùm pupillus *ex contractu defuncti obligetur, cur non debet eodem iure vti quo de-
functus,vt & ipſe facto ſuo teneatur [14] ? & fatentur omnes ſi promiſsio facti affirmatiui eſ-
ſet pupillum quoque obligari, niſi faceret [15]. In promiſsione verò facti negatiui ſecùs eſſe,
vt in lege noſtra: quæ opinio non ſat probabilis eſt :quia in lege noſtra non ſimplex abnu-
tiuum continebatur , ſed etiam cura [16]:& quia æquum non eſt,vt plùs damni ſubeat pupil-
lus negligendo,quàm malefaciendo [17]: & licet ſic diſtinguatur in reſtitutione , quæ ex edi-
cto de minoribus fit ab ea,quæ ex clauſula generali competit, vt infrà videbimus : non tā-
men hoc quicquam nos mouet:cùm in lege noſtra vlla reſtitutione pupillus non indigeat.
19 Ego regulariter vti * pupillū iure auctoris ſui arbitror,cùm de obligationibus tractamus,
quæ à defuncto in hæredem tranſeunt : cùm verò de iis agimus , quæ ab ipſo hærede inci-
piunt,qualis iſta eſt [18],arbitror intelligi ſecundum ipſius hæredis qualitatem quod hîc Ac-
curſ.ſentit.Cùm ergo hęc ſtipulatio id ſignificet,quòd hæres curabit,facillimè propter ęta
20 tem lex hanc curam pupillo remittit. Quod intelligendū † tamen eſt,vt non ideo damnū
ſtipulator patiatur,ſed conuenire pupillum poſsit , quatenus factus ſit locupletior [19]. Nec
mirum eſt pupillo hanc curam in lege noſtra remitti,cùm habeat ſtipulator,quod ſibi im-
putet,qui non procurarit ei tutorē dari. Quo caſu fuiſſet obligatus pupillus [20]:quod Raph.
cenſuit [21].Sed nunquid indiſtinctè minor vtetur iure auctoris ſui? & regula eſt non vti, ſed
nihilominùs priuilegio ætatis reſtituendum in integrum eſſe:quod intelligūt,cùm aliquid
cum eo geſtum eſt:quia prætor quod cum minore(inquit)geſtum eſt animaduertam [22]. di-
21 citur autem geſtum,quando† vel ſimpliciter interpellatus eſt minor : ſi enim læſus ſit:quia
interpellatus non paruerit,reſtituetur [23]. idem,ſi ſit læſus : putà quia permiſerit rem ſuam
vſucapi.videtur enim ipſe alienaſſe [24],quicquid Iaſ.Socinúſque hîc commiſcantur,idem,
ſi ſit læſus:quia ipſe in obligatione propria,non autem hæreditaria fuerit negligens [25]: tali
enim caſu non ſolùm in geſtis reſtituitur , ſed in omiſsis quoque. Subiicit Bartolus licet in
obligationibus hæreditariis , quando nihil cum pupillo geſtum eſt non ſuccurratur ex edi
cto de minoribus [26] , ex clauſula tamen generali ſuccurrendum eſſe , ſicut & maiori pro-
pter iuſtam ignorantiam ſuccurretur [27], & militi propter iuſtam abſentiam [28]. éſtque hæc
22 ſententia vulgò receptiſsima . Sciendum tamen eſt , non videri ſubeſſe † iuſtam cauſam,
quando ex hac re damnum enorme paſſus non eſſet minor [29]. Item, quando reſtitutio-
nem aduerſus fiſcum peteret [30],cuius cauſa invectigalibus eſt fauorabilior [31].Item,quando
aduerſus tutorem vel curatorē,& qui horum nomine teneatur, poſſet ei ſuccurſum eſſe [32].
23 Reſtitutio *enim hęc ſubſidiaria eſt,nec cōceditur quoties, alia ratione poteſt minori eſſe
24 conſultum [33].nam & idē in eccleſia† receptum eſt,quę ſi canonē non ſoluat,ab emphyteuſi
cadit [34],nec ei reſtitutio cōceditur, niſi cùm nec ab adminiſtratoribus quidē & œconomis
indemnis præſtari nō poteſt,vt quia non ſint ſoluēdo [35]. Vnde quāuis ex ſupraſcripta clau-
ſula reſtitui poſſe creditores emphyteutæ hypotheca in meliorationibus fundi prętenden
tes,quem dn̄s ob non ſolutum canonē appræhenderat. Alex.reſponderit, putarim tamen
non facile id indulgendū [36],niſi in ſubſidium,& cùm iudici apparuerit ignoraſſe veriſimili
ter creditores quòd canon non ſolueretur,adhibuiſſeq; eos hac in re diligentiam,nec alia
ratione eis cōſuli poſſe [37].nec enim temere inquietādus eſt dominus,qui iure ſuo vſus eſt [38],
25 nec cauſam tam odioſam habet quantùm is,qui legis * commiſſoriæ pacto innititur [39].

1 Alex.conſ.clj.clxiij.in ij. Soc.conſ.clxiiij.cxciiij.
2 Alexand.lxxj.lxxxiiij.in prin.Soc.lxxxvj.clxvj.
3 l.fi.vbi Bal. de in integr. reſtit.glo.l. necnon.§.quod eis.ex quib.cau.ma.reſ.Aretin.conſ.ciiij.
4 l.pupillus.de acqui.hær.
5 Iac.Din.Raph.Alex.Soc.
6 l.obligari.in prin.de auctorit.tut.
7 l.impuberem. de falſ.l.j. pen.reſp.de fal.mo.
8 l.pupillum. de reg.iur.l. impuberem.de furt.
9 l. j. §. ex hoc edicto. ne vis fiat.
10 l.iij.§.fin.de trib.actio.
11 l.ij.C.de in ius voc.
12 l.plagij.vbi Ange.C.ad l.Fab. de plag.l.ſenatus.vbi Sal.de his qui ſibi in teſta.
13 l. pacta, quæ. in fine. C. de pactis.
14 l.apud Iulianum.ex quibus cauſ.in poſſ.
15 l.j.& ij.C.ſi ad.vēdi.pig.
16 d. l. inter ſtipulantem. in prin.ſ.eod.
17 glo.l.ſi mora.ſolu.mat.
18 l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.vbi dixi.ſ. eod.
19 l.iij.ſ.commod.
20 d.l.obligari.
21 Raph.d.l.apud Iul.
22 l.j.in prin.de min.
23 l. Aemilius.verſicu.dicebam.de minor.
24 l.etiam.vbi Bart. eo.ti.
25 l.ij. C. ſi ad.debit.l. minor xxv.annor.omiſſam.de minorib.
26 d.l.j.& ij.C.ſi ad vendi. pign.
27 l.Aemilius. vbi Bart.
28 l.ſi cum.C.de reſt.mili.
29 d.l.j.C. ſi ad vend.pig.
30 l.fi.§.licet.l. Imperatores.in fi.de pub.
31 l.j.§.j.de loc.pub.
32 l.ſi tutoris.C.de adm.tu.
33 Bar.l.ſi inſulam.vj.quæſtio.ſ.eod.
34 l.placet. C.de ſacroſan. eccleſ.vbi Bald.
35 l.iubemus. C.de ſacroſ. eccleſ.
36 l.lex vectigali. de pig.
37 argu.d.l. ſemper. §.ſed & ſi.
38 l.debitorum.C.de pact. vbi dixi.
39 d.l.Aemilius. verſ.quia tamen.

SVMMAE.

1 ☞ *Interpellationis vis: die locóue incongrua non obeſt. 6. in caſibus contrá. 9.*
2 *§.ſi promiſſor. ſenſus.*
7 *Electionem inhibitione incongrua non vitiari.*
8 *Monitionem incongruam valere.*

§. SI PROMISSOR. Cùm† interpellatio eo fine fiat, vt debitor in mora con- 1
ſtituatur, conſequens eſt, vt non valeat, ſi tali tempore facta ſit, quo in mora conſtitui ne-
queat: vt ſi debitor ad diem debeat, iſque ante diem interpellatus ſit. Quod Raph. Torq.
Iaſ.exiſtimant procedere, etiam ſi interpellatio ea clauſula facta ſit, vt ſua die debitor ſol-
uat: cùm enim lex noſtra non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus[1]. Imò † veriſimile 2
eſt hoc caſu loqui Iuriſconſultum: cùm interpellatio in congruum tempus ſolutionem re-
quirit: ſi enim ſolui ſibi ante diem ſtipulator petiiſſet, res omni dubitationis colore defice-
ret[2]. Nec eos ratio Bar.mouet, qui paria eſſe ex vulgari regula ait, an tēpore congruo* in- 3
terpellatio fiat, an verò in tempus congruum conferatur[3]: reſpondent ipſi eam regulam
non procedere: cùm lex actum purè fieri requirat, licet effectum ſuſpendat[4], quod in caſu
noſtro eſt: debet enim interpellatio* purè fieri, & congruo tempore, & adhibita repetendi 4
debiti inſtantia, adeò vt ceſſatio interim facta noceat[5]. Addit Raph. non conſiſtere Barto.
quæſtionem: aut enim poſt diem mortuus eſt homo promiſſus, & fruſtrà de interpellatio-
ne diſputamus: cùm dies* ipſa in mora conſtituat[6]: aut mortuus eſt ante diem, & nullus co 5
lor eſt, vt promiſſor, qui nunquam in mora fuit, teneatur quibuſcunque verbis conceptam
interpellationem dicamus, quam ſententiam & ego ſequor. Sed an quod de tempore † hîc 6
dicitur, ad locum producemus? vt interpellatio non congruo loco facta promiſſorem in
mora non conſtituat? & Doctores concludunt idem eſſe: valet enim argumentum de tem-
pore ad locum[7]. exiſtimant tamen interpellationem loco incongruo factam valere, ſi eo
fine facta ſit, vt loco congruo ſoluatur[8]: quæ ſentētia probabilis eſt, vt hac in re non omni-
no idem ſit, quod in tempore. ſubeſt enim manifeſta ratio diuerſitatis[9]. Quis autem locus
congruus ſit, interpretum aliqui præter propoſitum argumentum hîc adtingunt. ego alibi
diſputaui[10]. Sed quod dicitur de interpellatione, an in denūtiatione † prohibitoria proce- 7
det? exempli gratia, Pontifex falſo rumore ductus cùm crederet Epiſcopum periiſſe ſcri-
pſit canonicis ſuæ diſpoſitioni ſe epiſcopatum reſeruaſſe: inhibuítque ne quenquam elige
rent, an canonici nihilominùs eligent, ſi ſciuerint eo tempore, quo inhibitoriæ literæ datæ
ſunt, adhuc antiſtitem ſuum vixiſſe? & Iacobus, Albericúſque poſſe eligere exiſtimarunt:
cùm enim tempus, quo datæ ſunt literæ, debeat inſpici[11]: apparet cōgruo tempore non eſſe
interpellatos canonicos, meritòque legi noſtræ erit locus. quam ſententiam & ego ſequor:
cùm veriſimile non ſit Pontificem viuentis beneficium reſeruare voluiſſe[12]. Poſſent tamē
reſcripti verba adeò generaliter concipi, vt probabilis eſſet dubitatio[13]. Sanè ambigen I.
dum non eſt: cùm denuntiatio † ſolius certiorationis cauſa facta proponitur, nihil referre, 8
quo tēpore facta ſit: cùm ſolùm illud ſpectemus an is admonitus ſit, qui admoneri debuit,
ne ignorantiæ prætextu ſe excuſet.[14] Addit Iaſ. † quamuis præpropera interpellatione II.
non committatur ante diem mora, ex dolo tamen ſeu culpa debitoris committi, vt ſi reus 9
promittendi Stichum quem ad certam diem ſpoponderat occiderit[15]. Sed ego non tamen
priùs ſtipulationem* reſpectu moræ committi arbitror, quàm dies venerit[16]. 10

1 l.j.de aleato.
2 l.quod Labeo.de Carb.
3 l.in tempus. de hær.inſt.
4 l.cedere.de verb. ſign.l.ſi cum ſeruum. in fine.de donatio.inter vir.
5 l.mora.de vſur.
6 l.magnam.C.eod.
7 l.vinum.ſi cert.petat.
8 l.fi.cum glo. de off.præf. vrb.d.l.in tempus.
9 §.ad certū.inſti. de teſta. tut.l.cedere.de verb.ſigni.
10 l.item illa.de conſt. pecun.l.deteſtatio. de ver.ſig.
11 c.eam te.de reſcr. c.ſi eo tempore.de elect.in vj.
12 c.j.& ij. de conc.præb.
13 extrauag.ad Romani.§. Romani.de præb. Pau.Caſtren.l.filiæ ſuæ.§.fi.de conditio.& dem.
14 l.aut qui aliter.quod vi aut clam.
15 l.ſi ſeruum.ſ.eod.
16 l.eū qui.§.j. ſi quis caut.

SVMMAE.

1 *Curam verbis, non fieri intelligi.*
4 *L.in illa. explicari. 6.*
5 *Curæ promiſſor familiæ factum ne præſtet.*
7 *Verborum, per te &c. acceptio multiplex. 8.*
10 *Stipulationem non petendi, procuratore petente, non committi.*

LEX L.

IN ILLA STIPVLATIONE. Qui promittit per † ſe nō 1
fieri, non ſimplex abnutiuum promittit, ſed ſe curam quoque adhibitu-
rum, ne ſtipulator impediatur[17]. Sed quænam eſt ratio? videbatur enim
contrariū reſponderi debuiſſe, cùm in ſtipulationibus fiat aduerſus* ſti 2
pulātem interpretatio[18], maximè ne verba extra propriam ſignificatio-
nem* trahantur: qui enim promittit non facere, ex proprietate ſermonis 3
non cenſetur curam promiſiſſe[19]: cùm cura ad factum affirmatiuum pertineat, ſtipulatio
verò negatiua ſit: aliàs fruſtrà Iuriſconſultus dubitaſſet quid, quando verbum, ſinere, adie
ctum promiſsioni eſt[20]: nā & qui iurat per ſe, vel ſuos non fieri, intelligitur iurare non fieri
quod ipſe ſciat: tantùm abeſt, vt curam ſe adhibiturū videatur promiſiſſe[21]. Confirmatur
ea quoque ratione argumentum, quia non eſt veriſimile id egiſſe quenquam, vt eā curam
promitteret, per quam ex facto alterius obligetur, etiam ſi filius eſſet[22], familiaríſve[23], aut
ſi qui ſimiles. Quid ergo dicendum? poſſet † intelligi Iuriſconſultus, cum ſuper actu eſſet ſti 4
pulatio interpoſita, ad quem aliàs teneretur promiſſor, veluti cùm cliens beneficiarius iu
rat nullum damnum per ſe domino fieri. intelligitur nec per alium quem ipſe poſsit prohi
bere[24]. & cùm venditor promittit per ſe rem deteriorē non fieri intelligitur propter natu-
ram

17 l.inter.in prin.ſ.eod.
18 l.ſtipulatio iſta habere. §.in ſtipulationibus. ſ.eod.
19 arg.l.qui autē.in princ. quæ in frau.cred.
20 l.in lege.ff.locati.
21 c.Artaldus.viij. q.iij.
22 l.quod dicitur.ij.reſpō. ſ.eodem.
23 c.cùm ad ſedem.de reſt. ſpoliat.
24 gloſ.c.de forma.xxij.q. vltima.



ram contractus eam curam ſe adhibiturum promiſiſſe, quam frugi & diligentes homines
præſtare ſolent[1]. Quoties ergo præcedet contractus, ex cuius natura promiſſor ad curam
teneatur, certa ratione procedit lex noſtra, ſicque hāc materiam interpretantur alibi Do-
ctores[2], nec verbis legis diſconuenit hæc interpretatio, cùm ſequens reſponſum de ſtipula
tione loquatur, in qua extra naturam præcedentis contractus quis ad curandum vt perue
niret tenebatur[3]: vnde in iiſdem terminis etiam primum reſponſum intelligi debere pro-
prietas dictionis, item, arguit[4]: Suadet hoc etiam ſtipulationis ipſius natura, quæ ſolet ad
I. præcedentis tituli executionē confirmandam induci[5]. Et ex his cōſequens † eſt, vt ſi hęc
5 ſtipulatio per ſe principaliter conciperetur, non ſit promiſſor ad curam obligatus: & ideo
ex facto filij, vel familię non teneatur[6]. quod Bal.ſenſit, indéque infert neminem teneri ob
famulorum ſuorū delictum, aut culpam, quod nos alibi adtigimus[7]: Sed tamen negari non
poteſt, quin hæc interpretatio legem noſtram coarctet, item eam, quæ ſimpliciter ait abnu
6 tiuum ſimplex tali ſtipulatione non induci. Vnde † ſatiùs eſt generaliter eam intelligere, vt
illa verba curam ſignificent: ne aliàs ſtipulatio illuſoria redderetur, cùm facillimum pro-
miſſori eſſet per alium impedire[8], an potiùs quia abnutiuū ſimplex obligationem nullam
7 inducit, vnde lex potiùs † curā promiſſam eſſe interpretatur, quod infra declarabo[9]. Nec
verborum proprietas omnino repugnat: cùm illa dictio, *Per me*. nō videatur ex mente con-
trahentium taxatiuè addita[10], & perinde eſt, ac ſi quis generaliter promiſiſſet, *Non fieri quo
minus* &c. quo caſu de facto ſuo, item eorum quos prohibere poteſt, tenebitur, de cæteris nō
II. tenebitur. Crediderim † tamē ex ſubiecta materia aliam interpretationem quandoque
8 capiendam eſſe, vt cùm ex hac cauſa ſtipulationem eſſe interpoſitam conſtaret, quia vere
retur promiſſor vim ſibi de facto fieri. nec enim æquum eſſet, vt pro delicto alterius, quam-
uis filij vel famuli promiſſor teneretur, (qua de re ſuprà)[11] niſi tempore delicti ſciētiam ha
buerit, nec prohibuerit[12]: tametſi aliter cæteri diſtinguant: velíntque indiſtinctè tali caſu
committi aduerſus ſtipulationem: quæ ſententia legis noſtræ verbis non iuuatur: cùm cu-
ram adhibere dicatur, qui facit quod potuit: at quotidie filios, famulóſque videmus, inuito
III. patrefamiliàs, delinquentes. Addit Iaſ. tum quoque legem noſtram limitandam, cùm ſti
9 pulator ipſe in culpa eſſet: quamuis enim promiſſor in culpa * ſit non curando, debet vnà
10 cum altera compenſari[13]. Hinc aduerſus Bar. & cæteros † ſi creditor debitori apocham fe-
cerit, & ampliùs non petere promiſerit, quamuis procurator ſiue ſpecialis, ſiue generalis
deinde petierit, non committi ſtipulationem cenſuit, quia eſt quod ſtipulatori imputetur,
qui agenti procuratori exceptionē apochæ ſtipulationíſq; non obiecerit[14]. Quamuis er-
go creditor curam non adhibuerit, id eſt, mandatum non reuocauerit, tamen culpa ſtipu-
latoris efficere debet, ne id damno ſit promiſſori[15]. Sed ego id exemplum non ſatis probo:
quia cùm ſtipulatoris ſit electio, an repellere agentē exceptione, an verò agere ad pœnam
IIII. malit[16]: non videtur eſſe in culpa, ſi excipere nolit[17]. Vnde rectiùs Bart. ſupràſcripto ca-
ſu ſenſit, ſi procurator generalis ſit qui agat, non committi pœnam: quia in mandato gene-
rali non videtur id actum[18], & quamuis debeat promiſſor curare: & ideo de facto filij ſerui
aut procuratoris teneatur[19], tamen de facto iſtius non tenetur, qui procurator nō eſt. Idem
ſi procurator ſpecialis eſſet: dum tamen ei ante litis conteſtationem dominus denuntiaſ-
ſet, ne ageret[20] vel charta ſeu inſtrumentum debiti abſtuliſſet: cùm enim huiuſmodi ſtipu
11 latio* non, niſi litis conteſtatione, committatur[21], auferendo ei inſtrumentum ſatis reipſa
curat, ne conteſtari litem aduerſus eum procurator poſsit[22]: cùm non niſi exhibito à pro-
curatore tali documento ad conteſtationem cogi ſtipulator valeat[23], quicquid hîc Iaſon
penu ex ſuo deprompſerit.

1 l.ſi vendita. de pericu. & comm.rei vend.
2 d.l. inter ſtipulantem.in princip.
3 l.j.§.non tantum.de hæred.vend.
4 §.item lapilli.inſt. de rediuiſ.in gloſ.
5 l.iij.§.ſi iter.de act.emp.
6 d.c.cum ad ſedem.
7 l.ſeruus.C. de pact.
8 c.ſi ciuitas.de ſentēt.exc. in ſexto.
9 d.l.inter.in princ.
10 l.ſtipulatio iſta.verſ.ſed ſi ſe.ſ.eod.
11 d.l.ſtipulatio iſta.ī prin. verſ.ſi nemo.
12 l.iij.l.in delictis.in prin. de noxal.
13 l.viro.ſ.ſolut.matrimo.
14 l.procurator cum peteret.ſ.rem rat.habe.
15 c.in pari.de regu.iur.in ſexto.
16 l.in executione.§.pen.ſ. eo.l.iiij.§.Cato.in fi.ſ.eod.
17 l.ſtipulatioiſta.vbi glo. verbo, ſucceſſores.ſ.eod.
18 d.l.ſi procurator.de condictio.indeb.
19 l.fluminū.§. quāquam. de aqua plu.
20 l.ſi fideiuſſor.§.j.māda.
21 l.amplius.ſ.rem rat.ha.
22 l.Paulus reſpondit.e.ti.
23 l.j.§.edenda.ſ. de eden.

SVMMAE.

1 *Promiſſum ſemel incōmercabile nō deberi. & 4.*
2 *Manumiſſi pretium præſtet hæres.*

LEX LI.

I IS, QVI ALIENVM. Qui ſeruum alienum † promittit, eo citra
culpam ſuā manumiſſo, liberatur: vnde ſicut ſi mortuus eſſet liberaretur:
quia ampliùs præſtari non poſſet[24], ita & ſi manumiſſus eſt: quia deſinit
in commercio eſſe[25] nec pecunia redimi poteſt[26]: vnde infertur. Sed &
I. ſi iterum in ſeruitutem incidat, non tamen amplius debitor qui ſemel li-
beratus eſt, teneatur[27]. Videtur enim alius homo eſſe[28]. Sed quid ſi quis
ſeruum ſuum promiſerit? & Acc. ait idem eſſe, verum ideo alieni mentionem hîc factam:
quia non tam facilè poteſt citra culpam proprius ſeruus manumitti. Specialiter enim qui-
II. buſdā tantùmmodò caſibus id permiſſum eſt[29]. Addit Di. Albericúſq; nec † tū culpā eſ-
2 ſe cum ab ipſo debitore manumiſſus eſt ſi iuſtam ignorantiam obligationis habebat, vt
3 quia promiſſori ſucceſsiſſet[30]. Sed ego ignorantiam* hanc excuſare quidem à pœna arbi-

24 l.ſi ex legati.ſ.eod.
25 l. ſi mihi alienum. ſ. de ſolut.
26 l.ſtatuliberum.§.illud. de ſtatuliber.
27 l.qui res. §. aream. de ſolution.
28 l.inter.§.ſacram.ſ.eod.
29 l.j.C.quib. ex c.ſer.lib. l.ſi quis. §. ſi. ex ſtipulatione.ad Syllan.
30 l. qui in alterius. de regulis iuris.


tror, ſed

tror,ſed tamen pretium ſerui præſtandum ſtipulatori crediderim[1]: qua de re infrá. Sed IIII.
quid ſi hic ſeruus iure quidem manumiſſus non eſt,ſed tamen propter potentiam tyranni,
vel alia ratione non poteſt ſolui?& exiſtimandũ eſt idem eſſe[2].idque in Aegyptij regis ſer-
uis,(quos Mamalucos vocant)reſponſum eſt. Quid rurſus,† ſi ſerui promiſſor eum ex V.
cauſa neceſſaria alienauerit,emptórq; deinde manumiſerit? & videretur idẽ quoq; eſſe li- 4
berariq; promiſſorẽ,nõ enim eius culpa argui põt,qui neceſſariò diſtraxerit [3],maxime cũ
alienatio hęc ad manumiſsionẽ ordinata non eſſet[4].Sed tamen ampliùs cogitandum eſt[5].

1 l. hæres. ſ. qui & à quib. l. ſi ſeruum. §. de illo. j. eod.
2 l. cũ in plures. §. veſtimẽta. loc. l. argentum. ff. cõmo.
3 l. peto. §. prædium. de legatis ſecundo.
4 l. ij. §. fi. vbi Bar. ſ. ſi quis cautio.
5 arg. l. is qui ex ſtipulatu. ſ. titu. j.

## SVMMAE.

1 ☞ *Stipulationes à ſuis autoribus interpretandæ. 8.*
3 *Stipulatio prætoria pro re & legibus accipienda.*
4 *Hominum diſpoſita generalia non reſtringi. 6.*
5 *Omiſſa in prætoriis ſtipul. adfuiſſe fingi.*
7 *Prætorias arbitrarias non reſtringi.*

## LEX LII.

IN CONVENTIONALIBVS. Stipulationes conuentionales
formam†,ideſt,deſignationẽ,legem interpretationem [6]ex volũtate par- 1
tium accipiunt: Prætoriæ autem ſecundũ prætoris mentem declarantur.
Sed quænã eſt differentię ratio? & conſtat prætorias etiã ab inuitis extor
queri[7]:vnde qui ſecundum eas promiſit,non omnino ſponte videtur pro
miſiſſe[8].meritò ergo non tenebitur,niſi quatenus neceſsitas infert, id eſt,
iuſſus prætoris vrget[9].& ideo ſolent Iuriſconſulti ſic argumentari, vt ſi quid in formula ta
lis ſtipulationis à prætore requiratur, exiſtiment neceſſarium id actui eſſe,vt prætor decla
raturus adeatur: ſi non requiratur non eſſe[10]. Et hinc infertur,vt idẽ quoque ſit,ſi ſtipula I.
tio*non iuſſu prætoris,ſed ex neceſsitate legis fuerit interpoſita [11]. Subeſt enim eadem ra- 2
tio. Nec refert,quo tempore hoc tractetur:ſiue enim antè,quàm celebretur hæc ſtipula- II.
tio,contingat de eius forma dubitari, adeundus erit prætor[12],& ſecundũ formulam ab eo
traditam concipienda cautio [13]: quod Paul. Caſt. Iaſ. cæteríque hìc interpretantur. Siue III.
iam † ſit interpoſita & de eius intellectu dubitetur, fiet enim interpretatio,vt non ampliùs 3
teneatur promiſſor,quàm neceſſariò potuit ex edicto prętoris cogi.vnde qui cauet damni
infecti nomine,licet generaliter verba concipiat, tamen de damno duntaxat intelligitur,
quod vitio operis contingeret[14].Et qui ſimpliciter promittit ſe ſoluturum legata,intelligi-
tur ſalua tamen legis falcidiæ ratione,idque niſi integra addiderit, quod omnes ferè tradi-
derunt[15].Quod tamen† in ſtipulationibus conuentionalibus ſecùs eſt:nec enim earum ge- 4
neralia verba reſtringuntur ſeu ad leges aptãtur[16]quod hîc Iaſ.tradit. nam & in verbis te-
ſtatorũ idem eſt:vnde qui nouiſsimo mandat, vt fundum reſtituat, non intelligitur de par-
te ſua tantùm,ſed de toto,ne dictio illa reſtringatur[17].Et ſi pater duobus filiis ex primo ma
trimonio,& duobus ex ſecundo reciprocè ſubſtituat ,non fiet ſecundũ legem reſtrictio, vt
qui vtrinque coniunctus repudianti eſt,prior admittatur,ſed omnes ſimul propter breuilo
quę ſubſtitutionis generalitatem vocabuntur,quod aduerſus Din. receptiſsimum eſt [18],vt
meritò idem quoq; in contractibus cõcludendum ſit,quod & libro de ver. ſig. primo diſpu-
taui. Sed quid ſi verba in prætoriis ſtipulationibus † non ſolùm reſtringerentur, ſed etiã IIII.
corrigerentur,ſi ſecundũ edictũ intelligi deberent?& puto pręſumi per errorẽ plùs promiſ 5
ſum,quàm fieri deberet[19].& ideo ſuccurri ex mente pretoris ipſi promiſſori[20].quod eo exẽ
plo proditum eſt,cùm hæres ſeruũ legatum ſpondet fugitiuum non eſſe[21],vel cùm quis ſim
plum ſtipulatus eſt,qui duplam euictionis nomine ſtipulari debuit[22],fortiùs videretur tali
caſu ſuccurri aliquatenus,etiam ſi error iuris allegaretur [23]. Nam & videmus quandoque
ſi cautio non interuenerit,prætorem ita ius reddere,ac ſi interueniſſet[24],vt,ſcilicet,imprũ
dentiæ creditoris conſulat.Idem ſi interuenit quidem, ſed verbis nõ omnino aptis[25],quod
in conuẽtionalibus ſtipulationibus eſt contrà[26], cùm in eis omne omiſſum ꝓ omiſſo ſit [27].
Qua ratione† & ſuprà cenſui ſtipulationes conuentionales ſecundum naturam pręceden 6
tis contractus non reſtringi,licet ſecùs ſit in prætoriis. Sed quid ſi conſtet ex certa ſcien- I.
tia plus promiſſum eſſe,quàm ex neceſsitate edicti quis teneretur? & tunc dubium non eſt
valere promiſsionẽ[29].Poteſt enim quilibet fauori ſuo renuntiare & tali caſu perinde iudi-
cabimus,atq; de cõuentionali. Idémq; in his,quæ in prætoriis ſtipulationibus prætor vl II.
li† neceſsitati non ſubiecit,ſed arbitrio cõtrahentium reliquit, qualis eſt in cautione dãni 7
infecti dies[30],& in ſatiſdatione duplę,an repromittere tantùm,an verò & fideiubere vẽdi-
tor velit[31]. Sanè quod hîc dicitur in prætoriis ſtipulationibus nihil mutari,addi minimè III.
poſſe,intelligendum eſt vt prætoriæ remaneant,fiunt enim conuentionales, quod tñ Bar.
hîc rectè declarat,cum mutatio hęc in qualitate ſubſtantiali obligationis diuerſitatẽ indu
cit[32],ſecùs ſi in quãtitate vel alterius rei adiectione[33]: vidẽtúrq; mihi ſentire hoc caſu non
totam

6 l. j. C. de form. l. formam. C. de offi. præfec. præt.
7 l. j. §. fin. de præt. ſtipula.
8 l. iiij. de regu. iur.
9 l. in prætoriis. ĵ. de præt. ſtipulatio.
10 l. non ſolum. in fine. de ope. noui nunt.
11 Bart. l. v. in princ. ſ. eod.
12 d. l. j. in fine.
13 l. cum hi. §. prætor. de tranſactio.
14 l. damni infecti quidã. de dam. infec. in princi.
15 l. fi. C. ad leg. fal. vbi Iac. Cin. Bald. Salic. Cor.
16 l. quicquid. l. ſi mihi. §. j. infra eod.
17 l. Titia. §. ij. de leg. ij.
18 l. Lucius. q. pe. de vulga.
19 l. fluminũ. §. vitium. de dam. infe. l. in ædibus. verſi. & ideo. eod. titu.
20 ar. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſi quis caut.
21 l. ſi legati. ſ. de leg. j.
22 l. emptori. in fin. de eui.
23 l. j. §. j. vt in poſſ. leg.
24 l. hoc ſenatuſconſulto. §. j. de vſufr. ear. rer.
25 l. quoties quis. ĵ. eod.
26 l. peto. §. fratre. de leg. ij.
27 l. quicquid. ĵ. eod.
28 ſ. in rubr. l. iij. C. de reſcind. vendit.
29 d. l. damni. §. cùm pariete m. d. l. ſed &. §. fin. d. l. fin. C. ad leg. fal.
30 l. ſi finita. in prin. de damno infec.
31 l. j. §. pen. de præt. ſtipul. l. ſi dictum. de euictio.
32 l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ſupra eod.
33 d. l. j. §. pen. l. fin. de præt. ſtipulat.



totam ſtipulationem effici conuentionalem, vt Imo. & Alexan. credunt,ſed illud tantum-
modò, quod adiectum eſt, quod diſertè Petrus cenſuit, & regulis iuris eſt magis conſenta-
IIII. neum [1]. Illud † quoque non eſt omittendum ſtipulationem prætoriam, vel iudicialem
8 ſecundum mentem prætoris declarari non ſolùm ſi coram iudice,ſed etiam ſi coram arbi-
tro interpoſita ſit, coram verò arbitratore conuentionalem potiùs eſſe quod ex facto Bal.
V. reſpõdit [2]. Enimuerò nec illud omittendum eſt ſtipulationes quoque * conuentionales
9 quandoque ſecundum leges intelligi [3] ( quod à me libro de verb. ſign. j. diffusè demonſtra-
tum eſt)ſemper verò ſecundum naturam rei [4], etiam ſi verba reſtringerentur,itémque ſu
perflua fierent. quod in ea ſpecie Alexan. reſpondit [5], cùm in diuiſione hæreditatis pater-
næ alteri fratrum res beneficiaria,vel emphyteuſis aſsignata eſſet.ſtipulatio enim euictio-
nis quamuis generalis non tamen committetur,ſi ex natura rei res euincatur, vt quia fini
ta ſit generatio [6]: qua tamen in re ampliùs cogitandum eſt.

1 dixi ſ. d. l. j. §. ſed cũ adiicitur.
2 Bal. conſi. ccxcix. nobiles. in princ.
3 l. quidam cum filium. ĵ. e.
4 l. ſi vno. loca.
5 Alex. conſi. xxj. in ij.
6 glo. l. in familiæ. C. fami. erciſcun.

## SVMMAE.

1 ☞ *Vacuæ poſſeſſionis traditio ad ius factúmque refertur.*
2 *§. ſi quis vacuam. ſenſus multiplex verior. 3.*
4 *§. Si quis. & l. tertiæ. §. primum. de actio. empt. conciliari.*
7 *Bonorum cauſam variè accipi. verius. 8.*

1 §. SI QVIS VACVAM. Qui vacuam poſſeſsionem † tradi ſibi ſtipulatur,
non hoc tantùm agit,vt ſibi res tradatur. quod nudi facti eſt [7], ſed etiam, vt ea conditione
res ſibi præſtetur, vt in bonis ſuis ſit [8], id eſt, vt dominium transferatur vel ſaltem vſuca-
piendi conditio. Sed quænam eſt ratio? & Azo quem communiter cæteri ſequuntur, id in-
2 duci cenſuit: quia ſolet † hæc ſtipulatio in contractu emptionis apponi [9], de cuius natu-
ra eſt, vt vel dominium transferatur, vel ſaltem vſucapiendi conditio. Procedit ergo lex
noſtra, quoties præcedentis contractus natura ſuadet, vt hanc interpretationem accipia-
mus. Sed ego hunc ſenſum probare non poſſum, qui apertiſsimè diuinat, & legem no-
ſtram generaliter loquentem reſtringit, maximè cùm non vno in loco affirmauerim ſti-
pulationes conuentionales non à præcedenti contractu regi, ſed propria ex natura cenſe-
3 ri [10]. Verior eſt ergo † ea ratio, quam vltimo loco adfert Accurſius, ideóque eam magis
probare videtur, vt id ſit propter proprietatem illius verbi *Vacuam* [11]. poſſeſsione enim va-
4 cante, tradita acquirit quis dominium [12], vel ſaltem vſucapiendi ius. Nec obſtat † quod
Pomponius ait eum qui fundum tradi ſimpliciter ſtipulatur, vacuam poſſeſsionem tradi
ſtipulari [13], & tamen tali ſtipulatione cauſa bonorum non continetur. Reſpondet Fulgo-
5 ſius ea, quæ expreſſa * ſunt, plùs tacitis quandoque operari [14]. Aliter Rainerius procede-
re Pomponij reſponſum, cùm ea ſtipulatio cõtractu emptionis acceſsit, propter enim eius
contractus naturam idem eſt, ſiue ſimpliciter emptor poſſeſsionem, ſiue vacuam poſſeſ-
ſionem tradi ſit ſtipulatus. verùm ego non generaliter æquiparari has ſtipulationes à Iu-
riſconſulto arbitror, ſed eo tantùm fine, vt in neutra fructus veniant: nec enim creden-
dum eſt dictionem hanc, *Vacuam*. nullius eſſe effectus [15]. Cur autem fructus in ea non ve-
6 niant, infrà attingemus [16]. Híncque adnotant Caſtellio, & Rapha. eum, qui vacuam * poſ-
ſeſsionem tradere promiſit, non liberari, ſi furtiuam, vel violentam tradat [17]. Quid ſi ad-
fectam aliqua ſeruitute? & Bart. non ideo minùs vacuam eſſe ait: licet dici libera non poſ-
ſit [18]. Sed pone promiſſorem tradidiſſe poſſeſsionem non vacuam, cùm tamen nihilomi-
nùs tranſtulerit dominium [19], an erit liberatus? & non putarem: tenebitur ergo promiſſor
in id, quod ſtipulatoris hoc nomine intereſt, vt quia inquietetur, plurimáque vt poſſeſsio-
nem ſuam tueatur, impenderit.
7 CAVSAM BONORVM. Id eſt, conditionem, per quam† res in bonis no-
ſtris effici poſsit, quod eſt dominium, vel vſucapio [20]. Accur. etiam cauſam bonorum pro
vtilitate accipi poſſe cenſuit, vt ſi committatur ſtipulatio in id quod intereſt, fiat condem-
natio [21]: qui ſenſus non congruit verbis: impropriè enim & pleniore duntaxat ſenſu id,
quod intereſt, appellatione cauſæ bonorum venit [22]. Adnotandum tamen eſt, licet ſtipula
tio, *Rem dari*. præciſa ſit [23], hanc tamen, quę in conſequentiam ad dominium refertur, in id,
quod intereſt, ſolùm committi. Alij, vt Rogerius, cauſam bonorum interpretantur, vt in
eadem cauſa bona præſtentur, in qua tempore conceptæ ſtipulationis erant, ne, ſcilicet, in-
terim fiant deteriora. qui ſenſus & ipſe parum verbis quadrat: licet verus ſit [24]: dum ta-
men non intelligamus fructus à tempore ſtipulationis deberi. falſum id eſt [25], nec enim
hæc ſtipulatio fructus continet [26], ſed ad id, quod intereſt, duntaxat refertur. Alij vt, Ca-
8 ſtellio, Rapha. & Beſutius cauſam † bonorum interpretantur, vt res ſit in bonis: qui ſen-
ſus verus eſt, ſi declaretur, vt à nobis eſt ſuprà dictum: nec ab hoc intellectu diſcrepát
Azonis ſententia, quæ communiter recepta eſt.

7 l. ſi rem tradi. ſ. eod.
8 l. rem in bonis. de acqui. rerum domi.
9 l. ij. §. fi. l. iij. §. j. de actio. emp. l. non idcirco. C. de fide inſtrument.
10 ſ. in rubr. & in l. ſtipulatio iſta habere. §. j. ſ. eod.
11 glo. l. fin. verbo, vacuam. C. vnde vi. & §. quod autem. inſtitu. de vſucap. verbo, vacantis.
12 l. j. in prin. de acqui. poſſ.
13 d. l. iij. §. i.
14 l. expreſſa. de reg. iur.
15 l. ſi quando. de leg. j.
16 Bar. l. ſi filius. §. j. ĵ. eo.
17 l. emptorem. §. j. de act. emp.
18 l. Mæuius. §. fundo. de lega. ij.
19 l. ſi fundum. de fun. dot.
20 Bar. l. Celſus. de vſucap.
21 l. ſtipulationes nõ. verſi. Celſus. ĵ. eod.
22 l. j. §. hæc actio. ſi quis teſta. lib.
23 l. vbi. §. fi. ĵ. eod.
24 l. Rutilia. de contrahẽ. empt.
25 d. l. cũ fundus. ſi cer. pet.
26 d. l. iij. §. j.

## S V M M AE.

1 ☞ *Stipulationis dol.mal.abeſ.vis.*
2 *Stipulata omnia nuncupanda.& 3.*
5 *Specialiter plerunq; enuntiandum.*
8 *Renũtiatione om.leg.auxi.etiã ad tacita oĩa re ferri.*

## L E X  L I I I.

STIPVLATIONES COMMODISSIMVM. Solebant veteres
poſt cõceptam ſtipulationem aliam quoq; generalem addere, *Dolum malum*
*abeſſe, abſuturúmque eſſe*[1]. quibus verbis † obligabatur promiſſor nihil facere 1
quominùs prior ſtipulatio effectũ haberet[2], habebátq; vim renuntiationis
omnium exceptionum, quibus ſe per calumniã tueri promiſſor poſsit, adeò
vt ex illa clauſula ad omnem pœnam condẽnari, vel ſi pœna promiſſa non
eſſet, ad id, quod ſtipulatoris intererat, poſſet[3]. Cenſet† tamen hîc Iulianus cõſultiùs eſſe, 2
ſi omnia, de quibus quis dubitat, ſpecialiter nuncupet, deinde ſubiiciat ſupraſcriptam doli
clauſulam. exempli cauſa, conueni, vt ſcriberes mihi librũ: verùm quia dubito, ne fruſtre-
rìs, & ſupra conuenta me emungas, ſic ſtipulabor, *Promittis mihi ſcribere librum tuo victu, tua*
*charta, tuis inſtrumẽtis*[4]*, tuo chirographo: ſuprà ſcriptiſque omnibus dolũ malum abeſſe, abſuturúmque eſſe?*
Si igitur nõ facias nec tuis impenſis, aut tua manu deſcribas, agam tecũ ex expreſsis clau-
ſulis. Quòd ſi aliquas alias fricas obiicias, vt quia neges ita conueniſſe, ſcripſiſſe te fingas,
ſed fuiſſe ſubreptum, doli mali ſtipulatione teneberis. Adnotandum † igitur eſt conſultiùs 3
eſſe rem, (vt hîc dicitur) nuncupari, id eſt, nominatim, & ſpecialiter exprimi, quàm gene-
rali tantummodò clauſula vti[5]. vbi enim ſpecialiter, & diſertè aliquid actum eſt, nulla po
teſt eſſe voluntatis quæſtio[6], cùm in claris locus non ſit coniecturis: vnde & videmus in
pleriſque caſibus non ſufficere generalem enuntiationem *, ſed ſpecialem † requiri[7], ídq; 4
vel propter damnum, quod quis aliàs faceret[8], vel ne ſub verborũ inuolucro quis decipia- 5
tur[9], vel quia veriſimile non ſit in generali ſermone de eo actum[10], vel quia de præto-
riæ ſtipulationis interpretatione agatur, quæ ex æquitate prætoris magis ſumitur, quàm
ex vi verborum[11]. regulariter tamen ſolet dici, generalem * enuntiationem perinde ac- 6
cipi, ac ſi ſingulas ſpecies quis enumeraſſet[12], præſertim ſi adiectum eſſet, vt omnes caſus
pro expreſsis haberentur[13]. Idem ſi poſt aliquarum ſpecierum enumerationem ſubiecta
eſſet clauſula generalis, qualis eſt legis noſtræ ſpecies[14]. Hincque infert Odofredus, Al-
bericúſque conſultè agere noſtri temporis tabelliones qui renuntiationis clauſulam ita
concipiunt, *Et renuntiat debitor exceptioni non numeratæ pecuniæ, condictioni ex nulla, vel iniuſta cau-*
*ſa, doli & in factum & generaliter omni alij legum auxilio.* Hæc enim generalis, qua omni legum
auxilio * quis renuntiat generaliter quoque intelligi debet[15]. Vnde mulier tali clauſula 7
cenſetur renuntiaſſe omnibus beneficiis, quæ † ſibi lex tanquam mulieri concedit[16], & fi- 8
deiuſſor cenſetur renuntiaſſe etiam cedendarum actionum exceptioni. quod Socinus ad-
uerſus Bald. & Pontanum reſpondit[17]: & qui ita tranſegit, allegare non poteſt non viſis
teſtamenti verbis ſe tranſegiſſe[18], vt ab Alexandro reſponſum extat. breuiter generali
huiuſmodi renuntiatione incerti, id eſt, non expreſsi caſus omnes compræhenduntur, vt
hîc dicitur, exceptis tamen illis cauſis, quibus nõ, niſi ſpecialiter, poteſt renuntiari[19]. Rur-
ſus adnotant Doctores, clauſulam generalem ad ea non referri, quæ ſuperiori ſcriptura
ſpecialiter expreſſa ſunt[20]. Sed hoc alibi meliùs, quàm in contextu noſtro probatur[21]. quo
in loco & nos attingemus.

1 l.ſi id quod aurum.ſ.eod. l.ſi cum fundum.in fi. de cõtrah.emp.
2 l.ſi ſine. §.ſi in ſtipulatione.ſ.rem ra.hab.
3 l.iudicatum.ſ.iudic.ſol.l. nouiſsimo.eo.tit.d.l.ſi cum fundum.
4 l.ſuo victu.de oper.lib.l. ij.§.ſi conſeruatis.ad legem Rhodiam.
5 arg.l.item apud.§.ait prętor. de iniur.
6 l.ille.in fi.de leg.iij.
7 l.illud.§.ſi talis.de mino.
8 ca.qui ad agendum.in fi. de procur.in vj.vbi no.
9 Doct.c.j. de commo.
10 l.j.C.quæ res pign.
11 l.ſed & ſi quis.§.quæſitũ. ſi quis caut.
12 l.ſi duo.in fi. de adm.tu.
13 l.omnes.C.de præſcript. trig.ann.
14 d.c.qui ad agendum.
15 l.Iulianus.de leg.iij.Bal. l.pactum.q.xiiij. C.de coll.
16 Bar.auth.matri.C.quando mul.
17 Soc.conſi.cxxv.
18 l.de his.de tranſa. Alex. cõſi.inci.viſo ac vt oportet.
19 Bart.l.ſi ſub conditione. de teſt.tut.Bal.l.antiqua.C. ad Velleia.in fi.
20 l.cohæredi. §.qui patrẽ. de vulga.
21 l.doli.ſ.eod.

## S V M M AE.

1 ☞ *Stipulationes ſecundum rerum naturam diuidi.*
2 *L. In ſtipulationibus. diuidi.*
5 *Indiuidua arbitrio iudicis relinqui eiúſq; officium.*
7 *Indiuidua numero, temporéq; diuidi.*
8 *Operas non, niſi certis ex cauſis, diuidi. 12. 16. 17. 19. 21. 22.*
15 *Facta conuentione diuiſibilia.*
20 *L. in ſtipulationibus. ſenſus.*

## L E X  L I I I I.

IN STIPVLATIONIBVS. Stipulatio † ſpecierum per par- 1
tes corporum, ſtipulatio generum numero diuiditur, ſicut & ſtipulatio ope-
rarum. Accipitur † autem hic ſpecies pro eo, quod dialectici indiuiduum di 2
cunt, vt Stichus, Pamphilus: genus verò non ſolùm pro eo, quod de ſpecie
prædicatur, ſed etiam de indiuiduo, vel potiùs pro pluribus corporibus in-
certis ſub genere comprehenſis, vt Din. rectè cenſuit. Sed quænam eſt huius diſtinctionis
ratio? & ſciendum eſt, id ſemper in diuiſionibus agi, vt æqualitas * ſeruetur[22]: vbi ergo obli- 3
gatio

22 l.ij.C.quomo.& quand. iud.lib.viij.l.nã & ſi.§.ſi ſeruus.ſi cer.pet.



gatio generum eſt, ſi diuiſio numero fiat, nulla orietur inæqualitas, vt cùm quis ſtipulatus
eſt duos equos, vel duos tritici modios. quod ſecùs eſt in ſpeciebus, cùm vna poſsit pretio-
4 ſior eſſe altera[1]. Hincque eſt, quod in obligationibus * generis admittitur in eodem genere
compenſatio[2], recipiũt enim inuicem functionem[3]: cùm ſecùs ſit de genere ad aliam ſpe-
5 ciem, aliúdue genus[4]. Sed quid † ſi commodè, nec per quotas partes, nec per numerum di-
uiſio fieri poſsit? & traditum eſt arbitrio iudicis id relinquendum, qui quandoq; alteri rem
integram, alteri dimidiæ ſibi debitæ æſtimationem adiudicabit[5]: quandoq; & rem ſortibus
committet[6], vnde & hæredes græce κληρόνομοι ſæpiſsimè apud Demoſthenẽ dicuntur, quo
ſenſu & clerici vidẽtur dicti, quod, ſcilicet, ſortibus eligerentur: licet alij quòd in ſortem, id
eſt; hæreditatem Domini ſint vocati, quandoque & alternis poſsidere communes domi-
6 nos iubebit[7]. Sicut & in lege noſtra operæ * à liberto alternatim præſtari poſſunt. quod
in Oedipi filiis tradidere auctores. nam & cùm quis cuiuſdam oppiduli decimam partem
haberet, ſempérque in electione Prætoris collegarum conſenſu excluderetur, reſponſum
eſt debere arbitrum conſtituere, vt decimo quoq; anno ſolus eligeret[8], nec enim vlla alia
7 diuiſio commodè induci poterat[9]. & ſicut † diuiſio per numerum hîc fieri mãdatur, ita &
prædicto caſu per tempora fieret[10]. quod & alibi tradidi, & quædam alia ad explanatio-
nem huius legis pertinentia docui[11].

QVOD SI VNAM OPERAM. Petet ergo quilibet dominorũ partẽ operę.
8 Sed quomodo id fieri poteſt: cùm vnius operæ † obligatio prorſus ſit indiuidua[12], adeò vt
9 nec peti, * nec deberi, nec ſolui pro parte poſsit[13]? vnde qui ſex horis antemeridianis ope-
10 ratus ſit, non tamen dimidiã operã præſtitiſſe videtur[14]: cùm enim opera * ſit diurnum offi
11 cium, qui totũ diem operatus non eſt, nihil videtur feciſſe: cùm obligationes * facti à perfe-
ctione, effectúq; nomen duntaxat ſumant[15]? & negari non poteſt quin regulariter id verũ
I. ſit. Sed tamen aliqui caſus conſiderari poſſunt, quibus peti pars operæ poterit. Et in pri-
12 mis † in caſu hîc poſito, cùm libertus duobus patronis, vel ſeruo cõmuni duorũ dominorũ
13 vnam operã promiſerit: cùm enim vna inſolidũ * præſtari duobus nequeat. videtur à prin
cipio actũ, vt quilibet partẽ operæ petere poſsit. nec enim aliter ex cõmoditate patronorũ
præſtari poteſt[16]. & ita Accur. cenſuiſſe videtur: quã ſententiã aduerſus Din. Bar.q; & ipſe
14 ſequor. quãuis enim ea, quæ naturaliter indiuidua * ſunt, pro parte ſtipulari nõ poſsimus[17]:
15 tamen ſecùs † eſt in factis, quæ non naturâ ſunt indiuidua, ſed ex veriſimili contrahentium
mente, qui effectũ operis videntur reſpexiſſe. vnde partẽ facti à principio in ſtipulationem
deducere poſſunt, ſi hoc agant[18]. quæ cõiectura in caſu noſtro veriſimilis eſt, cùm vna ope
II. ra duobus dominis vel ſeruo duorũ cõmuni promiſſa à principio eſt. Alibi † tamẽ Accur.
16 aliter diſtinguere videtur, nẽpe vt promiſſor quidem ipſe integram operã debeat, eiúſq; ex
parte opera ipſa ſit indiuidua[19], at ſtipulatores ipſi partẽ petere poſsint. idémq; in pluribus
ſtipulatoris hæredibus. quã diſtinctionẽ Pe. quoq; ſequutus eſt, verùm noſtrates improbãt:
cùm eadem ſtipulatio reſpectu promiſſoris indiuidua reſpectu quoq; creditoris indiuidua
ſit[20]. Sed ego defendi poſſe arbitror ſecundũ priorẽ declarationem. eſt enim ſtipulatio ex
parte promiſſoris indiuidua: quia quantùm ad eũ ſit, tenebitur operari integrũ diem, quan
tùm verò ad creditores, erit etiã indiuidua, quia vtriq; non niſi vna die præſtari opera de-
bebit: licet ipſi inter ſe conuenire poſsint, vt vſq; ad ſex horas vni præſtetur, reliquis ſenis
alteri: vel (quod idẽ eſt) vt libertus dimidio tẽpore in agro vnius operetur, dimidio in agro
III. alterius[21]. Sed † quid, ſi creditores cum promiſſore conueniant, vt poſsit ſex hodie horis
17 operari & alia die ſex aliis? & conſtat ſi hoc promiſſor præſtiterit, liberari, non ꝙ operã ſol
18 uiſſe videatur, quæ * diurnũ eſt officium[22], ſed tanquã aliud pro alio volente creditore ſol-
IIII. uerit[23]. Sanè † dubium non eſt reſpectu commoditatis diuidi operã poſſe. Vnde † hîc di-
19 citur poſſe patronos conſentire, vt ſibi cõmuniter edatur opera, vt quia in re cõmuni ope-
20 retur libertus, commoditas enim in vtrunq; diuiditur. Illud quoq; conſtat certam ope-
V. ram non niſi præteritam peti poſſe. quo † tempore ſicut in cæteris facti obligationibus æſti
21 matio præſtari poterit[24], quæ diuiſionem recipit. quæ ſententia vera eſt, licet legi noſtræ
non cõueniat: dum enim in ea dicitur partem operæ peti, violatiuum eſt, ſi interpretemur
operæ, id eſt, æſtimationis: cùm factũ ipſum ab æſtimatione plurimùm differat[25]. Superior
VI. igitur interpretatio magis quadrat. Subiicit hîc Iuriſcõſultus, licet vna opera indiuidua
22 ſit, plures tamen † operas numero diuidi poſſe[26]. Si enim in ſtipulationẽ plura facta dedu-
cantur reſpectu ſingulorum fiet diuiſio[27]. quę ſententia regulariter vera eſt, in legis tamen
Falcidiæ computatione legatis ſerui operis hæres nõ quartam quamq; operam ſibi retine-
bit, ſed à principio fiet (tanquã de re prorſus indiuidua) legati æſtimatio[28]. cuius rei illa for
23 tè eſt ratio: quia * ſuo victu tenetur libertus operas præſtare[29] in ſeruo tamẽ ſecùs eſt: quia
deducẽdæ ſunt priùs cibariorum expenſæ[30]. vt ergo cognoſcatur an legi Falcidię ſit locus
habẽda eſt in primis earũ impenſarũ ratio[31]. vnde ſi numero fieret diuiſio inæqualis eſſet.
Neceſſariò igitur ad æſtimationẽ deueniẽdũ fuit, qua tamẽ in re ampliùs deliberandũ eſt.
SVM

1 l. cum Stichus. ſ.de ſolu.
2 l.ob negotium.in fine.de compen.
3 l.ij.§.j.ſi cer.pe.
4 l.fi.vbi Cin.& Bald. C.de compenſ.
5 §.per. inſt.de off.iud.
6 l.fi.in princ.C.commun. de leg.
7 l.Lucio.l.ſeq.de aq.quot. l.ij.de iure patron.
8 Arg.gl.xvj.q.iij. ca.licet.
9 l.vſusfructuarius,venari. de vſufruct.in fi.
10 l.& hæc diſtinctio. in fi. loc. Alex.conſi.xviij.in ij.& conſi. xxv.in v.
11 d.§.ſi ſeruus.
12 l.ſtipulationes nõ.ſ.eod.
13 l.libertus qui primus.§. j.de oper.lib.
14 l.j.l.iij. eod.tit.
15 l.in executione. §.j.ſ.eo. l.v.in fi.de ver.ſig. l.ſi is qui quadringenta. §. quædam. ad leg.Falcid.
16 l.quoties.in fi. de op.lib.
17 l.ij.§.j.ſ.eod.
18 l.locus.in prin.de acqui. poſſeſſ.
19 glo.dict.l.ſtipulationes non.& Bar.ſ.ix.oppo.
20 d.l.ij.§.ex his.l.ij.§.j.de præto.ſtipu.
21 l.hæ operæ.§.patroni.de oper.liber.
22 d.l.j.d.l.iij.
23 l.ij.§.j.ſi cer.pet.
24 d.l.ſtipulationes.verſic. Celſus.l.ſi quando.de oper. liber.
25 l.venditores.ſ.eod.
26 d.l.libertus.in fin.
27 Alex.l.ij.ſ.eod.
28 l.j.§.ſi vſuſfructus.ad legem Falcid.
29 l.ſuo victu. de oper.lib.
30 l.iiij.l.fin.de op.ſer.l.in rebus.§.poſſunt. commo.
31 argu.l.qui concubinam. §.qui ortos.de legat.ij.l.ſed & ſi quid. §. ſufficienter. de vſufruct.

## S V M M AE.

2 ☞ *Adiectum variè à procuratore diſſidere.*
3 *Facta mera intranſmiſſibilia.*
5 *L.cum quis.explicari.*
6 *Donatum abſenti ante acceptionem mortuo non tranſmitti.*
8 *L.cum quis.reſtrictio multiplex.*
9 *Adiecti hæredibus certis caſibus ſolui.* & 11.

## L E X LV.

CVM QVIS SIBI. Hæredi igitur adiecti*ſolui non poteſt.Sed quæ- 1
nam eſt ratio?an quia adiectus tanquã procurator ſtipulatoris eſt,morte
autẽ procuratoris mãdatũ extinguitur[1],cùm poſſit quis ali cui fidere,nõ
autẽ eius hæredi[2].ſed hæc ratio nõ omnino vera eſt:diſtat enim plerũq;
adiectus †à procuratore[3],vnde etiã poſt ſtipulatoris mortem ei ſolui po- 2
teſt[4]:nec,inuito debitore,reuocari poteſt[5]:cùm ei ſoluendo donec prin-
cipalis cõteſtatus litẽ ſit liberetur[6].Quæ omnia in procuratore diuerſa ſunt:An ergo(qđ
& verius eſt)quia quod debitor poſſit adiecto ſoluere,quædam facultas eſt,quæ meri facti
eſt,& †ideo ad hæredẽ non tranſmittitur[7],hãcq; rationẽ omnes hîc probant.Nã & ſuprà 3
vidimus quæ ad declarationẽ animi pertinent, ad hæredes non tranſmitti[8]? quia animus
ipſe* facti eſt,eiúſq; declaratio[9].Vnde & quoties in contractu ſubeſt conditio,niſi contra- 4
hens ſententiã mutet,huiuſmodi facultas hæredi non cõpetit[10]:videtur enim ſolius perſo
næ contẽplatione adiecto cõceſſa.Igitur cùm ipſo extinguitur[11].Et cùm†lex noſtra gene- 5
raliter loquatur,cõſequẽs eſt,vt ei ſit locus quomodocunq; ſit adiectus,an tanquã procura
tor,an ex cauſa donationis[12].vnde probatur hîc Pauli Caſt.reſponſum:quo ille cẽſuit,do-
nationẽ † Titio abſenti à me factã, ſi ante acceptationẽ Titius defunctus eſt, non poſſe ab 6
eius hærede acceptari:cùm enim contractus antequàm perficiantur,non iuris,ſed meræ fa
cultatis ſint[13],in hęredem tranſmitti non poſſunt[14].Sed quid ſi notarius abſenti ſtipulatus
eſſet hanc donationẽ?& Paulus cenſuit idẽ eſſe, vt non ideò quæratur hæredibus,cùm nec
ipſi abſenti per* notariũ quæratur,niſi poſtquàm ratũ habuerit,quod receptius eſt[15]. Sed 7
quid ſi donatio facta ſit Titio,& eius hæredibus?& ſentit Fulg.idẽ eſſe[16].Non enim quis vi
detur donare hæredibus Titij,niſi quatenus eã Titius acceperit[17]: quod & Bal.reſpondit:
quoniã donatio ſi in perſonã Titij non valet,nec reſpectu eius hæredũ valere debet[18].Sed
tamẽ dubia eſt hæc ſentẽtia, cùm alioquin ſuperfluo hæredis mentio adderetur. amplius
itaq; eſt deliberandũ[19]. Illud indubitatum apud me eſt,legi noſtrę locũ†non fore,ſi quis I.
ſibi,aut Titio, eiúſve hæredibus dari ſtipulatus eſſet:mentio enim hæredũ facit, vt ipſi ex 8
perſona ſua adiecti ſolutioni videantur[20]. Sicut †nec locum iudicio meo haberet,ſi hic II.
donationis cauſa adiectus eſſet, iámque ei promiſſor particulariter ſe ſoluturum ſpopon- 9
diſſet. Videtur enim perfecta donatio, mandatúmque, tanquam in rem ſuam procurator
conſtitutus ſit, morte non expirat[21]. Nam & videmus quoties huic adiecto ius aliquod
quæritur, quod ſpeciali dotis fauore,ſimiliúmque cauſarum quandoque eſt,toties manda- III.
tum morte ipſius mandantis non euaneſcere[22], vt meritò nec morte adiecti euaneſcat,
imò ſupraſcripto caſu adiectus ipſe pro principali habetur, & ſtipulãs pro procuratore[23].
Addit generaliter Bart.cùm * factum executionem præcedentis iuris reſpicit, ſicut ius IIII.
ipſum in hæredem tranſmittitur,ita hoc caſu & factum tranſmitti[24],nec legis noſtræ regu 10
lam obſeruari.Imitatur enim acceſsio naturã principalis. Sed & ſi †quis nomine digni V.
tatis adiectus eſſet,videretur,eo mortuo,ad ſucceſſorem in dignitate facultatem eam per- 11
tinere,vt cum teſtator iubet reditus bonorũ ſuorum ſolui hæredi, aut Abbati talis mona-
ſterij[25]. Executor enim vltimæ voluntatis ſub nomine dignitatis, vel officij conſtitutus
ad ſucceſſorem dignitatis eam facultatem tranſmittit[26]: licet ſecùs ſit, ſi nomine proprio
deſignatus quis ſit[27]. quod & Iaſon hîc ſcripſit.

1 l.mandatum. C.mand.
2 l.cuius bonis. de cur.fur.
3 l.vero.in princ. de ſol.
4 l.Caius.§.ſed dicendum. ſol. matr.
5 l.antepen.de ſol.
6 l.ſi quis ſtipulatus ſit x. in melle.eod.tit.
7 l.qui hæredi.in princ.l. Mæuius.de cond.& dem.
8 l inter.§.ſi Stichũ.ĵ.eod. l.ſi x.cum petiero.ĵ.eod.
9 l.pro hærede.de acq.her.
10 l.iij.ĵ.de ſer.exp l.ſi ego.§.ſi res.de iur.dot.
11 d. l. cuius bonis. l.ſciendum.de re iud. Doct. l.procurator.C.de eden.
12 l.Iulianus.§.j.ĵ.eod.
13 l.conſilio.de cur.fur.
14 l.non ſolum.§. fi.vbi dixi.de op. no. nunt.l. fin.ĵ.de legatio. vbi gl.fin.
15 Alber. l. iij. ĵ. rem pup. ſal.
16 Fulg.conſ.xvij.teſtator.
17 l. fi. C.qui ad lib.procla. vbi Bald.
18 l.ij.C.de inoff. don. Bal. conſil.cccxcj.in iij.
19 Alexan. conſi. xiiij.in j. Socin.liij.in j.
20 l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.ĵ.eod.
21 l.illam.C.de donat.
22 d.l.Caius.verſi.pen.
23 d.l.Caius.
24 l.ſi ſtipulatus fuerim illud.ĵ.eod.
25 capit. quoniam abbas. de offic. deleg.
26 Bartol.l.qui liberis. §.j. de vulg.
27 Glo.l.antepen. verbo alium.de tut.c.fin.de teſta.vj.

## S V M M AE.

1 ☞ *Stipulanti ſibi & alij dimidium ſolui.*
5 *Teſtator initio,lex ex euentu diuidit.*
6 *Diſpoſita in pond.nu.& menſ.initio viriliter diuidi.*
7 *Socium non niſi pro ſuo iure ſtipulatum videri.*
8 *Vxorem cum viro promittentem non obligari.*
9 *Patrem & filium pro dote viriliter teneri.*
10 *Doti plerunq; obligari inſolidum fratres.* & 11.

## L E X LVI.

CVM, QVI ITA. Qui ſibi†& Titio decẽ dari ſtipulatur,eadem 1
decem cõmuniter illi ſtipulatus intelligitur. Vnde cõſequens eſt, vt cùm
alteri ſtipulatio facta non valeat,ſola quinque ipſe exigere poſſit[28]. Sed
huic deciſioni obſtat,quod videntur hi & re, & verbis coniuncti: verbis,
propter copulam:re,quia ad eadem decem vocantur. At in cõtractibus,
licet is,qui verbis tantùm iungitur,ius adcreſcendi*nullum habeat[29],ſi 2
tamen re coniunctus ſit,conſtat ad ſolidũ iure non decreſcendi admitti[30].non ergo com-
muniter

28 l.ſi mihi.ĵ.eod.
29 l.ſi duo patroni.in prin. de iureiur.
30 l.propriũ.ſ.com. præd.



muniter videtur ille ſtipulatus,ſed ſolidum.Reſpondent Pe.Cin.Caſtellio,& quidam alij,
non eſſe Titium ipſi ſtipulatori coniunctum:quia copula æqualiter à principio diuidit[1], &
perinde eſt,ac ſi additum eſſet æqualibus portionibus,quo caſu ſolis verbis iungerentur[2]:
3 par*enim taciti,expreſsíq; eſt virtus,expreſsióq; eorũ,*quæ tacitè inſunt nullius eſt effe-
4 ctus[3].Sed hæc ſententia communiter reiecta eſt:quoniam conſtat,ſi quis mihi,& Titio fun
dum leget,re quoq; coniunctum in tali legato eſſe[4].Verum enim eſt & verborũ,& rei com
plexu eos iungi[5].quod & alibi oſtẽdi,nec hac in materia idem poteſt tacita quod expreſſa
5 diſpoſitio.cùm†enim teſtator æquis portionibus dari iubet, ab ipſo vſq; principio cẽſetur
partes diuidere:at cum lex interpretatur tacitè ęquas portiones relictas,hoc non facit,niſi
priùs expectato, an vterq; acceptet,an verò alter repudiet, eiúſue portio deficiat[6]. Quid
ergo dicendum?& Ioannes Faber diſtingui legata à cõtractibus putat,vt in legatis ſupra-
ſcripta verba re coniunctionem inducant:quoniam in eis fit latior interpretatio:in cõtra-
ctibus verò ſecùs[7].Quæ ſolutio verbis legis noſtræ expugnatur,quę cõtractus ipſis legatis
hac in re æquiparat.Ego & huius legis argumẽto & certa ratione ductus ſemper exiſtima
ui veram quidem eſſe ſuprà ſcriptam regulam cõmunémq; concluſionem.Sed tamẽ limi-
6 tari,vt ei†locus non ſit:cùm vel legatum,vel promiſſum aliquid eſt,quod põdere,numero,
menſuráue conſiſtat:videtur enim à principio ſtatim facta diuiſio cùm alio creditoris fa-
cto opus non ſit:& ideo non videtur ſolidum à principio vnicuiq; datum,ſed partes dunta
xat viriles.hócq; caſu Pe.Ci.Caſtellioníſq; ſententiam defendi poſſe[8].Hincq; adnotatur
coniunctæ naturam eſſe,vt æqualiter ſemper diuidat à principio quidẽ ſi inter ea adiician
tur,quę pondere,numero,menſuráue conſiſtunt:ex poſtfacto verò ſi de aliis ſpeciebus aga
I. tur[9]. quæ tamen regula perpetua non eſt. Finge†me Titij ſociũ eſſe ex parte tertia tan-
7 tùm:& in re ſocietatis mihi & Titio decẽ ſtipulatũ,intelligetur ſtipulatio ita facta,vt mihi
eius ſummæ tertia pars reliqua Titio detur,vt,ſcilicet,ſtipulatio ſecundum partes ſocieta
tis intelligatur[10] quod & cęteris in caſibus dicendũ eſt:cùm ſubiecta materia id ſuadeat[11].
II. Finge rurſus† Titiũ,& eius vxorem promiſiſſe Sempronio centũ,quæ cõfeſsi ſunt ſe
8 habuiſſe mutuo, an mulier pro virili ſua tenebitur tanquam quilibet cõmuniter habuerit
quinquaginta? & conſtat mulierẽ in nihilo teneri, nec pecuniã præſumi ad eã perueniſſe,
III. ſed ad virũ potiùs[12]. Qua ratione cenſuit quandoq; Bal.ſi à viro vxoréq; ſimul fundus
dotalis venditus ſit,mulierq; ſe participaſſe prædiũ adſeruerit,maritũ tamẽ præſumi acce
piſſe[13],quoniã hæc confeſsio inter prohibitas perſonas eſt[14]:at Bar.ex facto reſpõdit viri-
les potius partes cuilibet datas videri:idq; ex ſuprà ſcripta regula[15].quam ego propter con
trahentiũ qualitatẽ limitari arbitror.Cùm ergo ſtatus ſit coniecturalis plurimum poterit
arbitriũ iudicis.In dubio tamen putarẽ pecuniã ad maritũ perueniſſe cenſeri[16].Sanè cùm
9 filiuſfamiliàs vxorem duxiſſet, & in inſtrumento dotis ſcriptũ † eſſet, dotem patri, & filio
numeratam eſſe, ex ſuprà ſcripta regula exiſtimauerunt aliqui in viriles quemlibet tene-
ri[17].quæ ſententia defendi poteſt,cùm pater vſumfructũ eius pecunię recuſaſſet,& non cũ
vxore dotẽ repetente ageretur,ſed inter fratres mariti,qui in diuiſione paternę hæredita-
tis deducere in primis totam dotem vellet,tãquã tota ad patrem peruenerit,nõ eſt id facilè
credendum propter vim coniunctæ,quæ viriles vtriq; tribuit[18]: niſi tamen qualitas mari-
ti,hoc ſuaderet.Eſt enim & hic ſtatus coniecturalis. Nam reſpectu vxoris dotem repeten
tis Iac. Bartolúmq; aliter ſenſiſſe apparet:qui in dubio videri vtriuſq; contemplatione do
tem datam ſcripſerunt.& ideo vtrunq; teneri[19].quod alibi declarat idẽ Bart.vt teneantur
10 tanquam duo rei[20]. Sentit hoc expreſsè Cin.Ang.Pontanúſq;,qui†inſolidũ teneri vtrun-
que aiunt:quam ſententiã & ego probo: ſiquidem dos filio data aduentitij peculij eſt[21], in
quo pater,ſicut in cęteris aduentitiis,habet vſumfructũ:licet ad ſubeunda matrimonij one
ra teneatur[22].Sicut ergo filius inſolidum tenetur,quando ex peculio contrahit,ſicut & pa
ter,quando eius iuſſu contrahitur[23], ita hoc caſu vterq; teneri debet:ne quod in maiorem
dotis cautelã factum eſt,in contrariũ vertatur:cùm & pater ipſe pro ſolido ad cauendum
teneatur[24].nec me mouet natura copulæ[25],quia(vt ſuprà dixi)propter ſubiectã materiam
11 quandoq; non viriles,ſed ſolidum vnicuiq; tribuit[26].Quid ergo†ſi filius cõuentus alleget
re ipſa totam pecuniã ad patrẽ perueniſſe?& tunc,non obſtante coniunctæ dictionis natu-
ra pater ipſe prius eſſet cõueniendus[27].quod generaliter in aliis quoq; caſibus verum eſſe
Bartol.ſenſit[28], tametſi Alexan.hac in re non ſat rectè controuertatur.Sed hæc hactenus.
cætera enim,quæ ad hanc legem pertinent,alibi à me tractata ſunt[29].

1 l.reos. §. cùm in tabulis. ĵ.titu.j.
2 l.re coniuncti. de leg.iij.
3 l.iij.de leg.j.
4 l.ſicut.§.j.quib.mod.vſuſ fruct.amit.
5 l.triplici.de ver.ſig.
6 arg.not.in l.interdum.in princ.ĵ.eod.vbi Iaſ.
7 §.ſi eadem.inſti.de leg.
8 Alex.l.planè.§.ſi coniunctim.de leg.j.
9 d.§.cùm in tabulis. l.j.C. ſi plu.vna ſen.l.ſi legato.§.j. de manu.teſta.
10 §.j.inſt.pro ſoc.
11 l.Thais. §.Stich' ſeruus. de fid.lib.Bar.l.ij.C.quand. & quib.quar.pars.lib.x.& l. Gallus.§.j.de lib.& poſthu.
12 §.& illud vero. in auth. vt nul.iud.authẽ.ſi qua mulier. C.ad Velleia.
13 Bal.Sali.auth. ſi qua mulier.C.ad Velleia. Imo.c.cũ contingat.de iureiur.
14 l.cum quis.§.Titia.de lega.iij.vbi Bar.
15 Pau. Are. d.§.cùm in tabulis.
16 arg.d.§.& illud.
17 Bald.Imo. Alex.l.ſi cùm dotem.§.pen.ſol.mat.
18 Din.Pet.Rain. Alber.d. §.penult.
19 l.ſi.C.de dot.cau.
20 l.ſi conſtante.q.viij.primæ par.ſolu.matr.
21 d.l.ſi cum dotem.§.pen. ſol.mat.vbi Iac.& Bart.
22 l.contra.§.j.vbi Bar. rerum amota.
23 §.j.inſtit. quod cum eo qui in alie.
24 d.§.pen.
25 d.§.cum in tabulis.
26 l.fundus ille. de contrahen.emp.
27 l.vnde quæritur.§.commoda.Rom.d.§. pen. Corn. conſi.xl.
28 Bar.l.iii.§.j. q.vij.ĵ.tit.j. Alex.d.§.pe.
29 l.ſtipulatio iſta. §. eum qui ita.ſ.eod.

## S V M M AE.

1 ☞ *Hæredem non niſi pro rata, obligari etiam expreſſe.* & 3. 13.
5 *Hæres non,niſi pro ſua parte petat etiam intranſmiſſibilia. quique accipiendum.* 15.
7 *Hæres nõ niſi pro parte grauabilis:in dote cõtrá.* 14.
8 *Facta ad vnum tantùm hæredum tranſire.*
9 *Pactum non petendi hæredem nominatum tantum eximet.*
10 *Hæredũ vnũ obligans alios non,niſi expreſſim eximit:*
12 *Hæredi ſoluentem iuſſu teſtantis à cæteris eximi.*

§. TE, ET TITIVM. Expreſsio futuri hæredis in obligationibus dandi nul
lius eſt effectus: cùm enim tales† obligationes in omnes hæredes pro rata tranſmittan 1
tur [1], ſupra virilem portionem ille hæres pro extraneo eſt [2], & ideo non magis obligari à
promiſſore potuit, quàm quilibet extraneus [3]. Vnde conſequens eſt, vt parum referat, an I.
Titium hæredem nominauerit teſtator, quia crederet eum ſolum ſibi hęredem futurum [4],
an quia vellet eum dũtaxat teneri, quamuis plures alios hæredes relinqueret. ſemper enim
ſubeſt ratio ſupraſcripta quod Titius * ſuprà partem hæreditariam cenſetur extraneus, 2
quæ ratio cum à iure publico pendeat, voluntate teſtatoris mutari non poteſt [5]. Hinc II.
infertur idem † eſſe, etiam ſi expreſsim egiſſet promiſſor, vt à Titio tantùm peteretur, ab 3
aliis verò hæredibus non peteretur. talis enim expreſsio * eius quod tacitè ineſt, nihil ope- 4
ratur [6]: intelligerentur enim alij hæredes liberati, ita demum ſi Titius inſolidum conueni-
ri poſſet, qui cùm non poſsit, conſequens eſt, vt liberati non ſint. quod & Barto. Caſtrenſis,
Alex. cenſuêre & Iaſon. Sed Iacobus, Petrus, Dinus, Angelus, Alber. contrà: tanquam poſ-
ſit quis grauare, vnum ex hæredibus tãtùm inſolidum [7]. Sed id omnino verum non eſt, &
niſi in vltimis volũtatibus procedit, in contractibus falſum eſſe hîc manifeſtè apparet. Ve
rùm quid ego hac in re ſentiam, infrà diſſerã. Rurſus nihil refert, an de obligatione de- III.
bitoris loquamur, de qua lex noſtra loquitur, an verò ex parte ipſius ſtipulatoris: lex enim
duodecim Tabularum æqualiter diuidit obligationes, non diſtincto debitore † à credito- 5
re [8]. & ideo, ſi quis ſtipuletur ſibi, & hæredi ſuo Titio centum, deinde decedat, relicto alio
quoque hærede, non petet Titius niſi quinquaginta duntaxat. non enim ei ſtipulari teſta-
tor niſi pro portione hæreditaria potuit. Cenſuit tamen Petrus hanc ſtipulationem à Ti-
tio incipere, non autem à teſtatore tranſfundi: cùm poſsit quilibet ſtipulari, vt noua ſtipu-
latio ab hæredibus incipiat [9]. Sed hæc ſententia recepta non eſt: quia verbis legis noſtræ
repugnat: quæ diſertè exprimunt hæredis mentionem eſſe ſuperfluam. repugnat & ratio-
ni, cùm enim obligatio dandi ſit tranſmiſsibilis in hæredem ex perſona teſtatoris: fru-
ſtrà hæc noua; idem quod transfuſa continens concederetur [10]. Sed an locus legi no- IIII.
ſtræ ſit, ſi proponatur rem in ſtipulationem deductam, quæ aliàs ad hæredes non tranſi-
ret? & puto idem eſſe. non enim ideo ſuprà portionem hæreditariam tranſit [11]: veluti † ſi 6
teſtator ſibi, & Titio hæredi vſumfructum dari ſtipulatus ſit: nouus quidem erit in per-
ſona Titij vſusfructus [12]: ſed tamen non niſi pro rata hæreditatis ei præſtabitur [13]. Sed an
alij quoque hæredes admittentur? & non puto, niſi fortè Titij facta ſit mentio: quia exi-
ſtimaret teſtator eum ſolum hæredẽ ſibi futurum [14]. In vltimis quoque voluntatibus ſu V.
prà ſenſi legis noſtræ regulam aliquo modo procedere. Vnde ſi teſtator † vnum ex hære- 7
dibus grauet vt ſpeciem hæreditariam alicui ſoluat, non, niſi ratam partem ſuam in ea
ſoluere poterit [15]: licet ſecùs ſit in eo, qui ad ſolutionem pecuniæ grauatus eſt, vel alte-
rius rei non hæreditariæ [16]. Sed & ſi teſtator à filio, quem ſolum ſupereſſe exiſtimabat, le-
gata codicillis dederit alius partem hæreditatis vendicans non tenebitur, ſed ſolus is, qui
nominatus erat pro rata, id eſt, dimidiam duntaxat ſoluet [17]. Sanè in obligationibus VI.
quoque facti dici poteſt locum eſſe legi noſtræ, quatenus in eo, quod intereſt fieret cõdem-
natio [18]. quod Bartolus cenſuit. Idémque ſi tale factum promiſſum eſſet, quod diuiſionem
reciperet, vt ſi quis promittit nec ſe nec Titium hæredem ſuum ampliùs acturum, vel ſe
Titiúmue hæredem ratum habiturum, ſi alij hæredes agant, nihilominus committetur,
ſtipulatio etiam in Titium non petentem [19], eadem enim hoc caſu ratio in facti obliga-
tionibus, quæ & in dandi eſt. Sed † tamen hæc res latiorem interpretationem exigeret, 8
quàm alibi explicabo. Regulariter enim in obligationibus facti legi noſtræ locum non I.
eſſe conſtituendum eſt [20]: cùm in eis poſsit quis vnum tantùm ex hæredibus obligare, vel
vni tantùm acquirere: quia tales obligationes indiuiduæ ſunt [21]. & ideo in eis non eſt lo-
cus legi duodecim tabularum, quæ pro parte hæreditaria obligationes diuidit. imò quili-
bet hæres inſolidum in eis repræſentat teſtatorem [22]. Qua ratione ſi quis paciſca- II.
tur, ne à ſe, néue à † Titio hærede ſuo petatur, valet pactio etiam in Titij ſolius fauo- 9
rem [23]: non petere enim facti eſt. Pone ergo, aliquis centum promittit adiecto pa-
cto, ne à ſe aut Titio hærede ſuo petatur. ſi decedat relictis Titio, tribúſque aliis hære-
dibus, tranſibit quidem obligatio in omnes hæredes pro rata, ſed alij duntaxat hære-
des pro virili ſua conueniri poterunt. putà quilibet in vigintiquinque Titius exceptio-
ne tutus erit. & quia id pactum vtplurimùm perſonale eſt [24], expectanda erit Titij ipſius
mors, vt deinde eius hæres conueniatur [25]. Sed † quid ſi in caſu legis noſtræ actum III.
præciſè eſſet, vt ſolus Titius obligaretur, alij verò hæredes non obligarentur: & non du- 10
bitarim vi ipſa ſeu mero iure non obſtante pacto cæteros quoque obligari, vt ſuprà ex
Bartoli Alexandríque ſententia retuli, ſed tamen propter conſenſum ſtipulatoris puta-
rim exceptione cæteris hæredibus ſuccurri [26]. videtúrque mihi hæc ſententia non ſolùm
æquior, ſed & receptior eſſe. Nec obſtat Iuriſconſulti noſtri deciſio, quia loquitur quan-
do quis

1 l. j. C. ſi cert. pet.
2 l. cum à matre. C. de rei vendic.
3 inſt. eod. §. alteri. §. ſi quis alium.
4 l. tale. in fi. de pact.
5 l. cerdonem. de oper. lib. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. de leg. j.
6 l. non rectè. C. de fideiuſſ.
7 l. ab omnibus. de leg. j. in princi. d. §. ſi teſtator.
8 l. ea quæ. C. fami. erciſc.
9 l. j. C. vt act. ab hær.
10 l. qui bis. ſ. eod.
11 Bar. l. continuus. §. fi. j. e.
12 l. ſtipulatio iſta. §. ſed ſi quis vti. ſ. eod. Bar. l. iiij. §. Cato. vj. q. ſ. eod.
13 l. vſus pars. de vſu, & ha.
14 arg. d. l. tale.
15 l. ſi fundum. §. ſi libertus. de lega. j.
16 d. l. ab omnibus. l. ſi tibi homo. §. j. eod. titu.
17 l. cum pater. §. cũ exiſtimaret. de leg. ij. vbi Bart.
18 l. Iulianus. in princ. j. eo.
19 l. iiij. §. Cato. in fi. ſ. eod.
20 d. l. continuus. §. fi. j. eo. vbi dicam.
21 l. ſtipulationes non. in princ. j. eod.
22 l. ij. §. ex his. ſ. eod.
23 l. auus. ſ. de pact.
24 l. qui futurũ. §. j. de pac.
25 l. auus. de pact. dot.
26 l. nemo poteſt. de lega. j. l. obligationum fere. §. planè. ſ. tit. j.



do quis ſe, & Titium obligauit. Reſpectu enim Titij non valet obligatio niſi pro rata, reſpe
ctu verò aliorum ex perſona teſtatoris transfunditur obligatio pro rata quoq;: vnde & ipſi
tenentur. Et quãuis tacitè qui Titium obligationi incluſit, videatur alios exemiſſe [1], tacita
tamen hæc coniectura regulæ iuris cedit, ſecundum quam veriſimile eſt potiùs partes con
traxiſſe [2]. ideo tacitum id pactum inutile erit. q; ſi expreſsim actum ſit, ne teneantur, in cla-
IIII. ris non eſt opus coniecturis: idcirco putarem exceptione eis conſulendum. Alioquin &
11 denuntiatione euangelica ſuccurri eis deberet. quod beneficium * eis cõpetit, qui aduerſus
ęquitatẽ, iuris rigore inquietantur [3]. cuius rei plurima exempla eo libello à me relata ſunt,
V. qui inſcribitur de quinq; pedũ præſcriptione. Nam & eadem ratione illud cõſtat, ſi quis
12 diuiſerit† hæreditatem ſuam inter eos quos hæredes deinde reliquit, debitorem hæredita-
rium, qui integrè ei ſoluit, cui teſtator nomen ſuũ aſsignauerat, exceptione liberari [4]: ſicq;
ope exceptionis vni hæredi. quæri ſolida obligatio per teſtatorem poteſt. Nec me mouet
Bar. ratio [5], qua exiſtimat noluiſſe teſtatorem cæteros hæredes eximere: niſi debitor vni ad
ſolidum teneretur [6]. quid enim in re clara ad coniecturas confugimus? cùm expreſsim actũ
VI. ſit, ne alij cohęredes teneantur. Non negauerim quoq;, ſi Titius ipſe ad ſolidum in legis
13 noſtræ caſu conueniretur poſſe condẽnationi locũ eſſe: niſi exceptionẽ† opponeret, quod
ſolùm pro portione hæreditaria obligari à teſtatore potuerit [7]. Ius enim partis hæc exce-
ptio reſpicit, vnde ſi non opponatur propter tacitũ conſenſum Titij, qui bonã fidem agno
VII. ſcere videtur, valebit ſententia. Sanè in cauſa quoq; dotis, in qua æquitas maximè atten
14 ditur, rigórq; iſte ciuilis negligitur, videmus receptum eſſe, † vt poſsit teſtator vnum dunta
VIII. xat hæredum grauare, vti dotem vxori reſtituat [8]. quod alibi declarauimus. Sed quid ſi
quis per ſcripturã donationis cauſa conceptã patri, Titióq; eius filio, & hæredi promiſerit,
an aliis quoq; cohæredibus pro rata acquiretur? & videretur acquiri: talibus enim verbis
videtur filio ſtipulatus tanquã hæredi [9], at pro rata ſolùm hæres eſt: ergo ex lege XII. tabu-
larũ fiet diuiſio, ſed tamen, vt actus ſuſtineatur eo modo, quo verba indicant, credendum
15 eſt potiùs filio ſtipulatum eſſe patrem vti filio [10]. vt† ſic ei totum acquiratur: nec regulæ le-
gis noſtræ erit locus. Sufficiet ergo ex quacunque parte ſit hæres, vt ſolidum habeat [11]: dum
tamen hoc ab eo factum non ſit: quia non crederet alios ſe hæredes habiturum, vt ſuprà di
IX. xi. Sed quid ſi pater donationem hanc non acceptauerit, an Titius ampliùs acceptare
prohibebitur, tanquam eius mentio ſuperfluè addita ſit, vt hîc dicitur? quod non puto. ve-
X. rùm hanc quæſtionem ſuprà tractaui [12]. Non enim hæredis mentio ſemper in obligatio-
16 nibus dandi ſuperflua eſt. Vnde videmus, ſi cauſa mortis * facta ſit donatio, additáque
hæredum mentio inter viuos potiùs donatum cenſeri. quod Alexander ex facto reſpon-
dit [13]. Ego & id alibi diſputaui.

1 l. cùm prætor. de iud.
2 l. leges ſacratiſsimę. C. de legibus.
3 c. nouit. vbi doct. de iudi.
4 l. j. C. de except.
5 Bar. l. continuus. §. fi. j. eo.
6 arg. l. nec vtilem. ex quib. cau. maio.
7 l. poſthumus. §. ſi quis. de inoffic. teſta.
8 l. cum ab vno. de leg. ij. di xi. l. pacto ſucceſſorum. C. de pactis.
9 l. ſi tibi. §. ſi pactus. vbi glo. de pact.
10 l. quodcunque. §. j. ſ. eo.
11 Bar. l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. de oper. liber.
12 l. cum quis. ſ. eod.
13 Alex. conſil. xv. in j. Soci. conſi. liij. in j. l. non omnis. ſi cert. peta. vbi dixi.

## SVMMAE.

*1 ☞ Filio ſtipulatus ſibi quærit. 14.*
*2 Filio alternatim adiecto rectè ſolui. 6.*
*4 §. qui ſibi. ſenſus.*
*5 Emancipatorum, & manumiſſorum diſcrimen.*
*7 Adiecti filij deprahendendi forma. 9.*
*11 L. cum quidam. de verb. ſign. C. explicari.*
*15 Solui iis, qui alieni iuris ſunt, contrahentibus poſſe.*
*16 Procuratori, niſi ex cauſis, rectè ſolui.*

1 §. QVI SIBI, AVT FILIO. Cùm† pater ſtipulatur filio ſuo dari, videtur hoc age
re, vt non ex propria perſona, ſed per filij organũ ſibi ſtipulatio quæratur. & ideo ſibi, non
2 filio fieri ſolutio debet. Quòd † ſi ſibi aut filio dari ſtipuletur, cùm ex propria perſona ac-
quirat, filiũ ſolutioni tantùm adieciſſe cenſebitur [14]. idq; ne fruſtrà filij mentio facta videri
poſsit [15]. dicemus ergo hoc caſu perinde eſſe, ac ſi pater quemlibet extraneum ſolutioni ad-
ieciſſet. Vnde conſequens eſt, vt ſi hic filius emancipetur, nihilominùs adhuc ei ſolui poſ-
3 ſit. Sed qua ratione id inductum eſt? videmus enim ſi adiectus * mutet ſtatum, ei ſolui non
poſſe [16]. Vnde qui ſtipulatus eſt ſibi, aut Sticho ſeruo ſuo, ſi eum manumittat, mandatum
videtur reuocaſſe, nec Sticho liberto ſolui amplius poterit [17]. ergo idem in filio dicendum:
alioquin durior patris efficeretur conditio: cùm ſi filio in poteſtate exiſtenti ſolutum ſit,
abſque litigiorum an fractibus poſsit repetere, & ſibi ipſi ius dicere [18]. quod in eman cipato
4 eſt ſecùs: ſed tamen æquiſsima eſt Iuriſconſulti noſtri deciſio. Pater † enim, qui ſibi, aut fi-
lio ſolui ſtipulatur, filij mentionem feciſſe contemplatione ſanguinis, amoríſque videtur,
non quòd (ſicut in extraneis) cogitauerit ſe deinde actione mãdati repetiturum [19]: & ideo
5 quamuis filius † emãcipetur, ſubeſt tamen adhuc paterna fiducia, & amor, vt meritò man-
datum non cenſeatur reuocatum. quæ ratio in ſeruo, qui ad libertatem perductus ſit, non
ſubeſt, niſi fortè is ſeruus filius naturalis manumiſſoris eſſet [20]: quo caſu arbitrarer poſſe ei
ſolui, & repugnãtes leges hoc caſu limitari [21]. quibus autem aliis caſibus per mutationem
conditionis non reuocetur mandatum, alibi à me diſſertatum eſt [22].

FILIO

14 l. ſed & ſi filio. §. j. de conſtit. pecu.
15 l. qui bis idem. ſ. eod.
16 l. cum quis. de ſol.
17 l. ſi quis ſeruo. de ſolu. l. ſi is qui rem. ij. §. Iulianus. de furtis.
18 l. ſerui, & filij. j. de furt.
19 l. qui res. §. qui ſtipulatur. in fi. de ſolu. l. Iulianus. in princ. j. eod.
20 l. fin. ſ. de iure delib.
21 d. §. Iulianus. d. l. ſi quis ſeruo.
22 l. rogaſti. §. fin. ſi cer. pet.

TITIO RECTE SOLVITVR. Qui igitur filio, vel etiam † extraneo ſtipu- 6
lationi adiecto ſoluit, rectè ſoluit. nec refert, quomodo ſit adiectus, an per diſiunctam, an
per ſubdiſiunctam [1], vel etiam ſolutam caſibus quibus alternatiuæ vim habet [2]. Sicut nec
refert vtrius nomen præceſſerit filij adiecti, an & patris [3]. quod hic Iaſ. docet. ſolùm ergo
illud inſpiciendum eſt, an filius ſit adiectus, vel id minus. quod tribus exemplis hîc tradūt
Doctores. Primum, † cùm pater ſibi in vita aut filio poſt mortem dari ſtipulatur [4], dun- I.
taxat enim poſt mortem filio ſolui poteſt. cùm & tali tempore non ſolutioni tantùm, ſed 7
& obligationi adiectus ſit [5]. Aliud eſt, cùm pater dotē, quam filiæ dedit ſibi aut filię reddi II.
ſtipulatur. cùm enim actio dotis iure noſtro patri, filiæq; communis ſit [6], videtur pater * ſe- 8
cundum formam iuris ſtipulatus, vt interim ius vtriuſque ſit, & conſolidatione actionis
morte alterius vel aliter facta ad ſuperſtitem integrum ius pertineat [7]. Tertium † exem III.
plum in auo materno, vel extraneo eſt, qui dotem, quam mulieri dat, à viro ſtipulatur ſibi 9
aut mulieri reddi. fauore enim dotis mulieri acquiritur obligatio, extraneus verò ipſe po-
tiùs ſolutioni adiectus cenſetur [8]. cuius rei illa eſt ratio, quod ſi ſtipulatio appoſita non eſ-
ſet, cenſeretur mulieri eſſe donatum [9]: verbis autem ſtipulationis apparet non id actum,
vt deterior fiat mulieris conditio. & licet adiectus ex cauſa donationis nullum ius habeat
niſi rei interuentu, ideſt, poſtquam debitor ei ſoluerit [10], tamen hoc non procedit in mu-
liere, cui lex interpretatur ſtatim eſſe donatum. Et ideo non ſolutioni tantùm, ſed obliga
tioni quoque adiecta cenſetur. nec refert prædicto in caſu, an perſona mulieris præceſſe-
rit, an ſubſequatur ſtipulatoris nomen [11], quicquid hic ſentiat Bart. quem arbitor rectius
alibi ſenſiſſe: cùm cenſuit vtroque caſu mulierem obligationi eſſe adiectam. ſubeſt enim
ſemper eadem ratio [12]: tametſi alij quoque hac in re diuerſi fuerint [13]. Verùm in ambiguis
pro dote ſatius eſt reſpondere. Sed videretur nunquā cenſeri aliquem ſolutioni adiectum:
quia qui copulatiuè nominatus eſt, adiectus * non cenſetur, ſed ad dimidiam vocatur [14], 10
& alternatiua inter perſonas vim coniunctæ ex lege Iuſtiniani habet, ſi de earum perſo-
narum lucro tractatur [15]. Sed reſpondendum eſt Iuſtiniani † legem hoc ſanxiſſe in caſi- 11
bus, quibus iure veteri propter incertitudinem diſpoſitio reddebatur inutilis, quod non
erat in noſtro caſu, cum reſpectu ſtipulatoris eſſet omnino vtilis, reſpectu adiecti prodeſ-
ſet ad ſolutionem. Vnde infertur, ſi communis ſeruus illi, aut illi dominis ſuis ſit ſtipula-
tus, valere ſtipulationem tanquam coniunctim ſtipulatus ſit: cùm tamen iure veteri, τὸ
ἰσάζον, ideſt, ambiguitas * ex æqualitate proueniens vitiaret ſtipulationem: [16] ſicq;, excepto 12
Saliceto, cæteri interpretes tradiderunt. Ego Saliceti ſententiam ſequor: quia cùm ea con
ſtitutio * ex nouiſsimis quinquaginta Iuſtiniani non ſit, non poſſumus dicere legem Dige- 13
ſtorum correctam ab ea eſſe [17], maximè cùm Iuſtinianus ſe ita decidere præfatus ſit, vt ma
gnas veterum altercationes tolleret: at hoc in caſu nulla erat cōtrouerſia, Caſsiiq; & Iulia
ni ſententiam omnes probabant: eóque iure vtebantur: ne, ſcilicet, in ſtipulationibus à
vi verborum recedamus.

QVOD SI SOLI FILIO. Cùm ergo pater dari filio tantùm ſtipulatur,
filij nomē obligationi adiectum cenſetur, vt ſcilicet pater † eam obligationem ſibi ex per- 14
ſona filij acquirat, quo caſu ſtatim in patrem trāſit [18]: ideo ius nullū in filio reſidet: quo reci
pere ſolutionem poſsit. At quando ſolutioni adiectus eſt filius, ſecùs eſt. illa enim facultas,
vt ei ſolui poſsit facti eſt [19], nec in patrē tranſit [20]: meritò debitor ei ſoluens liberatur. Ad-
notandum ergo eſt filio obligationi adiecto ſolui non poſſe. quod intelligendū ſi contra-
ctus à patre celebratus ſit. Aliàs † ſi ipſe filius contraxerit, ei quoq; ſolui poterit [21]. Nā I.
& videmus idē in ſeruo eſſe, qui ſi ipſe contraxit ſolutionē recipiendo debitorē liberat [22]: II.
dū tamē debitor nullā cauſam ſuperueniſſe crediderit, cur dominus ei ſolui nolit [23]. Idē 15
quoq; in monacho receptū eſſe cōſtat: in caſibus enim, quibus ex monachi cōtractu quæſi- III.
tum eſt cœnobitis ius aliquod, ſi ei ſoluatur liberatur debitor. quod Bar. hîc tradit. & ſequū
tur cæteri. Sed & in † procuratore ad contrahendū idem traditum extat. qui enim man IIII.
dat, vt quis contrahat, illud quoq; ſequela quadā mandaſſe cenſetur, vt ſolutionem reci- 16
piat [24]: niſi tamen taxatiua expreſsim addita ſit [25], vel etiā ex aliquibus coniecturis tacitè
colligatur [26]: vel ſi antequàm ſolutio facta ſit, cum reuocatum fuiſſe proponatur [27]: cùm
enim rati cautionem præſtare debeat, ſi petita fuerit [28], apparet inuito domino ſolui ei
non poſſe, niſi tamen non ſolius domini, ſed etiam debitoris contemplatione procura-
tor conſtitutus ſit [29]. ſicut & in adiecto dicimus [30], quod hîc latius Iaſon adtingit. Sed V.
quid in negotiorum geſtore? & conſtat ei quoque ſolui poſſe. quod ſuo ex contractu ab-
ſentis nomine acquiſiuit [31]. Et hæc quidem in vera ſolutione procedunt. In acceptilatio-
ne autem, aut nouatione, ſecùs eſſet [32]: cùm huiuſmodi fictæ ſolutiones, aut vim dona-
tionis habeant [33], aut præter veriſimilem principalis intentionem celebrarentur [34]. qua
de re alibi.

1 l. j. §. pen. ꝗ. tit. ij.
2 l. hæc verba. de ver. ſign. l. ſtipulatio iſta. §. eum qui ita. ꝗ. eod. vbi dixi.
3 l. Stichum. §. quęſitum. de ſolu. Imo. l. Caius ſol. ma.
4 l. pater cum filiæ. de pac. dot.
5 Bartol. l. licet Imperator. de leg. j.
6 l. ij. §. j. ſol. mat. vbi dixi.
7 Gl. l. vxorem. §. teſtamento. de leg. ij. Bart. l. poſt dotem. quæſt. iij ſol. mat.
8 l. Caius. ſol. matr.
9 l. j. §. accedit. C. de rei vxor. act.
10 d. l. Iulianus. in princ. ꝗ. eod. vbi doct.
11 Arg. d. l. j. §. pen.
12 Pau. Alex. Iaſ. hic Bald. Pau. Roma. d. l. Caius.
13 Din. Bart. hic. Din. Imo. Alexā. d. l. Caius. Bald. l. fin. C. com. vtri. iud.
14 l. ſi mihi & Titio. ꝗ. eod.
15 l. cum quidam. C. de ver. ſignific.
16 l. item ſi ſeruus. §. fi. cum legibus ſeq. ꝗ. tit. ij.
17 l. j. §. poſtea. de emendat. cod.
18 l. placet. de acq. hæred.
19 l. cum quis. ꝗ. eod.
20 Arg. l. fin. in princ. ꝗ. eo.
21 l. ſi vnus. in prin. de pac.
22 l. quod ſeruus. l. ſi quis ſeruo. de ſolut.
23 l. quod ſeruus. depoſ.
24 d. l. quod ſeruus.
25 l. j. §. igitur præpoſito. de exerci.
26 d. l. filius paciſcendo. C. de pact. & l. rogaſti. in fin. ſi cert. pet.
27 d. l. quod ſeruus.
28 l. non ſolū. §. interdum. de procurat.
29 l. fin. vbi Imol. de ſol.
30 l. antepen. eo. tit. & arg. l. Stichum. §. vſumfructum. eod. titul.
31 l. filiæ. de ſol. l. ſi vrbana. de cond. indeb.
32 d. l. ſi vnus. in princ.
33 l. non ideo. de noua. vbi gloſſ.
34 l. fugitiuus. in fi. de ſolu.

SVM



SVMMAE.

1 ☞ Obligationem non die ſed conſenſu tolli: ex caſibus diuerſum. 5. 7. 18.
8 Officium iudicis die tolli.
9 Siſtere cauentem, die lapſo, eximi.
11 Obligationem vſucapione tolli.
15 §. Qui ita. ſenſus. & 16.
17 Stipulationem, quoad viuam, morte, exceptis caſibus, finiri.
20 Quoad, momentanea ſtatim finit, ſucceſſiua multiplicat.
21 Pacto quod ineſt actionem ipſo iure perimi: etiam ex interuallo. 23.
22 Pacta rem tangentia ineſſe diei.
24 Iudex ſine exceptione actorem plerunq; ſubmouet.
25 Pacta extra rem ex interuallo non, niſi obiecta, iuuant, ſtatim contrà.

1 §. QVI ITA I. Cùm † obligationes perſonales regulariter natura ſua ſint perpe-
tuæ, non poſſunt adiectione diei ipſo iure extingui, ſed ſola exceptionis æquitate [1]. cùm
enim, ſeu ſtigma quoddam perſonæ ipſi adhæreant, ſeparari ab ea, niſi certis modis, à lege
2 inuentis poſſunt [2]: quia cùm iuris * vinculum ſit obligatio, non niſi contrario iure diſſolui
poteſt [3]. & ideo ſola conuentio partium illud non diſſolueret, niſi quatenus ſecundum mo-
dos à iure ipſo approbatos interueniret [4]. propter æquitatem tamen naturalē, quæ ex con-
I. ſenſu oritur, exceptio competit. Proceditque concluſio iſta non ſolùm ſi poſt abſolutum
contractum ex interuallo dies ſit pacto adiectus, ſed etiā ſi in ipſo contractu de eo cautum
3 ſit. quamuis enim pacta in continenti celebrata contractibus inſint [5]. non tamen ſupra * vi-
II. res contrahentium operantur, vt ideo naturā obligationis ipſo iure extinguant. Rurſus
procedit, etiam ſi non aduerbio finiti tēporis quale eſt, *Donec, quouſque, quandiu, vſque ad.* vſus
ſit aliquis, ſed præpoſitione, *In.* quæ accuſatiuo iuncta pro, *Vſque.* accipitur [6], vt, *Promitto in calendas.* id eſt vſque ad calēdas, quamuis in textu noſtro antiqui codices expreſsim ſcriptum
IIII. habeāt, Vſque ad calendas Ianuarias &c. Itémque procedit non ſolùm, cùm obligatio
perſonalis ſeparata eſt, ſed etiam ſi à iure in re proueniat [7], vt cùm quis ſeruitutem ad tem-
4 pus conſtituit: tenetur enim perſonaliter * ſinere, & pati vicinum ſuum ire & agere [8]. quod
tamen an in legato ſeruitutis ſicut in cōtractu procedat, Bart. alibi diſputat [9]. Sed quicquid
hac in re ſit, conſtituenda non eſt inter contractus & vltimas voluntates regulariter diffe-
rentia. nam nec teſtatores quidem poſſunt facere, vt obligationes aut tēpore, aut loco, aut
I. conditione, ipſo iure extinguantur [10]: ſubeſt enim ſemper prædicta ratio, quæ quoties ceſ-
5 ſat, diſpoſitioni quoque prædictæ locus nō eſt. Veluti † in iure dominij, quod ad libitum
6 teſtatoris de vno in alium transferri poteſt [11]: cùm diſpoſitio teſtatoris * hac in re diſpoſi-
tioni legis potentiæq; æquiparetur: tametſi non idem in contractibus dici poſsit: dominia
enim ſola contrahentiū voluntate non transferuntur, ſed prætereà traditione quoq; opus
II. eſt. [12] Sed & obligationes † perſonales, quę adhuc inductæ nō ſunt, prius quā oriantur agi
7 poteſt, vt adiectione diei ipſo iure naſci prohibeantur: vnde teſtator grauare hæredem
poteſt, vt ſi vſque ad talem diem hæreditatem non adiuerit, ſit à iure adeundi deinceps ex-
cluſus [13], hæreditáſque ad alium deuoluatur. confert enim teſtator hanc diſpoſitionem in
tempus, quo adhuc iura hæreditaria hæredi quæſita nō ſunt [14], faciliúſque ius quærendum
III. tollitur, quàm quæſitum [15]. nec dubium eſt id verum eſſe: quāuis, reclamante Iaſone. Sanè
8 & ius, quod alicui officio duntaxat iudicis competit, ipſo iure per adiectionem † diei tolli
poſſe ego crediderim. imbecillius enim eſt id ius, faciliúſque tollitur, cùm non oſsibus no-
ſtris inhæreat, ſed totum in iudicis facultate verſetur [16]. cenſuítque id Aretinus eo exēplo,
cùm filia nupta fratribus cauiſſet, quòd ipſa tantùm, nō autem quod hæredes exegiſſent ſe
collaturam [17]. cùm enim collatio officio iudicis petatur [18], cenſebuntur hæredes ipſo iure
IIII. liberati. quæ ſententia aduerſus Iaſ. probabilis eſt. Addūt aliqui in obligationibus quo-
9 que quæ ex neceſsitate cautionis † prętoriæ inducuntur, lapſu temporis extingui: vnde qui
promiſit aliquem in iudicio exhibere, lapſo tempore duorum menſium ipſo iure libera-
tur [19] quamuis aliàs fideiuſſoria obligatio ſit ſui natura perpetua [20]. quam ſententiam ego
quoque tunc probo: cùm dies ab ipſa lege, vel prætore eſt adiectus, quòd ſi alia dies à parti-
bus adiecta ſit, fortaſſe probabilior eſſet Iaſonis ſententia, qui à Baldo, Angelóq; hac in re
V. deſciuit. Sed & filius, qui de inofficioſo patris teſtamento tranſegit, vt certam quantita-
tem quoad viueret conſequeretur, moriens nihil traſmittit: vnde eius hæres ipſo iure cēſe-
10 tur excluſus [21]. ſuccedit enim hęc trāſactio * loco querelæ, quæ filij morte ipſo iure perimi-
tur, quod Gulielmus Cunnius, veteréſq; aliqui cēſuerunt, & nouiſsimè retulit Aretinus [22],
VI. aliis ex legis noſtræ regula diſſentientibus. Sed & quamuis dictum ſit tēpore non extin-
11 gui perſonalem obligationem † ſi tamen vltra tempus aliquid aliud accedat, ſecus eſt, vt
cum auctoritate legis inducitur præſcriptio, ídque ex titulo, aut bona fide [23]. nā quæ abſq;
titulo, & bona fide ex ſola negligentia currit, exceptionis auxilium poſſeſſori duntaxat ex
VII. legis noſtræ regula parat [24]. quod Iaſon hîc rectè docet. Nam & traditum extat, quoties
tempus à lege diſpoſitioni alicui abſoluendæ adiectum eſt, ipſo iure obligationem extin-

1 l. obligationū ferè. §. placet. ꝗ. tit. j.
2 l. quid ergo. de pecul.
3 Inſt. de oblig. in prin.
4 l. cerdonem. de op. lib.
5 l. lecta. ſi cer. pet.
6 l. notionem. §. j. de verb. ſigni.
7 l. iiij. de ſeruit. vbi Bar.
8 l. quoties. de ſeruit.
9 Bart. l. j. de cond. & dem.
10 l. nemo poteſt. de leg. j.
11 l. j. pro derelic.
12 l. traditionibus. C. de pact.
13 l. ſi quis hæres ita. de acquir. hære. vbi Ang. & Pau.
14 l. in tempus. de ꝗ hæredi. inſti.
15 l. patre furioſo. ꝗ. qui ſint ſui.
16 l. qui per colluſionem. in fine. de act. emp. Areti. lege continuus. §. j. ꝗ. eo.
17 l. ſi filia. in princi. fami. ercif.
18 l. ſi ſoror. C. de colla. vbi glo.
19 l. pen. verſi. ſancimus. C. de fid. vbi Bal. & Ang.
20 inſt. de perpet. & temp. act. in prin.
21 l. epiſtola. §. fin. de pact. vbi Gulielmus & Aret. d. §. fi. Rai. hic.
22 Bar. Alber. Fulg. ibi.
23 l. iij. de vſucap.
24 l. ſicut. l. cum notiſsimi. l. ſi quis emptionis. C. de præſcrip. xxx. vel xl. ann.



gui.

gui[1].idque ſiue lex communis ſiue municipalis ſit[2],fortior enim eſt legis*,quàm hominis 12
diſpoſitio.quod & quadamtenus in ſententia iudicis locum habet[3]. In conſtitutione VIII.
quoque vſusfructus quia receptum eſt ad diem * fieri poſſe,cenſuit Bart.ei adiectum tem- 13
pus,ipſo iure eam ſeruitutem extinguere.quod & ego verum puto[4].

NAM STIPVLATOREM. Apparet ergo dictionẽ hanc,*Quoad*.finiendę obli-
gationis * cauſa apponi ſolere,quod indubitanter verum eſt,cùm obligationi adiicitur, 14
quæ tempus eius multiplicandæ cauſa incertum habet,putà,*Promittis x.annua quoad viuam*[5]?
multiplicatur enim obligatio ſingulis annis. ſicque legem noſtram intelligunt plerique.
idémque cùm promiſsio cauſam ſucceſsiui temporis continet,vt cùm quis concedit ſerui-
tutem alicui:intelligitur enim ſe paſſurum,vt in futurum ille vti poſsit[6].Sed cùm res pro-
miſſa momẽto expediri poteſt,neque tractũ habet,maior eſt difficultas,veluti, *Promittis x.*
*quoad viuam*?& in caſibus quibus talis promiſsio annua intelligitur,vt in legatis[7],vel cùm
alimentorum cauſa facta eſt,[8] expeditum res habet intellectum.nihil enim refert expreſ-
ſum ſit ſingulis annis,an tacitè intelligatur.Quid ergo vbi vnica præſtatio facienda eſt?&
fuêre qui cenſerent non finiendæ obligationis,ſed differendæ vim hanc dictionem habe
re[9].quam ſententiam veteres non probarunt,& recentiores quoque damnant[10],pugnat
enim cum legis noſtræ verbis,in † qua exemplum ſimplicis promiſsionis,non autẽ annuæ
ponitur vt aduerſus Accur.receptiſsimum eſſe ſuprà oſtendi[11].Pugnat & cum ſermonis 15
proprietate:ſiquidem grammatici huiuſmodi aduerbia finitiua temporis appellant,non
autem dilatiua,aut ſuſpenſiua.Qui igitur promittit,quoad viuat confeſtim,vt hîc † dici-
tur,non autem poſt mortem conueniri poteſt[12]:ſolúmque vitæ mentionem feciſſe cenſe- 16
bitur:quia nolit hæredem ſuum conueniri.quod enim Bart.ait poſſe debitorẽ minutatim
ſoluere[13], quod rurſus Angel.ab exemplo legis falcidiæ computationem ineundam[14],me
ra commenta ſunt,& ( vt aiunt ) tryphæ,ſiue meræ nugæ,cùm legis noſtræ verbis pugnan
tes.Defendi † ergo prædicta opinio ſolum quibuſdam caſibus poteſt. Et in primis quan- 17
do iam promiſſor viuens cõuentus in moráque conſtitutus eſt:tunc enim hæres conuenie- I.
tur[15],ne aliàs in poteſtate debitoris ſit ius ſtipulatoris perimere.quod Iacobus, Angelus,
Baldus,Albericus,Iaſon cœteríque tradiderunt. Sed & ſi dies executioni non autẽ pro- II.
miſsioni adiecta ſit,cùm promiſsio ad hæredem tranſeat ſeu tempus prętationis excedat,
nihilominùs poſt diẽ rectè petetur:hócque in caſu Pauli reſponſum intelligendum eſt[16].vi
detur enim dies rei præſtandæ fauore creditoris adiectus:vnde in eius damnũ reflecti non
debet[17]. Sed & ſi dictione, *Ad*.vſi ſint contrahentes,vel etiã dictione,*In*.aut, *Intra*. putà, III.
*Promitto ad talem diem*.ſeu,*In talem diem*.fiet plerunque interpretatio,vt cauſa differẽdæ obli-
gationis adiecta ſit,non autem finiendæ[18].aduerbia enim illa ſermonis proprietate ad fi-
nem obligationis pertinent. At huiuſmodi præpoſitiones magis ambiguæ ſunt. Reſpon-
ſum[19] tamen ex facto extat videri quandoque in dubio ad finiendam obligationem eſſe
appoſitas ea in ſpecie,cùm vendito fundo,conuentum eſt,vt liceret ad decimum, vel in
decimum annum redimere.credendum enim eſt,talẽ obligationem non ex die,ſed vſque
ad diem potiùs inductam eſſe[20],†adeò vt lapſis decem annis redimi ampliùs non poſsit.
ſuadet hoc natura mutuæ obligationis, cùm alter retrouendere, alter pretium reſtituere 18
teneatur,vt Angel.Aretinúſque crediderunt,quã quęſtionem in caſu indubitabili Iaſ.dif-
fuſiùs hîc proſequitur,ergo in propoſita ſpecie non,niſi in ipſo anno decimo,redimi poſſe
crediderim:quia verba propter præpoſitionem accuſatiuo caſui iunctam id magis infe-
runt,nec mens contrahentium repugnat. Non tamen negandum eſt ex ſubiecta mate- IIII.
ria &rei qualitate quandoque eam interpretationem accipi poſſe,vt dictiones quoque illę,
*Vſque,ad,quoad*.& ſimiles,obligationẽ non finiant,ſed differant[21]:propter enim ſubiectam
materiam à proprietate * ſermonis plerunque recedimus[22]. Sanè inter actum momen 19
taneum,& eum,qui tractu temporis expediatur illa certior eſt differentia quod dictiones V.
ſupraſcriptæ in † actu momentaneo finem ſtatim inducunt[23] in actu verò ſucceſsiuo vim
quandam repetitionis vſque ad finem habent,ſi rei ſubſtantia veriſimiliter multiplicabi- 20
lis ſit[24]:aliàs ad ceſſationem quandam non ſubſtantię ſed qualitatis duntaxat referũtur[25].
quod alibi Bart.diffuſiùs explicat.

PACTI CONVENTI EXCEPTIONE SVBMOVEBITVR.
Sed an hoc iudex ex officio ſuo faciet,an ita demũ ſi reus exceptionem obiecerit:Et per-
pendi hac in quæſtione videntur duo caſus.Primus eſt,cùm pactũ vnde exceptio naſcitur,
incontinenti † in ipſo contractu celebratum eſt,ſubſtantiámque ipſam cõtractus reſpicit,
& tunc quia cõtractui ineſt,eiúſq; naturam mero iure reſtringit,alia exceptione opus non 21
eſt[26]: vt cùm † quis,promiſit x. ſtipulatur ſingulis menſibus certã ſummam reddi,deinde
adiecto incontinẽti pacto aliquid immutet[27]:vel cũ quis cẽtum purè ſtipulatus eſt,deinde 22
cõuenit,vt ſub cõditione debeat,ipſo enim iure prior cõtractus corrigitur[28],vt receptiore
calculo probatũ eſt:hoc enim caſu actor actionẽ proponere nõ poteſt,nec ius ſuum dedu-
cere,quin

1 l.ſiue.§. quandiu.de cõd. furt.l.in delictis.§.ſi detracta.de nox.
2 Bar.l.fin.in prin.ad Tertyl.
3 c.cum tu.glo.iij. de vſur. vbi Abb.& doct.
4 l. ambiguitatem . C . de vſufru.
5 §.at ſi ita.inſti.eo.
6 l.iiij.ſ.de ſeruit.
7 l.legatum.de ann.leg.
8 l.cùm hi.§.ſi in annos.de tranſact.
9 Bar.Ang. Paul. Alex.
10 Iac. Di.Signoro. Raph. Iaſ.
11 l.ſi Stichum.§.j.ſ.eod.
12 Ange.Imol.Raph.Paul. Iaſ.
13 l.ſi cum præfinitione. ſ. quando di.leg.ced.
14 l. hæreditatum.ad legẽ falci.
15 l.ſi mandato Titij.§.ille. mand.l.vj.ſ.de vſuf.leg.
16 d.l.ſi mandato.§.ij.
17 l.lecta.verſ.igitur.ſi cer. pet.Rai.Alber.hic.
18 l.ad diem.ſ.eo.d.l. obligationũ ferè.§.j.d.l.ſi mandato.§.ij.
19 Ang. conſ.ccxviij. Aret. l.j.ita quis.§.Seia.in fi.ſ.eo. Mod.l.j.C.d pac.inter emp.
20 arg.c.ad noſtrã.de emp. & vend.
21 arg.d.§.ij.& quod notat Din.l.cum patronus. §.j. de lega.iij.& quod dixi.l. qui ante.ſ.eo.
22 l.ſi vno.loc.
23 d.l. obligationum ferè. §.j.Bart.d.l.legatum.
24 l.ſicut in annos.qui.mo. vſuf.l.ſufficit.de cõd.ind.l. fin.§.donec.C.de iur.delib.
25 l.iij.§.ſed ſi quis.de ſuſp. tut.l.pen.in prin.de excuſa. tut.Bar.l.j.de cond.& dem.
26 l.rogaſti.§.ſi tibi.ſi cert. peta.
27 l.lecta.ſi cert. peta. vbi dixi.
28 l.j.verſ.ſed cùm adiicitur.ſ.eo.



cere, quin & ius rei deducat:cùm pactum contractui inſit,meritò alia exceptionis oppoſi-
tione opus non eſt[1],ídque Bart.cenſuit,& ſequuntur cæteri.verúmque & ego arbitror:in-
déque infero, ſi inſtrumentũ debiti exhibeatur, quo aliquod caput integrum non ſit de-
ſcriptum, debere iudicẽ iubere, vt ſibi integrum edatur,ne forte eo capite aliqua exceptio
contineatur,quę ſubſtãtiæ ipſi obligationis inſit,ipſóque iure eam limitet[2].Sed quid ſi tale
23 pactum † incõtinenti non interuenerit?& ſi de eo conſtat iudici,vt quia documentum ab
actore exhibitum ſit,idẽ eſſet.cùm enim quamuis ex interuallo tale pactũ init, actionémque reformet[3],poteſt iudex intelligere ex primo contractu actionem non competere[4]:&
ideo actorem tanquã ſine actione agentem repellet[5].Vnde ſi actor tale documentum non
exhibuerit,neceſſaria eſſet exceptionis obiectio,eiúſq; documẽti legitima per reum pro-
ductio,cùm aliàs id iudici tanquã iudici non conſtaret[6]. Secũdus caſus eſt cũ pactum obli-
gationis ſubſtantiam non reformat. vt in caſu noſtro,cum actum eſt,vt vſque ad diem de-
beatur,nõ poſſunt partes facere,vt ideo ipſo iure obligatio perimatur.& tali caſu ſi incon-
24 tinenti pactũ adiectũ ſit, & ipſo iure non operetur,tamen † ſupràſcripta ratione cùm de eo
iudici liqueat,debet iudex,etiã parte non excipiente,eius rationẽ habere[7]:apparet enim
actori actionẽ non competere,niſi ſub ea qualitate quam exceptio inducit[8].Qua ratione
idem quoque eſt in obligatione in diem : ineſt enim dies, quæ dilationis qualitatem obli-
gationi infert. Et ideo iudex vt ſua die duntaxat ſoluatur,condemnabit.nec obſtat, quòd
reus ipſe non exceperit[9]:cùm ſatis ſit ex actoris productione id iudici liquere,qui actionẽ
non niſi cum ea qualitate intendere poteſt[10].Idémque putarẽ,ſi exceptio extrinſecus veni
ret,putà doli,metus,erroris, dum de ea iudici ex actoris ipſius productione conſtaret,&
quamuis talis exceptio obligationẽ non limitet,ſed extinguat,& ideo nõ poſsit videri ab
actore allegata,tamen debet iudex eã non negligere,etiam ſi reus non exceperit[11],ne,ſci-
25 licet,actor cum aliena iactura locupletetur[12].Sed quid † ſi *hæc* exceptio ex interuallo ſu-
peruenerit?& ſi exceptio dilatoria ſit,putà pacti quo ſolutio in diẽ ex interuallo ſit proro-
gata,debet à reo opponi,aliàs illi exceptioni renũtiare cenſetur[13].Nec poſſet iudex ex offi
cio repellere actorẽ tanquam ante tempus agentem[14],cùm non ideo actor calũnietur,qui
verus creditor eſt,actionémque habet,& cui pars nõ opponendo videtur dilationis com-
modum remittere[15].Quæ ratio ceſſat,cùm in ipſa obligatione incontinenti dies adiecta
eſt,actor enim ex ea obligatione actionem proponendo cùm die ſua videtur propoſuiſſe.
Vnde non accipitur ea præſumptio,vt exceptioni renuntiare reus voluerit:ſed potiùs in-
terpretamur eum non excepiſſe,quia non exiſtimaret id neceſſarium:cùm eius exceptio-
nis facto actoris iudex conſcius eſſet factus[16].nã nec eo quidem caſu videtur reus excep-
26 tioni * temporali renũtiare:cùm actor non ſpecialiter ante diem petiit,ſed iudicio vniuer-
ſali,id eſt,petitione hęreditatis expertus eſt:nihil enim tunc reo imputari poteſt,quod non
exceperit,quia probabiliter dubitare potuit,an ante ſententiam dies veniret,cuius ſenten
tiæ tempus in tali iudicio ( vt Bart.docet ) maximè attenditur[17].quicquid Iaſon hîc inuti-
liter effutiat. Sed quid ſi exceptio pacti ex interuallo concepti peremptoria ſit ? & conſtat
adhuc eius oppoſitionẽ neceſſariam eſſe[18],niſi quod iudex ex officio ſuo ſupplere eam po
teſt,ſi videat effici actorẽ cum aliena iactura locupletiorem[19],quod in exceptione pacti de
non petẽdo Bart.cenſuit,idémque in ſupràſcriptis doli aut metus erroríſue exceptionibus
cenſuit:tamẽ hîc Alex.ſi iudex tali caſu non ſuppleret,nihil ei imputari poſſe[20],ſed reo po
tius,qui eius officium non implorauerit,non enim tenetur illud non petenti impartire[21].

SVMMAE.

1 ☞ *Solui ante diem poſſe.* 5 *Antè, excluſiuè, ex cauſis incluſiuè accipi. 6.*

§. QVI ITA. II. Idem eſt ſiue quis ſtipuletur calendis, ſiue ante calendas,quod &
ſuprà docui[22].ex proprietate tamen ſermonis aliud eſt,ſiquidẽ qui promittit calendis de
1 ipſo duntaxat calẽdarum die loquitur,vt Sulpitius † Apollinaris apud Au.Gelliũ[23] diſpu-
tat:licet interpretatione legis poſsit etiã ante diem ſoluere:quia lex eam diẽ fauore ipſius
adiectam arbitratur[24].Vnde ſi cõſtaret fauore creditoris adiectam,aliud eſſet,at qui pro-
mittit ante calendas indiſtinctè etiam ſi id fauore creditoris factũ videatur, poteſt priuſ-
2 quam calendæ veniãt,ſoluere,ídque propter verborũ proprietatem,quæ vbi * clara ſunt,
omnem quæſtionem dirimũt:quod Iaſ.hîc ſentit.Rurſus qui promittit ante calendas,intra
ipſum calendarum incipientẽ diem promiſiſſe ex proprietate ſermonis cenſetur. & ideo
eo momento incipit videri non feciſſe quod promiſit[25] licet ex humanitate quadã legis,
totum calendarũ diem ſibi conceſſum habeat[26],an ex conſuetudine potiùs fœneratorum
id inductum eſt?qui calendis & ponebant,& relegebant ( vt Horatius de Alphio ait )pecu
3 nias,cúmque diem * iuſtum,id eſt,quo ius,ſeu petitio ſiſteretur,habebant,ſicut & hodie in
4 Lugdunenſibus nundinis eos dies habent,quos † cãbij vocãt[27].quod Azo ſenſit. Hincque

1 arg.quod notat Bart.l.ſi ita ſcriptum.de leg.j.
2 l.inciuile. vbi Bart. ſ.de leg.doct. Rub.ſ.de ope.no. nuntia.
3 l.pacta conuenta.de.contrah.emp.
4 l.iuriſgẽtium. §.adeo de pact.
5 l.ſi pupilli. §. videamus. de neg.geſt.gl. l.vbi pactũ. C.de tranſact.
6 arg.not.l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit. & §. Marcellus. de iureiur.
7 l.lecta.vbi Bar.ſi cer.pet. l.ſi vnus.§.pactus ne.de pac.
8 l.nihil intereſt.de regu. iur.
9 l.exceptionẽ. C. de prob.
10 l.j.§. diem.ſ. de edẽdo.
11 Barto.l.ſi vnus.§.pactus ne.de pac.
12 l. planè.in prin.de peti. hæred.
13 l. Pomponius.§. rati.de procur §.temporales.Inſtit. de excep.
14 glo.l.omi cum maior.§. ſi patris.de bon.lib.
15 l ſi quidem.C.de excep.
16 c.ex inſinuatione.de appella.
17 l.quod ſi in diẽ.vbi glo. & Bart.ſ.de pet.hæred.
18 d.l.ſi quidem.l.exceptionẽ.C.de probat.
19 d.l.planè.Bar.d.§.pacti. ne peteret.
20 l.non omne.de iudi.
21 l.iiij.§.hoc autẽ.de dam. infect.Bar.l.fin.de pet.hær.
22 l.qui ante.ſ.eo.
23 libro xij.cap.xiij. Noct. Atti.
24 l.ſtipulatio iſta.§.inter certam.ſ.eo.
25 l.ſi quis id verſ.quod ſi. de iuriſd.om.iudi.
26 argu.§.omnis. verſic.at nec.Inſti.eo.
27 l.quod dicimus.ſ.de ſo.

apparet conſtituendam eſſe regulam,vt dictio, *Ante.*† proprietate ſermonis excluſiuè ac- 5
cipiatur[1].vnde ante feſtum luſtrationis non dicitur factum,quod in ipſo feſto factũ eſt[2]:&
qui ſpondet in futurũ ſe ante diem decimũ cal.daturum,vndecimo dare tenebitur: quia is
dies ante decimũ eſt[3].ſicque ſolet vox hæc vulgò accipi,& ( vt Bal.ait ) omnis interpreta-
tio,quæ auribus vulgarium non quadrat abuſiua eſt[4]. Non † procedit hoc in caſu legis I.
noſtræ propter humanitatẽ,vt ſuprà dixi ne creditor cum ſacco paratus ipſa die calenda- 6
rũ veniat. Rurſus non procedit,cũ cardinali numero verba concepta ſunt,vt ſi lex pro- II.
hibeat quid fieri ante nouẽ dies[5],intelligitur perfectos: videtur enim integrum nouẽ die-
rum terminũ alteri liberum relinquere[6]:ſecùs,ſi verbis ordinalibus vtatur putà ante quar
tum diem fatalẽ:non enim includitur ipſe fatalis[7]: vel ante annũ viceſimũ, non includi-
tur viceſimus annus totus[8]. Idem dicendũ reſpectu termini incipiẽtis:ille enim ſemper III.
includitur,vt cùm dicimus quid factum eſſe ante calendas Martias,ad calendas ſextiles:
non enim dubium eſt calendarum Martiarũ diem hoc ſermone includi[9]. Sed & ex ſub- IIII.
iecta † materia quandoque aliud iudicamus, vnde (vt teſtes à periurio liberentur), ante 7
bellum intelligimus factũ quod in ipſo bello factũ eſt[10].Sic ne prauus intellectus reſultet,
ante cauſam liberalem intelligimus ſcilicet perfectã vt fructus qui, interim dũ cauſa tra-
ctatur,percepti ſunt,bonæ fidei poſſeſſori acquirantur[11]. Nam& Accur.ante litem con- V.
teſtatam factũ id videri ait,quod incontinẽti poſt conteſtationẽ † factum eſt[12]:ſed hoc ex 8
interpretatione,non ex verbi proprietate eſt. Sed & quoties lex dictione, *Intra.*vtitur, VI.
aliud eſt,habet enim vim incluſiuam hæc vox[13],quod & ſuprà attigi:ſic & dictio, *Vſque.*de
qua aliàs loco ſuo[14].

1 d.l.ſi quis id quod.
2 c.ex tenore.de teſti.
3 l.anniculus.§.ante diem. de verb.ſig.
4 l.ſi chorus.in fi.de leg.iij. Bal.in extraua.de pace cõſt. verbo.promittendum.
5 auth.ſed neque.de ſepul. viol.
6 ij.q.vj.c.anteriorum. in glo.j.
7 l.fin.in prin.verſ.propter hoc.de tem.appel.C.
8 l.qui filiũ.in fi.verſi.verbis teſtamenti.ad Trebel.
9 doct.l.j.§.ſi quis caut.
10 Barto.l.ij.§.creditum.ſi cert.pet.
11 l.in inſulam.§.j. ſol.ma.
12 glo.l.Pomponius.§.rat. de procur.
13 l.i.§.quod diximus.de ſuc.edic.
14 Barto.l.patronus.§.j.de lega.iij.

S V M M AE.

3 ☞ *Vſumfructum cauſalem ſtipulari poſſe.*
6 *Proprietatem vſui fructuario rectè dari.*

§.QVI PROPRIETATEM. Poteſt ergo * quis id ius ſtipulari,quod ſibi deeſt. 1
videbatur autem in propoſita ſpecie aliud dicendũ:cùm enim vſusfructus ſeruitus ſit, non
debuit poſſe dominus vſumfructũ rei ſuæ ſtipulari[15].Subeſt enim iuris impoſsibilitas,quæ
ſtipulationẽ * vitiat[16], ſed † tamen Iuriſconſulto aliud viſum eſt:quia reſpectu promiſſo- 2
ris appellari quidẽ vſusfructus poterit:at reſpectu ſtipulatoris nõ erit vſusfructus propriè 3
quatenus,ſcilicet,eſt ſeruitus,ſed potiùs cõmoditas dominij,quæ vſusfructus cauſalis dici-
tur[17]:fit enim plerunque ex cõiecturis * interpretatio,vt de hoc cauſali actu potiùs,quàm 4
de ſeruitute videatur veluti in caſu noſtro,vt ſtipulatio valeat: efficacisſima enim eſt ea
præſumptio,per quã actus ſuſtinetur. Vnde & teſtator,qui relicti vſusfructus alienationem
prohibet,cenſetur de vſufructu * cũ cauſa,id eſt,proprietate intellexiſſe[18]:quia aliàs fru- 5
ſtrà prohibitio adiecta fuiſſet:cùm omnino fructuarius alienare ius ſuũ nequeat[19].Idém-
que ſi aliquod onus fructuario adiiciatur,quod proprietatẽ reſpiciat[20].nã & † ſi quis fun- 6
dum ſe dare dixerit,vt eius vſusfructus ſit accipientis,proprietatẽ tranſtuliſſe cenſebitur,
nec vſusfructus mentio conceſsionem reſtringet[21]:meritò ergo & in caſu noſtro cenſebi-
tur ſtipulator de vſufructu cauſali egiſſe,vt valeat ſtipulatio.quòd ſi interim proprietatem
alienauerit,etiam formalem deberi veriùs videtur.tunc enim nulla eſt ratio,cur à verbo-
rum proprietate recedamus[22].

15 l.vti frui.§.ſi vſusfr. pet.
16 l.impoſsibilis.§.eo.
17 l.rectè.de verbo.ſig.vbi dixi glo.l.traditio.in princ. de acquir.rerum domi.
18 l.Proculus.§.de vſufru. Roma.conſi.ccviij.
19 §.finitur.inſti. de vſufr.
20 l.fin.§.de vſufru.earum rerum.Rapha.conſi.cxj.Petrus.
21 l.donationes.§.j.de donat.l.ſpecies.de auro & arg. Bar.l.iiij.de an.leg.
22 l.quod in rerum.§.j.de leg.j.vbi not.

S V M M AE.

1 ☞ *Nouari inæqualia non poſſe.*
5 *Stipulamur rem pleno iure.*
6 *Solui vſusfrut. partim non debet.*
7 *Proprietate ſine vſufr.petibili ſine ea rectè ſolui.*
8 *Promiſſores omnes,fundo ſoluto, eximi.*

§.SI A TE STIPVLATVS. Secũda † ergo ſtipulatio minus,quàm prima con- 1
tinens,eam nõ nouat,etiam ſi nouus promiſſor ſit adhibitus.Sed quænam eſt ratio? & ge-
neraliter poteſt dici rationẽ eſſe:quia nouatio * nunquã fit niſi expreſſè agatur[23],quod Iu 2
ſtinianus ſanxit:ſecundũ cuius conſtitutionẽ veriſimile eſt Iuriſconſultorum veterum re-
ſponſa * emendata eſſe[24],quod & ſuprà non vno in loco ſum teſtatus. Specialis quoque, 3
illa hîc aſsignatur ratio,tanquã in dubio iure iſto,quod ſolutum liberationẽ non inducit,ſi
promiſſum ſit,neque nouationẽ inducat:habet enim nouatio quiddã * ſolutionis inſtar[25]. 4
nec eſt veriſimile creditorem cui plus debetur, ex minoris ſummæ promiſsione voluiſſe
priorem obligationem diſſoluere:qui enim † fundũ ſtipulatur,duas res ſtipulatur,proprie- 5
tatem & eius cauſæ vſumfructum[26]:meritò ſolutione ſolius nudæ proprietatis non tolli-
tur obligatio.Sed nunquid † ſaltem pro ea parte tollitur,quæ ſoluta eſt?& Bart.nõ tolli exi 6
ſtimauit: quia pars ſoluta eã cõmoditatem pro parte non adfert,quam integra reſpectu ſo-
lidi[27].Vnde lex ait ſoluto vſufructu,debitorẽ in nulla parte obligationis exonerari[28].re-
ceptiórque

23 l.fin.C.de nouat.
24 d.l.j.§.ſed & hoc ſtudio ſum.C.de vet.iu.enuc.
25 l.ſi rem.§.ſi duo.de nouat.
26 l.ſi alius.de vſufru.lega. l.Mæuius.§.fundo.ↄ leg.ij.
27 l. in executione.§.pro parte.ↄ.eod.
28 l.ſi ita.pen.§.j.ↄ.eo.



ceptiórque hæc videtur ſententia,quam & Alex. & Iaſ.hîc probant-ſed Raph. comproba-
biliter diſſentit.qui enim fundum ſtipulatur proprietatem vſúmque fructum cauſalem ſti-
pulatur. Vnde,qui formalẽ ſoluit,aliam partẽ,quàm debitã ſoluit[1]:meritò itaque in nihilo
7 liberatur:at ſoluta † proprietate,eius,quod debet, partem verè ſoluit nec quicquã in pen-
denti eſt:cùm omnino eiuſdem rei vſumfructũ adhuc debeat[2],ſatíſque proprietatis ſolu-
tio vtilitatem pro vna parte adfert[3]:cùm hîc periculum non ſubſit,vt in diuerſis rebus fiat
ſolutio[4].ſuadetúrque hæc ſententia legis noſtræ verbis,quæ ſoluta proprietate vſumfru-
ctum:peti ait,nõ autem fundũ,vt Accurſius exiſtimat,quẽ omnes hac in re reprobãt[5]:nec
videtur verum,quod ipſi dicunt ſolutionem proprietatis in pendenti eſſe.& ideo vſumfru
ctum peti.nam id nuſquã probatur in pendenti,ſcilicet,eſſe,& etiam ſi eſſet,deberet ſtipu-
lator totum poſſe petere,ſicut & is hominẽ petit cui cùm genus ſtipulatus eſſet,ſtichi pars
fuit ſoluta[6]:verius ergo eſt ideo vſumfructum duntaxat peti:quia à proprietatis obligatio
ne is,qui eam ſoluit,ſit liberatus: alioquin abſurdum eſſet,deficiente extrinſecùs aliquo iu-
re,totum poſſe nihilominùs peti[7],& non ſequuta liberatione in proprietate ſoluta,totum
non poſſe peti,qui enim rem in pendenti ponit,nõ ideo dicitur ſoluiſſe.ſed hæc fortè alibi.
8 QVID ERGO EST. Si igitur primus † promiſſor fundum ſoluerit,liberabitur
quoque ſecundus, qui minùs promiſit,ideſt,qui duntaxat ad nudã proprietatem teneba-
tur,ſed quæ eſt ratio?& aiunt aliqui,rẽ deueniſſe ad caſum,à quo non poteſt incipere,non
enim ei,qui fundi dominus iam factus eſt,vſusfructus ſolui poteſt[8].quæ ratio impertinens
eſt:non enim ſecundus vſumfructum,ſed nudã proprietatẽ debebat.Alij ergo omnes eam
9 rationem adducunt:quia duæ cauſæ * lucratiuæ in eundem concurrere nequeunt[9].vnde
conſequens eſt,vt ſi alter iſtorum ex cauſa oneroſa deberet, alterius ſolutione non libera-
retur[10].quod Bart.tradit,& cæteri ſequuntur.

1 d.l.vti frui.
2 l.ſi ſtipulatus ſum.§.j.de ſolut.
3 Bar.Bal.Paul.d.§.fundo.
4 d.§.pro parte.
5 d.§.fundo.& l.non quocunque.§.fundus. in fin.de leg.j.
6 d.l.ſi ſtipulatus.in fine.
7 l.Iulianus.§.j.ↄ.eo.l.Labeo.j.de verb.ſig.l.etiam.ↄ.de ſol.
8 d.l.vti frui.Iaſ.hic.
9 l.omnes debitores.§.tit.j.l.quoties.de ſolut.
10 l.is cui.§.titul.j.d.l.non quocunque.§.ſi fundus.

S V M M AE.

1 ☞ *Moram primi ſecundo non obeſſe.*
5 *§.Si hominem. explanari. 5. & 6. 7. 8.*
8 *Moram in ſpecie.§.ſi hominem. non purgari.*
9 *§.Si hominem. & contraria, conciliari.*
10 *Promiſſore priore exempto,ſecundum teneri.*

I. §.SI HOMINEM. Subiicitur hîc alius caſus,quo ſecundus promiſſor † liberatur,
1 cùm primi obligatio morte rei promiſſæ poſt moram perpetuata eſt:quoties enim ſpecies
promiſſa eſſe deſiit,liberatur promiſſor,qui morã adhuc non cõmiſerit.vt quia conditio,
ſub qua promiſerit,nondum euenerit.at is,qui iam in mora eſt,nõ liberatur[11].Dixerit ali-
quis quomodo hoc in exẽplo primus in mora eſſe poteſt,nónne per ſecundi quãuis condi-
tionalem promiſsionem purgata eſt prioris mora[12]?quod Vlpianus ex Marcelli ſententia
ait.reſpondeo,vtiq; purgaretur,ſi nouationẽ factam proponeremus[13]:ſed cùm in lege no-
2 ſtra nulla ſit nouationis mentio cùm & * ea in dubio non præſumatur[14],& ſi quæ leges ve-
teres aliud induxerant,à Iuſtiniano ſublatæ ſint[15],nõ eſt hîc ſomniãda nouatio,& quæren-
dus in ſcirpo nodus. Nam & ſuprà oſtẽdimus,etiã ſi ſecunda ſtipulatio minùs tẽpore con-
tineat,non fieri nouationẽ[16].qua in re præter argumentũ diffuſiùs diſputat hîc Iaſ.cuius
3 rationibus alibi reſponſum à nobis extat.Nec me † mouet,quod Iuriſconſultus ait ſtipu-
latorem,nõ expectato conditionis euẽtu,confeſtim agere cũ primo poſſe,quaſi à contra-
rio ſenſu ſentiat,ſi homo promiſſus mortuus nõ eſſet,non poſſe,cùm tamen ſi nouata obli
gatio nõ eſſet,indiſtinctè ſeu viuo,ſeu mortuo,agere poſſe debuit.reſpõdeo enim iuriſcon-
ſulti noſtri dubitationem principalem in eo verti,an Seius ſecundus promiſſor liberetur,
duóſque caſus referri:primũ,in quo liberetur:ſecundum,in quo nõ liberetur. Quòd verò
ad Titij promiſsionẽ adtinet,ex quadam conſequentia dici. vnde non eſt in eo ſumendum
4 à contrario ſenſu * argumentũ[17].& ſi ſumitur,cũ cõnexa qualitate ſumi debet.verũ enim
eſt,etiã ſi nouata non ſit,confeſtim agi non poſſe,vt ideo liberetur Seius,qui ſolutione tan-
5 tùm liberatur:ne duæ cauſæ lucratiuæ concurrãt[18].quaſi ſenſerit † Iuriſconſultus,viuente
Sticho,ſtipulatori quidẽ permitti Titiũ.quamuis moratorem,non inquietare,& euentum
conditionis expectare,quo Seium cõueniat.Quòd ſi Stichus ſit mortuus,fruſtrà euentum
conditionis expectari:cùm Seius obligari non poſsit,confeſtim ergo agendũ illi cõtra Ti-
6 tium erit.ſicq; ego paraphraſticῶς ſenſum † iuriſconſulti interpretor:videtúrq; mihi pro-
babilior hic intellectus,ſecundum quẽ non quęrimus,quo tempore cõtracta ſit mora,poſt
primam duntaxat ſtipulationem,an poſt ſecundam,nec enim hac in re lex diſtinguit.Sed
tamen noſtrates interpretes omnes ad vnum aliter ſentiunt,& legẽ noſtram eo in caſu lo-
qui exiſtimant,quo ſecunda hæc cõditionalis ſtipulatio animo nouãdi interpoſita ſit.Nec
eos mouet,quòd tali caſu impoſsibile ſit primam obligationẽ perpetuatã videri:cùm mo-
ra videatur ſequẽti ſtipulatione purgata[19].reſpondẽt enim ipſi debere in his caſibus intel-
I. ligi,quibus purgata videri non poſsit. Vt quia expreſsè actum eſſet ne ideo cenſeretur

11 l.ſi ex legati.§.eo.
12 l.quoties.§.vnde Marcellus.de nouatio.l.qui x.§.idem reſponſum. de ſolu.
13 arg.l.Stichum.in princi. eo.tit.
14 l.fin.C.de nouat.
15 l.iij.in prin.ↄ.tit.j.
16 l.qui bis.ↄ.eo.vbi dixi.
17 l.ij.C.de condi.inſt.vbi not.l.conuenticula.vbi not. C.de epiſco.& cler.
18 d.l.omnes debitores.
19 d.verſi.vnde Marcellus

purgata,quod Rogerius cenſuit,& ſequitur Din. Idémque ſi tacitè id actum videri poſ- II.
ſet,vt quia ſecundus promiſſor non idcirco promiſiſſet,vt negotiũ primi gereret,eúmq; li-
beraret,quod in dubio præſumitur[1],ſed ſola ſtipulatoris contẽplatione ſpopondiſſet.quod
enim fauore ſtipulatoris factũ eſſet,in eius odium verti non debuit [2].húncque intellectum
omnes ferè probant,indubitatúſque eſt hic caſus.Sed velim ego ab eis edoceri,ſi contem-
platione ſolius creditoris promiſſum hîc erat,cur nouatio inducitur ? quæ non niſi dãnum
creditori facere poteſt [3]cur ante conditionis euentum,etiã ſeruo viuente,agi cõtra Titium
non poſſit?quod tamẽ huius intellectus auctores negant.at qui quod ob fauorẽ inductum
eſt ( vt ſuo eos gladio iugulẽ )manifeſtè in odiũ reflectitur. Alius ergo eſt caſus, quẽ Ia- III.
cobus [4].Raineriúſque probant,quoties tẽpore ſecũdæ ſtipulationis homo promiſſus præ-
ſens non fuiſſet:tunc enim nõ poteſt videri purgata mora [5]:cùm qui præſens nõ eſt,nõ poſ-
ſit fingi oblatus fuiſſe quæ Marcelli diſtinctio fuit [6].Sed & hoc diuinatione nõ caret,fuiſſe,
ſcilicet,in caſu noſtro ſeruum abſentẽ,atqui lex generaliter debet intelligi, ſiue abſens,ſi-
ue ad manum eſſet. Alius ergo etiã perquirendus eſt caſus:& aiunt Doctores quoties mo IIII.
ram Titius delinquendo feciſſet,vt quia Stichum ſeruũ promiſſum vulneraſſet,per ſubſe-
quentem ſeij promiſsionem eam morã non purgari,ſi deinde ex eo vulnere Stichus deceſ-
ſerit,hæc enim mora,quæ delinquendo cõmittitur,deterior eſt,& purgatu difficilior,adeò
vt nihil hoc caſu referat,an iſte ſeruus lethaliter vulneratus tempore ſecũdæ ſtipulationis
præſens aſſet,vel non [7],vt rectè hîc Imola cẽſuit:nec rurſus quicquã referat,an ante ſecun-
dam ſtipulationem,an poſt deinde deceſſerit †,quamuis enim poſt decedat, ( quo in caſu
textus noſter intelligi poteſt ) tamẽ fictione iuris mors ad tempus illati vulneris trahitur[8]. 7
Sed cùm lex noſtra de mora loquatur,vix eſt,vt de ea intelligamus,quæ per ſerui occiſio-
nem fit.non enim ea propriè eſt mora [9].Ego ſecundũ hos caſus minimè legem noſtram in-
terpretarer : cùm nihil aliud ſint,quã mera ( vt Plato inquit ) vigilantiũ ſomnia,quibus fa
cillimam legem tenebris inuoluerũt.Si enim lex noſtra limitatiuè loqueretur,cùm,re per-
empta,ex ſtipulatu adhuc obligatus eſſet Titius,vtiq; ad hos caſus eſſet recurrendũ †,qui-
bus,mora ſecunda ſtipulatione purgata,nõ cenſeretur [10].Sed cùm ſimpliciter dicat cũ Ti- 8
tio agi poſſe,ſimpliciter quoque debet intelligi.nec diuinationibus vllis reſtringi,conclu-
dendum igitur nullã fieri in caſu noſtro nouationem.Et ideo nec morã purgari.cùm enim
prior obligatio duret,cum ſua; cauſa durare intelligitur.Nec me mouet ,quod Accurſius
cenſuit,etiã ſi nouatio non fiat,tamen ſequenti cõditionali ſtipulatione morã dilui [11]:quia
probabilis hæc eſt ſententia,cùm ab eodẽ vtraque promiſsio facta eſt [12] : ſecùs,ſi à diuerſis
perſonis:quo caſu lex noſtra loquitur.Nec rurſus me mouet,quòd qui à Seio ſub conditio-
ne ſtipulatus eſt,videtur ſub contraria cõditione à Titio moratore ſtipulatus,vt ex Iauole
ni epiſtola conſtat [13]:ergo propter dilationem Titio cõceſſam videtur.remiſſa mora [14],re-
ſpondeo,priorem Titij ſtipulationem purã eſſe,& cùm non nouetur ,neque in pendenti
cenſeri,nullámque dilationẽ habere,& epiſtolã Iauoleni ſpeciali ratione inniti,quòd non
videtur debitor voluiſſe interim priori obligari:cùm,eueniente cõditione,ab alio deinde
exigi poſſet fierétque eius durior conditio,ſi cum beneficio retentionis tutus eſſet, ſoluere
ſecũdo cogeretur,& à primo repetere,quod alibi declaraui.quæ ratio † caſu in noſtro ceſ-
ſat:in quo non eiuſdem debiti duo ſunt creditores,ſed eiuſdem crediti.duo ſunt debitores, 9
alter præſens,alter conditionalis.
AT SI TITIO. Vltimus hîc ſubiicitur caſus,qui non præcedẽti tantũ,ſed etiam
alteri ſuperiori aduerſatur,cùm ſecundus † promiſſor euẽtu cõditionis obligatur, tametſi 1
primus acceptilatione liberatus ſit cuius rei illa eſt ratio: quia cùm nulla nouatio hîc ( vt
ſuprà diximus ) fiat,ſolutione ſola ab altero facta alter liberatur:ne,ſcilicet,duæ lucratiuæ
cauſæ concurrãt [15],quod ſuprà vidimus,& quãuis acceptilatio ficta quædam imaginariaq;
ſolutio ſit [16],nõ tamẽ eam vtilitatẽ adfert,quam vera ſolutio [17].& ideo cùm lucrum nõ ad-
ferat,nõ impeditur ſtipulator à ſecundo poſt conditionis euentũ exigere [18].quippe à Titio
ſolam gratiarum actionẽ ob liberalitatem conſequitur [19],à Seio ergo rem exigere non eſt
prohibendus.Sed an idem eſſet,ſi hęc ſecunda ſtipulatio prioris nouandæ cauſa interpoſi-
ta eſſet? & Doctores omnes idem eſſe ſentiũt:Quod tamen eo caſu reſtringitur:cùm ſecun
dus promiſſor non contemplatione primi ( prout in dubio præſumitur [20] ) ſed ſeparatim
propria cauſa promiſit:aliàs enim & ipſe beneficio acceptilationis vti poſſet,vt Barto.in-
quit [21],cùm enim perimendo obligationem primi in caſu euenientis conditionis videatur
eius negotiũ geſsiſſe,debet ei prodeſſe ea exceptio,quæ & primo promiſſori competeret,
quod Raph.quoq; cenſuit [22].Sed hoc Imo.Alex.aliíque nõ probãt,quos & ego ſequor,cùm
enim Titius nõ niſi in caſum nõ euenĩetis cõditionis eſſet obligatus [23],acceptilatio in eum
tantummodò caſum operari poteſt.Vnde ex ea exceptio nulla Seio dari poteſt,qui ſolùm
contrario caſu,id eſt,eueniente conditione,obligatur. Hinc conſequens eſt,vt cùm Titius
non,niſi in caſum nõ euenientis in ſecunda promiſsione cõditionis,ſit obligatus eáq; non
euenerit

1 l.fideicommiſſa.§. interdum.de leg.iij.
2 l.quod fauore.C.de legi.
3 d.l.fin.C.de nouat.
4 Iacob.Pet. And.de Piſis, Rai.Bart.
5 arg.l.ſi rem aliquam.de nouat.iiij.intellectu.
6 l.qui x.§.ſi cùm mihi Stichum.ſ.de ſol.
7 arg.l.& eleganter.§.non ſolùm.de dolo.
8 l.dãni.§.Sabini.de dam. infecto.vbi Bart.
9 l.ſi ſeruum.in prin.eo.ti.
10 l.ſi rem. verſi.cùm iam ex ſtipulatu.de nouat.
11 d.§.ſi cùm mihi.Bar.d.l. ſi rem aliquam.
12 l.ſcire.§.fin.ſ.eo.
13 l.Pecuniam.ſi cert.pet.
14 arg.l.mora.de vſur.
15 d.l.omnes debitores.
16 l.in diẽ.l.ſi ex pluribus. de accep.
17 l.& ideo.de nouat.
18 arg.l.ij.§.ſi tamen.ſ.eo. l.qui hominem. de accep.
19 l.ſed & ſi.§.conſuluit.de pet.hæred.
20 d.§.interdum.
21 l.exceptiones quæ perpetuo. de excep.l.iij.§.nunc de effectu . de libe. leg.& ſ. de accept.l.& per. §. ſi fideiuſſori.
22 ar.l.ij.§.circa de dol.ex.
23 d.l.pecuniam.



euenerit( cùm aliàs Seius obligatus non eſſet ) acceptilatio hæc ſit inutilis:liberatur enim
Titius non acceptilatione,ſed conditionis defectu quod rectè Raph.ſenſit,qua in re Beſu-
tius,Iaſónque fruſtrà torquentur.

## SVMMAE.

1 ☞ *Conditionalium tranſmiſsibilis effectus, ex cauſis diuerſum. 2.*
4 *L. Si quis ſi. ſenſus.*
6 *Conditionalia ante euentum obligare. 7.*
8 *Verborum ſignificatum variè ſumi.*

## LEX LVII.

1 SI QVIS Si Titius.Effectus obligationis † conditionalis ad hæ-
redem promiſſoris tranſit, vt hîc dicitur,quod extendit Accurt.vt etiam
ad hæredẽ ſtipulatoris tranſeat [1].idémq; alibi,vt idem ſit in legato:morte
enim grauati legatũ conditionale nõ extinguitur,ſed hęredem obligat [2].
I. Non procedit † tamen concluſio hæc in conditione poteſtatiua : in ea
2 enim actũ videtur,vt facultas adimplendi ad hæredes non tranſeat,quod
II. ſuprà explicatũ eſt [3]. Idémque in qualibet alia cõditione,quæ perſonæ promiſſoris co-
III hæreat.[4] In legatis quoque & fideicõmiſsis conſtat morte legatarij * euaneſcere , quod
3 ei ſub conditione relictũ eſt [5]:cenſentur enim legata affectione perſonæ derelicta.Vnde ſi
ante conditionẽ moriatur nihil tranſmittit [6].quod ſecùs eſt in eo,quod alicui ex contractu
debetur:cùm enim ſpẽ illam ſua induſtria iam acquiſiuerit,in hæredem eam tranſmittit [7].
IIII. Sed quod hîc dicitur de hærede,an habeat locũ etiã in ſingulari ſucceſſore?& conſtat,
eueniente cõditione,actionem perſonalẽ hæredes vniuerſales ſequi [8] .licet eis detur actio
aduerſus particularẽ,vt ipſe eos indẽnes præſtet propter defuncti voluntatem [9] .Cæterum
4 dum hîc dicitur hæredem obligatũ † relinqui,intelligendũ interim obligatum eſſe non re,
ſed ſpe,quoniã ſpes ſubeſt eũ obligatum,eueniente cõditione,iri [10].Vnde tali caſu propriè
5 debitor dicetur,vt ego ſentio [11].Nam & creditor * is eſt,cui ſub cõditione debetur [12],tam-
etſi ante conditionis euentũ,nec obligatio,nec actio ſit orta [13] .Poteſt tamen rectè obliga-
6 tus re ipſa dici hiſce in caſibus † ſpecialiter antè euentũ conditionis obligatio naſcitur,ve
I. luti cùm conditio tẽpore quoque præſenti neceſſaria eſt [14]. Idẽ ſi in futurum neceſſaria
II. ſit:videtur enim tum quoq; naſci confeſtim obligatio [15]. Sicut & in die incerta tradi ſo-
III. let [16]. Idemq; etiã in cõditione tacita ſimúlque impropria , quod Bar.ſenſuit [17]. Idem
IIII. quoque conditione,quæ nõ ſubſtantiã actus ſed executionem ſuſpẽderet [18].qua de re ſuprà
V. diffuſiùs tractauimus. Sed & iuris † fictione clarũ eſt videri à principio ortã obligatio-
7 nem,quia poſtquã euenit conditio,ad tempus cõtractus retrotrahitur [19],licet in legatis ali
ter diſtingui ſoleat [20]. hiſce igitur caſibus poteſt cõditionalis debitor obligatus dici,aliàs
non re ſed ſpe dũtaxat cẽſetur obligatus. Adnotántq; hinc Doctores ſignificationẽ verbo
8 rum † quandoq; ſumi nõ ex eo,quod eſt,ſed ex eo,quod ſperatur futurũ quod variis modis
ſit,nunc δυνάμει,id eſt,quadã poſsibilitate [21],nunc ex affectione,ſiue ( vt Hieronymus ait ),
κατὰ προαίρεσιν [22], nunc per prolepſim, cùm quid factum dicimus,quod quis voluit face [23],
nunc è contrario per metonymiam,vt cùm lex eum,qui mœnia voluerit aſcendere , pu-
nit pro eo, qui aſcenderit [24] .quæ alibi à nobis tractata .ad alia properantes in præſen-
tia omittimus.

1 d.§.ex cõditionali. Inſt. eod.
2 l.legato.de cond.& dem.
3 l.ſi x.l.cum quis.ſ.eod.
4 l.pen.de cond.& demon.
5 l.vnica.§.ſin autem.C.de cad.tol.
6 l.nec adiecit.pro ſoc.
7 glo.d.§.ex conditionali.
8 ſ.l.proxima.§.j.
9 l.ſeruo legato.§.ſi teſtator. de leg.j.
10 d.§.ex conditionali.
11 d.l.is,cui.ſ.cit.j.
12 l.creditorum.de.verbo. ſigni.
13 l.cedere diem.de verbo. ſigni.
14 l.impoſsibilis.ſ.eo.in ſi.
15 l.ſi pupillus.ſ.j.de noua.
16 l.j.de cond.& dem.nam ſi cũ moriar.de;condi.inde dies leg.ced.
17 l.ita demum.de arb.
18 l.ex his verbis. quando dies leg.ced.
19 l.vſuſfructus.de ſtip.ſer.
20 l.j.§.ſerui.ad Silla.
21 l.aduerſus.de arbit.
22 l.fugitiuus.de verb.ſig.
23 l.ſi rem.§.ſi cum mihi. de præſ.verb.
24 l.fin.de re.diuiſ.vbi Bar.

## SVMMAE.

2 ☞ *Promittens minus, idémue cum priore non tenetur.*
4 *Promiſſum indiuiduum bis ex priore, diuiduum ex alterutra ſtipulatione peti.*
7 *L. qui vſumfruct. ſenſus multiplex. 8. 9. 10. 11. verior. 12.*
13 *Corpora aut vnita, connexa, collectiuáue eſſe. 15. 18.*
14 *Partem non niſi vnito iunctam dici.*
16 *Continentia ſeparata, partes non dici.*
19 *Collectiuorum quotæ, partes.*
20 *Generis partes, ſpecies.*

## LEX LVIII.

1 QVI VSVMFRVCTVM. Sequẽs ſtipulatio * amplius,quàm pri-
ma,continens valet:at ſi minus contineat,non valet,niſi nouationis cau-
2 ſa facta ſit,quod † quatuor exemplis oſtenditur.Sed quænam eſt ratio?&
ea in promptu eſt.ſicut enim qui bis idem ſtipulatur,non niſi priore obli
gatione agere poteſt:quia ſequens eſt nulla [25],ita qui minus ſtipulatur.
debet enim ex maiore agere:cũ in eo,quod plus eſt,vtique inſit , quod eſt
minus.Quod ergo ad ſecundam adtinet,nil agit,id eſt,ſuperflue,& nullo effectu:cùm nul-

25 l.qui bis.ſ.eod.

la inde actio detur,quia non intereſt,vt ſuprà declaraui.Sed quid iuris in primo caſu,cùm
ſequens ſtipulatio amplior eſt?& Doctores fieri nouationem prioris aiunt nec eos mouet
Iuſtiniani conſtitutio id apertiſsimè negans [1]:quia alij reſpondent non fieri quidem noua-
tionem ipſo iure,vt in ea dicitur,per exceptionẽ verò fieri.quæ ſententia cõmuniter reie-
cta eſt:quia legis Iuſtiniani verbis manifeſtè aduerſatur, vt hîc Alex.oſtendit:eámq; ver-
botenus validã,re inanẽ indicat [2].Alij ergo receptiore calculo planiùs,& craſsiore miner
ua fatentur,hodie aliud eſſe & nouationem nõ fieri,legémq; noſtram eſſe correctã perpen
dúntq; miſeri triplex quoddã ius,antiquũ,medium,& recens,ſicq; tanquã Scythæ illi;bo-
uem in minutias ſubſecant,nulla neceſsitate:nec enim hîc dicitur fieri nouationem, atqui
lex hæc Iuſtiniano concordat,qui non,niſi * ſpecialiter fieri nouationẽ,conſtituit. Diſtin- 3
guendum itaq; ( vt aliàs docui [3] )quemadmodum † ſecunda plus cõtineat,vt ſi in quanti- 4
tate id ſit,aliáue re diuiſionem recipiente ex prima agatur,quatenus in ea compræhẽſum
eſt,in reliquo verò ex ſecunda [4].Reſpectu enim eiuſdẽ ſummæ,quæ in priore cõtinetur,ſe-
quens inutilis eſt [5].Quod ſi ſequens plus contineat eiuſmodi quod diuiſionẽ à priore non
recipiat,electio ſit actoris,ex vtra agere velit [6]:liberabitúrque debitor quatenus ex altera
ſoluerit non nouatione,ſed ſolutione [7].Finge igitur ex priore iter petitum eſſe creditoríq;
ſatisfactum, ſi deinde actũ petatur,præſtandus & ille erit,ſeruitúſque itineris prius conſti-
tuta,cõmoditatis vicẽ in actu ſuſtinebit [8] aliámque naturã adſumet.ſicut & ſi ex prima ſti-
pulatione promiſſor vſumfructũ conſtituerit,deinde ex ſecũda ad nudã proprietatẽ con-
ueniatur,ea ſoluta,vſusfructus ille formalis in cauſalem vertetur,vt quæ ſeruitus erat,inci
piat eſſe dominij commoditas [9].inter enim cauſalem * hunc formalémque vſumfructum
propter comparationem quam pari vtilitate habent,magna eſt ſimilitudo,faciléque alter 5
in alterum tranſit quod alibi declaraui [10].

SED QVI ACTVM. Cùm aduerſatiua *cõiunctio non in facto ſolũ,ſed in iure 6
quoq; aduerſari ſoleat [11],mirũ eſt,cur hîc ſit adiecta.Idem enim eſt iuris,ſiue quis fundum
ſtipulatus vſumfructũ deinde ſtipuletur,ſiue actum,deinde iter.videtur enim vtroque ca-
ſu ſecundam ſtipulationem eſſe nullam. Hirnerius in † contextu( vt arbitror )ſcriptum I.
habuit,*Sed &c*.vnde propter vim coniunctæ cenſuit ipſe in facto ſolũ aduerſari [12],in quam 7
ſententiam tandem & Iaſon ferè trãſiit,& ego probo. Accur.† ad primum dictum refe- II.
rendam aduerſatiuam cenſet,nõ ad proximum exemplum,qui intellectus receptior eſt,& 8
magis probabilis ſi diuerſitas iuris ex eo ineſſe declaretur : quia primo illo caſu electio eſt
actoris,qui ex vtraque ſtipulatione agere poteſt [13]. in ſequentibus exemplis ex prima dun-
taxat agitur,declarationẽ enim Doctorum ſuprà confutaui,qui in prima nouationem fie-
ri aiunt,in ſequentibus non fieri niſi expreſsim actum ſit. Raph.etiam ad † proximum III.
exemplum aduerſatiuam trahit,fatetúrque valere ſtipulationẽ ſecundam vſusfructus tan 9
quam de formali intelligatur,qui à proprietate eſt prorſus diuerſus [14]. Cuius ſententiæ IIII.
& illorũ † interpretatio accedit,qui cenſuerunt vſumfructũ fundi partẽ non eſſe [15]:& ideo 10
ſecunda ſtipulatione quãuis minus cõtinente in dubio fieri nouationẽ,tanquã rei diuerſi-
tas hoc inducat,at iter iuris interpretatione actus eſſe partẽ:ineſt enim in eo,ſicut in x.in-
ſunt quinque,ita in fructu ineſt vſus:& ideo tunc nõ fit nouatio.ſicque vim ſuã aduerſatiua
ſeruabit.Sed hic ſenſus nullo pacto probabilis eſt:quoniam ( vt ſuprà dixi ) falſum eſt fieri
primo caſu nouationẽ:& quia non magis à fundo diuiſa eſt vſusfructus ſeruitus, quam ab
actu,ſeruitus itineris [16].vnde hac ratione etiã ſecunda itineris ſtipulatio valere debuit tan
quam ab actu diuerſa ſit [17]. Caſtellio Beſutiúſq; aduerſatiuam † pro continuatiua poni V.
aiunt,& enthymema neſcio quod cõminiſcuntur,cuius vtranque propoſitionẽ Iuriſc. refe 11
rat,omiſſa concluſione:quæ res argutior mihi,quã verior videtur, ductui certè ſermonis
non quadrat.&omnino oppoſitum ſenſit Accur.tametſi nec ille ſatis rectè,quod hic Iaſ.do
cet.Ego † antiquitati Hirnerij, qui vetuſtiſsimus omniũ interpretũ eſt,hoc tribuo,vt cor- 12
rectiorẽ eum habuiſſe codicẽ arbitrer,primúmque intellectũ ſequor.Sanè quomodo pars
hîc accipiatur,declarat rectè quidẽ,ſed non perfectè Bar.vnde ſciendum†,rerum ſeu cor- 13
porum tres eſſe ſectiones:alia enim ἡνωμένα,id eſt,vnita dici qua voce ſignificamus corpus
φυσικὸν vt Plutarchus ait,id eſt,naturale,ſeu ſpiritale,quod vno ſpiritu cõtinetur,vt homo,
lignum,lapis,& ſimilia [18] .huius † corporis pars propriè dicitur quatenus adunata eſt,vt 14
digitus, brachium,& ſimilia.at poſtquam ſeparata eſt,amplius pars nõ eſt,nec vllam hæc
res difficultatem habet. Aliud eſt corpus,quod Pomponius [19],συνημμένων,id eſt, cohærens VI.
& † connexum appellat,Plutarchus verò τεχνικὸν, id eſt, artificiale. Accurſius, Bartolus 15
cæteríque noſtrates integrale,quod ex continentibus inter ſe conſtat, vt ædificium, na-
uis, armariũ,huius partes † quatenus re continẽtur,propriè ſicut & in ſuperiore caſu par- 16
tis nomen ſeruant:vbi ſeparatæ ſunt,partes quidẽ dici poſſunt,ſed lata ſignificatione [20].
Vnde tigna,trabes,claui,materia,tali caſu nõ ſat propriè pars domus dicũtur [22].Sic qui do
minium,& commoditatem vtendi fruendi habet,propriè fundũ habet [21] : at * vſusfructus 17
ille ſepara

1 l.fin.C. de nouat. §. præterea.inſt. quib. mo.ob.tol.
2 l.nihil intereſt.de reg.iu.
3 d.l.qui bis.& l. ſi diuortio.ſ.eo.
4 d.l.ſi diuortio. d.l.ſcire. in prin.
5 d.l.qui bis.
6 l.hæres.§.j.de fideiuſ.
7 l.cũ qui.ij.§.pen. ſ.eod.
8 l.ſi pupillus.§.fin.j.de nouatio.
6 l.ſi mulieri.de vſufru.accreſ.l.ſi à reo.§.ſi reo.de fideiuſ.
10 l.rectè.de verb.ſig.
11 l.patris,& filij.de vulga. vbi doct.
12 l.ſed & ſi.de pet.hære.in prin.
13 d.l.hæres.§.j. l.non vtique.de eo quod cer.lo.
14 d.l.rectè.l. planè.j. in fine.de leg.j.
15 d.l.rectè.
16 d.l.ſi pupillus.§.fin.
17 d.l.ſi pupillus.§.fin.
18 l.rerum.in prin.de vſuc.
19 d.l.rerum.
20 l.naue.ſ.de euict.
21 glo.l.ſcire plura.eo.tit. l.eum,qui.de vſucap.
22 l.ſi alij.de vſuf.lega.l.cũ filius.§.dominus.l.Meuius. §.fundo.de leg.ij.



ille ſeparatim propriè pars fundi non eſt [1].eadémque ratione,qui actũ habet,propriè com-
moditatem itineris habet,itérque quod ad cõmoditatem adtinet, pars eſt actus [2],ſepara-
tum verò non niſi impropriè loco partis habetur, imò iter quid diuerſum ab actu eſt [3].
18 Aliud † eſt corpus,quod collectiuum dicitur,nẽpe corpora plura vni nomini ſubiecta,
19 vt populus,legio,grex,chorus,familia.Huius partes † quota diſtinctione propriè dicũtur,
ſingulari non dicuntur:vnde dimidia,tertia,quarta,pars gregis propriè pars eſt,ouis alba
vel nigra propriè non eſt [4]:idque non ſolùm in vniuerſitate facti eſt,ſed etiam iuris,qualis,
eſt hæreditas.res enim particulares propriè pars hæreditatis non ſunt [5].Idémq; in vniuerſi
tate mixta tam iuris,quàm facti:vnde aliud eſt peculium,aliud res,quæ particulariter ſunt
in peculio [6].quandoque tamen ex præſumpta teſtatoris mente in modica vniuerſitate lex
20 aliter interpretatur [7],quod alibi declaraui.Ad hanc ſpeciẽ pertinet & nomẽ generis,†qua-
le eſt animal,cuius partes propriè ſunt,quæ ſpeciebus conſiſtunt,vt homo,equus,bos,& ſi-
milia,genus enim propriè de ſpeciebus ſuis prædicatur [8].ſingularia verò non tam generis
quàm ſpeciei partes ſunt,vt Stichus,Eros,Titius & ſimilia [9].Iuriſcõſ.tamẽ noſtri non adeò
ſcrupuloſè locuti plerunq; ſunt,& generis nomine ſpecies deſignãt [10] ,ſicut quæ indiuidua
dialecticis ſunt ipſis ſpecies quandoq; dicũtur [11].quo loquẽdi modo & Cicero,& Fabius,&
cæteri veteres vſi ſunt .Huc quoque pertinent nomina numeralia,in quibus conſtat mino
21 rem numerũ * propriè maioris partem eſſe:vt quinque,pars ſunt x.idque propriè:ſemper
enim inſunt [12].Vnde Bart.ad ſecundã ſectionem ( quam integralem vocat ) ,magis cẽſuit
pertinere.Hincque apparet integralem partem,cùm ſolido cohęreat,propriè partẽ eſſe [13].
Sed & quotam,itémque elementalẽ , ( quam ſubiectiuam quoque vocãt ) propriè partem
eſſe,ſicut & numeralẽ ,reliquas nõ eſſe.quæ res breuiùs ex Ariſtotele ſic explicari poteſt,vt
partes ὁμογενὲς propriè partes ſint , ἑτερογενῆ ſeparati generis,ſeu alterius formæ,nõ ſint.

NISI IN OMNIBVS. Sed cur in dubio non interpretamur nouationẽ factam,
cùm hoc modo ſequens ſtipulatio valeat [14],& fiat interpretatio contra ſtipulatorẽ [15] ,idq;
pro regula,vt quod in minimum eſt debeantur [16].An quia,cùm conſtet primam valere,
amplioremq; eſſe.nõ eſt ratio vt pro ſecundæ valore ſentiamus, priorémque peremptam
credamus:cũ veriſimile non ſit ſtipulatorẽ ius ſibi ex prima quæſitũ voluiſſe remittere [17],
quod Iac.Petrus &,Alber.tradiderunt,ſed cur potiùs non interpretamur vtranque valere,
vt ſcilicet,ſequẽs ſtipulatio de alio itinere,déque alio vſu intelligatur,quã quæ vel in actu,
vel in fructu inſint:quorſum enim de cõmoditate potiùs aduerſus vocis proprietatem in-
telligemus,quàm de vera ſeruitute [18]?An quia non facilè credimus voluiſſe promiſſorem
duplici ſe obligatione onerare [19],ideóq; nec multiplicationem actuũ præſumemus [20].Sed
cur vt actus quoque ſequens valeat,non interpretamur datã potiùs ſtipulatori electionem,
ex vtra velit, experiendi [21] ?an quia nulla eſt diſiuncta,quæ videri poſsit tribuere electio-
nem,interpretatióque hæc in anis eſſet:cùm veriſimile ſit ſtipulatorẽ id,quod plus eſt,peti-
turum:cùm omni caſu in eo inſit quod eſt minus [22]:& ſi minori velit eſſe contentus,id poſ-
ſit,etiam electa ampliore ſumma [23].Et hæc quidem ad legis noſtræ interpretationem adti
net,ſufficiant.quæ enim hîc Alex.de liberatione inculcat,quæ non nouatione,ſed campſo
ris delegatione,vel nominis in ſolutum datione fit à propoſito argumento,ſat aliena ſunt,
& à nobis alibi diffusè tractata [24].

1 l.& per ius.de accepti.§. illud certum.de accept.
2 d.l.& per ius.§.j.
3 d.l.ſi pupillus.§.fin. gloſ. l.ſi iure.§.ſi quis inter.de excep.rei iud.
4 l.j.in fine.de rei vend.
5 l.hæreditas.in princip.de pet.hær.Bar.l.j.in fine.ſ.eo.
6 l.proinde.de ædil.edi.l.ſi peculium ſeruo.de pec.leg.
7 l.ſi chorus.de leg.iij.
8 Bal.l.ij.C.de iur.aure.an.
9 Bar.l. quæſitum.§.fin. de fund.inſtr.
10 l.iij.§.genera.de acquir. poſſeſ.
11 l.ſi peculium.de ma.teſt.
12 l.j.§.ſi ſtipulanti.ſ.eod.
13 l.malum.de verb.ſig.
14 l.quoties.j.eo.
15 d.l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus.
16 l.ſemper.j.de reg.iur.
17 l. cùm de indebito . de prob.
18 l.j.de ſer.ruſt.pręd.
19 l.Titia.§.qui in vita. de leg.ij.
20 l.omnium.C. de teſta.
21 d.l.non vtiq;.de eo quod cer. loco.
22 arg.l.ſi ita.j.ſ.eo.
23 l.iij.verbo, de minore. C.de tranſ.
24 l.ſingularia.ſi cer.pet.

## S V M M AE.

1 ☞ *Soluendum dicto die.*
2 *L. quoties. explicari.*
3 *Solui aliud pro alio, exceptis caſibus. aliquot, poſſe neq; æſtimationem creſcere. 4. 5.*
6 *Contractus diem in æſtimabilibus ſpectari : alioqui contrà. 8.*
10 *Moram etiam die tacito conditione fieri.*
11 *Moram & obligationem non, niſi in caſibus, concurrere.*
13 *L. euictis. de vſur.ſenſus.*
14 *Moram tacitè contrahi. 15. 16. ex cauſis contrà. 18. 21. 22.*

## L E X LIX.

1 QVOTIES IN DIEM. Quod in diem tacitum † vel expreſſum.
Itémque ſub conditione debetur,eo tempore præſtandum eſt,quo obliga
tionis dies venit,id eſt,( vt Bar.interpretatur ) tempore moræ. Sed quæ
eſt ratio?videretur enim in moratoris culpam res æſtimanda,quanti plu-
rimi à mora vſque ad reſtitutionem valuit [25] : vel potiùs nunquam æſti-
manda:cùm qui dare debet, præciſè cogendus ſit [26] :nec æſtimatio reci-
pienda,ne aliud pro alio,id eſt,pecunia pro oleo,inuito ſtipulatore,ſoluatur [27].Sed reſpon
2 dent Doctores,quòd hîc dicitur † ſpectari tempus moræ,intelligendum,quando ab ea die
æſtimatio non creuit,ſed potiùs res euiluit.Vnde & ad æſtimationẽ recurrimus : quoniam
quamuis res præſtaretur,iam vilioris pretij eſſet [28].ſicque noſtrates diuinant,legémque no

25 l.in re furtiua.l.pen.rer. amot.
25 l.vbi. in fine.j.eo.
27 l.ij.§.j.ſi cer.pet.vbi Bar. q.ij.
28 Bar.l. vinum.verſic.non obſtat,quod dicitur.ff.ſi cer. peta.

ſtrãm interpretationis colore violant. Ego † cum, qui ad dandum teneatur,crediderim 3
præciſè teneri,cùm certam ſpeciem promiſit,quoniã in ea probabilis eſt affectio [1].Idem ſi
genus promiſit in contractu venditionis,natura enim contractus arguit id actum, vt pro
pretio non pretium,ſed res tradatur [2].aduerſus quoque furem,vel eum, qui ſit in vero do-
lo,idem dicẽdum eſt,ídque in delicti ſui pœnam [3]:meritò ergo iſtis caſibus creſcet æſtima-
tio,niſi rem ipſam præſtet.At,his exceptis † ego in Ioannis ſententiam tranſierim,qui pe- 4
cuniam ſolui pro vino,oleóque,ídque genus mercibus poſſe cenſuit [4],ídque non legis nõ-
ſtræ duntaxat argumento,ſed & aliarũ,quæ aliàs expreſſim violarentur [5].ſequitúrque hãc
ſententiam Iacobus Arenæus,ſecundũ quam & Accurſij concluſio, quã cæteri reprobant
defendi poteſt: qua cenſuit in obligatione generis difficultatis prætextu excuſari debito-
rem [6].Poteſt & Caſtrẽſis defendi ſententia qua exiſtimauit,ſi reus iuſtã litigandi cauſam
habeat,nec in litis quidem conteſtatione morã cõmitti [7].Poteſt & Iaſ.qui moram ex diei
euẽtu aduerſus hæredẽ cõmitti negauit [8],vt procedãt hæc omnia reſpectu rei præciſè dan-
dæ:poterit enim propter allegatã difficultatem,proptérq; iuſtã ignorantiæ cauſam excu-
ſari debitor:dũ tamen æſtimationem ſoluat [9],cùm ergo lex noſtra in his caſibus loquatur
quibus condẽnatio quidem ad dandũ oleum fit [10],ſed per iudicem,id eſt,iudicis officio in
executione ad æſtimationem reus compellitur [11],ſatis eſt,ſi eam æſtimationem ſoluat,quæ
tempore moræ fuit [12],cùm † enim præciſè cogi nõ potuerit,nõ fuit ratio,cur æſtimatio rei 5
creſceret.nã & videmus idem in obligationibus faciendi eſſe,quæ quia præciſè debitorem
non arctãt,ad id,quod intereſt,cõmittuntur,eo tempore perpenſo,quo dies venit,vel quo
nouiſsimè fieri potuit,id eſt,litis cõteſtatæ,ſi dies adiecta non ſit [13]. Sed cur ſi fideiuſſor I.
pro † eo promiſerit,quo merces in diẽ debeat non ad tempus illud,ſed ad contractus diem 6
adtendemus?vt ex Africani reſponſo cõſtat [14].quod miris modis iſti inuertunt, vt id aiat
quod Africanus manifeſtò negauit:& putarim rationẽ eſſe:quia cũ ſoluendo æſtimationẽ,
( vt ſuprà dixi ) liberetur fideiuſſor,ea ad tẽpus contractus duntaxat referri debet:quoniã
augmentũ id æſtimationis ſolũ iudicis officio inducitur.at fideiuſſor acceptus in ſtricti iu-
ris contractibus,eius ratione acceptus non intelligitur quod tali officio debetur [15],vt ſicut
ex mora rei propter locũ non augetur adpromiſſoris * obligatio, ita nec propter diẽ.ap- 7
paret enim hîc, hæc æquiparari.Inibitur ergo æſtimatio ſecundum contractus diem tan-
quam de eo tempore potius actum ſit [16].quod Alber.hîc tradit & ego aliàs quoque prodidi.
Sed † quid iuris erit cùm æſtimatio ſolui nõ poteſt,verùm præciſè res præſtanda eſt? & II. 8
conſtat eatenus regulæ legis noſtræ locum eſſe,vt æſtimationẽ ſecundum diem moræ ad-
tendamus,ſed quæ tamen adúſque ſententiæ tẽpus poſsit creſcere [17].Sed hæc ſatis legi no-
ſtræ interpretandæ ſint:latior enim eſt hic vniuerſus tractatus,qui alibi à me diffuſè diſpu-
tatus eſt [18], quam vt hîc iterum recenſendum credam.
PETI POTEST. Cùm ab eo qui ſciat ſe debere peti ante non poſsit,quã ſit mo-
ra [19] apparet hîc lapſu diei * debitorem in mora cõſtitui.quod omnes fatẽtur [20], ſiue dies 9
expreſſa † ſit,ſiue tacitè legis diſpoſitione intelligatur,vt in eo,qui certo loco dare debet: 10
ineſt enim dies quatenus ad eũ locum cõmodè perueniri poſsit [21].Hinc conſequens vide-
tur,vt idẽ dicamus in euentu cõditionis,vt in mora debitorẽ ita conſtituat,ſicut & diei.Vi-
demus enim hîc omnes hos caſus æquiparari,ſuadet & hoc ratio.ſicut enim eſt,quod debi
tori imputetur,qui diẽ nõ præuiderit,& ad ſoluendũ ſe præparauerit,ita & ei videtur impu
tandum,qui nõ præuiderit conditionẽ poſſe euenire.cur enim ſe arctauit [22]?cur in vtrunq;
caſum non fuit paratus [23]?turpe eſt prudenti viro dicere,nõ putâram.Et quãuis lex eodem
tempore obligari quenquã,in moráq; conſtitui nõ permittat [24],hoc † verũ eſt in obligatio 11
ne pura,quam præuidere promiſſor nõ potuit,in cõditionali certè eadem nõ eſt ratio,cùm
veriſimiliter cogitare debuerit conditionẽ euenturã [25].nam & quod dicitur puri *,& puri-
ficati idẽ eſſe iudicium [26],non procedit,quoties diuerſa ratio inter hos caſus diuerſum ius 12
induceret [27],probatúrque hæc ſentẽtia & Pauli reſponſo,quo traditur eũ,qui promiſit pre-
tium,ſi ager euinceretur † eueniente conditione,ad vſuras abſq; alia interpellatione tene 13
ri [28],quod iudicat ex euẽtu conditionis inductã moram,nõ vt Bart.ait re ipſa tanquã ven-
ditor & rẽ & pretiũ habeat [29],at qui venditor pretiũ duntaxat habet,rẽ verò alius ab em-
ptore euicit,hãncque ſententiã Accur.nõ vno in loco probat [30],ſequitúrq; Gulielmus Cu-
nius,Pet.aliíq; Gallici Doctores,Raphaelq; hîc,& Alex.quã concluſionẽ & ego quibuſdã
caſibus ſequor. Et in † primis cũ poſt euentũ conditionis modicũ tẽpus lapſum eſt,tunc I.
enim fatetur Iaſ.etiã citra interpellationẽ morã cõmitti,quod & Bal.cẽſuit [31],verúmq; eſt: 14
dum tamẽ ſciẽtia ipſius promiſſoris probetur:aliàs enim propter ignorantiã videretur ex-
cuſandus [32]. Sed & quoties† ſtipulatio à cõditione negatiua incipit quæ in poteſtate pro- II.
miſſoris cõſiſtat,euentus cõditionis in mora ſtatim cõſtituit,hócq; in caſu omnes conſen- 15
tiũt [33]:potuit enim promiſſor præuidere cõditionis euẽtũ,cũ in eius poteſtate eſſet.vnde ex
facto reſpõdit Bar. [34] ſi teſtator hęredẽ priuauerit,ſi legata nõ ſoluerit,iſq; anteq̃ ſolueret,
ſit mor

1 d.l.vbi. §.fin.
2 l.ex empto. vbi Bart.de act.emp.l.iij.§.fin.eo.tit.
3 d.l.in re furtiua.
4 d.§.primo.
5 l.vinum.l.fin.de triti.d.l. cùm quis.
6 glo.d.l.fin.de tritica.
7 Paul.d.l.vinum.
8 Iaſ.d.l.vinum.
9 arg.l.illud.de pet.hæred. l.iij.§.item. de re.eorum.l. ſi ſeruus.de euict.§.j.inſt.de offi. iud.
10 l.ſi ſeruum.in fin.j.eod.
11 d.l.vinum.l.ſi intra.de re iudi.
12 hominem.mand.
13 l.ſi calendis.ſ.de re iud. l.ſi inſulam.j.eo.
14 d.l.cum quis.ſ.tit.j.
15 l.centum.§. nec oportebit. de eo quod cert.lo.
16 d.l.hominem.
17 l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorem.de act.emp.
18 d.l.vinum.
19 §.fin.inſt. de inut.ſtipu.
20 l. magnam. C. eod.l. ad diem.j.eo.
21 l.ſi ita.ij.ſ.eo.
22 l.ij.§.ſi quis tamẽ.ſi quis caut.
23 l.qui commeatus.de re mil.l.pen.ſ.de iu.dot.
24 l.quod dicimus.de ſol.l. promiſſor.§.j.de cõſti.pec.
25 l.ſi quis locuples.de mã. teſta.
26 l.fin.§.ſi.de vulg.
27 l.fin.in fine.vbi Aret.iij. not.j.eo.
28 l.euictis.de vſuris.
29 l.curabit.C.de act.emp.
30 glo.l. Paulus.§.ſi.l. cum quidam. §.ex locato.l. euictis. de vſur.& l.ſi ex locati. ſ.eo.
31 glo.l.Aemilius.de min. Bald.l.& ſi poſt tres.q. iij.ſi quis caut.
32 l.quod te.ſi cert. pet.
33 l. ita ſtipulatus. verbo agendum.in glo.j.eod.
34 Bar. cõſi.xxix.proponit.



ſit mortuus,quia conditio euenit,confeſtim cõmittit pœnam:tametſi nunquam fuerit fa-
III. cta interpellatio. Sed & quoties euentus conditionis veriſimiliter præuideri potuit,puta
16 rim † ego debitorẽ in mora cõſtitui,vt cum teſtator iuſsit de fructibus futuri anni aliquid
dari legatũ id conditionale quidẽ eſt & tamen euentus fructuum in mora hæredem conſti
tuit:quod Accur.tradit [1],quem aliqui veteres ſequuti ſunt licet Bart.præter auctoris men-
tem aliter intelligat.probatúrq; hæc ſententia ex eo quoque,quod cõmuniter receptũ eſt,
ſi quis promittat ſe facturũ,quod Titius ratũ habebit:cùm legitimæ ætatis erit,confeſtim
cùm legitimæ ætatis eſt,eũ in mora conſtitui [2]:quamuis hæc promiſsio & conditionem,&
incertam diẽ habeat,quod & receptius eſt,alibiq; eſt à me tractatum [3],quamuis enim dies
incertus ſit ſi tamen præuidere debitor illum potuit,conſtat diei lapſu nihilominus debito
17 rem in mora conſtitui [4],ergo idẽ & in conditione dicendum,quæ diei incerto * compara-
I. tur [5],vt rectè hîc Alex.ait,cuius verba Iaſ.malè interpretatur,vt repræhẽdat. Quid ergo
18 ſi euentus conditionis † veriſimiliter præuideri non potuit,vt quia momentaneus eſſet,&
non veriſimilis?& tali caſu contrariã ſententiam,quæ Bartoli fuit hîc,ſequerer,vt ex euen
tu ipſo non conſtituatur quis in mora [6].Sitque intelligẽdo eos arbitror,qui turmatim cum
II. Bartolo ſentiunt,quóſque hîc Iaſon diffuſè recenſet. Idémque defendi poteſt in legatis
19 annuis, quæ † poſt primum annum conditionalia cenſentur. non enim imputandum
hæredi eſt,qui meritò incertus eſt,an legatarius eo tẽpore viuat,ſícque tale legatum perie-
rit [7].ſatis ergo erit,ſi poſt aliquod interuallũ mora inducatur,& eo tempore,quo petierit,
20 ídque propter alimentorum † naturam,quæ à principio petẽti exhibenda ſunt [8].Fuêre ta-
men,qui ſentirent,tum quoque euentu conditionis induci morã [9]:quoniam lex,quam Bar.
pro ſententia ſua adducit,nihil obſtat:quãuis enim purgationem moræ admitti vſque ad
litis conteſtationem dicat,non tamẽ in legato cõditionali loquitur,ſed in puro:cùm ſemel
penus legata eſt,quod Raph.Alex.Iaſ.tradiderunt:ſed ego priorẽ ſententiam magis pro-
III. bo [10]. Sed & in conditione †,quæ tacitè ineſt,qúæque aliud,quã rem ipſam debitã reſpi-
21 cit,non eſt dubitandum eius euentum morã non inducere.Vnde cùm hæres inſtitutus ad
legatum teneatur ſub conditione,ſi adiuerit hæreditatẽ [11],eius cõditionis euentus,nõ ideo
facit,vt ſit in mora [12]:ea enim conditio principaliter repręſentationẽ teſtatoris reſpicit.vt
ita demum repręſentet,ſi adiuerit.poſtquã ergo adiuit,eũ repræſentat,vt,ſcilicet,teneatur,
IIII. ſicut & teſtator,ad debita ſua tenetur,id eſt,interpellatus. Addunt Caſt.Alexan.& Iaſ.ſi
22 ſtipulatio à† diſpoſitione incipiat,quãuis cõditio poteſtatiua ſit,adhuc morã euentu con-
ditionis non induci [13],vt, *Promittis Stichum?ſi Stichum non dederis,Promittis Pamphilum*.quamuis
enim conditio euenerit,vt quia Stichum dare non poſsis,tamen mora in Pamphilo non
committitur:niſi poſt interpellationẽ.Sed hoc fortè procedit,quia conditio in contrarium
caſum regitur,vt ita demum Pamphilus debeatur.ſi reſpectu Stichi mora facta ſit,at reſpe
ctu Stichi qui in diſpoſitione eſt,dubium non eſt ſtandum eſſe regulæ,vt interpellatio ne-
ceſſaria ſit [14].reſpectu verò Pamphili fortè verius eſt aliam interpellationem nõ requiri,
quod Accur.ſenſit & nos loco ſuo adtingemus [15].

1 glo.j.de pen.lega.verbo, mente.vbi Iac.Oldra. Rai.
2 c.j.§.ad hæc.in fine.hîc ſi ni.lex in vſi.feu. Alex.cõſil. iij.in j.& l.quod te.ſi cert. peta.
3 l.ſi ita.ij.ſ.eo.
4 d.l.j.verſi.niſi fortè. Bart. d.l.ſi inſulam.v.opp.in fine.
5 l.dies.de cond.& demon.
6 arg.l.magnã.verbo, certo die.C. de contra.& con. ſtipul.
7 l.iiij.de an.leg.
8 l.cũ hi. verb.minutatim. de tranſact.
9 arg.l.libertis,quos.§.j.de alimen.leg.
10 argu.l.cùm vnus.§.j.de alim.leg.
11 l.iij.de leg.j.
12 l.ſi ex legati.ſ.eo.
13 Pau.Alex.Iaſ.& alij.d.l. ita ſtipulatus.
14 d.l.ſi ex legati.
15 d.l.ita ſtipulatus.in glo. j.in fine.& in gl.verbo agendum,

## SVMMAE.

1 ☞ *Æſtimatio & temporis & loci ſpectanda.*
2 *Æſtimatio loci ſolutionis præſtanda.*
4 *Æſtimatio non pro loco rei præſtanda.*
5 *Menſuram conuentam aut loci ſolutionis ſpectari.*
6 *Moneta loci ſolutionis ſoluenda.*
7 *Monetam temporis contractus ſpectari.*
8 *Moram tacitè, exceptis caſibus, contrahi. 9. 11. 12. 15.*

## LEX. LX.

1 IDEM ERIT. Sicut æſtimatio ſecundum tempus † expreſſum in ſti-
pulatione ſpectatur,vt ſuprà vidimus,ita & ſecundũ diẽ quę tacitè ineſt.qui
enim certo loco daturum ſe promittit,tacitè talem diem adiicere cenſetur,
I. qua illo peruenire poſsit [16]. Qui igitur oleũ Romæ daturum ſe ſpopon-
2 derit,æſtimationem † eius præſtabit qualis in foro Romano fuit ea die,qua
illuc perueniri potuit [17]. Nec dubitandum eſt quin id verum ſit ſi Romæ litigetur [18]. Sed
quid ſi alibi,putà in foro rei, qui Romam accedere noluit?& puto adhuc legi noſtræ eſſe
locum,quæ generaliter loquitur:fiet ergo tum quoque æſtimatio non ſecundũ iudicij,ſed
II. ſecundum deſtinatæ ſolutionis locum [19]: licet ſecùs ſit, cùm locus nullus, quo ſolui debe-
ret,expreſſus fuiſſet. Quid ergo, ſi quis Romæ Neapoli, Venetiis vel vbicunque cre-
3 ditor voluerit daturum ſe ſpoponderit? & ab Alexandro reſponſum extat ſecundum
locum, quem elegerit ſtipulator, æſtimationem * iniri,non tamen debitorem priùs in
III. mora eſſe, quàm facta ſit electio [20]. quæ ſententia probabilis eſt. Sed quid ſi quis
4 hîc † olei Venafrani amphoras decem tibi promittat, an tenebitur Venafri ſoluere?
&teneri

16 l.interdum.ij. reſ.j.eod.
17 l.iij.in fine.de act.emp.
18 Bar.Iaſ.l.ij.de eo, quod cer.loco.
19 l.vinum.ſi cert.pet.
20 Alex.conſ.xlv.in v.

&teneri ibi ſoluere Fulgo. Alexandérque cenſuerunt, eiúſque loci æſtimationem ineun-
dam, idque legis noſtræ argumento, tanquã promiſsio certæ ſpeciei ſit[1]. Sed hanc ſenten-
tiam Picus, & Decius rectè improbant[2]. quibus ego accedo: niſi cùm promiſſor ipſe domi-
cilium Venafri haberet, & ideo ibi conuentus eſſet. Sed quod hîc de æſtimatione dici- IIII.
tur an & in menſura † procedet? verbi gratia ſextarius Græcus Latino amplior eſt, promi- 5
ſit Latinus Latino ſextarios centum olei Athenis dare. & Alber. veteréſque alij mẽſuram
Athenienſem obſeruandã cenſent[3], contrà Angelus, qui ad locũ cõtractus adtendendum
arbitratur[4]. Ego eam menſurã attendendi, de qua veriſimiliter partes egerunt, ſcio[5]. in du
bio tamen locum ſolutionis attendendum arbitror, ſicut & in expenſarum damnorúmq;
æſtimatione adtendimus[6]. Sed quid in moneta † reſpondebimus? verbi gratia promiſit
Thuſcus operã profeſſoriam Patauinis cccc. aureis: minoris autem æſtimationis eſt Pata- V.
uinus aureus quàm Thuſcus? & videtur ad locum ſolutionis attendendũ eſſe legis noſtræ 6
argumento tametſi ſint qui diſſentiant[7]. Putarim tamen ex iuſta ignorantiæ cauſa poſſe
quandoque reſtitutionem in integrum cõcedi, ſi manifeſta læſio arguatur[8]. Sed quid ſi VI.
tempore † ſolutionis mutata ſit moneta? vt quia effecti aurei noua forma, & minoris pon- 7
deris? & Iacobus, Dinus, Albericúſque hîc cẽſuerunt tẽpus contractus adtendendũ[9]. aurei
enim qui tempore ſolutionis in commercio ſunt, alia res, quàm qui promiſſi ſunt, vidẽtur:
ideo aliud pro alio ſolui non poteſt, quæ ſentẽtia probabilis eſt: in qua tamen re ampliùs di
ſtinguendũ eſt[10]. Enimuerò adnotant hîc Doctores, ſicut per expreſſum diem † quis in I.
mora conſtituitur, ita etiam ex tacito, par enim eſt expreſsi, tacitíq; virtus[11]. Imò quando- 8
que dies tacita, quæ auctoritate legis inducta eſt, plus quàm ea, quę à cõtrahentibus expreſ-
ſa ſit, poteſt, adeò vt non effectus moræ ſimplicis tantũ, ſed eius quoque quæ litis conteſta-
tione contracta ſit, habeat[12]. nec mirum eſt, plus legẽ poſſe, quàm cõtrahentes ipſi poſsint.
Procedit ergo concluſio † non ſolum in die quæ ex partium voluntate præſumitur, ſed II.
etiam quæ legis diſpoſitione inducitur, imò hęc potentiùs * interpellat[13]. nam & talis dies, 9
ſi pœna quoque adiecta ſit, moræ purgationẽ iure noſtro impedit[14], licet Pontificũ huma- 10
nitate aliud quàndoque cõſtitutum reperiatur[15]. Sanè & † in tẽpore, quod cauſa huma III.
nitatis conceſſum reo eſt, dubium nõ eſt regulæ eſſe locum[16]: & ideo tunc incipere vſuras 11
currere[17]. quod hîc latiùs Iaſ. tractat. Addit Bart. ex ſubintellecta † ſeu tacita quoq; die IIII.
debitorem in mora conſtitui, quamuis incerta ſit, dum tamẽ eo effectu ſubintelligatur, vt 12
promiſſa celeriùs adimpleantur[18]. cuius rei exẽplum eſt, cùm lex ſubaudit diẽ, cùm credi-
tor petierit[19]. Perpetua tamen nõ eſt ſupraſcripta concluſio, ſiquidem vt dixi, cùm dies in-
certa eſt, quam ſcilicet debitor † præuidere non potuit, ea regulariter in mora neminem 13
conſtituit[20], ſicut & quotieſcunque talis ſit incertitudo, quæ natiuitatem obligationis, vel
exercitium actionis impediret quod alibi Bar. declarat[21] idémq; (vt ego arbitror), quoties
lex ſolius debitoris fauore diem ſubintelligeret, vt, ſcilicet, cõmodiùs præſtari poſſet, vel
alia ratione[22], ne quod in fauorem inductum eſt, vertatur in odium[23].

1 d. l. iij. §. fin. Fulg. Alexan. d. l. vinum. in fine.
2 Bart. l. item illa. in fin. de conſt. pec. Picus, & Decius. d. l. vinum.
3 Argu. l. ſi prædium. C. de præd. min. Alber. l. arbitrio. §. de eo. in fine. de dolo.
4 l. ſi fundus. de euict. Bart. l. ſemper. in ſtip. de reg iur. Ang. Mod. d. l. vinum.
5 l. Imperatores. de contr. empt.
6 ca. dilecti. de foro comp. Hoſtiẽ. in l. ſum. de empt. §. quibus. in fin.
7 arg. d. l. ſemper. in ſtip. vbi Bart.
8 Doct. Rub. extra. de conſuet. & not. ſ. l. cum filius. §. in hac.
9 l. filiæ. in fine. de cond. & dem. Alb. l. ij. C. de iu. emp.
10 l. cùm quid. ſi cert. petat. vbi dixi.
11 d. l. cùm quid.
12 l. fin. §. præterea. verſic. ſin autem. C. de iur. dot. vbi Bald. & Sali.
13 c. licet canon. verſi. abſq; monitione. de elect. in vj.
14 l. ij. C. de iu. emphyt.
15 c. potuit. de loc.
16 Glo. l. ſi mora. ſol. mat.
17 l. j. §. exactio. C. de rei vxor. act. Doct. l. promiſſor. §. j. de conſt. pec.
18 Bartol. d. l. ſi inſulam. v. oppoſ.
19 l. qui Romæ. §. Flauius. j. eod.
20 d. §. Flauius.
21 Bart. d. l. ita ſtipulatus. q. ij. verſic. ſed iuxta hoc.
22 Arg. l. ſi cum præfinitione. ſ. quando dies leg. l. mancipiorum. de op. leg.
23 Cin. Bald. l. fin. §. j. C. de iure do.

SVMMAE.

1 ☞ *Hæreditatem conuentione etiam iurata non deferri: huius multiplex ratio. 6.*
7 *Pœnam iuramento firmari.*
8 *Renuntiare hæreditati patris viui nõ poteſt iurans, mortui contrà.*
9 *Capit. ij. de pact. in vj. ſenſus.*
10 *Renuntians iuramento inſtitui poteſt.*
11 *Donari inſtituto in caſum reuocationis non poſſe.*
13 *Donatio omnium nulla.*

## LEX LXI.

STIPVLATIO HOC MODO. Stipulatio, vel pactio qua quis 1
promittit † aliquem hæredem inſtituturũ, non valet[24]. Vnde nec pro- I.
miſsio pœnalis, Si non inſtituerit, tantum dari, valet, vt hîc dicitur: quia
quod purè prohibitũ eſt, nec ſub cõditione quidẽ fieri permittitur[25]. Nec
refert, pœna damnũ inferat, an amiſsionem lucri[26], ſit de iure magna, an
modica, quod aliqui tradiderunt[27]. Sed quæ nam eſt ratio, vt nullius mo-
menti ſit hæc ſtipulatio? & hîc dicitur, quia contra bonos mores. Sed cõciſa nimis breuíſq;
hæc eſt ratio. Vnde declaratione indiget, an ergo, quia libera debet eſſe teſtatoris volun-
tas, nec* pactionibus vllis adſtringi quod omnes hîc tradũt[28]. Sed hæc piſtilli retuſio eſt re 2
uoluimúrq; eodẽ cur enim magis hæc debet eſſe libera, quã cæteræ diſpoſitiones? quæ qui-
dem pactis reſtringi poſſunt, an ergo (quod durum viſum eſt) vt quis habeat quem nolit
hæredem[29], incitarentúrque homines ad prodigendum, abutendúmque, ſed & materia
captatoribus præſtaretur: vnde plerique fraudari poſſent, an quod teſtandi facultas ex
iure publico eſt, auctoritate legiſlatorum inducta, ideóque priuatorum pactis arctari non
poteſt[30]? Quæ ratio ad ſequentẽ caſum magis pertinet. Nempe cùm quis nõ facultatem II.
teſtandi per promiſsionem teſtamẽnti in futurum faciendi reſtringit, ſed in præſentia
pacto

24 l. ex eo. de inut. ſtip. C.
25 l. Seius, ad leg. Fal.
26 l. cum donationis. C. de tranſact.
27 Raph. Crot. hic.
28 l. j. C. de ſacroſ. eccleſi, l. ſi fratres. §. idem reſpondit. j. pro ſoc.
29 §. ſed ſi qs. Inſt. de adop.
30 l. iij. ſ. de teſta.



pacto hæreditatem defert, vt cùm quis paciſcitur, vt filia, vel agnatus ſibi ſuccedat, non
valet id pactum obuentionem bonorum poſt mortem inducens[1]: quoniam lex quæ ſpe-
ciali fauore permiſit, vt quis de bonis ſuis in eũ caſum diſponeret quo mortuus eſſet[2], ſta-
tuit etiam quibus modis id fieri vellet, per teſtamẽta videlicet & codicillos, vnde repræſen
3 tari defuncti ipſius perſona poſſet. Qui igitur beneficio legis * vti velit, eius formã quoque
ſeruare debet, non autem pactis hæreditatẽ transferre quod Bar. reſpondit, & cæteri pro-
III. bant[3]. Hinc & ad tertiũ caſum inferri poteſt, cũ quis nõ ipſe poteſtatem teſtandi ſibi re-
ſtringit, ſed aliis, quod in ſe eſt, remittit, vt cùm filius hæreditati patris viuentis renuntiat:
4 & lex ait tale pactũ iuris auctoritate improbari[4]: quia priuatorum * pactiones legũ aucto
ritate nõ cenſentur[5]: defertur enim hęreditas iure publico, huiuſmodi pactionibus non at-
IIII. tentis[6]. Sed quid cùm quis de viuentis hæreditate cũ alio paciſcitur? & hæc pactio pura
5 putà contra bonos mores eſt[7]: quoniã * occaſionem captandæ mortis dat, periculoſique
euentus plena eſt, maléq; lex de eo præſumit, q. de viuentis hæreditate ſit ſolicitus[8]. Meritò
ergo omnibus iſtis caſibus nihil agitur. Sed quid ſi iuramẽti religio acceſſerit? & duobus ca
I. ſibus res eſt nullius difficultatis quin iuramentũ non valeat. Nempe † cùm de viuentis
6 hæreditate quis cũ alio pactus eſt, delinquit enim, bonáque per fiſcum auferũtur, tanquam
II. ab indigno[9]. at iuramentũ nec ius fiſci tollere poteſt, nec delicta cõfirmare[10]. Idémque
eſt cùm pactum obuentionẽ bonorũ poſt mortem inducit[11]. cùm enim aliis modis teſtari
quis nequeat, quam ſecundũ legis diſpoſitionẽ, iuramentũ rem impoſsibilem non confir-
mat[12]. Magis dubiũ eſt, quid in caſu legis noſtræ, cùm quis centũ promittit, ſi nõ inſtituerit
& Bart. adhuc non cõfirmari iuramento promiſsionẽ exiſtimat: quia hîc dicitur cõtra bo-
nos mores id eſſe[13], vidẽtúrq; frequentius Doctores hãc ſententiã ſequi. At Bal. & alij qui-
dam contrà quorũ ſententia hoc caſu probabilis videtur. hæc enim ratio, vt libera ſit teſta
menti facultas ad bonos mores ſecundum ius ciuile pertinet, non ſecundũ ius naturale. du
bium autẽ non eſt iuramentũ aduerſus bonos mores iure ciuili duntaxat perpenſos à Pon-
tificibus obſeruari[14]. Nec me mouet ſi diceretur, quod de vltimarũ voluntatum ſubſtantia
eſt, vt ſint ambulatoriæ, & reuocabiles, at iuramentũ tanquam cõtra ſubſtantiam actus id
impedire non debet[15]. reſpondeo haudquaquam id ſatis verũ eſſe[16]. & vt verũ ſit, nos non
7 de ipſa vltima volũtate hîc loquimur, ſed de pœna † ſub conditione promiſſa, cuius condi
tio euenit videtur certè iure Pontificũ iuramento cõfirmari. Finge cõſtituiſſe me procura-
torem, promiſiſſéque eũ nũquã reuocare, & ſi reuocarẽ, promiſiſſe pœnam iuraſſéq;: certè
nulla eſt ratio, quin pœnæ ſit locus: cum aliàs & in id, quod intereſt, agi poſsit[17]. cur nõ &
idem in caſu noſtro? Minùs dubitationis habet quæſtio in alio caſu, cùm pactũ ad renũtia-
8 tionem † hæreditatis pertinet. cõſtat enim tali caſu iure Pontificũ religione confirmari[18].
Sed dubiũ eſt, quid ſi talis promiſsio à ſorore fieret ipſi fratri, vt quia ad eius vtilitatẽ pro-
mitteret ſe nõ ſucceſſuram patri ſuo? & ſi pater iam eſſet mortuus, res eſt clara valere pa-
ctum[19]. Quòd ſi pater viuat, & pacto nõ conſentiat, cùm de hæreditate viuentis ſit, non fir
matur iuramento, vt ſuprà dixi[20]. Vnde nihilominùs qui renuntiauit, admittetur ad ſuc-
ceſsionem, licet fiſcus tanquã ab indigno auferre poſſet[21]. Si verò pater conſentiat, rece-
ptior eſt ſententia valere pactum: quod Bald. Raph. Aret. Iaſon cæteríque tradiderunt[22].
9 Conſtitutio † enim Pontificia, quæ iuramento firmari renuntiationem patri factam ait[23],
ſatis hac in ſpecie procedit, cùm fratri facta eſt: dum tamen cõſentiente patre[24]. Sed quid
10 ſi † pater renuntiationi quidem conſenſit, verùm deinde ipſam renũtiantem nihilominùs
inſtituit, an renuntians propter iuramentum ſuum excludatur? & Bar. hîc nõ excludi cen-
ſuit. ſi enim eam inſtituere pater non poſſet conſenſus ille liberam facultatem teſtandi re-
ſtringeret: meritò nihil obeſſe debet[25]. quam rationem Pontanus, Iaſon, Claudiúſque non
probant? cùm quoſlibet alios poſsit inſtituere[26], vt in matrimonio quoque videmus: niſi
reſpondeas laxiorem requiri in teſtando facultatem[27]. melior tamen eſt illa ratio, quia
pater eam inſtituendo, videtur illi remittere iuramentũ quod facere poteſt[28], ſicut & con-
ſenſum arbitratu ſuo reuocare[29]. & hanc ſententiam conſtat communiter approbari, ſed
quid ſi filia iurata hæreditati paternæ renũtiauit tam ab inteſtato, quàm ex teſtamẽto ſibi
deferendæ? & Alex. tali caſu filiã quãuis inſtitutam nõ poſſe ſuccedere exiſtimauit, aliàs re
nuntiatio quod ad cauſam teſtamẽti adtinet, nihil operaretur[30]. Vnde credendum potiùs
eſt, voluiſſe patrem cum talem renuntiationem acceptaret, futuræ inſtitutioni derogare[31].
Sed Pont. Iaſon, aliiq; recentiores cõtrà. Subeſt enim ſemper ea ratio, vt teſtator iuramen
tum ei videatur remiſiſſe[32], verbáq; renuntiationis ex teſtamẽto intelligãtur, quando non
ſecundũ patris volũtatem ſed aduerſus eius ſententiã ſuccedere vellet[33]: vnde nõ poſſet pe
II. tere ſupplementũ legitimæ: quia illud eſſet cõtra voluntatẽ[34]. Enimuerò quęritur rurſus,
11 Teſtator, inſtituto † Titio, adiecit teſtamento ſuo clauſulã, ſi vnquã reuocaret illud teſta-
mentũ, eo in caſu ſe bona ſua ipſi Titio donare inter viuos, an valeat huiuſmodi donatio?
& Bartol. non valere cenſuit, tanquam in pœnam mutationis teſtamenti facta ſit. Vnde
impeditur

1 l. hæreditas. C. de pa. con. l. pactum quod dotali. C. de pact. vbi dixi.
2 l. in tempus. de hære. inſt. gl. l. illa. inſtitutio. de hære. inſtitut. Iaſ. rub. C. qui teſta. fac. poſſ.
3 Bart. conſil. ccxij. Deci. l. pactum. C. de collat.
4 l. pactum. C. de collat.
5 l. fin. ſ. de ſuis & leg.
6 l. ſi quando. §. j. C. de inoffic. teſt.
7 l. fin. C. de pact. l. quidam. in fine. de don.
8 l. ij. §. interdum. de vulg.
9 d. l. quidam. in fine.
10 c. & ſi Chriſtus. de iureiur.
11 d. l. hæreditas. d. l. pactũ.
12 l. ius publicum. de pact.
13 c. non eſt obligatorium. de reg. iur. in vj.
14 cap. ij. de pac. in vj. Canon. c. cùm contingat. de iureiur.
15 cap. fin. de procur. in vj. glo. reuocatus.
16 l. vbi. de don. ca. mort.
17 Felin. cap. ex parte de cani. de reſcrip.
18 d. cap. ij. de pact. in vj.
19 l. ſi actionem. C. de pact. vbi dixi.
20 l. fin. C. de pact. Perr. & Imo. Gem. d. c. ij. Alexã. hic.
21 d. c. ij. d. l. quidam. in fin.
22 Doct. hic Aret. l. qui ſuperſtitis. de acquir. hær.
23 d. capit. ij.
24 l. cum pater. §. libertis. vbi Bartol. de leg. ij. l. is qui hæres. §. fin. vbi Bald. de acquir. hæred.
25 d. l. ſi fratres. §. idem reſpondit.
26 l. cum ita legatum. in princ. de cond. & dem.
27 d. l. cùm donationis. cũ glo. l. Titio. §. j. de cond. & demonſt.
28 cap. ij. de ſponſ. l. fin. qui & à quibus.
29 d. l. finali. C. de pact.
30 l. ſi quando. de leg. j.
31 l. ſi mihi. §. in legatis. vbi Doct. de leg. j.
32 cap. j. de iureiur. Bart. l. Labeo. de iureiur.
33 l. ſi patronus nõ aluerit. de bo. liber. in fin.
34 l. omnimodo. C. de inoffic. teſt. Imol. Gem. d. cap. ij. Aretin. l. qui ſuperſtitis. de acqui. hær.

impeditur libera teſtamenti factio. quæ ſententia ſupràſcripta ratione vera communitér-
que approbata eſt[1]. nihil enim videtur in pœnam reuocationis teſtamenti adſcribi poſſe.
quod argumento legis noſtræ oſtendi poteſt, quæ etiam in minima pœna locũ habet, quod
Bal. tradit[2] quam ſententiam ego procedere arbitror, etiam ſi eccleſiæ talis donatio fiat,
vt Pont. & Crot. hîc aduerſus Iaſonem cenſuerunt. nec enim hac in re vllum eſt eccleſiæ
priuilegium, ſicut nec militum, ſi militi donatum proponeretur: licet ſecùs ſit, ſi ipſe teſta-
tus eſſet, quod alibi diſputaui[3]. Sed quid in legato dicemus, an poſsit teſtator in caſum re-
uocationis legati, rem particularem legatario * donare? & videtur poſſe[4]. Non enim re- 12
ſtringitur per rei particularis donationem teſtandi facultas[5]. quod Baldus, Pon. Alexan-
dérque cenſuerunt: receptiórque eſt ſententia, licet facilè poſsit ſubuerti[6], cùm (vt ſuprà
diximus) aliud in matrimonio ſit, quàm in vltimis volũtatibus. Addit Crotus ſi huiuſmo-
di donatio legitimam ſummam excedat, non tamen vitiari, quòd inſinuata non ſit[7], tan-
quã origo adtendatur, quæ magis ab vltima voluntate, quàm à contractu inter viuos pro-
uenit[8]. qua in re me ſectatorem non habebit: nihil enim obſtat, quin contractus in teſta-
mento fieri poſsint[9], & ex contractuũ non autem teſtamenti natura cenſeantur[10]. Tan- III.
dem quæritur, an † poſsit quis omnia bona ſua præſentia, & futura donare? & concludit 13
Bart. non poſſe: quia hoc modo nihil haberet quo deteſtaretur, ſicque vltimi iudicij liber-
tas tolleretur. Sed hanc ego quæſtionem ſicut & aliàs diffusè ab Alexandro cæteriſque hîc
tractatas alibi, id eſt, locis ſuis diſputaui[11]. & ideo operæpretium non arbitror in præſentia
repetere. *Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.*

1 l. pactum. d. l. cum donationis. Alex. conſi. xxv. in iij.
2 Bal. hic. & c. ij. ad fin. de feu. dat. in vic. leg. com.
3 l. licet. C. de pact.
4 l. vbi. de don. cau. mortis. Crotus. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.
5 arg. d. l. cum ita legatum. de condi. & demonſtra.
6 d. §. idem reſpondit. Cur. iunior. conſ. lvj.
7 l. ſancimus in princi. C. de donat.
8 arg. l. ſi filius. C. ad Mac.
9 gl. l. heredes palam. in fi. de teſtamen.
10 Bar. l. cũ quis. §. codicillis. de leg. iij glo. l. etiam. de inoff. teſta. l. fin. vbi Bart. C. de fideicommiſ.
11 d. l. pactum, quod dotali. d. l. licet. d. l. fi. C. de pac. d. l. cum donationis.

SVMMAE.

3 ☞ *Inuito ei, cuius iuris ſum, quæro. 4. 5. 7. ex cauſis contrà. 9. 11.*

## LEX LXII.

SERVVS, VETANTE. Seruus domino *, quamuis inuito acqui- 1
rit[12]. Sed cùm inuito beneficium non quæratur[13], nec donatio[14]: qua ra-
tione dicemus hoc inductum eſſe? atqui videmus beneficium, quod in no-
lentem confertur, incommodum, & damnum cẽſeri[15]. quis enim inuitum
(inquit Horatius) ſeruare laboret? & rurſus, Inuitum qui ſeruat, idem fa-
cit occidenti, idque maximè in ſeruo cenſendũ: cuius vox * domini ipſius 2
vox cenſetur[16], quíque ex domini ſui duntaxat perſona ſaltem in abſtracto ius capiendi
habet[17]. Sed † tamen hîc aliter dicitur, & inuito domino per ſeruum quæri: ſicut & per fi- 3
liumfamiliàs patri non vno in loco receptum eſt[18]. Quæ igitur eſt ratio? an (quod Rai. I.
Imoláque cenſuerunt) quia ius futurum repudiari non poteſt[19]. Sed hoc parum ad rem fa-
cit: quia legi noſtræ locus eſt, etiam ſi dominus in ipſo ſtipulationis à ſeruo conceptæ actu
repugnet: quo caſu non ius futurum, ſed præſens remittit. An (quod ab iiſdem traditum II.
eſt) quia ſeruus etiam inuitum dominũ de peculio obligat[20]. vnde † eadem ratione etiam 4
inuito debuit poſſe acquirere[21]? Sed hæc ratio difficultatem potiùs auget, quàm minuat, ſi
enim dominus inuitus de peculio obligatur, eſt quod ſibi imputet, qui reuocare peculij
conceſsionem arbitratu ſuo poteſt[22]. An ergo (quod Iaſ. mauult) quia acquiſitio hæc III.
auctoritate legis propter vinculum poteſtatis patriæ, vel dominicæ fit[23], cuius effectum
directò tollere dominus non poteſt[24]. quæ ſententia certa eſſet, ſi ad ius publicum hæc ſpe-
cies pertineret: poteſt enim tali caſu etiam inuito acquiri[25], poteſt † etiam inuito acquiri 5
liberatio, quia eius vinculum in creditoris ipſius bonis eſt, & conſequẽter in eius facultate
reſidet[26]. quæ omnia in legis noſtræ caſu ceſſant. Ego accepi * renuntiationes, quæ ad- IIII.
uerſus naturam actus ſunt, vitiari, actum verò valere quoties non ideo vllum renuntianti 6
irrogatur damnum[27]. Vnde cùm iuris diſpoſitione, quicquid † ſeruus acquirit, domino 7
acquirat, etiam aduerſus domini voluntatem acquiret: quia nullũ inde dominus damnum
patitur, cùm poſsit deinde re ipſa non acceptare. & hoc eſt quod Accur. ait acquiri domi-
no, ſed non irreuocabiliter. Propriè tamen illud cuique acquiſitum videtur, quod[28] ir- I.
reuocabiliter quæſitum eſt[29], quia illud † factum propriè dicitur quod perpetui facti effe 8
ctum habet[30]. Et ex hac ratione † infertur, vt ſi ex ſerui ſtipulatione domino damnum II.
inferri poſsit, non priùs ei quæratur, quàm ratum habeat[31]. Addit Iaſon nec poſſeſsio- 9 III.
nem quidem domino inuito per ſeruum quæri poſſe: & ideo lex acquirere eos poſſeſsio-
nem ait, ſi ipſi velint[32]. Sed hæc ſententia vera non eſt: pronomen enim, *Ipſi*. ad ſeruos, non
ad dominos refertur: expreſſéque lex ait, inuito domino, factam ſeruo traditionem * ex 10
cauſa donationis ius in dominum transferre[33]. receptiſsimáque hæc eſt ſententia[34]. Poteſt
tamen Iaſoniana defendi in poſſeſsione iniuſta[35]. Faciliùs igitur limitationẽ † Bal. pro- IIII.
bauerim, qui nõ procedere in monacho legem noſtram exiſtimauit: licet enim monachi 11
ſimilitudine

12 l. etiam. de acqui. rerum domi.
13 l. inuito. de reg. iur.
14 l. hoc iure. §. non poteſt. de donat.
15 l. ne quis. vbi Ange. C. de decur. lib. x.
16 §. ei qui. inſt. de inut. ſtipu.
17 l. debitor. §. ſeruo. de lega. ij.
18 l. quemadmodum. de iu. dot.
19 l. ſi ita ſcriptum. §. j. de leg. ij.
20 l. ſi quis ſeruum. §. etiã. de pecul.
21 c. qui ſentit. de regu. iur. in vj.
22 l. iiij. de pecu.
23 l. placet. de acquir. hære.
24 l. nemo poteſt. de leg j.
25 l. j. & ij. de lib. cau. l. non tantùm. de appel.
26 l. ſolutionem. ]. de ſol. l. ſoluendo. de neg. geſt.
27 l. vj. §. j. vbi Bart. de pec. leg. l. cum precario. de prec. l. j. §. pen. depoſ.
28 glo. §. item vobis. verbo inuitis. inſt. per quas per. vbi Ange.
29 l. aliud eſt capere. de ver. ſigni.
30 Bart. l. ſeruus. de pœnis.
31 d. l. quemadmodum. l. duo. §. j. de prec. vbi gloſ. l. j. vbi doc. C. qui admit.
32 l. j. §. hæc quæ. de ſeruis, de acqui. poſſ.
33 d. §. item vobis.
34 glo. l. j. §. item acquirimus. verbo peculiariter. de acqui. poſſ.
35 l. quod ſeruus. eo. tit.



ſimilitudine quadam cum ſeruis cenſeantur, in eo tamẽ differunt, quòd inuito cœnorbiar-
cha ſuo nullam habere vocem exiſtimantur[1]: & ideo quicquam aut nolle aut velle mona-
chus nequit: niſi quatenus Abbas ipſe permittat[2] quæ ſententia iure Pontificio veriſsima
eſt, lege enim ciuili ampliùs iuris videntur habere[3].

1 xij. q. ij. non dicatis.
2 c. fin. de teſta. in vj.
3 l. fin. §. j. C. de epiſ. & cler.

SVMMAE.

1 ☞ *Conditionum priore ſtipulationem committi.*
2 *Siue, vocem variè accipi. 3. 4.*
5 *Siue vocem variè interpretari.*
8 *Stipulationem pluries, niſi in caſibus, non committi. 9. 11. 12.*

## LEX LXIII.

1 SI ITA QVIS STIPVLETVR. Qui † ſub conditionibus dua-
bus diſiunctim promittit, ex ea dũtaxat obligatur, quæ priùs euenit: quo-
niam (vt inquit Bal.) ex duabus cauſis ad vnum finem tendẽtibus, quæ
celerior, eſt negotium omne conſummat[4], ídque regulare eſt, niſi aliqua
æquitas ſit in contrarium[5]. ſi ergo prima deficiat, eueniente poſteriore,
committetur ſtipulatio, nec enim vnius cõditionis defectus euentum al-
terius impedit, ſatíſque eſt in alternatiuis alteram partem veram eſſe[6]. Adnotántque hinc
2 doctores dictionem, *Siue*. alternatiuam eſſe † & non verba tantùm ſed & ſenſum diſiunge-
re. quæ ſententia vera eſt, cùm in clauſula iteratur, vt in caſu legis noſtræ[7]: tunc enim con-
iunctio eſt ex conditionali, *Si*. & diſiunctiua, *Ve*. compoſita, & perinde intelligitur ac ſi di-
3 ctum eſſet, Si vel nauis ex Aſia veniat, ſi vel Titius conſul factus ſit. vnde & † ſuſpenſiua
quandoque eſt, actus enim interim ſuſpenditur, dum altera conditio eueniat. Quòd ſi ite-
rata non ſit, non videtur propriè diſiunctiua eſſe, ſed aduerbij potiùs, quàm coniunctionis
4 vim habere, quod Græci διασαφητικῶς ideſt, interpretationis † aduerbium vocant[8]. vnde ſi
dicam Alex. ſiue Paris Alex. illũ intelligo q. Paris dictus eſt[9]. túncque hæc vox ſenſum non
5 diſiungit, ſed interpretatur. † quod fieri etiam corrigẽdo poteſt[10]: & augendo, vt cùm quis
legat pecuniam, quã Romę, ſeu Peruſij habet[11]. Sentit tamen hîc Bar. cùm hæc dictio inter
diuerſa ponitur, ex natura orationis, vel ſubiecta materia in vim diſiunctæ quandoque ac-
6 cipi[12]. quod & Iaſon tradit, & probabile eſt. Rurſus adnotãt Doctores † ſtipulationem, quæ
ex euentu cõditionis ſemel commiſſa eſt, ampliùs non cõmitti. quę cõcluſio in legis noſtræ
caſu certiſsima eſt: vis enim verborum hoc inducit: cùm qui centum ſub duabus conditio
7 nibus diſiunctim promittit, non, niſi ad vna centum, ſe obliget. Qua ratione † & generali-
ter traditum eſt, ſtipulationem, quæ in id commiſſa eſt, quod in ea principaliter deductum
eſt, iterum non committi[13]. Idémque, ſi in id, quod intereſt, in totũ commiſſa ſit, non enim
amplius committi poteſt[14]. vnde & qui domum facere promiſit, ſi vniuerſum ſoluat, quod
ſtipulatoris intereſt[15], non poteſt particulariter deinde conueniri[16]: aliàs eiuſdem rei du-
plicem ſolutionem ſtipulator conſequeretur, quod abſurdum eſſet. Procedúntque ſuprà
8 ſcripta ſecundum regulam, qua traditum eſt ſermonem ſimpliciter prolatum de primo
I. actu * intelligendum eſſe[17]. Quid ergo, ſi verba ſtipulationis tractum habeant? & † po
9 ſteriores quoque actus reſpiciant, & tunc conſtat poſſe pluries committi eandem ſtipula-
10 tionem, vt cùm quis promittit, nec per ſe, nec per hæredẽ ſuum vim facere[18]. ſermo * enim
negatiuus ex primo duntaxat actu nõ cenſetur, ſed perſiſtentiam requirit. quod & Oldra-
II. dus reſpondit[19]. Quid † rurſus, ſi vna conceptione verborum plures ſtipulationes in-
11 ductæ ſintn nihil enim prohibet vnam hodie committi, aliam alio die[20]. Quid item ſi
III. ſtipulatio † reſpectu eius, quod intereſt in actu iterabili * inducta ſit? nónne cùm quoties
12 contrà, quàm cautum eſt, fiat, toties interſit, æquum eſt ſæpiùs committi ſtipulationem[21]?
13 IIII. ſuadet enim id rei natura, & vt indemnis ſtipulator præſtetur[22]. Quod generaliter
Bartolus cenſuit, quoties ſtipulatio reſpectu eius quod particulariter intereſt, inducta eſt:
V. ſubeſt enim ſemper hæc ratio[23]. Sed quid in pœna reſpondebimus? & ſi reſpectu eius
quod intereſt adiecta ſit, idem videtur dicendum, quod de eo, quod intereſt ſuprà dixi-
14 mus[24]. quòd * ſi contemptum reſpiciat, ſecùs eſt, ſuadet enim humanitas, vt non niſi ſemel
VI. committatur, niſi aliud expreſsim actum ſit[25]. Quid ſi id, quod intereſt, non ſola legis
diſpoſitione debeatur, ſed expreſsim à partibus promiſſum ſit? & idem eſſe Imola Areti-
15 núſque cenſuerunt, tanquam id expreſſum * ſit, quod tacitè inerat[26]: neque enim ideo mu
VII. tatur eius natura, quia expreſsim in conuentionem deductum ſit[27]. Sanè illud conſtat
pœnam legalem toties committi, quoties delictum ipſum iteretur, quod latiùs alibi attin-
gitur[28]. Certum tamen eſt pœnam, quæ ipſo iure imponatur, tum demum locum habere,
cùm deli

4 Bal. l. j. C. de ſer. fug. Pau. Iaſ. hic.
5 auth. ſed & ſi. C. de ſecũ. nup. vbi Bal. ij. intellectu.
6 l. hæc verba, ille. de ver. ſigni.
7 l. huiuſmodi. ]. quando di. leg.
8 c. j. in fine. de cog. ſpirit. in vj. c. generali. de elect. eo. lib.
9 Rub. C. de nauicul. libro xj. vbi Bar.
10 l. ad protegẽdam. C. de in lit. dan. tut. c. Romana. §. cum autem. de appel. in antiq.
11 l. ſi quis ita. de au. & ar. dixi. l. ſæpe. §. j. de verb. ſig.
12 l. ij. de bon. vac. C. lib. x.
13 l. venditor. ij. in princ. de hær. vel act. vend.
14 l. cum quęrebatur. ]. iud. ſol.
15 l. ſi ita. ij. ]. eo.
16 l. continuus. §. item qui inſulam. ]. eo.
17 l. boues. §. hoc ſermone. de verb. ſigni.
18 l. ſi ſic. ]. eo. glo. l. hoc genus. de condi. & demon.
19 Old. conſ. xvj.
20 l. quod dicitur. in fine de euict.
21 l. j. §. habet. ]. vſumfruct. quem. caue.
22 l. iij. §. quæſitum. ſi cui plùs.
23 l. ſi procurator. ]. rẽ rat. hab. l. iiij. §. pen rem pupil. ſal. for.
24 argu. l. prædia. ]. de act. emp.
25 l. duo. §. fin. de arb.
26 l. ſtipulationes non diuid. §. j. ]. eod.
27 l. inſulam. ]. eo. l. cùm ſtipulatus ſim à Proculo. vbi Bart. ]. eo.
28 l. inficiãdo. §. infans. de fur. vbi Bar. vj. q. j. imitare.

cùm delictum conſummatum ſit. quod poſt veteres Bal. cenſuit[1]. & nos alibi docuimus[2].
SED ENIM. Coniunctio expletiua. vt enimuero. Virg. Sed cùm ſcelerúmque in-
uentor Vlyxes.

1 Bal. l. ſi quis non dicam. C. de epiſc. & cle.
2 l. ſæpe in fine. de ver. ſig.

## SVMMAE.

1 ☞ *Conditionem in annuis retrò trahi poſſe. 3. ex cauſis contrà. 4. 5. 6.*
7 *Vſurarum conditionem retrò non trahi.*
10 *Conditio iudicis retrò non trahenda.*

## LEX LXIIII.

HVIVSMODI. Valet †ſtipulatio, qua id agitur, vt, eueniẽte conditio- 1
ne, retrò annua pecunia ex die contractus debeatur, videtur autem id
actum, quoties appoſita eſt illa vulgaris clauſula, *Ex tunc pro ex nunc.* debe-
ri, quam latiniùs hic concipit iuriſconſultus, *Tunc ex hac die.* quamuis enim 2
dictio, *Tunc.* ad finem * referatur[3], tamen per adiectionem illã, *Ex hac die.*
ſatis oſtenditur id actum, vt ad initium trahatur retro diſpoſitio, quã ra-
tione contrariam illã cauſulam, *Ex nunc prout ex tunc.* ſolent veteres eleganter repetita die
dicere[4], ineptáq; eſt eorũ interpretatio qui, *Hac die.* pro, *Illa die.* declarari poſſe exiſtimant,
& ad tẽpus eueniẽtis conditionis ſolùm referri[5]. Non admitteret id Laurẽ. Valla, &( more
ſuo ) in noſtrates Doctores ſtomacharetur. Ineptior eſt & eorum concluſio, qui dictionem
tunc retrò ex ſe ipſa reſpicere aiunt. falſum hoc eſt & aduerſus vim verbi dictum. nec Ac-
cur. aut quiſquã id ſenſit, ſi eorum verba rectè intelligantur[6]. Sed quænam legis noſtræ fuit
dubitatio? & Accur. Dinus Iac. & Alber. meritò dubitatum aiunt: quia ſtipulatio hæc vide-
tur præpoſterè concepta: cùm id inducat, vt eius temporis pecunia debeatur, cuius adhuc
orta non fuit obligatio, ante euentum enim conditionis conſtat nihil debitũ fuiſſe[7]. Vnde
conſequens eſſet, vt ſecundum legem Iuſtiniani id Iuriſconſulti reſponſum fuerit à Tribu
niano, eiúſque collegis emendatum[8]. Veriſimile tamen mihi fit, non eſſe omnino pręposte
ram hanc conceptionem, & ideo etiam ante legem Iuſtiniani valuiſſe ſtipulationem: non
enim † præpoſtera eſt ſtipulatio, quando expreſsè in ea actum eſt, vt trahatur retro[9], & ſi- 3 I.
cut poſt cõditionis euentũ, præteriti tẽporis vtilitas peti poſsit[10]. Quid ergo ſi expreſsè
actum non ſit, vt quia ſtipulatio hoc modo concepta, *Si Titius conſul fuerit in annos ſingulos dare
dena?* & Cyrillus Homodeus, quem Alber. ſequitur idem eſſe ait, vt nihilominus dena à die
contractæ ſtipulationis debeantur. Conditio enim retrò ad diem celebrati contractus tra-
hitur[11]. quæ ſententia legi noſtræ aduerſatur, vt meritò Paul. Caſt. & Iaſ. aliud ſentiãt. Nec 4
verum eſt cõditionem † reſpectu præſtationis retro trahi. cùm enim præſtatio ob pœnam,
vel moram fieri ſoleat, & ante euentum conditionis nulla ſit obligatio, nec vllus quidem
moræ, aut pœnæ effectus eſſe debet[12]. oportet ergo id expreſsè actum eſſe, vt cùm ex mora II.
aut pœna deberi non poſsit, ex conuentione ſaltem debeatur[13]. Sed quid ſi cõcepta ſint
verba, *Ex illa die dena dari.* & cenſuit Barto. non niſi ab euentu conditionis computationem
ineundam: quoniam pronomen, *Illa.* eſt demonſtratiuum diſtantis termini, quæ ſententia III.
vera eſt. Addit, & rectè, Cyrillus Homodeus, idem eſſe, ſi † ſimpliciter dictum eſſet, *Tunc* 5
*dena dari.* quoniam dictio, *Tunc.* ad finem termini refertur[14]. quod & Alber. probat. Adii- IIII.
ciunt † alij nec tunc legi noſtræ locum eſſe: cùm aliàs licitus vſurarum modus excedere- 6
tur[15]. Finge ergo cum eo, qui quotannis quincunces vſuras debebat, actum eſſe, vt ſi aliquo
anno † ceſſaret, ex die ſtipulationis ſemiſſes darentur, & poſt aliquot puta decem annos 7
commiſſa ſit ſtipulatio, quia debitor ceſſauerit: cùm enim quinque eo anno deberet, ſi com
putatio ſemiſsium fieret, addenda eſſent alia decem, & ſic ex eius anni mora quindecim
ſoluerentur. itémque in futurum perpetuo duodecima centeſimæ, id eſt, vnum augeretur,
vnde legitimus vſurarum modus excederetur[16]: quod fieri non poteſt[17]. hæcque Pauli Iu-
riſconſulti mens eſt, quam non ſolùm Petrus & Imola malè percepit, ſed & cæteri nõ ſatis V.
declarant. Hinc illud inferri poteſt, ſic in his, quæ non † de voluntate cõtrahentium, ſed 8
à diſpoſitione legis pendent, hæc clauſula nihil operetur. Vnde ſi iudex condemnet me ad
ſoluendum decem, & ſi calendis † proximis non ſoluero, ex die præſenti me excommuni- 9
cat non tamen retrò trahetur hæc ſacrorum interdictio, cùm antéquam quis ſit contumax
abominatus cenſeri nequeat[18]. Fiet ergo interpretatio, vt nunc declaraſſe dũtaxat cenſea-
tur me eo tempore futurum excommunicatum. quod Bald. ſenſit[19], & diffuſiùs hîc expli-
cat Alexander.

3 l. ſtipulationes non. §. j. ĵ. eo.
4 l. Iulian⁹. §. pen. ad exhi. l. j. §. ſi quis propter. §. ſeq. de iti. actúque pri.
5 Doct. l. j. in prin. de ope. no. nuntia.
6 gl. l. j. C. de cod. glo. cle. j. de conceſ. præb. Iaſ. hic.
7 §. item ſi quis. inſtitu. de inut. ſtip.
8 l. j. §. ſed & hoc ſtudioſum. C. de vet. iur. enu.
9 l. cum quidam. de vſur. l. lecta. ſi cer. pet.
10 l. ſi cui. §. j. de leg. j. Iaco. hic.
11 l. neceſſariò. §. quod ſi pendente. de per. & com. l. ſi filius. ĵ. eo.
12 l. pupillus. ĵ. eo. Rai. Imo. Iaſ. hic.
13 l. lecta. in fine vbi dixi.
14 l. iiij. in fi. de cõ. & dem.
15 glo. hîc Bart. Alex. cæte
16 d. l. cum quidã. in prin.
17 l. eos. §. cæteros. C. de vſur.
18 xi. q. iij. nemo. Bal. auth. contra cum rogatus. ad Trebel.
19 Bal. c. j. de mil. vaſ. doct. c. pręterea. ij. extra de appel.

## SVMMAE.

1 ☞ *Stipulationem alioqui validam incongruis verbis non corruere.*
2 *Impertinenter reſponderi variè poſſe.*
6 *Stipulationem materiæ diuerſitas non vitiat.*
10 *Mutationem nominum certis ex cauſis vitiare. 11.*

LEX



## LEX. LXV.

1 QVAE EXTRINSECVS VERBA. A propoſito † aliena, vel aliàs
non conuenientia obligationẽ nõ vitiãt, ſi ex aliis verbis vel rei demon-
ſtratione de conſenſu conſtet: proſequitúrq; Iuriſconſultus tres caſus ex
quibus ſupràſcriptæ concluſionis exempla colligi poſſunt.
ARMA VIRVMQVE. Prima hæc eſt ſpecies, cùm quis reſpõſio
2 ni † impertinẽter aliquod carmen vel quãlibet vocẽ inſerit qđ varia ratio
ne fieri poteſt. quãdoq; in vim interiectiõis, quales grãmatici plures habẽt, qualiter & vul-
gus: cùm identidem repetit, in quam, quippe cauſam, quid tale, & ſimilia, qđ genus vitij ad
κακοζηλίαν pertinet, ſicut & cùm quis inter loquẽdũ obſcœnis verbis vtitur, vel blaſphemiis,
quo caſu etiã puniri poteſt, quia aduerſus bonos mores delinquit[1]. Nam vt carmine Menã
dri dicitur, qđ epiſtola ad Corinthios prima Diuus Paulus citat, obcœna mores verba cor-
rũpunt bonos: vnde & prætextatorũ collegiis expelli( vt arbitror) tales poſſunt[2]. non puta
3 rim tamen propriè hũc dici blaſphemũ* cùm ex mala conſuetudine nõ ex animi delibera
tione malè dicat[3], tametſi negari non poſsit ex tali cõſuetudine aggrauari delictũ[4]. quãdo
que pręter expectationẽ id fit, quã figurã gręci παραπροσδοκίαν dicũt: vtũtúrq; ea comici poẽ
tæ, & pręſertim Ariſtophanes riſus captãdi cauſa: cui & nõ abſimilis παρυπόνοια eſt, qualis in
caſu legis noſtræ eſt, quãdoq; quia quis à propoſito decedit, quod vitium ἀπόνοια eſt. interim
enim dum in ſemitam reuerti nititur, impertinentia effutit[5], vt Alceſimarchus adoleſcens
4 ad lænam in Ciſtellaria Plauti. vnde & ſimulãdi furoris* hic eſt aptiſsimus color[6]. vt apud
5 eundem poëtã in Menehmis non tamen temere credet iudex reũ in furorem* incidiſſe, ni
ſi probetur, cũ plerunq; ſimuletur[7] cauſa euitandæ pœnæ[8]. vnde conſequens eſt, vt in caſu
legis noſtræ, ſi id Vergilianum carmen ab eo dictum ſit qui animum obligandi ſe non ha-
beret, non contrahatur vlla obligatio. Hinc adnotant Doctores actum impertinentem ſti
pulationi non obeſſe: dum tamen momentaneus fuerit incontinentíque ſubſecuta ſit re-
ſponſio, quam rem ſuprà diſputauimus[9].
6 SED ET SI IN REI. Secunda hæc † eſt ſpecies cum rei appellatio mutata eſt
veluti ſi interrogo, promittis mihi centum denarios, tu reſpõdes promitto quatuor aureos.
7 eſt* enim denarius apud auctores, non obolus, quorum duodecim in aſſe ſunt. quod idiotæ
exiſtimant, ſed argenti drachma decem aſſes, ideſt, quatuor ſeſtertios complectens. Oſten-
di autem diſpũctionum lib. iij cap. ix. aureum veterem ſeſtertios centũ valuiſſe. Hinc oſtẽ-
ditur, ſi interrogatio de materia argentea ſit, reſponſio de aurea, nihilominus valere ſtipu
lationem, quatenus in idem pretium concordetur. iuris enim interpretatione aurum cum
argento functionem recipit[10], ſicut & cum ære[11]: nec in ſubſtantia differre vidẽtur[12]. cùm
8 vna* moneta pro alia ſolui poſsit: Et ideo Paulus non diſtincta materia ſimpliciter reſpon
dit poſſe in aliam formam mutatam pecuniam ſolui: dum creditoris non interſit[13]. & licet
Bar. hic contrarium ſentiat, tamen fatentur Doctores aduerſus eum ſtare publicam cõſue
tudinem. Ego & legem noſtrã ei aduerſari ſcio. nec vllam pro ipſo eſſe. quod & alibi diſpu-
taui[14]. Ampliùs cenſuit Accur. legem noſtram procedere, etiam ſi erratum in nomine ap-
pellatiuo proponeretur. vnde ſi δεικτικῶς interrogo te, *Promittis mihi hunc equum.* & tu reſpon-
deas, *Promitto.* cùm equus non eſſet, ſed bos, valet ſtipulatio. quia licet rerũ vocabula immu-
9 tabilia ſint[15], tamen præualet demonſtratio* quæ digito & occulata fide fit[16]. idq; omnes
I. probant. Verúmq; eſt, cùm mutatio in rei nomine eſt, quæ in contractu deducitur, ſecùs
10 enim † eſſet ſi in verbo ad ſubſtantiam promiſsionis reſpiciente facta eſſet[17]: quod alibi de
II. fendi. Sed & ſi mutatio hæc dolo malo, ſeu in fraudem legis fieret, proculdubio actum vi
tiaret[18], vt ſi quis hoc ieiunij tempore capum piſcem, vel bouem thynnum appellaret, co-
mederétq;[19]. cuius rei extat. A. Caſſellij exemplum, qui conſultus, an nux pinea pomũ eſſet
III. ſi in Vatinium, reſpondit, miſſurus es, pomum eſt[20]. Illud quoq; conſtat, quoties ſtipula-
toris intereſt denarios potiùs habere, quã aureos, non videri conſenſum ſtipulationi adfuiſ
ſe[21], vt de ſolutione ipſa ad promiſsionem argumentemur. quod argumentum regulari
ter valet[22], hócque caſu defendi Bar. & eorum, qui in eius verba iurarunt, ſententia poteſt.
IIII. Addit Alex. & Iaſ. neç tunc quidem idẽ pollere aureos, & eiuſdem quantitatis denarios:
cùm de formali probatione agatur, vt quia vnus teſtis dicat numeratos fuiſſe quatuor au
reos, alius centum denarios[23]: quamuis enim regulariter ſatis ſit, ſi teſtes in vnum rei finem
conueniant[24], imò ſuſpecti ſint, cùm præmeditatum eundémque ſermonem adferunt[25],
11 tamen hoc non procedit, cum articuli de formalibus verbis † ſunt concepti. vnde non ſat
cauti ſunt pragmatici, qui ad huiuſmodi probationes ſe arctant, in quibus, qui labatur à
parte, præcepe it à toto[26].
SED ET SERVO. Tertia eſt ſpecies, cùm mutatio nominis ipſius perſonæ cui ac
quirendum eſt, facta proponitur. nihil enim hoc impedit. vnde & vetus iuriſconſultorum
adagium

1 Bar. l. item apud. §. ij. de iniur.
2 l. ij. C. de ſumma trin. l. caſus. C. de teſta. vbi Mod.
3 l. j. C. ſi quis imp. Thomas. in ij. ij. q. xiij.
4 xxv. diſt. §. criminis.
5 xij. q. j. certè.
6 l. is qui. §. diuus. de tut. & cur. dat.
7 l. obſeruare. de cur. fur.
8 Doct. l. ex facto. de vulg.
9 l. j. §. j. ĵ. eo.
10 l. j. C. de arg. pret. lib. x.
11 l. j. C. de coll. æris. eo. lib.
12 l. j. l. Titiæ. de au. & arg. leg. l. ſi quis argentum. in prin. C. de donat.
13 l. Paulus. j. de ſol.
14 l. ij. §. j. ſi cer. pet.
15 l. iiij. de leg. j.
16 arg. l. nemo. de hær. inſt. & l. certum. ſi cer. pet.
17 glo. §. j. verſi. ſed hæc ſolennia. Inſt. de verb. obl.
18 arg. l. j. C. de mut. nom.
19 c. deniq. ... §. & poſt pauca. iiij. diſt.
20 not. l. qui fundum. de ver. ſig.
21 d. l. Paulus. de ſolut.
22 l. fi. C. ad l. fal.
23 Doct. l. nihil. de ver. ſig.
24 l. qui ſententiã. de pœn.
25 l. iij. ĵ. de teſtibus.
26 l. j. C. de formulis.

adagium eſt. Idem Attio, quod Titio ius eſto cuius meminit. Aulius Gel. noctibus atticis.
Putarúntque legem noſtam procedere, etiam ſi verè domino Titius nomen non eſſet, ſed
ita fuiſſet appellatus[1].

1 arg. d. l. j. C. de mut. nom. naui. l. ſi in nomine. ſ. eo.

S V M M AE.

1 Legem Æliam Sentiam extendi.
4 L. ſi minor. ſenſus.
7 Alterius operâ poſſum, quod mihi non licet. 8. 12. 13.
10 Infantem non per ſe, ſed per alios quærere.
11 Clericorum merum imperium per alios exerceri.

LEX LXVI.

SI MINOR. Lex Aelia † Sentia quamuis libertatis reſtrictiua 1
de ſeruo minoris loquens ad ſeruum ei debitum [2] propter parita-
tem rationis extenditur, vt quod minor per ſe non poteſt, nec per
alium quidem poſsit, eadem de minore viginti annis loquens ad eum,
qui iam eius ætatis ſit, non extenditur: quia prohibitio ad certum tem
pus limitata vltra illud non porrigitur[3]. Hinc apparet legem * odio- 2
ſam ad alium caſum extendi. quod argumentum diffuſè libro de verb.
ſignific. II. à nobis tractatum eſt. In præſentia id ſolùm dixero, iuriſconſulti id reſponſum
ſecundum communem interpretationem intellectum difficulter defendi poſſe. Durum
enim eſt, vt LEX Aelia Sentia de ſeruo noſtro loquens ad caſum trahatur, quo ſer-
uus non noſter, ſed nobis debitus ſit: ſiquidem communi ſententia receptum eſt, legẽ Mu
nicipalem, quæ rem * noſtram alienare nos prohibet ad eam non trahi, quæ actione dunta
xat perſonali nobis debita eſt[4]. aliud enim eſt rem eſſe noſtram, aliud eſſe nobis debitam. 3
Sed & ratio legis non ſatis hoc caſu ſubeſt: cùm adhuc in bonis minoris ſeruus iſte non ſit.
vnde & videmus, quòd licet minor ſeruum ſuum manumittere non poſsit, poteſt tamen
ſeruum, in quo ius pignoris habeat, ſinere à domino manumitti[5]: licet abſque ipſius cõſen
ſu propter ſpeciale pignus id dominus non poſsit[6]. qua ergo ratione domino manumittẽ-
ti conſentire poteſt, eadem & ſtipulari in caſu legis noſtræ poſſe debuit. † Et ideo poteſt lex 4
noſtra aliter intelligi, non enim in ea dicitur ſtipulationem eſſe nullam, ſed ſolùm execu-
tionem ex ea non dari, tanquam ſi à debitore manumiſſus ſit, valeat manumiſsio, vt pote
à domino facta: nec lex Aelia Sentia obſtet: verùm nõ ideo liberetur debitor à minore, ni
ſi probaret iuſtam cauſam habuiſſe minorem, cur manumitti ſeruum iuberet[7]. quòd ſi ſu-
bire id periculum debitor nolit, non eſt aduerſus eum danda ſtipulationis executio. Docto
res tamen generaliter intelligũt ſtipulationem eſſe nullam, tanquã lex Aelia Sentia odio
ſa non ſit, vt quæ principaliter in fauorem pupillorum ſit facta[8]. & ideo extendi hoc caſu
debeat. nam & regula eſt iuris antiqui, vt qui rem ſuam † alienare prohibetur, actionẽ quo 5
que ad rem competentem cedere prohibitus cenſeatur[9]. ſolet enim dici paria eſſe vel rem
vel actionem habere[10]. Dixerit aliquis: atqui hæc ſtipulatio alia quoque ratione nulla eſt:
quid enim pecuniariter pupilli intereſt ſeruum manumitti? cùm ergo eius non interſit, a-
gere ex ea non poteſt[11]. reſpondent Raph. & Iaſ. intelligendam hanc legem, cùm pupilli
intereſſet, vt quia pœna erat promiſſa. ego fauore libertatis videri pupilli ſemper intereſſe
arbitror[12], maximè ſi actum eſſet ei ius patronatus acquiri.

EXECVTIO STIPVLATIONIS. Quod igitur † per ſe non poteſt minor, 6
nec per alium quidem poteſt: idque regulare eſt[13]: quia aliàs legi de perſona ad perſonam
fraus fieret[14]. Quid ergo ſi conſtet † nullam fieri legi fraudem? & tunc dubium non eſt I.
ceſſare regulam, fieríque per alium poſſe, quod per principalem non poteſt[15]. vnde & vide 7
mus tali caſu, quod vni ex ſua perſona prohibitum eſt, eidem ex alterius perſona conce-
di, putà ſi tanquam hæres faciat, vel etiam procurator. Quod † & generaliter dicen- II.
dum eſt, cùm qualitas prohibitiua principali reſiſtens per alium facienti ceſſat[17]. nec 8
enim dubium eſt, quin, ceſſante ratione, ceſſare quoque debeat prohibitio. exempli cau
ſa, non poteſt debitor ipſe à creditore pignus emere propter regulam iuris, qua cautum
eſt rei ſuæ * nullam eſſe emptionem[18], an prohibebitur per alium emere? & conſtat non 9
prohiberi[19], cùm mandatario ipſi directa iura quærantur, ſolúmque perſonali actione
conueniri deinde à mandante poſsit. Sic prædo propter malam fidem ſuam non facit fru-
ctus ſuos, per alium tamen puta creditorem bonæ fidei cui rem alienam pignori dedit,
eos cenſetur acquirere[20]. qualitas enim malæ fidei in creditore ceſſat. Qua ratione, & III.
quoties † quis rei capax eſt, licet inſtrumento acquirendi deficiat, per alium, cui id in- 10
ſtrumentum adſit, quærere non prohibetur, vt infans, qui loqui non poteſt, & furioſus
qui conſenſum non habet. acquirent enim per ſeruos, vel alios ſuo iuri ſubiectos[21]. Ad IIII.
hoc

2 ſ. eadem. Inſt. quibus ex ca. ma.
3 l. Imperator. de poſtul.
4 Bar. & Doct. l. Gallus. ſ. videndum. de lib. & poſth.
5 l. ſi pater. ſ. fin. de manu-miſſ. vind.
6 l. j. & iij. C. de ſer. pig. dat.
7 arg. d. ſ. eadem.
8 l. qui exceptionem. de cõdi. inde.
9 l. ſi ad reſoluendam. C. de præd. mino. gl. l. j. C. ſi ad. tranſa. Bar. l. pupillus. de au cto. tut.
10 l. qui actionẽ. de reg. iur.
11 l. ſtipulatio. ſ. alteri. ſ. e.
12 l. ſeruus ea lege. ſ. de ſer. expo.
13 l. ij. de ad. re. ad.
14 l. ſi ſponſus. in princ. de don. inter vir. l. pupillus. ſ. ſed & ſi per. de auct. tut.
15 l. quod ſæpe. ſ. ſi quis a-mico. de cont. emp.
16 l. decurio qui. de decur. l. qui bona. ſ. pen. de dam. infect. l. ſi. in ſi. de inoff. teſt.
17 l. cũ autẽ. ſ. fin. de æd. ed.
18 l. debitor. de pig. act.
19 l. ſi mandauero. ſ. ſi hi quorum. mand.
20 l. ſi pignore. ſ. ſi prædo. de pig. act.
21 l. j. in prin. ſ. eod. l. Antiſtius. in ſi. de acqui. hær. l. ſi. ſeruo. de vſucap.



11 hoc pertinet & quod † Epiſcopi, cæteríque ſacri viri merum quidem imperium habere
poſſunt, iuriſdictionúmque ſunt capaces, ſed tamen exercitationem cauſæ ſanguinis non
habent. vnde per alium eam tractare compelluntur[1]. ſic & præfectus vrbi extra vrbem
exercere iuriſdictionem non poteſt, & tamen delegare cauſas intra territorium ſuum co-
V. gnoſcendas poteſt[2]. Addit Bar. regulam quidem ſuprà ſcriptam intelligendam eſſe, vt
quod per me non poſſum nec per alium quidem poſsim, nomine meo agentem, quòd ſi il-
VI. le alius nomine proprio agat ſecùs eſſe[3]. Nam † hoc caſu plerunque videmus nobis per
12 alium acquiri, non quidem directò, ſed ex quadam conſequentia, vt cùm quis beneficio ſo
cij ſui conſequitur, ne ſeruitus, quam domui alienæ debet, ſibi obſit[4], vel cùm inſtitutus,
commiſſo per alium edicto, contra tabulas bonorum poſſeſsionem petit[5], vel cùm bene
ficio creditoris, aut commodatarij, aut fructuarij hæres ob expilatam hæreditatem agit[6].
ſúntque huius rei plurima exempla, quæ diffuſiùs narrare non expedit[7]: procedítque id
plurimùm in indiuiduis: tunc enim ex quadam neceſsitate per ſocium conſequimur, quod
VII. alioquin habere non poſſemus[8]. Sanè † dubium nõ eſt ex cauſa nouiter emergẽte quan
13 doque nobis conſuli, vt per alium conſequamur, quod aliàs fieri non poſſet[9].

1 c. ſi. ne cle. vel mona. in vj.
2 l. fin. de off. præf. vrb.
3 l. Ariſto. quæ res pign. l. pen. in ſi. ad l. fal.
4 l. & hoc. ſ. j. de ſer. vrba. præd.
5 l. non putauit. ſ. ſi exhæredatus. de cont. tab.
6 l. is cuius. de furt.
7 l. ij. verbo, amiſſam. ſolu mat. gl. l. ij. C. ſi ad tranſ.
8 l. ſi is. qui duos. de lib. le. l. liberis. ſ. ſi duo. de li. cau.
9 l. cũ hæreditate. de acqui. hæred.

S V M M AE.

1 Promiſſionis rem ſal. fo. vis à quouis facta tenet.
3 Periculum quis rectè in ſe transfert.
4 Promiſſionem rem ſal. fo. de quouis intelligi.
5 Periclitatores fortuitis ſubiacere.

LEX LXVII.

1 ILLA STIPVLATIO. Stipulatio, † qua quis promittit rem ſal-
uam fore, valet: non enim tali caſu promiſsio ipſa imperſonalis reſpectu
verbi obligatiui eſt[10], nec factum alienum cenſetur continere[11], ſed pro-
prium promiſſoris, qui hiſce verbis videtur promiſiſſe ſe cuſtodiam, diligen
tiámque talem adhibiturum, quæ ſufficiat, vt res ſit ſalua. Siue ergo tutor
promiſerit rem pupilli ſaluã fore, indubitati iuris eſt valere contractum[12]: ſiue depoſita-
rius, commodatarius, locator, & ſi quis alius, cui res credita ſit, quod Torquatus hîc ait. ſed
2 & generaliter in quocunque alio idem dicendum eſt. quod & ad periclitatores * Iaſ. exten-
3 dit, ideſt, eos qui pacta mercede putà quinquageſimo nummo, periculo ſuo ſpondent † na-
uem mercibus onuſtam in talem portum ſaluam peruenturam, vulgò, ſecuratores nauiũ
vocantur. valet enim hic contractus, & oneris aduerſi periculum ad eũ pertinet, quod &
Paul. Caſt. & alij plerique tradiderunt[13], & ego verum eſſe arbitror: dum tamen non fiat
fraus legi, quæ nauticum fœnus non ſinit ſupra centeſimam progredi[14]. ſed quomodo ta
lis promiſſor obligabitur? & Beſ. Torquatus & Iaſ. obligari aiunt ſi vel per ſe fiat, vel per
alium, quem ipſe promiſſor prohibere poſsit, putà filium, ſeruum, procuratorem quod
4 & ſuprà vidimus in eo, qui habere licere ſpopondit[15], ſed † ego generaliter obligari cre-
diderim etiam ſi per quemcunque alium quamuis extraneum fiat, quominus res ſit ſalua
videtur enim promiſiſſe ſe facturum, vt ſit ſalua, quo caſu omnium reſpectu tenetur[16],
5 aliàs in ſuprà ſcripto periclitatorum exemplo caſus † fortuitus, piratarum, vel tempeſta
tis, naufragiiue non præſtarentur, quod aduerſus manifeſtam contrahentium mentem
6 eſſet. Nec me mouet exemplum ſtipulationis, *Habere licere*: quia illa vi verborum ad factũ *
alienum refertur[17]: quod regulariter præſtari non poteſt. at hæc ad factum promiſſoris,
ideſt, ad cuſtodiam, & diligentiam: qua tamen in re ampliùs cogitandum eſt.

10 l. ſtipulatio iſta. ſ. ſi quis ita. ſ. eo.
11 l. inter ſtipulantem. in prin. ſ. eo.
12 toto tit. rem pup. ſal.
13 Paul. l. in naue. loc. nota-ui. l. cũ ad preſens. ſi cer. pet.
14 l. eos. ſ. j. C. de vſur.
15 l. ſtipulatio iſta. in princ. ſ. eod.
16 l. in lege. ſ. loc.
17 d. l. ſtipulatio. in prin.

S V M M AE.

1 ſ. eum, qui explicari, & reſtringi. 4. 9.
2 Expromiſſoris inopiâ reum niſi cura promiſſa, eximi. 7.
6 Curare & facere effectu diſſident.
10 Promiſſio ſimplex exequenda.

1 §. EVM QVI DECEM. Explicat † Iuriſconſultus vim verbi, **Dari curari**. vt dica-
tur curaſſe dari eum quidem, qui ipſe non dedit, ſed fecit, vt hanc ſummam locuples ali-
quis reus promitteret, meritò ergo aduerſus illum, qui dari curare promiſit, præciſè, vt det,
agi non poteſt[18]. Nihílque minus cogitauit Iuriſconſultus, quàm id quod in epitome ſua
Barto. ait nempe imperſonalem reſpectu executiui verbi ſtipulationem valere, habuit
I. hoc Iulianus ſeu compertiſsimum. Quid ergo, ſi hic † reus, poſtquam ſtipulatori expro
2 miſit, deſiit eſſe locuples? & putarim nihilominùs eum, pro quo expromiſit, eſſe libera-
tum[19]: cùm enim datione expromiſſoris locupletis hîc dicatur reum liberari, non debet
ſuſcitari extincta actio: quia ille deinde facultatibus ſit lapſus[20]. Non procederet tamen
fortè hæc concluſio, ſi quis promiſiſſet dari curari cum effectu. videtur enim tunc actum,
3 vt non niſi ſecuta ſolutione ſit promiſſor liberatus[21]: hæc enim * eſt huius dictionis cum
effectu

18 l. fin. ſ. fin. ſi cer. pet.
19 ar. l. iij. ſ. de fideiuſſo. l. v. ſ. item Labeo. de inſti. act.
20 l. qui libertinus. ſ. ij. de op. lib.
21 l. ſi mandato. in ſi. mand. Bald. l. ꝑ debito. C. de bon. auct. iud. poſ.

effectu ſignificatio,vt etiam ſuprà dixi[1]. Non procedit rurſus† lex noſtra,cùm quis face II.
re quod dentur decem promiſit, verbum enim, *Facere.* magis*præciſum eſt:& hoc ſignifi- 4
cat,vt decem verè numerentur[2].idque hîc receptiſsimum eſt.quod tamen intelligit Bar. 5
cum verbum,*Facere.* ad ipſius promiſſoris factum refertur:aliàs ſi ad factum alienum referatur,nihil à verbo, *Curare.* diſtat.vnde idem eſt,ſiue promittam facere,quod Titius ædificabit domum,ſiue curare,quod ædificabit[3].idque & alij probāt, & ego verū eſſe arbitror vt idem ſit eo reſpectu,quòd vtraque ſtipulatio eſt facti, committitúrque in id quod intereſt[4].In eo tamen† videtur eſſe differentia,quod qui promiſit curare, liberatur ſi eam curā 6
adhibuit,quam potuit[5]:at qui promiſit facere,non liberatur,niſi verè fecerit. Nec ob difficultatem eſſet excuſandus,quod alibi diſputaui[6]. idem enim eſt facere, quod cum effectu
curare. Sed† quid ſi promiſſum ſit facere,& curare,vt decem dentur?& aliàs cenſui non III.
eſſe faciendam interpretationem,vt ius faciendi per adiectionem curandi minuatur, ſed 7
niſi re ipſa factum ſit ſtipulatio committatur: quod & receptius videtur[7]. Quod & in IIII.
cautionibus prætoriis producendum eſt, in quibus lex promiſsionem facti alieni quadam humanitate interpretatur,ad curam pertinere:intelligetur enim de cura cum effectu,ideſt,reum facturum[8]:& quia verba*legum cum effectu intelligi debent[9].Vnde tali caſu nō 8
ſufficeret adhibuiſſe curam,ſed niſi re ipſa factum ſit, locus eſſet pœnæ[10]. Sed† quid ſi V.
is reus locuples non ſimpliciter promiſit,ſed hac forma,*Nomine talis promitto me ſoluturum?* & 9
non videretur principalis hoc caſu liberatus[11]. qua de re infrà. Sed quid ſi†ſimpliciter VI.
ſtipulatus quis ſit decem ſibi dari?& dubium non eſt eum præciſè teneri[12]: qui enim idem 10
eſſe aiunt ac ſi dictum eſſet Dari curari,in corruptos librarij codices inciderunt[13]:& ideo diſtinctio illa verbi executiui impersonaliter prolati magis arguta, quā legiſlatorum ſenſui conſentanea eſt. Sed hæc hactenus.huius enim legis materiam alibi à me diffuſiùs explicatam non exiſtimo operæpretium hîc repetere.

1 d.l.ſtipulatio iſta.in prin.
2 l.ſi hæres iuſſus. de leg.j. Alber.l.ſed & ſi. §. libertis. de iud.
3 arg. l.quoties. l. inter. in prin.ſ.eo.
4 d.l.quoties.
5 Bar.conſi.cccxxxvj.Martinus.can.c.gemma.de ſpōſ.
6 l.qđ te.ſi cer.pet.vbi dixi.
7 Doct.d.l.ſi hæres.
8 d.l.quoties.verbo, acturum.ſ.eo.
9 l.j.in fi.quod quiſque iur.
10 l.ſancimus.C.de fideiuſ.
11 l.ſi ita.§.poſſum.ſ.eo.
12 l.promiſſor.in fi.de cōſt. pec.
13 d.l.fin.§.fin.

SVMMAE.

3 ☞ *Credere mea,& aliena poſſum.*
5 *Credens alienum tradit.*
6 *Mutui à dote diſtantis natura.*
7 *Mutuaturum ad factum teneri.*
9 *Obligationis promiſſorem non obligari.* 14.
12 *Circuitum non,niſi vtilem, ſpectari.*
15 *Intereſſe ex ſtipulatu peti.*
16 *Mutuum accepturo intereſſe poſſe.*
18 *Mutui in certum tempus arbitrarium.*

## LEX LXVIII.

SI POENAM. Stipulatio*certæ pœnæ certa eſt: at ſtipulatio cer- I
tam pecuniam credendi incerta eſt, & non præciſè, ſed in id quod intereſt ſolùm committitur. Sed quénam eſt ratio? videretur enim eum, qui centum aureos crediturum ſe ſpondet, certum promittere. crede- 2
re*enim†eſt mutuare[14], ideſt,de meo tuum facere, ſicque dominium 3
transferre.at promiſsio dādi ſemper certa eſt & præciſa[15]. Et reſpō- I.
det Accur.rationem,ex vi verbi aſſumi. credere enim poſſumus etiam alienam pecuniam,quo caſu non niſi conſumptione*mutuum confirmabitur[16]. cùm er- 4
go†etiam qui alienam pecuniam mutuat,dicatur credere, apparet non de dandi obliga- 5
tione agi,ſed tradendi, quæ traditio facti eſt:declaratáque hoc modo Accurſij ſententia à Bar.& cæteris,qui magno numero diuerſi eunt,defendi poteſt. Aliter autem illi reſpon- II.
dent,nempe obligationem dandi præciſam eſſe & certam,cùm quis ita dare promittit,vt res perpetuò ſit apud ſtipulatorem,ſecùs,cùm qui accipit,tenetur deinde reſtituere[17]. Debet enim, qui mutuum accepit,deinde reddere. vnde tali caſu ſolùm ſtipulatoris intereſt, quatenus ea ſit vtilitas,quā ex temporario pecuniæ vſu potuit percipere.Nec obſtat, quòd maritus pecuniam ſibi dotis nomine promiſſam præciſè petit[18], & tamen ad reſtituendū tenetur[19]:quia reſponderi poteſt†naturam contractus mutui eſſe, vt quandoque reſtitua- 6
tur:at dotis cauſa ex voto contrahentium perpetua eſt,vt ſemper apud maritum res ſit[20]. fortiùs ergo obſtat,quòd is,cui pecuniæ vſusfructus legatus eſt,temporariam vtilitatem ſolùm conſequitur,& ad reſtituendum tenetur,& tamē tale legatum certum eſt, & ex eo ad dandum agitur[21].Verior ergo eſt Iacobi, Albericique interpretatio, quam & Torquatus & Iaſ.itémque Decius[22] adprobant,& alibi ſequutus videtur Bar.[23].cum,qui†ad mutuan- 7
dum teneatur,non ad dandum,ſed ad faciendum teneri:contractus enim ſunt facti[24]: &
aliud eſt mutuare,aliud ſe mutuaturum promittere[25]:& aliud*donare, aliud donaturum 8
promittere[26]:& aliud fideiubere,aliud fideiuſſurū promittere[27]:aliud ratum habere,aliud ſe ratum promittere habiturum[28],& ſi qua ſimilia.Vnde conſequens eſt, vt qui mutuaturum

14 l.j.ſi cer.pet.
15 l.vbi.§.fi.ſ.eo.
16 l.nam & ſi fur. §. de reb. cred.
17 arg. l. liber homo. ij.in fi.ſ.eo.
18 l.à Titio.ſ.eo.
19 l.in rebus.C.de iu.dot.
20 l.j.§.de iu.dot.
21 l.tribus.de vſuſ. earum rer. Doct.l.vbi.§.i.ſ.eo.
22 Iac. & alij hic. Dec. l. cū fundum.§.j.j. notaui. ſi cer. pet.
23 l.ſtipulatiões.nō diuidū tur.q.vj.ſ.eo.
24 l.conſilio.de cur. fur.
25 glo. Docto.l. in bonæ fidei.de eo,quod cer.loco.
26 glo.§. aliæ.inſt. de don. Alex.in.l. iuriſgentium. in prin.de pact.
27 l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum.ſ.eo.
28 l.iiij.§.cato.ſ.eo.



rum ſe ſpopondit,ſolùm ad factum teneatur,ideſt, ad contractum mutui perficiendum: & licet,eo cōtractu perfecto,transferatur rei creditæ dominium,hoc non ex vi ſtipulatiōis eſt,ſed ex conſequentia mutui,ſecundum quam ſequelam contractus non iudicatur. nam & traditio ſequela eſt obligationis dandi[1], & tamen non ideo obligatio dandi,facti eſt.[2]
9 Hinc infertur,†an is,qui promiſit,quod ſe in centum aureis mihi obligaret,cenſeatur ſtatim cauſa vitandi circuitus in ea ſumma obligatus? Et fuêre qui crederent cenſeri obliga-
10 tum[3].contra alij argumento legis noſtræ,in qua apparet aliud eſſe mutuare,*aliud promit-
11 tere ſe mutuaturum.illa promiſsio certa eſt,hæc incerta. Sed reſponderi poteſt,mutuum* non,niſi,rei interuentu contrahi:& ideo promiſsio mutuandi,quæ ſolis verbis concipitur, eum contractum non inducit .at in propoſita quæſtione obligatio ſolis verbis potuit contrahi.Item ſi ei,cui mutuum promiſſum eſt,non obſeruetur,poteſt contingere,vt non mul
12 tum inde dāni fiat,vt quia modicum eius interſit:cùm omnino ſit reſtituturus, vnde†circuitus vtilitatem adferre poteſt[4]:at in caſu noſtro certum eſt, ſemper intereſſe creditoris, vt pro expreſſa ſumma promiſſor ſit obligatus[5],meritò circuitus tanquam inutilis attendi non debet.Fortius ergo obſtat,quòd nō videtur id actum, vt tunc promiſſor ſe obligaret[6],
13 cùm in*ſtipulationibus verba futuri temporis ad præſens non trahantur[7]:éſtque hæc ſententia certiſsima:cùm contractus promiſsionis alterius ſpeciei eſt,quam ille ſit,quo actum
14 eſt,vt quis ſe obligaret:tali enim caſu ſemper vtilis eſt circuitus[8], vt ſi in contractu† venditionis pacto promiſerim quòd me per ſtipulationem tibi in cētum obligarem,nulla eſt ratio cur ſtipulationem interceſsiſſe dicamus,quæ non interceſsit[9]:fictio enim non contrahentium,ſed legiſlatoris eſt actus.

15 QVOD MEA INTEREST. Quoties†ergo id,quod intereſt petitur,ex ſtipulatu agendum eſt,quia incerta eſt petitio: & ideo lex hoc caſu plerunque ait incerti agendum[10].Sed huic rationi obſtat,quòd ex lege Aquilia in id,quod intereſt,agitur,& tamen lex ait certi condictione agi[11].vnde Accur.apertè confeſſus eſt,id quod intereſt,cenſeri certū: cùm per iudicis ſententiam poſsit liquido declarari. Quæ ſententia eo duntaxat caſu defendi poteſt,cùm certa quantitas expreſsim ſub nomine eius, quod intereſt, petitur,ſolutióque variabilis non eſt,vt quia nec mora purgari,nec factum præſtari poſsit. quo in caſu ſuprà ſcriptum legis Aquiliæ exemplū procedit aliàs ſi certa ſumma in libello expreſſa nō ſit, vel ſolutio variari poſsit. Hec ſententia omnino eſt reiicienda: violat enim legem noſtram:itémque alias in quibus incerti interpretatur,ideſt,certi[12],nempe album,ideſt,nigrū Subuertit & principalem differentiam,quæ inter certi condictionem,& actionem ex ſtipulatu eſt[13].& ita non pauci aduerſus Accurſium,ſequioréſque exiſtimauerūt,& ego alibi latiùs adtigi.Cæterùm & legi noſtræ illud obſtat,quòd fruſtrà ſtipulator ad id, quod intereſt ageret:cùm exciperet promiſſor nihil intereſſe[14].ſi enim(inquiet) tibi mutuaſſem eam pecuniam,mox mihi voluiſſem reſtitui.Vnde nihil tua intereſt eam pecuniam tibi numera-
16 tam fore,quam neceſſe habuiſſes confeſtim reſtituere[15].Sed reſpondet Accurſius† intereſſe ſtipulatoris potuiſſe,ſi vel actu mometaneo:pecuniam haberet,vt quia alij eſſet ſub pœna obligatus, quam potuiſſet euitare:ſecutique ſunt hanc ſententiam veteres[16], quam & ego probo,vt qui exiſtimarim ſemper eius quod extrinſecus intereſt,rationem habendam non minùs,quàm ceſſantis lucri[17],excepto tamen venditore,qui ſi moram faciat,non ad-
17 eò tamen duriter plectitur[18].cùm enim emptor * erga illum ad legitimas duntaxat vſuras teneatur ob moram[19],non fuit æquum acerbiùs venditorem obligari: par enim debet eſſe vtriuſque conditio.quod alibi à me diſputatum aduerſus cæteros eſt. Aliter tamen reſpon-
18 det ſuprâſcripto argumento Bart. nempe eum,qui †mutuare promiſit,non poſſe ſtatim repetere:ne aliàs inutilis cenſeatur contractus:arbitrio ergo iudicis tempus relinquitur, quo interim ea commoditate vti ſtipulator poſsit.quam ſententiam aduerſus veteres aliqui probarunt[20]:conſtátque eo caſu certiſsimum id eſſe,cùm ad certum vſum,ſeu ex certa cauſa, quæ intra præſtitutum tempus finiri poteſt,mutuum fieri actum eſſet:tunc enim,ſicut& in commodato nō poſſet dominus ſtatim repetere[21]: quod & ad precarium aliqui extendūt, non ſat tamen( vt Decius arbitratur)rectè[22].Quòd ſi de certo vſu actum non ſit,non ſolū
19 veteres,ſed & Bal. Angelúsq; Accurſium ſequũtur,vt confeſtim, * ideſt,intra decem dies, ſeu terminum humanitatis cauſa cōfeſsis indultum fiat reſtitutio[23].habebitur ergo huius vtilitatis ratio modici illius tēporis duntaxat reſpectu. Confirmatúrque hæc ſententia eo-
20 rum auctoritate,qui crediderunt eum,qui vouerit*monaſterium ingredi, votum impleſſe videri,ſi monaſterium ingrediatur,licet incontinenti exeat[24].

1 l.traditionibus.C.de pac.
2 l.vbi.§.fin.ſ.eo.
3 arg.d.l.cùm fundum.§.j. vbi Alex.& Iaſ.Io. And. in Spec.Rub.de oblig.
4 l.ſi vſusfructus. §. vſufrquem.ca.
5 l.nummis. de in litē iur.
6 l.non omnis.ſi cer.pet.
7 l.nouiſsima.ſ.iud.ſol.
8 l.duo. ſocietatem pro ſocio,not.l.qui bis.ſ.eo.
9 Bar. l. ſi fideiuſſor creditori.ſ.de fideiuſ.
10 l.liber homo.in fi. ſ. eo. l.fin.ſi quis in ius voc.
11 l. certi condictio. ſi cer. pet.in prin.l.ait lex.in fi. ad leg.Aquil.
12 l. quod ſi nulla. de leg.j. l.iij.C.de inut. ſtip. l. iiij. §. de vſuris.
13 Inſt.eo.in prin.notaui.d. l.certi.vbi Iaſ.& Dec.
14 l.non videtur. de acqui. poſ.
15 l.qui ſic.de ſolut. l. ſi tibi pecuniam.ſi cer.pet.
16 Old.Iac.Din.Alber.
17 l.videamus.ver. præterea.de vſur.l.oleo.C.de vſur.
18 l.ſi ſterilis.§.cùm per vēditorem.de act.emp.
19 l.fin.de per.& com.
20 Imo.Com.Alex.Iaſ.
21 glo.l.pen.C.commod.
22 Dec.l.contractus. de regul.iur.
23 l.ſi debitori.de iudi.
24 Arch.xij.q.ij.ſancimus. Iaſ.l.in ſubſtitutiōe. de vul.

SVMMAE.

1 ☞ *Morte ſtipulatio cum pœna corruit.* 3.5.6.
4 *Mortui promiſſione conditionalē ob pœnā tenere.*

## LEX LXIX.

SI HOMO. Homo mortuus† nec ſiſti, nec dari poteſt, & ei promiſsioni 1
ſtipulatio pœnalis ſubiecta non committitur. Sed quænam eſt ratio? videre-
tur enim committi debuiſſe pœnam, quæ in caſum poſsibilem concepta eſt
nam mortuum non ſiſtere, aut non dare, non ſolùm poſsibile, ſed & neceſſa
rium eſt[1], ergo valere debuit ſtipulatio. Nec quicquam obſtare debuit, quod
principalis ſtipulatio non valeret: quia hoc nihil ad pœnam[2], maximè cum
expreſſa in his ſit ratio differentiæ, vt enim de mortuo homine commercium eſt nullum,
ita de pecunia nihil impedit, quin commercium valeat. Sed tamen iuriſconſultus hîc con
trarium reſpondit. Veſtiganda ergo eſt ratio. Sciendum itaque eſt promiſsionem homi-
nis* mortui non valere: quia per mortem deſinit eſſe in commercio: religióq; eſt de eocõ 2
trahere[3], adeò vt nec moueri extra locellum poſsit abſque Pontificum auctoritate[4]. Qui
ergo † ſiſtere, vel dare hominem mortuum promittit, rem impoſsibilem promittit, vnde 3
huiuſmodi conuentio nulla eſt eodémque modo ſtipulatio pœnalis, tanquam ei accedens
eſt nulla[5]. cùm enim pœna Græco ſermone vltionem ſignificet, non debet quis eius rei nõ
factæ vltionem pati, quam, etiamſi vellet, facere non potuit[6]. Non ergo obſtat, quod valet
promiſsio à conditione incipiens, *Si hominem mortuum non dederis, dabis centum*[7]? quia talis ſti-
pulatio† ex euentu conditionis committitur, in qua ad ſolum factum attenditur[8]: nec in 4
vltionem hominis non dati adiecta videtur: cùm is homo in conditione duntaxat poſitus,
non autem ex conuentione promiſſus ſit[9]. Nec etiam obeſt, quòd pœna ſtipulationi inutili
(quia non interſit) adiecta committitur: tamẽ[10], quia quòd quis adimpleat illud, quod pro-
miſit, quamuis ſtipulatoris non interſit, nihil eſt quod impediat: meritò eius negligentiæ vl
tio ſumi poteſt: at dare rem ſacram, vel religioſam, aliquídue facere, quod cõtra bonos mo
res eſt, nemo iure noſtro põt. Vnde eius rei vltio nulla eſt. Hinc ergo infertur legi noſtræ I.
locum† eſſe, cum quis hominem promittit, qui ſtipulationis tempore mortuus eſt. quãuis 5
enim partes ſcirent eſſe mortuum, adhuc vtraque ſtipulatio eſt nulla[11]. quod Raph. & Ale
xand. Iaſónque cenſuerunt? cùm enim mora nõ præcedit interitum, nihil refert ſciuerint,
an ignorauerint id partes[12], quicquid hac in re Caius cenſuerit: cuius rationibus reſpon-
dent cæteri[13]. Sed & ſi tempore† quidem ſtipulationis viuebat ſeruus, ſed deinde mor- II.
tuus ante moram promiſſoris eſt, idem dicẽdum eſt: quia res ad eum caſum deuenit, à quo 6
nequit incipere[14]. an etiam, quia impoſsibilitas* ſuperueniens excuſat debitorẽ, ne in pœ-
nã incidat[15]? Nec diſtinguendum eſt inter contractus, & iudicia: nõ ſolùm enim, qui in III.
iudicio promiſit, ſiſtere ſeruum, eius morte liberatur[16], ſed etiam, qui extra iudicium talẽ 7
ſtipulationem concepit, vt omniũ ferè ſententia eſt. In iudiciis* enim quaſi contrahitur[17] 8
& argumentum de* iudiciis ad contractus valet[18]. Solùm ergo procedit legis noſtræ regu- 9
la, cùm poſt moram debitoris periit ſeruus, qui dari debuit: tunc enim in odium ipſius fru-
ſtratoris fingitur viuere[19]. & ideo committitur pœnalis ſtipulatio[20].

1 l. in illa. in fine. ſ. eo.
2 l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ſ. eo.
3 l. ij. de relig. & ſumpt. fu.
4 l. oſſa. eo. tit.
5 l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ſi quis caut. c. acceſſorium. de reg. iur. in vj.
6 ſ. eo. l. generaliter. l. ſi plagij. ſ. eo. l. ſeius. ad l. fal. vbi notatur.
7 d. l. in illa in fine.
8 l. quidam. ſ. eo. l. Mæuius. de cond. & dem.
9 l. ita ſtipulatus. ſ. eo.
10 d. §. alteri.
11 l. non ſolùm. ſ. tit. j.
12 l. ſi ſeruum. §. fi. vbi Bart. ſ. eo.
13 d. l. inter. §. pen.
14 l. ſi ex legati. vbi notaui. ſ. eod.
15 l. ſi vehænda. §. idem iuris. ad l. rhodiam. de iact.
16 l. ſi deceſſerit. in glo. ij. qui ſat. cog. l. ſi eum. §. homo. ſ. ſi quis caut.
17 l. iij. §. idem ſcribit. de pecu.
18 l. omnem. de iud.
19 d. l. ſi ſeruum.
20 l. inter ſtipulantem. §. pen. ſ. eod. l. eum, qui. §. j. de iureiur.

### SVMMAE.


1 ☞ *Infantis ſtipulatio nulla. 2. 3.*
4 *Infanti quædam per alios licere.*


## LEX LXX.

MVLIER, QVAE. Glabrio Iſidorus† per ſtipulationem infanti pro- 1
miſerat ſe dotem, quam ab vxore acceperat, reſtituturũ, ſi vxor in matri-
monio deceſsiſſet: reſpõdet Vlpianus ſtipulationẽ non valere. non enim
infans ſtipulari poteſt quod ſuprà vidimus[21]. Dixerit aliquis, quǽnam hoc
in caſu fuit dubitandi ratio? an quia inter populares Vlpiani, ideſt, Phœ
nicas res geſta eſt, qui fœderati, peregriníque erãt[22], inter quos non rigor
ciuilis, ſed æquitas iuriſgentium adtendenda videbatur: & ideo etiã infanti in ſuã vtilitatẽ
ſtipulanti non erat deneganda actio? An quia de dote reſtituenda tractabatur? in qua plu-
rimùm ad ius gentium adtẽdimus[23]: & cui præcipua pleraque indulgenter, adeò vt lex ge-
neraliter loquens in ea ſæpiſsimè locum non habeat[24]? An quia hoc ſtipulatione nouata
videbatur obligatio, qua erga vxorẽ Glabrio tenebatur[25]. vnde, ne lucrum præter mentẽ
partium faceret maritus, debuit ſaltem vtiliter cõpetere infanti actio. Sed hæc omnia vix
probabili dubitationi ſufficiunt: cùm† enim infans non ſolùm verbis, ſed cõſenſu deficiat 2
nulla eſt ratio, cur aut iuregentiũ, aut æquitate valere ſtipulatio debeat: multóque minùs
actionem vxoris nouare[27]. An ergo, quia & ſi infans eſſet, cùm ſtipularetur: tamen, cũ eue-
nit conditio, poterat fari: vnde videretur tẽpus euenientis cõditionis adtendi debuiſſe[27]?
Quod tamen verum non eſt: quod enim ad habilitatem perſonæ adtinet, tempus initi cõ-
tractus

21 l. j. in prin. ſ. eo.
22 l. j. ſ. de cenſib.
23 l. pater. C. de pact. con.
24 l. j. vbi Iaſ. ſol. mat.
25 §. præterea. Inſt. quib. mod. tol. obl.
26 l. j. de nouat. Din. Oldr. Alber. hic.
27 l. ſi rem meam. ſ. eo.



tractus reſpicimus[1]. Sane adnotari hinc poteſt, legem quæ generaliter loquitur, etiã infan-
tes compræhendere: vnde lex in† ſtipulatione, & conſenſum, & verba requirẽs (cùm vtrũ-
que in infante deſit) eum à iure huius contractus cenſetur ſubmouere. Quod tamen† non
4 procederet, cùm lex de actu diſponit, qui principaliter ab ipſo infante nõ geritur: tũc enim
videtur ſatis, ſi quod infanti deeſt, per patrem, vel tutorem ſuppleatur. Vnde lex generali-
ter prohibens quenquam, niſi conſentientem, emancipari, in infante locum nõ habet, qui
conſentire non poteſt[2]: ſatíſque eſt, quòd à parente, in cuius poteſtate eſt, fuerit manumiſ-
ſus. Actus enim emancipationis* eſt ipſius patris, & iudicis, non autem filij. ſic & lex requi-
5 rens filij conſenſum, vt legitimus effici, natalibúſque reſtitui poſsit[3], non habebit in infan-
te locum: reſtituetur enim, quamuis conſenſum non habeat, vt Bart. cenſuit. cuius ſenten-
tia videtur crebriore calculo recepta eſſe[4], ſic & lex Iuſtiniani, qua ius deliberandi cẽſuit
tranſmitti ab eo, qui ſciens hæreditatem ſibi delatam deceſsit, etiam in infante locum ha-
bebit, qui per tutorem vel patrem ſciat[5]. quod Bar. cenſuit. ſed hæc ſententia dubia eſt, ni-
hil enim hoc caſu cum patre geritur. qua de re ſuprà[6]. Sed pone lege municipali eos, qui le
gitimati ſunt, non poſſe, niſi his duntaxat ſuccedere, qui legitimationi expreſsim conſen-
ſerunt[7]: an ſi pater duos infantes ſimul legitimos ſibi effecerit, videbitúrne alter alteri con
ſenſiſſe[8], vt inter ipſos deinde ſit mutua ſucceſsio? & verba legis ſuprà ſcriptáque regula vi
6 dentur obſtare: ſed tamen humanius eſt ſufficere* patris cõſenſum geritur enim hîc actus
à patre, qui vtriuſque conſenſum ſupplere exiſtimandus eſt[9].

1 l. quoties. j. de nouat.
2 l. iubemus. C. de emã. lib.
3 §. illud tamen. in authen. quib. mo. nat. eff. leg.
4 Dec. conſi. cccxvj.
5 l. cum in antiquioribus. C. de iu. delib. vbi Barto. & Doct.
6 l. ſi ex legati. ſ. eo.
7 l. communium. C. de nat. lib.
8 l. cùm pater. §. libertis. vbi Bar. de leg. iij.
9 arg. l. iij. ſ. de ritu nup.

### SVMMAE.


1 ☞ *Pœnæ vis.*
2 *Pœnalis ſtipulat. formulæ.*
3 *Pœnam etiam tacitam deberi. & 5.*


## LEX LXXI.

CVM QVID VT FIAT. Pœna (vt ſuprà dixi) Græca voce, ποινὴ
deducitur, † quæ vltionẽ ſignificat. vlciſcitur eñ culpã eius, qui aliter fa-
1 cit quã promiſit. vnde† ſi promiſsio eſt adfirmatiua, pœnalis ſtipulationis
2 verba in contrarium concipientur, ideſt, negatiuè. ſic è contrario: qua ra-
tione etiam ſufficit, ſi ſimpliciter dictum ſit, *Alioquin tantum dabis*. quod &
Bar. tradidit[10]. Hinc probatur pœnam dici, etiam ſi expreſsum non ſit no
3 mine pœnæ dari. lex† enim ait vſitatius eſſe, vt ſpecialiter exprimatur nomine pœnæ[11], nõ
autem neceſſarium id eſſe. & licet plerunque hoc expreſſum reperiatur, non tamen conſe-
quens eſt, vt neceſſariò ſemper adiici debeat[12]. Multa enim * maioris declarationis cauſa
4 ſæpiſsimè explicantur, quæ tamen omiſſa nihil imminuunt[13]: non enim ſolent cõtractus
à nominis expreſsione diiudicari, ſed ab eo, quod actum eſt, & à forma, quæ in eis ſeruata
5 proponitur[14]. Sufficit† ergo in vltionem principalis promiſsionis neglectæ aliquid promiſ
ſum eſſe, etiãſi de nulla pœna facta ſit mentio[15]. Probántque hanc ſententiam communiter
Doctores, paucis tamen reclamantibus, ſed adeò leuiter, vt eorum rationes fædeat referre
præſertim cùm à me alibi hic articulus Paradox. lib. j. copioſiùs ſit diſputatus.

10 Bar. l. j. de cond. & dem.
11 l. continuus. §. pen. ſ. eod. vbi Din. & Alber.
12 l. iiij. §. Cato. ſ. e. vbi Moder. l. fi. §. fin. de eo per quẽ fact.
13 §. non ſolum. inſt. eo.
14 l. inſulam. de præſ. verb.
15 l. ſancimus. C. de fideiuſſo. l. fi. ſ. de præt. ſtip. l. duo. pro ſoc.

### SVMMAE.


1 ☞ *Rerum genera & partitio. & 2.*
3 *Corporalia cõmunia variè diuidi. ex cauſis cõtrà. 4.*
5 *Incorporalia corporibus adnexa diuidi.*
9 *Actiones pro portionibus diuidi.*
11 *Seruitutes ob factum indiuiduas eſſe. Huius effectus. 22. 24. 26.*
12 *Facta indiuidua. 13.*
14 *Facere partim rectè promitti poſſe. & 16.*
17 *Seruitutem communi fundo ab vno, niſi in caſibus non quæri. 18. 19. 21.*
23 *Promiſſionem ad conſequentia trahi.*
25 *Seruitutem certis caſibus extingui.*
28 *Vſusfrut. diuiduus.*
30 *Vſus indiuiduus: in commoditate contrà. 32.*
31 *Alimentorum legatum indiuiduum.*
33 *Seruitutum commoditas diuidua.*
35 *Seruitutẽ partim remiſſam reſtringi, ſcindi nõ item.*
36 *Aquæductus dominium diuidi.*
37 *Aqua naturâ fluens diuidua.*
38 *Seruitus retentione diuidua.*
39 *Feuda non, niſi inferiora, diuidi. ex cauſis contrà. 41. 42. 43. 44.*
46 *Capit. j. §. præterea. de prohi. feu. ali. ſenſus.*
47 *Factorum obligationes non, niſi certis caſibus, diuidi. 48. 49. 50.*
53 *Traditio venditi indiuidua.*
55 *Reſtituenda res à domino diuidua. ex cauſis diuerſum. & 57.*
60 *Luitio rei indiuidua. 62. 63. 64.*
65 *Luere vni hæredum licere.*
67 *Luere data in ſolutum partim licere, in caſu contrà.*
68 *Operas certis caſibus diuidi.*
69 *Facti promiſſorem intereſſe ſoluendo liberari.*
70 *Obligationum cauſa.*
72 *Dationi intereſſe ſuccedere, ex cauſis contrà. 73. 74. 75. 77.*
76 *L. Vinum. ſenſus.*
78 *Reſtituere rem præciſè ex cauſis quem non cogi.*
79 *Condicitur à fure non extans.*
81 *Factum præciſè ex cauſis præſtari. 82. 83. 84. 85.*
86 *Preciſè obligatum pignoribus cogi.*
87 *Dandi obligatio certis caſibus indiuidua.*
90 *L. Stipul. non diuid. ſenſus.*
91 *Pecuniam in alternatis deberi.*
92 *Æſtimatio ob moram impurgabilem petenda: alioqui factum. 93.*

## LEX ·LXXII.

STIPVLATIONES NON DIVIDVNTVR. Rerum
aliæ corporales† ſunt,aliæ incorporales, hæ omnes diuiſionem quan- 1
doque ſecundum naturam recipiũt,quandoque ſecundum iuris inter
pretationem.Igitur corporalia omnia ſecundum naturam ſuam diui
dua ſunt[1].Vnde artificum varia ſunt nomina vt diuiſorum, ſtructorũ,
anatomicorum chryſophytarum & ſimilia [2]. quæ res ad Iuriſcõſultos
non valde pertinet.Eadem quoq; ſecundum† iuris interpretationẽ re 2
gulariter recipiunt diuiſionem in partes,ſiue quotas[3],ſiue integrales[4],ſiue diſcretas[5].cuius
diuiſionis faciendæ gratia variæ actiones introductæ ſunt,in hiſque conſtituta eſt genera
lis regula,vt corporalia† omnia diuiſionem recipiant, idque ſecundum eorum qualitatẽ, 3
prædia ipſa ex voluntate domini[6],vel per τοῦ ἑρκέως ideſt,ſepti interpoſitionem,vnde erciſ-
cundæ familiæ nomen[7].aliæ res aliter arbitratu iudicis[8],quandoque tamen huic diuiſioni
locus non erit,vt quoties nimia incommoditas eam fieri diſſuaderet[9]: vnde nec† homo di 4
uidi corporaliter poteſt:quia mortuus nomen hominis perdit[10]. idem ſi propter pupillo-
rum fauorem lex eam prohibeat[11].idem ſi teſtator vetet[12], vel etiam ſi ad tempus id ex cõ
uentione partium actum ſit[13].Incorporalia ſecundum naturam diuiſionem non recipiunt,
quia quæ videri,& tangi non poſſunt,nec quidem diuidi poſſunt[14]:ex iuris verò interpreta
tione ſecùs eſt[15].cùm enim ſuprà dixerimus,corporalia regulariter diuidi, eſt conſequens
vt etiam† incorporalia veluti actiones,obligationes,dominia,diuidantur,quæ,cùm rebus 5
adhæreant,vel earum cauſa inductæ ſint,ſecũdum earum quoque naturam diiudicari de-
bẽt[16].nam & regula eſt generalis,eius poteſtatis eſſe* partem reſpectu partis, cuius totum 6
contemplatione totius[17].Vnde quod de toto ſtatuitur, in parte quoque permiſſum cenſe-
tur[18].valet enim argumentum de toto ad partem[19],ſicut & de* pluribus rebus, aut perſo- 7
nis ad vnam[20], & qui† in iudicio totum petit, ſi bonam cauſam in parte tantùm habeat, 8
eius reſpectu ſecundum Zenonianæ legis modum obtinet[21]. ſicut vice mutua qui partem
petit,ſi in toto ius habeat,& ipſe potior eſt[22].Suadet hoc & æquitas:nam † cum quis dece- 9
dit,relictis pluribus hæredibus,cùm ſinguli eum inſolidum non repræſentent, ſed pro por-
tionibus duntaxat hæreditariis[23],æquum eſt inter eos diuidi actiones pro iiſdem portioni
bus:ne in plus teneantur,quàm teſtatoris perſonam referant,& quia iniquum eſt pacto al-
terius cohæredis alterum prægrauari[24], cùm pœna ſuos tenere debeat auctores[25]. Hinc
eſt,quòd obligationes dandi diuiſionem recipiunt[26]:cùm dare ſit dominium transferre[27],
ipſum autem dominium diuidatur[28],& dominus * dicatur, etiam qui pro parte eſt domi- 10
nus[29].Addunt aliqui obligationem dandi ea quoque ratione eſſe diuiduam, quia præciſa
eſt[30],adeò,vt nullum periculum ſubſit,ne partim res,partim id, quod intereſt, præſtetur[31].
qua de re infrá. Et hæc quidem ſecundum communem regulam procedunt. ſunt tamen
non pauci caſus,quibus nullus eſt diuiſioni locus. Et in primis hîc traditur obligationem
ſeruitutum† indiuiduam eſſe,ſicut & obligationem faciendi : quia(inquit Iuriſconſultus)
horum diuiſio ſtipulationem corrumpit,ideſt,vitiat perinde,ac impoſsibilis[32].ſed quomo 11
do ſeruitutes indiuiduæ ſunt?& Bart.ait[33],quia nec fundo dominanti deberi pars poteſt[34],
nec fundus ſeruiens debere[35],nec inſtrumentum,quo in ſeruitutibus vtimur, putà homo,
vel vehiculum ſcindi poteſt[36]. At Paul.Alexander Iaſon ideo indiuiduas eſſe, autumant,
quia in eis partes nullæ poſſunt habere locum, non quidem integrales, quia ſeruitus
ſeruitutis eſſe non poteſt[37], non etiam aliæ, cùm ſeruitus ſicut anima ſit tota in toto
& tota in qualibet eius parte[38]. Ego ſeruitutes definiri ſcio eſſe ius eundi, agendi,
ducendi per fundum &c.[39]. at ire, agere, ducere pro parte nemo poteſt, vt infrà in
obligationibus factorum videbimus, quod enim ad factum ipſius euntis adtinet,
pro parte explicari nequit : cùm non poſsit quis in dimidia ire, quin in alia quoque
dimidia conſiſtat. Nam & † in obligationibus facti idem eſt. lex enim ait factorum 12
obligationes eſſe indiuiduas, æquiparátque ſeruitutibus, tanquam ſentiat non poſſe
& à principio diuidi, ſicut nec ſeruitutes poſſunt[40]. quod verum eſt, cùm de re pro
indiuiſo facienda agitur : non enim poteſt aut operis reſpectu, aut ipſius fundi in
obligationem pro parte deduci, vt Bartolus hîc ait[41] : nec poteſt quis fundum ſemi
tradere aut, foſſam ſemi fodere. Eſt enim fundus, foſſa, inſula, opera, rei integræ
nomen[42], quod dimidiatim agenti non conuenit[43], vt apud vlpianum. Celſus
ait, vt ſi quis ſemi operaretur, ſemi ædificaret, pugnarent hæc in eodem ſubiecto.
Sed † & cùm quis factum negatiuum promittit, clarum eſt tunc nec id quidem à prin- 13
cipio pro parte promitti poſſe, vt cùm ſpondet quis iniuriam non facere, non impedire,
& ſi qua ſimilia[44]. hiſque caſibus procedit factorum cum ſeruitutibus æquiparatio.at ſi de

re

1 Bart.quæſt.j.
2 l.ſi.C.de exc.artif.lib.x.
3 l.ſeruus communis.ij.ꝟ.titu.ij.
4 d.l.qui vſumfructum.ꝟ.eo.vbi Bar.
5 l.locus.de acqui.poſ.
6 l.quod in rerum.§.pen.& l.planè.in fine.de leg.j.
7 l.ſi qui duas.§.ſi partem.com.præd.
8 l.in ſtipulationibus.vbi dixi.ſuprà eo.
9 §.eadem.verſ.quod ſi cõmodè.Inſt.de offi.iud.
10 l.rerum.de vſuca.c.afferte.de præſump.
11 l.in pupillorũ.de re eorum.
12 glo.l.fin.C.com.di.
13 l.in hoc.§.ſi conueniat.ꝟ.com.diui.
14 inſt.de reb.cor.in princ.
15 l.ij.§.i.ꝟ.eo.
16 l.poteſt.vbi glo.& Bart.de auct.tut.
17 l.iuriſgentium.§.adeò.de pact.vbi Iaſ.
18 l.v.in fi.vbi dixi.de le.j.
19 l.quæ de tota.de rei ven.
20 l.ſingularia.ſi cert.pet.
21 §.ſi quis agens.in fi.inſt.de act.
22 §.ſi minus.eo.tit.
23 l.cum à matre.C.de rei vendic.
24 l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inoff.teſta.
25 l.ſancimus.in prin.C.de pœn.
26 l.ij.§.j.ꝟ.eo.
27 §.ſic itaque.inſt.de act.
28 l.v.in fi.de leg.j.
29 l.j.§.domini.ad Sila.
30 l.vbi autem.§.fi.ꝟ.eo.
31 l.in executione.§.pro parte.ꝟ.eo.
32 l.hæredes.§.an ea.fam.erc.l.impoſsibilis.ꝟ.eo.
33 Bar.hic.ij.op.
34 l.pro parte.de ſer.
35 l.ſi vnus.de ſer.ruſ.præ.
36 d.c.afferte.
37 l.j.de vſuf.leg.
38 l.via conſtitui.§.quæcũque.de ſer.ruſt.præ.
39 Inſt.de ſer.in prin.
40 d.§.an ea.
41 Bar.hic vj.opp.
42 l.ſi is,qui ducenta.in fi.ad leg.fal.
43 l.libertus,qui.§.j.de op.lib.
44 l.ij.§.fi.ꝟ.eo.



14 re pro diuiſo† facienda agatur, æquiparatio omnino non procedit: quia poteſt à princi-
pio conuenire,vt quis dimidiam inſulam ædificet, dimidium fundum tradat[1]: valebítque
conuentio tanquam verba rei conſummatæ ſignificatiua impropriè accipiantur, & pars
fundi pro fundo habita ſit[2], nec de hoc caſu loquitur hîc iuriſconſultus, ſtipulationes(in-
quit)non diuidũtur.Sed ſi à principio promiſit quis dimidiam inſulam facere,eam facien
do non dicitur diuidere : ſed totum quod promiſit facere : ſi verò minus faceret, ſecùs eſ-
ſet.etenim ratio, cur hoc caſu talis obligatio diuiſionem ex poſt facto non recipiat, & de-
bitor partem faciendo, nec pro illa quidem liberetur, eſt, quia contrahentes videntur,
15 operis effectum perpendiſſe[3]. qui enim de* opere loquitur,intelligitur ex opere facto cor
pus perfectum ſignificare[4]:cùm operi propria forma ex perfectione dũtaxat competat[5].
Hàncque rationem vbique reddit Iuriſconſultus: Addunt Doctores,& aliam, quia ſi quis
liberaretur facti partem præſtando, ſequeretur poſſe eum pro reliqua parte id, quod in-
tereſt ſoluere : iniquum autem eſt ſolutionem in diuerſis rebus fieri[6]. quæ ratio, ſi in his
16 procedit, † quæ ſola ſolutione indiuidua ſunt, quantò fortiùs etiam in factis, quæ petitio
ne quoque ſunt indiuidua: cùm enim tali caſu pars tantam vtilitatem reſpectu partis non
adferat, quantam totum reſpectu totius, non fuit æquum ſolutione partis promiſſorem
liberari. quam rationem ego eatenus probo, vt quoties propter partem minùs intereſſet
ſtipulatoris,non ideo credam ſolidam rei æſtimationem tunc præſtandam,& ſic plus, quã
interſit.quod infrà videbimus[7].

VELVTI VIAE, ITINERIS. Cùm ergo ſtipulatio ſeruitutis ſit indiuidua,
I.effect. ſequitur vt inde plures effectus proueniãt. Et in primis ſi vnus† ex pluribus dominis fun
17 di communis ſtipuletur illi viam, ſtipulatio non valet[8]. Promiſſor enim ei tantùm tene-
tur, cui promiſit, at illi ſoluere non poteſt, cùm pro parte ſua pro indiuiſo ſeruitus conſti-
tui nequeat, quin & in aliena conſtituatur : cùm in quolibet ceſpite, aut palmo terræ alij
I. quoque ius habeant. Addunt tamen Paul.Alexand.& Iaſ.non † omnino inutilem eſſe
18 hanc ſtipulationem : cùm poſsint ſocij eam habere ratam, vnde interim in pendenti eſſe
cenſebitur[9]. ideóque ſtipulator pro parte ſua de facto vti à promiſſore impediendus non
II. eſt[10]. Quæ ſententia probabilis eſt,cùm ſtipulator ſibi & ſociis ſtipulatus eſt:licet enim
regulariter, quis ſocio ſtipulari nequeat[11]: quia ſocius mandatum ab alio habere non
19 cenſetur, niſi quatenus verba conuentionis inferunt[12], hoc tamen † caſu propter natu-
ram rei indiuiduæ tolerandum id videtur : cum interſit ſtipulantis etiam alios admitti:
III. quia aliàs ſibi ſoli conſtitui ſeruitus non poſſet[13]. Item probabilis eſt, quoties promiſſor
quamuis ſoli ſpopondiſſet, fidem bonam agnouiſſet, & ad promiſsionis executionem
ſeruitutis conſtitutione, ſeu ceſsione deueniſſet : tunc enim de iure in rem agitur, quod
in ſuſpenſo ſtare poteſt[14]. alias verò putarem à verbis legis non recedendum:quæ ſimpli
20 citer dicit ſtipulationem eſſe inutilem[15]. nam & aliàs conſtat ſtipulationem puram* qua-
tenus obligationem perſonalem duntaxat inducit, in pendenti eſſe non poſſe[16]: ſícque
Accurſij ſententiam, quam veteres ſimpliciter ſequuti ſunt, ego quoque amplector[17].
IIII. Sciendum tamen poſſe † vnum ex dominis præſcriptione ſeruitutem fundo commu
21 ni acquirere[18]. Nec eſt dubitandum, quamuis regulariter acquiri ab eo ſeruitus non
II.effec. poſsit, acquiſitam tamen cæteris quoque ſociis conſeruari poſſe[19]. Alius† eſt effectus,
22 quòd dominus fundi communis, ſi permittat, ſeu ſinat alij fundo imponi ſeruitutem,
nihil agit,fruſtráq; patiẽtiã adhibet,ſeu ſeruitutẽ cõſtitui:nec enim ſolus trãsferre illud ius
poteſt, quod ſibi cũ ſocii cõmunes inſeparabiliter eſt[20]:ſed cur dominus fundi cõmunis ſi
ſeruitutẽ promittat, obligatur, & tamen ſi conſtituat,nihil agit? Reſpondeo,quia ſi promi
23 ſit, cenſetur etiã† conſequentia promiſiſſe,nẽpe ſe facturũ,vt obſeruare fidẽ poſsit,ideſt,ſe
à ſociis empturum, vel aliàs ex eorum conſenſu conſtituturum[21]. vnde & qui fundum
non habet, ſeruitutem promittens obligatur[22] : at qui ſimpliciter conſtituit, videtur qua-
lecunque ius, quod habet, quod in ſe eſt duntaxat transferre,nec vltrà obligatur, ſolúm-
que lex eum iubet ſinere. de facto ſtipulatorem ſeruitute vti[23]. quod in eo locum non ha-
bet, qui promiſit: poteſt enim ſtipulator agere, vt adimpleat, & ſocios ad ſibi conſen-
III.eff. tiendum inducat : nec propter difficultatem vitiatur ſtipulatio. Alius quoque additur
24 effectus, † vt ſi quis fundo ſuo viam ſtipuletur, deinde partem fundi † pro indiuiſo ven-
25 dat, euaneſcat ſtipulatio[24]: cùm enim fundus ſit ſtipulatori eo tempore cum emptore
communis, quo ſeruitus conſtituenda eſt, deuenit res ad eum caſum à quo incipere
I. non potuit[25]. Meritò liberatur promiſſor[26]. Vnde apparet aliud eſſe, ſi diuiſim pars
II. III. fundi vendita ſit[27]. Vel ſi poſt conſtitutam ſeruitutem, alienatio facta ſit[28]. Vel ſi
IIII. non ſtipulator, ſed promiſſor ipſe fundum vicinum venderet[29]. Sed quid ſi ſtipulator
partem quidem fundi ante conſtitutam ſeruitutem alienaret? ſed quid ſi in ipſa alienatio
ne ius ſtipulatoris pro parte indiuiſa illius fundi cederet : & Lãcelotus ait valere ceſsionẽ
ſicut & valet,cũ totũ fundũ quis alienat.ꝙ Bar.cẽſuit[30].Ego nõ video,quomodo ſtipulatio

m v nem

1 l.locus.de acq.poſſ.l.ij.§.præterea.de aqua plu.ar.
2 l.planè.in fi.de leg.j.
3 l.in executione.§.j.ꝟ.eo.
4 l.v.§.j.de ver.ſig.
5 l.ſi is,qui ducenta.
6 d.§.pro parte.
7 l.inſulam.§.pen.loc.l.domum.ver.ſi vero.de cont.empt.
8 l.ſi vnus ex ſociis.de ſer.ruſt.præd.
9 arg.l.fin.ꝟ.com.præd.
10 l.per fundũ.de ſer.ruſt.præd.
11 l.de pupillo.§.ſi plurium.de oper.no.nunt.vbi Doct.
12 l.nemo ex ſociis.pro ſoc.Dec.conſilio xcviij.
13 l.proprium.com.præd.vbi Caſtr.
14 d.l.fin.d.l.per fundum.
15 d.l ſi vnus.
16 l.vſusfructus.ꝟ.tit.ij.
17 Pau.l.ij.§.ex his.ꝟ.eod.
18 glo.d.l.proprium.
19 l.nam ſatis.l.aquam.quẽ.ſer.am.
20 l.vnus.ex ſociis.de ſer.ruſt.præd.
21 l.multùm.ꝟ.eo.
22 l.hæredes.§.an ea.fa.erciſ.ver.contra.
23 d.l.per fundum.
24 l.pro parte.de ſer.l.ſi ſub vna.§.j.ꝟ.eo.
25 d.l.vnus ex ſociis.
26 l.pen.§.& ſi placet.ꝟ.eo.vbi Bar.
27 l.ſi quis duas.§.pen.cõ.præd.l.ad certam.de ſerui.tit.gen.
28 l.via.§.quæcunque.de ſer.ruſt.præd.
29 d.l.multum.ꝟ.eo.
30 Bar.d.l.ſi ſub vna.Caſt.d.l.pro parte.

nem indiuiduam poſsit quis per ceſsionem diuidere : itémque cùm propter alienationem euaneſcat ſtipulatio,quomodo eo actu cedere venditor eã poſsit, quo euaneſcit:cùm ſemper ordine intellectus cenſeatur alienatio ceſsionem ipſam præceſsiſſe.vnde nihil refert, quod eodem contextu vtrunque ſit actum[1]. Sed quid,cùm quis ſtipulatur domum ædificari in fundo ſibi cum alio communi:& Accurſius exiſtimat non valere ſtipulationem,cõtrà Raph.quia poteſt(inquit)quis ſtipulari inſulam fieri etiam in fundo alieno,dum ſua interſit[2]. Sed dicendum eſt, valere quidem ſtipulationem, verum non committi.ſi ſocius ædificari non conſentiat.habebit enim iuſtam cauſam promiſſor non ædificandi, vt in mora conſtitui non poſsit[3]. quod & cæteri ſentiunt, & à me proditum eſt ea quæſtione, cùm quis fundum alienaſſet, in quo inſulam fieri ſtipulatus erat[4]. Alius † effectus etiam adiicitur, vt, mortuo ſeruitutis promiſſore, quilibet eius hæres inſolidum conueniri poſsit, & maximè is, cui fundus ſeruituti deſignatus adiudicatus eſt[5]. qua de re ſuprà loco ſuo.

V. (beside "quod eodem contextu…") — IIII. effectus. 26 (beside "Alius † effectus…")

CAETERARVMQVE SERVITVTVM. Non ſolùm de ruſticis & vrbanis loquitur,ſed etiam perſonalibus,qualis*eſt vſus,& habitatio,vt Raph.& Alex.tradiderunt,ſufficit enim ſimilitudo in genere, licet prorſus hiſdem terminis non conueniat[6]. 27

Excipitur†tamen vſusfructus,qui ſecundum iuris interpretationem poteſt diuidi[7].ſed I. 28
quæ eſt ratio,cur vti pro parte non poſſumus,vtifrui poſſumus[8]? & aiunt Doctores vſum ex vſuarij neceſsitate perpendi[9], & ideo incertum prorſus eſſe:at vſumfructum non ad perſonæ neceſsitatem pertinere, ſed omnes fructus compræhendere. Vnde non adeò incertum eſſe,quin diuidi poſsit.qua ratione videmus*quoddam inſtar dominij etiã vſum- 29
fructum habere[10], vt ſicut dominia diuiduntur, ita & ipſe diuidi debeat:& ſicut dominij pars tantùm prodeſt,quantùm reſpectu totius integrum dominium,ita & in parte vſusfructus eſt[11], quod in vſu eſt contrà. Nec enim neceſsitas perſonæ huiuſmodi diuiſionem admittit: cùm non tantam vtilitatem afferat pars cibariorum etiam reſpectu partis quantã totum[12].& hæc quidem veteres, quos & ipſe ſequor : dum tamen addamus de vſu nullam certam partẽ adimi poſſe:cùm illud,quod vſui demitur,proprietario adcreſcat,cùm†ſem 30
per quod perceptum eſt,vnus,integer,indiuiduúſque ſit vſus[13].Vnde nec vendere,nec locare vſuarius poteſt:cùm in vſufructu ſit ſecus.Plus enim eſt frui,quàm vti. Sed cur non II.
idem in alimentis eſt? conſtat enim alimentorum legatum diuiſionem recipere:& †tamẽ 31
neceſsitatem perſonæ recipiunt.nec dubitandum eſt quod Iaſ.fecit quin verum ſit alimenta diuiſionem recipere:alioquin aduerſus quemlibet hæredem ipſo iure inſolidum agi poſſet[14]:nec cogendi eſſent,vt in vnum conſentirent:& tamen clarè conſtat eſſe cogendos[15]: quæ igitur erit differentiæ ratio: & crediderim eſſe, quia vſus eſt magis incertus, cùm non ſolum ex neceſsitate perſonæ, ſed etiam voluntate vſuarij pendeat: qui ſi minùs quàm ſibi debeatur accipiat, putà partem, dicitur adhuc ſolidum vſum habuiſſe, & pars relicta proprietatis titulo domino remanet: at alimenta ſecundum neceſsitatem, qualitatémque perſonæ conſtituuntur[16], & ad liquidum redigi poſſunt. Vnde in eis pars certiùs depræhenditur, & (vt breuiter finiam) vſus in quadam facultate alimenta ſicut & vſuſfructus in re ipſa conſiſtunt, quæ diuiſionem recipit[17]. Sed nunquid indiſtinctè vſus ſit III.
indiuiduus, & conſtat non poſſe diuidi, quatenus eſt ſeruitus[18]: quatenus † verò commo 32
ditatem quandam ſignificat, quam quis in re conſequitur, ſeu quatenus facti eſt, poteſt in eo pars conſiderari[19].qua ratione & vſus quatenus in vſufructu continetur, diuiſionem recipit[20]. Ampliùs cenſuerunt Doctores vnam quanque ſeruitutem†ratione com IIII.
moditatis diuiſionem recipere[21].& ideo licet ſeruitus aquæductus* ſit indiuidua, tamen 33
aquæ ducendæ commoditas poterit inter plures diuidi tẽporibus, ſcilicet, & menſuris[22], 34
quæ per caſtella, itémque ſalientium modulos quandoque & epiſtomia, ſeu ſiphunculos, & fiſtulas reſtringitur[23]. videtúrque hoc caſu(vt inquit Barto.)non ſeruitus diuidi,ſed per inſtrumentum diuiduum modum quendam recipere[24]. Vnde conſequens eſt, vt ſi to- V.
tus fundus † debeat ſeruitutem, & ego illam ad certam partem remittam, (quod facere 35
poſſum[25].) quamuis in alia parte remaneat ſeruitus,non tamen videatur diuiſa, ſed per modum reſtricta, vt quæ ſeruitus toti fundo debeatur iam certæ illi parti ſolida debeatur, à qua nulla facta eſt remiſsio: etenim certa illa pars integer fundus eſſe incipit[26].aliud ergo eſt ſeruitutem diuidi, aliud fundi partem ſubduci, & liberari, ne in eo locum habeat, ſed in reſiduo remaneat. Sed † quid ſi aquam non iure ſeruitutis,ſed dominij ducam, VI.
vt quia tantùm fundi emerim, quantum riuo ſufficit, ſicque non per alienum, ſed per 36
meum alueum aquam meam ducam[27]: & cum non de facultate, ſed de re ipſa, ideſt, dominio agatur[28], vero proprius eſt, id ius diuiſionem recipere[29]. Quid rurſus † ſi VII.
ab aliqua ſcaturigine,vel aliàs naturaliter manantẽ aquã duxero? & ſi citra ius ſeruitutis 37
habeam, videtur perinde ac ſi iure dominij haberẽ:cùm enim naturali curſu in meũ agrũ quia inferior eſt,deferatur,incipit ibi eſſe mea[30].antè eñ quã illuc appulerit,nihil in ea iu
ris ha

1 l.j. in fine. cum ſequenti. de reb.eorum.
2 l. ſtipulatio iſta. §.ſi quis inſulam.ſ.eo.
3 l.quod te.ſi cer.pet.
4 l. ex conuentione. C. de pact.vbi dixi.
5 l.ij.§.ex his.ſ.eo.ver.quo caſu.
6 l.& ſi fortè. §. ſi ædes. ſi ſer.vend.
7 d.§.ſi ædes.d.l.j.§.ſi vſuſfructus.ad l.fal.l.v.ſ. de vſu fru.
8 l.vſus pars.de vſu & hab. l.ſi cum duorum.ſ.tit.ij.
9 Inſt.de vſu.& hab.in prin. Pet.Ci.& Alber.hic.
10 l.iiij.de vſufru.Bart.hic. quæſt.iiij.
11 d.§.ſi vſusfructus.
12 Bald.Pont.Imo. Alex.& Iaſ.hic.
13 l. denique.l. plenum.de vſu,& hab.
14 d.l.ij.§.ex his.ſ. eo.
15 l.ij.l. pecuniæ.de ali. & ciba.leg.
16 l. cum hi. §. vult igitur. de tranſact.
17 l.item quamuis.§.ſi vſus. com.diui.
18 d.l.vſus pars.
19 l.ſi vt certo.§.ſi. vbi glo. verbo,vehiculi.ſ.com.
20 l. huic ſtipulationi. §.j. in glo.ſine vſu.ſuprà, vſuff. quem.ca.
21 l. via.§. i.de ſer.arg.l.inter.vbi Bar.de admi.tut.
22 l.Lucio.de aq.quot. l.arbor.in ſi.com.di.
23 l.funes.l.fundi. §. fin.de act.emp.
24 l.iiij.§. modum. de ſeruit.
25 l.ad certam.de ſer.
26 l.ſi quis duas.§.pe.com.
27 l.in concedendo. de aq. plu.ar.Bal.l.ſi mulier. C.de iure dot.
28 d.l. item quamuis. §. ſi vſus.
29 d.l.j.§.ſi vſusfructus.
30 l.j.§.illud Labeo. de aq. quot.Cep.de aq.duc.tract.



ris habeo,adeò vt nullo tempore vſucapere poſſim[1]:at poſtquam in meo eſt, rem meam
VIII. arbitratu meo diuidam,quatenus natura patitur. Sanè licet ſeruitus acquiri†pro parte
38 non poſsit[2],pro parte tamen retineri poteſt,vt cùm prædij tui,quod mihi ſeruiebat, dominus eſſe cœpi pro parte[3]: cum enim mea res mihi ſeruire non poſsit, ſequitur vt tua pars duntaxat mihi ſeruiat[4],licet perinde habeatur,ac ſi nõ pro parte,ſed tota ſeruitus retineretur:&,quæ indiuidua non poſſunt pro parte extingui,beneficio alienæ rei etiam propria ſeruire videtur[5]:& cauſa dominij propter ſeruitutis coniunctionẽ in eius nomen trãſit.quod Bartolus ſenſit: & aduerſus Rom.Iaſ.diſputat receptiúſque eſt.Arbitror tamen,licet à principio per fundũ communem conſtitui ſeruitus in eo nequeat[6],poſſe tamen quiddam eius inſtar conſtitui.quod pro parte mea titulo dominij habebo,pro alia titulo, non
IX. quidem ſeruitutis,ſed conceſsionis pacto acquiſitæ.quod Caſt.cenſuit[7]. Sed quid in†feu
39 dis dicemus?an ſunt indiuidua?& videretur eſſe:æquiparantur enim ſeruitutibus[8].nec dubium eſt hoc procedere in maioribus dignitatibus,putà Marchionatus,Ducatus,Comitatúſque:alia verò inferiora beneficia diuidi poterũt.quod Federicus Imp.ſanxit[9],quod Põ-
I. tificio quoque iure certiſsimũ eſt[10]. Sed quid ſi comitatus * à principe conceſſus ſit cum
40 clauſula. *Et cui dederit*?& non eſt dubitandum ſicut alienari,etiã,inconſulto domino,poteſt
41 ita & diuidi poſſe[11]. quid ſi†in diuiſione ſolidum vni feudum adſignetur, alij verò cætera bona? & receptum eſt etiam id permittendum, nec Federici cõſtitutioni hoc in caſu locũ eſſe[12]. Quod ego verum arbitror,cum huiuſmodi feudum eſt:in quo poſsit eſſe iuri accreſcendi inter ipſos locus:quòd ſi non ſit,vt in feudo nouo,abſque conſenſu domini non valeret talis diuiſio[13],ſicut nec valeret ſi pactus eſſet dominus,ne citra conſenſum ſuum alienare beneficium cliens poſſet.Fuêre tamen qui diſſentirent,vt Salic.non enim(inquit ille) intelligendum eſt id pactum de alienatione, quæ inter ipſos clientes iure diuiſionis fiat[14].
II. quæ ſententia probabilis eſt. Sed quid ſi non ipſum ius clientellare,ſed†commoditas, &
42 cenſus inde prouenientes diuidantur?& conſtat id licere[15]: cùm docuerimus etiã ſeruitu-
III. tes prædiorum reſpectu vtilitatis diuiſionem admittere. Sed quid † ſi hæc diuiſio ita pe-
43 tentibus ſubiectis fiat,quorum hauddubiè intereſt tot dominis non parere[16]? & videretur hoc caſu concedendam diuiſionem[17].nec obſtat Federici conſtitutio:cùm non ſolùm conſortes, ſed ipſi ſubditi ad diuiſionem impellant, qui cogi non poſſunt, vt plures dominos
IIII. agnoſcant[18]. Quid ſi†comitatus tenuis ſit? cum hodie, ſuadente ambitione, aucti ſint
44 dignitatum tituli,quod adhuc tempore Federici non erat.quippe comitatus non niſi coniunctione plurimorum oppidorum, cõſtituebantur:hodie etiam inferiores principes vni
45 caſtro comitem conſtituunt,& generali italiæ conſuetudine † conſtat tales comitatus diuidi,quod ſocij adductis plurimis teſtibus oſtendit,& Iaſ.hîc tradit[19]. Sed quid ſi plura caſtra ſeparatim iuriſdictionem habentia titulo comitatus alicui concedantur? & tali caſu poſſe diuiſionem fieri aliqui reſponderunt[20].Ego dubito. videtur enim princeps ſecundũ leges comitatus hæc caſtra adiunxiſſe[21].& certe plures alios caſus Socin. ſupràſcripto re-
46 ſponſo commemorat ſatis ambiguos.Sanè in Federici†conſtitutione verba illa, *Si conſortes voluerint*,ſingulari ſenſu accipienda videntur pro quolibet ex cõſortibus[22].poteſt enim fieri hæc diuiſio,irrequiſito domino,etiam vno ipſorum prouocãte quod Iaſ. hîc docet[23]. quodque aduerſus Abbatem receptiſsimum eſt[24].

47 IDEM PVTO ET SI QVIS. Factorum†ergo obligationes ſecundum regu
I. lam ſunt indiuiduæ:cuius rationem ſuprà declaraui: quod tamen perpetuum nõ eſt. Et
48 in†primis valet promiſsio facti pro parte à principio,vt cùm quis promittit partem fundi diuiſam,ſeu indiuiſam tradere[25].vel cùm quis ſtipulatur partem diuiſam inſulæ fieri, vel partem diuiſam foueæ fodi[26].tam & ſi deinde talis obligatio ſit: & ipſa non ſolutione tantùm,ſed & petitione indiuidua:incipiátque locus eſſe ſupraſcriptæ regulæ. Oportet enim, vt promiſſor totum faciat,quod promiſit:cùm pars illa à principio in obligationem dedu
II. cta pro quodam integro habeatur. Rurſus†non procedit concluſio reſpectu hæredum
49 eius,qui promiſerit ſe hæredémque ſuum ratum habiturum, vel ampliùs non acturum:diuiſionem enim hæc ſtipulatio recipit,adeò vt hæres indeuotus ſolùm pro parte ſua in pœnam incurrat[27].in cuius rei ratione perſcrutanda plurimùm à maioribus noſtris laboratũ eſt.Ego id ea ratiõe inductũ ſuprà docui[28],quia eſt,qđ ſtipulatori imputari poſsit,qui agentẽ exceptione ſtipulationi nõ ſummouerit:cũ ipſe poſsideret:ſecus enim ſi nõ poſside-
III. ret[29]. Sanè &†obligatio rẽ tradi quãdoq; recipit diuiſionẽ cũ,ſcilicet,nõ ad merũ factũ,
50 ſed ad ius quoq; habitus fuit reſpectus:vnde obligatio†dãdi diuidua eſt[30]:licet in ea rẽ tra-
51 di cõtineatur[31]:ꝙ in cõſequẽtiã quãdã eſt[32].nós aũt ad id ꝙ principaliter agitur, magis adtẽdimus[33].Sed & qui ad tradendũ nõ propria obligatione, ſed iuſſu teſtatoris tenetur pro parte hæreditaria obligari ex aliquorũ ſentẽtia ſolùm videt[34],vt in eo hærede cõſtat, qui cũ totã rẽ legatã poſsideret,nõ cõuenitur tamẽ à legatario,niſi ꝑ hæreditaria parte[35]. Sed Alexander id inductum arbitratur:quia talis obligatio non ſimplicem traditionem, ſed
dationem

1 Bal.c.j.§.ſi quis de mãſo de con.inueſt.in feu.Iaſ.l.j. in prin.char. pen. de acqui. poſſ.
2 l.ſi quis duas.in fin. com. præd.
3 l.vt pomum. §.j. de ſer. l. vnus.de ſer.ruſt.
4 l.ſi communi l. tria prædia.de ſer.ruſt.pre.
5 arg. l. quod ſi vno. in fin. de in diem ad.
6 d.l.ſi quis duas.in fine.
7 d.l. in cõmuni. vbi Caſt.
8 c.j.in fin. de cap. qui cur. ven.l.communi.in glo.magna.in fi.com.di.in l.ſi vſuſfructus.ſ.de vſufr.ver. oportet.
9 c.j.§.præterea. de prohi. ali.feu.per fed.
10 glo. c.licet.de voto. c. ſi hæredes.de teſta.
11 c.j.de feud.non hab. pro. nat.feud.
12 c.j.§.omnes.filij.ſi.de feu. com.ſic inter Alexan.conſil. xviij.in ij.vol.&.lx.in iij.Iaſ. hic.
13 Bald.l.voluntas. C.de fideicommiſ.
14 Salic.l.ea lege.C.de cõd. ob cau.
15 l. inter tutores. vbi Bar. de ad.tut.
16 arg.l.iij.de alim. & cib. leg.Doct.l debitorum.C.de pac.
17 d. §. præterea. verſic. ita tamen.
18 d.ver.ita ſanè.
19 Soci.conſi.lxvij. in j.
20 Soci.d.conſi.lxvij.
21 l.ſi conuenerit.ij. ver. ſi nuda.de pig.act.vbi Bar.
22 l.falſa. in fin.de cond.& demon.
23 Alex.conſi.vij.in v.Soci. conſi.cclxxviij. in iij.
24 Abb.conſi.lxxxiiij.
25 l.locus.de acq.poſſ.
26 l. ij. §. præterea. de aq. plu.ar.
27 l.iiij.§.Cato.ſ.eo.
28 d.§.Cato.
29 l.iiij.in fi.ſ.eo.
30 l.j.§.j.ſ.eo.
31 l.traditioibus. C.de pac. vbi dixi.
32 l.ſi ſtipulatus.ſ.eo.
33 l. ſi quis nec cauſam.ſi cer.pet.
34 Bar.d.§.Cato.in iiij.op.
35 l. ſi tibi homo. §. ſi fundus.de leg.j.

dationem quoque continet:dubitandum enim nō eſt,quin hæredes* ad factum à teſtatore 52
grauati inſolidum teneantur[1],licet inter ſe pro rata contribuant familiæ erciſcundæ iudi
cio.quod & in his reſponſum extat,qui munus gladiatoriū dare iuſsi à teſtatore ſunt[2]. ve-
rior ergo illa eſt exceptio,cùm is,qui rei vindicatione cōuentus eſt,pluribus hæredibus in-
ſtitutis,decedit:quamuis enim per litis conteſtationem videantur quaſi contractu ad tra-
dendum obligati,non tamen inſolidum tenebuntur[3]. Sed cur non idem eſt in † vendito- IIII.
re,qui rem tradere obligatus eſt,& de cauſa bonorum transferenda agit[4],& tamē pro par 53
te tradendo catenus non liberatur,vt receptior eſt aduerſus Caſt.ſententia[5],& lex ratio-
nem eam adfert, quod natura venditionis ſit indiuiſa[6]. nec enim is, qui ſolidum ab vno
emit,partem fuiſſet empturus: ſecùs,ſi à pluribus,qui pro ſolido ſinguli non vendant[7]. qua
de re Infrá. Quid verò in pluribus venditoris hæredibus ſit,lex infrà diſtinguit[8]. Addit V.
Bar.generaliter obligationem *tradendi eſſe diuiduam,quoties tantam vtilitatem reſpe- 54
ctu partis præſtat traditio,quantam totum reſpectu totius præſtaret. quæ ſentētia recepta
eſt.Nec me mouet,quòd(vt idem ait) videatur hoc impoſsibile:quia hoc modo quis poſſet
inuitus in communionem incidere,quæ plurima incommoda ſolet parere[9]. Reſpondeo,
hoc non conſiderari ex eo apparet,quòd obligationes dandi ſunt diuiduæ[10], & tamen in
eis comunionis periculum maximè ſubeſt.In obligatione quoque rei † reſtituendæ cenſuit 55
Bar.non procedere legem noſtram, quoniam hæ obligatione & petitione recipiunt diui-
ſionem,licet non ſolutione[11].quæ ſententia communiter ferè approbatur, at Rain.Albe.
Imo.itémque nouiſsimè Ruin.[12],etiā ſolutione diuiduas eas eſſe exiſtimauit[13].contrariū
verò prorſus cenſuit Caſtellio,& vterque Raph.diſputauítque Socin.nēpe petitione,obli
gatione,ſolutione eſſe indiuiduas[14].adeóq; Leſbia norma hoc in articulo leges noſtras in
terpretati ſunt Doct.vt ſuis cōmentis eas deſeruire cogerent. Ego cōcordari omnium ſen
tentias poſſe arbitror,& quemlibet ſecundum leges, quas adducit, vera dicere.ſícque cō-
ſtituendum,vt obligatio rem reſtitui diuidua ſit,ſicut & dandi[15]:cùm reſtitutio non niſi do
mino fiat,vel ei cui quæſtio dominij obiici non poteſt[16]. ideóque ſemper ſua interſit vel
partem habere,nec probabiliter vllum ſubſit periculū, ne in diuerſis rebus fiat ſolutio[17]:
cùm aut res extet,& præciſè tota res ſoluenda ſit,aut nō extet,& pecunia debeatur[18]. Ra-
rum aūt eſt,& ferè nunquam contingens,vt res reſtituēda pro parte tantùm extinguatur.
Non procedit tamen concluſio reſpectu principalium,quoties creditor ſingulorum fidem
inſolidum eſt ſecutus[19],vt quia expreſſè etiā rem diuiduam tradendo egerit, vt plures rei
debendi eſſent[20].idem ſi tacitè,quia ſpeciem indiuiduam tradiderit,putà lancem:videtur
enim cuiuſlibet fidem inſolidum ſecutus[21],cùm cuſtodia non niſi inſolidum præſtari poſ-
ſit[22].quod maximè procedit in his,qui dolo egerint,& de vi teneantur. Conſtat enim ta-
les ex delicto ſuo inſolidum obligari[23].híſque caſibus vera eſt Caſtellionei ſententia. Re-
ſpectu verò hæredum promptius adhuc eſt,vt diuidi talem obligationem, etiā ſolutione,
credamus,Rayneriúmque Albericum,Imolam,& Ruinum ſequamur.quæ & quorundam
veterum ſententia fuit[24]: cùm conſtet obligationē,* quæ re contrahitur, ad hæredes pro 56
portiōibus hæreditariis duntaxat pertinere[25],ídque certum omnium ſententia:cùm quan
titas debetur,quæ ſui naturâ diuiſionem recipit[26]. nā tali caſu nec quidem ex proprio do-
lo eos inſolidum conueniri certum eſt,ſi in re diuidua communiter adhibitus ſit[27]. mul-
tò minus ergo de ſolius cohæredis dolo tenebuntur[28].Quòd ſi † non pecunia, ſed ſpecies 57
certa indiuidua debeatur,verior eſt Bart.ſententia,vt obligatio quidem inter hæredes di-
uidatur,ſed liberatio non,niſi integræ rei ſolutione,contingat[29].Vnde ſi ſpecies illa penes
vnum tantùm ex hæredibus ſit,in contractibus bonæ fidei quadam ex æquitate inſolidum
ille,qui rei reſtituendæ facultatem habet,cōuenietur[30]:ſicut & in hærede raptoris dicitur
ad quem tota res peruenerit[31].tenetur enim ex interdicto,quatenus ad eum peruenerit[32].
quòd ſi hæredes ipſi communiter dolum adhibuerint rei interuertendæ cauſa, tunc in ſoli
dum ſinguli tenebuntur[33].ſi verò vnus tantùm dolum fecerit,ſolus ille tenebitur[34],nec ex
dolo illius alij innoxij tenebuntur[35];ſicut nec ex dolo defuncti hæredes inſolidum tenētur
ſed pro hæreditariis portionibus tantùm[36].Addit Bart.obligationem* reſtituendi ideo di- 58
uiduam eſſe,quia ſimilis eſt obligationi dandi,quæ præciſa eſt[37]. Vnde nullum ſubeſt peri-
culum,ne partim in re,partim in æſtimatione fiat executio, quod in tradendi obligatione
ſecùs eſt[38].Sed hæc ratio non placet: quia(vt Alexand.& Iaſ.aiunt)ad indiuiduitatem ſo-
lius ſolutionis facit, & tamen obligatio tradendi omnino eſt indiuidua. Item, ea attenta
obligationes, dandi in caſibus, quibus præciſæ nō ſunt[39], indiuiduæ eſſent: & tamen
lex generaliter ait partium præſtationem recipere[40]. Item ſecundum eam rationem
obligatio, *Rem reſtitui*. nec ſolutione quidem eſſet indiuidua: cùm (vt ſuprà dixi) præ-
ciſam condemnationem habeat[41], raróque ſubeſſe periculum poſsit, vt partim in
re partim in æſtimatione fiat ſolutio. Vnde vero proprius eſt, † eam obligationi 59
dandi eſſe ſimilem:quia fit domino,cuius intereſt vel partem rei ſuæ habere: qua ra-
tione

1 l.in executione. §. ſecunda.ſ.e.l.fideicōmiſſa. §. pen. de leg.iij.
2 l.mortuo.in fi.de leg.ij.
3 l.ij.§.fin.de præt.ſtip. vbi Bart.
4 l.j.l.ex empto.de act.emp.
5 Imo.Claud.hic.
6 l.cùm ex cauſa.ſ.eo.
7 l.eandem.in prin. ſ.tit.j.
8 d.l.in executione.§.inſolidum.
9 l. cùm pater. §. dulciſsimis.de leg.ij.
10 d.l.ij.§.j.
11 l.ſi duo.in fi.depo.l.iij.§. hæres.commo.
12 d.§.Cato.
13 d.l.ſi duo.in prin.j.§.ſi pecunia in ſaculo depo.l.in cōdictione.in fi.de cond.fur.
14 l.j.§. ſi apud duos depo. l.ſi vt certo.§.ſi. commo.
15 d.l.in cōdictiōe.d.l.ſi duo. in prin.d.§.ſi pecunia.
16 l.bona fides. depo. verſi. quod ſi ego.
17 d.§.pro parte.
18 l. in re furtiua. de cond. furt.
19 l.eandem.in prin.ſ. tit.j.
20 gl.d.§.apud duos.Bar.d. §.Cato.vj.opp.
21 d. §. ſi apud duos. d. l. ſi duo.ver.ac ſi ipſi.
22 d.§.ſi duobus.
23 l.j.§.quoties.de vi, & vi arm.
24 Bar.hic.iiij.ſolut.
25 d.l.in condictione.
26 d.§.ſi pecunia.d.l.ſi duo in prin.
27 d.l.ſi duo.in prin.
28 d.l.in commodato. §.ſi ex facto.com.
29 d.l.ſi duo.ver.fin.
30 d.l.iij.§.hæres.ar.l.actione.§.ſi communis.pro ſoc.
31 l.ſi plures.de vi,& vi arma.
32 l.j.in fi.de vi & vi arm.l. ſemper.§.hoc interdictum. quod vi aut clam.
33 d.l. ſi duo. verſi.quod ſi lancem.
34 d.§.ſi ex facto.
35 d.§. ſi apud duos. verſic. idémque.
36 d.l. in depoſiti. in fin.cū ſeq.dep.d. l.in condictione.
37 d.l.vbi autem. in fi. d.l. in re furtiua.
38 d.§.pro parte.
39 l.naturalis.§.j. de præſc. ver.
40 l.ij.§.j.ſ.eo.
41 d.l.in re furtiua.



tione etiam obligationes dandi diuiduæ ſunt vt Alb.& Caſt.poſt veteres tradiderunt[1].at
in obligatione tradendi merum factum verſatur[2], & operis effectus duntaxat perpendi-
60 tur[3].Sed quid in obligatione † luendi,ſeu redimendi dicemus? & procedere regulam le-
gis noſtræ traditum eſt. Vnde ſi duo ſocij fundum indiuiſum communem vendiderint,pa
61 cto redimendi adiecto[4], non poterit alter partem duntaxat ſuam redimere[5].† non enim
veriſimile eſt id actum,vt pro parte tantùm à venditione diſcedatur,cuius natura ſolet
eſſe indiuiſa[6]:ſicque ampliaretur legis noſtræ regula vt regula,vt procedat etiam in tradi-
tione ex cauſa venditionis facta, quæ meri facti non eſt, ſed cauſam bonorum annexam
habet:talis enim ex natura contractus interuenire debet[7],& ita omnes ferè ſentiūt.& ego
I. probo. Niſi † cùm damnum ex cōmunione nullum reus ſentiret,& de redimenda re di-
62 uidua ageretur,putà vſufructu[8]. Item † niſi res duobus vendita eſſet à duobus dominis
II. pro indiuiſo,& vnus ab vno integram partem ſuam redimere vellet:diuiditur enim obli-
63 gatio per perſonas[9], nec alter in nouam communionem incidit,ſed primā continuat[10].
III. Itē niſi † cùm certum pretium luendi ſtatutum non eſt,ſed arbitrio iudicis conſtitui de-
64 bet[11], tunc enim etiam vnus pro parte ſua admittitur, quia veriſimile eſt pretium maius
conſtitutum iri, habiturúmque iudicem eius rei rationem, quòd tota non redimatur, ſed
IIII. emptor in communione ſit, ídque incommodum pecunia compenſaturum[12]. Qua
65 ratione probabiliter quoque dici poteſt † vnum duntaxat ex hæredibus ad redimendum
admitti poſſe,ſi totam pecuniam offerat[13]. tali enim caſu nullum eſt emptoris incommo-
dum[14]:videturque hæc ſententia receptior eſſe,quam Vber.Raph.Alex. Firm. Iaſ.& non
pauci recentiores ſecuti ſunt[15]:ſecundū quam opinionem & Soci.reſpondit[16], & à Caſt.
quoque conſultum fuit, cum ex diſpoſitione legis municipalis ad vendendum quis eſſet
66 obligatus[17]:quam ſententiam & ego eo exēplo ſequor,quoniam videmus* alterum cohę-
redūm ad luendū pignus ſi pecuniam pro parte ſocij offerat,admitti[18], quamuis aliter ei
quoque conſultum eſſe poſsit,nempè,vt cohæredem ad ſoluendum pro parte ſua cogat[19].
multò fortiùs in caſu noſtro:cùm aliter ei conſultum eſſe nequit:ſolutio enim debiti ex
neceſsitate fit,rei emptæ luitio non niſi ex voluntate. Vnde cogi ad redimendum ſocius
nequit.Nec obſtat,quòd quamuis alius ſocius luere nunc nolit,tamen fortè in futurum
volet[20].reſpondeo,eum qui totum redemit,teneri ad communionem ſocium recipere:&
ideo ſufficere,ſi is qui luit,caueat reo,ſe indemnem eum à ſocio præſtiturum[21]. Sed quid
ſi is reus partem ſocij non petentis malit retinere,communionemq́ue cum luente nō de-
trectet?& puto eſſe audiendum[22],vt ſicut redimens cohæredis ſocietatem detrectare non
poteſt,ita nec iſtius poſsit, in vltimis tamen volutatibus ſocius totum lueret etiam inui-
V. to reo,ídque propter ius accreſcēdi[23],cui in contractibus nō facilè eſt locus[24]. Sed † quid
67 ſi duæ res in ſolutum pro vno debito creditori datæ ſunt,an admittetur agnatus,vel vici-
nus ex legis municipalis diſpoſitione ad redimendam alteram[25]? & Iaſ.negat ex Petri
Beſutij ſententia.cùm enim vnum eſſet debitum,nō poteſt partis reſolutio admitti,etiam
ſi diuerſis pretiis ſint venditæ,ſed prima obligationis cauſa eſt attendenda,quæ vna eſt[26].
qua in re ego diſſentio ſi enim debitor principalis pecuniam pro eo prædio,quod agnatus
vult redimere obtuliſſet,creditori datum in ſolutum non fuiſſet[27]:vnde eadem ratione ſi
offeratur ab agnato,debet fundum illum retrouēdere.alioquin parata eſſet fraus ſtatuto,
cùm potiùs veriſimile ſit tantò minoris æſtimatum fuiſſe creditori illud prædium,ſi re-
demptionis periculo ſubiiceretur[28]. defendi tamen eo caſu Iaſ.ſententia poſſet,quo de-
bitor cuius res in ſolutum datæ ſunt,non pecuniam,ſed certam aliā ſpeciem debuiſſet[29].
tali enim caſu cogi nō potuiſſet creditor alteram accipere:licet adhuc res nō careat ſcru-
VI. pulo propter mentem ſtatuentiū. Sanè nō procedit quoq; concluſio legis noſtræ in ope
68 ris,† quæ licet ſint indiuiduæ (vt hîc dicitur)numero tamē diuidi poſſunt[30].ampliùs etiā
vna diuidi poteſt,ſi ex parte ſtipulatoris hoc actū eſt,vt quia duobus dominis vel à cōmu-
ni eorū ſeruo ſtipulata ſit opera vna[31] perinde enim eſt ac ſi à principio facta eſſet diui-
ſio[32],vt veteres ſenſerunt,& ſuprà aduerſus Barto.docui[33]. Verum eſt tamē propriè tunc
operam nō dici[34]:cùm diurnum non ſit officium[35]:ſicut qui partem inſulæ fieri à princi-
pio ſtipulatur,non dicitur propriè inſulam ſtipulatus:eſt enim inſula,opera,foſſa,rei per
fectæ nomen[36].
69 CELSVS TAMEN. † Aggreditur Iureconſultus aliam materiam,aítque eum,
qui facere obligatus ſit,id,quod intereſt,ſoluendo liberari,quæ obligatio, cùm in pecuniā
transfundatur,diuiſionem recipit[37].ſed quæ eſt ratio vt qui facere promiſit,ſoluendo id,
70 quod intereſt,liberetur?nónne aliud ſoluit,quàm promiſerit[38]? Reſpondeo † obligationes
in id inductas eſſe, vt vnus quiſque quod ſua intereſt, ſeu pecuniam conſequatur: ne-
mo que præciſè cogatur[39], quoniam id alienum à libertate eſt, quam lex Petilia, & Pa-
piria ſeruatam Ciuibus maximè voluit[40], vt eſt apud Liuium libro octauo. vnde
obligationem lex ait eſſe iuris vinculum: quo neceſsitate adſtringimur ad ſoluen-
dum

1 d. l. ij. §. j.
2 l.ſi rem tradi.ſ.eod.
3 d.l. ſi is qui quadringenta.in fin.ad l.fal.
4 l.ij.C.de pact.inter emp.
5 l. ſi quis aliam. de ſolut. vbi Bart.in fin.
6 l. cùm ex cauſa. ſ. eod. l. quod autem. in fin.de in di. ad. vbi Caſt.
7 l.ex empto.de act. empt.
8 l.cui vſusfructus.de vſuf. leg. vbi Bart.
9 l. cui fundus. vbi Raph. de cond.& dem.
10 Argu. l.in ſtipulationibus.§.j.ſ.eod.
11 l.vxorem. §. agri plagā. de leg.iij.
12 Iaſ.l. ſi mihi, & Titio.ſ. eod.l.j. §.ſi hæres præcepto. ad Trebel.
13 Argu. l. quod ſi nolit.§. idem Marcellus.de æd.edi.
14 l. fiſtulas. §.pen.de con. empt. l. in bello. § ſi ſeruus compluriū. de capt. & poſt li.re.
15 Alexā. l.cui vſusfructus. ſ.allegata. Mod.d. §. Cato. d.l.ij.de pact.inter emp.
16 Soc.conſil.xvj.in iiij.
17 Paul.conſi. ccxxj.in hoc paſſu.j.vol.
18 l.hæredes.§.idem ob ſeruatur.fam.er.
19 l. his conſequenter. §. Celſus. eod.tit.
20 l.deberi. C. de fideic.li. Caſt.d.l.ſi quis aliam.
21 d.§.ſi pecunia.
22 l. tutor. §.j.de mi. Petr. Alb. Modr.l.ſi duo.de iureiur.in princ.
23 Glo. d. §. agri plagam.
24 l.ſi mihi.& Titio.ſ.eod.
25 l.dudum.C.de cōt. emp. c.cōſtitutus.de in integ.reſ.
26 l.qui id quod.de donat. l.tutor.de fideiuſſ.
27 l.debitoribus.§.hi, qui. de re iud.
28 Arg. d.§. agri plagam. & l. j. §. ſi hæres præcepto. ad Trebel.
29 d.l.ſi quis aliam. verſic. ſed & ſi.
30 l.in ſtipulationibus.§.j. ſ. eod.
31 Argu. d. l.cui fundus.de cond.& dem.
32 d.l.locus.de acqui. poſſ.
33 d.l. in ſtipulationibus.
34 l. libertus, qui. §. j. de opt.lib.
35 d.l.j.& iij.de opt.lib.
36 d.l.ſi is, qui quadringenta.§.fin.
37 l.ij.§.j.ſ.eod.
38 l.ij.§.j.ſi cert.pet.
39 l.ij.C.de exact. trib.lib. x.§.fin.inſtit.de act.
40 Arg. l.ij.& v. de liber. hom.exh.

dum ſecundum noſtræ ciuitatis iura.verbum enim,ſoluendi, præciſum non eſt vnde & in
obligatione dandi ſufficit plerunque æſtimationẽ ſoluere.pauciſsimiq; ſunt caſus, quibus
præciſè quis arctetur, qui ſpeciali ratione inducti ſunt, vt infrà oſtendemus.An quoniam
promiſsio hæc factum perſonale reſpicit, quod ſuapte naturà incertũ eſt: quia in futurum
duntaxat explicandum [1], & ſecundum tempora variabile [2]? vnde vt aliquo modo(quate-
nus fieri poſſet)obligatio certior efficeretur, ſatis viſum fuit, ſi pecunia ſolueretur [3]. nam
& conſtat ſtipulationem non committi, niſi quatenus intereſt:eáque cauſa tantùm*inuen 71
tam eſſe[4]:meritò ergo eatenus ſolùm committitur [5]: at obligationes dandi certæ ſunt. Vn-
de non per actionem ex ſtipulatu,ſed per certi condictionem ad executionem perducun-
tur[6],idque & Bart.ſenſit.Sed cur in contractibus innominatis, cùm promiſſum eſt dari,fit
nihilominùs condemnatio in id, quod intereſt[7]?& Doctores id induci exiſtimarũt,quia hu
iuſmodi contractus ſunt aliis debiliores.at Fulg.contrà:quia fortiores:cum ( vt Bar.hîc fa-
tetur)etiam re ſoluta, adhuc id,quod intereſt(quia iure obligationis debetur)peti poſsit[8],
quod in contractibus nominatis non eſt[9].Sed fortè verius eſt eum contractum re ipſa per-
fici.Vnde & tractatus ob rẽ dati appellatur [10], & antè,quam res ſit data, obligationem ad
dandũ non eſſe,ſed ad faciendum,ideſt,vt contractus perficiatur,quod eſt facti.cùm enim
ex re tradita,& ſic ex facto initium obligationi præbeatur[11],apparet factum ipſum hîc ma
gis conſiderari, quã dationem.& cum ei,qui dedit,pœnitere liceat[12], non debuit alius ne-
que ipſe præciſè obligari.Addunt† aliqui ex hoc contractu ad id,quod intereſt agi,etiam ſi 72
ſtipulatio acceſſerit[13].quam ſententiã ſuprà in rubrica non probaui. Hinc infertur, vt in
caſibus,quibus obligatio dandi incerta eſt,& naturam facti aſſumit,ad id,quod intereſt,cõ
mittatur[14],vt cùm quis ſtipulatur rẽ mihi,aut Titio,vtrum voluerit dari, ſuſtinetur enim
ſtipulatio quatenus ſtipulatoris intereſt illi dari[15]:ideóque nõ tam dandi,quàm faciendi eſt
talis ſtipulatio,nec Titius cenſetur adiectus:cùm electionem ſibi ſtipulator reſeruauerit,
vt ibi docet Raph.Idémque,cùm quis quod Titius debet daturum ſe ſpondet [16],vel nomi-
ne Titij ſoluturum[17]:intelligitur enim ſe facturum promittere,quod Titius det:vnde qua-
tenus intereſt committitur:cum non minus incerta, quàm ſuperior ſit hæc ſtipulatio. Vn-
de ex facto Titij ſubſtantia debiti pendet,qui quatenus ſoluit,vel ſoluendo eſt, eatenus fa
cit,vt minus ſtipulatoris interſit:quod locis ſuis declaraui [18].Sed cur in obligatione dandi
non fit in id,quod intereſt cõdemnatio?& cum quis promittit dare,rem certam promittat,
nulla eſt ratio,vt id,quod intereſt,præſtetur,ſecundum quod ea, quæ incerta ſunt æſtima-
mus [19], ſuccurritur tamen debitori quatuor caſibus. Primus † cùm quis obligatur quia I.
ſit locupletior factus [20], non eſt ratio cur ſi ſoluat pecuniam, in qua dicitur locupletior. 73
factus,non liberetur[21],quod Bart.hîc rectè docuit.quòd ſi quis alia quoque ratione ſit obli
gatus,vt quia ſciens fecit,ne reddere poſſet, ad integrum pretiũ tenebitur [22]. Alter † eſt II.
caſus,quoties quis obligatio ne quadam mixta tenetur, vt quæ ad dandum reſtituendúm- 74
que pertineat:tunc enim electio actoris erit,an rem,an æſtimationem malit[23], vt ſi donãs,
reuocata donatione cauſa mortis, donatarium conueniat, qui rem alienauerit, vt Barto.
hîc docet.Sed hanc actionum mixturam ego non probo:aliámque rationem ſequor.ſcien-
dum enim tribus modis ſuprâſcripto caſu donatori conſuli:In primis, ſi emptorem rei ven
dicatione conueniat [24]: ſed cum is iuſtam poſſeſsionem ſit adeptus, non poterit præciſè
effectu cogi ad reſtituendum [25], ſed offerendo litis æſtimationem liberabitur [26], deinde.
contra ipſum donatarium, ſi ad pretium agat, quod facere poteſt, non propter vllam
actionum mixturam, vt Bar.credidit, ſed quia ratam habere alienationem videtur, tan-
quam negotium geſtu ipſo ad eum ſpectauerit [27].cæterùm & rem ipſam petere ab eo ſi vo
let poteſt, cùm donatarius fecerit, quo minùs eam reſtituere poſsit,vnde res adhuc in obli
gatione eſt[28].Præſtabit igitur hoc caſu venditor litis æſtimationem,quia nõ in dolo,ſed in
culpa eſt[29].nec enim debuit alienare rem,quam ſciebat reuocabilem ad nutum donantis
eſſe [30]. & tamen lex ait non rem, ſed pretium condicet [31]. Intelligo non rem tantùm, vt
taxatiua ſubaudiatur, quod rectè Bartolus ait, & exemplo non caret [32]. Tertius eſt†ca III.
ſus, cum quis rem dare debet, quæ functionem in genere ſuo accipit: vnde qui vinum 75
mutuò accepit, æſtimationem præſtans liberatur [33], violántque legis verba interpretes,
qui intelligunt hoc ita demum verum eſſe, ſi à tempore moræ vinum vilioris pretij effe-
ctum ſit.atqui ſi omnino vinum reddendum fuiſſet, nihil opus erat de æſtimatione loqui,
ſed ſufficiebat, quatenus interfuit creditoris, quia euiluerat pecunia, reſarciri [34]. Meri-
tò † Ioannes, & Ia. ab Arena generaliter cenſuerunt eos, qui aliquid pondere, numero, 76
menſura, conſiſtens debeant, ad certum quidem obligatos eſſe, ſed tamen æſtimatio-
nem ſoluendo liberari [35]: quos & ego aduerſus cæteros ſequor [36]. Quartus eſt†caſus,cũ IIII.
res aliter exitũ habere nõ poteſt,tũc neceſſariò ad æſtimationẽ recurrimus[37],vt q.a.pmiſſa 77
ſit res indiuidua,& vnus dũtaxat hæredũ cõuẽtus,qui rẽ dare nõ poſsit[38]:vel ſi res illa præ
ſtari alia ratione non valeat,quãuis extet [39].qđ fortius procedit,ſi extare deſinat.& ex his
conſe

1 Gloſ.l.j.C.de ope.lib.
2 l. ſi non ſortem. §.liber-tus.de cond.inde.
3 Arg.§.curare.Inſt.de act.
4 l.Stipulatio. §.alteri.ſ.e.
5 l.procuratorem. §. mandati.ſ.mand.
6 l.ſi quis certum.vbi dixi. ſi cert.pet.
7 l.naturalis. §.j.de præſc. ver.l.j.de re.per.
8 l.centũ.de eo,qđ cer. loc.
9 l.iiij.C.de po.
10 d.l.naturalis.in princ.l. fin.ſ.de cond.ob ca.
11 l.j. verſi. permutatio. de re.per.
12 l.ſi pecuniam. verſic.ſed cum liceat.de con.cau.da.
13 l.cum mota. C.de tranſ.
14 Arg. l.ſi pœnam. ſ.eo.l vbi autem. §. fundi.& §.illud.j.eod.
15 l.liber homo.ij.§.ſi.j.eo.
16 d.l.vbi autem.verſic.qui verò à Titio.
17 l.ſi ita ſtipulatus.§. poſſum.j.eod.
18 d.§.poſſum.
19 l.ſi quis certũ.ſi cer.pet.
20 l. in ſumma. §. in frumento.de cond.ind.
21 l.ſi ipſa. quod me.cauſa.
22 d.l.in ſumma.§.ſi ſeruus. gloſ.§.is quoque.Inſtit.qui. mo.re con.oblig.
23 l.ſi filiofamilias.j.l.illud. §.Iulianus.de do.ca.mor.
24 l. qui mortis. de donat. ca.mor.
25 l. ſi donatæ. de do. inter vi.& vx.
26 l.iij.§.item quæri.de re. eorũ.l.ſi ſeruus.§.j.de euict.
27 l. iij. C. de rei vend. l.ſi eũ ſeruũ.vbi dixi.ſi cer.pet.
28 d.§.Iulianus.
29 l.ſi culpa.de rei vend.
30 Glo.d.§.Iulianus.
31 d.l.ſi filiofamiliàs.
32 l. anniculus. ij.de verb. ſignific.vbi dixi.
33 l.vinum.ſi cert.pet.
34 l. iij. §. ſi reddita. com. vel con.
35 Glo.Iaſ.l.ij.§.j.ſi cer.pe. vbi Bart.ij.quæſt.
36 l.quoties.j.ſ. eod. l.cùm quis.ſ.tit.j.l.fin.de trit.
37 l.mortuo. §.ij.de leg.ij. l.non dubium. in ſi. de leg. iij.l.cùm res.verſic.itaq;.de leg.j.
38 l. hæredes. §. contra. ff. fam.er.
39 l.iij. §.ſi ex ſtipulatu. ad Sila.l.ſi is,qui Stichũ.ſ.tit.j. l.ſi is,cui.de don.ca.mor.



conſequens eſt, vt dandi obligatio vno duntaxat caſu propriè ſit preciſa nempe cùm quis
certam ſpeciem dare promiſit:tenetur enim quoquo modo eam efficere ſtipulatoris,idq;
propter affectionem,quæ certa in ſpecie probabiliter adeſt: & quia ita actum videtur ma-
ximè,cum de re,quæ mea fuit,mihi reddenda tractatur[1].Sed quid ſi debitor obduret,& rẽ
ſtipulantis non efficiat?& ſi dolo faciat,putarim in litem in infinitum iurari [2]: ſi verò non
dolo,ſed culpa,tunc in litis æſtimationem ſimplicem condemnabitur[3].plus autem eſt æſti
mationem litis præſtare quàm rei ipſius[4].rei verò æſtimatio quandoq; id quod intereſt ex
cedit[5],quandoq; minor eſt[6].Sed quid in obligatione, *Rem reſtitui*.dicemus?& ſi res extat, re-
ceptum eſt præciſè agi vt reſtituatur [7]. quod Din. Bar. cæteríq; tradiderunt,& ego verum
I. eſſe arbitror. Niſi† quòd ſi reus poſſeſsionem licitè nactus eſt, poteſt æſtimationem præ-
78 ſtare, in qua tantùm cenſetur eſſe locupletior[8]. Sed & emptor re euicta nõ cogetur præ
II. ciſè rem reſtituere,ſed liberabitur,ſi litis æſtimationem obtulerit [9]. Sic & mulier non co
III. gitur veſtimenta ſeruis per virum comparata ei reſtituere,ſed ſatis eſt ſi æſtimationem ſi-
IIII. nat in dote compenſari[10]. Sed & ſi qui reſtituere debebat, rem alienauerit, poterit do-
minus pretium petere tanquam ratam alienationem habeat [11], ſeruabitur tamen illi ele-
ctio,an rem velit[12].qua ratione ſi nolit dominus aliter præſcrutari,an res extet, vel id mi-
nùs, quia exiſtimet difficilem ſibi eſſe hanc curam, non dubito quin æſtimationem pete-
re poſsit[13].idem enim eſt,ſiue res non extet,ſiue non compareat,vel non niſi difficulter in-
V. ueniri poſsit [14]. quod Alex. hîc docet. Sed & ſi ſpecies indiuidua à pluribus hæredibus
debeatur, puto audiendum illum,qui litis æſtimationem pro parte ſua offerat [15], tenetúr-
que actor eam accipere, niſi malit aduerſus alium cohæredem agere, qui rei reſtituendæ
VI. ſolus habeat facultatem [16].qua de re alibi. Sed quid ſi res non extet? & receptum eſt in
obligatione reſtituendi nihilominùs rem eſſe, illámque adhuc condici debere [17]. ídque ſi
79 vel ſolius culpæ nomine debitor reus ſit [18], multò magis † ſi dolum fecerit [19].Sed & cum cõ
ditione furtiua agitur, quamuis res non extet, adhuc condici poterit, ſi actor malit [20].qđ
Bart. tradidit:ſed aliter Gulielmo viſum eſt, ait ille tunc non rem, ſed æſtimationem in
obligatione eſſe [21]: quia cum condictio in furem ſpeciali ratione concedatur [22], non exi-
ſtimauit lex abſque magna cauſa huiuſmodi ſpecialia augenda eſſe. Ego, ſi res facto fu-
ris periit, in obligatione durare eam arbitror: alioquin ſolum æſtimationem deberi [23].
80 Sunt tamen duo caſus, quibus nec res, nec æſtimatio*in obligatione ſunt, ſed id, quod
intereſt duntaxat petitur, alter in actione de dolo propter naturam eius edicti [24]. Alter
eſt in creditore, qui pignus non ſeruauit: cùm enim etiam debitoris cauſa pignus tradi-
tum ſit, cum & in eo ius creditor haberet, licitéque poſsideret, eo ſolùm nomine conue-
nitur: quia non fecit, ideſt, exactam diligentiam non adhibuit, ne perderetur [25], ideò-
que ad id,quod intereſt ſolùm conuenitur [26]: licèt ſecùs in ſupraſcriptis caſibus ſit: in qui-
bus ſi dolo reus reſtitutionem detrectet, quanti actor in litem iurauerit, codemnabitur[27]:
ſi culpa, litis æſtimationem præſtabit [28]: alioquin ſimpliciter id, quod aduerſarij intereſt
perſoluet [29]. SED perpetuàmne eſt legis noſtræ regula?& conſtat pleroſque caſus eſſe,qui
I. bus quis ad factum præciſè obligatur. Et † in primis,cum quis ex diſpoſitione legis præ-
81 ter principalem intentionem ſuam tenetur: tunc enim præciſè cogitur [30], quod variis
exemplis Mar.oſtendit, cæteríque proſequuntur, & ego verum eſſe arbitror aduerſus
reum, qui crimen aliquod commiſerit, aliàs arbitror ſufficere, ſi quod intereſt, omnino
II. præſtiterit [31]. Eadem † ratione & eum teneri præciſè Bartolus cenſuit, qui ex conuen-
82 tione quidem obligatus ſit,dum ea conuentio loco legalis vinculi fuerit ſubrogata [32].quæ
ſententia & ipſa in iudiciariis promiſsionibus probabilis eſt [33]. ſuprà enim vidimus con-
uentionales ſtipulationes ex ſe ipſis iudicari: quod in prætoriis, vel iudicialibus ſecùs
III. eſt [34]. Harum exemplo & receptum eſt † eum qui teſtamento opus facere damnatus ſit,
83 poſſe præciſè compelli[35], tanquam voluntas teſtatoris vim legis habeat. quod Barto.cen
ſuit,niſi aliquid odioſum inde induceretur, quod quandam ſeruitutis ſpeciem haberet [36].
IIII. Sanè & qui per ſententiam † iudicis damnatus eſt, rem reſtituere præciſè quandoque
84 tenetur, aliàs manu militari poteſt ei res auferri [37]. & hæc quidem iure noſtro clara ſunt.
V. Alij caſus Doctorum potiùs auctoritate videntur inducti, vt ait Accurſius & quidem
probabiliter fauore publicæ vtilitatis[38] cogi præciſè librarium poſſe, qui auctorem egre-
giæ alicuius artis deſcripturum ſe ſpoponderit[39].vnde inferunt Bald.atquæ Alexan.ſecùs
eſſe,ſi is liber grauibus viris non ſatis probatus ſit.qualia ſunt vulgaria opera Bocatij, aut
ſi qua ſimilia ab otioſis vel amatoribus, quíque bonas horas malè collocant lectitari ſoli-
VI. ta. Idem Accurſius cenſuit venditorem, ſi tradendi facultatem habet, præciſè cogi
ab emptore poſſe [40]. quæ ſententia eſt receptiſsima, licet ſatis ambigua [41], vt eo libello di-
VII. ſputaui,qui inſcribitur de eo,qđ intereſt. Sed an dominus,qui cliẽti beneficiariũ fundũ
cõceſsit,cogatur præciſè ei poſſeſsionẽ tradere?& aiũt cogi [42].ſed tamẽ alibi lex ait ſuffice
VIII. re ſi omnẽ ei villitatẽ dominus pſtet[43].verũ hic caſus mixtã naturã datiõis habet. Addũt
aliqui

1 l.pen.de con.cau.da.l.j. in ſi.de rer.per.
2 l.qui reſtituere. in fin. de rei vend.
3 d.l. ſi. de trit. d.l.ſi res.§. itaque.d.l.hærede.§.contra.
4 l.ſi tutor. de in lit. iu c. j. in ſi.de no.for.ſid.
5 l.fin.§. j. ne quis eum qui in ius.l.arbitrio.de dolo.
6 l.j. in ſi.ſi quis ius.d.§. ſi ad exibendũ.inſt.de of. iud.
7 d.l.qui reſtituere. Barto. hic,quæſt.vj.
8 l.ſi donatæ. l. ſi mulier. j. in ſi.de don.int.vir.
9 d.§.item quæri.d.l.ſi ſeruus.l.venditor.ij.de hær.vel act.vend.in j.
10 l.pen.§.j.ſol.mat.
11 l.iij.C.de rei vend. d.l. ſi filiofamiliàs.
12 d.l.illud.§.Iulianus.
13 d.l.cum res.§.item ſi res. l.ſi conſtante. §. ſi vxor. vbi Bar.ſol.mat.
14 l.naturalem.in princ.de acq.re.do.C.in.d. l. iij.q. iij.
15 arg.d.l.heredes.§.ſi vnus. fam.ercis.
16 d.l.ſi duo.in ſi. d. l.iij.§. hæres.commod.
17 §.item is.inſt.qui. mod. re con.obl.arg.l.iij.§. ſi reddita.comm.
18 arg.d.l.cũ res. §. itaque. de leg.j.
19 l.ſi concubina.§.pen. re. am.l.j.§. rectiſsime.de vi & vi arma.
20 l. inter ſtipulantem. §. pen.j.eo.l.ſi ſeruus. §.bone. de con.fur.
21 d.l.in re furtiua.
22 §.ſic itaque. inſt. de act.
23 d.l.in re furtiua. & arg. l.iij.de confeſ.
24 l.arbitrio.ſ.de dolo.
25 §.fin.inſt. quib. mod. re con.obl.
26 l.iiij.C.de pig.act.
27 d.l.qui reſtituere.
28 §.i.inſt.de off.iud. l.certũ.ver.dabitur.de confeſ. l.ſi culpa.de rei vend.
29 d.l.qui reſtituere.d. l.arbitrio.
30 l.ſi cũ exceptione.ſed & ſi quis qđ no.ca.Bart. q.viij.
31 l.ſi quis ex argẽtariis. §. ex hoc edicto.argentarius. §.cum autem.de edẽ. glo.l. cum conductorem.C.loc.
32 l.ſi filius.l.filiusfamiliàs in ſi.l.ſi & hæ.in glo.de pro. l.mutus.in ſi.eo.ti.
33 l.eũ,p quo.de in ius voc.
34 l.in cõuẽtionalibus. ſ.e.
35 l.fideicommiſſa. in ſi. de leg.iij.
36 l.Titio centum. §. ij.de con.& dem.
37 l. qui reſtituere. de rei vend.
38 l.ex omnibus. C. de decu.lib.x.
39 glo.l. ſtipulatio. §. ſiue. de op.no.nun.
40 glo. §. pretium.Inſt. de em.& vend.
41 l.i.l.ſi in ſi.de act. emp.
42 c.i.§. ſi facta.ſi de feu. cont.fu.
43 c.j.in fin.de no. for.ſid.

aliqui & fauore libertatis eum,qui ſeruum manumittere promiſit, præciſè cogi poſſe.quæ
ſententia non ſat iure noſtro probabilis eſt[1]:vnde Bald.eam reſtrinxit, quando id ei pro-
miſſum eſſet,cuius plurimum intereſſet[2],vt ſi quis ſeruum, qui filius naturalis eſt, promit-
tit patri ſe manumiſſurum[3]. Ego hoc quoque caſu actione mandati ipſi patri prouiſum
eſſe ſcio,quæ in id,quod intereſt committitur[4]:tunc ergo duntaxat tali facto competet ſer-
uo libertas:cùm conſtitutioni diui Marci locus eſt[5], vt quia in traditione ex cauſa vendi-
tionis, vel donationis facta hæc lex dicta ſit[6]. Idem arbitror, ſi vltima voluntate teſtator
iuſſerit tradi, & manumitti[7]. Addit Baldus Nouellus eum, qui fundum in dotem tra- IX.
dere mulieri promiſit,præciſè cogi poſſe[8]: quoniam fauore dotis lex ait omnino compelli
adimplere[9]: ſequitúrque idem & Iaſon ſed eam legem veriſimilius eſt in obligatione
dandi loqui[10], quamuis etiam adnotauerim eo loquendi modo non prohiberi promiſ-
ſorem quin liberetur, etiam ſi præciſè non adimpleat, dumtamen omnem vtilitatem
reſarciat[11]. Illud quoque adiecit Pont. ſibi videri de æquitate canonica quemlibet præ X.
ciſè teneri[12], quaſi regula legis noſtræ æquitatis fundamentum non habeat. atqui ſum-
mus eſt rigor, vt præciſè quis compellatur. Sunt † ergo qui moderatiùs hoc intelligant, XI.
cum promiſſioni acceſſit iuramentum[13]. illud enim efficit, vt præciſè quis obligetur[14]. 85
quæ ſententia iure Pontificio receptiſſima eſt, vt difuſè Alexand.diſputat. Fuêre & qui XII.
præciſè quemlibet facere teneri exiſtimarunt, cùm factum ipſum explicatu facile eſt:
quam ſententiam plerique improbant: cùm traditio fundi factu difficilis non ſit,morám-
que nullam recipiat, & tamen hîc dicitur omnimodo non eſſe præſtandum. Sed pone ſu-
praſcriptis caſibus promiſſorem nolle præciſè facere:quo remedio compelletur? & Accur
ſius videtur cenſuiſſe poni in vinculis poſſe[15]. Bartolus verò nec bonorum ceſſione libe-
rari[16], quod intelligunt Doctores cùm factum, non obſtante paupertate, explicari po-
teſt, vt quia pecunia opus non ſit. At Baldus extrahi de domo, & in publicum deduci,
cogíque[17], Alexand.captis pignoribus, & indicta multa compelli[18]. quæ ego facilè admi
ſerim, cùm vel fauor publicus hoc ſuadeat[19], vel crimen promiſſoris arguatur. aliàs ſi
dolus ſimplex adfuerit, ſufficere arbitror iuramento in litem actori ſuccurri[20]. ſi verò
culpa duntaxat adſit,ſufficiet litis æſtimatio[21]. quod ſi nec culpa quidem arguatur, om-
nem vtilitatem præſtabit[22].† quòd ſi hæc ſoluere moretur, tunc ad ſententiam Alexan- 86
dri deueniendum, vt captis pignoribus arceatur, in carcere verò vel vinculis cauſam
non dicat[23].

IDEOQVE ETIAM. Conſequens exiſtimat Iuriſconſultus, vt cum obli-
gatio in pecunia, ſeu in eo quod intereſt, inducitur, diuiſionem recipiat[24], cuius rei il-
la eſt ratio, quia ſi propter partem rei factæ minus intereſt, minus etiam pecuniæ ſolui
debet, ſícque habebit ſtipulator partem operis, partem verò pecuniæ, qua illi etiam in-
commodum illud reſarcietur, quod non eadem in re ſoluatur, compenſantur enim om-
nia hæc pecunia[25], vt meritò rationem Bartol.ſuprà non ſat probauerim[26], qui indiui-
duam obligationem faciendi cenſuit, ne in diuerſis rebus contingat fieri ſolutio[27]. atqui
hîc apparet, ſi pars operæ facta ſit, minùs iam intereſſe ſtipulatoris, & ideo ei minus ſol-
ui nec qualecunque illud factum gratuitò relinqui[28]. cui rationi locus non eſt in obliga-
tionibus dandi, quæ ſolutione duntaxat ſunt indiuiduæ[29]. quod enim datum eſt, reddi
poteſt: at quod factum eſt, fieri infectum non poteſt[30]. Sed nunquid ſuprà ſcripta con-
cluſio indiſtinctè vera eſt? & conſtat non eſſe perpetuam, ſed obligationem dandæ pe-
cuniæ quandoque indiuiduam cenſeri. Et in primis ſupra ex † communi ſententia re- I.
latum extat in perſona principalis talem promiſſionem eatenus videri indiuiduam, vt 87
partem ſoluere quis, inuito creditore, nõ poſſit[31]. quod ſuprà loco ſuo diſputaui[32]. Sed II.
& ſi facto diuiduo ſubiecta pœna proponatur,conſtat in ipſius principalis perſona talem
pœnam inſolidùm committi:quia pro parte ipſe contra facere non poteſt,licet in hæredi-
bus ſit ſecùs[33]. Qua ratione & quoties hæres*ex delicto ſuo cõuenitur,nõ pro portione III.
hæreditaria,ſed inſolidũ in id,qđ intereſt,conuenitur[34],quod,ſcilicet,talis obligatio,ex de 88
licto proueniens,minimè hæreditaria cenſeatur, ſed delinquẽs ipſe in ea principalis ſit[35].
Sed & quoties ſtipulationi indiuiduæ ſubiecta eſt pœna, quæ ab hærede ipſo incipiat, IIII.
quia nominatim*teſtator illi ſtipulatus ſit,videtur inſolidũ nõ autẽ pro parte committi[36]: 89
cùm tamen ſecùs ſit,ſi de teſtatore in hæredẽ transfuſa ſit[37]. Cæterũ & vno ex hæredi- V.
bus ſtipulatoris in re indiuidua prohibito, conſtat pœnalem ſtipulationẽ quãuis certã pe-
cuniã cõtineat inſolidũ ipſo iure propter ſtipulatoris mẽtẽ cõmitti,licet obſtet exceptio[38]
Sed & generaliter receptũ eſt principalẽ ſtipulationem quãuis certæ pecuniæ ſit indiui- VI.
duam,reddi quoties ei ſubiecta eſt pœnalis ſtipulatio[39].idque propter vim cõditionis,quæ
ſcindi non poteſt[40]. Illud quoque in confeſſo eſt, cùm æſtimatio litis idcirco præſtatur, VII.
quod res indiuidua, (qualis eſt ſeruitus) ſolui non potuerit, talem æſtimationem cenſe-
ri indiuiduã,& inſolidũ ab vno ex hæredibus prę̃ſtari[41]. Quod & tũc dicẽdũ eſt,cũ pecu-
nia loco

1 l.pecuniam.§.ſed ſi acceperit.de con.cau.dat.
2 l.cum precibus. C.de re. per. Alex.hîc.
3 l.cum ſeruus.ſ.mand.
4 l.ſi procuratorem.§.mãdati.ſ.mand.
5 l.j.l.mancipia.ſ.qui ſine ma.ad lib.
6 l.qui Romæ.§.Flauius.j.eo.
7 arg.l.fin.qui ſine ma.ad libel.
8 Bal.in vij.parte priuileg.
9 l.iiij.fin.C.ad Vel.
10 arg. d.l.ſi ita.in fin.de con.emp.
11 d.c.j.in fi.de no.fo.fid.
12 Arg.c.qualiter.extra.de pact.
13 gl.d.l.ſi pecuniam.verſ.neceſſe.
14 c.ſi.ne præla.vi.ſu.
15 glo.d.l.ſtipulatio.§.ſiue autem.de no.op.nun.
16 Bar.l.iij.§.Sabinus.de ceſ.bo.vbi Raph.
17 d.l.ex omnibus.vbi Bal.
18 Alex.l.ij.§.ex his.ſ.eod.
19 d.l.ex omnibus.
20 l.qui reſtituere.de rei vend.
21 §.j.inſt.de off.iud.
22 d.l.qui reſtituere.in fi.
23 d.l.nemo.de exact.trib. l.i.x.Alex.l.alias.§.j.ſol.ma.
24 [illegible]ij.in fin.l.iiij.in fin.ſ.eod.l.ſupra.§.officium.de aquil.plu.arg.
25 l.vxorem.§.agri.de leg.iij.vbi Bart.
26 Raph.Pau.Soci.d.§.cato.vij.not.
27 d.l.in executione.§.pro parte.j.eod.
28 Raph.hic.iij.quæſt.Roma.conſil.cccxcv.
29 d.§.pro parte.
30 l.verum.de reg.iur.
31 l.tutor.§.Lucius.de vſur.
32 l.quidam.ſi cert.petat.ibi dixi.
33 l.iiij.§.Cato.ſ.eod.
34 l.ſi duo.verſicu.quod ſi lancem.ſ.dep.
35 Bart.d.§.Cato.vj.op.
36 l.hæredes.§.in illa.fam.er.d.l.executione.§.penu.j.eod.
37 d.§.Cato.j.reſp.
38 l.ij.in fin.ſ.eod.
39 l.v.in fin.ſ.eod.l.in executione.§.pen.ſ.eod.
40 l.cui fundus.de cond.& dem.
41 l.hæredes.§.contra.



nia loco facti, ſeu operis iuſſu teſtatoris ſuccedit, vt cùm centum legat pro opere facien-
IX. do[1]. Vel cùm rei indiuiduæ à lege ex quadam humanitate ſubrogatur:vnde dominus,
qui ſeruum noxæ dedere pro parte nõ poteſt, nec quidem æſtimationẽ eius loco pro parte
X. dabit[2]. Sanè dubium non eſt agi expreſſim inter partes poſſe, vt obligatio dandæ pe-
cuniæ partium pręſtationem non recipiat, vt cùm plures ſe inſolidum obligant[3], vel cùm
teſtator hæredes iubet inſolidum conueniri poſſe,quod quomodo intelligendum ſit,ſuprà
XI. dixi[4]. Addit Caſtrenſis Alex. Iaſ.generaliter id quod intereſt, non diuidi cum à princi-
pio non ipſa pecunia, ſed factum duntaxat petitum fuit[5], quæ ſententia legem noſtram
violat,procúlque dubio explodenda eſt,cum (vt infrà videbimus) poſt moram in condem
I. quæſt. natione ſemper pecunia deducatur,factúmque peti inuito debitore non poſſit. Sed quo
90 tempore obligatio hæc ad id, quod intereſt, inducitur?& lex noſtra ait, ſi non † fuerit fa-
ctum: quæ verba intelliguntur, cùm quis in mora faciendi fuerit[6]. Si igitur dies adiecta
obligationi fuerit, poſt diem incipit pecuniam debere: ſi non fuerit adiecta, cùm fuerit
II. interpellatus. Quomodo autem committatur,an ad id,quod particulariter intereſt, an
III. verò in totum? Bart. hîc alieno loco attingit, nos infrà declarabimus[7]. Sed qualis erit
hæc obligatio? & aiunt aliqui ſimilem alternatiuæ eſſe: quia factum ipſum debetur, aut
eius loco æſtimatio[8]. alij æſtimationem in ſolutione eſſe factum in obligatione cenſue-
91 runt[9]. quæ ſententia niſi rectè intelligatur, falſa eſſet. Ego poſt moram † debitoris credi-
derim pecuniam ſolum deberi[10]. lex enim ait pecuniam ipſam,ſeu æſtimationem in ſtipu
latum venire,vt ſatis appareat non in ſolutione tantùm eſſe[11]. alibi ait incerti, ſcilicet, ad
id quod intereſt agi[12]. nam & hîc dicitur, petitionem eius dandam quod indicat auctori-
tate legis deberi,ne petitum credamus,quod in obligatione non eſſet.ſunt tamen aliqui co
dices, qui aliter ſcriptum habent,nempe æſtimatione iuſta, id eſt rectè inita, dandam eſſe
facti petitionem: quam lectionem ego non probo, niſi cùm actor ipſe ius ſuum remittere
IIII. vult,& contentus adhuc eſt,ſi factum ipſum præſtetur[13]. Conſequens ergo eſt,vt videa
mus, quomodo libellus, ſeu intentio formanda ſit[14]. & puto diſtinguendos eſſe duos ca-
ſus.Primus, cùm debitor moram commiſit, eáque ampliùs purgari non poteſt,& tunc pu-
92 tarem ſimpliciter debere actorem † æſtimationem petere, & hoc caſu verba legis noſtræ
optimè procedunt: quæ ſententia multò magis obſeruanda eſſet, ſi factum ipſum præſtari
per rerum naturam ampliùs non poſſit:& tunc enim cenſuit Din.id quod intereſt, dunta-
xat peti poſſe[15]. qua ratione. ſi quis promiſerit non impedire,& impedierit, ſola pecunia
petetur,quod enim factum fuit, infectum fieri non poteſt[16]: vnde ſolùm ſupereſt æſtima-
tionis petitio. Subdit tamen Bart. poſſe actorem factum petere,ſi ex libelli lectione appa-
reat eum ignoraſſe factum ipſum ampliùs præſtari non poſſe[17]. quæ ſententia æquitatem
93 habet.Alter † eſt caſus, cùm mora purgari poteſt, & ait Accurſius poſſe reum à principio
interrogari,an factum præſtare velit,& ſi neget debere, æſtimationem peti[18]. Idem ait, ſi
mora non niſi tempore ſententiæ,committatur ante ipſam ſententiam,eandem interroga
tionem fieri poſſe: & ſi neget ſe velle facere iudicem, ex officio debere in æſtimationem
condemnare, quamuis factum petitum fuerit[19]. Addit Bart. idem eſſe,etiam ſi antè com-
miſſa ſit mora: non enim videtur aliter iudicatum, quàm fuerit petitum[20]: cùm æſtima
94 tio * hæc iuris interpretatione eadem cùm facto cenſeatur[21]. quæ ſententia vtcunque pro
babilis eſt.Satiùs tamen & expeditiùs eſſe aiunt, ſi alternatim ſtipulator agat factum præ-
ſtari,vel eius loco ęſtimationem[22]. valet enim alternata hæc petitio,cum ex facto debito-
ris incertitudo proueniat[23]. Ego tamen propter legis noſtræ verba,quæ generalia ſunt,ſo-
lam pecuniam peti poſſe crediderim,licet purgare moram reus poſſit[24]. Vnde ſi petitum
ſimpliciter factum ſit,quod vtique peti poteſt[25], videtur ſecundum iuris diſpoſitionem pe
titum[26], quatenus ſcilicet purgare moram reus velit, aliàs quod pecuniam præſtet, &
ideo lex ait peti partem præteritæ operæ, cùm tamen conſtet ſolui eam non poſſe ſed eius
loco pecuniam[27]. *Alciatus Bononiæ.*

1 l.fideicommiſſa.§.pen.de leg.iij.
2 l.ſi ſeruus communis.de nox.
3 l.eandem.de duo.re.
4 l.eum,qui.ij.§.j.ſ.eo.vbi dixi.
5 Pau.Alex.d.l.ij.§.ex his.
6 l.ſi duo.in fi.de con.pec.vbi Bar.
7 Bar.hîc quæſt.v.
8 Bar.quæſt.vij.
9 Bar.quæſt.ix.verſ.ſed cõtra.
10 d.l.ſi quis ab alio.§.fin.de re iud.
11 l.ſi pœnam.ſ.eo.l.ſi quis ſtipulatus.§.fin.j.eo.
12 l.fin.ſ.ſi quis in ius voc.
13 l.in ſtipulationibus.ver.quod ſi vnam.ſ.eo.
14 Bar.hic.quæſt.vij.
15 l.vj.de vſufr.leg.
16 l.ſi ita quis.de euic.
17 §.item is.in fi.inſt.qui.mo.re.con.ob.
18 glo.l.j.de act.em.in gl.magna.
19 l.ædiles.§.item ſciendum.de æd.ed.
20 l.fi.C.de fid.lib.
21 l.ſtipulationes.j.de fid.
22 glo.l.ij.§.fin.ſ.eod.vbi Aret.
23 l.j.§.qui autẽ.quo.leg.
24 l.inſulam.vbi dixi.j.eo.
25 l.quoties.de op.lib.
26 l.damni infecti quidã.de dam.inf.
27 l.ſi quando.de op.lib.l.qui libertinus.verſ.ſed ſi iã.de op.lib.

SVMMAE.

1 ☞ *Facturus in diem non niſi poſt eum, conueniendus.& 8.*
2 *§. Si quis ita. ſenſus. 6.*
3 *Mora diei lapſu impurgabilis.*

§. SI QVIS ITA STIPVLATVS. Suprà viſum eſt eum, qui inſulam fabri-
cari promittit,non teneri preciſè,ſed in id quod intereſt,condemnari.dubitat conſequen-
1 ter hîc Iuriſconſultus,quid † ſi dies adiectus ſit intra quem fieri debeat, & ſi factum non ſit,
quanti tunc id opus erit, quod factum non ſit? & reſpondet ante diem conueniri non poſ-
ſe promiſſorem, ſed ſolùm poſt diem obligatio enim hæc, & conditionalis & in diem eſt.
Vnde expectanda eſt & dies & conditionis euentus[28]. Poſt diem ergo tum demum pro-
miſſor

28 l.in illa.ſ.eod.

miſſor conuenietur, non quidem ad id, quod intereſt, vt ego ſentio, ſed ad reliqui operis
æſtimationem, vt illa verba, *Quanti id opus erit.* intelligantur † quòd factum ad eam diem 2
non fuerit. Vnde neceſſariò expectanda eſt dies, vt videri poſsit, quatenus ſuperſit facien-
dum. Sed nunquid † in caſu legis noſtræ poſt calendas Martias purgari poterit mora? & 3
videretur poſſe: cùm enim calendis ſolùm cedat dies, non debet eodem tempore moræ
purgatio impediri [1]. Sed tamen ego ſentio contrarium propter vim conditionis [2], & licet
purgatio moræ non impediatur, quando dies adiicitur obligationi, quæ ad id, quod inter-
eſt, committatur [3], tamen ſecùs eſſet, cùm actum eſt, vt eius operis quod ad eam diem fa-
ctum non ſit, æſtimatio debeatur. Qua ratione idem videretur dicendum, cùm quis no-
minatim in exemplo legis noſtræ promiſiſſet ſe id, quod intereſt, præſtaturum, dies * enim 4
& pœna impedire eam purgationem debent [4], & licet pœna legalis eam non impediat [5],
tamen in propoſito caſu, cùm id quod intereſt, expreſsim in conuentionem deductum ſit,
non pœna legalis amplius videtur, ſed contrahentium potiús [6]. Vnde non tam humaniter
cum homine agitur, ſicut cum lege, quæ purgari moram ſinit [7]. Eſt enim quod debitori
imputetur, qui diem præuidere potuit, qua rem factam habere debuit, nec incertitudo pœ-
næ debet eum excuſare, cui non eſt locus, niſi lapſa die: & licet aliàs id quod intereſt ex-
preſsim in conuentione deductum adhuc pœna * legalis cenſeatur [8], cùm nihil referat 5
expreſſè quid actum ſit, an tacitè inducatur [9], tamen in materia purgationis moræ aliud
eſt, in qua propter expreſsionem nullus relinquitur excuſationi locus: & ita aduerſus Iaſo-
nem Petrus Beſ. & Iac. Puteus cenſuerunt [10]. quorum ſententia certior eſt, cùm id, quod
intereſt, aliter expreſſum eſt, quàm tacitè ineſſet, vt in caſu legis noſtræ, in qua actum † erat, 6
vt æſtimatio duntaxat reliqui operis præſtaretur, cum aliàs id, quod intereſſet, ſoluendum
fuiſſet, diſtant autem hæc non parum [11]. Doct. tamen cæteri generaliùs legem noſtram in-
terpretantur, regulámque ex iuriſconſulti verbis colligunt, vt ſtipulatio facti cum adie-
ctione diei ſolùm, adueniente die committatur, ídque non ſolùm quando quis promiſit ſi
factum non eſſet quanti id eſſet, vt ſuprà declaraui, ſed etiam ſi ſimpliciter id, quod ſtipula-
toris intereſſet promiſerit: cùm enim eius quod * intereſt obligatio à lege inducatur, ante 7
diem actio non oritur [12]: & quamuis id, quod intereſt expreſsim in conuentione dedu-
ctum ſit, naturam tamen legalis diſpoſitionis ſeruat, quod & Bartol. cenſuit [13], & commu-
niter receptum eſt. Sed quid cùm pœna adiecta eſt? & conſtat idem eſſe, ſi contractus à con
uentione inceperit: cùm enim reſpectu conuentionis debitor ante diem in mora non ſit,
meritò nec ſtipulatio pœnalis priùs committitur [14]. Sed ſi ſtipulatio à conditione incipiat
receptum eſt etiam ante diem pœnam mero iure committi, & ſtatim cùm conſtat amplius
fieri non poſſe, reum teneri, licet adhuc habeat exceptionem, ídque ex Proculi reſponſo [15].
Sed ego alium eſſe illius reſponſi intellectum ſemper † arbitratus ſum [16]: & ideo genera- 8
liter concludēdum eſſe ante diem nec quidem mero iure committi pœnam, exceptò cùm
conditio in factum alterius coniecta eſt, qua de re ſuprà [17].

1 l. qüoties. vbi notaui. ṡ. eodem.
2 l. Thais. §. intra. ṡ. de fid. lib. l. ſi ſuper. C. de tranſ. vbi dixi.
3 l. ſi ita quis. §. Seia cauit. j. eodem.
4 l. magnam. C. eod.
5 d. §. Seia.
6 Bar. l. ſi inſulam. vj. opp. j. eod.
7 l. Celſus. de arbit.
8 l. inſulam. j. eo. l. qui Romæ. §. Callimachus. vbi Aret. iiij. not. j. eo.
9 l. non rectè. C. de fideiu.
10 Iaſ. d. l. ſi inſulam.
11 l. j. ſi quis in ius voc.
12 d. l. inſulam infra biennium. j. eo.
13 Bar. l. cùm ſtipulatus. ij. q. j. eod.
14 l. ſi deceſſerit. vbi Alex. qui ſat. cog.
15 d. l. cum ſtipulatus.
16 dixi. l. non omnis. ſi cer. petat.
17 l. hoc iure. l. in illa. ṡ. eo.

SVMMAE.

1 ☞ *Moram inceptu, non dicto die, fieri: adiecta pœna contrà.* 2.
3 *Dies quo fieri potuit expectandus.*
4 *Stipulationem ob factum in totum committi, ex cauſis diuerſum.* 6.

§. PLANE SI INSVLAM. Loquitur hîc Iuriſconſultus † cùm nulla pœna ſub- 1
iecta eſt, nulláque dies adiecta, affirmátque eam concluſionem, vt promiſſor facti, cùm
cœpit in mora incohandi eſſe, confeſtim ad id quod particulariter ſtipulatoris intereſt con
ueniri poſsit quæ ſentētia ſecundū communē interpretationem receptiſsima eſt [18]. Sed I.
quid, cùm pœna † adiecta eſt? & conſtat nō eſſe ſuprà ſcriptæ regulæ locū: quia pœna totius 2
ſtipulationis vtilitatē reſpicit [19]. Vnde ad id, quod particulariter intereſt, nō committitur,
nam ſolo ex euentu cōditionis cōmittitur: quæ cōditio ſcindi particulariter nō poteſt [20], &
ideo neceſſariò, vt ad eā agatur, expectandū eſt tempus, quo res promiſſa perfici potuerit,
conſentiúntq; hac in re interpretes, vt, ſcilicet, pœna ad id, quod particulariter intereſt, nō
cōmittatur. Sed nunquid nō obſtante ſtipulatione pœnali poterit interim creditor ipſe il-
lud, quod particulariter ſua intereſt, petere? & Doct. hîc videntur ſentire non poſſe: quam
ſententiam & Angel. ſequitur [21], tanquam ex adiectione pœnæ declaretur mens partium
id quod in totum intereſt duntaxat conſiderantium, Din. tamen Bartol. Imo. Aretin.
Alexand. ſentire aliter videntur [22], vt, ſcilicet, nihilominùs ad id, quod particulariter in-
tereſt, agi poſsit, ſi ex ſtipulatione pœnali præcedens non ſit nouata. Sed quid mihi pla-
ceat, infrà loco ſuo dicturus ſum. Quid item, ſi adiecta ſit dies licet non pœna? & Barr. II.
hîc cenſuit limitari quoque regulam, & non prius agi poſſe, quàm dies venerit [23]: videtur
enim

18 l. continuus. §. item qui inſulam. j. eod.
19 l. fin. j. de præt. ſtip.
20 l. v. §. fin. ṡ. eod.
21 d. §. item qui inſulam.
22 d. §. item qui inſulam.
23 d. l. inſulam.



enim ea fuiſſe promiſſoris intentio: cùm diem adiecit: vnde eius fauore cenſetur adiecta,
ne, ſcilicet, priùs conueniatur quæ ſententia receptior eſt, vt Alexand. & Iaſ. hîc tradunt,
omníque dubitatione caret, ſi proculi reſponſum ſecundum interpretationem meam ac-
III. cipiamus [1]. Sed quomodo rationē huius particularis vtilitatis inibimus? an per omnia
momenta, quibus ceſſabit promiſſor, committetur ſtipulatio? & non putarim, vt enim
Raph. & Torquatus aiunt, abſurdum id eſſet. intelligemus ergo tum demum committi,
cùm ex ea mora, quia cœptum non ſit, aliquid damni ſtipulator ſit paſſus, vt quia pars in-
ſulæ corruerit, non corruitura ſi promiſſor eam fulcire cœpiſſet: quam ſententiam in præ-
dicto exemplo ego arbitror veram, ſed non conuenit alteri exemplo inſulæ faciendæ, quia
lex manifeſtè ait, ſi non incohetur id opus, æſtimari quod in illo interuallo effici potuerit.
Vnde, diligentius re perpenſa, ego aliter exiſtimo, & ſecundum generalem Celſi ſenten-
3 tiam arbitror conſtituendum eum, qui † inſulam, vel domum facere promiſit, non priùs
poſſe conueniri, quàm lapſo tempore, quo fieri domus potuerit [2], ad id vero quod particu-
lariter intereſt, non poſſe, niſi cùm expreſsim promiſſum eſt, quanti id opus erit, quod
factum non ſit, verſiculúmque hunc ſecundum præcedentem intelligendum puto, hócque
etiam in caſu loqui Venuleium eius verba indicant [3], arbitrórque veteres ita intellexiſſe,
quorum ſententiam nimis conciſè refert Accur. Supereſt, vt hîc diſpiciamus, quomodo
ſtipulatio in id, quod intereſt, committatur, particularitérne, an in totum: quam quæſtio-
4 nem Bar. diffuſè in principio huius legis adtingit, cæteri verò hîc reſeruarunt [4]. Ego † pro
regula concludendum cenſeo, ſtipulationem ad id, quod in totum intereſt, committi:
cùm enim id, quod intereſt, ſub conditione debeatur, ſi factum ipſum præſtitum non
fuerit, videtur hanc conditionem tametſi legalem non debere ſcindi, ſed in totum com-
mitti [5], an quia non eſt credibile id actum, vt de lite lites orientur, & de qualibet re minima
instrueretur iudicium? Quæ ſententia certiùs procedit, cùm adiecta eſt pœna, quæ ex-
I. preſſam habet conditionem, & id, quod intereſt, in totum reſpicit, quod ſuprà ex commu-
ni ſententia cenſuimus. Item maximè procedit, cùm etiam particularis mora adfert
II. damnum reſpectu totius: tunc enim dubitandum non eſt, nullum particulari huic iudi-
cio eſſe locum [6]. Vnde cùm factum iterabile non eſt, traditum eſt ſtipulationem in to-
III. tum committi, etiam ſi ideo quis conueniatur, quia obligatione facti negatiui tene-
IIII. retur [7]. Qua ratione & colonus, ſi ei vti frui non liceat, confeſtim totius luſtri nomine
V. aget [8]. Et vice verſa dominus, ſi colonus fundum deſeruerit, ſtatim & ipſe aget [9]. quod
non tantum in bonæfidei contractibus, ſed etiam in cæteris generaliter procedere ſuprà
VI. docui. Nam & in ſtipulatione, *Rem tradi.* cæteríſque huiuſmodi factis momentaneis
omnes fatentur poſt moram confeſtim in omnem vtilitatem committi ſtipulationem [10].
VII. Sed & qui in iudicio promitti iudicatum ſolui, quæ cautio clauſulam defendendi con-
tinet, ſtatim cùm non defendit, in totum compellitur [11]. quod enim in ſe eſt, actorem to-
tius cauſæ damno adficit: cùm re non defenſa impediatur actor in totum, ne ad ſenten-
tiam peruenire poſsit [12]. Nec me mouet, quòd lite conteſtata, poteſt ad ſententiam per-
5 ueniri etiam nemine * defendente [13]: quia non eo modo peruenitur, quò à partibus
actum eſt, & fortè intereſt rei, non obtinere ex alterius contumacia. Vnde & commit-
titur talis ſtipulatio ſtatim, cùm promiſſor non defendit, quia actum eſt, vt defendat:
ideóque fruſtrà expectaremus finem litis, quæ ſolet plerunque diutiſsimè durare, cùm
ſecùs ſit in eo, qui aliquid fieri ſtipulatus eſt. Videtur enim actum, vt tandiu ſolùm ex-
pectetur, quandiu res fieri poſsit [14]. Et hæc omnia ſecundum regulam ſupraſcriptam pro-
I. cedunt. Excipitur † ille tantùm caſus, cùm à partibus actum eſt, vt etiam particula-
6 ris vtilitas præſtetur, veluti in caſu noſtri verſiculi cùm quis promiſsit quanti id opus
II. erit quod factum non ſit, vt ſuprà declaraui. Idem ſi verba licet non ſpecialiter ſaltem
indefinitè vel generaliter accepta hoc ſignificent, naturáque rei idem ſuadeat, vt in
7 clauſula Doli mali, * quæ ad omnem dolum etiam particulariter illatum pertinet [15].
III. Stipulationes quoque diuiduas particulariter committi propter naturam rei con-
IIII. ſtat [16]. qua de re alibi loco ſuo. Et generaliter, quibus caſibus ſuprà docui poſſe ſtipu-
lationem ſæpius committi, in his quoque dicendum videtur particulari huic vtilitati lo-
cum eſſe [17].

1 dixi d. l. non omnis.
2 d. l. ſi ita ſtipulatus eſſem. ṡ. eo. l. exiſtimo. §. fin. j. eodem.
3 d. §. item qui inſulam.
4 Bar. ṡ. in prin. q. v. ſignor. Alber. Imo. Rom. Alexan. Tortus hîc.
5 arg. l. cui fundus. de cōd. & dem.
6 l. ij. ṡ. de ann. leg.
7 l. ſi procurator. in fin. rē rat. hab.
8 l. ſi in lege. §. pen. loc.
9 d. l. ſi in lege. §. ſi domus dixi. l. in illa. ṡ. eo.
10 l. ſi fundum. j. eod. l. j. de act. emp.
11 l. iam tamen. §. in hac. l. cùm quærebatur. iud. ſol.
12 glo. l. contumacia. de re iud. l. & poſt. de iudic.
13 l. properandum. C. de iud.
14 d. l. ſi ita ſtipulat' eſſem.
15 l. nouiſsima. vbi Bart. & Pau. j. iud. ſol.
16 d. l. ſi procurator. Bar. l. iiij. §. Cato. ix. opp. ṡ. eo.
17 l. ſi ita quis ſtipulatur. ſi ue. ṡ. eod.

SVMMAE.

1 ☞ *Puris dilationem ineſſe.*
2 *L. Interdum. explanata.*
3 *Dies à partibus dictus actionem nec dat nec tollit: à lege contrà.*
7 *Obligationem oriri non vetat dies aut conditio.*
8 *Dotis dies ſtatim cedit.*

## LEX LXXIII.

INTERDVM. Stipulatio † reſpectu verborum pura, propter natu- 1
ram rei dilationem recipit, quod ſex exemplis Iuriſconſul. docet. Sed
videndum eſt, quemadmodum hæc dilatio inſit, an reſpectu actionis
tantùm, an etiam reſpectu obligationis? & Doct. legem noſtram com-
muniter interpretantur, vt de actione † loquatur, aiúntque diem taci- 2
tam natiuitatem actionis impedire: quia lex noſtra, tunc (inquit) actio
incipit cùm per rerum naturam præſtari poteſt. Et licet dies expreſſa hunc effectum non
operetur, ſed ſolùm exceptioni ſufficiat [1], tamen ſecùs eſt in tacita, quæ auctoritate legis,
vel rei naturâ ineſt [2]. Et quamuis † ſoleat dici, diem non eſſe modum inducendæ, vel 3
tollendæ obligationis, conſequentérque necationis [3], id verum eſt in tempore, quod à
partibus ſit adiectum: at cùm à lege ſubauditur, actionem quoque impedit, quam alio-
quin lex ipſa dat [4], éſtque hæc ſententia receptiſsima, quam & ſuprà ſum ſequutus. Ma-
ior eſt reſpectu obligationis altercatio. Bar. quem cæteri ſequuntur, diſtinguit, vt dies ta-
cita * obligationem oriri non impediat [5], qualis eſt in exemplo domum ædificari, vel 4
Carthagine dari: conditio verò tacita impediat [6], vt in cæteris quatuor exemplis, cùm
quis id quod in vtero eſt, vel fructus naſcituros, vel operas liberto indicendas ſtipula-
tur [7], vel cùm ſeruus hæreditarius futuro hæredi aliquid ſtipulatur [8]. At Iaſon hanc diſtin
ctionem non probat, cùm appareat omnia hæc exempla æquiparari: Vnde cenſet ipſe an-
te diem tacitam, eodem modo natiuitatem obligationis impediri, ſicut ante tacitæ condi-
tionis euentum, quod & Aretin. quandoque credidit [9]. aítque Iaſ. nullam probabilem di-
uerſitatis rationem adduci poſſe, quæ tamen manifeſta eſt, cùm dies * non ſit modus im- 5
pediendæ obligationis, conditio verò ſit [10], ſequitúrque hanc ſententiam Dec. quæ & Ca-
ſtellion. & Beſut. & quorundam aliorum fuit [11]. At Petrus aliíque Gallici Doct. in eo Ca-
ſtellioni conſentiunt, vt omnia huius legis exempla eodem modo determinentur: ſed in
eo diſſentiunt, quod exiſtimant ipſi in omnibus illis caſibus obligationis natiuitatem non
impediri, vt ſicut dies tacita ex Bartoli ſententia non impedit, ita nec conditio tacita, lex
enim hoc caſu malè agere ſtipulatorem ait [12]: quæ verba indicant ortam eſſe obligatio-
nem: aliàs dicendum fuiſſet eum nihil agere [13]: item cùm quis futuros fructus promittit,
interim dicit ceſſare ſtipulationem [14]: quod ceſſandi verbum indicat eſſe ortam obliga-
tionem, aliàs enim ceſſare, ſeu in pendenti eſſe non poſſet [15], & licet lex dicat talibus le-
gatis ineſſe conditionem [16], non ſequitur impediri obligationem: quia ſicut tacita * hæc 6
conditio tranſmiſsionem non impedit, nec ortum quidem obligationis impedire de-
bet [17]. Ego Bartoli ſententiam ſequor: quia lex noſtra hæc exempla reſpectu actionis
duntaxat æquiparat [18], non autem † obligationis, & in tacitis obligationibus non cedere 7
ante euentum conditionis diem expreſsim cautum eſt [19], quod & hîc in operarum ſtipu-
latione dicitur [20]. Nec me mouet, quod ſtipulatio de dote tacitam habet conditionem [21],
& tamen lex tali caſu ante euentum conditionis ait malè agi, non autem nihil agi, reſpon-
deo promiſsionem † dotis ab alio, quàm à muliere factam puram cenſeri, quando vtili- 8
tas mulieris ſuadet, vt pecunia præſens exigatur, quam poſsit quandoque doti dare [22]: &
ideo cedit ſtatim contra tertium dies, licet obſtet exceptio, ſi aliàs ille tertius non fuiſſet
promiſſurus. Solùm ergo eo caſu Petri ſententiam ſequerer, quo conditio tacita non ſub-
ſtantiam, ſed exequutionem promiſsionis reſpiceret [23]: quo caſu omnes fatentur ortum
obligationis non impediri [24].

1 §.tẽporales. Inſtit. de excep. l. centeſimis. in princ. ſ. eodem.
2 l. ſi tutor reip. ĩ fi. de tut. & rat. l. tandiu. C. pro ſocio.
3 l. obligationum ferè. §. j. ſ. tit. j.
4 l. ſi ita ſtipulatus eſſem. ij. ſ. eo.
5 l. quoties. verſ. cedunt. de op. lib. l. iij. §. ſi quis ita. verbo, perperam. de eo quod cer. loc.
6 d. l. quoties. verſ. ſed, operæ.
7 tex. hîc in verbo cedunt.
8 l. ſi ſeruus hæreditarius. j. tit. ij.
9 l. continuus. §. cum ita. in fi. j. eo. vbi Aret. j. not.
10 d. l. obligationum ferè.
11 Dec. in l. omnibus. de reg. iur. Caſtellio. ſ. l. prox. Beſut. hîc.
12 l. iiij. §. j. de pac.
13 l. j. in fi. quando dies vſufruct. leg. ced.
14 l. inter. §. ſacram. j. eod.
15 l. qui res. §. fi. j. de ſolut.
16 l. j. in fi. de cõd. & demõ.
17 l. conditiones extrinſecus. eod. tit. l. quæ ſub conditione. §. fin. de cond. inſt. vbi Bar.
18 verſ. tunc incipit actio.
19 d. l. quoties. verſ. ſed operæ.
20 d. l. ſi ſeruus hæreditarius.
21 l. ſtipulationem. de iur. dot.
22 l. Titio. C. in fi. verſ. ſed cum ante. de cond. & demõ.
23 l. ita demum. vbi Bar. de arbi.
24 Anchar. conſi. ccxl. per prædicta Alex. conſ. iiij.

### SVMMAE.

1 ☞ *§. Si Stichi. explicatur, & reſtringitur. 5.*
2 *Moram oblatione niſi in caſibus, purgari. 6. 7.*
9 *Mora diei adiectione impurgabilis etiã in quouis actu: ex cauſis contrà. 17. 18.*

§. SI STICHI PROMISSOR. Argumentatur iuriſconſultus † de oblatione 1
ſpeciei debitæ ad oblationem quantitatis, vtroque enim caſu purgatur mora, licet priore
ipſo iure, poſteriore vero ope exceptionis [25]. ſi enim quantitas oblata pereat, non videtur
id periiſſe, quod debitum eſt, quia debitor generis, peremptione ſpecierum non libera-
tur [26]: vnde ſola exceptionis æquitate promiſſori ſuccurritur. Sed nunquid indiſtinctè ve-
rum ſit oblatione rei debitæ purgari moram? & diffuſa eſt quæſtio, nec omnis vnum in
locum congerenda: aut enim in obligationibus faciendi loquimur, in quibus poſt moram
promiſſor in id, quod intereſt damnatur, & talem tractatum loco ſuo reſeruo [27]. Aut in I.
obligationibus dandi, † & cùm præciſè feratur condemnatio [28], non videtur operæpre- 2
tium quærere, quomodo purgetur mora, cùm etiam poſt moram, litémque conteſtatam
dando quilibet liberetur [29]. Idem ſi promiſſor non det, ſed offerat ſe daturum & rem II.
ipſam

25 l. qui decem. in prin. de ſolut.
26 l. incendiũ. C. ſi cer. pet.
27 l. ſi inſulam. j. eod.
28 l. vbi. in fi. j. eo.
29 §. fi. Inſtit. de perpet. & temp. ac. l. ſi reus. de procur.



3 ipſam exhibeat, & detrectandæ ſtipulatore, deponat obſignétque: * habet enim hæc ob-
ſignatio quamuis extra iudicium facta vim ſolutionis [1], vnde & purgandæ moræ ſufficit [2].
III. Cæterùm & ſi verbotenus fiat oblatio, dum tamen in iudicio, videtur legi noſtræ lo-
4 cum eſſe, vt id purgandæ moræ ſit ſatis: talis enim oblatio * in iudicio facta extraiudiciali
IIII. obſignationi æquipollet [3]. Idem putarem, etiam ſi extraiudicialiter offeratur res ipſa,
quamuis obſignatio nulla fiat. Videtur enim ſufficere oblationem, quæ res ipſa fit: quo-
niam lex ſimpliciter hoc caſu oblationem requirit [4], obſignationem verò nõ requirit ni-
ſi certis quibuſdam caſibus, quod & Raph. hîc cenſuit, & alibi Imo. Pontanúſque rectè tra
I. diderunt. Quòd ergo hîc dicitur oblatione moram purgari, † ſolùm eo caſu non pro-
5 cederet, cùm oblatio duntaxat verbotenus facta proponeretur, verbalis enim oblatio pur
II. gandæ moræ non ſufficit [5]: cùm vbi facto opus eſt, verba non ſufficiant [6]. Rurſus † non
6 procederet, etiam ſi re ipſa fieret oblatio, ſi iam lis conteſtata proponeretur, niſi obſigna-
tio quoque ſequeretur, quod Bar. hîc cenſuit, ſicque Pauli reſponſum interpretatur [7], qua-
tenus conſtitutæ pecuniæ reum tali tempore offerentem non liberari ait, factúmque acto-
ris oblatam, lite conteſtata, rem ſuſcipere nolentis, ſibi non nocere, ſed reo ſentit, vt ſcili-
cet, de oblatione citra obſignationem intelligatur, tametſi ego Paulum non loqui arbi-
trer de obligationibus dandi, quæ noſtra eſt quæſtio, ſed faciẽdi potiùs Interpretatur enim
illa verba edicti, *Neque feciſſet,* &c. Cùm ergo in obligationibus dandi ſemper dari poſsit [8],
conſequens eſt, vt nulla in eis cadat dubitatio, quin ſemper purgari mora poſsit, præter-
quàm cùm pœna promiſsioni adiecta eſt, in qua quæſtione duo caſus perpendendi ſunt.
Primus, cùm dies adiecta non eſt: & tunc conſtat vſque ad litis conteſtationem purgari
poſſe, euitaríque pœnam: niſi actoris interſit [9]. quo caſu adhuc purgabitur, vt ego ſentio,
7 dum tamen hæc iactura actori reſarciatur [10]. Alter eſt † caſus, cùm dies quoque adiecta eſt
& tunc, lapſo die, Accurſius ait moram purgari non poſſe [11]. Lex enim hoc caſu pœnam
euitari non poſſe ait, ſed debitorem remanere obnoxium [12]: ídque eius exemplo, qui lege
commiſſoria contraxit: nam & ipſa non ſolùm diem, ſed & pœnam, id eſt, reſolutionem
contractus habet [13]: receptiſsimáque hæc eſt concluſio: cuius ea videtur eſſe ratio: quia
8 pœna promittitur, ſi intra talem diem quid datum non ſit, vnde cùm dies * in conditione
ſit, debet ea ſpecialiter adimpleri [14]: aliud enim citra manifeſtam ſtipulatoris iniuriam,
conſtitui non poteſt [15]: nec quicquam eſt, vnde excuſari promiſſor poſsit: cùm certus eſſet
diei, præuideréq; eum potuerit, & ſe ad ſolutionem præparare: ceſſat ergo hoc caſu omnis
I. æquitas, quæ moram purgari ſuadeat. Procedítne hæc † ſententia etiam in vltimis vo-
9 luntatibus [16]? quidni? cùm valeat argumentum ad eas ex contractibus [17], alioquin faci-
liùs purgari mora in eis deberet, cum creditor non niſi cauſam lucratiuam, prætendat, vn-
de & mitiùs agere deberet, quàm qui ex contractu credidit, qui fortè de damno vitando
agit: quod ergo in vltima voluntate non conceditur, nec in contractu concedendum eſt,
II. quicquid hac in re controuertat Ang. quem pauci ſequuti ſunt. Rurſus procedit etiam,
10 quoties dies, & pœna à lege adpoſiti obligationi ſunt [18]. Léxque ipſo iure * poſt diei lapſum
exequutionem inducit [19]. Vnde videmus non poſſe emphyteutam iure noſtro moram,
11 lapſo * triennio, purgare, ſed omnino excludi, quamuis in eo contractu pœna, itémque dies
III. à lege ſint adiecti [20], ſecundum quam legem videntur partes contraxiſſe. Hínceque con-
ſequens eſt, vt huic regulæ ſit locus, etiam cùm dies in contractibus ampliandæ obligatio-
nis cauſa adſcripta eſt, putà, *Promitto decem ſingulis annis, ſub tali pœna.* quod Bar. cenſuit [21].
IIII. quid autem hoc caſu in vltimis voluntatibus ſit, infrà dicetur. Procedit rurſus etiam in
iudiciis, quantùm ad eorum deciſionem adtinet, vnde ſi arbiter intra calendas dari iuſſe-
rit, lapſo tempore, committitur compromiſsi pœna [22], aliàs enim impugnaretur ſententia,
V. niſi eſſet locus pœna [23]. Nec refert, an dies ſit expreſſa, an verò tacita: dum tamen præ-
VI. uideri à debitore potuerit: impedit enim ea quoque moræ purgationem [24], quod Accurſ.
Bartolúſq; tradiderunt [25]. Idem etiam ſi dies ſecundum voluntatem creditoris proro-
gari poſſet, vt quia dictum eſſet, *Promittis ſub pœna hinc ad calendas proximas, & ab eo tempore dein-*
VII. *ceps arbitratu meo* [26]. Nec item quicquam intereſt, adueniente die, partem eſſe datam, com
12 mittitur enim pœna, niſi totum ſit præſtitum [27], conditio enim ſub * qua promittitur pœ-
na, actum reddit indiuiduum, vt ſuprà dixi [28]: at qui partem indiuidui fecit, nihil feciſſe vi
detur [29]. Sed nunquid perpetua ſupraſcripta concluſio eſt? & Doct. plures caſus exci-
I. piunt, quibus purgatio moræ admittitur, tametſi dies, & pœna interuenerit. Et in pri-
mis ſunt, qui iuris Pontificij humanitate admitti purgationem moræ dicant, cùm aliàs in
honeſtum lucrum quis faceret [30], vel cum aliena iactura rigore quodam iuris obtineret:
13 vnde poteſt † eo iure emphyteuta, lapſo die, morã celeri ſatisfactione diluere [31]. Híncq;
II. ſequitur, vt multò fortiùs licita ſit moræ purgatio, in conſcientiæ foro, quod & Bal. reſpon-
dit [32], adeò, vt lite quoque conteſtata, eam admittenda cenſuerit: cum ſacerdotibus ergo,
& huiuſmodi viris, qui conſcientiæ candorem profitentur, ſemper dilui mora poterit: dum
eorum

1 l. obſignatiõe. C. de ſolut.
2 l. acceptam. C. de vſur.
3 l. ſi rem. §. fi. de pig. act. Alex. l. ſi moram. ſol. mat.
4 vt hîc, & l. ſi ſeruum. §. ſequitur. j. eo. l. ex iudicatum. iud. ſol. vbi Caſtr.
5 d. l. qui x. verſ. idem reſpõſum. in fi.
6 c. j. de eo qui mitt. in poſ.
7 l. ſed ſi alia. de conſt. pec.
8 d. §. fi. d. l. ſi reus.
9 l. vtique. de arb.
10 gl. l. qui Romæ. in prin. j. eodem.
11 l. magnam. C. eod.
12 d. l. magnam.
13 l. traiectitiæ. §. j. ſ. tit. j.
14 l. Thais. §. intra. de fidei com. liber.
15 l. v. in fi. ſ. eod.
16 l. j. de pe. leg. vbi Bar.
17 l. quę de legato. de leg. j.
18 c. licet canon. verbo, priuatis. de elec. c. cupientes. §. quod ſi per viginti. eod. tit. lib. vj.
19 glo. c. mora. de reg. iur. in vj.
20 l. ij. verbo omni modo. C. de iur. emphyt.
21 arg. d. l. ij. Bar. d. l. ſi inſulam. iiij. opp.
22 l. Celſus. de arb.
23 l. tale. §. qui prouocauit. ſ. de pac. l. Neſennius. in fi. de re iud.
24 l. j. verſ. niſi forte. vbi gl. de pen. leg.
25 Arg. l. nec ſemel. §. in habitatiõe quãdo dies leg.
26 l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo. j. eo. vbi. Doct.
27 arg. l. ſi ita quis. §. Seia. j. eod. & d. l. traiectitiæ.
28 l. cui fundus. de condit. & dem.
29 l. pen. in fi. C. de his qb. vt indig.
30 c. ſuam. de pœnis.
31 c. potuit. in fi. de loc.
32 Bal. conſ. cxiiij. ſuper j. lib. v.

corum non interſit, id eſt, ius ſuum factum non ſit deterius [1]. Rurſus prætoria humani- III.
tate idem conſtitutum Doct. noſtri ferè omnes ſentiunt, in * ſtipulationibus, ſcilicet præ- 14
toriis ad iudicij præparationem pertinentibus, vt intra modicum tempus quis poſt diem
ſoluens, euitare pœnam poſsit [2]. Sed Iuriſconſultus in eo loquitur, qui facere, id eſt, ſiſtere
debuerit, qua de re infrà. Quid verò in eo qui dare debeat, lex nihil ait, niſi quod Doct.
idem eſſe ſentiunt. Nam & Iuſtinianus ei, qui aliquem in iudicio repręſentare promiſit, IIII.
moræ purgandæ cauſa, ſex menſium ſpatium profuſiore quadam humanitate conceſsit [3],
vt ei ſuccurreret, qui aliena laborat culpa, & qui amici perfidia reperit ſe deceptum. Du-
bium tamen non eſt aliud eſſe quem iudicio ſiſti [4], aliud quem repræſentare [5]. Cæte- V.
rùm & in contractibus bonæfidei exiſtimauit Bal. tali purgationi adhuc poſt diem locum
eſſe [6], quem & alij ſequuti ſunt, ídque ex Pauli reſponſo, quod tamen non videtur ſat re-
ctè ab eis intellectum. Vnde frequentiore calculo reiecta eſt hæc ſententia: cùm enim hæc
concluſio etiam in vltimis voluntatibus procedat, nulla eſt ratio, cur & in bonæfidei con-
tractibus non ſit ſeruanda [7], alioquin faciliùs illi violarentur. Defendi fortè poſſet in VI.
beneficiario contractu, vt ſi cliens intra annum & diem non petierit (quam vocant) in-
ueſtituram † non tamen adeò à iure ſuo cadat, quin intra paucos dies purgare moram 15
poſsit. Lex enim ſimpliciter iubet, vt damnetur [8]: quod verbum futuri temporis eſt, nec
ipſo iure amiſsionem debet inducere [9]. Senſeréque hoc aliqui [10], quos ego quoque ſequor,
cùm feudum ab eccleſia eſt, quæ (vt ſuprà dixi) maiorem æquitatem nobis præſtare de-
bet [11], idémque fortè in ſupremo principe, cum quo etiam mitius agi ſolet, aliàs receptior
eſt ſententia nullum purgationi poſt diem locum eſſe [12]. Illud tamen in contractibus re- VII.
cipiendum eſt, vt ſi toti obligationi adiecta ſit dies, & pœna, particulariterque ea obliga-
tio etiam ad vſuras committeretur: mora quidem * particulariter purgari interim poſsit, 16
vt vſurarum curſus impediatur, licet pœna ipſa impurgabiliter commiſſa ſit, quia dies to-
ti obligationi adiectus lapſus eſſet, hócque in caſu Pauli reſponſum procedit [13], vt illud ibi
Alb. rectiùs interpretatur, quàm Alex. vel Iaſ. faciat [14]. Sanè in † caſibus, quibus dies in VIII.
mora non conſtituit, certum eſt, quamuis pœna ſit adiecta, non impediri promiſſorem, 17
quin pœnam euitet, ſi id quod principaliter debet, ſoluerit, quod latius Alex. proſequitur [15].
Idem ſi à iudice dies dictus ſit, ſed ſolius debitoris fauore, ſi enim is fauor ceſſauerit, ad-
mittetur nihilominùs poſt diem purgatio, nec erit locus pœnæ [16]. Sed ſi dies † incertus IX.
ſit, quem debitor præuidere non potuerit, conſtat moram non committi, & conſequenter 18
euitari pœnam poſſe [17], vt in ea ſtipulatione, *Cùm petiero.* nec enim diuinare debitor potuit
quo tempore eſſem petiturus [18], nec refert hæc dies à lege ſit inducta, an partium conuen-
tione, dum incerta ſit, qualis eſt dies, qua quis vindicta manumittitur, licet enim à lego duo
menſes manumiſsionis præſtituti ſint [19], tamen in ea non procedit, cui certus modus puta
vindictæ ſit adiectus [20]. Idémque in die, qui in arbitrio iudicis * reſidet: eſt enim incerta. 19
Vnde & purgationem non impedit [21], quamuis enim quatuor menſes iudicatis præſtituti
ſint [22], tamen in iis, quos arbiter condemnauit, hæc dilatio locum non habet, vt ergo arbi-
tror [23], ſed omnis arbitrio iudicis relicta eſt, licet alij aliter ſenſerint [24]. Híncque infertur,
vt ſi quis ſub pœna promiſerit Titium pupillum, cùm erit legitimæ ætatis ratum habiturũ
licet ſtatim, adueniente die in pœnam incidat [25], ſi tamen probabiliter ætatem ignoraue-
rit moram purgare poſsit, quod Alex. Iaſ. cæteri cenſuerunt [26]. Procederétque hæc limita-
tio non ſolùm cùm incertitudo promiſsionis implementum reſpicit, ſed multo fortius ſi
natiuitatem obligationis vel actionis exercitationem impediret, tunc enim fruſtrà de mo
ra quereretur, cum nec quidem deberi cœptum eſt [27]. Enim verò & cùm dies non differen X.
dæ ſolutionis adiecta, ſed cauſa multiplicandæ obligationis inducta eſt, in vltimis dunta-
xat voluntatibus purgationi moræ non obſtare Bar. cenſuit [28]. cùm enim in annuis lega-
tis actio & obligatio non niſi adueniente die, naſcatur [29], non debuit eodem tempore &
quis obligari & in mora conſtitui [30], diuerſum tamen in contractibus eſt, vt ſuprà dixi [31].

Sed quid ſi pœna ex conuentione quidem adiecta non ſit, ſed ſolùm modò pœna legalis XI.
ſeu id, quod intereſt ſit præſtandum, an tunc lapſu diei impedietur purgatio moræ? & rece-
ptiſsima eſt ſententia, nõ impediri intra breuem terminum [32]. id enim quod intereſt, * pro- 20
priè pœna non eſt, ſicut & eius contractus reſolutio, aduerſus quem exceptio non reſtitu-
tarum pecuniarum ab ipſo principio ſemper obſtitit, pœna non eſt [33]. Sed quæ eſt ratio, vt
hoc caſu ſit purgationi moræ locus? & dicendum eſt vbi pœna adiecta eſt, non purgari mo
ram propter vim conditionis, quæ præciſè debet obſeruari, quod ſuprà docui [34]. quæ ratio
ceſſat, quando ſtipulator nihil cauit, ſed prouiſione legis contentus fuit: an vt alij dicunt?
quia mitius cùm lege agitur, quàm cum homine [35]: item, quia lex ſuum tibi, non tuum au-
fert auxilium [36]: nam & firmius eſt, quod quis ſua prouiſione quæſitum habet, quàm quod
aliena [37]. Vnde ſequitur, vt ſi quis expreſsim id quod ſua intereſt, ſit ſtipulatus, lapſa die,
purgationem moræ impediat, vt Imo. Aret. Beſ. & Iac. Puteus rectè exiſtimarunt [38], licet
Iaſ.

1 arg. glo. in c. fraternitas. xij. q. ij. dixi in c. nouit. de iudi.
2 l. & ſi poſt tres. ſi qs caut.
3 l. ſancimus. C. de fideiuſ.
4 l. j. ſi quis in ius voc. vbi Iaſ.
5 d. l. ſancimus.
6 l. Lucius. verſ. neque eius hæres. de act. emp. Paul. d. l. ſi inſulam. Aret. d. §. ſequitur. Alex. conſi. xlix. in iiij.
7 arg. d. l. in minorum. C. de reſt. in integ.
8 c. j. quo temp. miſ.
9 glo. l. in criminali. C. de iuriſd. om. iud.
10 Guido Papæ deciſ. clxvj.
11 d. c. potuit.
12 c. j. quæ fu. prima cauſ. vbi Doct. Alex. conſ. xiiij. in ij.
13 d. l. Lucius.
14 d. l. ſi inſulam. d. l. & ſi poſt tres.
15 d. l. ſi inſulam. Iaſ. l. ſi ex legati. ſ. eod. Feli. c. ſi autẽ. de reſcrip.
16 l. mancipiorum. de op. leg. Feli. c. licet cauſam. col. ix. de prob.
17 l. qui Romæ. §. flauius. ſ. eodem.
18 Bar. d. l. ſi inſulã. ij. opp.
19 l. fi. ſ. qui ſi manum.
20 d. §. Flauius.
21 l. ſi cùm dies. §. fi. de arb.
22 l. fin C. de vſur. rei iud. l. debitoribus. ſ. de re iudic.
23 d. §. fi. vbi Alb. Raph. l. ij. de re iud. Mod. l. iij. q. j. de leg. j.
24 glo. pen. d. l. traiectitiæ. Bar. d. l. iij. Iaſ. d. l. debitoribus.
25 Socin. in conſ. ccliij.
26 Iaſ. d. l. ſi inſulam. Aret. conſi. lxxvii. Dec. conſi. ij.
27 Bar. d. l. ita ſtipulatus. q. ij. verſi. ſed iu.
28 l. j. §. fi. de pen. leg. vbi Bart.
39 l. ſi in ſingulos. de ann. leg.
30 l. quod dicimus. de ſol.
31 l. ſi Stichum. §. j. ſ. eod.
32 d. §. Seia cauit.
33 l. nihil intereſt. de reg. iur. not. in l. Turpia. in prin. de leg. j. & l. Iulianus. §. offerri. de act. emp.
34 d. l. Thais. §. intra.
35 glo. d. l. Celſus.
36 gl. l. aſsiduis. C. qui pot. in pig.
37 l. ij. ſ. de offi. proconſ.
38 Imo. & Aret. l. qui Romę. §. Callimachus. iiij. not. ſ. eo. Deſ. & Put. d. l. ſi inſulã.



XII. Iaſ. contrà: quod alibi diſputaui [1]. Sed quid ſi debitum liquido adhuc non conſtabat? &
videtur excuſari debitorem à pœna, tametſi die præſtituta rem non obtulerit [2]. Sicut enim
21 incertitudo * diei, quam præuidere non potuit, eum excuſat, ita & incertitudo ipſius debi-
ti, vt quod in die definitũ eſt, id & in re ipſa recipiatur [3]: cùm enim pœnalis ſtipulatio ſub
ea conditione concepta ſit, *Si rem non dederis.* quæ verba ſignificant, ſi in mora rem dandi
fueris [4], videtur conditio nõ eueniſſe, quia propter iuſtam ignorantiam is excuſandus eſt,
quod quomodo intelligendum alibi traditur [5]. híncq; apparet aliud eſſe, cùm quis id quod
intereſt debet, licet enim id quod intereſt incertum ſit, & probatione indigeat [6]: tamen de
eo non quærimus, niſi iam commiſſa principali obligatione, quæ retardari ex hac poſte-
riore quęſtione nõ debet, quicquid hic Iaſ. tradiderit, aliàs dicẽdũ eſſet, ſi pœna incerta pro
poneretur, purgationi locũ in principali fore, quod abſurdum eſt, cùm priùs impediatur
purgatio, quàm de mora quæratur.

1 ſ. l. prox. §. pen.
2 l. ſtatuliber rationem. de ſtatulib.
3 l. vinum. ſi cert. pet.
4 l. ſi duo. in fi. vbi Bar. de conſt. pec.
5 l. quod te. ſi cert. pet.
6 §. curare. inſt. de act.

## SVMMAE.

2 ☞ *Actio ſecundum ſtipul. inſtituenda.*
4 *Certum variis ſignis dignoſci. & 5. 7.*
10 *Certa eſſe, optima.*
11 *Certum, vinum mutuum eſſe.*

## LEX LXXIIII.

1 STIPVLATIONVM QVAEDAM. Cùm ſtipulationes * inuen-
2 tæ ſint, vt vnuſquiſq; quod ſua intereſt, conſequatur, ſi † quis quicquam fie-
ri ſtipulatus ſit, actione ex ſtipulatu aget: quoniam facta ſunt incerta. Quòd
3 ſi quicquam certi ſtipuletur, eum * condictione agere oportet [7], quæ præci-
ſè debitorem obligatum ſupponit, eáq; eſt vtilitas, an quis ex ſtipulatu, an
certi cõdictione experiatur [8]: in re enim certa probabilis eſt creditoris af-
fectio, vt ea ſibi omnimodo detur: at in incerta ſecùs eſt. Vnde ſufficit eius loco pecu-
nia. Intereſt igitur noſtra ſcire, quæ ſtipulationes certæ ſint, & quæ incertæ. Iuriſconſultus
4 hîc docet eas certas † eſſe, ex quibus apparet quid, quale, quantúmq; ſit, quod ſtipulamur.
Certum enim à cernendo dicitur. Vnde ſicut quod liquidò videri poteſt, hoc nomine vo-
catur: ita & id, cuius ſubſtantia cum qualitate, quantitatéq; ex demonſtratione aliqua, vel
I. (vt hîc dicitur) ex ipſa pronuntiatione cognoſcitur [9]. Hinc apparet, cùm ſufficiat per
5 relationem ad aliud † rem eſſe certam [10], legem, quæ certam quid pronuntiatione requi-
rit, in ea re procedere, quæ ſola relatione ſit certa, quod ego aduerſus Iaſ. intelligo, etiam ſi
6 certitudo pro forma requireretur, quod enim relatione * quadam intelligitur, propè ex-
preſſum cenſetur, vt ex facto Bal. reſpondit [11]. Si tamen lex non ſolùm rem certam requi-
reret, ſed etiam ſpecialiter expreſſam, tunc ſecùs eſſet [12], ſicut & ſi rem ipſam pręciſè nomi
nari vellet, vt in iuramento, in quo expreſsio verborum eſt neceſſaria [13]. qua de re infrà di
II. fuſiús. Sanè & illud eſt hîc adnotãdum, ſtipulationem hanc, *Vini optimi Campani amphoras*
7 *tot.* eſſe certam, quod verum eſſe propter † loci Campani adiectionem Ang. exiſtimat: alio
quin, ſi ſimpliciter vini optimi certam menſuram quis ſtipulatus eſſet, videretur incertum
ſtipulatus: cùm hæc ſuprema bonitas ex varietate locorum plurimùm ſit incerta, quæ ſen-
tentia à Doctoribus noſtris probatur, quoties conſtat non de generoſitate actum eſſe, quæ
in ea regione reperiatur, ſed quæ in toto orbe, vel maxima terrarum parte ſit [14]. aliàs enim
8 ſecundum loci conſuetudinem ea bonitas * optima declarabitur [15], quod Imo. Paul. Alex.
III. cenſuerunt. Sed quid ſi quis ſtipuletur vini Peligni peſsimi amphoras centum? & ex ſen
9 tentia Petri videtur certum ſtipulatus: cùm * contrariorum eadem ſit (vt vulgo dicitur)
diſciplina [16]. Ego cum Pyrrhone philoſopho, Stoicíſque magis crediderim, bonitates ha-
10 ſce incertas eſſe, quæ ſecundum vniuſcuiuſq; guſtum vario modo iudicantur. Verùm † Iu-
riſconſultos noſtros conſtituiſſe optimi ſtipulationem videri certam: quia tali caſu proba-
bilis eſt ſtipulatoris affectio, vt ad certum, id eſt, præciſè agere poſsit, at in peſsimo nulla eſt
eius affectio, nec ſicut generoſitas certos fines habet, ita & vilitas habet: ideóq; ex ſtipulatu
IIII. agere creditor debet, & pecuniã conſequi. Sed quid ſi quis ſtipuletur ſeruum optimum
ſibi dari? & Pet. Iacobúſq; videntur ſentire idẽ, quod in vino, & tritico, vt ſtipulatio ſit cer-
ta. Ego ſuprà ſcripta ratione dubito, quia non adeò certos fines in homine hæc bonitas ha-
bet, cùm ſecundum prudentiã, inſtitutionem, artes hæc bonitas perpẽdatur [17]: quæ omnia
V. incerta ſunt. Hinc conſtat, eum, qui certum † vinum mutuò dedit, ſi ſtipuletur illud ſibi
11 reſtitui, certum cenſeri ſtipulatum eſſe: licet enim non optimum ſit ſtipulatus, tamen quo-
niã quod reſtitui debet, eius bonitatis oportet eſſe, cuius fuit, quod datũ eſt, per relationẽ ad
id quod actũ eſt, dicitur certum eſſe [18]. Híncq; apparet ſatis eſſe, ſi certitudo hæc alio modo,
quàm ex pronuntiatione percipitur: alioquin & qui ſtipulatur aureos decẽ, incertũ videre-
tur ſtipulatus: cùm diuerſus ſit aureorũ valor, & diuerſæ notę, itémq; non eadẽ auri puritas,
& tẽperatura: & tamẽ hîc dicitur talem ſtipulationẽ certã eſſe: quia poteſt certitudo ſecun-
dũ regionis conſuetudinẽ declarari [19], & in dubio de minimo intelligi, quod & Bar. tradit.

7 Inſt. eo. in prin.
8 l. ſi quis certum. ſi cer. pe. vbi dixi.
9 l. certum. ſi cert. pet. vbi Iaſ.
10 l. vbi autem. §. illud. ſ. eodem tit.
11 Bal. conſi. ccxij. in v. Iaſ. l. ait prætor. §. j. de re iudi.
12 clem. appellanti. de appel. gloſ. c. ſi epiſcopus. de præb. in vj.
13 d. c. pen. de iureiur. vbi Abbas.
14 arg. glo. §. ſeruus autem plurium. verbo, in infinitũ. Inſt. de hær. inſt.
15 l. cũ de lanionis. de fundo inſtru.
16 l. fin. §. fin. de leg. iij.
17 l. fin. in prin. C. com. de leg.
18 l. cùm quid. ſi cer. pet.
19 l. ſemper in ſtipulationibus. de reg. iur. l. nũmis. de leg. iij.

S V M M AE.

1 ☞ *Incertum ex prædicamento incerto dignoſci.*
2 *L.Vbi. pugnantia dilui.*
7 *Comparatiuum ſecundum poſitiuum cenſeri.ex cauſis contrà.*

LEX LXXV.

VBI AVTEM NON APPARET. Proſequitur hîc Iuriſconſul-
tus,quæ ſit † ſtipulatio incerta definítque eam eſſe, in qua ſubſtantia, & I
qualitas,quantitáſque expreſſa non eſt,quod intelligunt Doctores in his,
quæ ſecundum quantitatem diſcernuntur, vt vinum, triticum & ſimilia.
In ſpeciebus autem non eſt opus quantitatem perpendere:in eis enim I.
quantus pro magnitudine accipitur.Verg. *Nunc quantus Achilles.*
Sed videretur,† eum,qui tritici,aut vini tot amphoras ſtipulatur, certum ſtipulari:quia II.
cùm non ſit adiecta qualitas,de viliſsimo * debet intelligi [1]: & ſic de eo,quod infimum gra- 2
dum bonitatis habet:dum tamen corruptum non ſit,nec enim illud, quod vitiatum, putri- 3
dúmque eſt, ſolui vnquam poteſt [2], vt But. Imoláque cenſuerunt [3]. Sed ſuprà ego tradidi
aliud in infimo gradu bonitatis eſſe, qui ſemper incertus eſt, aliud in ſupremo,qui certior
eſt. Rurſus obſtat exemplum hominis: videretur enim de mediocri accipiendum [4]. ſed III.
reſpõdent Doctores,hanc mediocritatem * nihilominus incertam eſſe.Poteſt enim quem- 4
libet dare [5]: dum tamen non eum det, qui oneroſus ſit ſtipulatori, vt quia plus comedat,
quàm lucretur, adeò vt expediat,eum nõ habere. Fortiùs ergo obeſt quod lex ait, eum, IIII.
qui fundum in genere ſtipuletur:nihil agere,vitiatur enim ſtipulatio cùm ceſpitẽ, aut pal-
mum terræ dando promiſſor liberaretur [6], & tamen hîc ſupponit valere ſtipulationem: li-
cet incerta ſit. Reſpondent Doctores,fatentúrque nullam eſſe, ſed veriſimile non eſt ad-
duxiſſe. Iuriſconſultum exemplum,quod iure non conſiſtat. nam & ſolemus dicere, quo-
ties lex de aliqua re dubitat,ſemper cætera præſupponi habilia [7]. vnde * ego arbitror,ſtipu 5
lationem fundi,quamuis incertã,quod ad ſubſtantiam attinet, valere,quod ſi probari non
poſsit, de quo actum ſit,non ius ſed factum deficere [8]. & ideo lex hanc quæſtionem magis
facti eſſe,quàm iuris ait [9].
QVIA BONO MELIVS. Adnotant Doctores comparatiuo * ſignificationem 6
poſitiui ineſſe, quod intelligit Baldus, vt † ſemper ſecundum poſitiui qualitatem reſtrin- 7
gatur: Vnde ſi lex criminis dicat, Qui mulierem rapuerit,pœnam mille ſoluat, & plus ar-
bitrio iudicis intelligetur, vt modicum pecuniæ vltrà arbitrari iudex poſsit, non autem
alius generis,quàm pecuniariam pœnam inducere [10]. Quo argumento cenſuit Bald.cùm
lex diceret, Pro inſultu, ſi citra ſanguinem factus ſit decem ſoluantur: ſi cum ſanguine,
maior infligatur vltio :ſi cicatrix remanſerit, etiam maxima pœna reus adficiatur: non
poſſe aliam pœnam indici, quàm pecuniariam [11]. Ego tamen ſubſiſto,quia non videtur I.
his verbis corrigi ius commune, vt vulnus inferens ſecundum legem Corneliam tãquam
ſicarius non puniatur, ſatíſque videtur, ſi comparatiuum præſupponat poſitiuum in ab-
ſtracto quodam ſenſu, & (vt noſtri loquuntur) ἐμπλάτει, quamuis non in eadem prorſus
qualitate: in pœnis * enim ad duritiem conditionis reſpicitûr, non ad eandem qualita- 8
tem [12]. Nam & videmus comparatiuum, *Minus.* * ſimpliciter pro, *Non.* accipi,nec poſi- II.
tiuum vllum plerunque ſupponere [13]: quod Iaſ. hîc docet, & nos alibi ſequuti ſumus. 9
Vnde & idem tradit, ſi nihil reperiatur, ad quod poſsit comparatiuum referri, tunc III.
nullam relationem fieri,quod & Bar. in quæſtione facti cenſuit [14]. Nam & grammatici IIII.
fatentur plerunque pro poſitiuo comparatiuum poni [15], qualiter apud Verg. *Triſtior &
lacrymis, &c.*

S V M M AE.

2 ☞ *Vſusfructus incerti actio multiplex. 5.*
6 *Vſusfructus conſumendorum certus.*

§. FVNDI CERTI. Qui ergo * vſumfructum † ſtipulatur incertum ſtipulatur. 1
vnde lex ait ad vſumfructum incerti agi [16], & alibi quanti actoris intereſt agi [17], alibi & 2
triticaria condictione agi [18]. quam conſtat & ad incertum dari. Sed quænam eſt ratio? &
aliqui aiunt, quia qui ad vſumfructum tenetur, non ad dandum duntaxat tenetur, ſed ad
patientiam quoque, vt, ſcilicet, fructuarium vti frui ſinat [19]: Vnde mixta hæc obligatio
præciſè non committitur. Sed hanc ſententiam ego non ſequor: patientia * enim illa ac- 3
ceſſoria dationis eſt. Vnde obligationem dandi non * magis variat [20], quàm traditio, cu- 4
ius loco ea in incorporalibus ſuccedit [21]. Verior ergo receptiórque eſt ratio: quia † vſuſ- 5
fructus ex natura rei temporíſq; eſt incertus. nec enim ſcimus, quantùm quis ſit fructuum
percepturus, neque quatenus ea ſeruitus durare debeat [22]: an quia ſi vſusfructus petatur,
líſque

1 l.ſi fideiuſſor.§.mand.
2 l.eleganter.§. qui reprobos.de pig.act.
3 c.indicãte. de teſta. Iaſ.l. legato generaliter.de leg.j.
4 d.l.legato generaliter.
5 l.cũ is,qui.§.fin.de cond. inde.
6 l. cùm poſt. §. gener.de iu.dot.
7 l.qui teſtamẽto. de teſta. c.j.de æta.& qual.lib.vj.
8 l.duo ſunt.de teſta.tut.
9 l.triticum.§.eo.
10 Bal.l.& ſi poſt tres.ſi qs caut.
11 Bal.l.ij.C.de prob.
12 arg.c. cito. verbo, grauior.j.q.j.& §. j. in fi.inſt.vi bon.rap.
13 l.minus.l.verbum, ampliùs.l.ſi ita à te.de ver.ſig.
14 l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ita ſcriptum.de leg.j.
15 l.quod Nerua.vbi Fulg. depoſ.
16 l.loci. §. ſi fundus.ſi ſer. vend. l. ſed ſi me. §. fin. de cond.ind.
17 l.ſi ab hærede. ſi vſusfr. pe.
18 l. j. §. & generaliter.de tritic.
19 d.l.ſi.ff.com.præd.
20 l.iij.§.dare.de vſuf.
21 l.quoties.de ſer.not.l.ij. §.j.§.eod.
22 Bar.l.certi condictio. in prin.ſi cer.pet. l. ſtipulationes non. verſi. qua ratione. x.opp.§.eod.



líſque interim duret, præſtari: quia præteritus non poteſt [1]? alius enim eſt qui hodie per-
cipitur vſusfructus ab eo, qui cras, vel ſequẽti tempore [2]: vnde cùm certus eſſe nequeat,
actor an rem, an æſtimationem propter lapſum temporis ſit habiturus: lex incertum
6 eſſe vſumfructum interpretatur. Quid † ergo in vſufructu earum rerum, quæ vſu con-
ſumuntur? & tunc ſecùs eſt [3]. cùm enim dominium in fructuarium transferatur, oblige-
túrque ille ad cauendum ſe pecuniam reſtituturum, talis conſtitutio vſusfructus meræ
7 dationis naturam ſeruat [4]. vnde teſtator, qui † hunc vſumfructum legat, cenſetur pro-
prietatem rerum legare.

S V M M AE.

1 ☞ *Naſcitura incerta.*
3 *L. iiij. de vſur. ſenſus.*
4 *Fructus & ex ſtipul. & certi condict. petibiles.*
7 *Certi argumenta.*
10 *Nuncupari relatiuè poſſe.*
11 *Relatu exprimi ex cauſis non ſufficere.*

1 §. ILLVD DVBITATIONEM. Qui † vernam, vel fructus * naſcituros ſti-
2 pulatur incertũ,ſtipulari dicitur. Subiicit tamẽ Iac. Bar. cæteri certi condictione hoc caſu
duntaxat agi. antè enim,quam ſeruus, vel fructus nati ſint, nulla oritur actio, vt ſupra vidi-
mus [5]: Poſtquam verò nati ſunt, iam certum eſt, quid debeatur: non ergo ex ſtipulatu, ſed
certi condictione agendum eſt. ſed hæc interpretatio puritatem huius materiæ inquinat,
3 & effectum vtilitatémue quæſtionis confundit, legémque Vlpiani violat: qui † tali caſu
ex ſtipulatu agi diſertè ait [6]: qua ratione & alibi oſtendi, ad id quod intereſt, non certi con
4 dictione, vt ipſi arbitrantur, ſed ex ſtipulatu, vel incerti condictione agi [7]. Arbitror † ita-
que ſimpliciter id reſponſum explicandum, vt natis fructibus, vel vernis ex ſtipulatu a-
5 gatur, attendendáque ſit actionis * natura non ſecundum tempus petitionis, ſed ſecun-
dum originem, & id quod à principio actum fuit [8]. Defendi tamen aliorum interpretatio
poteſt, quando non ſimpliciter fructus nati peterentur, ſed ſpecialiter actor tot modios
6 tritici, tot cados vini, tot corbes fructuum peteret. ſicut enim expreſſa nominatim * ſum-
ma id quod intereſt certi condictione peti poteſt [9], ita & hoc caſu certos fructus peti poſſe
crediderim.
SED QVI VINVM, AVT OLEVM. Quamuis lex ſuprà dixerit
7 certum † id eſſe, quod ex pronuntiatione certum eſt, tamen & id ex pronuntiatione
cenſetur certum, quod per relationem fit: videtúrque id eſſe ex legis interpretatio-
ne [10], quæ in iis, quæ iuris ſunt, vim proprietatis habet [11], vt ex facto Baldus reſpon-
dit vt meritò duobus exemplis hanc regulam in ſtatutis procedere Albericus hîc o-
8 ſtendat. Hincque infertur valere legatum *, quo teſtator ſe Titio relinquere adfirma-
uit quod in ſchedula penes talem ſcriptum reperietur [12]. Sed an idem in inſtitutione
9 ſit *, vt ſi teſtator dicat, *Inſtituo eum, qui in tali ſchedula deſcriptus à me reperietur?* & re-
ceptior eſt ſententia idem eſſe valeréque inſtitutionem [13]. vnde ſi teſtator dicat teſti-
bus, vt atteſtentur qualiter illud eſt ſuum teſtamentum, & eum, qui in eo inſtitutus eſt,
vult ſuum eſſe hæredem, rectè dicetur eum nominaſſe, valebitque teſtamentum: niſi
conſtet eum in ſcriptis duntaxat, & non aliter voluiſſe teſtari [14]. In dubio tamen non
cenſebitur ſe arctaſſe [15]: & actus valebit meliore, quo fieri poteſt, modo [16]. quæ ſen-
tentia aduerſus Caſtrenſem & Iaſonem humanior eſt. Nec me mouet, quòd lex velit
10 hæredis nomen ore proprio nuncupari [17]: quia † ſatis nuncupatum videtur, cùm in-
quit ſe velle, vt is, qui in eo inſtitutus eſt, ſit ſuus hæres. cùm enim receptum ſit ſuffi-
cere, ſi ea expreſsio per alium fiat, putà per notarium [18], eadem ratione & ſi per te-
ſtatoris manum, & ſcripturæ relationem. Sed nunquid perpetua ſit legis noſtræ regu-
I. la? & conſtat non eſſe. Et in primis † vbicunque lex expreſsim quid fieri iubet, quia
11 fraudi obuiam eat: tunc non ſufficit, ſi per relationem quid expreſſum diceretur [19]:
12 & ideo quoties conſtitutio principis ſpecialem * expreſsionem requirit, quia dubitet
circumueniri, traditum eſt non ſufficere quod adiecta diplomati ſit clauſula, *vt omnia
II. exprimenda pro expreßis habeantur.* quod Felinus tradit [20]. Rurſus non procedit, quoties
lex non ſolùm expreſsionem, ſed ſpecialem quoque requirit, vt cùm iubet eum, qui
ab interloquutione prouocat, ſingulatim cauſam exprimere: tunc non ſufficit expreſ-
III. ſio, quæ per relationem ad acta fieret [21]. Sed & in iuramento * adeò neceſſaria eſt ver-
13 borum forma, vt non ſufficiat, ſi quis dicat ſe iurare, prout aliàs iurauit [22]. Et ſecundum
IIII. hæc poteſt intelligi, quod Ang. prodidit, is ex facto reſpondi, cùm lex municipalis credito-
ri ius manus iniectionis concederet erga debitorem, qui poſt terminum in inſtrumẽto ex-
14 preſſum * fruſtraretur, nõ videri expreſſum quod re ipſa expreſſum nõ ſit, licet aliqua ra-
V. tione pro expreſſo haberi debeat [23]. Addit Pont. ſi quis in iudicio interrogatus reſpõde-



1 l.qui vſumfr.§.fi.de vſuf.
2 l. ſi vſusfructus mihi in biennium.§.de vſufr.leg.
3 l.tribus.de vſufr.ea.re.
4 l.j.C. de vſufr.§. cæteræ. Inſt.de vſufr.
5 §.l.interdum.
6 l.iiij.de vſur.
7 d.l.ſi pœnam.§.eo.l.liber homo.in fin.§.eo.l.fi. ſi quis in ius voca. l.iij. C. de inut. ſtipu.
8 l.ij.§.incertam.§.de præto.ſtip.
9 d.l.certi condictio.vbi dixi.ſi cert.pet.
10 l.ait prætor.§.j. de re iudicata.
11 Bar.l.ſi maritus.§.legis. de adulte. Bald.conſ. ccxij. in v.
12 l.ſi ita ſcripſero.vbi Bar. de cond.& demonſt.
13 l.aſſe.vbi Bal. de hæred. inſt.l. Theopompus. de do. præle.
14 l. hac conſultiſsima. in prin.C.de teſta.
15 l.iij.de teſta.mil.
16 l.j. .ij.§.eo.vbi dixi.
17 l.iubemus.C.de teſta.
18 glo.d.l.iubemus.verbo, quemadmodum.
19 l.ita fidei.de iu.fiſ.
20 Felin.c.humanum.j.diſtinct.
21 cle.appellanti.de appel. Imola. Alex.hic Felin. c.inter cæteras. de re iudi.
22 c.pen. vbi Abbas.de iureiur.
23 l.iij.§.hęc verba.vbi Angel.de neg.geſt.

rit ſe confiteri, prout in tali inſtrumento compræhenſum eſt ſi illud inſtrumentum falſum
ſit, confeſsione † ſua non obligari [1]. relatio enim ad actum verum facta obligat non ad eum 15
qui aduerſus leges falſatus ſit [2]. Sed hæc hactenus. diffuſior enim hæc eſt regula, quàm vt
eam hîc tractare expediat [3].

1 d. l. Rom. conſ. ccxciiij.
2 Bal. l. j. C. de err. aduoc.
3 l. omnes. vbi Angel. C. de præſ. xxx. an. Alex. conſ. xxx. in j.

SVMMAE.

1 ☞ *Stipulationẽ ſui incertam ob intereſſe committi.*
4 *§. qui verò. ſenſus.*
5 *Fideiuſſio incerta.*
6 *Solutionem curans præciſè non cogendus.*

§. QVI VERO A TITIO. Interpretatur Accurſius hoc exemplũ corrigi, & eum,
qui ſtipulatus eſt quod Titius ſibi debet, vel quod ex teſtamẽto ſibi debetur, certũ ſtipulatũ
videri. quam ſententiam omnes ſequuntur. Ego verò probare non poſſum, quia ductui ſer-
monis Iuriſconſ. non quadrat: nec veriſimile eſt ipſum tam citò ſe corrigere, abſurdáque
eſt interpretatio, vt, *Vix ſeparari.* nullo modo ſeparari intelligamus: quare in vetuſtiſsimi
interpretis Græcéq; & Latinè docti viri Bulgari ſententiã ego tranſeo, arbitrórq; † haſce 1
ſtipulationes eſſe incertas, ídque ea ratione quòd ille, qui ſtipulatur rem iam ſibi debitam,
inutiliter ſtipulatur [4]: niſi quatenus eius interſit [5]. Cùm ergo hæ ſtipulationes ex eo ſolũ ca-
pite ſuſtineri poſsint, quia eius interſit putarim incertas eſſe & non præciſè, ſed in id, quod
intereſt ſolũ committi [6]. vnde & ſtipulatio legati (etiam ſi in dando conſiſtat) præſtandi
cauſa non præciſè, ſed in id quod intereſt committitur [7]. quod maximè propter naturam
prætoriarum ſtipulationum inductum videri quoque poteſt [8]. Nec obſtat argumentũ Iu-
riſconſulti, quòd fideiuſſores certum videantur promittere, quia in caſu noſtro, qui ſpon-
det * quod Seius debet, non eſt fideiuſſor, vt rectè Rapha. hîc adnotauit. cùm enim à loco, 2
qui per ſimilitudinem concipitur, lex argumentetur, ſatis indicat, quod ſimile † eſt, vtique 3
idem non eſſe [9]. qualis ergo eſt iſta promiſsio? & putarim perinde † eſſe ac ſi dixiſſet, *Nomi-* 4
*ne Seij, quod tibi debet, ſoluere vel dare ſpondeo.* quæ verba alibi Iuriſconſultus interpretatur non
hoc ſignificare, *Promitto Seio dare.* hæc enim ſtipulatio non valeret: quia alteri facta, ſed, *Pro-*
*mitto facere quòd tibi æs illud ſoluatur, ſiue quia ego dem tibi, ſiue quia dem Seio, illéque tibi numeret* [10].
hæcque eſt Iuriſconſulti ſentẽtia, quam Doctores quatuor variis intellectibus quater per-
uertunt, vt loco ſuo diſſeram: meritò ergo talis ſtipulatio eſt incerta, cùm & eam ſignifica-
tionem habeat, vt alteri, id eſt, Seio dari poſsit [11], dum ille deinde creditori numeret. Non
ita eſt in fideiuſſore, qui fide † ſua eſſe iubet: quæ verba licet incerta prima facie videantur, 5
tamen, cùm ad ſolùm creditorem referantur, qui eius fidem ſequutus eſt, certam promiſ-
ſionem continent: vnde fideiuſſor conuenitur, tenetúrque ſoluere, ſiue pro ſua obligatio-
ne, ſiue pro obligatione principalis conueniatur [12]. At † in caſu noſtro promiſſor non po 6
teſt præciſè pro obligatione ſua cogi, ſed poteſt excipere, *Numerabo Seio, & faciam vt tibi*
*ſoluat. ſicque ego liberabor.* quia promiſi quod ille debet: cùm nihil debebit extincta erit obli-
gationis meæ ſubſtantia.

4 l. qui bis. ſ. eod.
5 d. §. alteri.
6 argu. l. ſi quis ſtipulatus. §. fin. ĩ. eo. l. ſi ſic. §. fin. de lega. i. verbo præſtet actionẽ.
7 l. j. vt leg. nom.
8 l. fin. ĩ. de præt. ſtip.
9 l. quod Nerua. depoſ.
10 l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. ĩ. eo.
11 l. liber homo. in fi. ĩ. eod.
12 l. indebitum. de cõd. indebit. l. Papinianus. mand. Bar. l. Modeſtinus. de ſolut.

SVMMAE.

4 ☞ *Facta vt futura incerta & ſic non præciſa.*
6 *Facto non factum ex cauſis ineſſe.*

§. QVID, QVOD IN FACIENDO. Stipulatio quid * fieri vel non 1
fieri eſt incerta. Sed quæ eſt ratio, vt huiuſmodi facta incerta ſint? & Iacobus Bartolus
Angelus & quidam alij quia in factis obligatio in id quod intereſt, committitur [13], vnde
ſolutio ſemper incerta eſt: quoniam neſcit ſtipulator factum ipſum, an pecuniam ſit con
ſequuturus. Sed hanc rationem non probant Albericus, & Beſutius nec Iaſon. quia ſe-
queretur in caſibus ſpecialibus, quos plurimos ſuprà recenſui, quibus ad factum quis præ-
ciſè cogi poteſt, obligationem eſſe certam: Vnde plurimùm reſtringeretur lex noſtra.
Rurſus ſequeretur, eum, qui ſtipulatur, certam pœnam ſi pecuniam non credidiſſet, in-
certum ſtipulari: cùm credendo poſsis à pœna liberari, quod tamen falſum eſt [14]: quæ argu-
menta ſat leuia ſunt. ante enim * cõditionis euentum agi non poteſt, pòſt verò certum eſt 2
quod petitur. nec verum eſt reſtringi nimis regulam legis noſtræ, ſi in eis caſibus non pro-
cederet, quibus ad factum quis præciſè cogi poteſt. Illi enim caſus in obligatione le-
gali, vel teſtatoris procedunt, regula legis noſtræ in contractibus loquitur. Fortiùs er-
go hæc ratio ex eo impugnatur, quia eadem videtur cum dicto [15]: vt enim ſuprà di-
xi, conſequentia hæc ſunt, Stipulatio * eſt incerta, ergo in id, quod intereſt com- 3
mittitur: Eſt certa, ergo præciſè agitur. vnde vtriuſque rei ratio inuenienda eſt, quam
oportet vnam eſſe. Verior † eſt igitur ratio Accurſij, quæ & veterum fuit [16]: facta e- 4
nim ad futurum tempus pertinent [17], at quæ futura ſunt, incerta ſunt: cùm tempore
contra

13 l. ſtipulationes non. verſ. Celſus. ſ. eod.
14 l. ſi pœnam. ſ. eod.
15 l. qui interrogatus. de pet. hær.
16 gl. l. j. C. de oper. lib. Oldra. Ray. Bald. Alber. Imol. Alex. Iaſ. hîc Bart. d. l. ſtipulationes non. ratione iiij.
17 l. operæ. de op. lib.



contractus nihil præſens ſit quod in obligationẽ deducatur: quod ſecùs in obligationibus
dandi, in quibus dominium præſens & certum deducatur: quod autem quis in futurum fa-
ciat, prorſus incertum eſt, maximè ſi tale factum ſit de quo conditione perſonarum, & tem
poris idẽ non videatur [1], vt Petrus ſcripſit. Nec cẽſuit legiſlator operæ pretiũ, vt quis coge
retur præciſè facere, & ex euentu id quod incerto modo promiſſum erat, ad certitudinem
reducere, quoniã quandam ſpeciẽ ſeruitutis induceret, vt ſuprà declaraui [2]. Sane adnotãt
5 hinc Doct. obligationẽ non faciendi * ab ea diſtare quæ faciẽdi ſit. ſicq; appellatione facti
I. haudquaquã compræhenderetur nõ factum [3]. Quod † tamẽ non procederet, quãdo ex
6 adiectione alicuius dictionis aliter actũ appareat. vnde quia adfirmatio, & negatio cõtra-
ria ſunt, ſi quis iuſsit, vt fiat, qui nõ facit, ſeu negligit, dicitur aduerſus ea facere [4]: ídq; (vt
arbitror) propriè propter vim dictionis, *Aduerſus.* vel, *Contra.* adeò vt in pœnis quoq; hoc
procederet non ſolũ legalibus [5], ſed etiã à teſtatore indictis. quod aduerſus Anchara. Alex.
hîc docet, & ex facto à Nouello, & Cornæo reſponſum extat [6]. Quid ergo ſi lex pœnã im-
7 ponat ei, qui contra * perſonã aut ſtatum principis aliquid faciat, compræhendetúrne is,
qui nihil fecit, ſed tractatũ ſciens nõ reuelauit? & receptior eſt ſentẽtia nõ teneri [7]. is enim
nihil facit cõtra perſonam, licet faciat cõtra legem, quæ iubet crimen detegi. at ſuprà ſcri-
II. ptis verbis ſolũ punitur, qui contra perſonam facit. Rurſus nõ procederet, quando factũ
ciuiliter acciperetur, vt cùm lex inquit, Stipulationũ aliæ in dando, aliæ in faciendo conſi-
ſtunt [8]. cùm enim omnes obligationes diuidere Iuriſconſ. velit, neceſſario in altero mem-
bro hæc quoque non faciendi compræhenditur [9]. quod propter ſubiectam materiam eſt.
III. Idémq; cùm natura contractus hoc ferret, vt quis non ſolũ facere, ſed & curare tenere-
IIII. tur [10]. Illud quoque fatẽtur omnes lata ſignificatione appellatione faciendi non factum
cõtineri [11]. Sed hæcne lata ſignificatio propria erit? & Bar. videtur ſenſiſſe eſſe propriam [12]:
quoniam perinde inquit contineri, ſicut ſpecies ſub genere [13]. at Alber. large, & impropriè
id fieri interpretatur, cui & Aret. adſtipulatur [14], itémque quidem recentiores.

1 l. ſi non fortè. §. libertus. de cond. ind.
2 d. l. ſtipulationes. verſic. Celſus.
3 l. in facto. de conditio. & demonſt.
4 l. cùm quid. ſ. eod. l. continuus. §. pen. ĩ. eo.
5 l. ſi quis maior. C. de trãſact. l. ſi quis. §. funus. de religio. l. ex his. de excuſ. tut.
6 Corn. conſi. xcix.
7 l. j. & ij. ad leg. Pomp. de paric. Mod. c. j. de offi. dele.
8 d. l. ij. ſ. eod.
9 arg. not. per Din. l. poteſt. de auct. tut.
10 l. facere. de verb. ſig. vbi dixi. l. in lege. loca.
11 l. qui non facit. de regu. iuris.
12 Bar. l. naturalis. in prin. de præſ. verb.
13 Bal. l. ij. C. de iu. au.
14 l. impoſsibilis. vbi Are. ſ. eo. Alber. d. l. ij. Moder. §. Cato. ſ. eod.

SVMMAE.

2 ☞ *Alternatiuæ intereſſe ſupponi.*
3 *Alternatorum varia ex cauſis natura.*
4 *Libellum alternatiuum ex cauſis admitti: aliàs contrà.*

1 §. QVI ILLVD, AVT ILLVD. Obligatio * alternatiua, ſi electio creditoris ſit,
2 certa eſt, aliàs verò incerta cenſetur, & † ideo tali caſu fortè non eſſet debitor cogendus
alteram rem dare [15]. ſed ſoluendo id, quod intereſt, deberet liberari: ſicut & is libera-
tur æſtimationem ſoluendo, qui id debet quod in pondere, numero, menſura conſi-
ſtit [16]. quod Iacobus cenſuit. qua tamen in re ampliùs deliberandum eſt, & infrà adtin-
gam. Sed cur certa eſt obligatio, cùm creditoris electio eſt? & ſciendum omnem hunc tra-
ctatum eum finem reſpicere, vt ſciamus, quæ actio competat, an ex ſtipulatu, an certi
3 cõdictio. & ſic an præciſè, an in id quod intereſt, dũtaxat quis cogi poſsit [17]. Igitur † cùm
electio actoris eſt, ipſe eſt certus quid velit, meritò talis ſtipulatio dicitur certa: reſpectu
verò debitoris contrarium eſt, quia neſcit ipſe vtram rem ſit actor petiturus. in his ergo,
quæ ad actorem pertinent, ius ex eius perſona metiemur [18]. certámque ſtipulationem eſ-
ſe interpretabimur: at in iis, quæ ad debitorem pertinent, contrarium obſeruabimus.
Vnde, quod ad eum ſpecta, ſi electio actoris ſit, duplici obligatione tenebitur [19]: ſi verò ſe-
cundum regulas iuris electio debitoris ſit [20], alternatiua obligatio non duplex, ſed vna
cenſebitur [21]. quod & ſuprà adtigi. Híncque adnotant Doctores, ſi electio debitoris ſit in
4 obligatione alternatiua, libellum † quoq; alternatim concipiendum eſſe [22]: tunc quia cùm
promiſſor variare poſsit, ſi vnam duntaxat ſtipulator, peteret, plus petere, deteriorém-
que rei cauſam facere diceretur [23]: tum quia hæc incertitudo actori imputanda non eſt,
qui præciſè alterum petere non poteſt [24]. Quoties enim quis probabiliter dubitat, vtra
ſpecies ſit ſibi danda, diſiunctim petens admitti debet [25]. nec tali caſu incertitudo ei im-
putatur [26], procedítque hæc concluſio generaliter, ſiue de eo loquamur, quod diſiun-
ctim tantum auctoritate legis debeatur [27], ſiue incertitudo ex facto iudicis proueniat [28],
ſiue id petatur quod ſolùm in obligatione ſit, dum tamen aliud quoque in facultate ſol-
uendi ſit [29]: ſiue non de alternatiua rerum, ſed actionum agatur: poſſunt enim plures
proponi, & ſuo ordine intentari exiſtimabuntur [30], quod alibi Doctores tradidêre. ſed
quid ſi electio actoris ſit? & Bartolus, Alexand. Iaſ. cæteríque hîc exiſtimarunt, exceptis
5 quibuſdam caſibus, libellum alternatiuum non admitti: alternatio * enim hæc reum in-
certum relinquit. vnde debet actor eligere, aliàs non auditur [31]. quæ ſententia vera rece-
ptáque eſt: cùm ex tali alternatione debitor adeò incertus eſt, vt nec ex natura rei poſsit
videri in eum tranſlata electio: aliàs ſi cùm electio mea eſſet, à te petierim vinum, aut de-
cem, vi

15 arg. l. cùm res. §. ſed & ſi. de leg. j.
16 l. vinum. ſi cert. pet.
17 l. ſi quis certũ. ſi cer. pet.
18 l. j. §. j. ſi pars hær. pet.
19 l. planè. §. pen. de leg. j. l. viij. §. j. de leg. ij.
20 l. plerunque. in fi. de iu. dot.
21 l. cùm illud. quando di. leg. ced. l. ſi illud. de lega. ij. dixi in l. ſcire. ſ. eod.
22 gl. §. curare. Inſt. de act.
23 §. plus autẽ. Inſt. de act.
24 l. j. §. qui autẽ. quor. leg.
25 c. conſtitutus. de in integ. reſtit. c. cùm olim. ij. de priuil. vbi Abb. x. not.
26 l. quæ de tota. §. incertæ. de rei vend.
27 c. cùm cauſam. de emp. vbi Abb. j. not.
28 c. cùm contingat. de officio deleg.
39 c. ex literis. de pign.
30 glo. l. qui. de inofficioſo. ſ. de inoff. teſt. Doctores, l. edita. C. de eden.
31 prætor. §. quod autem. de iniur.

cem,videor in te eam transferre,& ſuſtinebitur libellus: cùm enim verba executiua ad te
retulerim,executionem quoque tranſtuliſſe credendum eſt [1].ſed hæc quę à legis noſtrę ma
teria longiùs recedunt,omittere ſatius eſt,atque aliis tractanda relinquere [2].

1 glo. l. Lucio. de leg. ij. d. l. planè. §. pen.
2 Doct. l. cùm proponas. C. de tranſact. d. ; curare. Feli. c. iij. de probat.

SVMMAE.

2 ☞ *Vſuras vtpote incertas non ſtipulamur. 4. in præteritis contrà. 5.*
6 *Vſuras futuras non,niſi ex cauſis,ſtipulamur.*

§·QVI SORTEM STIPVLATVR.Stipulatio† certæ ſortis,& vſurarũ,reſpe- 1
ctu ſortis eſt certa,reſpectu vſurarum † incerta.nec refert,quod actũ ſit, quales vſuræ præ- 2
ſtari debeant,putà trientes,vel ſemiſſes:cùm enim incertũ ſit,quãto tẽpore debitor in mo-
ra futurus ſit,incertum videtur ſtipulatus.Quæ ſententia multò fortiùs procederet, ſi ſim-
pliciter quis ſtipulatus eſſet ſortẽ,& quaſcunq; vſuras:intelligetur enim quaſcunque,id eſt,
omnes vſuras [3], quæ præſtari poſſunt,quales olim erant centeſimæ,hodie * in mercatori- 3
bus beſſes [4]: ſatiſque expreſſa videtur vſurarum quantitas,quæ ad diſpoſitionem iuris ta-
citam relationẽ habet:cùm ſecùs eſſet,ſi quis ſtipuletur vſuras, ſi quæ cõpetierint: cõditio
enim denotat nihil diſpoſitiuè actũ eſſe [5]: vel ſi dictum eſſet cum vſuris placitis inter nos:
cùm enim de conuentione non apparet,ad quam ſe contrahẽtes referunt, meritò nõ valet
(vt Beſutius inquit)ſtipulatio [6]. Doct. † tamẽ receptiore calculo exiſtimant nõ valere ſti- 4
pulationem,qua quis quaſcunque vſuras ſtipulatur tanquam incertam [7],& ea verba in re-
ſponſo noſtro exiſtimant non contrahentiũ eſſe,ſed ipſius Iuriſconſ. de certis tamẽ vſuris
intelligentis. Sed an indiſtinctè † verũ eſt ſtipulationẽ vſurarum in caſu noſtro incertam 5
eſſe?& quod ad ſubſtantiam ſtipulationis adtinet, fatẽtur omnes propter legis noſtræ ver-
ba.cenſuit tamen Iacobus,quem cæteri ſequuntur,lapſo tempore, præteritas vſuras,qua-
rum computatio certa ſit,poſſe certi condictione peti:& hoc eſſe quod in lege dicitur,eam
conditionem etiam ex incerto contractu dari [8].quam ſententiam ſuprà in fructibus quo-
que ego ſequutus ſum.Aut ergo generaliter quis vſuras ex ſtipulatione petet, & procedet
lex noſtra,aut certam ſummam temporis lapſi compræhendet nominatim,& certi condi-
ctio non denegabitur. Sed an vſuras reſpectu temporis futuri, quis petere poteſt? & rece-
ptum eſt non poſſe,quia tractus futuri † temporis ad iudicem non pertinent [9], & quia eſt 6
quod actori imputetur,qui ſortem ipſam non exigit [10]:vnde non poſſet quis,ſortis petitio-
ne omiſſa,petere, vt donec ſoluerit debitor, ſingulis annis certas vſuras pendere damne-
tur. Quòd ſi actori nihil imputari poteſt, ſecùs eſt, vt quia in eius poteſtate non ſit ſor- I.
tem petere,veluti in annuo † debito [11], nõ enim debet compelli, vt ſingulis annis nouam 7
litem ordiatur. Vnde poteſt etiam reſpectu futuri temporis ſemel omne ius tam præſens,
quàm futurũ in iudicium deducere [12]. Idémq; dicendũ in eo,qui litigat de ſorte, & vltra II.
ſortem petit reũ in vſuris tam debitis,quã debendis cõdemnari [13]: nec enim tali caſu quic-
quam actori imputari poteſt,qui in ſorte petẽda non ceſſat.qua ratione & admittitur peti-
tio,qua quis cõdemnari aduerſarium * poſtulat in expẽſis tam factis,quã faciẽdis [14].Vnde 8
& iudex quãdoq; in poſſeſsionẽ actorẽ mittit etiã expenſarũ faciendarũ nomine [15]. Sed III.
an idem quoq; ſit in legato annuo?& nõ videretur:cũ enim tot legata * ſint,quot anni,non 9
debuit ante diẽ oriri nec actio [16], nec obligatio,vt meritò agi pro omni futuro debito non
debeat.Sed tamen Doct. vidẽtur aliud ſentire [17], tanquã hoc caſu petitione primi anni,cu-
ius dies venit,poſsit in conſequentiã etiã ſuper cæteris iudicari, ne neceſſum habeat actor
ſingulis annis litigare [18]. quæ ſententia habet æquitatem. Finge igitur quis ſtipulatus eſt IIII.
ſortem centum,& ſingulis annis ſex pro vſuris, quo caſu(vt Accurſius hîc ſentit)propter
enumerationem annorum tot ſunt vſurarũ ſtipulationes,quot anni [19], an * poterit pro- 10
miſſor exceptionẽ ſequentibus annis obiicere,quã in priore nõ obiecit?& videretur poſſe:
cũ plures ſint ſtipulationes [20], cũ ſecùs eſſet ſi vna dũtaxat eſſet ſtipulatio [21]. Sed quid, cũ
quis ſimpliciter ſortẽ & vſuras ſtipulatur,quot erũt ſtipulationes?& videt̃ eſſe duas dunta-
xat, vnã ſortis,alteram vſurarũ. hócq; ſentit Iuriſconſ. qui tot eſſe ſtipulationes, quot res
ait,non autem quot annos.Bart.tamen etiam tot eſſe vſurarũ ſtipulationes,quot annos ar-
bitratus eſt,tanquam conditio ſi debitor ſit in mora,quæ ineſt vſurarum contractui, ſtipu-
lationem multiplicet [22]. quam ſententiã Raph.non probat nec ego ſuprà ſum ſequutus [23].

3 l. quodcunque. §. eo.
4 l. eos. C. de vſur.
5 l. quod in ſtipulatione. de vſur.
6 l. tutor. §. fin. eo. tit.
7 l. in ſumma. §. j. §. de re iu.
8 d. l. certi cõdictio. in prin.
9 l. nõ quemadmodum. de iudi.
10 l. j. §. j. de vſur.
11 l. j. C. de fideiuſ. l. malè. in fi. C. de præſc. xxx. vel xl. ann.
12 l. libertis quos. de ali. & cib. leg. vbi Bar.
13 l. j. C. de ſent. quę ſine certa quant.
14 c. auditis. de procur.
15 d. l. Fulcinius. §. ſi quis actione. ex quib. ca. in poſ.
16 l. ſi in ſingulos. de an. le.
17 d. l. libertis quos. Doctores. §. l. ita ſtipulatus. ij. quęſ. Bartoli.
18 d. l. malè. in fine.
19 l. pluribus. §. eod.
20 l. & an eadem. §. actiones. de excep. rei iud. Aret. d. l. ita ſtipulatus. ij. quæſt.
21 l. egi. ij. reſp. eo. tit
22 l. ſi ſeruus. iij. §. tit. ij.
23 l. ſi Stichum. j. §. eod.

SVMMAE.

3 ☞ *Datio non niſi adfectione, dolo, facultatéque & cauſis præciſa. 17.*
5 *Æſtimatio pro re ex cauſis præſtabilis.*
12 *Æſtimationis & intereſſe multiplex diſcrimen.*
13 *Intereſſe pro datione ex cauſis dari poſſe.*
18 *Reſtitutio rei,niſi in caſibus præciſa.*
21 *Moratorem promiſſorem variè coërceri.*

§. Hæc



1 §·HAEC STIPVLATIO FVNDVM. Qui * ſpeciẽ dari ſtipulatur,rem
certam ſtipulatur,& præciſè aduerſarium ad dandũ cogit. In primis igitur videndum,
cur ſtipulatio dandi ſit præciſa.& reſpondẽt Doct. quia ſolutio nõ eſt variabilis ex volun-
2 tate promiſſoris:quæ ratio eadẽ cũ dicto eſt,vt ſuprà docui [1]. vnde veriùs eſt,quia qui * da-
re promittit,id promittit quod in rerũ natura tunc eſt,id eſt, rei dominiũ, quod certum eſt
quid,quale,quantúmq; ſit [2], quod cõtrà eſt in eo, qui factum promittit [3]. hincque eſt, quod
3 cum † obligationes dandi ſint certæ,debet quoque fieri condẽnatio in re certa, nõ in æſti-
matione. Quæ cõcluſio duobus caſibus eſt veriſsima. Primus qui hîc ponitur, cũ quis cer-
tam ſpeciẽ dare promiſit,vel certũ ſeruum [4]:probabilis enim eſt certę ſpeciei adiectio,me-
ritò poteſt debitor cogi,vt quoquo modo eam det. Alter eſt,cũ quis ad dandũ,vel reſtituen
dum tenetur,& nõ in ſimplici mora,quæ culpã duntaxat arguit [5],ſed in dolo eſt:odio enim
delinquẽtis cogitur pręciſè [6], etiã ſi opus ſit manu militari [7]. eſt & tertius, ſed dubitabilior,
cùm quis vendidit rem aliquã,cuius tradẽdi facultatẽ habet,exiſtimarũt Doct.& hũc præ-
ciſè cogi poſſe [8],id enim actũ apparet,vt res pro pretio,nõ autem æſtimatio pro pretio de-
tur,quæ ſententia cõmuniter recepta eſt, licet ſcrupulo nõ careat [9]. Exceptis iſtis caſibus,
4 videtur neminẽ præciſè cogi,tanquã id ad quandã * ſeruitutis ſpeciẽ pertineat [10]. & ideo
in obligationibus faciendi cõfeſtim poſt morã in id, quod intereſt ſuccedit obligatio [11]. in
his verò,quæ ad dandũ pertinent,condẽnatio quidẽ rem dari cõcipitur,verũ reus æſtima-
tionẽ litis ſoluẽdo liberatur. Et hoc eſt, qđ Accur. hîc ait,ſi hoc reo placeat in effectu nõ te-
neri præciſè. Quam ſententiã Doct. noſtri nõ ſatis verba legũ perpendẽtes temerè cõfuta-
I. runt. Poſsétq; huius rei veritas variis caſibus oſtẽdi. Et in primis † eo caſu,quẽ hîc idem
5 Accur. adnotat,ſi actori placeat æſtimationẽ potiùs habere [12]. quid enim debet prætor fa-
6 cere,vbi partes † cõſentiunt?probatúrq; hæc ſentẽtia exẽplo cõiugis,qui rei donatæ æſti-
mationem accipit,ſi hoc malit,quã rem ſuã vendicare [13]. Item exemplo eius, qui donatio-
7 nis * cauſa rem dedit,quã donatarius alienauerit [14], verúmq; id ego arbitror,tametſi Do-
II. ctores omnes Accur. damnent. Rurſus lex ait eum,qui * vinũ mutuò accepit,ęſtimatio-
8 nem præſtare debere [15]. violántque eam interpretes,qui hoc intelligũt ita demum verum,
ſi à tempore moræ vinum euiluit. Vidit hoc & Ioannes Accurſij pręceptor,itémq; Iacobus
Arenæus [16], qui generaliter conſtituerũt,eum,qui aliquid pondere,numero,mẽſuráue con
ſiſtens debeat æſtimationẽ ſoluẽdo liberari,quos & ego ſequutus ſum: cùm aliàs plurimæ
III. leges ſubuerterentur [17]. Sed & alibi traditum eſt,licere emptori,ne ſibi res euincatur, li-
9 tis * æſtimationẽ ſoluere [18], adeò vt id etiam aduerſus pupillũ locũ habeat, qui aliàs alie-
nare non poteſt: quoniam æſtimationẽ hanc etiã inuitus accipit [19], quod generaliter ego
verũ arbitror,quoties is,qui cõuentus eſt,nihil dolo egit [20]:procedítq; hæc ſentẽtia, etiam
IIII. in obligatione, *Rem reſtitui.* vt infrà oſtẽdam. Quod & tunc certius dicendũ, cùm aliter
res exitum habere non poteſt [21]:tunc enim neceſſariò ad æſtimationẽ deueniendum eſt [22].
V. Idémque cùm quis ideò obligatur,quia factus * ſit locupletior [23], ſoluẽdo enim æſtima-
10 tionem in qua locupletior ſit, debuit liberari,quod & Bar. tradidit [24]. Sed & illud indu-
VI. bitatum eſt,qui vinum dare promiſit,ſi poſt * morã euiluerit nõ liberari illud præciſè dan
11 do,ne aliàs mora ſit inulta,ſed æſtimationẽ tum præſtandã,vt Doct. cenſuerunt [25], vel (vt
VII. ego)reſarciendũ,præſtita pecunia quanti minus id vinũ poſt morã valuerit [26]. Sed & ſi
mutuauerim tibi vinum, deinde tẽpore,quo reſtitutio fieri debet, nullũ paris bonitatis re-
periatur,dubitandum non eſt præciſè condemnationẽ non fieri, ſed ad æſtimationem de-
ueniri [27]: admittúntque Doctores hos poſteriores caſus [28]:fatentúrque regulã legis noſtræ
limitari:carerétq; omni dubitatione,ſi priorẽ Ioan.& Iacobi noſtrámq; ſententiã ſequa-
mur [29]. Dixerit aliquis,Si hoc verũ ſit,quorſum in hac lege adeò ſcrupuloſè diſputatur,an
certa ſit,an verò incerta ſtipulatio:cùm omnino vel id quod intereſt, vel quod plerunque
12 idem eſt,æſtimatio ſoluatur [30]? Reſpondeo † magna eſt hoc caſu differentia:cùm id,quod
intereſt,confeſtim poſt morã in obligatione ſuccedat [31], æſtimatio, nõ niſi poſt ſentẽtiam,
quæ præciſè ferri debet,officio iudicis fiat [32]:cùm item æſtimatio ineatur,vt non ſolùm id,
quod reſpectu rei intereſt,actori præſtetur,ſed etiam omnis vtilitas, maximè quando æſti-
matio litis præſtãda eſt:tunc enim quantũ reſpectu litis,ſeu cõtumaciæ interſit,vel aliàs iu
dici arbitratu ſuo videat̃ [33],ſoluendũ eſt,qui etiã actoris iuramentũ in litẽ delatũ ſequetur,
ſi debitor ipſe dolũ fecerit [34].& ideo lex ait plus in æſtimatione hac deduci, quã interſit [35].
VIII. Cæterũ † & aliqui quoq; caſus ſunt,quibus in obligatione dãdi id,quod intereſt ſimpli-
13 citer præſtatur,vt cũ quis vſumfructũ fundi ſibi dari ſtipulatur. ſuprà enim traditũ eſt in-
certam rẽ ſtipulari eum [36],& ideo videretur hoc caſu vel ad id quod intereſt ſolũ agi [37],vel
IX. nõ certi, ſed triticaria dũtaxat cõdictione cõdici poſſe [38]. Qua ratione & idẽ in ſtipula-
tione alternatiua dicendũ eſſet,vt id,quod intereſt debitor ſoluere,nõ aũt ad alterã ſpeciẽ
X. præciſè cogi poſsit,vt ſuprà adtigi [39]. Addũt Doc.& alios caſus,qualis eſt hæc ſtipulatio,
*Pecuniã te mihi mutuã c. aureos dare ſpõdes* [40]? quod Bar. [41] inductũ arbitrat̃:q̃a hęc datio tẽpora-
riæ vtil

1 §. ea. l. verſ. qui id, quod.
2 §. in prin. leg.
3 l. operæ. de op. lib.
4 l. ſi ſeruum. in fi. §. eod.
5 l. ſi culpa. de rei vend.
6 §. j. inſt. de offic. iud. in re futura. de cond. fur. l. ſi concubina. §. non ſolũ. rer. amo.
7 l. qui reſtituere. de rei vẽ.
8 glo. §. pretium. inſtit. de empt. Bar. §. l. ſtip. non.
9 l. ſi ita. in fi. de cõtr. emp. l. j. de act. empt.
10 l. ij. §. de lib. hom. exhi. l. ij. C. de exact. trib. lib. x.
11 l. ſtipulationes. verſicul. Celſus.
12 l. j. §. inde quæritur. de op. no nunt.
13 l. ſi donatæ. de don. inter vir. & vxo.
14 l. illud. §. Iulianus. de don. cau. mor. dixi l. ſi eum ſeruum. ſi cer. pet.
15 l. fi. de trit. l. vinũ. ſi cert. pet. vbi dixi.
16 in l. ij. §. j. ſi cert. pet.
17 l. cùm quis. §. tit. primo. l. quoties in diem. §. eod.
18 l. ſi ſeruus. de euict. l. venditor. ij. in fi. de hęr. vel act. vend.
19 l. iij. §. item quæri. de rebus eorum.
20 arg. l. illud. de pet. hær. l. certum. verſ. dabitur. de confeſ. d. l. ſi culpa.
21 l. hæredes. §. contra. fam. erc. l. iij. §. ſi ex ſtipulatu. ad Silan. l. ſi is qui Stichum. §. titu. j.
22 l. cùm res. verſ. itaque. de leg. j. l. mortuo. §. ſecũdo. de leg. ij. l. non dubium. in fin. de leg. iij.
23 l. in ſumma. §. in frumẽto. de condit. indeb. l. ſi ipſa. quod met. cau.
24 Bar. l. ſtipulationes nõ. xiij. opp. §. eod.
25 Bar. & Doct. d. l. vinum.
26 l. exhibitionis. C. ad exhib. l. iij. §. ſi reddita. cõmo.
27 arg. l. iij. §. ſi per venditorem. de act. empt.
28 in d. l. vinum.
29 in d. l. ij. §. j. ſi cer. pet.
30 l. vnica. in fi. ſi quis ius di. §. ſi ad exhibẽdum. Inſt. de offi. iud.
31 d. verſ. Celſus.
32 d. l. ſi ſeruum. §. fin.
33 d. l. pen. ne quis eum. l. arbitrio. de dolo.
34 l. j. l. in actionibus. l. ſi tutor. de in litem iur.
35 c. j. in fi. de no. for. fid. in glo. fin.
36 §. ea. l. §. fundi.
37 l. ij. §. ſi vſuſ. pet.
38 l. j. in fi. de tritica.
39 §. ead. l. §. qui illud. & l. eum qui certarum. §. eod. & Ang. l. cum res. §. ſed & ſi. §. de leg. j.
40 l. ſi pœnam. §. eod.
41 d. l. ſtipulationes non diuid. xij. op. in fi.

riæ vtilitatis eſt:cũ accepta pecunia deinde reſtituẽda eſt :quam ſententiã ſuprà nõ ſum ſe-
cutus:nec enim tẽporaria datio impedit,quin ſtipulatio ſit certa[1]. verior ergo receptiórq;
ratio eſt,quia contractus ſunt facti,& qui mutare promittit,nõ ideo mutuat,ſed ſpondet ſe
facturum[2]. Meritò talis obligatio tanquam facti in id,quod intereſt,ſolùm committitur[3].
Idémque eſt in cõtractu innominato, *Do vt des*.in eo enim lex ait quantũ intereſt pręſta- XI.
ri,non autẽ reum præciſè teneri[4] .cuius rei illã rationem adducunt Doct[5]. quia huiuſmo
di cõtractus innominati debiliores ſunt cæteris:& cùm ei,qui dedit,pœnitere liceat[6],æquũ
fuit,vt nec accipiens præciſè cogeretur. Sed ego didici * præſcriptũ contractũ re contra- 14
hi[7] : & antè quã res vtrinq; ſit data,obligationẽ ad dandum nõ eſſe,ſed ad faciendũ,id eſt,
ad contractum perficiendũ,quod eſt facti[8]. Alius eſt caſus,cùm quis ſtipulatur rem alte- XII.
ri dari.tali enim ſtipulatione id ſolũ deductum cenſetur, quod ſtipulãtis intereſt[9] : & ideo
non dandi,ſed faciẽdi potiùs talis obligatio eſſe cẽſetur. quod hîc Raph. docet. Idémq; XIII.
ſuprà oſtendi eſſe,cũ quis quod Titius debet,daturũ ſe ſpondet[10],vel nomine Titij ſe * ſo- 15
luturum.intelligetur enim id ſolũ , quod intereſt promittere[11] : non enim certũ promittit,
ſed ſicut ſuperiore caſu ſtipulatio quod Titio detur, eſt incerta[12] ,ita hoc caſu , quod Titij
debitum tibi ſoluatur. Cenſuit quoq; quandoq; Accurſ. in obligationibus dãdi genera- XIIII.
liter ad id,quod intereſt agi,ſi de bonæ fidei contractu tractetur[13]. quæ ſententia ab omni-
bus rectè reiicitur:niſi tamen de æſtimatione intelligamus in caſibus ſuprà ſcriptis. Sed XV.
& ſuprà cenſui legatariũ * , qui rem legatã ſibi dari ab hærede ſtipulatur , propter cautio- 16
nis prætoriæ naturã , quæ clauſulã doli mali cõtinet,incertũ ſtipulari[14], & ideo valere ſti-
pulationẽ,nec videri bis idẽ ei deberi[15]. Subiiciunt hîc Raph.& Iaſ.promiſsionẽ † dan- XVI.
di,ſi ad perſonã referatur,quæ de facto tantũ dare poſsit præciſam nõ eſſe , & ad nudã tra- 17
ditionem referri[16]. & quod ex qualitate perſonæ receptũ eſt,ex natura quoq; præcedentis
contractus debet recipi,vt ſi quis promittat dare librũ ex cauſa cõmodati , nõ intelligitur
certa eſſe promiſsio[17]. Idémq; generaliter omnibus in caſibus,quibus † verbũ, *Dari*.im- XVII.
propriè pro traditione accipitur[18]. Sed quid in obligatione, *Rẽ reſtitui*.dicemus?& magna XVIII.
apud veteres fuit controuerſia[19], quæ tamẽ paucis ſic finiri poteſt.aut enim aduerſus eum 18
agitur,qui dolũ commiſit,& præciſè eũ teneri verius eſt.vnde & qui rem habet, & dolo re-
ſtituere detrectat,præciſè cogitur,aliàs in litem in infinitũ iuramentũ patitur[20].Sed & qui
dolum cõmiſit,ad rẽ ipſam,quãuis ampliùs nõ extantẽ , obligatus cẽſetur[21], & ad eam re-
ſtituendã ſentẽtia iudicis cõdemnatur,excepto tamẽ,vt Guil.cẽſuit, fure:quia cùm ab illo
ſpeciali ratione * res cõdicatur[22],ſi ea ampliùs nõ extet,nõ rem , ſed æſtimationẽ condici 19
lex ait[23]: ne,ſcilicet,abſque cauſa * duo ſpecialia inducantur[24].Sed cũ lex mortuũ à fure 20
condici dicat[25],apparet quomodocũq; concepta ſit petitio,ſolã tamẽ æſtimationẽ pręſta-
ri[26] : aut aduerſus eum agitur,qui ſolius culpæ nomine reus eſt, & adhuc res ipſa quamuis
amiſſa , in obligatione eſt[27], tametſi reus liberari poſsit æſtimationẽ litis præſtãdo ſi rem
non habeat[28]. quod tamen in creditore , qui pignus perdidit , non procedit : is enim in id
quod intereſt conuenitur:quia debitam cuſtodiam nõ adhibuerit[29]. Idem in eo , qui ex XIX.
edicto prætoris de dolo conuenitur[30],propter verba edicti quanti ea res erit. Illud certiſ-
ſimum eſt,aduerſus eum,qui bona fide,& volente domino rei nactus eſt poſſeſsionem,con
demnationem in pretium rei duntaxat fieri[31] : ſi verò abſque domini voluntate , ſubſit ta-
men bona fides,litis æſtimationem ſolui[32]. Cæterũ, quod hîc dicitur omnimodo domi- XX.
nium † effici debere ſtipulatoris , dubitationem recipit. quid ſi reus obduret obſtinatéque 21
nolit transferre ? & ſuprà caſu ſimili exiſtimaui non tamen in carcere ideo detinendum
eſſe[33].Quid ergo fiet?& arbitror manu militari * auferri ab eo poſſe , & iudicis ſententia 22
creditori dari[34]. Quòd ſi rem debitor interuerterit , deferri actori iuſiurandum in litem
quanti in infinitum iurauerit[35]. nam & Alex.tali caſu , captis pignoribus,& * indicta mul 23
cta poſſe cogi reum cenſuit[36]. ſi verò dare non poſsit , quia alienauit , tunc neceſſariò ad
æſtimationem deueniri[37].

1 l.tribus.de vſuf. ea.re.l.à Titio.ſ.eod.
2 glo.in l.bonæ fidei.de eo quod cert.loc. vbi Caſtr. & Iaſon.
3 l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.in fi.ſ.eo.
4 l.naturalis. §.j. de præſ. verb.
5 Doct.l.ſtipulationes nõ. verſ.Celſus.ſ.eo.xi.op.
6 l. ſi pecuniam. de condi. cau.da.
7 d.l.naturalis.in princ.d. l.ſi pœnam.
8 d.l.ſi pœnam.
9 l.liber homo.ij. in fi.ſ.e.
10 ſ.ea.lege. verſ. qui verò Titio.
11 l.ſi ita.§.poſſum.ſ.eo.
12 d.l.liber homo.in fi.
13 glo.§.actionum.inſt. de act.in glo.magna.
14 l.j.in prin. vt leg. no.l. j.§.fi.l.fin.de præt.ſtip.
15 l.nemo.ij.ſ. eo.vbi dixi.
16 l. Mæuius. de condit.& demonſt.
17 glo.l.non videtur data. de reg.iur.
18 l.iiii.ſ. de vſur. l. ſi rem tradi.ſ.eod.
19 Bart. d. l. ſtipulationes. q.vi.princi.
20 l. ſi concubina.§. pen.ſ. re.am.
21 l. qui reſtituere. de rei vind.l.eius rei.l.& ex aduerſo.in fin.eod.
22 §.ſic itaque. Inſt.de act.
23 l.in re.de cond.furt. vbi Guil.de Cun.
24 l.j.C.de dot.promiſſ.
25 in l. inter ſtipulantem. §.pen.ſ.eo.
26 l.j.§. rectiſsimè.de vi & vi arma.
27 §.item is.Inſt.quib.mo. re cont.obl.
28 l.ſi culpa.de rei vend. d. l.certum.§.dabitur.§.j.inſt. de off.iud.
29 l.iiii.C.de pig.act.
30 l.arbitrio.in princip.de dolo.
31 d.l. ſi donatæ.l. ſi ſponſus.§.Marcellus.de don.inter vir. & vxo. l.pen.§.j.ſol. mat.d.§.Iulianus.
32 d.l. iij. §.item quæri. de reb.eor.
33 l.nemo.C.de exact.trib. lib.x.dixi ſ. d. verſ.Celſus.
34 arg.l.j.C.ſi in ca.iud.
35 d.l.qui reſtituere.
36 l.ij.§.ex his.ſ.e.& l.vnica.§.j.ſi quis ius dicenti.
37 l.non dubium.§.fi.de lega.iij.

S V M M AE.

2 ☞ *Eligendi ius , niſi ex cauſis , in tranſmiſſibile.3. 7.9.10.11.13.15.*
14 *Eligit procurator.*
16 *Facultas ex cauſis in tranſmiſſibilis.*

LEX LXXVI.

SI STIPVLATVS FVERIM ILLVD. Ea quæ iuris
ſunt * , conſtat per filium patri , per ſeruum domino acquiri in hærediſ- 1
que tranſmitti[38] , vt obligationes : quæ verò ſunt facti perſonalis , con-
trà:perſonã enim non egrediuntur. quodſuprà pluribus locis expoſitum
eſt[39]. Quid ergo in caſu mixto dicemus, cùm quis illud,aut illud ſtipula-
tur,vtrùm voluerit?facultas enim eligendi meri facti perſonalis eſt[40]: at
obligatio

38 l.dominus.ſ.eo.§.j.inſt. de ſtip.ſer.
39 l.cùm quis.l.centeſimis. §.fina.l.dominus.l. ſtipulatio.§.hi qui.ſ.eod.
40 l.ſi.in prin.ſ.eod.



2 obligatio ipſa quamuis alternatim concepta , iuris eſt[1]. & reſpondet † Iuriſconſ. mediam
viam hoc caſu eligendam , vt viuo , ſcilicet , ſtipulatore ad alium facultas eligendi non
tranſeat , eo verò mortuo , ad hæredes tranſmittatur. Et licet aliàs , quæ perſonæ cohæ-
rent , ſicut cedi non poſſunt , ita nec tranſmiſsibilia ſint[2] .rursúſque quę ad hæredes tranſ-
eant,& cedi poſsint , & patri, vel domino per eos,qui in poteſtate ſunt,quęri[3] : hoc tamen
in caſu aliud Iuriſconſulto viſum eſt:viuente enim ſtipulatore,extra eius perſonam tranſ-
latio non fit,quia facultas ea meri facti eſt, & ad ſolius ſtipulatoris voluntatem reſpicit[4] :
I. eo verò mortuo , ad hæredem tranſit : quia executio eſt præcedentis obligationis. Vnde
3 cùm † obligatio , quæ ipſa principalis eſt , ſecundum ſui naturam tranſeat , etiam hæc ele-
ctio tanquam ſequela quædam debuit tranſire[5] : aliàs principalis obligatio propter acceſ-
ſionem extingueretur : ſi ideò reus non eſſet obligatus , quia ſtipulator propter mortẽ non
poſſet eligere.Nec me mouet quorundam obiectio[6] , qui potuiſſe electionem reo relinqui
adfirmant,nec ideo obligationem extingui[7] .reſpondeo enim id aduerſus expreſſam con
trahentium voluntatem induceretur , qui omnino hoc egerunt , vt electio debitoris non
4 eſſet: Vnde ſimili caſu quandoque lex mauult creditori eam relinquere[8].potiſsima * enim
ſemper ea eſt interpretatio, quæ contrahentium menti congruit.Nec obſtat ſuprà ſcripta
5 regula , quod quæ cedi * non poſſunt,nec ad hæredem quidem tranſmitti poſsint: quia ea
perpetua non eſt , nec in his procedit , quæ perſonæ cohærent. qua ratione videmus obli-
gationes paſsiuas ex ceſsione abſque creditorum facto non transferri , & tamen in hære-
dem tranſmitti[9] , quod in actionibus directis receptum eſt , quæ oſsibus creditoris adhæ-
6 rent[10] .vnde & ius * fideicommiſsi vniuerſalis ad hæredẽ quidem tranſmittitur[11] . In ceſ-
ſionarium verò transferri non poteſt[12]:non enim tunc ex voluntate teſtatoris transferre-
tur , qui affectionem ſuam erga fideicommiſſarium duntaxat direxit,minúſque ex mente
ſenatuſconſulti Trebelliani id fieret , cùm veriſimile non ſit voluiſſe ampliſsimum ordi
nem actiones in ceſsionarium tranſire , quæ ex regula non niſi in vniuerſalem ſucceſſo-
rem dabãtur[13]. aliàs enim etiam videmus pleraq; hæredi, qui in vniuerſam perſonam de-
II. functi repræſentat,concedi,quæ tamen particulari ex cauſa non concederentur[14]. Sed-
7 nunquid hæc facultas † eligendi in legatariũ tranſeat?& cõſtat tranſire[15], ídq; nõ ab hęre-
de in eum(vt Bar.exẽplo ceſsionis credidit)ſed cõtinenter à teſtatore,vt Iac.& Albe.exi-
ſtimarunt:habetur enim loco hæredis legatarius:& ideo ſicut hæredi hoc permittitur, ipſi
quoq; permittendũ fuit[16].quod ego arbitror non ſecundum iuris regulas, ſed humanitate
quadã inductum eſſe[17],qua id ſibi ita viſum Iuſtin.ait[18].vnde dubia eſt Caſtr.& Iaſ.ſentẽ-
tia,qui poſſe legatariũ etiam viuentẽ id ius alteri cedere exiſtimarũt tanquam tranſlatio-
ne in ipſum facta cœperit hæc facultas ceſsibilis fieri[19]. quomodo enim plus licebit lega-
tario , quam creditori principali in caſu legis noſtræ liceat?quomodo item correctoria Iu-
ſtiniani conſtitutio[20] ad eum caſum extendetur , in quo nõ ſubeſt tanta ratio ? videmus
enim multa fauore vltimarũ voluntatum permitti , quæ aliàs nõ concederentur. Nam &
8 conſtat * rem ſemel alienatã non tamen fieri alienabilẽ, ſi prohibitionis ratio adhuc ſub
III. ſit[21] .quæ certè noſtro caſu ſubeſt:cùm nõ ideo hæc facultas deſinat eſſe meri facti. De-
9 fendi ergo hæc † ſentẽtia duntaxat poteſt,quoties hæc electio meri facti nõ eſſet,ſed via iu-
ris cõpeteret,vt in iure eligendi epiſcopũ vel quẽlibet magiſtratũ. conſtat enim poſſe per
ceſsionẽ transferri[22] :videtúrq; tũc ceſsionarius tanquã miniſter ex perſona mãdantis eli
IIII. gere[23] , quod Bar.hîc cẽſuit & alij ſequũtur. Sed & idẽ tradidit huius facultatis † ceſsio-
10 nem valere,quæ ex neceſsitate fiat[24] , vt ſi , ſtipulatore nõ eligente, nomẽ debitoris alter-
natiui,ſit creditori ſtipulatoris ex ſecũdo decreto aſsignatũ[25].quæ ſentẽtia non bene pro-
batur iure noſtro,tametſi ſat coloris habeat. Ego in contumaciã ſtipulatoris debere iudi-
cem eligere,vel in creditorẽ ius eligendi transferre potiùs crediderim , vt perinde habea-
V. tur,ac ſi ipſe ſtipulator elegiſſet[26]. Addit tamẽ Bar.pro ſentẽtia ſua aliã rationem,gene
11 raliterq; adfirmat,† poſſe hanc eligendi facultatẽ ad perſonã tranſire cui ſtipulator impe-
rare non poſsit.vnde ſi homo generaliter ſeruo meo legatus ſit,quẽ ego,poſtquã dies lega-
12 ti ceſſerit,manumiſerim,me non optãte,poterit ſeruus * optare , quoniã ei ampliùs impe-
rare nõ poſſum:cùm ſit liber[27].ſed certè quod poſsim ei imperare,vel id minus,nihil ad rẽ
VI. facit. Aliáq; eſt Iuriſconſ.in eo reſponſo ratio.ſciendũ enim legato homine ſeruo meo,
ius mihi tanquã domino acquiri,deberéq; ſeruũ iuſſu meo optare[28] . legatum ergo ad me
13 pertinet,facultas verò optãdi ad ſeruũ.vnde † ſi ſeruus à me ſit manumiſſus, quia ampliùs
iubere ei non poſſum, vt optet,lex æquitate quadã concedit mihi , vt ſolus optare poſsim,
& hominem petere : ne , ſcilicet, ius legati , quod principale eſt,& mihi acquiſitum eſt , ex
huius ſequelæ defectu inane reddatur , quæ & legis noſtræ fuit ratio. Quòd ſi illud le-
gatum repudiem , nulla eſt æquitas, vt optio ſerui auferatur. Meritò ergo ipſe optat,
& ex conſequentia optionis proprietatem ad ſe trahet. Hincque apparet nihil obſta-
re Iaſonis argumenta , quibus nititur probare ius eligendi ad ſeruum pertinere debere:
quamuis

1 l.illud.de cõſti.pecun. l.ſi. duo.ſ.eod.
2 l. ex pluribus. de ad. tut. dixi.l.j.§.fin.de op.no. nun.
3 l.quæ legata.de reg.iur.
4 d.l.centeſimis.§.fina.vbi Doct.l.ſi decem.ſ.eo. l.vnica.§.ne autẽ.C.de cad.tol.
5 arg.c. ſi ſuper. de offi.de leg.in vj.
6 Raph.Beſ.Iaſ.hîc.
7 l.plerunque.in fin. de iu. dot.
8 l.finali.§. ſed & ſi quis.C. com.de leg.
9 l.ij.C.de pact.
10 gl.l.quis ergo.de pecul. l.iij.pro ſoc.
11 l. cogi. §. idem Mætianus.ad Treb.
12 l.ſi mulier.§. ex affe. de iu.dot.
13 Bar.l.qui ita.§.j.ad Tre.
14 l.fin.§.fin.de cont.empt. l. j. §. ſi hæres præcepto. ad Treb.
15 l.ſi ſic.§.fi.vbi Iac. & Alber.de leg.j.
16 l.in tempus.de vſucap.
17 l.illud.de op.leg.
18 §. optionis. inſt. de leg.
19 argu.l.pater. §. quindecim.de leg.iij.
20 d.§.optionis. d.§.ſed & ſi quis.
21 c.j.de eo qui ſibi.in vſib. feud.Pau.de caſt. l. volũtas. C.de fideicom.
22 c. ſi quis iuſto. de elect. in vj. & cap. ſi compromiſſarius.eo.tit.
23 l.item. §. ſi decuriones. quod quiſque vniuer.
24 arg.l.Peto.§.prædium. de leg.ij.
25 ar. l.pro hærede.§. quid tum.verſ. cùm petitio.ſ. de acquir.hæred.
26 l.in venditione.§.fin.de bo.auct.iud.poſſ.
27 l.ſi Pãphilo.de op.leg.
28 l.Iulianus.de leg.j.

quamuis manumiſſum,ſicut & ſolutio emancipato fieri poteſt[1]. Sed & deportatus ius eli-
gendi retinet[2]:quia nos de electione loquimur, quæ libera ſeruo non relinquebatur, ſed
iuſſu domini faciẽda erat. Quid ergo ſi non de optione legati agatur,ſed de nuda alterna-
tiuæ obligationis electione,quam ſeruus,vel filius etiã abſq; iuſſu facere poſſunt[3]?& fortè
aliud eſſet:quod infrà attingam[4]. Sed nunquid poſsit ſaltem † ſtipulator procuratorem VII.
conſtituere ad eligendum ? & receptiſsima eſt ſententia poſſe[5]: cùm enim vel ratihabitio 14
ſufficiat[6], conſequens eſt, vt & mandari hæc facultas poſsit.quæ ſententia indubitata eſt,
ſi mandatũ de certa re eligenda ſpecialiter loquatur, vt Caſt.ſcripſit, cùm qui mandat Sti-
chum à procuratore ſuo eligi,hoc ipſo eum eligere cenſeatur[7].ſed quid ſi generaliter pro-
curator conſtitutus ad eligendum ſit?& Angelus Raphaélq; non poſſe id fieri exiſtimant:
cùm alium eligere procurator poſſet,quàm fortè ſtipulator fuiſſet electurus,quod damno-
ſum promiſſori videtur[8].ſed hanc ego rationem, quæ Bartoli fuit, non ſatis probo. vide-
tur enim ipſe dominus elegiſſe:cùm per procuratorem ſuum ſiue ſpecialem, ſiue genera-
lem elegit[9]. quod & cæteri hîc tradiderunt. Et hæc quidem in electione procedunt,quæ VIII.
rei promiſſæ ſubſtantiam reſpicit † . ſed quid ſi ſtipulator aliquam qualitatem arbitrio ſuo 15
reſeruauit,ídque ſola ſui contemplatione ? & tunc videretur talem facultatem , etiam vi-
uente ſtipulatore transferri in eum,in quem res ipſa transfertur:quod eo exẽplo Iac. Bald.
Alber.cæteríque oſtendunt:cùm quis mihi promiſit riuum per quẽ aqua ad fundum meum
ducitur, arbitrio meo purgare. ſi enim fundum cum iure illius riui vendidero, tenebitur
promiſſor arbitrio emptoris purgare[10].ſed quid rurſus,ſi hæc facultas non actori compe-
tat,ſed reo,poterítne particularis ſucceſſor exceptione vti, ſicut auctor ſuus potuiſſet ? &
videtur poſſe[11]:facilius enim exceptio conceditur, quàm actio detur. qua ratione & fa-
cultas rem pro expenſis retinendi etiam emptori competit[12]. Suprà ſcriptis igitur omni-
bus caſibus conſtat facultatem hanc ad hæredem tranſire. quandoque & ad ſucceſſorem
particularem. Cæterùm † & aliquot ſunt caſus, quibus huiuſmodi facultas adeò perſona- 16
lis eſt, vt nec ad hæredem quidem transferri poſsit. Veluti cùm de facultate agitur, quæ I.
ad iuris executionem non pertinet[13],quod ſuprà adtigi. Item ſi de facultate declarandi II.
tractetur,quod infrà loco ſuo diſcutiam[14]. Idémque quoties lex poteſtatem * propria 17
auctoritate ſe vlciſcendi alicui concedit, non poteſt id in alium transferri : cùm maximè
ſit odioſum[15]. quod ipſum & alibi diffuſiùs explicaui[16]. Sed & cùm hæc facultas alicui
non iure ſuo ſed alieno , itémque ad alterius vtilitatem competeret, receptum eſt nec ad
hæredes quidem tranſmitti[17]. Sed & hoc à nobis ſuprà latiùs declaratum eſt[18].

1 l.eum, qui ita.§. qui ſibi, aut filio.ſ.eod.
2 l.ex facto. §. ſi quis.ij. ad Treb.
3 d.l.fin.
4 l.fin.in prin.ſ.eo.
5 argu.l.qui ita.§.j.l.reſtituta.§.j.ad Trebel.vbi glo.
6 l.ſi is.de procu.l.cum debitore.ſ.rem rat.hab.
7 l.ſerui electione. vbi Bartol.de leg.j.
8 l.is qui. l.generaliter. in fin.de fidei liber.
9 c. qui per alium. de reg. iur.in vj.
10 ar. l.ſi is,cui dare.de ſtatulib.Doct. d.l.ſi ſic.§.fin.
11 l. ſi quando.§.hæres. de leg.j.
12 l.in hoc.ver ſic.& verius. com.diui.Bar.l.in fundo.de rei vend.
13 l.cum quis.ſ.eod.
14 l.inter.vbi glo.§.j.ſ.eo.
15 l. cùm fundus.in gl.§.ſi. de vi,& vi arm.
16 l.j.§.fin.de op.nou.nunt. vbi Doct.
17 l.fi.vbi Cin.& Bal.C. de cont.emp.l. ſi quis arbitratu.ſ.eo.
18 in d.l. ſi quis arbitratu.

## SVMMAE.

3 ☞ *Verba præſentia ad futura ἐναλλαγητικῶς trahi. 5. 7. 8. 9. 10. 12. 14. 17. 18.*
4 *§.Cùm ſtipulamur.ſenſus.*
15 *Poteſt verbo præſentia tantùm tenet.*
16 *Creditoris vox ad futuros porrigitur.*

§.CVM STIPVLAMVR. Verba ſecundum * ſuum tempus ſemper ſunt ac-
cipienda[19]. vnde quod tempore præſenti profertur,ad futurum non trahitur[20]. cuius rei 1
exemplum in ſtipulatione, *Quod te dare facere oportet.* aſſumitur.non enim intelligitur, *Opor-
tet.* id eſt,oportebit,niſi expreſsim id actum ſit. ſi enim * qualitas adiecta verbo ſecundum
tempus verbi intelligatur[21], quantò magis verbum ipſum ſecundum ſuum duntaxat tem 2
pus debet intelligi.quod innumeris deciſionibus oſtendere poſſem,quibus hæc referre cu-
ræ fuerit. ſed nos adtingamus eos duntaxat caſus , quibus concluſio hæc non procedit.

Et in primis † in iudiciis eo in caſu non procedere Iuriſconſultus hîc ait, cũ hæc ſtipu-
latio interuenit.ſolebãt enim veteres litem conteſtando hæc verba addere, *Quod te dare fa- I.
cere oportet, dabis, facies? huiúſque rei cognoſcendæ poteſtatem Titio iudici permittis*[22]? Igitur hoc 3
caſu non ſolùm iudex ſuper eo, quòd debebatur, tunc cognoſcet, ſed etiam eorum iudi-
candorum poteſtatem habere cenſebitur, quæ interim rei petitæ accedunt[23]. Ampliùs
ergo arbitror , ſi rem , quæ, pendente lite , deberi cœperit , vt quia conditio , vel dies ve-
nerit, petitor adiecerit,tali conteſtationi propter verborum generalitatem incluſam cen-
ſeri, nec nouam conteſtationem eſſe neceſſariam[24]. & hoc modo † legem noſtram in-
terpretor : aliàs enim conſtat ad iudicem futuri temporis tractus non pertinere. quod ſu- 4
prà docui[25]. Sed quid † in vltimis voluntatibus dicemus? & ex facto à Ioanne Andræa
reſponſum ſcio teſtatorem , qui hæredi ſuo iuſsit, vti omnia debita Titij ſolueret, de his II.
quoque videri intellexiſſe quæ in diem,vel ſub conditione debebantur[26]. Quod Paulus 5
Caſtr.probat : cùm talis eſt conditio,quæ omnino ſit extitura : ea enim non multùm à die
differt. idem & Alex. ſequitur : quoniam in vltimis * voluntatibus ſit plenior interpreta-
tio : quam ſententiam & ego horum auctoritate motus ſequor: quia ea videtur fuiſſe mens 6
teſtato

19 l.ſi ita ſcripſiſſet.de le.ij.
20 l.ſi à colono.ſ.eod.
21 l.ex facto.de vulg.
22 l.verbum , oportere. de verb.ſig.l.ſed ſi reſtituatur. §.j.de iudi.
23 l.ædiles.§.item ſciendũ. de ædil.ed.
24 §.ſi minus.inſt.de actio. l.apud. §.item quæritur.de dol.ex.dixi.l.edita.C.de ed.
25 ſ.l.proxi. §. qui ſortem.
26 argu.l.ſi ſeruitus.de ſer. vrb.præd.



teſtatoris, vt Titium omni ære alieno liberaret[1]. quòd ſi fauor liberationis non adeſſet,
aliud eſſet[2]: tunc enim à regula legis noſtræ non recederemus.Sed quid ſi teſtator iuſsiſſet
omnes clamores Titij ab hærede diſſolui? & vis ſermonis aliud ſignificat:debita enim cla-
mores appellantur, quia creditores, ſi eis ſua die non ſoluebatur, clamore ante ædes debi-
torẽ differebant.quod Plaut.non vno in loco oſtendit[3].Sed tamen Io.Andræas eo reſpon-
III. ſo aliter propter communem loquendi vſum cenſuit. Illud certius eſt,quoties † nullum
7 ſubeſſet æs alienum,quod purè deberetur, ſed omne in diem, vel ſub conditione eſſet,tunc
neceſſariò de tali actum intelligi:ne aliàs diſpoſitio inutilis redderetur[4].quod plerique tra
IIII. diderunt,vt & Iaſ.hîc refert. Ego & hoc addo † diſpoſitionem præſentẽ ad poſteriorem
8 actum trahi, cùm ille actus iuris interpretatione relationẽ ad priorem habet. Vnde ſi quis
teſtamento ſcripſerit velle ſe legata annua bima trima die præſtari,intelligetur & de lega
tis ſenſiſſe, quæ codicillis etiam pòſt longo tempore factis reliquerit[5]. codicilli enim ſem-
per ad teſtamentum referuntur & maximè iure veteri, quo teſtamento duntaxat confir-
mabantur vt legata in eis ſcripta valerent[6]. Vnde ſi teſtator aliquid faciendum omnibus
legatariis teſtamento mandauerit,de his quoque intellexiſſe cẽſebitur,qui codicillis dun-
V. taxat legatarij ſunt. qua tamen in re fuit olim non modica altercatio[7]. Idem † reſpon-
9 dendum eſt, cùm actus poſterior primi loco ſuccedit, quatenus tamen ſuccedit[8]. quoties
enim variatio circa idem contingit, vel circa id,quod loco eiuſdem rei habetur,receptum
eſt ſub priore diſpoſitione poſteriorem nouiſsimam contineri[9]. Finge ergo, mandatum à
Pontifice fuit, vt epiſcopus ſacerdotium mihi ad ſuam prouiſionem pertinens conferret,
an illud conferre tenebitur, quod mandati tempore ad epiſcopum non pertinebat, ſed ex
alterius permutatione pertinere cœpit ? & videretur teneri : ſubrogatum enim id priori
VI. eſt. quam quæſtionem Paulus Eleazarus copioſè diſputat[10]. Sed illud conſtat , eum qui
10 omnia bona † ſua obligat,ea quoque cenſeri hypothecæ ſubieciſſe,quæ deinde acquiret[11].
quod inductum eſſe videtur , quoniam res poſteà quæſitæ loco cuiuſdam acceſsionis cæte-
rorum bonorum ſunt , manifeſtum autem eſt diſpoſitionem in præſens tempus cõceptam
VII. etiam ad acceſsiones trahi, quæ deinde ex ipſa re principali proueniunt[12]. Bart.tamen
aliam adduxit rationem,quæ & receptiore calculo probata eſt,nempe id eſſe propter mo-
dicum præiudicium, quod interim debitori oritur, cùm ſoluendo quod debet, poſsit vni-
uerſa liberare[13]. Vnde idem hîc infert prætorem, qui iurauerit ſtatuta ſeruare, etiam de
ſtatuendis iuraſſe intelligi, quæ ſibi valde damnoſa non ſint. quod tamen ego non probo,
11 nec ſatis receptum eſt,cùm in iuramentis * maximè ad verborum formulã reſpiciamus[14].
VIII. Secundum quam plurimùm ſtatuta à ſtatuendis differunt. Sane in diſpoſitionibus † le-
12 gum receptum quoque eſt,conſtitutionem,quæ verbis præſentis temporis concepta ſit,ad
futurum produci:cùm natura legis ea ſit, vt futuris det formam negotiis[15]: cùm item lex
ſemper videatur loqui[16]. quod tamen Barto.intelligit,dum remiſsionem delictorum non
13 contineat:quia cùm lex in præteritum quid indulget, * in futurum vetat[17].Sed aliud eſt in
IX. præteritum indulgere aliud in præſens ſecundum iuris regulas concedere. Et hæc qui-
14 dem in re ambigua procedent.quòd ſi adiectione † aliquorum verborum appareat de fu-
turo quoque actum eſſe,tunc dubium non eſſet, quin concluſio ſupraſcripta non procede-
ret, vt cum dictio, *Tunc.* adiecta eſſet,quam cõſtat ad temporis extremitatem pertinere[18].
15 Idem,ſi aliud verbum,quod ſui natura tractum habeat,quale eſt † verbum, *Poteſt*[19].qua ta
men in re perpendẽdum eſt, ad quam vocem tale verbum referatur. nam qui legat omnes
res,quæ Peruſij reperiri poſſunt,de his duntaxat intelligitur,quæ tempore teſtamenti pote
runt,quia illud, *Poſſunt.* non ad res,ſed ad verbum reperiri refertur,ídque Bar.reſpondit[20].
Sed quid in clauſula codicillari dicemus, ſic concepta, *Si non valeat iure teſtamenti,iure ſaltem
codicillorum ſuſtineatur*? & cùm verbum, *Valeat.* ſubiunctiui quoque modi ſit,apparet tractum
habere[21]. Vnde ſuſtinebitur actus, etiam ſi teſtamentum ex poſt facto infirmetur, vt quia
naſcatur poſthumus:ſecùs,ſi dictum eſſet, *Si non valet*[22]. id enim prorſus præſens eſt. Hinc-
16 que infertur,ſi lex municipij rem vænalem publico præconio ſubiectam liberam † eſſe iu-
beat,niſi is,qui ius ad eam prętendit,intra ſex menſes comparuerit,illúdque in ſcriptis ob-
tulerit, etiam aduerſus eos locum habere , qui creditores duntaxat ſub conditione ſunt.
creditores enim conditionales ius ad rem habere dici poſſunt, víſque verborum hoc ſatis
ſignificat[23].Ampliùs cenſuerunt Caſtellio,Rapha.Beſutius,Torquatus,& Iaſon idem eſ-
ſe,etiam ſi ſimpliciter concepta ſit de eo, qui ius in re habeat : creditor enim ſub conditio-
ne, vel in diem habet ius[24]. hæcque eſt legis mens , quæ non requirit, vt quis ideo compa-
reat,quia tunc debeat rem acquirere, ſed duntaxat vt in ſcriptis offerat : ne emptor igno-
rantiam prætendere poſsit , ſi ei deinde contingat rem euinci[25]. Qua ratione & eum qui
generaliter omnia iura cedit,de iuribus quoque in diem egiſſe,Raph.Alexand. & Iaſ.exi-
ſtimant. Verum enim eſt eũ,cui in diem debetur,ius habere:licet adhuc ei dari non opor-
teat:cùm verbum, *Oportet.* ad neceſsitatem referatur,quæ adhuc non ſubeſt:cùm reus inte-

1 arg.l.fi.§.fi.de lib.leg.
2 d.l.ſi ita ſcripſiſſet.& l.cũ illud.§.j.quan.dies leg.
3 In Pſeudo.& in Moſtel.
4 l. fundus qui locatus. de fundo inſtru.
5 l.talis.in fi.de leg.j.
6 l.ij.§.j.de iur.codic.l.Neſennius.de excu.tut.l.Gaio. de ali.leg.
7 Capra.conſi.iij.
8 l.fi.in fi.de lib.leg.l.Aurelius.§.teſtamento. eod.tit.
9 l.Mela.§. ſed & ſi. de alim. & cib.lega.
10 Paul.Ele.q.iij.qõ.diſputata.
11 l.fi.C. quæ res pig.
12 d.l.fi.§.Caio. de lib.leg. Rom.ſing.cccxcvij.
13 Bar.l.ſi ita eſſet. de au & arg.lega.
14 c.pe.extra de iureiu.
15 l.j.de cond.ex leg.
16 l. Arriani.C.de hæret.
17 l.cùm lex.de legibus. Bart. d.l.ſi ita eſſet.
18 l.tutoribus.de teſta.tut.
19 l.ſi ita quis. de legat. ij.
20 Bart.d.l.ſi ita eſſet. Soc. conſil.x.
21 Bar.l.j.q.vij.de iu.codi.
22 Bar.d.l.j.q.vj.
23 c.ſi.de cõceſſ.pręb.in vj.
24 l.is.cui.ſ.tit.j.l.creditores.ſ.de verb.ſigni.
25 l.fin, §. ſed & ſi quis. C. com.de leg.

rim exceptione ſit tutus [1]: ſed non ideo tamen debet ceſsio impediri. Idémque ſentiunt in
conditionali obligatione, licet Bal. & Imol. aliter [2]. Quid ergo † ſi verba non ſimplici- X.
ter præſentis aut futuri temporis ſint, ſed indefinita? & non eſt dubium, faciliùs hæc ad fu- 17
turum trahi [3]. Verùm diffuſior is eſt articulus, quàm vt impertinenter hîc referri debeat.
Alibi ergo eius declaratio eſt requirenda [4], tametſi Iaſ. hîc attingat. Sed quid ſi verbũ am-
biguum ſit, vt quia indefinitè poſsit accipi, itémque certi temporis reſpectu? & tũc ex ſub-
iecta materia fiet interpretatio, verbi gratia, Leo Pontifex conceſsit mihi ius tabelliones,
baccalaureos, Doctores creandi, non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, an hæc clauſula
etiam ad futura ſtatuta trahetur? & ſi intelligamus dictionem, *Statuta*. eſſe præteriti tempo-
ris participium, non videretur [5]. quòd ſi in vim nominis ex vulgari conſuetudine accipia-
tur [6], tunc † erit vox indefinita, & futura quoque comprehendet. quod & receptius eſt [7], & 18
ego probo, quia huiuſmodi clauſula pro priuilegij confirmatione adiecta eſt, cuius ea eſt
natura, vt perpetuum eſſe debeat [8]. nec ratio ſubeſt cur magis præteritis, quàm & futuris
derogare debuerit Pontifex: cùm non magis ſtatuta particulariter tamen edita ſcire prin
ceps præſumatur, quàm edenda [9]. meritò ergo generalis hæc derogatio generaliter intelli
getur, maximè cùm beneficia * principum fauorabilem ſemper interpretationem reci- 19
piant [10]. Sed hæc quidem hactenus.

1 l. centeſimis. in prin. ff. eo.
2 d. l. ſi ita ſcripſiſſet.
3 d. l. ſi ſeruitus. & l. ſi quis filiabus. de teſt. tut. l. placet. ff. de libe. & poſth.
4 Bar. d. l. ſi ita eſſet. dixi. l. verbum, erit. de ver. ſig.
5 gl. cle. ſtatutum. de elect. verbo, conſuetudine.
6 l. fin. C. de ſent. ex breuic. rec.
7 Doct. l. ſi mihi. §. fi. de legatis j.
8 c. decet. de reg. iur. in vj.
9 c. j. de conſt. in vj.
10 l. iij. ff. de conſt. prin.

## SVMMAE.

1 ☞ *Diei effectus. 6. 8. 17. 18. 21. 23.*
5 *Pœnam, non niſi dicto die, abſq; petitione committi.*
9 *Moram, die dicto, ex cauſis non contrahi. 11. 13. 15.*
26 *Pœna, dieiq; concurrentium vis.*

## LEX LXXVII.

AD DIEM. Adiectio diei † id operatur, vt pœna ipſo iure non ſolùm 1
aduerſus debitorem, ſed etiam hæreditatem iacentem committatur [11].
Vnde apparet interpellationem aliquam non eſſe neceſſariam: aliàs I.
dandus eſſet curator hæreditati iacenti, & ille interpellandus, quo negli-
gente, vſque ad ſecundum decretum procedi poſſet [12]. Cùm autem nulla
hîc fiat curatoris, aut * interpellationis mentio, probatur ipſo iure mo- 2
ram committi: verámque eſſe eam regulam, qua traditum eſt, diem pro homine interpel-
lare & in mora conſtituere [13]. Nec refert, quomodo pœna promiſſa ſit, an ſimpliciter di II.
ctum, *Dabo calendis centum ſub pœna tot aureorum*. an verò, *Dabo calendis tot, & ſi non dedero, promitto
pœnæ nomine tot* [14]. cùm enim hi * contractus ex conſenſu, & mente partium interpretatio- 3
nem recipiant, ſatis eſt quomodocunque quod actum eſt, exprimi. At in ſententia iudicis
aliud eſt, quæ ſolenniter & ſecundum iuris formam ferri debet: & ideo ſi mihi præcipiat, vt
calendis ſoluam tot ſub tali pœna, non tamen cẽſebitur ſuper pœna pronuntiaſſe, ſed erit
potiùs quædam comminatio * facta [15], quæ vim rei iudicatæ non habet. vnde neceſſariò 4
poſt eum terminum ero citandus ad allegandum, cur condemnari in ea mulcta non de-
beam. quod omnes hîc tradiderunt. Nec rurſus † refert, an pœna conuentionalis ſit, an III.
legalis, putà vſuræ: committuntur enim etiam aduerſus hęreditatem iacentem [16], idq; pro- 5
pter diei adiectionem: aliàs ſi dies adiecta non eſſet, non committeretur, niſi interpellato
curatore [17]. ſicut tali caſu & contra pupillum, vel furioſum non committitur mora [18], nec
contra abſentem, niſi ſaltem proteſtatio creditoris interuenerit: quod in pecuniæ traiecti-
tiæ exemplo traditum eſt [19]. Nec † etiam intereſt quicquã qualiter dies obligationi adie- IIII.
cta ſit: dum tamen talis ſit dies, quæ pro homine interpellet [20]. Vnde ſi dies ſit certa, quam- 6
uis arbitratu creditoris variabilis, adhuc lex noſtra procederet, vt ſi dictum eſſet, *Promittis
mihi tot ſub pœna, quæ dabis calendis, & deinceps arbitratu meo?* committetur enim pœna, ſi calen-
dis datum non ſit [21]. Idem ſi ea dies non obſtet creditori, quin confeſtim poſsit petere, ni-
hilominùs conſtituet in mora, & pœna debitorẽ [22]. Híncque apparet † efficaciùs ex adie- 7
ctione diei committi moram, quàm ex vera interpellatione. Siquidem interpellatio ei non
obeſt, qui iuſto impedimento prohibetur [23]: & † tamen dies hîc moram inducit aduerſus 8
hæreditatem iacentem, quæ probabilem alioqui excuſationem propter ignorantiam hæ-
redis habere debuiſſet. cuius rei illa eſt ratio: quia dies ab ipſo vſque principio præuideri
potuit: vnde ſemper imputatur debitori, qui in omnem caſum non ſit paratus. at interpel-
latio non potuit: quapropter nec confeſtim in mora conſtituit, ſed cum modico ſpatio [24].
quod ſecùs eſt in die: ſtatim enim inducit moram [25]. Et ex his conſequens † eſt, vt in ca- I.
ſibus, quibus dies in mora non conſtituit, limitanda ſit legis noſtræ concluſio: veluti cùm 9
fauore ipſius debitoris duntaxat appoſitus eſt, non dilationis ſolùm (quod regulare eſt [26],
ſed oblig

11 l. fi. ff. de nau. fœn.
12 l. ſi diu. ex quibus cau. in poſſ. not. ff. eod. l. ſed ſi ex ſtipulatu.
13 gloſſ. & Iaſ. l. ſi ex legati. ff. eodem.
14 glo. l. reſcriptum. §. ſi pacto. de pact. facit quod not. Bar. l. fundus. de an. leg.
15 ca. veniens. ad fi. de accu. glo. Doct. c. j. de ſagitt.
16 l. debitor. de nego. geſt.
17 l. ſi bona. C. de bo. auct. iud. poſ. Doct. l. iiij. §. toties, de dam. infect.
18 l. is cui. §. ceſſatum. vt lega. nom.
19 l. ij. ff. de nau. fœ.
20 l. traiectitiæ. §. j. ff. tit. j.
21 l. cum ſtipulatus. ff. eo.
22 glo. l. nummis. verb. ſua die. vbi Alex. de in lit. iur.
23 l. ſciendum. de vſuris. l. quod te. ſi cer. peta.
24 l. quod dicimus. l. ratũ. ff. de ſolut.
25 l. magnam. C. eo. tit.
26 l. ſtipulatio iſta. §. inter. ff. eodem.



10 ſed obligationis quoque reſpectu [1]. quæ enim ad merum alicuius fauorem * inducta ſunt,
non debent in odium retorqueri: & ideo receptum eſt, diem finiendæ obligationis cauſa
adiectum, in mora non conſtituere [2]. Idem cùm dies petitionem duntaxat reſpicit, veluti
ſi cùm deberes mihi centum, promiſi non petere, vſque ad calẽdas. hoc enim caſu calen-
darum dies nullam moram inducit [3], ne, ſcilicet, facta vnius effectus cauſa contrariũ pro-
ducerent. Nec me mouet, quòd dies ex humanitate adiectus videtur interpellare debito-
rem [4]: quia non dies ipſe interpellat, ſed moram iam commiſſam non impedit, quæ, ſubla-
to illo decem dierum obice perſeuerat. Idémq; eſt in die, quæ ſolius admonitionis cauſa,
vel demonſtrationis, vel commodioris præſtationis adiiceretur, quod ſuprà adtigi [5]. Sicut
& cùm cauſa multiplicandæ obligationis intelligeretur, vel aliàs incertus eſſet, nec prçui-
II. deri potuiſſet. quæ alibi à me dicta nõ repeto. Sed † & ſi dies alia cauſa adiectus ſit quàm
11 interpellationis, ſeu alium finem reſpiceret, clarum eſt morã non induci veluti cùm em-
ptor intra certum diem ſe abſportaturum vinum recepit, in illa quidem die moram facit:
12 ſed * non ideo tamen licet venditori vinum effundere. dies enim abſportationem reſpi-
cit, non autem ius effundendi concedit [6]: meritò neceſſaria adhuc eſt interpellatio. Idémq;
ſenſit Bald. cùm quis domum ad certum tempus conducit: lapſo enim tempore, niſi domi-
no denuntiauerit, cenſebitur reconduxiſſe [7], quod ego verum arbitror, ſi in domo perſe-
uerarit: aliàs ſi receſſerit, & res ſuas abſportauerit, nõ video quorſum interpellatione alia
III. ſit opus. quod alibi adtigi [8]. In † præcepto quoq; iudicis ſuprà dixi non cõmitti ex lapſu
13 diei pœnã, cùm iudex ſub pœna præcipit, vt ſoluam * Titio intra decẽ dies centum reſpe-
14 ctu enim pœnæ opus erit noua citatione [9]. At Caſtrenſis ampliùs ex facto reſpondit: cùm
quis promiſiſſet ſub pœna ſe iudici intra certum tempus Titium exhibiturum, non tamẽ,
eo lapſo, in mora conſtitui: niſi interpellatus fuerit. quod & Felinus & Iaſ. ſequuti ſunt [10].
& ego probo iis caſibus, quibus qui promittit ſiſtere aliquem in iudicio, intelligitur promi-
IIII. ſiſſe conditionaliter, ſi ſit interpellatus. qua de re ſuprà [11]. Addit Bartolus quoties † credi
15 tor diuerſi fori eſt, ita demum, adueniente die, committi moram, ſi accedat ad ipſius rei fo
16 rum, non enim tenetur debitor * eo caſu ad creditorem accedere [12]. Vnde conſequens eſt,
vt in caſu legis noſtræ ita demum moræ pœna committatur, ſi ſtipulator ad forum hæredi
tatis iacentis acceſſerit: cùm nec curator, nec geſtor teneretur alibi eum perquirere. quæ
interpretatio legem noſtram non parum reſtringit, & fortè verius eſt committi adhuc pœ
nam [13]. cum enim pœna conditionem habeat, vt ſi datum factum non ſit, ei ſit locus, debet
is, ad quem onus conditionis implendæ pertinet, ipſum creditorem, quamuis alieni fori
V. ſit, perquirere [14], vel ſaltem proteſtatione ſibi conſulere. quod infrà dicam. In foro quo-
17 que conſcientiæ † traditum eſt, diem moram non inducere, quæ abſque mala fide, & pecca
to induci non poteſt [15], quod Hoſtienſis, & Aretinus tradiderunt. Sed alij contrà: peccat
enim, qui in tempore promiſſo non ſoluit [16]: quia, elapſa die, retinet inuito domino alie-
num. Ego diſtinguendum arbitror, vt ſi probabiliter exiſtimauit ſe voluntate creditoris
retinere poſſe, verior ſit Hoſti. ſententia [17]. aliàs poſteriorem ſequor, quæ & receptior eſt.
VI. Sed nũquid in caſu legis noſtræ hæres omnino † pœnã præſtare tenebitur? & Bar. Alex.
18 alíique, magno numero, poſſe eum in integrum reſtitui adfirmant ex clauſula generali,
19 *Si qua mihi iuſta cauſa videbitur* [18], cùm enim in ius alterius ſuccedat, probabilis * fuit eius
ignorantia [19]. Contrà Speculator, itémque Petr. & Cin. reddit enim hæc ſententia legem
noſtram illuſoriam. Idem & Caſtellio, Raphaélq;, quia non eſt æquum creditorem pecu-
niæ ſuæ interim commoditatem abſque fructu vllo amiſiſſe [20]. Idem & Hieronymus Tor
20 quatus, quia ſicut citra eius reſtitutionis ſpem præſumptio * legalis aduerſus hæreditatem
iacentem currit [21], eadem ratione dies conuentionalis effectum habere debet. quam ſen-
tentiam & ego ſequor. agit enim hæres non de damno vitando, ſed vt lucrum faciat, id eſt,
ampliorem hæreditatem conſequatur. qua tamen in re quoſdam caſus ſuprà excipiendos
VII. dixi [22]. Sed & † ſi quis in iudicium certa die venire etiam ſub pœna promiſit, vel quid
21 aliud facere, conſtat propter iuſtum impedimentum excuſari [23]. cur ergo idem non eſt in
eo, qui promittit ſoluere, nónne iuſtam excuſationem mors præſtare debet? & ſciendum,
22 facta * cohærere perſonæ, in dationibus verò ad rem ipſam magis adtendi [24]. Vnde non
adeò excuſatur, qui non dedit: quia curare debuit, ſi ipſe non poſſet, vt per alium daret [25].
quod in factis eſt contrá. Et ideo in his difficultas magis excuſatur [26]. quod Imol. hîc cen-
VIII. ſuit. Sed † quid in caſu contrario reſpondebimus? pone creditorem deceſsiſſe, an debi-
23 tor excuſabitur à pœna, qui intra conſtitutum diem non obtulerit? & conſtat excuſari [27].
24 nec enim debuit ipſe debitor * alienis ſe negotiis immiſcere, procuraréque, vt hæreditati
iacenti curator detur: vel quenquam vrgere, vt hæreditatem adeat. Sed nũ ſaltem prote-
ſtari teneatur ſe paratum ſoluere, ſi quis eſſet, qui ſolutionẽ recipere iure poſſet? Et Caſtrẽ-
ſis non excuſari eum exiſtimat, niſi proteſtetur. At Aretinus ex facto contrarium reſpon-
dit. Alex. verò cothurni more vtriq; ſententiæ ſe aptauit, hîc Paulũ ſequutus, alibi aliud [28].

1 gloſ. c. quoniam frequenter. §. porrò. vt lite non conteſta.
2 l. ex empto. §. Caſsius. de act. emp.
3 l. ſi vnus. §. j. de pact. Bal. ca. ij. ad fi. de eo, qui interf. fra. dom.
4 l. promiſſor. §. j. de conſt. pecu. Bald. Iaſ. l. ſi ex legati. verſi. vij. ff. eo.
5 l. interdum. §. fi. ff. eo.
6 l. j. §. licet. de peric. & cõ.
7 l. item quæritur. loc.
8 l. non ſolùm. §. morte. de oper. no. nunt.
9 d. c. veniens. Docto. l. vnica. in fin. ſi quis ius dic. non obtemper.
10 Felin. c. ſi autem. de reſcrip. Iaſ. d. l. ſi ex legati. verſic. vlt.
11 l. qui ante. ff. eod.
12 l. item illa. de conſt. pec.
13 argu. §. ſi quis igitur. in auth. quib. mod. nat. effi. ſui. Doct. l. ij. C. de iureiur.
14 l. fi. vbi Bal. Rapha. Cor. C. de condi. inſer.
15 Iaſ. d. l. ſi ex legati. verſicu. iij.
16 c. j. & iij. de pact. ca. j. de ſolut.
17 Doct. c. nouit. de iudic.
18 l. j. in fi. ff. ex quib. cauſis maio.
19 l. qui in alterius. de reg. iur. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua. verſi. xviij. Pe. Cin. l. ij. C. de iur. emph.
20 arg. d. l. debitor.
21 l. Iulianus. ex quib. cau. maio.
22 l. cùm filius. §. in hac. ff. eod. ibi dixi.
23 l. ij. §. j. ſi quis caut. l. fi. §. idem iuris. ff. ad leg. Rhod.
24 Barto. l. iiij. §. Cato. viij. oppo. ff. eod.
25 l. Arethuſa. vbi Bart. de ſtatu hominum.
26 l. continuus. §. illud. ff. e.
27 l. pecuniæ. §. j. in fine. de vſur.
28 Pau. de Caſtr. hic Aret. conſi. clxij. Alex. conſ. cxcij. in j.

Craſsiore minerua Iaſon, qui ante factum Caſtrenſem imitandum cenſet, poſt factũ Are-
tini ſententiam laudat. Ego diſtinguendum arbitror, vt ſi pœna adiecta non ſit, minimè
ſit opus vlla proteſtatione [1]. Idem, ſi pœna quidem * adiecta ſit, dies verò non ſit. quo caſu, 25
vt mora inducatur, neceſſaria eſt interpellatio [2]. quòd † ſi vtrunque dies, ſcilicet, & pœna 26
adſit, neceſſariam eſſe conteſtationem oblationémque arbitror [3], excepto, cùm creditor
alterius fori eſt. Satis enim eſt, ſi ſimpliciter domi ſuæ conteſtetur, ſe paratum ſoluere, ſi
adeſſet, qui recipere poſſet [4]. Quòd ſi quis in mora iam fuerit, & de ea purganda agat, ne
litem conteſtari cogatur, proteſtatio non ſufficeret, niſi & obſignatio accederet [5], vt, ſcili-
cet, quod dies, & pœna operatur, idem & mora poſsit, qua quis creditorem vſque ad iudi-
cij accipiendi tempus fruſtratus eſt.

1 l. cùm quidam. §. ſi pupillo. de vſur. l. quod ſi nolit. §. pen. de ædi. edic.
2 l. ſi fundus. §. fina. de leg. commiſſo.
3 l. fin. cod. titu. & not. l. ait prætor. §. ſed hodie. de min.
4 d. l. item illa. vbi Bart.
5 l. ſi reus. de proc. vbi Bar. Ang. Pau.

## SVMMAE.

1 ☞ *Conditionalia etiam patri dominóue ſtatim quæri: ex cauſis contrá. 9. 11. 13. 18. 19. 28. 29.*
2 *L. Si filiusfam. ſenſus.*
4 *Liberatus conditione fiſco ne ſoluat.*
5 *Conditionalia priuilegiis iuuari.*
6 *Hypothecam, promiſſa dote, naſci.*
15 *Conditionem ex cauſis retrò non trahi. 17. 21.*
23 *Hypothecam ſtipulatus emptore potior.*
26 *Retrotractionem in caſibus ceſſare.*
30 *Contractuum & vltim. vol. diſcrimina.*
31 *Conditionem in vltim. vol. non niſi in caſibus, trahi retró. 32. 34.*
36 *Conditionem in legibus non retrò trahi.*

## LEX LXXVIII.

SI FILIVSFAMILIAS. Cùm quicquid † acquirat filius, patri I
acquirat: ſi contingat eum aliquid ſub conditione ſtipulari, illud ius confe-
ſtim ab ipſo in patrem tranſit: vnde, eueniente deinde conditione, ipſi pa-
tri, cui ſpes iam quæſita eſt res quoque ipſa quæritur, ídque etiam, ſi in eius
poteſtate ampliùs filius non ſit [6]. quod & in ſeruo receptum eadem ratione
eſt. Hincque adnotant Doctores, conditionem ad tempus contractus retrò
trahi, & ſecundum illud acquiſitionem fieri [7]. Quod intelligit Raph. Imo. Alex. etiam ſi I.
conditio ſit, quæ à voluntate filij ipſius pendeat: vt ſi ſtipulatus ſit decem, ſi in Capitolium
aſcenderit, & deinde emancipatus aſcendiſſet, quæretur emolumentum illud patri: lex
enim † noſtra generaliter loquitur. quod & ego verum puto: non enim hæc cõditio in me- 2
ro arbitrio vtriuſque eſt, ſed filij tantùm, vt infrà declarabo. Sed & ſi de liberatione aga II.
tur, idem eſt, vt quod ius de contractu * dicimus, idem & in diſtractu ſeruetur [8]. vnde ſi de- 3
bitorem † tuum ſub conditione liberaueris, deinde ex delicto bona tua publicentur, & de- 4
mum conditio eueniat, non poterit fiſcus aduerſus eum debitorem agere, qui fingitur an-
te liberatus, quæ ſententia in conditione caſuali vel mixta vera eſt ídque omnes hîc faten-
tur. in poteſtatiua verò non procedit [9]. vt infrà declarabo. In priuilegiis quoque † eſſe le III.
gi noſtræ locum verius eſt. vnde lex quæ vectigalis gratiam his facit, qui in nundinis mer- 5
cantur, ei proderit qui ſub conditione tempore nundinarum mercatus eſt, licet alio tem-
pore euenerit conditio: quod Baldus cenſuit [10], & ego probo: niſi cùm lex non contractui
ipſi, ſed executioni contractus immunitatem indulgeret. Sed quid, ſi mulier † dotẽ ma- IIII.
rito promiſerit, deinde poſt aliquod tempus numerauerit, cùm interim ille aliis creditori- 6
bus bona ſua pignoraſſet, an nihilominus mulier in hypotheca illis præferatur, tanquam
ex tempore contractus cœperit ius ſuum [11]? & Fulgoſius videtur ſentire ad tempus cõtra-
ctus adtendendum eſſe, quem diſertè hac in re Crotus ſequitur [12]: & verum eſt, ſi expreſ-
ſim maritus tempore promiſsionis hypothecæ bona ſubiecit, quamuis adhuc dos numera
ta ſibi non eſſet [13]. tacita enim * hypotheca, quam lex inducit [14], non videtur priùs oriri, 7
quàm dos data fuerit: nec enim mulier vllam actionem antè habet. Sanè in contracti- V.
bus quoque nullis, ſed qui morte confirmentur, videtur ſupràſcriptæ concluſioni locus eſ-
ſe. Vnde ſi pater filio in poteſtate donet, quantum ſit fructuum * reſpectu tempus contra- 8
ctus inſpicimus [15], licet reſpectu dominij aliud ſit. Non enim regula hæc perpetua eſt. I.
In primis nunquam in dominio procedit. Sicut † enim ſi contractus purè eſſet celebratus, 9
non tamen abſque traditione † dominium transferetur [16]: ita & ſi ſub conditione initus ſit, 10.
& ideo verum eſt conditionem dominij reſpectu nunquam retrotrahi, non ſolùm in dona
tionibus, quæ morte confirmantur [17], ſed nec alio in caſu [18], niſi cum ſpeciali ratione citra
traditionem dominium transfertur. Vnde ſi quis rem eccleſiæ vendat, deinde eandem ite
rum alteri & re ipſa tradat, præferetur nihilominùs eccleſia: quia in eam iure ſpeciali abſ-
que traditione transfertur dominium [19], cùm ſecùs in alio eſſet [20]. Vnde ſequitur, vt ſi non
ſolum donatio coniugi ſit facta, ſed etiam ſecuta traditio, retrotrahatur cõfirmatio etiam
dominij reſpectu [21]: quo caſu lex Iuſtiniani loquitur: quam Accurſ. ſua interpretatione ni-
mis reſtringit [22]. ibi enim facta erat traditio [23]. Rurſus † non procedit concluſio, quoties II.
tempore exiſtentis conditionis vel res, vel perſona non ſubſit [24]. cùm enim extremum ha- 11
bile non

6 l. cum emancipati. §. id quoque. de col. bono.
7 l. neceſſariò. §. quod ſi pẽdente. de peric. & commo. l. potior. l. qui balneum. qui pot. in pign.
8 glo. l. ſub conditione. ĵ. de ſolut.
9 l. ij. C. ad leg. Iul. de vi.
10 Bal. l. j. C. de nund.
11 l. vnica. §. & vt pleniùs. C. de rei vxo. act.
12 Fulgo. conſi. cxvj. Dorothea. argu. d. l. j. §. &, vt pleniùs. C. de rei vxo. act. Cro. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapio.
13 l. j. ſ. qui pot. in pig.
14 d. §. &, vt plenius.
15 l. antepen. cum glo. C. de don. inter vir.
16 l. traditionibus. C. de pactis.
17 glo. d. l. antepe. & l. ij. C. de inoff. don. l. ſequens. de legat. ij.
18 l. ſi mater. §. eandem. vbi Doct. de except. rei iud.
19 l. fi. C. de ſacroſan. eccleſ.
20 l. quoties. C. de rei ven. vbi Iaſ.
21 §. interdum. inſt. de rer. diuiſione.
22 d. l. antepen. Iaſ. d. l. ſi is qui pro emptore no.
23 l. Papinianus. ſ. de dona. inter virum.
24 l. quoties. in fin. ĵ. de nouat. vbi Bar.



12 bile non ſubeſt, ſeu perſonæ, ſeu rei ipſius defectu, non eſt fictioni * locus, ſecundum quam
retrò huiuſmodi conditiones trahuntur [1]. quod hic omnes tradunt & ſuprà adtigimus [2].
III. Qua † ratione & idem eſt ſi ſecundum ſanè fictionem actus redderetur nullus. Vnde
13 cùm quis ſtipulatur rem ſuam ſub conditione, ſi ſua eſſe deſierit, non trahetur retro condi-
14 tio ad tempus contractus: quoniam rem ſuam nemo * ſtipulari poteſt. valebit igitur ſecun-
dum diem euenientis conditionis [3]. quod & ſuprà declaraui. Vnde ſi patre filio ſpurio do-
net ſub conditione, & ante euentum cõditionis reſtituatur natalibus, videtur ſuſtineri con
IIII. tractus, maximè ſi conditio intrinſecus hæreat, putà, ſi legitimabitur [4]. Quo † argumen
15 to fortiùs dicendum eſt, nec tum retrotrahi conditionẽ cum à contrahentibus ipſis actum
16 eſt ne * retrò trahatur [5]. Vnde ſi filius ſtipuletur ſibi dari cum erit emãcipatus valet ſtipu-
latio [6], dum tamen in fraudem patris hoc non fiat, quod ex quadam æquitate videtur indu
ctum. Summo enim iure aliud eſſet [7]. Putarim quoque valere rei criminis capitalis cõtra-
V. ctum ſub conditione, Si reſtituetur [8], licet Baldus in alia conditione diſſentiat [9]. Idémq;
17 reſpondendum † eſt, cùm ex natura rei actum coniici poteſt, vt ex die conditionis dunta-
xat quid debeatur, veluti cùm quis ſub cõditione quid annuum dare ſpõdet. cùm enim ex
mora debeatur, nõ poteſt ad tempus trahi quo nulla adhuc obligatio neque mora eſſet [10].
VI. Idem quoque actum † videtur, cùm promiſsio idcirco creditori facta ſit, quia & ipſe ali
18 quid ex parte ſua præſtare debeat, vt cum ſeruus fructuarius ſtipulatus eſt cẽtum pro ope-
ris ſuis ſingulis annis. non enim totum emolumentum ſecundum ſtipulationis tempus fru
ctuario acquiritur, ſed finito vſufructu proprietarius pro rata temporis erit admittẽdus [11]:
quod Bal. Alexandérque tradiderunt. Sed ego ſtipulationem hanc vnam eſſe, nec condi-
VII. tionalem ſuprà docui. Huc † pertinet, & cùm quis ſtipulatur, quantam pecuniam Titio
19 crediderit: cùm enim ex parte ſua requiratur factum, & quidem voluntarium, id eſt, vt Ti
20 tio numeret, ad tempus ipſum numerationis * adtendimus, non autem ad tempus contra-
ctus. ídq; tam principalis obligationis reſpectu, quàm etiam fideiuſſoriæ, quæ illi accedit [12].
VIII. Traditum quoque eſt, conditiones, † quæ à poteſtate debitoris pendent, ad tempus con-
21 tractus non trahi [13]. Vnde ſi ſtipuler à te centum, quæ tibi numerabo, non habebo priùs hy
pothecam, quàm à tempore numerationis. quæ ſententia vera eſt: cùm talis conditio pror
ſus voluntaria eſt, vt in prædicto exemplo: non enim aut ego cogi poſſum vt numerem, aut
22 tu, vt accipias. Vnde talis contractus, * qui neminem arctat, pro contractu quodammodo
non habetur, ſed numeratio ipſa adtenditur. Quid ergo, ſi arctare poſsit? veluti in caſu le-
gis noſtræ, cum quis ſtipulatus eſt, *Si in capitolium aſce..derit*. licet enim ipſe arctari non poſsit
aſcendere, tamen ſi etiam inuito debitore aſcenderit eum obligat, meritò tunc retrotra-
23 ctioni † locus erit [14]. Nam & Dinus, cùm quis ſub hypotheca promiſiſſet non offendere Ti
tium, deinde bona vendidiſſet, tandémque offendiſſet, præferri in pignore emptori ſtipu-
latorem ex facto reſpondit [15]: quoniam licet hæc conditio reſpectu promiſſoris ſit poteſta
24 tiua, reſpectu tamen ſtipulatoris videtur caſualis. Qua ratione & qui in ſorte * potior eſt,
in vſuris quoque potior cenſetur [16]. non enim in mera creditoris facultate eſt ſortem repe-
tere, nec etiam ipſius debitoris eam ſoluere: cùm fortè non habeat. quod hîc Raph. aduer-
ſus Angeli, Imolæque interpretationem rectè declarat. Ad hæc pertinet & quod ſuprà di-
25 ximus, non videri merè arbitrarium marito eſſe dotem non recipere. & ideo pignus * ad
IX. tempus contractus non autem numerationis referri [17]. Cæterùm † & in mandato, quod
26 filiofamiliàs factum ſit, conſtat tempus * numerationis adtendi, ſi ille emancipatus nume-
27 rauerit [18]. nec enim talis obligatio patri inuito quæritur: cùm ad onus, non autem ad com
modum mandatum pertineat [19]. Si tamen pater approbauit, & ante filij emancipationem
X. ſoluit, ſecùs eſſet. putarem enim tunc tempus contractus inſpici. In donatione † quoque
28 cauſa mortis receptũ eſt non ad diem contractus, ſed ad euentũ conditionis reſpiciendum
eſſe, ſiue quis ſeruo donauerit [20], ſiue filiofamilias, vt ſi eueniente conditione iam manu-
miſsi ſint, eis non autem patrifamiliàs quæratur [21]. Sed quænam ratio eſt? an quia donatio
hæc ad nutum donatoris reuocabilis eſt? & ideo cùm eum non arctet, pro contractu hac in
re non eſt, vt ſuprà dixi, meritò ad tẽpus conditionis, ſicut in vltimis voluntatibus adten-
dimus. Si tamen hæc donatio non ſub conditione, ſed præſens ſit, ſecùs eſſet [22]. quod alibi
XI. declaraui. Hincque † infertur generaliter in vltimis voluntatibus non eſſe huic retro-
29 tractioni locum. vnde ſeruus ſub conditione hæres inſtitutus, ſi, ea eueniente, ſit manu miſ
ſus, hæreditatem ſibi, non autem domino lucrifaciet [23]. Sed quænam eſt differentiæ inter
contractus, & vltimas voluntates ratio? & variæ adferuntur, quæ tamen (ſi rectè intelligan
tur) in eundem finem corriuant. ſiquidem ſciendum eſt filiumfamiliàs, qui ſub conditione
aliquid ſibi dari ſtipulatur, ius conditionale ſtatim acquirere, quod in patrem trãſit [24]. Vn-
de conditionalis ex contractu creditor ſeruat creditoris nomen [25], illúdq; ius in hæredem
tranſmittit [26]. quod in eo contrà eſt, cui conditionaliter ex vltima volũtate quid debetur:
in contractibus enim principiũ adtendimus, quod quis ſua induſtria ſibi acquirit [27]. at in

1 d. l. neceſſariò. verſi. planè.
2 l. eum qui ita. §. fi. ſ. eo.
3 l. ſi rem meam. ſ. eo.
4 Iaſ. l. Gallus. §. inſtituẽs. ĵ. not. ſ. de lib. & poſth.
5 Bart. l. poſt contractum. vj. caſu. de don.
6 l. pe. de col. bono. l. fi. ĵ. de ſtip. ſer.
7 l. quidam cum filium. de hæred. inſti.
8 d. l. poſt contractum.
9 Bal. l. j. in fi. C. de nundi.
10 l. huiuſmodi. ſ. eod.
11 l. ſi ſeruus cõmunis Meuij. & §. fi. ĵ. tit. ij. dixi. l. ſi Stichum. §. j. ſ. eod.
12 l. quidam cùm. §. fi. ĵ. eo. l. ſi debitori. §. fi. ĵ. de fideiuſ.
13 d. l. qui balneum. verſi. ſi modo. d. l. potior. in prin.
14 Raph. Imo. Alex. hic.
15 Din. conſi. iij. Fulgo. d. l. potior.
16 l. Lucius. qui pot. in pig.
17 l. j. qui pot. in pign.
18 l. ſi verò. §. ſi filio. mand.
19 l. j. mand.
20 l. fi. de don. cau. mor.
21 l. ſed interim. §. idẽ ait. de donat. inter vir.
22 l. ſenatus. §. fi. de do. cau. mor. dixi. d. l. ſi Stichum. §. fi. ſ. eod.
23 l. ſi ſolus. in fi. de acquir. hæred. l. non eſt dubium. C. de iur. delib. §. alienus. lo ij. inſt. de hæred. inſt.
24 l. quæ legata. de reg. iu.
25 l. is, cui. ſ. titu. j.
26 §. ex conditionali. inſti. eo. Iac. Imo. Rapha. Alexan. hic.
27 gloſſ. l. ſi vxorem. C. de condi. inſert. vbi Bald. Salic. Fulg. Corn.

poſtremis iudiciis ad defuncti mẽtem ſolùm reſpicimus, qui diſpoſitionem ſuam non, niſi
poſt conditionis,euentum locum habere voluit: vt meritò in iis euentum conditionis tan-
tum ſpectemus,in illis ad ipſum potiùs contractum tanquã fortiorem[1],& vt Raph.Iaſónq;
hîc aiunt,certiorem:cum morte creditoris nõ fiat(vt in legatis)caducus[2].Hac ergo ratio-
ne in contractibus conditiones retrò trahuntur,in vltimis verò eulogiis propter mentẽ te-
ſtatoris eſt ſecùs[3]. Et quod in hæredis† inſtitutione conditionali dicetur,idẽ quoq; in le- XII.
gatis conditionalibus receptũ eſt[4],vt ad euentũ conditionis acquiſitionem eorum reſtrin 31
gamus:ſubeſt enim eadem ratio[5]. Niſi † tamen alia fuiſſe mẽs teſtatoris proponatur:vt I.
cùm conditionem ſolius legatarij fauore adiecit,quo caſu retrotrahetur conditio,vt inte- 32
rim percepti fructus reſtituantur[6]. Idem cùm cõditio non propter legatarium,ſed pro- II.
pter hæredem adpoſita eſſet. non enim impediret, quin, ſtatim adita hæreditate, cederet
dies[7].tacita enim* conditio non impedit,quin legati dies cedat,& conſequenter videatur 33
ei quęſitũ,qui tunc erat dominus[8]. Idémq; cùm conditio ſecundum verba ipſi legatario III.
non obſtat,vt cùm teſtator ſeruo libertatẽ teſtamẽto dat,ſi filius nullus ſibi erit:licet enim,
dũ ſperatur naſci poſthumus,libertas non cõpetat,tamen,perempta illa ſpe, retrò conſtat
liber:quia conditio quæ non euenit,non impeditur[9]. Sed &† ſi hæres ipſe cõuenerit,vt IIII.
talis res ſit pignori pro legato,quod teſtator ſub conditione reliquerat, conſtat, eueniente 34
conditione,hypothecam retrò trahi,ídq; propter expreſſam hæredis conuentionem[10].Et
quamuis ante euentum conditionis nulla perſonalis obligatio legatario cõpeteret[11], ſola
tamen ſpe ſuſtinetur propter hæredis pactionem pignus ipſum, vt legatarius prior tempo
re videatur.Quod pleriq; extendunt,vt idem in conuentione tacita ſit[12].cùm enim hodie
Iuſtinianus hypothecã legatis dederit[13],hæres adeundo* videtur tacitè obligaſſe.& ideo, 35
eueniente conditione,præferẽdus erit legatarius cæteris creditoribus, qui interim pignus
ab hærede acceperint[14]. quæ ſententia & menti teſtatoris conuenit,& fraudibus aduerſa-
tur:quę alioquin fieri poſſent[15]:tametſi Bal.Nouel.aliud reſpõderit,quẽ pauci ſequũtur[16].
Sed† quid in diſpoſitione legis dicemus,an tempus contractus,an verò euenientis con- V.
ditionis obſeruabimus?& puto ſemper ad rationem legis adtendendũ eſſe.exempli cauſa, 36
Lex municipij,re ab agnato* vendita,concedit proximiori ius luendi intra annũ[17],vendi 37
dit ſub conditione,an annus à die contractus labi incipiet?& videtur ab euentu cõditionis
tantùm,quia tunc demum dicitur vendidiſſe[18].Alij,(vt Alb.hîc),etiam traditionem expe
ctandã cenſent[19]:quia videtur lex id tempus conceſsiſſe à die quo dominium alienatũ ſit.
quod non eſt ante traditionem[20], quæ ſententia propter rationem legis probabilis eſt, fa-
cta enim traditione tum demum poteſt proximior ſcire rem alienatam eſſe, & ius luendi
cœpiſse ad ſe pertinere[21].

### SVMMAE.

1 ☞ §. Cum fundum.ſenſus.
3 *Fructus fundo non, niſi ex cauſis,contineri. 5.8.10.12.*
6 *Reuocatoriam ad fructus pertinere.*
7 *L.fin.§.pen.quæ in fraud. cred. explicari.*

§.CVM FVNDVM. Qui ſtipulatur fundum ſibi dari,nõ intelligitur quicquam de
fructibus egiſſe.quod Bar.intelligit de perceptis:non enim hi fundi pars vllo modo exiſti-
mãtur: qui ſenſus verus quidẽ[22] eſt:ſed omni dubitatione nõ caret.cæteri ergo rectiùs,qui
etiam in† fructibus pendentibus loqui Iuriſconſultum arbitrantur. indiſtinctè enim loqui 1
tur:ídq; adeò verum eſt,vt etiam ſi talis ſtipulatio contractui venditionis acceſſerit,adhuc
ex ea ad fructus pendentes agi non poſsit[23]: nec tali caſu naturam cõtractus, cui accedit
hæc ſtipulatio,imitetur.Sed quænam eſt ratio?& putauerim ex vi,etymologiáque verbi id
adſumi.fundus* enim eſt,in quo quid fundari poteſt[24].Vnde id ſolùm hæc vox ſignificat, 2.
quod intra terram eſt[25].meritò fructus † non continentur ea appellatione, maximè cùm 3
eorum natura hoc ferat,vt quamprimùm maturi ſint,ſeparentur[26]: propter ſeparationis
igitur deſtinationem nulla eſt ratio,cur fundi appellatione compræhendantur[27].Nec ob-
ſtat, ꝙ lex ait fructus pendentes * fundi partẽ videri eſſe[28], & alibi inſtar portionis fundi 4
eſſe[29]: quia verbum, *Videri*. & dictionis, *Inſtar*. ſatis indicant ex proprietate ſermonis hoc
non eſſe,ad quam in dubio ſemper ſolemus adtendere. Igitur† propter ſubiectam dun- I.
taxat materiam quandoque aliud eſt,vt cum de reiuendicatione agitur:vna enim actio & 5
ad fundum & ad ipſos fructus datur:cùm adhuc fundo cohæreant, eiúſq; naturam ſequan
tur[30].Idémque in actione† reuocatoria:cùm debitor in fraudẽ alienauit:prætor enim edi- 6
cto ſuo iubet reſtitui. quod verbum generale eſt, & eam interpretationem recipit, vt ſi is,
in quem alienatum eſt,conſcius fraudis erat,omnis prorſus cauſa præſtetur tam fructuum
pendentium,quàm etiam eorum, qui percipi potuerunt[31]. Si verò conſcius fraudis nõ ſit,
ſatis eſt,ſi eos reſtituat,qui tempore alienationis pendebant[32]: quoniam† fundum,(inquit 7
lex) fructus ſequuntur, vnáque res videtur,nempe fundus principaliter,cui fructus cohæ-
rent:aliud

1 Imo.l.dies incertus.de cõdi.& demonſt.
2 l.j.§.ſinautem ſub conditione. C.de cad.tol.
3 l.j.§.ſerui.C.ad Silla.d.§.eandem. Bar. Ang.Pau.hic.
4 d.§.id quoque.l.ſi legati.de pignor.
5 d.l.ſi vxorem.C.de cond.inſer.l.ſi vſuſfructus.in fine.quando dies leg. l.ſed ſi ante. ad Treb.
6 l.ſi ita relictum. §.Pegaſus.de leg.ij. l.in fideicommiſſariam.ad Trebel.l.mulier.§.alia.
7 l.hæredes.& l.cùm illud.in fi.quan.dies leg.
8 l.ſi dies.§.fi.quan. dies le.cedat.
9 l.Neratius. de man.teſt.
10 d.l.qui balneum. verſic.ſed ſi hæres.
11 d.l.ſi legati.
12 Rui.Crot. Niger, Moder.l.j.ſ.de leg.j.
13 l.j.C.commu.deleg.
14 l.quæſitum. §. ſi ſeruus.de lega.j.vbi Imo.
15 l.fi. §.ſinautem ſub conditione. C.commu.deleg.
16 Bald.Nouel. tracta.dot.parte x.in fi.Socin. conſi.xj.in iiij.
17 l.dudum.C.de contrah.emp.c.conſtitutus.de in integ.reſtit.
18 Signorel.Homo.conſil.lxxxj.l.ſciendum.§.fin.ſ.de ædil.edict.
19 Alb.§.ſeq. Spec.ti.de loca.§.nunc aliqua. verſi.xcv.
20 l. traditionibus. C. de pact.l.alienatum.j.de verb.ſignifi.
21 argu.l.quam diu.C.qui admit.
22 l. inter ſtipulantem.§.fi.j.eod.
23 l.iij.§.j.de act.em. l.iiij.de vſuris.
24 l.fundi.de verb.ſig. vbi dixi.
25 l.fundi.de act.emp.
26 l.j.§.opus.ſ.de no.oper.nunt.
27 l.j.C.de verb.ſig.
28 l.fructus. de rei vendic.
29 l.cùm filius.§.dominus.de leg.ij.
30 l.ſi ſeruus communis.§.locum.de fur.
31 l.ait prætor. §.per hanc.quæ in frau.cred.
32 l.fi.§.pe.e.tit.vbi Raph.



II. rent: aliud autem eſt fructus ex ſequela contineri, aliud ſi proprietate nominis. Sanè
8 quandoque † propter verba ſtipulationis fructus pendentes compræhenderentur, vt
cùm quis ſtipulatus eſſet fundũ dari, vacuámque poſſeſsionem tradi[1]. licet enim ſepara-
tim hæ clauſulæ ad fructus non traherentur: tamen ſi coniunctæ ſint, plus pollent, & quæ
9 non proſunt ſingula,* multa iuuant[2]. arguitur enim contrahentium mens hoc agẽtium,
III. vt plenior traditio fiat. Qua † ratione & in contractibus bonæ fidei qualis eſt vẽditio,
10 conſtat de huiuſmodi fructibus vẽditione fundi agi[3].idémque in legatis,quæ quamuis cau
ſam lucratiuam habeant, tamen quod ad actionem pertinet, ſecundum bonæ fidei natu-
IIII. ram diiudicantur[4]. Sed † quid ſi cùm is,qui fundum promiſit, morã ſtipulatori faceret,
in iudicium tractus eſt,interímq; fructus,qui tempore cõtractus ſeminati erant, maturue-
rint,an poſt litis conteſtationem propter moram debebuntur? & conſtat ex ſtipulatione
non deberi,vt hîc dicitur. nunquid verò ex mora debeantur,alia eſt quæſtio à legis noſtrę
materia prorſus ſeparata,quam ego diffusè alibi diſputaui[5]. in ea pro regula traditum eſt
11 fructus à * litis conteſtationis tempore in ſtricti iuris iudiciis incipere deberi[6]. ſecundum
quam Barto.legem quoque noſtram intellexit,non ſat (vt prouerbio dicitur) πρὸς ἔπος ego
V. ceu impertinentem dimitto. Sed † quid,ſi quis promiſit fundum tradere, quo caſu in id,
12 quod intereſt,poſſeſsionis,non autem rei æſtimatio deducitur[7],an fructuum quoque ratio
habebitur?& Bar.hîc videtur ſentire haberi etiam fructuum rationem,qui non vt fructus,
ſed quatenus intereſt,ęſtimabuntur[8].Verùm ego nec eo quidem caſu fructuum rationem
habendam argumento legis noſtræ arbitror[9], diſtinctionémque illam, an tanquàm fru-
ctus æſtimentur,an verò,quia interſit,non ſoleo ſequi[10].

1 l.iiij.ſ.de vſuris.
2 l.j.§.iidem Cornelio. de quæſt.
3 l.Iulianus. §.ſi fructibus.de actio.emp.l.ſi fructus.C.de act.emp.
4 l. apud Iulianum. §.j. de leg.j.
5 l.cùm fundus. in princ.ſi certum pet.
6 l.videamus. §.ſi actione.de vſuris.
7 l.ſi duo.in fi.vti poſſ.
8 arg.l.ſi fundũ certo.j.eo.
9 d.l.iij. §.j. de contrahen.empt.
10 l. cum fundus. l. patronus.§.j.de leg.iij.

### SVMMAE.

1 ☞ *Procuratori ceſſuro, dominóue actionem pro conceptu quæri. 3.*
2 *L.Si procuratori.explanata. 4. 6.*
11 *Præſentiam ſolam in caſibus non ſufficere.*

## LEX LXXIX.

SI PROCVRATORI. Suprà vidimus generaliter poſſe
quemlibet procuratorẽ domino ſuo ſtipulari: quia eius ſemper inter-
eſt propter mandatum quod ſuſcepit[11]:quo caſu ipſi procuratori quæ-
1 runtur directæ actiones[12],quoniam in† eius perſonã obligatio initium
accepit[13],id eſt verba promiſsiua ad eum referuntur: tenetur tamen
ipſe deinde domino eas actiones cedere[14],exceptis quibuſdã caſibus,
quibus ſpecialiter inductum eſt, vt abſque ceſsione vtiles trãſeãt, quos
2 ſuprà adnumeraui[15]: inter quos & hic eſt,quem hîc† Iuriſconſultus recenſet,cùm ſcilicet,
præſente domino, ſtipulatus eſt: operatur enim domini præſentia ceſsionis effectum.Sed
quænam eſt ratio? & in contractibus,qui conſenſu contrahuntur, cùm dominus præſens
3 pro conſentiente ſit,videtur ei acquiri propter conſenſum ſuum[16]: vnde ſi verba † ſtipu-
lationis reſpiciant procuratorem,vtilis domino actio acquiritur: ſi verò reſpiciant ipſum
dominum,videtur directa acquiri tanquam tali caſu cẽſeatur dominus non tam per pro-
curatorem,quàm per ſe ipſum,organo tamen nuntij contraxiſſe[17], quod Cyrillus & Alb.
tradiderunt. In contractu verò ſtipulationis non poteſt hæc accipi interpretatio, cùm per
nuntium, ſtipulatio contrahi nequeat[18]. Sed quomodocunque verba concepta ſint, ſem-
per à procuratore initiũ ſumpſiſſe obligatio cenſebitur, & domino vtilis propter eius præ-
4 ſentiam acquiretur, ſicq; legem noſtram† ego interpretor, vt licet procurator verba pro-
miſsiua in perſonam ſuam concipere debeat[19], tamen ſuſtineatur ſtipulatio, etiam ſi in
perſonam domini conceperit,dum tamen præſentis.Et quamuis in ſtipulationibus præto
5 riis,vel iudicialibus quæratur plerunque vtilis domino* abſque ceſsione[20]:hoc tamen ve
rum eſt, cùm verba promiſsiua procuratorẽ ipſum reſpiciunt, aliàs nec ſtipulatio quidem
6 valeret[21]:cùm tamen ſecùs ſit,ſi dominus ſit præſens.Meritò† ergo lex noſtra generaliter
intelligetur,quomodocunque verba concepta ſint.Item qualiſcunque ſit cautio,nõ ſolùm
ſi conuentionalis,ſed etiam ſi prætoria.Accurſius tamen ſentit ſtipulationem non valere,
niſi verba contractus,quæ & promiſsiua vocantur,ſaltem ad perſonam procuratoris refe
rantur[22].quam ſententiam videntur ex ſuprà ſcripta regula Bartol.Angel.Imo.Alexand.
& Iaſ. hîc ſequi: ſed ego non probo: vt enim actus valeat, interpretabimur eum, qui aliàs
tanquam nuntius contrahere non potuiſſet,tanquam procuratorem contraxiſſe[23],ídque
propter domini præſentiam:quod rectiùs alij exiſtimarunt, vt Petr.Rayn.Bald.Ange.Al-
beric.[24] Nec me mouet Barto.ratio,dum ait,nec ſententiam quidem in dominum præſen
tem ferri poſſe,ſi lis cum procuratore ſit conteſtata[25]: quia ex diuerſis non infertur: ſen-
7 tentia enim* in procuratorem ferri debet,quia ipſe inſtantiæ factus eſt dominus. quod ius

11 l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.ſ.eod.
12 l.j.C.per quas perſo.
13 l.quæcunque.ſ.tit.j.
14 l.poſſeſsio.in fine.de acquir.poſſeſſ.
15 d.§. ſi ſtipuler. gloſſ.§.ſi quis alij. inſt.de inut.ſtipu.
16 arg.l. quod ſtatuliberũ.in fi.de don.cau.mort. l.falſus.§.ſed & ſi is.de furt.
17 l.qui autem. §.ſi.de conſtit.pec.
18 l.j.ſ.eod. in prin.
19 l.eum, qui. §. Iulianus.ij.de conſt.pec.
20 l.in omnibus.j.ſ.de prætor.ſtipul.l.in cauſæ. §.ſi.de procur.
21 d.l.quæcunque. l. & hæredi.verſi.toties. de pact.
22 d.l.quæcunque.
23 l.iij.de teſt.mil.
24 gl.Ray.Ang.d l.in omnibus. Bal.l. certi cõdictio.§.ſi numos.ſi cer.pe.Petr.& Alb.hic.
25 l.j.C.de ſent.

1 l. procuratoribus. C. de procur.
2 Bar. l. furioſo. in vlt. qō. ſ. de re iud.
3 d. l. qui patitur. mād.
4 l. j. C. de erro. aduoc.
5 l. ſi dictum. §. ſi præſente. de euict.
6 Gloſſ. l. ij. C. quomodo & quan. vbi Bald.
7 d. §. ſed & ſi is. d. l. quod ſtatuliberum. dixi l. ſingularia. ſi cer. pet.
8 l. j. in princ. ſ. eod.
9 l. ij. C. de ſen. ex breui. re.
10 viij. quæſt. iij. Artaldus.
11 l. coram. ſ. de verb. ſign.

ei inuito auferri nō[1] poteſt, volenti verò poteſt[2]. at in caſu noſtro à principio, quo tempo-
re ius procuratori quæritur, etiam domino propter præſentiam quæritur. Sed quid ſi pro-
curator in perſonam ſuam & promiſsionis, & ſolutionis verba cōceperit? & idem eſſe re-
ceptum eſt, vt vtilis * domino abſque ceſsione quæratur: licet Caſtrenſis hîc diſſentiat. 8
Lex enim noſtra generaliter loquitur. Sanè adnotant hîc doctores præſentem, & intelli-
gentem haberi * pro conſentiente[3]. Idémque eſſe ſiue quid cum ipſo principali agatur, ſi- 9
ue cum procuratore eius, ipſo tamen principali præſente[4]. quæ ſententia veriſsima eſt in
his, quæ conſenſu contrahuntur. Vnde nihil refert, an quis domino denuntiet, an procura
tori domino præſente[5]: nec refert, an iudex aliquem ore proprio citet, an eius mandato
nuntius id coram ipſo faciat: vtroque enim caſu peremptoriè citatus quis videbitur[6]. Vn-
de & videtur mihi * numeratum, quod me præſente mandato meo alteri datum eſt, hoc 10
enim breui manu factum præſumitur[7]: quæ interpretatio etiam in teſtimoniis locum ha-
bet, vt ex facto reſpondit Bartol. & Iaſ. hîc refert. Sed quid† ſi ſolo conſenſu contractus I.
non celebretur? & hîc apparet non eſſe idem: alioqui domino præſenti non vtilis actio, ſed 11
directa acquireretur: cùm enim ſtipulatio formam verborum requirat, non poteſt ex ea di
recta actio domino acquiri, qui locutus non eſt[8], ſed per alium contraxit. Sed & vbi lex II.
non ſolùm formam requirit, ſed etiam ius publicū reſpicit, non procedit ſuprà ſcripta con
cluſio. Vnde ſententia quam coram iudice notarius recitat, *non tamen ab ipſo iudice re- 12
citata cenſetur, ſed potius nulla eſt[9], vt Iaſ. tradit, niſi is iudex illuſtri dignitate pręfulgeat,
vel cōſuetudo ita induxerit. quod Bal. & Imo. hîc cenſuerunt. Sed quid ſi negaret domi- III.
nus rem cum procuratore ſuo geſtam ſe intellexiſſe? & videretur eius iuramento ſtandū[10].
verùm, cùm hic ſtatus coniecturalis ſit, & ex præſentia† plerunque præſumatur attentio[11], 13
arbitrarer plurimùm hoc ex coniecturis perpendendum eſſe.

SVMMAE.

1 ☞ *Ambigua interpretatione iuuanda.*
3 *L. Quoties. j. explicari.*
7 *Verborum abuſum ex cauſis nō recipi. 9. 11. 14. 17. 19.*
21 *Mens actu potior.*

LEX LXXX.

12 l. quoties. ij. de reb. dub. c. abbate. ſanè. vbi gl. de verborum ſigni.
13 l. in contrahenda. de regu. iur. vbi mod. Bart. l. qui in futurum. §. j. de pact.
14 l. generaliter. §. quid ergo. de fideicom. liber. l. cum in teſtamento. §. hæc verba. de hær. inſt. Bal. Alex. conſi. lxxxj in iij. cxij. in v.
15 l. ſi quis à filio. in princi. eod. titu.
16 l. talis. ver. j. de leg. j. vbi Barto.
17 l. ſi communis. vlt. ſ. ti. ij.
18 l. ſi vnus. §. ſi. vbi Bar. de pact.
19 l. quanquam. C. de teſta. mil.
20 l. ſtipulatio. §. in ſtipulationibus. ſ. eo.
21 l. quoties. ſol. mat. Bar. l. poſt dotem. j. q. eod. ti.
22 l. ſi quis intētione. de iu.
23 l. Barbatias. conſilio ij. Decius conſilio clxxxv. & cclxxviij.
24 d. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. in ſi.
25 l. pe. ſi quis caut. vbi Iaſ. not. ij.
26 l. iij. §. fin. ad Silla.
27 Iaſ. l. ſi is, ad quem. ad ſi. de acquir. hæred.
28 Gemi. c. venerabilibus. §. ſi. de ſent. excom. in vj.
29 ca. quoniam Abbas. de off. deleg. vbi doct.
30 Feli. c. cùm ex officij. de præſcri. & c. cùm ordinem. de reſcrip.
31 Bart. l. j. §. hoc autem. de no. oper. nunt.
32 l. non aliter. de lega. iij.
33 l. ſi tibi. ſi cert. pet. & d. l. ſtipulatio. §. hi qui. l. monumenta. C. de leg.

QVOTIES IN STIPVLATIONIBVS. Ambiguus igi
tur† actus eam interpretationem recipit, vt res ſit in tuto, id eſt, firma ſit, 1
& valeat. Vnde generaliter proditum eſt ſemper eam præſumptionem ca
pi debere per quā actus potiùs valeat, quàm pereat[12]. Proceditque hæc I.
concluſio, etiam ſi aliæ coniecturæ aduerſarentur: quoniā potior hæc cen
ſetur, quæ pro valitudine actus eſt[13], verbi gratia ex ordine literæ præſu-
mitur quis prior[14], niſi tamen aliàs actus deficeret, quod & Alexan. reſpondit[15]. Sic re- II.
latio ad præcedentia ſolet fieri niſi tamen actus vitiaretur & qualitas vitians non cenſe-
tur repetita[16]. Sic non parum differre arbitramur, an appellatiuum nomen, an pro- III.
prium præceſſerit[17]. niſi cum tali ex differentia res in tuto non eſſet[18]. Sic * princeps IIII.
non præſumitur ſuprema poteſtate aduerſus leges vti, niſi ſi alias actus corrueret, quod A- 2
lexand. receptius eſſe atteſtatur[19]. Sic interpretatio fit aduerſus ſtipulantem[20]: niſi† ta- V.
men contractus infirmetur, vt hîc dicitur: & eo exemplo traditum eſt, cùm maritus con- 3
feſſus eſt ſe habuiſſe, & recepiſſe tot nomine dotis quæ promiſit patri reſtituere, intellige-
mus tunc habuiſſe, non autem ex interuallo, ne promiſsio efficiatur irrita[21]. Sic confeſ- VI.
ſio ſecundum * mentem proferentis declarationem recipit[22]: niſi tali ex declaratione 4
perimeretur: quod Andręas Siculus ex facto reſpondit[23]. Sic perſona extrinſecus in ſti VII.
pulatione non ſubauditur[24]: & tamen quandoque ſecùs eſt, vt actus valeat[25]. Sic cùm VIII.
duæ cauſæ * concurrunt, illa adtenditur, quæ nocet[26], niſi de actu ſuſtinendo agatur. Vn- 5
de ſententia ex duabus cauſis lata, quæ ex altera falſa ſubuerteretur, ex altera vera ſuſti-
neri debebit[27], etiam ſi vera non ſit, niſi ex implicatiua dictione maximè tacito intelle-
ctu compræhendatur, quod aliqui tradiderunt[28]. Sic iudex nomine magiſtratus in ſen- IX.
tentia adiecto cenſetur ſecundum eam facultatem pronuntiaſſe[29]: niſi aliàs actus infir-
maretur, vt quia ei tanquam delegato talis cognitio ſolum competeret: tunc enim ma
giſtratus nomen ſolius demonſtrationis cauſa adiectum cenſebitur[30]. Sic verba * do- X.
cumenti ſecundum communem vſum intelligi debent: & tamen defenditur notarius. 6
qui Titium olim filium Sempronij ſcripſerit, cùm Sempronius viueret, & vt res in tu-
to ſit, dictio, *Olim.* ad tempus præſens ſolùm refertur[31]. Sic à proprietate verborum non XI.
ſolemus recedere[32], & tamen, vt actus valeat, propter legis noſtræ regulam recedemus[33],
Sed nunquid etiam per ſummum abuſum, ſeu valde impropriè verba accipientur, vt actus
ſuſtineatur? & in vltimis voluntatibus, conſtat accipi poſſe: dum coniectura voluntatis id
ſuadeat.



I. ſuadeat[1]. quod de verborum ſignificatione lib. ij. latius à me tractatum eſt. Regulariter
7 tamen† non eſt credendum per maximum abuſum locutum eſſe quęquam[2]. Vnde qui te-
8 ſtamento curatorem * filiis pupillis dedit, non cenſetur tutorem dediſſe, vt actus valeat[3].
ídque (vt Aretinus cenſuit) quia nimia eſſet improprietas, an (vt Bartol. ait), quia plus eſt
eſſe tutorem? vnde non debuit actus in potentiorem caſum ſuſtineri, quàm expreſſum ſit[4],
pręſertim, cùm in modo conſtituendi non modica ſit inter tutorem, & curatorem differen
tia[5] an (vt ego arbitror) quia curatoris datio impuberi facta non eſt nulla? cùm tempore
pubertatis debeat iudex talem curatorem confirmare[6]: meritò ergo non videtur ſuprà-
ſcripto caſu de ſuſtinendi actus fauore agi. vera tamen hæc eſt ſententia ex verbis magna
improprietate acceptis non argui cuiuſquam mentem, vt ideo actus ſuſtineatur[7]. Vnde
qui rem ſuam dari ſtipulatur, nihil agit: nec, *Dari*, accipitur, id eſt, tradi, neque cōditio ſi ſua
eſſe deſierit ſubauditur[8]. & qui promittit factum alienum, inutiliter promittit, nec cēſetur
ſe curaturum fieri promittere[9]. hęc enim interpretatio à vi verborum nimium recederet,
II. quod & variis aliis exemplis oſtendi poſſet. Sed & ſi † non adeò magna ſit improprie-
9 tas, non ſuſtinetur tamen quandoq; actus, ſi aliquid vlteriùs non ſuſtineri hoc ſuadeat, ver
bi gratia, vt actus aliquid operetur, quandoque dictionem, *Vſusfructus.* de proprietate intel-
10 ligimus[10]. quid ergo ſi fructuarius * vſumfructum leget? & non valere legatum conſtat[11]:
nec de proprietate intelligi poſſe: quia vſusfructus cauſalis non ſolùm impropriè eſt vſus
fructus, ſed etiam veriſimile nō eſt grauatum à teſtatore hæredem fuiſſe, vt proprietatem
III. redimat[12]. Qua ratione idem quoque generaliter dici poteſt, quoties pro infirmitate
11 actus adeſt aliqua præſumptio, quæ adminiculis quibuſdam adiuncta hanc quæ ex lege no
ſtra inducitur, collidat[13], qualis eſt præſumptio, quæ ex natura actus colligitur, quoties ad
miniculo aliquo adiuuatur, exempli cauſa, qui precario habet, naturaliter poſsidere[14],
qui conductionis titulo, ſolùm detinere cenſetur[15]. Finge eodem tempore eādem rem me,
12 & precariò * & conductò accepiſſe, vt actus vterque valeat, nec pugnare ſimul videatur,
non interpretabimur ex precario naturalem poſſeſsionem tranſlatam eſſe[16]. quod ſi priùs
ex conductione habeam, deinde ex interuallo precario rogem, ſecùs erit, præualebítq; na
tura precarij: quamuis præcedentem conductionem infirmet[17]: adiuuabitur enim regu-
13 la, vt nouiſsima * derogent prioribus[18]. Sed & † quoties actus, qui celebratur in neceſſa-
IIII. ria aliqua re deficit, ceſſat legis noſtræ interpretatio[19]. Vnde qui inſulam fieri loco non ad-
14 iecto ſtipulatur, nihil agit[20]: & qui ſiſti abſque die, vel triticum dari non expreſſo modo:
15 non enim ideo lex ſtipulationem * ex incertitudine nullam ipſa ceu certam declarat[21], ſed
actum potiùs vitiari ſinit: ſic & proteſtatio, in qua dictum non ſit quo loco debeat ſolui, in-
telligitur de loco vbi facta eſt[22], etiam ſi locus congruus nō ſit, ideóque vitietur: quod Bar.
16 cenſuit, & alij probarunt[23], ſic & vbi actus in forma * peccat, non fit interpretatio, vt ali-
quo modo ſuſtineatur[24]: cuius rei illa eſt ratio: quia partes ea quæ actui neceſſaria ſunt, o-
V. mittentes, non videntur contrahendi animum habuiſſe, ſed illudendi potiús[25]. Hinc in
17 fertur†, vt generaliter ſupraſcriptæ regulæ locus non ſit iis in caſibus, quibus quod non va
let, vt agitur, nec in eum quoque modum ſuſtinetur, quo fieri potuit: quos ſuprà adnota-
18 ui[26], nempe cùm actus in * forma peccat, itémque cùm de obligatione cōtrahenda agitur,
& ad actum æquè principalem tranſiremus[27]: idémque quoties tranſitus ad actum diuer-
ſum fieret, de quo veriſimile nō ſit fuiſſe cogitatum, ſiue de vniuerſali diſpoſitione agatur,
quod omnes cenſuerunt[28]: ſiue de particulari[29], vt ego ſuprà declaraui nec operæ pretium
VI. eſt repetere. Addit Aretin. nec† tunc legi noſtræ locum eſſe, cùm de ſuſtinenda aliqua re
19 odioſa ageretur: tunc enim non pro validitate, ſed pro infirmatione fit interpretatio[30]. prę
ſumptio enim in meliorem partem ſumi debet: at pars ea melior eſt, per quam odia extin-
20 guuntur[31]. nam & fauor ſuadet, vt odioſi * actus extinguātur[32] quam Areti. ſententiam ego
adeò veram eſſe arbitror, vt etiam in qualibet materia ſuſpecta procedat. Vnde ſi alter cō
iugum alteri matrimonium donet, præſumemus æſtimationē ante matrimonium factam
poſt tempus matrimonij collatam eſſe, vt nulla ſit donatio, non autem ante tempus vt va-
VII. leat[33]. Sanè quoties† infirmatio actus ex contrahentium voluntate deſcendit, pro ea ma
21 gis, quam pro actu præſumimus. Vnde legatum propter incertitudinem perſonæ quamuis
VIII. ſit nullum, ademptio tamen incerta non eſt nulla, ſed ad omnem caſum trahitur[34]. Sed
22 nunquid * adeò interpretabimur legis noſtræ regulam vt non ſolùm actus valeat, ſed vt e-
tiam omni meliore modo valeat?, & conſtat non fieri tam vberem expoſitionem, niſi per
expreſſam clauſulam id actū ſit[35], quod Ang. ex facto reſpondit[36], & nos alibi tractauimus.

1 l. cum filio. de legatis. iij. vbi Raph.
2 l. iij. de lega. j.
3 l. tutores. §. j. de adm. tut.
4 l. pen. §. de illo. C. de neceſſar.
5 argum. l. diuus. de vſu, & hab. Bar. l. j. §. ij. ſ. eod.
6 Inſt. de cur. §. j. l. pater. in fine. de teſt. tute.
7 l. in ambiguo. de re. dub. vbi Mod. Iac. Bur. l. cùm antiquitas. C. de vſufr.
8 l. ſcire. §. fina. ſ. eod.
9 l. ſtipulatio iſta. vbi Iaſ. ſ. eod.
10 l. Proculus. de vſufruct. vbi Bald.
11 l. quod in rerum. §. j. de legatis primo.
12 l. vnum ex familia. §. ſi rem. de leg. ij.
31 l. cùm de indebito. de probatio.
14 l. certè. §. j. de prec.
15 l. v. C. com. de vſucapio. l. & habet. §. is, cui. de preca.
16 l. non ſolùm. §. finali. de vſucapio.
17 l. ſi quis antè. de acquir. poſſeſsio.
18 l. pacta nouiſsima. C. de pactis.
19 l. ij. §. circa. de dol. exce Imol. l. à Titio. ſ. eod.
20 l. iij. §. ſi quis inſulam. de eo quod cer. lo. vbi Fulgoſ. & Iaſ.
21 l. ita ſtipulatus. in prin. infra eod.
22 l. ſi cùm dies. §. ſi arbiter. de arbi.
23 Bar. l. non ſolùm. §. morte. ff. de oper. no. nunt.
24 l. j. §. ſi quis ita. ſ. eod.
25 l. non ſolùm. ſ. tit. j. l. an inutilis. de accept.
26 d. §. ſi quis ita.
27 l. j. §. cum, qui. de conſt. pec. l. eo tempore. verſic. ſed fideiuſ. de pecu. l. j. ver. denique. ff. quod iuſſu.
28 l. verbis. de vulga. l. non codicillum. C. de teſtamen. vbi Corne.
29 l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. de leg. j. l. Stichus ſeruus. in ſi. de ma. teſt.
30 l. cōtinuus. §. cùm quis. vbi Aret. ſ. eod.
31 c. odia. de regul. iur. in ſexto.
32 l. ij. de libe. & poſthum.
33 l. ſi res ęſtimata. in prin. de iu. dot. vide Alexan. l. in inſulam. §. vſuras. in fine. ſoluto matrim.
34 l. ſi fuerit. de reb. dub.
35 l. multùm. C. ſi quis alt. Bart. d. §. ſi quis ita.
36 Ang. conſi. cexciiij. in ſi. Iaſ. hic Doct. d. l. in contrahenda. Alb. conſ. lxvij. in ij.

SVMMAE.

1 ☞ *Siſtendi promiſſio exequenda.*
2 *Rati promiſſio facti proprij eſt.*
3 *L. Quoties. ij. ratio multiplex. & ſenſus. 4.*
5 *Stationem ad promittentem referri.*

## LEX LXXXI.

QVOTIES QVIS. Qui promittit†hominem,vel ſeruum ſiſti, 1
non cenſetur factum alienum promittere,ſed proprium, nempe ſe factu-
rum,vt ſiſtat:& ideo valet obligatio:nec liberatur promiſſor, niſi re ipſa
homo ille ſiſtat[1].fruſtráque allegaret ſe feciſſe quod potuit: oportet enim
effectum ſequi,quicquid hac in re Pontificij tradiderint[2].Idemq; ego ar-
bitror,ſi verba concepta ſint hoc modo, *Promitto de homine tali ſiſtendo.* de-
bet enim promiſsio ita intelligi,vt valeat. Vnde cùm quis promiſiſſet † de rato pro Titio, 2
reſpondit Bal.videri eum promiſiſſe ſe facturum quod Titius ratum haberet,ſuſcepiſſeq;
in ſe huius rei obligationẽ[3],non autem factum alienũ promiſiſſe[4]. Sed quæ† eſt ratio,vt I.
ſtipulatio hæc *Hominem ſiſti.* valeat?& Barto.cuius ſententia receptiſsima eſt,ſpeciale id eſ 3
ſe in prætoriis ſtipulationibus ait, vt quamuis factum alienum reſpiciant, tamen perinde
valeant,ac ſi promiſſor ſe facturũ promiſiſſet[5].Cùm enim prętoriæ ſtipulationes ex men-
te prætoris interpretationem recipiant[6],non tam attẽditur quid dictum ſit,quàm quid di-
ci debuerit[7],quam ſententiam & ego ſequor: vera enim eſt, licet legi noſtræ non quadret,
quę nullam iudicij mentionem facit. Vnde†generaliter intelligenda eſt,quomodocunque 4
& quocũque in loco quem ſiſti ſtipulatum ſit[8]. nam & cùm ſeruum ſiſti hic dicatur,vix eſt
vt in iudicio intelligamus,cùm regulariter ſeruus in iudicio eſſe nequeat[9], nec quidem in
iudicio momentaneo,niſi tanquam actor[10], at actor non ſolet promittere iudicio ſiſti ſed
reus. An†ergo rectiùs eſt,quod alij malunt, vt hic videatur factum proprium promiſiſ- II.
ſe:quia imperſonaliter paſsiuo verbo promiſit hominem ſiſti. quod verbum poteſt intelli- 5
gi dupliciter,ſiſti.à me,item ab alio. Fit ergo interpretatio perinde,ac ſi dixiſſet, *A me*[11].&
valet ſtipulatio:quod Petr.Cin.Raph.Beſ.Iaſ.cenſuerunt:quam ſententiam & nos ſequi-
mur,tametſi non prorſus legi noſtræ conueniat: cui locus eſt etiam ſi imperſonaliter ſtipu
latio concepta non ſit,ſed dictum, *Illum ſiſtes? Siſtam*[12]. Quid ergo cẽſendum? Ego eum, III.
qui†promittit ſiſtere principaliter factum ſuum promittere aio,ideſt,ſe ducturum,& exhi 6
biturum talem:& licet in conſequentiam alienum quoque factum compræhendatur, nem
pe quod ipſe veniat tamen non ideo vitiatur ſtipulatio[13]. quod ſuprà aliis quoque caſibus
declaraui.

1 §.ſi quis alium. inſtit. de inuti.ſtip.vbi glo.
2 glo.c.tibi.in ſi. lxiij.diſt.
3 Bal.conſi.ccxcix. nobiles viri.in j.
4 l.ſtipulatio iſta.§.penul. ſ.eodem.
5 l.procurator cùm peteret.& l.ſi ſine.§.ſi in ſtipulatione.ſ.rem ratam habe.
6 l.in conuentionalibus.ſ.eodem.
7 l.emptori.in ſi. de euict.
8 d.l.ſtipulatio iſta.§.pen.
9 l.quoties.ſi quis caut.
10 l.fin.C.qui leg.perſ.
11 Petr.Cin.l.j.q.vij.C.de proc.alij hic.
12 d.l.ſtipulatio iſta.§.pe.
13 argu.l.cui autem.§.j.de conſtitu.pec.l.ſi ita quis.de euiction.

### SVMMAE.

1 ☞ *Domino, procuratori non item, æſtimandum: ex cauſis contrà 2.*

§.SI PROCVRATOR. In procuratoris † ergo ſtipulatione eius,quod in- 1
tereſt ratio ſecundum domini, non ſecundum procuratoris ipſius vtilitatem habetur[14].
quæ ſententia in caſu noſtro procedit, in quo nomine domini erat ſtipulatus, ſeu cauſa ad
dominum pertinebat, nec niſi tanquam procurator ſtipulari potuit[15]. Aliàs † enim vi- I.
deretur potiùs ſuo nomine ſtipulatus[16],& ideo ſecundũ ſuam vtilitatem fieret condemna 2
tio. Sed & ſi procurator meus cum Titio contraxit ſimpliciter,non expreſſo quòd meo II.
nomine contraheret, poterit promiſſor allegare ſecundum vtilitatem procuratoris, tan- 3
tùm ineundam ęſtimationem:quia cum eo ipſe nomine proprio contraxit[17],fortè mecum
non contracturus,ex præſumpta igitur mandati ignorantia ei ſuccurretur: licet id procu-
rator allegare non poſſet, ſed ipſe erga dominum teneatur[18]. Sed quid ſi de re ageretur, III.
quæ nullo modo ad dominum pertineret: an adhuc legi noſtræ eſſet locus, quia tanquam 4
procuratori promiſſum eſſet?& non videretur. mentio enim mandati non impedit, quin
ei acquiratur,cui ſoli poteſt[19]: procuratoris ergo vtilitas attenderetur:niſi & hoc quoque
caſu iuſta eſſet promiſſoris ignorantia.

14 l.pen.§.ſi quis caut.
15 l.poſt mortem. §.j.l.fin. quando ex fac.tut.
16 l.iij.§.ſed quid de tutore.verſ.& ſiquidem. iudica. ſol.l.j.§.ij.ſ.tit.ij.
17 l.ſed Iulianus.§.j.ad Maced.Bart.l.vj.§.ij.de acquiren.hæred.
18 l.pignori.§.fin. de vſuc. Bal.l.iiij.C.com.vtr.iud.
19 l.proinde.§.fin.l.ſeq.§.titu.ij.gl.d.l.poſt mortem.

### SVMMAE.

2 ☞ *L. Nemo. ſenſu. verior. 3.* 5 *Stipulari meum reddi poſſum.*

## LEX LXXXII.

NEMO REM SVAM. Licet nemo rem ſuam dari ſibi ſtipu-
lari poſſit, vt ſuprà diffuſè vidimus[20]: poteſt tamen pretium rei ſuæ ſti-
pulari: quia pretium*in bonis ſuis non eſt, & à re plurimùm diſtat[21]:po- 1
teſt & rem ſuam ſibi reſtitui ſtipulari, † quod intelligũt aliqui,cùm ea res 2
apud ſtipulatorem non eſt,promiſſorq; eius reſtituendę facultatem ha
bet,aliàs enim,vt inquit Alexand.& Iaſ.nulla eſſet ratio, cur qui ſtipula-
tur reſtitui vtiliter contrahat,qui verò ſimpliciter rem ſtipuletur,inutiliter agat.Sed hanc
ſententiam ego ſequi non poſſum, quia legis verba violat, & in primo dicto ſubaudit rem
ſuam

20 §.l.ſi rem meam.& l.ſcire. .fina.
21 l.ſi alij.§.rerum.de vſufruct.l. qui vas.in ſi. de furt. l.fundum.de nouat.



ſuam apud ſtipulatorem fuiſſe,in tertio diuinat nõ fuiſſe: quod manifeſtum commentum
3 eſt. meliùs†ergo eſt vtrunque caſum intelligere: cùm ſtipulator non poſsideret rem ſuam:
quæ poſitio minus habet ſcrupuli. poſſet & generaliùs intelligi, ſiquidem ſciendũ eſt eum,
4 qui ſimpliciter rem ſtipulatur *,non poſſe de reſtitutione intelligi:quoniam ea ſolùm poſ
ſeſsionem reſpicit.at aliud eſt res,aliud rei poſſeſsio[1]. meritò igitur ſtipulatio potiùs nulla
eſt,idque ſiue dominus ipſe rem poſsideat ſiue non[2],quàm vt ſecundum tantã impropri-
5 tatem ſuſtineatur,quod & ſuprà dixi:at qui † ſtipulator rem reſtitui indiſtinctè,vtiliter ſti-
pulatur,ſi non poſsideat: quia tenebitur promiſſor facere, vt reſtituatur, ſi poſsideat,quia
videtur voluiſſe ſibi cõſulere ſtipulator in caſum,quo rei poſſeſsio amitteretur,quę etiam
citra voluntatem ſuam amitti poteſt:cùm ſecùs in dominio ſit[3]. nec talis interpretatio ad-
6 uerſus vim verborum eſt, cùm reſtitui * id propriè nobis dicatur, quod amiſſum eſt[4].

1 l.ſi duo.in fine.vti poſsid.
2 l.qui decem.§.Stichum. de ſolutio.
3 l.id quod noſtrum.de regulis iuris.
4 glo.l.mancipia.verbo auocandum.C.de ſer.fug.

### SVMMAE.

2 ☞ *Perit res moratori:ex cauſis diuerſum. 4.6.7.8.* 11 *§.Si poſt. explicatur.*
5 *L. Si plures. depoſ. ſenſu. 12.*

1 §.SI POST MORAM. Periculum * ergo interitus ad moratorem perti-
net:quod ſuprà diffuſiùs adtigimus[5].Sed nunquid id procedat etiam ſi eodem modo res pe
2 ritura apud creditorem fuerit? & receptiſsima † eſt Ioannis aduerſus Martinum ſenten-
tia,idem eſſe,nec hoc caſu diſtingui: lex enim tali caſu omnimodo teneri debitorem ait[6]:
& alibi,teneri eum ( inquit), etiam ſi chaſmate fundus perierit[7]: quod in pœnam mora-
toris videtur inductum, ſicut & in furis, vel raptoris odium idem receptum eſt[8]. Vt enim
3 fur, vel raptor doli mali rei ſunt,ita & morator doli præſumpti[9], vel ſaltem latæ * culpæ,
quæ illi æquiparatur[10]. Sed huic ſententiæ aduerſatur Caij reſponſum,qui,cùm depoſita-
rius conuentus eſſet,re petita ante ſententiam extincta,damnum ad actorem pertinere re
ſpondit,vtique cùm interitura fuiſſet ea res,& ſi reſtituta eſſet[11].Fatentúrque Doctores ea
lege ſuprâſcriptam concluſionem limitari,aliique aliter eam intelligunt:ego probabiles
I. interpretationes ſolùm referam. Et in † primis ſunt, qui eam intelligant, cùm reus bo-
4 næ fidei erat, probabilémque litigandi cauſam habebat, veluti, quia non omnes hæredes
5 eius, qui depoſuerat,petebant,vt † in legis principio habetur, cui per aduerſatiuam finis
ille iungitur,vt appareat eundem caſum tractari[12]. Nec obſtat quod ſi reus ille iuſtam li-
tigandi cauſam habebat, non debuit de interitu obligari, etiam ſi eodem modo res apud
actores peritura non fuiſſet[13]: quia infrà oſtendam id verum non eſſe,& ſi verum eſſet,
non tamen Caius id negat, niſi argumentum à contrario ſenſu in eius verbis ſumatur,
II. quod accipiendum ad ſuprâſcriptæ regulæ correctionem non eſt. Sunt tamen,qui aliter
intelligant,& ſpecialiter in depoſito inductam illam diſtinctionem arbitrentur,vt Accur-
ſius & cæteri veteres. Sed quænam eſt ſpecialitatis ratio? an quia depoſitum gratia ſolius
deponentis contrahitur. Vnde mitiùs cum ipſo depoſitario agitur: dum tamen depoſi-
tum non abneget,ſed alia cauſa litiget: quo caſu defendi hæc Guliel. Bald. Alberic.ratio
poteſt. quid enim ſi alleget difficultatem ſolutionis,aut ignorantiam,aut retentionem ob
impenſas[14]? Nec mouet quod alibi lex poſt litem conteſtatam periculum interitus ad de-
poſitarium pertinere ait,quemadmodum,& ad debitorem ex ſtipulatu, vel ex teſtamen-
6 to pertinet[15]: quia poteſt ea generalis regula ſuprâſcripto caſu limitari. Ego † tamen ſu-
prà aliam rationem ſum commentus, nempe, quia ſicut agenti rei vendicatione interitus
periculum obſtat[16], ita & agenti perſonali actione ex depoſito, qui & ipſe dominus eſt,
III. aut cui dominij exceptio obiici non poteſt[17]. Conſtat enim in rei vendicatione locum
7 eſſe†ſuprâſcriptæ diſtinctioni, vt poſſeſſor non teneatur, ſi eodẽ modo res fuit apud acto-
IIII. rem interitura[18]. Nam † & in delictis idem duobus caſibus dicendum eſt.Alter,cùm nõ
8 dolus aut mora,ſed ſimplex culpa alicuius allegatur[19], ſiue quia leuiùs peccat,qui in ſim-
9 plici culpa *eſt, quàm qui fruſtratur,ſiue quia culpa in vnum finem admiſſa ad alium non
extenditur. Alter in eo qui non reſtituit rem per metum ablatam: cùm enim ex edicto prę
toris,facultatem reſtituendi habeat,vt iudicium quadrupli euitet,ſi interim moriatur ho-
mo ſubtractus,non videtur reus,quod ad eam facultatem adtinet adhuc eſſe in mora, &
ideo hominis condemnatio remittitur,ſed triplum duntaxat exigitur[20]. Addit Bart.ex il-
10 lo edicto actionem propter*damnum dari[21]:at non videtur actor damnum paſſus,ſi omni
no apud eum res periiſſet. Planè & cum mora non à debitore,ſed ab eo,qui exigere debuit
facta eſt, omnes fatentur ſuprâſcriptæ diſtinctioni locum eſſe.vt is rei interitum non præ-
ſtet,quæ omnino erat peritura[22].

ET HIC MORAM. Intelligunt Doctores cùm quis iniuſtè litigat, ſeu iuſtam li
tigandi cauſam non habet[23].quæ interpretatio in ſpeciem quidem habet ſummã rationẽ.
ſed legis verba violat: quæ indiſtinctè loquitur in quocunq; qui litigare maluerit.ſed & is,
qui iuſtam litigandi cauſam non habet,propriè morã facit, non autem legis fictione quod
verbum,

5 l.ſi ex legati.ſ.eo. l.quod te.l.ſi cert.peta.l.ſi in Aſia.in fine. depoſi.
6 l.ſi filio.§.ſi poſt.ſol.matr. l.ſi pecuniam.§.fin. de condict.ob cauſ.
7 l.cùm res.in ſi.de leg.j.
8 l.meritò.de vi & vi arm.
9 l.ſi procurator. §. dolus. manda.
10 l.ſi mora.ſolut.matr.
11 l.ſi plures.in ſi.depoſi.
12 l.mariti. in ſi.de adulte. vbi glo.& Bart.
13 l.illud.de pet.hęred.Alexand.hic.
14 d.l.quod te.l.pen. C.depoſi.vbi glo.
15 d.l.ſi in Aſia.§.ſi.l.ſi duo. verſ.ergo.de conſt.pec.
16 l.item ſi verberatum.§.fin.de rei vend.
17 l.bona fides. depoſi. vbi dixi.
18 d.§.fin.& l.illud.de pet. hæredita.
19 l.ſi.§.j.ad l.Rhodi.l.ſi alius.verſi.idem ait. quod vi aut clam.
20 l.ſi eum.verſ.quod ſi homo.ſ.de eo quod met.cau.
21 d.l.ſi eum.in prin.
22 l.ſi is,qui Stichum.de iure dot.
23 l.qui ſine.de reg.iur.l.ſi quis ſolutioni. de vſur. l.illud.de pet.hæredi.

verbum, *Videtur*.indicat[1]. nam & ſuperfluus hic eſſet verſiculus,cùm ſub pręcedenti hic ca
ſus ſatis compræhenderetur. Verior† ergo interpretatio erit, ſi etiam de eo intelligamus, 11
qui iuſtam cauſam litigandi habuit, vt & eis præſtet rei interitum poſt litem conteſtatam.
regula enim generalis eſt,vt poſt litem conteſtatam condemnetur,qui in bona fide eſt, ac
ſi moram feciſſet[2]. Sic enim ſententia eum in mala fide propriè conſtituit, ita iuris inter-
pretatione litis conteſtatio,ad quam relationem ſententia habet. tali enim tempore ſcire
reus debet ſe ius non habere. Vnde etiam videmus tametſi quis bonæ fidei ſit, tamen à li-
tis conteſtatione tempore aduerſus eum augeri rei æſtimationem incipere[3]. qua autem ra
tione augetur,eadem & detrimentum id eſt mors præſtari debet. Sentit † hoc & ſupràſcri- 12
pto reſponſo Caius,dum ad actorem pertinere periculum ait, ſi apud eum res erat interi-
tura[4], quaſi ſentiat ſi non eſſet interitura,ad reum pertinere periculum,quamuis bonæ fi-
dei eſſet. Id enim litis conteſtatio operatur. Nec me mouet Caſsij ſententia, qui poſſeſſo-
rem hæreditatis,ſi bonæ fidei ſit,non præſtare mancipiorũ mortem quamuis iam lite con-
teſtata cenſuit[5],quia hoc facilius in actionibus*in rem locum habet,in quibus regulariter 13
periculum interitus ad dominum pertinet[6], quàm in actionibus perſonalibus, in quibus
creditor,qui agit adhuc dominus non eſt. Vnde in his diſtinguitur vt ſi reus vere in mora
fuit indiſtinctè ipſe teneatur,ſi verò iuſtã litigandi cauſam habuit, quia fictione legis nihi-
lominùs in mora eſt,adhuc teneatur,niſi eodem modo apud creditorem res periiſſet: tunc
enim ceſſat æquitas quæ ſola legis fictionem ſuſtinet. Vnde & hoc caſu defendi ſupràſcri-
pta Martini opinio poteſt.

1 glo.l.ſed & ſi.§.ſi ante.de petit.hæredi.
2 d.§.ſi ante. l.certum.in fine.C.de rei vend.
3 l.ſi.de trit. Doc.l. vinum. ſi cert.peta.
4 d.l.ſi plures.in fine.
5 d.l.illud.de pet.hær.
6 l.pignus.C. de pign.act.

SVMMAE.

1 *Stipulationis definita cauſa.*
4 *L. Inter. declaratio.5.*
6 *Curæ promiſſionem ad omnes referri.*

LEX LXXXIII.

INTER STIPVLANTEM. Cùm ſtipulatio † contractus 1
ſit à iure ciuili inuentus, vt valeat, oportet ex ea inter partes negotium
aliquod agi[7]. Vnde conſequens eſt,vt ſtipulatio*negatiua non ſimplex 2
abnutiuum ſignificet, ſed ad curam trahatur. Stipulatio verò expreſſa
facti alieni ſit nulla. Quæ res altiùs repetenda eſt. Et in primis ſciendum
ſtipulationem conceptionem eſſe verborum,quibus is,qui rogatur datu
rum facturúmve reſpondet[8]. Si igitur de facto alieno quicquam ſpondeat, nihil agit, pla-
cuítque legiſlatori quenque de ſe tantùm ſpondere: quia factum * alienum ( vt ſuprà do- 3
cui) reſpectu promittentis cenſetur impoſsibile[9]. nec me mouet Raph. argumentum, qui
ſi hoc ita eſſet,cenſuit: nec pœnam quidem ei ſtipulationi ſubiectam valere: quòd tamen
falſum eſt. Reſpondeo enim, ſi principalis obligatio generaliter eſſet impoſsibilis,verum
eſt nec pœnalem quidem ſuſtineri[10]: ſed factum alienum impoſsibile eſt ſoli promitten-
ti, non autem generaliter: poterit enim ille alius, ſi velit, facere: vnde tali caſu ſaltem pœ
na valet, in qua promiſſoris datio diſpoſitiuè, alterius factum conditionaliter, ſolùm ad-
ponitur[11]. Dixerit aliquis, ſi ſupràſcripta definitio vera eſt, & ſtipulatio non valeat, niſi
qua quis ſe daturum facturúmve ſpondet, ſequeretur, vt ſtipulatio, *Neque per te,neque per
hæredem fieri*. quicquam non valeret, in ea enim promiſſor non ſpondet ſe facturum, ſed
contrarium potiùs, ſcilicet, ſe non facturum: idémque in ſtipulatione *Dolum malum abeſſe.*
quæ quidem licet verbis affirmatiuis concipiatur, ſenſum tamen habet negatiuum, quod
ſuprà docui[12]: idémque in ea, *Habere licere*. qua quis ſimpliciter promittit, quod ſinet ſti-
pulatorem habere: videretur ergo has facti negatiui ſtipulationes infirmas eſſe: negati-
ua enim oratio nihil ponit[13]: Vnde nihil iuris in ſtipulatorem transferre videtur, ſicque
negotium nullum cum eo contrahi. Sed tamen † reſpondet Iuriſconſultus non ita eſſe, 4
quia huiuſmodi ſtipulationes non ſimplex abnutiuum continent, ſed etiam eam acci-
piunt interpretationem, vt curaturum ſe promiſſor ſpopondiſſe videatur[14]: quo caſu af-
firmatiuum quiddam in contractu deductum cenſetur, ſicque aliquid negotij contractum.
Loquitur † ergo Iuriſconſultus, non de cura, quam quis promittat adhibere, ne vel ſui 5
vel extranei ſtipulatorem impediant: de hac enim hîc nihil dicitur, alibíque ex ſecun-
da, & quarta quæ Ioannis fuit diſtinctione, quæſtio hæc deciditur[15], ſed de cura, id eſt,
facto ſuo perſonali, qua adhibitio operæ in contractu deducitur, tanquam quid affirma-
tiuum: vnde ſtipulatio ſuſtineatur tanquam ea omnia continens, quæ ſecundum defini-
tionem ei ſunt neceſſaria. Hinc apparet Accurſij Martini Petri cæterorúmque ariola-
tiones hinc eſſe ſubmouendas, de quibus alibi à nobis diſputatum eſt. Illud adnotatu vti-
le eſt, quod Petrus ait, & cæteri ſequuntur † eum qui curaturum ſe promittit non ſolùm 6
ſui, ſuo

7 l.Labeo.ij.de verb.ſigni.
8 l.v.§.ſtipulatio.ſ.eod.
9 l.iij.C.de ædil.actio.
10 l.ſi homo.ſ.eod.
11 l.hoc iure.ſ.eo.
12 l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis dolum.ſ.eod.
13 l.ex facto etiam. de hæred.inſtit.
14 l.in illa.ſ.eod.
15 d.l.ſtipulatio iſta.



ſui, ſuorúmque reſpectu promiſiſſe cenſeri, ſed etiam quorumcunque extraneorum: quæ
ſententia vera eſt. Sicut enim ſi promittam me facturum quod habere tibi liceat, reſpectu
quorumcunque promiſiſſe cenſeor[1], ita ſi promiſero me curaturum, niſi quod reſpectu eo-
rum quæ à me explicari poſſunt, ſi per alios non poſſum, per me exequi teneor[2]: reſpectu
verò eorum, quæ extraneorum perſonæ cohærent, ſatis eſt fidelem me curam exhibuiſ-
ſe[3]. idque etiam ſi ſubiecta ſit pœna: quod alibi docui. Enimuerò & illud adnotant Docto-
7 res † verba quidem affirmatiuè concipi poſſe, & tamen ſenſum eſſe negatiuũ, vt in ſtipula-
tione, *Dolum malum abeſſe*. Ego à grammaticis didici, quemlibet ſenſum affirmatiuum nega
tiuis verbis proferri poſſe, & è contrariò negatiuum affirmatiuis. Vnde non tam ad ver-
borum formulam reſpiciendum eſt, quàm ad ſenſum ipſum. ídque & Accurſius, & cæteri
variis exemplis oſtenderunt[4].

1 §.ſi quis alium.inſtitu.de inuti.ſtipulat.
2 l.illa ſtipulatio. §.j.ſ.eo.
3 gloſ. c. ſicut ex literis.de ſponſa.
4 glo.l.actor.de probat.C. l.ſi.in fine. de dol. exceptio. Moder.l.ſi prius.in v.op.ij. part.de oper.no.nun.Raph. Cum.conſ.xxxviij.

SVMMAE.

2 *Stipulationem diſſenſu, iudicium non item corruere. 3. ex cauſis contrà. 5. 6.*
11 *Delinquentis probandi argumenta.*
13 *Apparitori ſtandum.*
14 *Declaratio intranſmiſſibilis ex cauſis diuerſum. 17. 18. 19. 20. 21. 22.*
24 *Electionem tranſmitti.*

1 §. SI STICHVM. Faciliùs in*ſtipulatione diſſenſus, quàm in iudicio præſumi-
tur. Finge ergo interrogaui te, *Spondes mihi Stichum*. tu reſpondiſti, *Spondeo*. deinde petij Sti-
2 chum album, tu excepiſti quòd de Sticho nigro ſentiebas: in re dubia fiet † interpretatio, vt
ſtipulatio ſit nulla[5], ídque ex præſumpto diſſenſu[6]. Nec vera eſt eorum exiſtimatio, qui Sti
chum nigrum deberi tradiderunt, tanquã interpretatio contra ſtipulatorem pro promiſ-
ſore fiat[7]. quomodo enim interpretabimur ei deberi Stichũ nigrum, cùm ipſe neget de eo
3 ſe ſenſiſſe? Veriùs ergo eſt ſtipulationem eſſe nullam. Sed † finge rurſus, cùm prætenderem
mihi deberi Stichum album, conteſtatus ſum litem hoc modo, *Stichum quem mihi dare te opor
tet dabis? dabo ſi oportet. huiúſne rei cognoſcendæ poteſtatem L. Titio iudici facis? facio*[8]. deinde cùm
probaſſem intentionem meam, tu, vt iudicium infirmares, dixiſti litis conteſtationem
nullam eſſe[9], quia L. Titio poteſtatem cognoſcendi de Sticho nigro feciſſes, non de albo,
quem ego deberi probaueram, an admittatur huiuſmodi exceptio? & Ariſto ſenſit admit
4 ti: contrà Iuriſconſultus noſter. cùm enim in inuitũ * reddatur iudicium, ſemper negaret
reus ſe de eo ſenſiſſe, quem actor petiit: vnde ratio dictat, vt potiùs actorem adiuuemus, &
iudicium ſuſtineamus. Poteſt tamen ex Doctorum noſtrorum ſentẽtia defendi duobus ca
5 ſibus Ariſtonis dictum. Primus eſt, cùm † conſtaret reum de alio Sticho ſenſiſſe, in caſu e-
nim claro non eſſet dubitandum vitiari conteſtationem litis, vt aduerſus Bart. receptiore
calculo Pet. Imol. Alexand. Iaſ. exiſtimauerunt. Addunt Din. Iac. & Albe. tunc conſtare de
diſſenſu, cùm tempore conteſtationis reus proteſtatus eſſet, de quo Sticho ſenſiſſet[10], quod
ego intelligo: dum tamen eius proteſtationis actor admonitus fuiſſet, alioqui facilè fraus
6 ei fieret[11]. Alter † eſt, cùm probabilis fuit rei error, íſque alleget aliquam ſe defenſionem
omiſiſſe: tali enim caſu ex clauſula generali[12] reſtituendus eſſet, quod Bartolus Imo. Ale-
xander & Iaſon tradiderunt: nec eos Angeli diſſentientis ratio mouet, qui pręſumptionem
iuris, & de iure eſſe ait, vt in iudiciis de eodem ſenſiſſe reum, de quo & actor credamus. Vn-
7 de nulla probatio in contrarium admittenda videretur[13]. Reſpondeo * non procedere
I. id in extraordinario hoc iudicio, quo quis ex clauſula generali reſtitui poſtulat[14]. Sed
quid in teſtimoniis dicemus? pone teſtis dixit de Sticho, nec expreſsit de quo loqueretur,
an ſecundum actorem, an verò ſecundum reum ambiguitatem hanc interpretabimur? &
8 traditum eſt regulariter dictum teſtis * ambiguum aduerſus producentem intelligi, vt, ſci
licet, non probet[15]: vnde conſequens eſt, vt dicta teſtium cùm partis eos producentis ad-
ſertione concordari non debeant, niſi tamen concordia illa perquàm probabilis ſit, ſu-
9 pérque interrogatione eos producentis fuerint examinati. Sicut enim reſponſio * ſecun-
dum interrogationem intelligitur[16], ita debent teſtimonia ſecundum articulos à parte
10 productos intelligi[17]: cum * aliis verò teſtibus dubium non eſt fieri concordiam: ne pu-
gnantia dixiſſe inuicem videantur[18], ſicut & quandoque cùm ipſius aduerſarij, contra
quem producti ſunt, intentione[19]. Sed hæc materia diffuſior eſt, quàm vt hîc adtingi de-
II. beat, præſertim ſingulari libro eleganter à Tyndaro tractata. is igitur adeundus. Sed
quid in inquiſitione, & ſententia iudicis condemnantis Stichum, ſi deinde, Sticho ca-
pto, ſumere de eo ſupplicium velit, quomodo conſtabit eum eſſe, qui & condemnatus ſit,
cùm eiuſdem nominis ſint plures? & clarum eſt, ſi non conſtaret eum eſſe de quo in actis
fit mentio, executio fieri non poſſet. Debet igitur conſtare eandem eſſe perſonam: quod
11 variis modis fieri poteſt. & in primis † confeſsione ipſius rei, ſe delictum illud perpe-
traſſe

5 l.continuus.§.j.ſ.eod.
6 l.ita ſtipulatus. in princ. infra eod.
7 l.ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus.ſ.e. Alex.hic.
8 l. ſi ſtipulatus fuerim illud.§.j.ſ.eod.
9 l.prolatam. C.de ſenten.
10 l.vj.in fine.de acq.hære.
11 gloſ.l. pacta nouiſsima. C.de pact.
12 l.j.in fi.ex quib.cau.ma.
13 l.fin.vbi.glo.C.arbi.tut. l.antiquæ.C.ad Vell.
14 Bar.l.j.§. ſi quis autem. de itine.actúque.
15 c.in præſentia.de proba.
16 l.ſi defenſor: §. j. de interd.act.vbi Bald.
17 Bart.l.Labeo.de ſup.lega.& l.ij. §. fina.vbi dixi. ſi cert.peta.
18 c.cùm tu. de teſti.
19 c. cum Ioannes. de fide inſtrum.vbi Abb.not.pe.

traſſe affirmantis: nec enim in confeſſum alius iudiciarius ordo neceſſarius eſt[1]. Idém-
que ſi ſimpliciter affirmet ſe eum eſſe, cuius in citatione, & ſententia mentio eſt, quod
Bartolus hîc tradit. Nec obſtat quod citatio, & proceſſus qui * ex incertitudine nullus 12
fuit[2], non poſsit hac ſimplici confeſsione confirmari: cùm in criminalibus perſona cla-
rè ſit deſignāda[3]. Reſpondeo, hîc actus non in ſubſtantia nullus eſt, ſed ſolius probatio-
nis reſpectu[4], quæ probatio eius confeſsione certa redditur, quicquid Alexander cum
quibuſdam aliis hîc diſtinguat. Idémque ſi † publicus nuntius, qui eum ſpecialiter cita- 13
uit, teſtimonium perhibeat eum ipſum hunc eſſe quem citauit: quod Imola, & Iaſon
hîc tradiderunt. Videtur enim & in hac quoque appendice ipſius nuntij fidei creden-
dum[5]. Sed & ſi edicto citatus ſit reus, & deinde condemnatus, poterit iudex edictum ſen-
tentiámque ſuam interpretari. quod de Sticho ſenſerit[6], vt omnes hîc tradiderunt: an au-
tem prædeceſſoris ſui ſententiam eodem modo declarare poſsit, iam adtingemus. Quæ- III.
ro † igitur an hæc declarandi facultas ad hæredē tranſeat? & receptum regulariter eſt non 14
tranſire: tanquam hæc facultas mere perſonalis ſit. Vnde in caſu legis noſtræ ſi actor non
declararet de quo Sticho ſenſiſſet, non valeret iudiciū, neque hæredis declaratione ſuſtine
retur[7]: qua ratione & qui ſtipulatus eſt, *Cum voluerit.* poteſt viuens voluntatem declarare,
aliàs poſt eius mortem extinguitur ſtipulatio[8], quamuis cæteræ conditiones etiam per hæ
redem poſsint impleri[9]. nam & ſuprà vidimus * conditionē poteſtatiuam ſtipulationi ad- 15
iectam per hæredem impleri non poſſe: quia perſonæ teſtatoris cohærebat[10]: cùm ſecùs in
aliis conditionibus eſſet[11]. Vnde & generaliter traditum eſt propriæ voluntatis * quemli- 16
bet iuſtum interpretem eſſe, alienæ non eſſe[12]. Qua ratione nec procuratori quidem gene
rali id ius competere proditum eſt, ne, ſcilicet, ei tribuatur, quod vniuerſali ſucceſſori non
tribuitur. Ego † tamen ſi procurator affirmet ex ſententia domini ſe ita declarare, puta I.
rim audiendum eſſe, quia quædam etiam perſonalia, viuente domino, in alium transferri 17
poſſunt, quæ mortuo non poſſunt[13], videtúrque hæc declaratio cohærere mandato[14]. Tu-
tiùs tamen eſſet, ſi hoc nomine procurator caueret rē ratam dominū habiturum[15]. Sanè II.
& ad † hæredem quoq; hæc facultas quandoque tranſit, quoties non actus ſubſtantiam ſed 18
executionem reſpicit, vt ſi promittam tibi centū, & ſubiiciam quæ dabo cùm volā[16], pote-
rit hæres meus declarare quo tempore volet, nec morte extinguetur obligatio: quod ſuprà
Bar. & cęteri cenſuêre[17]. Qua ratione eodem modo hæc facultas tranſmittitur: cùm nō III.
actum principalem, ſed acceſsionem aliquam ſpectet: nec enim ob incertitudinē acceſsio-
nis principalis actus pereat, eius declaratio potiùs tranſmittitur: quod ſuprà arbitratus
ſum[18]. Vnde & traditum eſt diſſenſu, vel incertitudine circa acceſſoria non vitiari con-
tractum. talíque caſu legi noſtræ locum non eſſe[19]. Addit Bart. & tum † declarationem IIII.
hæredi competere, cùm nullum cuiquam adferre damnum poteſt, ſed vtilitatem duntaxat 19
& commodum rei[20]. Vnde in caſu legis noſtræ, ſi quis ex cauſa lucratiua Stichum promi-
ſiſſet, & eius hæres de Sticho albo intellectum contendat, erit audiendus: cùm melius ſit,
vt hunc qualemcunque ſeruum ſtipulator habeat, quàm nullum. Si enim ius declarandi
non eſſet tranſmiſſum, ſtipulatio ex incertitudine eſſet nulla[21]. quæ ſententia tunc poteſt
defendi: cùm ſtipulator non affirmaret ſe de alio intellexiſſe, ſed de eo, quem promiſſor
voluiſſet: aliàs enim lex noſtra violaretur, cui veriſimile eſt locum eſſe ſiue ex lucratiua,
ſiue ex oneroſa cauſa Stichus promiſſus ſit[22]. Illud quoque ſumma † æquitate nititur, vt V.
ſi promiſſor ſeu hæres lucrum ex aliena iactura aliàs faceret, potiùs cenſeamus id decla- 20
randi ius eſſe tranſmiſſum[23], ne, ſcilicet, adeò tunc cohæreat id ius perſonæ, vt inde aduer
ſus naturalem æquitatem quiſquam damnum faciat: quod ſuprà ſimili caſu à me demon-
ſtratum eſt[24]. Nam † & videmus eadem ratione decreto iudicis tale ius de perſona in a- VI.
liam perſonam transferri, vt cùm is qui ſtipulatus eſt ſibi Stichum, cùm voluerit, dari, ne- 21
gat ſe velle, nec declarare quicquam in fraudem creditorum vult, poteſt iudex id decla-
randi ius in creditorem transferre[25] quod ſuprà Bartol. caſu non diſsimili cenſuit[26]. Et VII.
hæc † quidem procedunt in declaratione, quæ meræ voluntatis eſt, alioquin dubium non 22
eſt: declarationem, quæ ex veriſimilibus coniecturis ab hærede fit, ſemper admitti. Vnde
Bartolus hîc cenſuit ſucceſſorem * in magiſtratu poſſe prædeceſſoris ſui voluntatem de- 23
clarare, de qua ſibi per acta, vel probabili alia ratione ſit compertum[27]: cùm enim idem
tribunal ſit, idem quoque iudex cenſetur, quod & Iaſon hîc poſt alios docuit. Sed qua ratio
ne † ius eligendi ad hęredem tranſmittitur[28], cùm tamen & ipſum perſonale ſit[29]? & ſuprà 24
oſtendi id eſſe: quoniam ius eligendi obligationi ipſi accedit, quæ ad hæredem tranſmitti-
tur. Vnde & illud ſecum, ceu ſequelam quandam trahit[30]: aliàs ex acceſsionis incertitudi-
ne vitiaretur actus: quod fieri poſſe ſuprà negaui. Sanè & in hoc ab electione diſtat * de- 25
claratio, quòd electus tum demum præcisè debetur, cùm electus eſt. at in declaratione ab
ipſius contractus tempore cenſemus rem fuiſſe præcisè debitam: declaratio enim nihil no
ui inducit, ſed quod obſcurum erat detegit[31].

1 c.Piſanis.de reſt.ſpoliat. Bart l. ſi confeſſus.ſ.de cuſtod.reor.
2 l.aut qui aliter.§.j.quod vi aut clam.gl.l.eum quem temere.de iudic.
3 l.libellorum.de accuſa.
4 l.duo ſunt. de teſta.tute.
5 l.cum parati. de appella.
6 Bar.l.ab executore. q.ij. de appella.
7 l.v. in fine.de rei vend.
8 l.centeſimis.§.fin. ſ.eod.
9 l.paterfamiliâs.de vulg. l.qui Romæ.§.Flauius.ſ.e.
10 l.ſi decem.ſ.eod.
11 d.§.Flauius.l.ij.C.de pactis inter empt.
12 glo.§.aliæ.Inſtit.de act. c.ſtatutum.§.aſſeſſorem.de reſcr.in vj.
13 l. & hæredi. in princip. de pactis.
14 l.iam tamen.§.pen.ſ iudicatum ſol.
15 l.j.C. de procur.l.ſi is.ſ. de procu.
16 l.ex his,C. quando dies lega.ced.
17 Bar.d.l.centeſimis.§.fina.vbi dixi.
18 l.ſi ſtipulatus fuerim illud.ſ.eod.
19 l.ſi in emptione.ſ.de cōtrahenda empt.
20 l.ſi quis à filio,§.penul. de lega.j.
21 d.l.qui ex pluribus.l.ita ſtipulatus.ſ.eo.
22 l. in venditionibus. de contrah.emp.l in omnibus. ſ.titu.j.
23 arg.l.ſi x.loc.
24 l.ſi Pāphilo.de op.lega.
25 l.in venditione.§.fin.de bon.auctor.iud.poſsi. Bart. ſ.d.l.ſi ſtipulatus.
26 arg.l.peto. §.prædium. de legat.ij.l. pro hærede.§. quid tamen.de acqui.hære.
27 Bar.d.l.ab executore.
28 d.l.ſi ſtipulatus.
29 l.fin.in prin.ſ.eod.
30 c.ſuper. de offi.deleg.
31 l.hæredes. §.pen. de teſtam.ſ.

SVM



SVMMAE.

1 ☞ *§.Si ſtipulante. ſenſus.*
4 *Minoris rogatu promiſſio ex cauſis nulla.*
5 *Promiſſio particularis nulla.*

1 §. SI STIPVLANTE. Si ergo diſiunctim * interrogem te, ***Stichum aut Pamphi***
***lum dabis? dabo Stichum.*** non valet ſtipulatio: quia in qualitate ſubſtantiali alternatiua obli-
gatio à pura diſtat: quod ſuprà declaraui[1]. Sed tamen non videtur Iuriſcōſultus id exem-
plum hîc ponere, ſed cùm interrogationi alternatiuæ tu reſpondiſti non ſpecialiter, ***Dabo***
***Stichum.*** ſed generaliter, ***Dabo vnum.*** ſicque hypotheſim fingit Alberic. Ego non video, cur
hoc caſu non ſit cōgruè reſponſum: cùm idem ſit vel ſpecialiter Stichum, aut Pamphilum
promittere, vel alterum dicere, ſeu (quod idem eſt) vnum. nō enim de duobus ſolùm alter
2 rectè dicitur, ſed etiam vnus[2]. dum ergo † in reſponſo dicitur, ***Vnum.*** intellige nominatim,
putà Stichum, ita enim ſenſiſſe Iuriſconſultum etiam ſequentia verba indicant. Poſſet ta-
men Alberici caſus defendi, cùm qui de vno reſpondiſſet, intellexiſſet non de vno eorum
ſeruorum, qui diſiunctim in interrogatione nominati erant, ſed de vno in genere, id eſt,
quocunque ſeruo.
3 DIVERSA. † Cùm in ſummis maior numerus cōtineat minorē, ſi interrogo te,
***Promittis decem, aut quindecim.*** & reſpondeas ***Promitto decem.*** valet ſtipulatio: quia in vtraque
parte alternatiuè continebantur illa decem. & quantum ſit eius ſummæ reſpectu decem,
purè in interrogatione videntur fuiſſe: poſitio enim incerta, ſi ſecundum quemlibet intel-
lectum intentioni agentis conueniat, pro certa habetur, ídque non in ſtipulationibus tan-
tùm, ſed & in iudiciis cæteríſque actibus verum eſt[3]. Quid ergo ſi reſpondiſſem ***Promitto de***
***cem, & xv.*** & Dinus Albericúſque exiſtimant hoc caſu non videri cōgruè reſponſum tan-
I. quam in qualitate ſit differentia. Quam † ſententiam eatenus ego ſequor, vt in maiore
4 ſumma ſtipulatio non valeat, in minore verò non video, cur valere non debeat, perinde
II. ac ſi interroganti, ***Promittis xv.*** reſponſum eſſet, ***Promitto x***[4]. Sed quid, ſi ſtipulator ſibi ele
ctionem reſeruauerit, verbi gratia promittis ***x. aut xv. vtrum ego volam? promitto x.*** & tunc vi
deretur non valere ſtipulationem: non enim altera pars diſiunctiuæ tali caſu alteri ineſt[5].
III. quod & cæteri tradiderunt, & nos ſuprà retulimus[6]. Qua ratione nec tunc quidem va-
let, cùm ſolutio alteri perſonæ facienda eſt: veluti, ***Mihi x. aut Titio v. Promittis, Promitto v. Ti-***
***tio.*** non valet ſtipulatio[7].
ITEM SI EGO. Si ergo interrogationi copulatiuæ de vna ſpecialiter reſpon
5 ſum ſit, in illa valebit ſtipulatio, quia reſpectu † illius ad interrogatum reſponſum eſt.
I. Vnde † ſequitur, vt non idem ſit, ſi generaliter reſponſum ſit, verbi gratia, ***Promittis Sti-***
***chum, & Pamphilum? Promitto vnum.*** cùm enim non expreſſerim, quem velim dare, perinde
eſt, ac ſi alternatim reſpondiſſem, ***Si vnum non dabo, alterum dabo***[8]. Vnde ſtipulatio non vale-
II. ret. Sed non idem erit, ſi quis vno verbo plures res continente interrogauerit: non enim
poteſt videri ad vnam ex pluribus ſtipulationibus reſpondiſſe: propter enim verbi vnius
conceptionem vna eſt tantummodò ſtipulatio[9] quæ ſcindi nō debet. Sed tamen hac in re
aliter diſtinctū eſt, vt, ſcilicet, ſi de vna re reſpōdeatur, quæ propriè pars ſit eius, quod in in-
III. terrogatione deductum eſt, valeat ſtipulatio, aliàs non valeat. qua de re nos ſuprá[10] Sed
quid, ſi interrogem, ***Promittis centum amphoras vini? promitto ex tali fundo.*** & videretur non vale-
re, non, quia interrogatio de genere, reſponſio de certa ſpecie ſit[11], ſed quia reſponſio taci-
tam conditionem habet, ſi naſcetur. de qua re & ſuprà diſputaui[12].

1 l.j. §. ſi quis ſimpliciter. ſ.eodem.
2 l.duo iudices.de re iud.
3 l.quod ſi dubitet. de acq. hære. Ioan. And.c.j.de pact. in ſexto.
4 l.j.§.pen.ſ.eod.
5 l.ſi ita.ij.in fi.de lega.ij.
6 l.ſi ita.j.ſ.eo.
7 l. qui res. §.qui ſtipulat. de ſolution.
8 l.cùm ita.de op.legat.
9 l.ſcire.ſ.eo.l. v. §.fin.vbi notatur.ſ.eod.
10 l.j.§.fin.ſ.eod.
11 ſ.§.ſeq.ſ. l.ſi certos. vbi dixi.
12 d.§.ſi quis ſimpliciter.

SVMMAE.

2 ☞ *Stipulatio incommercabilium nulla.*
3 *§. Sacram. explicari. 6. 11.*
4 *§. Sacram. & §. aream. conciliari. 5.*
8 *Præterita ad futura non trahi.*
10 *Futura lege contineri.*
12 *Fructuum promiſſionem ad futuros porrigi. ex cauſis contrá. 13. 14. 15.*
16 *Futura ex cauſis inconſiderabilia. 18. 20. 23.*
21 *Excuſatio futurorum nulla.*
25 *Diſſolutio diuerſum facit, ex cauſis contrá. 26. 27.*

1 §. SACRAM. Stipulatio † rei, quæ nec tempore contractus, nec in futurum ſpe
iuſta dari poſsit, eſt nulla, ſecùs ſi ſpe iuſta dari quandoque poſsit: dum tamen iuris in-
terpretatione res alia non cenſeatur: quod nauis promiſſæ deinde diſſolutæ exemplo,
Itémque alio Pediano Iuriſconſultus proſequitur: tametſi ceu ad rem non faciens re-
probet. Adnotant ergo hîc Doctores ſtipulationem rei ſacræ, vel religioſæ non valere.
2 Idem, ſi † ſit publica qualis eſt baſilica, id eſt, forum in quo prima contignatione audito-
rium eſt cauſarum[13], inferiùs rerum vænalium tabernæ[14], vt M. Vitruuius docet. quod
& in libero homine procedit: probátque id per regulam, quæ vitiant contracta, impe-
diunt contrahenda: deinde per rationem generalem, qua traditur, ſtipulationem impoſ-
ſibilem

13 §.ſedebunt.in authenti. de iudic.
14 l.pediculis.§.item cum. de auro & argen.lega.

ſibilem non valere, poſſibilem valere: quod, ſcilicet, vna eſt cauſa, ſeu ratio obligatio-
nis & liberationis: obligationis, ſi res dari poſſit: liberationis, ſi ad cauſam impoſſibilita-
tis res deueniat. Decidit † igitur Iuriſconſultus, promiſſo Sticho, ſi manumittatur extin- 3
gui ſtipulationem, nec poſtea reuiuiſcere: quamuis iterum in ſeruitutem incidat[1]. Sed huic
ſententiæ obſtat Celſi reſpõſum, quo ille, ſeruus (inquit) legatus, ſi interim manumittatur,
& poſteà factus ſit ſeruus, peti poteſt. verùm reſpondent Din. Bar. & plerique alij peti poſ-
ſe, ſi de noua teſtatoris voluntate legatũ, quod perierat rurſus confirmante appareat. quod
ſanè quàm diuinatorium eſt, ſicut & quod Iacobus, Albericúſque ibi comminiſcũtur, pro-
cedere Celſi ſententiam in ſeruo alieno: at reſponſum noſtrum in ſeruo proprio: nam nec
ſic lex diſtinguit. Audacius Raph. qui correctũ eſſe Celſi dictum exiſtimat, & Tribuniani
obliuione de iure noſtro nõ abraſum. Addit & quædam alia commenta Accurſius, quæ re-
centiores confutant. Ego † tutiorem, quæ hîc vltimo loco refertur, veterum ſolutionẽ ar- 4
bitror, quam Caſtellio, Beſ. Iaſónque probant, vt legata à ſtipulatione diſtinguamus: in le-
gatis enim, dummodò teſtamenti mortiſq; tempore res ſit habilis, ſufficit[2]: cum vltimæ vo-
luntates eum tractum habeant. in ſtipulationibus aliud eſt, quas oportet ex tempore con-
tractus iudicari, vt hîc dicitur. Quod † ergo Celſus ait, ſi interim manumittatur, intelligen 5
dum eſt, interim, antè, quàm mortuus ſit teſtator[3]. Nec me mouet, quòd, ſeruo legato ſpon
te alienato, perit legatum, quamuis à teſtatore redemptus ſit[4], quia aliud in ſpontanea alie
natione quę pœnitentiam teſtatoris arguit, aliud in manumiſſione[5], quæ non ex pœniten-
tia legatum infirmat, ſed quia res in commercio eſſe deſiit: videtur enim teſtator non ideo
manumiſiſſe, quia principaliter vellet legatum reuocari, ſed duntaxat, vt ſeruo ipſi cõſule
ret[6]. Vnde ſi iterum efficiatur ſeruus, conualeſcit legatum, cùm nulla teſtatoris pœniten-
tia arguatur. Sed quomodo regulam † hanc Iuriſconſulti intelligemus, quam ille conſti- 6
tuit, vt quæ vitiant facta, impediant facienda? & conſtat generaliter intelligi debere, ne vi-
deatur res ab eo caſu incipere in quo finire deberet[7]. qua enim ratione factum tollitur, ea-
dem & faciendum[8]. Vnde & ſolemus dicere, quoties ad eum caſum res peruenit à quo non
poteſt incipere, tum extingui[9]. Sed & quandoque aliqua iam facta ſuſtinentur, quæ à prin-
cipio fieri non permitterentur[10]. Vnde apparet, ſi ea, quæ facta ſunt infirmantur, multò ma
gis facięda prohiberi. † Sicque oſtendit ſupràſcriptam regulã veram eſſe, dum tamen eam 7
procedere intelligamus, cùm vitium temporarium non eſt, ſed futurum quoque tempus re
ſpicit[11]. alioquin ſi vitium duntaxat ad præteritum traheretur, ſecùs eſſet: tunc enim diſpo
ſitio, quæ præterita vitiaret, futura nõ inhiberet: quod variis modis percipi poteſt. Et in I.
primis † ex vi verborum. verba enim pręteriti temporis regulariter ad futurum non exten 8
duntur[12]. Idem, ſi ex ratione legis hoc appareat. Vnde emãcipatio obligationes ad eam II.
diem contractas impedit[13], contrahendas verò, cùm iam ſui iuris ſit filius, non impedit[14].
Sic deportatus acquiſita perdit, non acquirenda[15]. Qua ratione & remiſſio doli iã per- III.
petrati admittitur, perpetrandi verò nullo modo, quia lex delinquendi occaſiones infir-
mat[16]. Ex natura quoque rei id deprænditur, vt in acceptilatione *, quæ inſtar ſolutio- IIII.
nis obtinet. vnde ſicut ſoluere nos debito nõ poſſumus, niſi iam debeamus, quia (vt dici ſo- 9
let) priuatio habitum præſupponit[17], ita & nec acceptum ferre poſſumus. Extinguit ergo
acceptilatio debitum præteritum, futurum verò nõ item: niſi eo momento, quo deberi cœ-
pit[18]. Hinc Bar. reſpõdiſſe ſe ex facto tali in quæſtione ait: Lex municipalis ſic ſcripta erat,
*Qui ob contumaciam proſcriptus intra conſtitutum edicti tempus non comparuerit in ordinem decurionum
nullo tempore etiam ſi reſtitutus ſit, admittatur.* Alia lex. *Qui hoſtem publicum occiderit, ab omni proſcri-
ptione exemptus ſit, vel eximatur, in quam incidiſſ e, vel incidere ex præteritis noxis poſſet.* Aliquis exul
intra edicti tempus hoſtem publicum necauit, an ad decurionatum poſſit admitti? & cen-
ſuit ille non poſſe: quia ſecunda lex eum non liberat: niſi poſtquam iam ſit exul, id eſt, tem-
pus edicto ſtatutum lapſum ſit[19], quo caſu verbis prioris legis excluditur: qua in re paucos
habuit Bart. ſectatores, ſiue quia falſa eſt eius ratio: verba enim † legis etiam eum liberant, 10
qui adhuc exul non eſt: ſi quidem illud verbum, *Incidere poſſet.* tractum habet, & futurum re-
ſpicit[20]. Vnde locus eſt generali regulæ, vt quæ pręſcriptionem factã tollant, futuram quo-
que impediant[21]. quod Raph. Alexanderq; cenſuerunt, ſiue quia (vt Angelus ait) etiam ſi il
la verba adiecta non proponerentur, non eſt veriſimile priorem legem de eo intellexiſſe,
qui intra edicti tempus non comparuit: quia eſſet alia lege liberatus, videtur enim tali ca-
ſu circumduci edictum[22]. Addit Iaſ. minus eſſe veriſimile, vt ea lex odioſa, & pœnalis de
proſcripto intelligatur, qui momento proſcriptus fuit[23], ſiue (vt ἐφαπτικωτέρως loquar), qui
eo fine in proſcriptionem incidit, vt confeſtim abſolueretur[24]. explodenda igitur hæc eſt
Bartoli ſubtilitas. Sanè quòd hîc idem ſubiicit, quomodo contrariorum eadem ſit diſcipli
na, à me de verborum ſignificat. libr. iij. diſputatum eſt. vnde hîc ceu impertinens omitto.
QVONIAM QVIDEM VNA. Antiqui codices rectius, & latinius
non habent, quidem, declarat autem Accurſius duobus modis hæc verba. At Albericus
etiam

1 l. qui res. §. aream. de ſol.
2 l. ſed ſi in conditione. §. ſolemus. l. ſi alienum. §. j. de hæred. inſti.
3 l. ſi ſeruus. §. j. de adi. leg.
4 l. cum ſeruus. de adi. leg.
5 arg. l. verum. de manum. teſtamen.
6 l. rogo. in fine. l. quidam. de fid. liber.
7 l. Titio. de vſufr.
8 l. ſi à me. l. Iulianus. de iu diciis.
9 l. quia. ad leg. Aquil.
10 l. patre. ſ. de his qui ſunt ſui. l. is cui. de teſtam.
11 l. iij. §. deſinere. vſufruc. quem. ca. l. Sempronius attalus. de vſufr. leg.
12 l. ſi ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. ſ. eod.
13 toto titu, quod cum eo, qui in alie.
14 l. ij. §. j. de capit. diminu.
15 l. ſi tibi. §. is cuius. man.
16 l. ſi vnus. §. illud. de pact.
17 l. decem. j. eo. & l. maritus. ſ. ſolu. matr.
18 l. quoties. de nouatio. l. ſub conditione. de ſolut.
19 d. l. quoties. d. l. ſub conditione.
20 l. cùm cert'. de vino triticóque leg.
21 d. l. deſinere.
22 l. & poſt. §. j. de iudic.
23 l. fin. §. fin. C. de bon. quę liberis.
24 dixi. l. ſi tibi pecuniam, ſi certum pet,



etiam tertio modo, vt veriſsimum ſit illud Boëtij, Quod multipliciter intelligitur, eius
11 veritas ignoratur. Ego ſuprà exiſtimaui id voluiſſe † Iuriſconſultum, ideò ſuprà ſcriptas
obligationes non valere: quia impoſsibiles[1]. vnde ſi poſsibiles eſſent, vt in ſequenti ex-
emplo, ſecùs eſſet. verùm quia dictio, *Impoßibilis.* non ſat elegans eſt, dum ea parcius vti
vult Paulus, in has ſermonis tricas incidit. Cùm ergo, non obſtante medij temporis muta-
tione, res eadem dari poteſt, ſtipulatio valet, vt in exemplo nauis, quæ ſi animo reficiendi
diſſoluta ſit, eadem cenſetur cum refecta, quod infrà declarabitur. Idémque Pedius aiebat,
in eo, qui x. amphoras vini ex fundo ſtipulatus eſt: quamuis enim primo anno non perci-
piatur, ſatis eſt ſequentibus percipi, & tum demum præſtari. quod exemplum proximo na-
uis diſſolutæ aliquo modo quadrat, ſuperiori verò hominis liberi eſt prorſus diſsimile vt
12 hîc dicitur. Adnotant tamen hinc interpretes eum, qui fructus † ex tali fundo promit-
tat, eis primo anno non natis non liberari, ſed ſequenti anno ad ſupplementum cogi.
quæ ſententia certiſsima eſt, quoties vinum non tanquam ſpecies, ſed tanquam genus de-
betur, vt hîc dicitur, veluti cùm nulla proximi anni primi mentio facta eſt. verùm enim eſt
tali caſu quod ex ſecũdo vel ſequentibus annis ſuppletur, ex eo fundo eſſe, meritò propter
verba ſtipulationis expectandum eſt. Vnde & legatum præſtationis annuæ eandem inter-
pretationem recipit, vt cùm dictum eſt ex vino, quod tali in fundo naſcetur, amphoras x.
quotannis dato[2]. annorum enim cõmemoratio dationem reſpicit non natiuitatem, &
ideò adhuc generis obligatio videtur. idémque dicendum, cùm ſimplicis dilationis cauſa
fructuum prædij mentio facta eſſet[3]. quod multò magis admittendum. cùm fundi mentio
ſolius demonſtrationis cauſa facta eſſet. Vnde vinum ſumi poſſet[4]. tali enim caſu nec ex-
pectandus quidem eſt ſequens annus, ſed aliunde quoque comparandum vinum[5]. Quòd
ſi tanquam ſpecies debitum ſit, ſecùs eſſet: non nata enim ſpecie, liberaretur debitor[6], vt
I. cùm mentio anni natiuitatem reſpicit, Veluti, *Promittis mihi fructus hoc anno naſcituros?* eis
13 enim † non natis, nihil debetur[7]? quia diſpoſitio hæc conditionalis eſt, eáque conditio na-
tiuitati fructuum cohæret[8]. nec poſſumus hoc caſu dicere dilationẽ potiùs videri datam,
quàm conditionem adiectam. cùm enim quantitas fructuum expreſſa non ſit, non capi-
II. tur huiuſmodi interpretatio[9]. Huc pertinet †, & cùm quis oliuæ pendentis fructibus
14 venditis ſtipulatus eſt pro decem pondo olei, quod natum eſſet, tot: cùm enim fructus iam
nati ipſi tanquam ſpecies venderentur, non poteſt videri quicquam de ſequentis anni fru-
ctibus diſtractum[10]. quod & illa verba conditionis, *Quod natum eſſet.* indicant. quæ primo
III. quoque actu, vt iſti ſentiunt, conſummationem habẽt. Qua ratione † & idem traditum
15 in legato eſt, cùm quis certum numerum legaſſet ex vino, quod in fundo Semproniano na
tum eſſet[11]. Sed cur non idem eſt in conditione, *Quod naſcetur*[12]? & Raph. cẽſuit idẽ eſſe ma-
nifeſta legis violatione. Iaſ. & ipſe hîc controuertitur, non percepta (vt ego arbitror) Do-
ctorum mente. ſciendum igitur conditionem, *Quod naſcetur.* ex ſolo duntaxat futuro tẽpore
conſtare. & ideo ſi priore anno res non poſsit præſtari ſequenti ſupplebitur. at conditio,
*Quod natum eſſet, vel erit.* mixta ex præterito quoque tempore eſt[13]. & ideo vlteriùs non por-
rigitur, ſed prima vice cõſumitur[14]. quod infrà exemplo Græcorum oſtendemus: eſt enim
futurum, vt etiam noſtrates grammatici dicunt exactum, id eſt abſque tractu.
I. ET CASVM ADVERSAMQVE. Adnotandũ hîc eſt † triſtem euen-
16 tum perſonæ liberæ non conſiderari, vt ideo ſtipulatio ab aliis cõtracta ſuſtineatur. hícq;
vnus eſt caſus, quo ad futura non adtẽdimus. Sed nunquid reſpectu ſui, vt ſibi ſaltem in ta-
lem caſum conſulatur, huiuſmodi caſus ratio habebitur? & conſtat haberi. vnde valet li-
bertas fideicõmiſſo talem in caſum ei collata[15]. lex enim ad cauendum finem etiam quoſ-
17 cunque triſtes * euentus perpendit: vnde ſubiectis quandoque conſulit timẽtibus, ne mor-
te vel abſentia teſtium ius ſuum in futurum pereat[16]: ſic & ne quis fame moriatur, non ſi-
nit valere tranſactionem alimẽtorum inconſulto prætore[17], & illud legatum fauore pro-
ſequitur: quoniam etiam in caſum deportationis non amittitur[18]: ſic redhiberi mulas cal-
citroſas iubet: quoniam crus effringere domino poſſent[19]. ſic quemlibet prouidere vult,
ne tranſeuntem affligat[20]: ſic caſuum fortuitorũ renuntiationem generaliter factam non
admittit[21]: ſic hominem pignoratum poſſe mori conſiderat[22]: breuiter, prudentis eſt in
re proſpera aduerſorum meminiſſe, quod apud Terentium in Phormione elegãter tradi-
II. tur, vt tamen ex eis non ſimus, qui aiunt, quid ſi cœlum ruat? Alius eſt caſus † cuius con-
18 ſideratio nõ habetur, nempe cùm non, niſi extrraordinario remedio, concederetur[23] vt in
integrum reſtitutione proditum eſt[24] antè quàm enim impetrata ſit, eius nullus eſt verſus
alios reſpectus: at ipſius, qui læſus eſt, contemplatione ſecùs eſt[25], nõ quidem quod ad præ-
ſentem effectum adtinet, ſed ad eum, qui poſt impetratam reſtitutionem, futurus eſt[26]. vn-
19 de & in deportato * ſpes ſubeſt, vt reſtitui poſsit, nec enim talis pro mortuo eſt[27], & vt
Theocritus ait,
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες

1 l. ab omnibus. de leg. j. l. mulier. in princip. de cond. inſtit.
2 l. ex eo. ſ. de trit. vino. l. legatum. §. vini. de ann. leg.
3 l. firmio. in prin. quando dies leg. ced.
4 l. Lucius. de alim. leg.
5 l. quidam teſtamento. de leg. j.
6 l. ſi certo. ſ. eo.
7 l. nec emptio. de contra. emptio.
8 l. j. de cond. & demon.
9 d. l. Firmio. in prin.
10 l. ſi debitor. §. j. de cont. emptio.
11 l. v. ſ. de trit. vinoq; leg.
12 d. l. ex eo.
13 l. verbum erit. de verb. ſignific.
14 l. ſi quis ſtipulatus. in prin. j. eo. Bar. l. qui Romæ. §. Augerius. j. eod.
15 l. generaliter. §. ſi homini. de fidei. lib.
16 l. iij. verſic. finge. de car. ed. c. quoniã. vt lit. nõ conte.
17 l. cùm hi. de tranſact.
18 l. legatum. de cap. dimi.
19 l. boues. de æd. edic.
20 l. ſi putator. l. qui foueas. ad leg. Aquil.
21 l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſi quis caut.
22 l. eũ qui. §. Papinianus. de furt.
23 l. ſed & ſi per. §. ſi feriæ. ex quib. cau. ma.
24 l. iiij. §. j. de fid. lib. gl. l. qui bis. ſ. eod.
25 l. nemo. de in inte. reſtit.
26 l. non quæcunque. §. j. de leg. j.
27 l. intercidit. de condit. & demonſt.

Adde quod & plerunque contingit tales reſtitui. habetur autem etiam extraordinarij ca-
ſus conſideratio, qui ſoleat ſæpe euenire[1]. Tertius eſt caſus, quoties † præſens rei qua- III.
litas non arguit veriſimiliter futurum euentum, tunc eius interim non habetur reſpectus[2]. 20
vnde patruus à tutela non excuſabitur hoc colore, quod ſibi † pupillus propter diuiſio- 21
nes paternas de euictione teneri quandoque poſsit. cùm enim in præſentia nulla ſit lis, eáq;
obligatio conditionalis ſit, non eſt veriſimilis huiuſmodi excuſatio: ſic eius reprobata fuit
ſententia, qui ob paucorum ouorum debitum in maxima ſumma condemnauerat, tan-
quàm inde potuiſſent plurimi pulli prouenire, & per ſucceſsiones immodicè augeri[3]. Ra-
rum enim eſt, vt huiuſmodi euentus ex præſentis ſtatus qualitate non veriſimilis, habea-
tur ratio: niſi quod quandoque in odium eius, qui in culpa eſt aliud decernitur[4]: & mul-
tò magis ſi in dolo ſit[5]. Quod ſi euentus ſit veriſimilis, tunc eſt ſecùs. Vnde imminente pe-
ſte probabilis eſt fuga, & ſenectus admonet appropinquare mortem[6], & ex vitio vicinæ
domus timet quis iuſtè ſibi. Nam tua (inquit Horatius) res agitur, paries, cùm proximus
ardet[7]. & imminente lite, quis rectè cautionem * petit, vt ſibi ſit conſultum, ſi ſuccum- 22
bat[8]: probabiliter enim qui litigat, dubitare de victoria poteſt[9]: & in contractibus ſi de-
bitor conditionalis malè rem ſuam gerat, poteſt timeri, ne efficiatur non ſoluendo, &
ideo ad præſtandos fideiuſſores interim cōpelli[10]. In ſumma totus hic ſtatus coniectura-
lis eſt, & ex veriſimilitudine pendet. quod enim præuideri facilè poteſt, indiſtinctè perpen-
ditur, ſiue id[11], ſecundum naturam, ſiue ſecundum communes iuris regulas[12], ſeu ſecun-
dum præſentem ſtatum ſeu ſecundum teſtatoris diſpoſitionem ſit[13]. Idque verum † eſt, IIII.
excepto eo caſu, qui quartus in hac materia eſt, cùm de re agitur, quæ ex præſenti dun- 23
taxat tempore cenſeatur vnde in cautione,[14], *Iudicio ſiſti*. ea tantùm ſecundū tempus præ-
ſens inducitur[15], nec ad futuram acquiſitionem inſpicimus. Et quamuis ſperandum ſit
quemlibet in futurum ditari[16], tamen an quis ſit idoneus facultatibus, ſecundum præſens
tempus perpenditur[17]. & quod ad dominationem rei adtinet, ex præſenti tempore ſumi-
tur ſignificatio. vnde electus * in epiſcopum epiſcopus non eſt[18], & ſponſa vxor non eſt, 24
& meloproximus proximus non eſt[19]. & generaliter ex vi verbi res deſtinata, non ta-
men perfecta cenſetur[20]: quod quibuſdam deciſionibus & Iaſ. hîc oſtendit.

ET NAVIS SI HAC MENTE. Sed quid ad nauim hæc mens facit? ea
enim non ex animo cuiuſquam, ſed ex forma ſui, & materia cenſeri debuit[21]. ſolúſque
ex Iuriſconſultis † videtur mihi Paulus hunc animum perpendiſſe[22]. alij enim veteres a- 25
liter, nempe vt ſi ſemel diſſoluta ſit, licet refecta fuerit non cenſeatur res eadem vſusfru-
ctúſque in ea legatus intereat[23]: niſi tamen ſalua manſerit carina[24]. nam & alibi ſimpli-
citer dicitur naue legata, diſſoluta, neque materiam, neque nauem deberi[25]: audáxque
& inſolens eſſet ſubauditio, ſi intelligeremus, niſi animo reficiendi diſſoluta eſſet. atqui
cùm refecta eſt, ex poſt facto ſemper præſumeremus hunc animum à principio adfuiſſe[26]:
ſicque inultis redderetur ſuprà ſcripta aliorum deciſio, niſi de contrario animo probare-
tur: quod & ſatis ipſe Paulus videtur ſenſiſſe. nam nec in domo quidem ita ab aliis diſtin-
guitur, ſed, deſtructa vſque ad aream ſuperficie, etiam ſi reficiatur, alia domus cenſetur,
quocunque animo id paterfamilias fecerit[27]. Ego regulariter conſtituendum arbitror, vt
diſſoluta tota naui, quæ refecta fuerit, eadem non cenſeatur. à qua ſententia excipiendi
ſunt aliquot caſus. Primus † quem ſuprà adtigi, cùm carina remanſit ſalua: ea enim pars 26
principalis nauis eſt[28]. Aliter eſt, cùm paulatim, nec eodem tempore refecta eſt, etiam ſi
veteribus tignis marceſcentibus nouæ tabulæ ſuffectæ ſunt, vt nulla vetus remanſerit[29].
quod in Theſei naue à philoſophis diſputatum Plutarchus in eius vita eſt auctor. Tertius,
vtilitatis cauſa recipi poteſt, cuius hîc Paulus meminit, cùm quis nauem promiſit, & eam
diſſoluit animo in eadem ſpecie & qualitate reficiendi[30]. non enim tabulæ illæ ſublatæ in
aliam ſpeciem propter animum domini tranſire videntur, vt deſtinatio hoc caſu vice rei
cenſeatur[31]: idque in contractibus procedat vt hîc loquitur Paulus, in legatis verò, licet
alij idem ſentiant, contrarium defendi poſſet[32], quia legata ſecundum mentem teſtato-
ris debentur, ad cuius animi deſtinationem non poteſt adtendi: cùm ſit mortuus, & con-
feſtim naui diſſoluta, ſemel euanuerit legatum. Sed quæ ratio eſt, vt ſuprà ſcripto caſu
propter animum domini nauis omnino diſſoluta, ſi fuerit, refecta eadem cenſeatur,
& tamen domus, ſi ad aream vſque deſtructa ſit, quamuis refecta, nihilominùs pro ea-
dem non ſit[33]? an quod Bartolus ait, quia domus inter immobilia ſit, nauis inter mobilia:
at animus domini in mobilibus plus poteſt, magíſque adtenditur: quæ ſententia fragilis
eſt, recipi non ſolet: cùm & ſcyphi, & maſſa refecti, iidem non cenſeantur, & tamen mo-
biles ſint[34]. An, quod Accurſius, & cæteri frequentiore calculo aiunt, quia nauis faciliùs
quàm domus reficitur, cùm plura rudera in domo pereant: at, paucis tabulis mutatis, na-
uis ipſa refici ſoleat? quæ ratio omnes leges violat, quæ hoc modo non diſtinguunt[35]. alio-
quin ſi multis tabulis confractis nauis reſtitueretur, in lege noſtra eadem non cenſeretur,
& ſi iiſd

1 l. apud Iulianum. in fin. vbi Iaſ. de leg. j.
2 l. hæc autem. in princi. ſi cui pluſquàm.
3 l. ſi ſterilis. §. cùm per vēditorem. de act. empt.
4 l. diuortio. de neg. geſt.
5 l. locum. §. condemnatio. de tab. exhib.
6 c. quoniā. vt lit. non cōte.
7 l. qui bona. §. ij. de damn. infecto.
8 d. l. hæc autem.
9 l. ſi idem. in fine. de iuriſ. omn. iud.
10 l. in omnibus. de iudi. l. ſi fideiuſſor. in fi. qui ſat. co.
11 l. ſi quis domum. in fi. loca. l. hæres meus. in fi. de cō dit. & dem.
12 d. §. ſi feriæ. l. iij. §. j. de alie. iud. mut.
13 l. fin. §. ſin autem auaritia. C. com. de leg.
14 l. ſi à colono. ſ. eod.
15 l. ſciendum. in fi. qui ſatiſd. cog.
16 Bar. l. ex diuerſo. §. fi. ſol. mat.
17 l. ſi verò. §. qui pro rei. qui ſat. cog.
18 Bal. l. ſi fundū. C. de furt.
19 l. vnicuique. C. de prox. ſac. ſcri. lib. xij.
20 l. fundi. de act. empt. in fine.
21 gl. l. cùm poſt. §. gener. ſ. de iure dot.
22 l. hic. & l. qui res. §. areā. de ſolut.
23 l. quid tum. §. nauis. quibus mod. vſusfr. amit.
24 l. quod in rerum. in fin. de leg. j.
25 l. lana. in fi. de leg. j.
26 l. ſed Iul. §. proinde. ad Maced.
27 l. qui vſumfructum. de vſufr. l. repeti. quibus mod. vſusfr. amit.
28 d. l. quod in rerū. in fi.
29 l. proponebatur. de iud. l. ſi ita. §. finali. de leg. j. d. l. quid tum. verſ. planè.
30 ar. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. de ſer. vrb. præd.
31 l. granaria. in fin. de act. empt.
32 d. l. quod in rerum. d. l. quid tum.
33 d. l. qui vſumfructum. de vſufru. l. repeti. l. quid tum. ſ. quib. mod. vſusfr. amit.
34 d. l. qui vſumfructum.
35 d. l. quid tum. d. l. ſi ita. ſ. fin. d. l. repeti.



& ſi iiſdem cæmentis citra magnam mutationem domus reſtitui poſſet, eadem eſſet, vt
in domibus ligneis, vel tophaceis facilè poteſt contingere. quod ſanè quam à Pauli men-
te alienū eſt. Quid ergo arbitrabimur? & ſciendum, quod ad iura perſonalia adtinet, quo-
ties mutatione in aliam ſpeciem fit tranſitus, quamuis ad priorem formam res deinde
reducatur, non tamen eandem cenſeri[1]: media enim ſpecies effecit, vt prima nomen a-
mitteret, in perpetuúmque cenſeretur extincta. vnde, deſtructa domo, cùm ſola area
ſuperſit, ea ceu noua ſpecies impedit, ne, reſtitutis ædibus, eadem domus videri poſsit[2]. at
in naui tabulæ diſſolutæ in aliquam ſpeciem non tranſeunt, ſed ſolùm materiæ nomen
27 ſeruant, quæ ad primam formam facilè applicatur. qua † tamen in re diſtingui poteſt,
vt ſi materia in quam res conflata eſt, ſub nomine illius rei compræhendi poſsit, ea-
dem res adhuc videatur[3]: ſi verò non poſsit, ſecùs eſt. vnde, ſcyphis in maſſam redactis,
qui deinde ex ea reficiuntur, non iidem ſcyphi exiſtimantur[4], nec enim maſſa appella-
tione ſcyphi compræhendi poteſt: cùm tamen appellatione auri compræhendatur[5]: ſic
nauis diſſolutæ tabulæ omnes nauis dici propter deſtinationem patrisfamiliàs poſſunt.
Nec dubitandum eſt, quin area principalis ex ſe ſpecies ſit, adeò, vt nec per domus im-
poſitionem videatur mutari[6]. Quinimo ipſa ad ſe ædificium trahit[7]. ſi tamen ædificium
ab extraneo impoſitum ſit, ſecùs eſt[8]. & quia ædificium propter legem duodecim Tabula-
rum deſtrui non poteſt, æſtimatio areæ duntaxat præſtabitur[9], non ipſa area, quod alibi
Doctores adtingunt. legato quoque areæ vſufructu, ſi domus deinde ſit impoſita extin-
guitur vſusfructus[10], quoniam mutari, quod ad vſumfructum adtinet, ſpecies videtur. Et
hæc quidem in iuribus perſonalibus vera ſunt. Quid ergo ſi de iure in rem agatur? & cùm
res ſit adfecta, nunquam tale ius huiuſmodi mutatione extinguitur, ſiue de iure pignoris
loquamur[11], ſiue de ſeruitute prædiali[12]: quod & in legato maſſæ receptum eſt: quia de
re alibi[13].

1 l. Seia. de auro, & arg.
2 ar. d. l. repeti. verſ. ſi areæ.
3 l. item §. vxori. de leg. iij
4 d. l. qui vſumfructum. d. l. quid tum. verſ. ſi maſſæ.
5 d. §. vxori.
6 d. §. aream.
7 l. ſi areæ. de lega. ij. l. ſeruum filij. §. ſi areæ. de leg. j.
8 l. ſi chorus. §. pe. de leg. iij.
9 d. §. aream.
10 d. l. repeti. verſ. ſi areæ.
11 l. Paulus. §. domus. de pignorat.
12 l. ſeruitutes. §. ſi ſublatū. de ſer. vrb. præd.
13 d. l. ſeruum. filij. §. ſi Proculo.

SVMMAE.

2 *Lucratiua in caſibus concurrere.* 4. 3 *Agi ex cauſa ante conditionem.*

I. §. SI REM. Duæ cauſæ lucratiuæ * non poſſunt circa eandē rem concurrere[14]. Ex-
1 cipitur ſi altera † reuocabilis ſit, vt qui a ſtipulator alteri eam reſtituere vel pure, vel ſub
2 conditione teneatur: non enim acquiſitum videtur, quod auferri poteſt[15]. Sed nunquid
ante euentum conditionis, ſub qua res legatario in caſu legis noſtræ reſtituenda eſt, agi
ab hærede ſtipulatore aduerſus promiſſorem poterit? & receptum eſt, non poſſe: quia lex
ait, exiſtente conditione duntaxat, agi[16]. & ita, reprobata Accurſij ſententia, cæteri tra-
diderunt, quos & ego tunc ſequor, cùm ex ſtipulatu agitur, quæ ſtricti iuris actio eſt[17]. at
3 in † contractibus bonæ fidei, nō videtur ſoluiſſe, qui ita ſoluit, vt res auferri poſsit[18]. quod
& in actione ex teſtamento, quæ naturam bonæ fidei imitatur dicendum eſt[19]. & ideo ve-
riùs eſt confeſtim agi poſſe. lex enim hoc caſu, agam (inquit) ex teſtamento: quia domi-
nium diſceſſurum eſt à me[20]. quod participium futuri temporis indicat, antè quàm diſce-
dat, id eſt, conditio eueniat, agi. ſicque hoc caſu defendi poſſe Accurſium arbitror, tam-
etſi non ea fuerit eius mens, qui pro ſententia ſua exemplum adducit, cùm quis hominem
in genere debet[21]. at noſtra quæſtio in re procedit, quæ in ſpecie debetur. generaliter ta-
men defendi quoque Accurſius poteſt, ſi intelligamus confeſtim agi poſſe, non ad rem, ſed
ad factum, vt, ſcilicet, ſibi caueatur à ſtipulatore in caſum quo conditio eueniat[22]. quod
Raphaël, Beſutius, Iaſon docuerunt. Addit Iacob. Bartol. & quidam alij confeſtim in id quo
II. que agi poſſe, vt id ſuppleatur quod minùs res propter dubium euictionis valet[23]. Sanè
excipitur & ille caſus, cùm is, cui ex ſtipulatione donationis cauſa interpoſita debetur,
& alia lucratiua cauſa nudam poſſeſsionem nactus eſt: non enim impedietur ex ſtipulatu
agere, quoniam lex noſtra, *Si rem* (inquit) *nactus fuero*. quæ verba vt Paulus Caſtrenſis &
Iaſon cenſent, videtur ad plenariam acquiſitionem referri. Dixerit aliquis, duæ cauſæ lu-
cratiuæ non concurrunt, quia qui ſemel ex vna dominus eſt, iterum fieri dominus non po
teſt[24]: at cui ex legato debetur, quamuis poſſeſsione nondum tradita, tamen dominus
eſt[25]: ergo ex alia cauſa fieri ampliùs non poteſt. Sed reſponde, id dominium quod ſola le-
gis auctoritate abſque naturali appræhenſione transfertur, reuocabile cenſeri[26], & ideo
III. non impedire, quin ex alia cauſa agi poſsit. Rurſus excipitur, cùm quis † ex cauſa qui-
4 dem hæreditatis dominus eſt, ſed hæreditas ſoluendo non eſt: non enim videtur lucrum
facere, cùm quis damnoſam hæreditatem adit[27]. quod Din. Alberic. Alex. cæteri cenſue-
runt. quæ ſententia iure veteri certiſsima eſt, quo iure hæres inſolidum creditoribus tene-
5 batur, etiam cùm hæreditas ſoluendo nō erat[28]. Sed cùm hodie poſsit quis beneficio * in-
uentarij hæres eſſe[29], videtur quòd impediri non debeat creditor: quin ex alia cauſa petat,
ſi ex inſpectione inuentarij appareat tantùm in ære alieno quantùm in hæreditario eſſe,

14 l. omnes. ſ. tit. j.
15 l. non videtur. de ac. poſ.
16 l. non quocunque. verſ. nam & ſi. de leg. j.
17 l. ſi ita ſtipulatus. §. j. ſ. e.
18 l. iij. §. ſi reddita. cōmo.
19 l. iij. C. in quib. cau. reſt.
20 d. l. non quocunque. in principio.
21 l. cùm quis. §. hominem. de ſolut.
22 l. Iulianus. in fine. ſ. eod. ar. l. ſi domus. §. de euictione. C. de leg. j.
23 l. j. §. ſi hæres. ad Treb. l. idem. in fine. fam. erciſ. l. ſi ſeruus. in prin. de cōd. fu.
24 l. ſi ſeruus legatus. §. Stichum. de leg. j.
25 l. à Titio. de furt.
26 l. ei qui. de cond. inſt.
27 d. §. Stichum. l. ſi hæreditas. §. j. mand.
28 l. quæ dotis. ſol. mat.
29 l. fin. C. de iure delib.

non enim tali caſu quicquam lucri ex aditione hæres faceret. ſed quid ſi hæc hæreditas pa-
terna eſſet? & videretur propriè lucratiuam non eſſe [1], hæreditas * enim parentum quaſi 6
debita liberis eſt [2]. ſed tamen Alex. hîc & cæteri contrarium ſentiunt, & quod ad hanc re-
gulam duarum cauſarum adtinet, pro lucratiuo titulo eſſe exiſtimant. non enim verba le-
gis noſtræ anguſtanda ſunt. qua de re ego alibi [3]. conſtat enim etiam in cauſis quaſi lucra-
tiuis eſſe huic regulæ locum [4].

1 argu. l. j. C. de impon. luc. lib. x.
2 l. j. §. ſi impuberi. de col. bon. glo. l. iij. C. de iur. & fa. ignor. melius in l. cũ ratio. de bon. dam.
3 l. in ſuis. de lib. & poſt.
4 glo. l. apud. §. auctoris. de excep. dol.

S V M M AE.

1 ☞ *Stipulari meum, niſi mortuum nequeo.* 2 *§. Stichum. ſenſus.*

§. STICHVM QVI DECESSIT. Suprà vidimus quamuis dominus con-
dicere rem ſuam à fure poſsit [5], non tamen † eam ſibi dari ſtipulari poſſe [6]. Quid ergo, ſi 1
ea, putà Stichus ſeruus furtiuus perierit? & hîc dicitur valere ſtipulationem: quod durum
videtur, vt mortui promiſsio valeat: cùm viui non valeret [7]. Accurſius hoc (vt opinor)
perpendens ſtipulationem non dandi, ſed tradendi hîc conceptam interpretatur. quæ ſen-
tentia non eſt recepta. lex enim † de eo loquitur, qui Stichum eſt ſtipulatus: quo caſu dari 2
ſtipulatus intelligitur, non tradi [8]: cùm aliud ſit Stichus, aliud ſtichi poſſeſsio, quod ſuprà
declaraui [9]. Reſpondendum ergo eſt viui ſtichi ſtipulationem non valere: quia ſtipulato-
ris eſt: at nemo rem ſuam ſibi dari ſtipulari poteſt, quæ ratio ceſſat cùm eſt mortuus, nec
enim ampliùs in dominio cuiuſquam eſt. vnde & elegans illud ex Græco epitaphium.

*Mancipium ingenuæ mentis ſed corpore ſeruum*
*Mortis ope, hic iuris zoſima facta ſui eſt.*

Adnotandum ergo eſt legem, quæ in odium furis fingit ſeruum mortuum * extare, non ta- 3
men prorſus cum ſua qualitate id fingere. ſi viueret enim, in ſtipulationem deduci ſpecia-
liter non poſſet: & tamen mortuus poteſt: cuius rei rationem ſuprà loco ſuo adtigi [10]. Rur-
ſus adnotandum eſt, eum, qui in mora ſit, æquiparari furi. vterque * enim periculo interi- 4
tus ſubiicitur. improbior tamen fruſtratore fur eſt [11], cùm furtum arguat dolum, mora cul
pam [12], plúſq; delinquat, qui facinus patrando peccat, quã qui detrectando. qua de re alibi.

5 §. ſic itaque. inſt. de act.
6 l. ſcire. §. fin. ſ. eod.
7 l. ſi homo. ſ. eod.
8 l. ſi ita diſtractum. §. j. de cont. emp.
9 l. ſi rem tradi. ſ. eod.
10 d. l. ſcire. §. fin.
11 l. meritò. de vi & vi arm.
12 l. ſi mora. vbi gl. ſol. ma.

S V M M AE.

1 ☞ *Promiſſio rei cum ſua cauſa accipienda.*

§. SI QVIS ANCILLAM. Qui † promittit aliquem ſiſtere, in eadem cauſa 1
ſiſtere debet [13]. vnde dubitatur, quid ſi ancillam, partu edito, ſiſtat? & cùm partus, ceu fru-
ctus quidam ſit [14], ſicut qui fundum * dari ſtipulatur, de fructibus intellexiſſe non videtur, 2
vt ſuprà vidimus [15]: ita & qui ancillam ſiſti ſtipulatus eſt, nihil creditur de partu ſenſiſſe:
erat enim tum pars viſcerum maternorum [16]. vnde & ancilla vendita ſi * partus euinca- 3
tur, non agitur duplæ [17]. & licet ancilla prægnans propter ſpem prolis pretioſior videatur,
tamen ea ſpes contrario abortionis periculo eleuatur. quod alibi declaraui [18].

13 l. j. ſi ex nox. ca. agat.
14 l. iiij. de vſur.
15 l. ſi filius. §. j. ſ. eod.
16 l. ſi aliena. in fi. de vſuca.
17 l. ſi prægnans. de euict.
18 l. nõ eſt pupillus. de verbo. ſignifi.

S V M M AE.

1 ☞ *Intereſſe facto ſuccedere.*
2 *Morã purgat non faciens. 4. cepto iudicio contrà. 5.*
6 *L. Si inſulam. ſenſus. 9. 14.*
7 *Mora ex cauſis etiam ante li. cont. impurgabilis. 12. 15. 16. 17. 18. 19. 26. 28. 29. 30. 31.*
13 *Moram ob detrimentum, diemq; non dilui.*
20 *Moram ob executionem non purgari. 21. 22. ex cauſis diuerſum. 23. 24. 25.*
27 *Mora in delictis in caſibus diluitur.*
32 *Moram lite cont. ex cauſis purgari. 33.*

LEX LXXXIIII.

SI INSVLAM. Qui inſulã ædificare, vel huiuſmodi quicquam fa-
cere † promittit, cenſetur iuris interpretatione ſi id factum non ſit, pecu- 1
niam, quãti intereſt promittere, & ideo lex ait hanc in ſtipulationem id,
quod intereſt, venire [19]. Vbi ergo promiſſor in mora eſt, ſtatim æſtimatio
debetur. vnde ſtipulator agens non factum, ſed æſtimationem petit. lex
enim iuxta æſtimationem facti dandam eſſe petitionẽ inquit [20]. Tradit
tamen hîc Paulus vſq; ad litis conteſtationem poſſe † eum purgare moram, & facientem, 2
quod promiſit, liberari. cùm enim lex in fauorem promiſſoris induxerit, vt præcisè nõ te-
neatur, ſed eius, quod intereſt, ſolutione liberetur, noluit hanc facultatem perpetuam eſſe:
ne creditori eſſet oneroſa: ideóque ad litis vſque conteſtationem eam arctauit: quia cùm
petitio ſuper æſtimatione fiat, & de ea conteſtatio inducatur, nõ debuit poſt iudicium ac-
ceptum fieri durior actoris cauſa [21], an quia non debet promiſſori hoc indulgeri: propter
eius pertinaciam, qui litigare maluit [22]? addit Bar. in duplicis moræ odiũ hoc induci: prio-
ris, quæ tacita die contrahitur [23]: poſterioris, quam quis facit litem conteſtando. iteratio
enim

19 l. ſi pœnam. ſ. eo. l. ſi quis ſtipulatus. in fi. ſ. eod.
20 l. ſtipulationes non diuiduntur. verſ. Celſus. ſ. eo.
21 l. non ſolet. de reg. iur.
22 l. nemo. §. fi. ſ. eod.
23 l. ſi ſtipulatus eſſem abs te. ſ. eod.



enim moræ hoc operatur, ſicut & pleraque alia [1], quod Bal. Ang. Iaſ. cenſuerunt. Sed Raph.
Paul. Alex. rectiùs hanc vim iterationi non tribuunt: nulla enim lege probatur hanc itera-
tæ moræ eſſe vltionem, ſed ſimpliciter litis conteſtationi hoc concedunt [2], nec dubium eſt
2 poſſe litis conteſtationi locum eſſe, quãuis nulla præceſſerit mora: cùm * denuntiatio ipſa
quæ per libellum fit, vim interpellationis ad inducendam moram non habeat [3], quam ſen-
tentiam & ego ſequor: quoniam conteſtatione litis obligatur reus inſtantiæ [4], à qua libe-
rari non poteſt, niſi id ſoluat, quod petitum eſt [5]. dixi autem ſuprà æſtimationem ipſam pe-
I. ti. Variare igitur ampliùs promiſſor non poteſt [6]. Hincque infertur aliud eſſe, ſi factum
ipſum, non autem æſtimatio petita eſſet, quod Pet. Iac. Bar. cæteríque exiſtimarunt [7], licet
hæc ſententia non parum legem noſtram reſtringat: & fortè verius eſt, etiam ſi factum ſit
3 petitum † non tamen purgari moram poſt litis conteſtationem poſſe. Lex enim generali-
ter loquitur [8]. Nec obſtat, quòd cùm offerat id quod petitur, debeat reus abſolui [9]. reſpon-
deo non cenſeri ſatisfacere, cùm lex id factum in obligationem pecuniæ vertat. vnde ad-
huc tali caſu ſententia ſuper facto non dicitur, ſed ſuper litis æſtimatione [10], qua de re ſu-
II. prà quoque tractaui [11]. Rurſus * infertur, ſi promiſſor litem conteſtari nolit, quia debi-
4 tum fateatur, offerátque ſe velle facere, adhuc audiẽdum eſſe, nec moræ purgationem im-
pediri [12]: non enim purgatio hæc impeditur, niſi lite iam conteſtata: & licet cogi quando-
que reus ad conteſtandum poſsit [13], tamẽ hoc caſu non debuit, ſi offerat ſe facturum, quod
5 intelligunt Raph. Paul. tandem & Alex. etiam ſi obligatio * nudis verbis fiat. ea enim ſuffi
6 cit, quoties negat creditor ſe rem habere velle [14]. quod † ergo lex inquit, *Facientem liberari*.
intelligendum eſt, vel facturum ſe offerentem, cùm hæc oblatio eum excuſet, niſi tamẽ fru
ſtrandi cauſa hoc faceret, ne, ſcilicet, litem cõteſtaretur: putarim enim tunc iudicium pro
accepto haberi, & purgationem impediri [15]. Adnotant ergo Doc. hîc regulam generalem,
vt ante litis conteſtationem licita ſit, purgatio moræ, quã tamen aiunt perpetuam non eſſe,
excipiuntúrque duodecim caſus, quos partim opponendo, partim quærendo hîc expli-
I. cant [16]. Et in primis non poſſe purgari † nec quidem ante conteſtationem aiunt, quoties
7 ſtipulator propter hanc moram damnum aliquod iam feciſſet, probabilitérque intereſſe
ſua allegaret, ne purgatio hæc permitteretur [17]. quod non in reo tantùm, ſed in actore quo-
que procedit, vt nec illi in rei præiudicium concedatur purgatio [18]. nec enim tunc æquitas,
8 quæ ſola huius purgationis cardo eſt, id patitur [19], legaléque hoc purgationis * beneficium
abſque alterius damno intelligi debet [20]. quæ ſententia maximè obſeruanda eſſet, quoties
res in priſtinum ſtatum reponi non poſſet [21], vnde donatarius, qui propter alimenta dona-
tori non præſtita, pœnam priuationis ſubiit [22], moram purgare non poterit: cùm fortè do-
nator fame interim laborauerit, & ideo rem purgatio in priſtinum ſtatum reponere non
poſsit, quod ex facto Bald. reſpondit [23]. ſed tamen, licet omnes ita ſentiant, ego vereor, ne
9 non ſat vera hæc ſint: violatur enim euidenter lex noſtra, quæ indiſtinctè hanc † purgatio-
nem ante conteſtationem permittit: vnde ego crediderim in obligationibus dandi, quæ
præcisè ſunt, ſuprà ſcripta procedere [24]. Idémq; in obligationibus faciẽdi, quibus dies ex-
preſsim addita eſt [25]. Fortius enim reum huiuſmodi dies obligat, quæ præuideri potuit [26].
at quoties dies tacitè ineſt, aliud eſſet: cùm enim in hac obligatione in id, quod intereſt,
fiat condemnatio, humaniùs hæc legis diſpoſitio, præter contrahentium mentem, introdu
cta, debuit accipi, vt non priùs efficaciter obliget quàm lis ſit conteſtata. liceátque interim
quod fieri promiſſum eſt facere, nec debet actor conqueri, qui præuidere potuit, id promiſ-
10 ſori licere: * qua ratione etiam videmus rei æſtimationẽ in obligationibus facti non priùs
iniri, quàm à litis conteſtatæ tempore: quia tum demum & nouiſsimè ſolui potuit [27]: nec
(vt ego arbitror) audiretur ſtipulator, qui æſtimationẽ augeri à die moræ vellet, quod ali-
bi aduerſus cæteros diſputaui [28]. Et hinc infertur, ſi tibi inſulã ædificare in fundo tuo Sem-
proniano promiſerim, & cùm in mora eſſem, eum fundum tu vendideris, nõ quidem me li
11 berari [29]. Perpetuat enim * mora obligationẽ, ſed tamen ante litis cõteſtationem moram
purgari poſſe, ſi offeram per me non ſtare, quominùs in eo fundo ædificem: non enim facto
tuo, id eſt, alienatione à te facta, debuit ius purgationis moræ mihi auferri, quod lex vſq;
ad conteſtationem concedit [30]. Bart. tamen aliter cenſuit: quia ius ſtipulatoris factum eſt
deterius: vnde purgatio moræ non videtur admittenda. quæ ſentẽtia defendi poteſt, ſi dies
eſſet adiecta [31], vt ſuprà docui, idémque ſi pœna, quod Din. Alb. Angel. alibi tradiderunt [32].
II. Addunt Doct. nec † tunc purgari moram poſſe, cùm lõgum iam tempus elapſum eſſet,
12 nec lis adhuc fuiſſet conteſtata. debet enim purgatio hæc moræ intra modicũ tempus fieri,
I. quod arbitrio iudicis conſtituendum relinquitur. quæ ſententia in actore certa eſt [33]. Is
13 enim † litis conteſtationem expectare non debet, quæ eius conditionem efficere deteric-
II. rem non ſolet [34]. Certiórque eſt, cùm mora non negligendo, ſed faciendo committitur.
III. odioſior [35] enim hæc eſt [36]. Sed & in reo defendi poteſt, cùm obligatio diem habet ex-
IIII. preſſum [37]. Idémque ſi donationem tantùm continet [38]. diémue certum legis diſpoſitic-
ne præſi

1 arg. l. traiectitiæ. ſ. tit. j.
2 l. ſed ſi alia. de conſt. pec. l. ſi cùm dies. in fi. de arb.
3 l. denuntiaſſe. §. quid ergo. j. de adul. vbi Bart.
4 l. iij. §. idem ſcribit. de pecul.
5 §. fi. Inſt. de per. & tẽp. ac.
6 argu. l. ſi Titius. ſ. eod. l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum. j. eod.
7 Bart. j. oppo.
8 d. l. ſed ſi alia.
9 d. §. fi. Inſt. de perp. & tẽp.
10 l. cùm ſtipulatus. §. cùm venderet. j. eod.
11 d. l. interdum. §. fi.
12 arg. l. cùm reus. de proc.
13 l. inter. §. j. j. eo. vbi Alexand. & Iaſ. Alex. l. ſi finita. §. Iulianus. de dam. infe.
14 l. qui Romæ. in prin. j. e.
15 l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. in fi. ſ. ſi quis caut. vbi Bald. & Alex.
16 dixi in l. ſi pacto. C. de pactis.
17 l. ſi cùm dies. §. fin. l. ſeq. de arb.
18 l. ſi ita quis. §. Seia. j. eo.
19 l. ſi ſeruum. §. ſequitur. j. eod.
20 l. impuberi. de adm. tu.
21 Bal. c. j. quo temp. mil.
22 l. j. C. de donat. quæ ſub mod. l. fi. C. de reuoc. donat.
23 Bal. cõſ. ccl. ſi tibi. in iij.
24 d. l. ſi cùm dies. in fin.
25 l. & ſi poſt tres. ſi quis caut.
26 d. l. magnam. C. eo. l. ad diem. ſ. eod.
27 l. ſi calendis. ſ. de re iud. l. iij. §. in hac. commod.
28 in l. vinum. ſi cert. pet.
29 l. ſi ſub vna. §. fi. j. eod. l. ex conuentione. C. de pact. vbi dixi.
30 l. ius noſtrum. de regu. iuris.
31 d. l. & ſi poſt tres.
32 l. non ſolùm. §. morte. de op. no. nunt. vbi Iaſ. v. not.
33 d. §. Seia.
34 l. non ſolet. de reg. iur.
35 l. ſi in lege. §. colonus. lo.
36 glo. l. ſi mora. ſolu. mat.
37 d. l. & ſi poſt tres.
38 d. l. l. ſi cùm dies. in fi.

ne præfixum habeat[1]. Quòd ſi de obligatione faciendi agatur, quæ tacitam duntaxat v.
diem habeat, & quidem incertam, arbitrióque iudicis ex qualitate rei decernendam, qua-
lis in legis noſtræ caſu eſt[2]. tunc ſecùs eſſet vt rectè Ang. cenſuit, & recentiores ferè omnes
ſequuntur: ne, ſcilicet, ſimplicia † legis noſtræ verba nimium reſtringantur[3], ſi procedere 14
ea intelligamus hoc ſolùm caſu, quo litis conteſtatio breui tempore ſubſequuta ſit, quic-
quid hac in re commentatus ſit Bart. Hoc enim ſucceſsiui facti naturæ tribuitur, vt quan-
docunque, dummodò ante litis conteſtationem adimpleri poſsit. Sed nunquid ſupraſcri
ptis caſibus, ſi iudex malè arbitretur longúmque tempus pro breui habeat, vel contrà, ap-
pellari poſsit. & non eſt dubitandum poſſe[4]: non videri autem longum tempus id quod iu
dicatis datur ex facto Dec. reſpondit[5]. Adiicitur & ille caſus † cùm dies, & pœna obliga III.
tioni apponuntur: tunc enim poſt diem, nullam eſſe moræ purgationem receptiſsimum 15
eſt[6] quam quæſtionem diffuſiſsimè à me ſupra tractatam repetendam hîc non duxi[7] ſicut
nec impertinenter illum articulum adtingendum, an, & quādo mitiùs cum lege quàm cum
homine agatur, quem commodius alibi explicandum reſeruo[8]. Cæterùm † & quoties IIII.
obligatio eſſet nouata indubitati iuris eſt fruſtrà de purgatione agi: nouatio enim eam 16
iam extinxit[9]. vnde nulla purgatione ſuſcitari poteſt. quòd ſi non omnino nouata ſit, ſe-
cùs eſt[10]. potuit enim mora vſque ad litis conteſtationem purgari[11]. Sed quomodo diſcer-
nemus, an nouatio fiat? & quot capita tot ſentētiæ[12]. Ad hęc pertinet, & ille caſus † cum V.
pacto contrahentium id actum eſt, vt pœna ſimul cum principali peti poſsit, cenſuit enim 17
Petrus moræ purgationem tunc non permitti[13]. quę ſententia proculdubio vera eſt, ſi alia
ratione, quàm clauſulę rati manētis pacti prohibitio moræ inducatur, vt quia dies adſit, &
pœna[14], aliàs res ſatis ambigua eſt. Bart. enim[15] quem cæteri ſequuntur contrarium deci-
dit, ſed tribus rationibus ſatis à propoſito alienis[16] & quibus recentiores omnes reſpon-
dent. Ego tamen eiuſdem ſententiæ ſum[17]: quia clauſula rati manentis pacti, nihil de pœ-
na loquitur, ſed de principali ipſo quod agitur, vt nihilominùs ſeruetur[18]. Igitur pœna ſe-
cundum regulas communes committetur, vt tamen purgationi moræ ſit locus: nec enim
mens contrahentium ea fine talem clauſulā adiecit, vt purgationem impediret. Quid VI.
ergo ſi partes † expreſsim renuntiarint huic beneficio purgationis moræ? & conſtat vale- 18
re talem renuntiationem nec tunc legi noſtræ locum eſſe[19]: Nam & videmus prohibitio-
ne legis talem purgationem quandoque impediri[20]. ergo & prohibitione partium impe-
diri poterit[21]. Sed nunquid ſi partes dixerint, non ſoluto homine pœna debeatur, talibus
verbis videbitur purgationi renuntiatum? & Alexan. cenſuit non videri[22]. Oportet igitur
hanc renuntiationem verbis fieri, id expreſsim ſignificantibus, vt ſi in caſum moræ debi-
tor certam pecuniam promittat: tunc enim non admitteretur purgatio, niſi priùs perſolu-
ta illa pecunia. quod Ang. Imo. Alex. cæteri tradiderunt[23]. Addit tamen Socin. ſi verè non
intereſit, non tamen hanc pecuniam exigi poſſe[24], cui ego non facilè aſſentiar, cùm in pœ-
nis regulariter ad id, quod intereſt, non adtendamus[25]. Sed nunquid adiectione iuramenti
videantur partes purgationem moræ impediſſe? & alibi diſputaui non videri: hîc non re-
peto[26]. Hinc quoque conſequens eſt, † vt quoties exequutio à parte ipſa facta eſt, non VII.
ſit huic purgationi locus, quod hîc Bar. tradit. vnde ſi quis ignorans ſibi purgationis bene- 19
ficium competere, pœnam nihilominùs ſoluerit, ampliùs non repetet[27]. quod Docto. aliis
quoq; rationibus oſtendunt, & mihi placet. Sed † quid in teſtamētis dicemus, cùm exe- I.
quutio à teſtatore facta eſt? & multò fortiùs impediri purgationem credendum eſt[28], vn- 20
de ſi teſtator dixerit, *Vxori meæ penum hæres dato, ſi non dederit fundum talem dato.* non videtur li
tis conteſtatio expectanda: quia dominium fundi ſtatim, cùm mora facta eſt, in vxorem
tranſiit[29]: licet ſecùs eſſet, ſi non certa ſpecies, ſed quantitas, putà decem relicta in eum ca-
ſum eſſent[30]. nec enim dominium quantitatis confeſtim à teſtatore in legatarium tranſit.
ídque Bald. Salic. Alex. Iaſ. docuerunt. Quid † rurſus, cùm exequutio à lege facta eſt? & II.
tali caſu conſtat etiam faciliùs impediri purgationem moræ[31], quod innumeris exemplis 21
demonſtrari poſſet[32], qua ratione, & quoties propter moram reſoluitur contractus, purga-
tio impeditur[33]: cuius rei in legis commiſſoriæ pacto exemplum eſt[34], ſiue quia propter
vim conditionis id actum videtur, vt ſuprà dixi, ſiue quia ſtatim fit huius rei à lege exequu-
tio. Sed quid ſi lex exequutionem nō faciat, niſi priùs parte voluntatem ſuam declaran- III.
te? vt † in emphyteuta qui non cadit, niſi volente domino[35]: & receptum eſt idem eſſe, & 22
poſt declarationem ampliùs moram purgari non poſſe[36]: vnde ſi hæres monitus intra an-
num ſit negligens, nec teſtatoris iuſſum exequatur, non poterit ampliùs purgare moram
inuitis[37], ſcilicet, iis, quibus ius ipſum deuoluitur[38]. Et ſupraſcripta † quidē vera ſunt, I.
cùm lex ſimpliciter exequutionem facit: ſed ſi conditionaliter, ſeu reuocabiliter, ſecùs eſt, 23
vt quia iubeat aliquem à iure ſuo cadere: niſi celeri ſatisfactione morā diluerit[39]. Quod II.
& ex natura actus quandoque iudicamus, vt in excōmunicatione. ſolet enim hæc eſſe me-
dicinalis[40]. Vnde quod ad effectum impetrādæ abſolutionis adtinet, licita in ea eſt moræ
purgatio.

1 c. potuit. in verbo, celeri. de loca.
2 l. continuus. §. item qui inſulam. j. eod.
3 d. l. ſed ſi alia.
4 c. ſuper iis. de accuſat. in glo. verb. arbitrium. Felin. c. exceptionem. de excep.
5 Dec. conſ. cxxxviij.
6 d. l. magnam. d. l. traiectitiæ.
7 d. l. interdum. §. fi.
8 l. inſulam. j. eod.
9 l. j. de noua. Alexand. hîc. verſ. v.
10 l. obligationum ferè. §. fin. ſ. tit. i.
11 l. j. ſ. de pen. leg.
12 l. ita ſtipulatus. in fi. j. e. vbi Bart.
13 arg. d. l. traiectitiæ. & gl. in l. cùm ſtipulatus ſim. j. e.
14 l. Lucius. de act. emp. d. l. traiectitiæ.
15 Bart. quæſt. ij.
16 l. iij. §. & generaliter. de eo quod cer. lo. pet. d. l. ſi cū dies. in fi. & l. ſi quis à ſocio. pro ſocio.
17 arg. l. qui Romæ. §. Flauius. j. eo. vbi Raph. vlt. not.
18 l. qui fidem. ſ. de tranſa.
19 l. penu. C. de pac. l. ſancimus. verſic. niſi pacti. C. de fideiuſſ.
20 auth. qui ſemel. C. quomo. & quand.
21 l. non impoſsibile. de pactis.
22 d. l. ita ſtipulatus. in fin. Alex. hîc. ij. principali lim.
23 in j. oppo. Bar.
24 Socin. conſ. ccliij.
25 l. ij. §. fi. vbi Bar. ſ. eod.
26 l. ſi quis maior. C. de trāſact. verbo mox commoda. Alex. conſ. cv. in iij. Decius conſ. cxxxviij.
27 l. qui ob rem. de condi. indeb.
28 l. ſi is, cui. de leg. ij. Alexand. cōſ. xiiij. & lvij. in l. ij.
29 l. apud. de opt. leg.
30 d. l. j. de pen. leg.
31 l. fi. §. ſed & ſi quis. C. cō. de leg. l. j. §. quibus. de ſucceſ. edic. Alex. in viij. fallen.
32 gl. c. mora. de regul. iur. in vj.
33 l. ſi quis arbitratu. j. reſpon. ſ. eod.
34 l. commiſſoriæ. C. de pactis int. empt. Alex. verſ. xvj.
35 l. j. ſi ager vectigal. vbi Bartolus.
36 Decius conſ. clx. in fi.
37 auth. hoc ampliùs. C. de fideicom.
38 c. licet. de ſup. neg. præl. Gemi. conſ. xxiij.
39 d. c. potuit. l. hoc edicto. de publ.
40 c. j. de ſent. excō. in vj.



III. purgatio[1]. quod Bal. & Imo. tradiderunt. Idem quoque videtur recipiendum, cùm lex
exequutionem reſpectu actionis perſonalis facit, non enim eam citra purgationis ſpem
transfert[2], licet ſecùs in iure dominij ſit[3]: fortiùs enim tunc lex figit pedem, quia ſecun-
IIII. dum expreſſam teſtatoris voluntatem, illud transfert. Sed & quoties mora ſolius † mo-
24 ratoris damnū reſpicit, nullúmque debitori cuius fauore terminus ſtatutus eſt, fit incom-
modum veriſimile eſt non impediri purgationem nec exequutionem irreuocabiliter à le-
ge fieri[4]: & ideo ſi mihi ſtatuatur terminus productionis inſtrumentorum cauſa, etiam la-
pſo tempore producere potero, dum res ſit integra, quod latiùs hîc Alex. & alibi Felin. tra-
V. ctant[5]. Nam & quoties declaratione iudicis opus eſt, † nō videtur priùs fieri à lege exe-
25 quutio, ſícque nec purgatio moræ impediri. Vnde qui aut poſitionibus non reſponderit,
aut de calumnia iurare noluerit, purgare poterit moram: quia pro confeſſo priùs non ha-
VIII. betur, quàm declaratoria iudicis ſentētia id fuerit pronuntiatum[6]. Sanè & tunc † exe-
26 quutio à lege fieri videtur, cùm quis non ſimpliciter negligendo, ſed delinquendo moram
facit. vnde tali caſu nulla eſt eius moræ dilatio[7]. quod Bar. hîc oſtendit[8]. cōſummato enim
delicto, ſuccedit legis illud vlciſcentis exequutio, quæ actionem eo nomine concedit[9]. &
I. ideo ſemper grauior cenſetur hæc mora, quæ patrando cōmittitur[10]. Vnde † apparet, ſi
27 ſimpliciter negligendo peccatum ſit, ſecùs eſſe[11]. Sicut & quando delictum conſumma-
II. tum, ſeu perfectū non eſt, nam & tunc licita eſt pœnitentia, quod ſolet in facto eſſe tractum
III. ſucceſsiuum habente: non enim tali caſu confeſtim conſummatur delictum[12]. Idémq;
dicendū, cùm de ſpeciali aliquo, certíque nominis crimine non agitur, ſed ſimpliciter pro-
hibitio legis ea dūtaxat ratione fit: quia nolit id quod partis intereſt auferri, vt in alienāte
rem litigioſam[13]. purgata enim mora, ampliùs partis non intereſt: meritò ea purgatio im-
IIII. pediri non debet[14]. Vnde generaliter dici poteſt, quando ratio prohibitiua ceſſaret, nec
de pœna delicti ageretur, ſemper concedendā eſſe hanc purgationem[15], vt ſi ex lege Mu-
nicipij agnatus rem venditam intra annum luere poſsit[16], liceat venditori factū id pur-
gare. ratio enim legis fuit, vt bona in familia remanerent, cui locus eſt ipſo venditore re-
V. trò emente[17]. Sed & cùm exequutio à lege non, niſi expectato partis conſenſu, fit, antè,
quàm conſentiatur, locum purgationi videretur eſſe: & ideo ſi emphyteuta qui, inconſul-
to domino, alienauit, antè, quàm dominus volūtatem ſuam declaret, reuocauerit contra-
ctum, exiſtimarunt veteres purgationem hanc moræ admittendam, ne cecidiſſe meliora-
mentis dici poſsit[18]. quæ tamē ſententia plurimos habet aduerſantes[19]. Certiùs ergo pro-
cederet, cùm poſſeſsio in emptorem non ipſo facto, ſed clauſula precarij duntaxat tranſla-
ta eſſet: cùm enim adhuc poſsit ad tradendum cōueniri venditor[20], apparet traditionem
plenè factam non eſſe, & conſequenter delictum adhuc non conſummatum[21]. qua de re
IX. alibi diffuſiús. Sunt enim & qui in hoc quoq; contradicant[22]. Sed quid † ſi res in prima
28 obligatione deducta præſtari amplius non poteſt, vt quia intra tempus, quo purgari mora
potuiſſet, perierit, an ſaltem eatenus mora purgabitur, vt eius æſtimatio præſtari euitan-
dæ pœnæ cauſa poſsit? & conſtat morā ſuam vnicuique nocere: nec debitorem deinde ex-
cuſari, quòd res interim perierit: perpetuatur enim ex mora etiā tali caſu obligatio[23]. Ve-
rùm nunquid debitor ſoluendo æſtimationem liberetur? & Bar. liberari cenſuit: quem alij
ferè ſequuntur[24], egóque id certum eſſe arbitror: cùm citra moram debitoris, res perem-
pta eſt[25]. aliàs veriùs videretur non ſufficere æſtimationis præſtationem: quia lex ſimpli-
citer tali caſu locum eſſe pœnæ ait[26]. quaſi æſtimationem, ſeu id quod intereſt excludat.
Quòd ſi proponatur rem facto vel cauſa ipſius debitoris periiſſe, tunc certum indubita-
túmque id eſſet, ne, ſcilicet occaſio debitori detur facinoris perpetrandi[27]. Quid ergo, ſi
facto creditoris iuſto præſtari non poſsit? & videretur liberari prorſus debitorem, vt in ni-
hilo teneatur, quod ſuprà eo exemplo cenſui: cùm ſtipulator fundum vendit, in quo promi
X. ſerat aliquis inſulam ædificare[28], qua tamen in re alij diſſentiunt. Cæterùm quid † re-
29 ſpondebimus, ſi principalis obligatio manifeſtè in pœnalem transfuſa eſt, quàm actum ſit
alij applicari? vt ſi promiſeris mihi inſulam ædificare, & ſi non feceris, eo in caſu animo no
uandi Titio centum promiſeris, ſeu notario eius nomine ſtipulanti? & Bar.[29] ſentit purga-
tionem moræ impediri: quia vbi fit nouatio, ius incontinenti Titio eſt quæſitum. quod ſo-
lutione principali facta auferri non poteſt[30]. quam ſententiam Bald. Ang. Salic. etiam for-
tiori in caſu probant, nempe cùm nouatio ipſo iure facta non eſt, vt adhuc moræ purgatio
impediatur, ídque Iul. reſponſo[31], quod parum ad rem facit: cùm in eius caſu moræ purga-
tio propter diem, & pœnam impediretur, non quia ius alteri eſſet irreuocabiliter acquiſi-
tum. Ego Imo. Raph. Paul. & Alex. ſententiam ſequor, indiſtinctè purgationem moræ per-
mitti, exiſtimantium[32]: ſicut enim, ſi pœnam mihi ſtipulatus eſſem, purgatio nō impedire-
tur idem & ſi alteri eam ſim ſtipulatus: nō enim ex facto meo ius alteri quæri efficaciùs de-
bet, quam mihi ipſi quæſiturus fuiſſem[33], intelligetúrque hoc caſu, promiſsio pœnæ, qua-
tenus mora purgata non ſit. quæ quidem ſententia certiùs procedit, cum illi tertio ius non-
dum

1 c. cùm deſideres. de ſent. excommunic.
2 l. cùm quidam. de leg. ij. vbi glo. verbo, vtique.
3 d. l. ſi is cui.
4 l. mancipiorū. de op. leg.
5 Felin. c. licet cauſam. de probat.
6 c. ij. glo. pen. de confeſ. in vj. c. xij. de teſtib. eo. lib. Doctores l. ij. §. quod ſi actor. C. de iure. prop. calum. dan.
7 l. j. §. ſi rem depoſitam. depoſ.
8 quæſt. vj.
9 l. qui ea mēte. de fur. vbi Bartolus.
10 c. ſicut. §. illi. de homici. vbi Abb.
11 l. ſi cum ancillis. C. de inceſt. nupt. vbi Bal.
12 l. ſi in lege. §. colon. loc.
13 l. ex hoc edicto. de alien. iud. mut. verſ. pen. Barto. d. l. qui ea mente.
14 l. ſi quis libellos. C. de appellat. vbi Bart.
15 l. ſequitur. §. idē Labeo. de vſucap. vbi Bart.
16 l. dudum. C. de contrah. empt. c. cōſtitutus. de in integ. reſtit.
17 contra Alberic. in ſtatut. conſ. lxxxvij.
18 Specul. tit. de loc. §. nunc aliqua. verſic. xcvij. vbi Ioā. And. & vet.
19 arg. c. j. verſ. hodie. quid iur. ſit poſt alien.
20 glo. l. iulianus. §. ex vendito. de actio. empt. Iaſ. l. ab emptore. de pact.
21 Guid. Pap. q. xlvj. & cj.
22 Iaſ. l. fi. C. de iur. emphy.
23 d. l. ſancimus. §. penu. C. de fideiuſſ. Bar. auth. ei qui. verſ. quæro circa. C. de tempo. app.
24 Bar. quæſt. vij.
25 l. cùm res. §. ſed ſi Stichus. de leg. j.
26 d. l. ſancimus. §. pen.
27 l. ſi ſeruum. §. ſequitur. vbi Paul. j. eod. Alex hic.
28 Bart. ſ. opp. j.
29 quæſt. viij.
30 l. iij. C. de nouat. l. fin. de pactis.
31 l. j. in fi. j. tit. ij.
32 arg. l. qui Romæ. §. Flauius. j. eod.
33 l. preſes. C. de ſeruitut. l. qui in ius. de reg. iur. l. ſi filius. §. erit. de fideicom. libertat. in glo.

dum quæſitum eſſet, vt quia ille adhuc ratum nō habuerit [1]. Sed & in caſu dubio, cùm non
conſtat animo nouandi fuiſſe pœnam tertio ſtipulatam, non eſt dubium adhærendum eſſe
regulæ, ne purgatio impediatur, quia illa verba, *Et ſi inſulam non feceris*. intelliguntur, & non
poſsis facere [2] vt Bar. hîc tradidit: cui hac in re alij conſentiunt. Solùm ergo procederet li-
mitatio in re clara, vt quia in caſum moræ tertio ſtipulatum eſſet, quo caſu ſuprà dixi vi-
deri purgationi ipſi renuntiatum [3]. Enimuerò † & illud traditū extat, quoties alicui ſub XI.
30 conditione ius, vel actioni, vel exceptioni ſufficiens defertur, ea deficiente, ius ipſum defi-
cere, nec purgationi moræ locum eſſe [4], quod hîc latius Alex. adtingit [5]: debet enim condi-
tio ad vnguem adimpleri, vt ſuprà ea in quæſtione oſtendimus: cùm dies, & pœna obliga-
tioni adiiciuntur, & licet Bar. inter actorem, & reum hîc diſtinguat, tamen id à me alibi ap
probatum non eſt, quo loco & hæc omnis quæſtio diffusè fuit explicata [6].

QVOD SI LITEM IAM. Alia hîc ſpecies ponitur, qua † purgationi moræ lo- XII.
31 cus non eſt. nempe, cùm lis iam conteſtata eſt, cuius rei rationē ſuprà dixi: oſtendiq́; in ob-
ligationibus facti id procedere, etiam ſi petitum ſit factum ipſum [7]. Licet aliud in obliga-
tionibus dandi ſit [8]. Sunt † autem & alij caſus, quibus poſt litem conteſtatā quis libera- I.
32 tur, non quia purgari mora dicatur, ſed quia obligationis, ſub qua promiſit conditio, pen-
dente lite, deficiat. Veluti cùm quis fideiuſsit iudicatum ſolui: quo caſu cenſetur promi- II.
ſiſſe, quòd reus principalis defendet [9]: quandocunq; ergo reus defendat, dum ante ſenten-
tiam, liberatur fideiuſſor [10], quia defecit cōditio, ſub qua promiſit, quęſitàq; eſt lite pēdente
fideiuſſori exceptio [11]. Huc pertinet, & cū quis ideo ex edicto tenetur, quia nō reſtituit, III.
cùm enim habeat reſtituēdi facultatē vſq; ad ſentētiam, quamuis poſt litis cōteſtationem
reſtituat, liberatur [12]. Tum enim deficit cōditio, ſub qua erat obligatus: quod regulare in IIII.
actionibus eſt, quę origine pœnales nō ſunt, id eſt, in quibus pœnā infligitur: nō quia res ab-
lata ſit, ſed quia nō fuerit reſtituta [13]: quantū verò ex eo capite quod res ablata ſit, quia deli-
ctum eſt conſummatū, nulla eſt purgatio moræ, & eius capitis reſpectu edictū origine dici
pœnale poteſt [14]. Ad hæc pertinet, & quod de fideiuſſore euictionis dicimus, is enim em- V.
ptori tenetur habere licere, nec in id, quod intereſt, condēnatur: niſi cū ei habere nō liceat [15]:
videtur ergo pecuniā promiſiſſe, ſi emptor ſpeciem habere nō poſsit, vnde deficiēte etiam
poſt ſententiā conditione liberatur [16], habet enim emptor quod ſibi debetur. Illud rece- VI.
ptiſsimū eſt actorē, qui in mora fuit, poſſe quādocunq; recipiēdo morā purgare [17]: nec ad-
miſſa eſt Sali. ſentētia, qui ſi creditor morā fecerit, quia noluerit accipere, nō poſſe eā pur-
gari, niſi per litis conteſtationē cenſuit: idq; ex pauli reſpōſo [18], quod nos ſuprà oſtēdimus
ad rem nō facere. Nam & ad conſeruandā ſibi actionē poteſt quandocunq; offerre, quāuis
lis conteſtata ſit [19]. Addit Bar. & quoties facultas aliud pro alio ſoluēdi diſpoſitione le- VII.
gis conceditur, ad vſque rei iudicatæ exequutionem id fieri poſſe [20]: cùm tamen ſecùs ſit ſi
hæc facultas diſpoſitione hominis duntaxat cōpetat [21]: mitiùs enim cum lege, quàm cum
homine agitur, an quia verba legis ſecundum tempus ſolutionis debēt intelligi [22], ſed hac
de re infrà [23]. Illud † quoque traditum eſt, quoties mora nō, niſi in ipſa litis conteſtatio- VIII.
33 ne, contrahitur, eius purgationem ad vſque ſententiam admitti [24]. quod hîc Alexander la
tiùs tradit, & colore non caret hæc opinio, quæ licet nulla lege ſatis probetur, habet tamen
rationem, ne eodem tempore & committatur mora, & impediatur [25]. Dixerit aliquis ve-
ram hanc eſſe ſententiam, cùm hæc purgatio ex peremptoria exceptione oritur, qualis eſt
tranſactionis, aliàs cùm regulariter exceptio purgationis * moræ ſit dilatoria, ſatis eſt ſi
34 vſque ad primum actum, qui litis conteſtationem ſequitur, ſuſtineatur [26]. Qua ratione, ſi
quis exequutionem inſtrumenti peteret cui iudicis chartularij præceptum ineſſet: quia ta-
le præceptum vim ſententiæ habet [27], nulla purgationis exceptione differretur, quod poſt
Ang. cæteri recentiores hîc tradiderunt, niſi confeſtim, eo celebrato, peteretur, ne, ſcilicet,
eodem tempore mora cōmittatur, & purgatio impediatur: tali enim caſu intra modicum
tempus arbitrio iudicis permittetur purgatio vſque, ſcilicet, ad primum actum, qui in exe-
quutionem ſimilitudinem litis conteſtationis haberet [28]. Nam & ex facto reſpondit Soci.
cùm mora ſolùm poſt ſententiam commiſſa eſſet, tunc vſque ad litis conteſtationem ſu-
per exequutione purgari non poſſe [29]. Quod & tunc admittendum eſt, cùm aliàs ſenten-
tia ipſa turpe aliquod lucrum inferret: nihilominùs enim purgabitur adhuc mora, etiam
ſi pœna & dies adiecta proponeretur, quod pontificia humanitate videtur indultum [30].
Addit Pont. in cauſa appellationis * quoque moram purgari poſſe, cùm in ea generaliter
35 licitum ſit exceptiones non oppoſitas opponere [31]. Sed hanc ſententiam omnes vno ore
improbant, quia appellatio reſtituit prouocatorem in eum duntaxat cauſæ ſtatum, qui
poſt litem conteſtatam fuit [32], quo tempore hîc traditur nullum purgationi locum eſſe. Po
teſt ergo Pontani ſententia ſolùm ſuprascriptis caſibus defendi, quibus oſtendi ſpeciali-
ter permiſſum, vt poſt conteſtationē purgatio admittatur: poteſt fortè & eo caſu defendi:
cùm reus errore facti, negligendo moram non purgaſſet [33]. qua de re alibi. *Alciatus Papiæ.*

SVM

1 l.iiij.ſ. rem pupi.ſalu.l.ea quæ ciuiliter.verbo, volentibus.ſ̄.de acquir.rer. dom.
2 arg.l.iij.§.j.de adim.leg. vbi Bart.
3 ſ̄.in vj.limit.
4 d.l.Thais.§.intra.l. ſi intra.de ſtatulib.
5 Alex.iij.fallen.
6 l.ſi ſuper.C. de tranſact.
7 d.l.ſed ſi alia.
8 d.§.fin.Inſti. de perpet.& temp.
9 l.iam tamen. §.in hac. ij. iud.ſol.
10 l.iij.in fi.l.ſequēti.eo.ti.
11 l.cùm x.mihi.in fi.de ſolut. Bar.l.j.de excep.
12 l.hoc edicto.de publica. Bar.l.qui ea mente. de furt.
13 l.ſi cum exceptione. §.j. quod met.cau.
14 l.j. §. dixerit. & §. vnde quæritur.vbi Bar. de Publi. Paul. Caſtr. d.l.hoc edicto.
15 l.habere.de euict.
16 l.fideiuſſor. de dol.exce.
17 Celſus.in fi.l.ſeq.de arb.
18 d.l.ſed ſi alia.
19 l.ſi rem.§.fi. de pig.act.
20 l.item veniunt. §.idem rectè.de petit.hæred.
21 l. ſi quis ſtipulatus ſit x. in melle.de ſolut.
22 l.in delictis. §.j.de nox.
23 l.eum, qui certarum. in fin.ſ̄.eod.
24 l.ſi maior.ij.C.de tranſ act.vbi dixi.
25 l.quod dicimus.de ſolu.
26 glo.l.ij.C. de conſ.eiuſ. litis.Bar.l.Pomponius.§.rati.de procur.
27 Bar. l.j.C. de cōfeſ.l.iij. §.in hac.commod.
28 Bart.d.l.ſi quis ſtipulatus.verſ.expedito.
29 ar.l. miles.§. decem.de re iud. Socin.cōſ.cxcix.in j.
30 c. ſuam. de pœn.dixi ſ̄. eo.l.iiij.§.Cato.in fi.
31 l.ab exequutore.§.ſi procurator.de appel. Rom.ſingul.cccccv.nunquid.
32 l.ita demum.C.de proc. c.per tuas.de appel.
33 glo.c.ad audientiam.ij. de reſcri.Alex.d.l.ita demū.



SVMMAE.

1 ☞ *Obligationum genera* ἀναλογικῶς.
2 *Datio certa, & exceptis caſibus diuidua.*
5 *Pœnam factúmve non diuidi.*
6 *Pœnam ſecundum actum cenſeri.*

## LEX LXXXV.

1 IN EXECVTIONE. Proſequitur † Iuriſconſultus quatuor obliga-
tionū ſpecies, quarū aliæ ſunt omnino diuiduæ, vt eſt certæ pecuniæ obli-
gatio [1]: aliæ omnino indiuiduæ, vt quæ in faciendo conſiſtunt [2]: aliæ peti-
tione diuidūtur nō ſolutione, vt diſiunctiua vel generis [3]: aliæ contrà, ſolu
tione diuiſionē recipiūt, nō petitione, vt defenſionis in cauſa euictionis
obligatio [4]. quā materiā (quia ſuprà latiùs adtigi), hîc paucis proſequar.
2 PRIMA SPECIES. Obligatio ergo dandi † certam quantitatē, diuiſionem reci-
pit. & lex xij. Tabularum eā diuidit pro rata hæreditatis tam ex parte hæredū debitoris [5],
quàm ex parte hæredū creditoris [6]. Idémq; ſi de dāda certa ſpecie agatur. Nā & tunc fit in
hæredes pro rata diuiſio [7], vt hîc Accur. ait, quē cæteri ſequuntur, cuius rei rationē ex alio-
rum ſententia ſuperius reddidimus. Nec tamen perpetua eſt hæc concluſio. Sed x. illis caſi-
bus non procedit, quibus ſuprà oſtēdi pecuniæ promiſsionē non recipere partiū præſtatio-
I. nem [8]. Sicut † nec procedit, cùm datio cauſa facti inducta eſt [9], cùm, ſcilicet teſtator cen-
3 tum legat pro opere faciendo, vt infrà dicitur. Item cū obligationi dādi ſubiecta eſt ſti-
II. pulatio pœnalis, quod & infrà dicitur: conditio enim ſub qua pœna promittitur obligatio-
III. nem facit indiuiduam [10]. In obligatione quoq; rem reſtitui, ſi certa ſpecies debita ſit, ſu-
prà cenſui principales inſolidū teneri [11], tanquā creditor eorum fidem inſolidum videatur
ſecutus, hæredes verò pro parte, niſi quòd ſi apud vnū ex hæredibus ea ſpecies ſit ille ſolus
quadam æquitate inſolidū condemnatur [12]. quòd ſi non certa ſpecies, ſed quantitas reſti-
IIII. tuenda ſit, ea obligatio omnino diuidua eſt [13]. Sed hæc ſuprà latiùs. In rei quoq; vendi-
4 catione conſtat eū ex hæredibus inſolidum conueniri, qui mortuo ante litis * conteſtatio-
nem poſſeſſore ſolus poſsidet [14]: licet ſecùs ſit in eis, qui poſt litis conteſtationem deſierint
V. poſsidere [15]. Cæterùm quod dicitur hîc partem ſolui poſſe, intelligitur de ea, quæ pro-
priè pars eſt: alioquin qui fundū dare debet vſumfructū ſoluendo, nullatenus liberatur [16].
VI. Sed quid ſi promiſſum eſt munus dari, putà gladiatorum? & videretur diuiduam eſſe
obligationem [17]. quod tamen non puto: principaliter enim in ea vertitur factum [18]. qua
de re ſuprà.

SECVNDA. Cùm hæc obligatio principaliter facti ſit, meritò eſt indiuidua. quod
ſuprà latiùs diſputaui [19]. Vnde, ſi teſtator iubeat ædiculam conſtrui, obligatio hæredū indi
uidua eſt: licet ille, qui totū fecerit, recuperare à cohæredibus partem poſsit [20]: effectu enim
tale onus ad omnes pertinent [21]: aſsignatúrq; hîc ratio cur indiuidua ſit factorū obligatio,
nempe quia operis effectus in partes nō poteſt ſcindi: facta enim à conſummatione formā
accipiunt [22], priúſque nihil videtur actum. quod alibi declaraui [23]. Nec ſuprà ſcriptū exem
plum quicquā in ſe difficultatis habet, dubitabilius eſt quod ſequitur, cùm quis obligationi
5 facti † negatiuæ ſubiecit pœnam certę pecuniæ, ſentit Iuriſconſultus inſolidū pœnam com
mitti, quod & alibi clarè explicat [24]. Sicq; quod dicitur omnes teneri, nō collectiuè, ſed inſo
lidum videtur intelligendum [25], vt ſuperiori diſtinctioni exemplum congruat. Sed tamen
doctores vno ore reclamant omnes, quia in reſponſo Catonis dicitur pœnam pro portio-
ne hæreditaria ſolùm committi [26]: & licet alibi dicatur inſolidum committi, tamen poteſt
intelligi Inſolidum, ideſt vt tamen hæredes ratam dūtaxat conferant [27]. Sed ego ſuprà hâc
6 reſponſionem confutaui [28], & ideo † arbitror diſtinguendum, vt ſi ſtipulatio principalis ad
hæredes ſui natura tranſeat, committatur pœna pro rata, quia talem lex xij. tabularum di-
uidit, ſicque Catonis reſponſum accipiendū. quòd ſi non tranſeat, vt hæc, *per te non fieri quo-
minus eam agam* [29], nullum eſſe diuiſioni locum, cenſetur enim hæredibus quæſita per teſta-
torem, & non tranſmittitur, ſed ab eis principaliter incipit [30]: & ſic Iuriſconſultus hîc intel
ligatur. qua de re alibi diffuſiùs.

SVMMAE.

2 ☞ *Genus pro parte & diuerſim ex cauſis ſolui. 4. 5. 6.*

1 §. PRO PARTE. Obligatio ergo generis * vel alternatiua, petitione diuidua,
ſolutione indiuidua eſt [31]. cuius rei eſt ratio, ne ſcilicet contingat in diuerſis rebus ſo-
lutionem fieri, vt quia vnus hæredum dimidium Stichi ſolueret, alter dimidium Pam-

P V phili,

1 l.ij.§.j.ſ̄. eo.
2 l.ij.§.item ſi.& l.ſtipulationes non.ſ̄. eo.
3 d.l.ij.§.j.in fine.
4 l.antepen.ſ̄.eo.
5 l.pacto.C.de pact.
6 l.ea quæ.C.fam.ercif.
7 l.ſi ſtipulatus.§.j.de ſol.
8 d. l. ſtipulationes non. verſ.& ideo.
9 arg.l.cū ſeruus.de cond. & dem.ſ̄.l.ij.in prin.
10 l.v.§.fi.ſ̄.e.l.cui fundus. de cond.& demon.
11 l.ſi vt certo.§.fi. com.l.j. §.ſi apud duos.depoſ.
12 l.iij.§. hæres. ſ̄. cōmod. l.ſi plures.de vi & vi arma.
13 l.ſi duo.in princ.depoſ.l. j.§. ſi pecuniam. §. ſi apud. eo.tit.
14 l.ſi poſſeſſor.ſ̄.de rei vē.
15 l.ii.§.fin.de præt.ſtip.
16 l.ſi ita ſtipulatus. §.j.ſ̄. eod.
17 l.mortuo.§.fi.ſ̄ de leg.ij.
18 arg. d. l. fideicommiſſa. §.fi.de leg.iij.
19 d.l.ſtipulationes nō diuiduntur.ſ̄.eo.
20 d.l.fideicommiſſa.§.pen.
21 d.l.mortuo.§.fi.
22 l.ſi is qui quadringenta. §.quædam.ad l.fal.
23 l.v.in fine.de ver.ſig.
24 l.hæredes.§.in illa.fam. erciſcun.
25 l.ſi rē quæ.§.j.ſ̄.de euict. & ſ̄.§.ſeq.
26 l.iiij.§.Cato.ſ̄. eo.
27 l.ad ea.§.fi.de reg.iur.
28 l. Stipulatio iſta.§. nam & ſi ire.ſ̄.eo.
29 d.§.nam & ſi ire.
30 l.continuus.§.fi.ſ̄.eo.
31 l.ij.§.j.ſ̄.eo.vbi laté.

phili, cùm tamen integrum hominem creditor ſit ſtipulatus [1]. Non tamen hæc ratio I.
exceptione † caret, reperiuntur enim aliqui caſus, quibus quis in diuerſis rebus ſolu- 2
tionem recipit, vt cùm duo domini noxæ cauſa tenentur: poteſt enim alter ſeruum pro
portione ſua ante litis conteſtationem dedere, partémue ſuam cedere, alter pro ſua æſti-
mationem præſtare [2]: non enim qui ex maleficio * alterius tenetur, propriè eſt debitor. Vn- 3
de mitiùs ſecum agitur [3]: niſi in malitia litem conteſtando obduret. quo caſu ex contractu
ſuo tenetur [4]. Nam † & cùm quis non vera obligatione, ſed officio iudicis tenetur, idem II.
videmus concedi. Vnde non exiſtimat legiſlator abſurdum, ſi ei, qui damni infecti ſibi ca- 4
ueri poſtulat, per vnum ex dominis pars domus relinquatur, per alium pars æſtimationis [5].
Idem videmus: & quandoque, ex cauſa neceſsitatis tolerari, vt cùm qui centum debet, III.
quinquaginta ſoluit, & in reliquā ſummam tantum bonorum in ſolutum offert [6]. Sed & IIII.
ſuprà vidimus eum, qui habitationem annuam debet, aut in ſingulos annos x. vna obliga-
tione teneri [7]: & tamē altero anno patientiam præſtare, altero pecuniam poteſt, ſícque ar-
bitratu ſuo partem quadamtenus præſtare [8]. Nam & qui xx. operas promiſit, poteſt x. V.
ſoluere, & reliquarum æſtimationē præſtare [9]. Sed hoc inductum eſt, quia operæ huiuſmo-
di numero ſunt diuiduæ. Vnde in obligatione quoque facti, quæ diuiſionem recipiat, VI.
idem videmus. & ideo eius hæredes, qui promiſit, ampliùs non agere, vel ratū habere, ſi pro
parte contrà faciāt, in id, quod intereſt, condēnantur [10]. habebítque ſtipulator partim factū
ab eo, qui pareat: partim æſtimationē ab eo, qui contràueniat. Sed hoc ego inductū eſſe ar-
bitror quia potuit ſtipulator (ſi voluit) contràfacientē exceptione ſtipulationis reiicere, vt
ſuprà declaraui [11]. Dubiū autem non eſt, volente creditore, regulæ ſuprà ſcriptæ locum VII.
non eſſe [12]. Vnde apparet in factis indiuiduis ſecùs eſſe [13]: non enim in eis ſtipulator poſſeſ-
ſioni rei incūbit, aut ope exceptionis tutus eſt. Hínque colligi rationem Bart. cenſuit cur VIII.
facta regulariter ſint indiuidua, nēpe ne aliàs ſolutio partim in eo, quod intereſt partim in
opere fieret. Sed ego hîc video rationē hanc actum indiuiduum reſpectu ſolutionis dunta-
xat facere. at facta etiā petitione ſunt indiuidua. vnde verior in eis ratio eſt, quia à cōſum-
matione denominātur, & videtur ſtipulator operis effectū perpendiſſe vt ſuprà dixi [14]. nec
videtur abſurdū, quòd ſi quis partem fecerit reſpectu eius quod non fecit, pecuniam ſoluat
quod ſuprà declaraui [15]. Sanè & is, qui promiſit tibi hæredibúſque ire agere licere, ſi IX.
vnū ex hæredibus † tuis prohibeat, id, quod eius intereſt, præſtabit: ſícq; reſpectu prohibiti 5
pecuniā ſoluit, reſpectu aliorū factū, ideſt, patientiā adhibet [16]: & tamē receptū eſt non ma
gis poſſe in diuerſis rebus ſolutionē hæredibus fieri, quā ipſi principali ſtipulatori poſſet [17].
Vnde apparet prædicto in caſu regulam legis noſtræ reſtringi: cuius rei illa eſt ratio: quia
promiſſor idē omnibus præſtat, ideſt, patientiā. Sed ſi erga aliquem nō ſeruet ne indeuotio
ſit impunita, illi quod eius intereſt præſtabit. Sed nunquid in ſtipulationibus prætoriis X.
locus erit ſupràſcriptæ regulæ? & Bar. eiúſque comites cēſuerunt non eſſe: quia in eis, quā-
uis obligatio ſit indiuidua, non tamē ſtipulatio cōmittitur, niſi aduerſus contrafacientem
duntaxat [18], ídque propter earum æquitatem. Pone ergo, vendidi tibi ſeruū, & promiſi du-
plam, vnus ex hæredibus meis defendit alter nō defendit, ex eorum ſentētia non commit-
tetur pœna, niſi aduerſus eum, qui nō defendit [19]: ſícque † emptor partē ſerui habebit à de- 6
fendente, in reliqua pœnam cōſequetur & ita ipſi ſentiunt [20]. Sed hoc ego nunquā probaui
non enim cautio hæc duplæ quæ prætoria eſt, hoc modo. Secundum æquitatem intellige-
retur imò iniquiſsima eſſet [21]: cùm regula noſtra æquitate ſumma nitatur. Sed hæc alibi.

1 l. quod ſi nolit. §. ſi plures. de æd. ed.
2 l. ſi ſeruus communis. ſ. de nox.
3 Inſt. de nox. in prin.
4 l. iij. §. idem ſcribit. de pecul.
5 l. ſuprà. §. officiū. de aq. plu. vbi Bart. & l. ſi communes. de neg. geſt.
6 authē. hoc niſi. C. de ſolu.
7 l. ſi ſtichum. §. j. ſ. eo.
8 l. ſi ſterilis. §. fin. de actio. emp.
9 l. in ſtipulationibus. §. j. ſ. eo. l. libertus. §. fin. de op. libe.
10 l. iiij. §. Cato. ſ. eo.
11 l. v. §. fi. ſ. eo.
12 l. ij. §. j. ſi cer. peta. l. cum debitore. rem rat. ha.
13 d. l. v. §. fi.
14 d. l. v. in fine. ſ. eo.
15 l. ſtipulationes. ſ. eod. in princ.
16 d. l. hæredes. §. an ea. d. l. ij. §. fi. ſ. eo.
17 l. ſi non. in fine. de cond. inde. l. qui hominem. §. j. de ſolut.
18 l. pœnales. §. Iulianus. ad l. fal. l. ij. §. incertā de præt. ſtipu.
19 Bar. d. §. Cato, q. ij. in fin.
20 l. j. §. pen. de præt. ſtip. d. l. v. ſ. eo. in prin.
21 l. antepen. ſ. eod. l. quod ſi nolit. §. ſi plures. de æd. ed.

S V M M AE.

1 ☞ *Euictio diuidua & indiuidua.*
2 *§. Inſolidum. ſenſus.*
4 *Defenſio certis caſibus diuidua. 5. 6.*

§. INSOLIDVM. Stipulatio † igitur euictionis indiuidua eſt reſpectu denuntiationis I
defenſionís que faciendæ, at reſpectu præſtationis ſecùs eſt, quia aliqua parte rei non de-
fenſa committitur aduerſus omnes in pœnam, vel id, quod intereſt pro portione hære-
ditaria. Sícque quod hîc dicitur, Inſolidum agi, intelligunt Doctores, ideſt, denuntiari, ſi-
cut & alibi, Inſolidum omnes conueniendi [22], ideſt, (inquiunt illi) denuntiandi. quæ inter-
pretatio verbū impropriè accipit, diſtinctionémque Iuriſcōſulti ineptam videri facit, qui
ſuprà in themate hîc exemplū ſe adducturum profeſſus eſt eius quod ſolidū petēdum eſt. at
aliud eſt petere, aliud denuntiare, litē motā & inſcitare, vt quis liti aſsiſtat. † Ego nō ſolū de- 2
nuntiari inſolidū, ſed etiam conueniri venditorē poſſe ſcio, vt interim defendat [23] qua ra-
tione & eius hæredes inſolidū cōueniendos arbitror, vt defendāt & quidē inſolidū, id enim
facti eſt, & facta, (vt ſuprà diximus) ſunt indiuidua, licet in id quod intereſt deinde pro ra-
ta duntaxat condēnentur cuius rei illa eſt ratio, quia ſi omnes inſolidū conuenti ſint, ſuffi-
ciet ſi

22 d. l. antepen.
23 l. ſi plus. §. mota. de euic. Bar. l. venditores. ſ. eo.



ciet ſi deinde vel vnus inſolidum defendat obtineátque [1]. Híncque adnotandum eſt, licet
3 regulariter conformis debeat * petitioni eſſe ſententia [2], tamen hoc caſu ſufficere, ſi de
eo, quod diſtributiuè petitum à ſingulis eſt, collectiuè pro omnium rata pronuntietur. non
enim ideo aut res variatur, aut cauſa, aut actio, in quibus lex libelli, ſententiæque concor-
4 diam requirit, quod Bald. cenſuit, & alij retulerunt [3]. Rurſus & illud † hinc probatur. obli-
gationem qua quis ad defendendum tenetur, eſſe petitione indiuiduam, licet ſolutione
I. pro rata diuidatur [4]. Quæ concluſio † non procedit, quoties de rei diuiduæ defenſione
5 agitur, vt ſi dederis mihi centum aureos, promiſeríſque me in eis defendere, non tenebun-
tur hæredes tui niſi pro rata [5]. Ratio enim, cur promiſsio defendendi inſolidum commit-
II. tatur, eſt, quia eius indiuiſa eſt natura [6]. ergo ſi de re ſeparabili agatur, ſecùs erit [7]. In
6 hæredibus † quoque ſtipulatoris diuidi hanc promiſsionem defendendi certum eſt [8], ídque
vtilitatis cauſa receptum: cum enim amplius eorum, quàm pro ſua parte, non interſit,
breuior via viſa eſt, vt pro parte agant, quàm vt inſolidum & ſuprà partem ſuam obiectu
III. exceptionis excludantur [9]. Sed & ſi diuerſis actionibus quis defendere promiſit, verum
IIII. eſt ſeparatim eas intendi poſſe [10]. Ex voluntate quoque creditoris fauori ſuo renuntian
V. tis poſſe hanc ſtipulationem diuidi Bar. ſenſit [11]. In prætoriis quoq; ſtipulationibus hoc
eſſe idem credidit [12]. quam ſententiam ſuprà non ſum ſequutus. Poteſt tamen defendi cum
non de pœna agitur ſed de eo, quod intereſt: tunc enim videtur hanc ſtipulationem diui-
ſionem recipere [13], maximè ſi ab hæredibus ipſis incipiat obligatio [14]. de qua re alibi
latiùs.

1 l. ſi rem, quæ. §. j. de euict.
2 l. vt fundus. com. diuid. l. fin. C. de fid. lib. vbi Bal.
3 §. curare. Inſt. de act. vbi Iaſ. arg. l. iij. §. hæres. commod.
4 l. ex clauſula, ſ. iud. ſol. d. l. antepen.
5 Raph. & Mod. d. §. Cato. quæſt. ij.
6 d. l. antep.
7 l. iiij. §. fin. ſ. eod.
8 l. iiij. §. fi. ſ. eo. vbi Raph. Soci.
9 l. ij. §. fi. ſ. eod.
10 l. iā tamen. §. ſi tamen plures. iud. ſol.
11 d. §. Cato. q. ij. l. iij. §. j. ſ. tit. j.
12 d. l. penales. §. Iulianus.
13 l. ij. §. incertam. de præt. ſtip. vbi Bar. & Caſtr.
14 d. §. Iulianus.

S V M M AE.

1 ☞ *Promiſsio pecuniæ ex cauſis indiuidua.*
6 *Pignoris natura & conditio.*

1 §. ITEM SI ITA. Quod ſuprà in principio legis dictum fuit promiſsionem † cer-
tæ pecuniæ diuiduam eſſe, hîc declaratur non procedere, cùm ſtipulatio pœnalis ei adie-
I. cta eſt. Nec refert in caſu noſtro præceſſerit obligatio fundi Titiani, quod Dinus cen-
ſuit [15], an non præceſſerit, ſed fundus ille in conditione duntaxat fuerit poſitus: ſemper
2 enim ſubeſt eadem ratio, nempe quòd * conditio actum indiuiduum facit [16]. quod & ſu-
II. prà à nobis eſt declaratum. Nec rurſus refert, quomodo alia pars ceſſauerit fundum da-
re, an quia non vellet, an quia non poſſet. quamuis enim non poſsit, adhuc committitur
pœna: quia ſubeſt eadē ratio, id eſt, indiuiduitas conditionis: nec impotentia hoc caſu ex-
III. cuſationi ſufficit [17]. lex enim ſimpliciter dicit, ceſſante vna parte, cōmitti pœnam. Nec
etiam diſtinguendum eſt, an pœna adiecta ſit dationi, an facto tanquam faciliùs ſit pro
alio dare, quàm facere. & ideo, ſi non ſit datum, committatur pœna inſolidum: licet ſecùs,
ſi non ſit factum [18]. Sunt hæc mera ſomnia Doctorum, qui hanc materiam imperitia ſua
3 reddiderunt difficilimam. In factis enim † diuiduis, (vt ſuprà docui) ſcinditur conditio
IIII. propter voluntatem ſtipulatoris, qui exceptione repellere contrà facientem potuit. Vn-
de ſi ceſſet hæc ratio, etiā in factis committitur pœna in totum, vt cùm quis promiſit Sti-
chum, & Damam, & Erotem ſiſtere ſub certa pœna, vno non ſtato, tota pœna committi-
tur [19]. propter vim coniunctæ, quæ ſingulari ſenſu accipitur: ſunt enim tot ſtipulationes
quot perſonæ vnde ſecùs eſt, ſi vna tantùm ſtipulatione ſit promiſſum puta, *Promittis fami-
liam ſiſtere, vel iſtos ſeruos.* tunc diuiſio ſecundum perſonas fit [20]. quod alibi declaraui [21].
Nec item nulla differentia eſt, fundus minima parte ſit traditus, an maxima committi-
tur enim ſtipulatio, ſi vel palmus eius fundi deſit. Vnde cenſuit Bal. ſi vel vnus nummus ex
ſorte principali deficiat, committi pœnam [22]. quod ad emphyteutam producunt Paul. Ale
xandérque, qui à melioramentis cadit, etiam ſi vel in vno canonis nummo deficiat. quæ
ſententia vera eſt, cùm conſtat ſcientem prudentémque emphyteutam ceſſaſſe. alioquin
ex ſolius nummi retentione, vel cuiuſlibet alterius modicæ rei veriſimilius eſt non contem
ptu, ſed errore ceſſatum: & ideo exceptione doli aduerſus pœnæ petitionem conſulēdum
V. eſſe [23]. quod Bal. & Pont. alibi cenſuerūt, & Imola Iaſónque hîc tradidêre. Cæterùm fuê-
re & qui quicquā non referre exiſtimarent, an pœna quantitatis, conditio autē certæ ſpe-
ciei ſit, an verò quantitas quoque in conditione ſit. qua in re alij rectiùs diſtinguūt. Si enim
ſic tranſegero, *Dabo intra quintas calendas, centum & ſi non dedero, dabo quæ petiiſti.* & alter hæ-
redum quinquaginta det, cenſuit Bart. pœnam quidem committi, ſed in ea quinquagin-
ta compenſari [24]. quod ſecùs eſſet, ſi in conditione eſſet ſpecies: nec enim de ſpecie ad
quantitatem admittitur compenſatio [25]. poterit tamen inquit Iacob Barto. Alberic. ſpe-
cies retineri donec ſoluatur quantitas [26]: qua ſoluta, ſpecies illa condicetur [27]. Concludunt
4 ergo Doctores ſupraſcriptis caſibus nō licere ſtipulatori & rem * & pœnā habere [28]. quam
ſententiam & ego ſequor [29]. Putauerim tamen ei, qui contrauenit, ſi ad pœnam conue-
niatur, non concedendam exceptionem eius, quod cohæres obſequens ſoluit, ſed ipſi obſe
VI. quenti tantùm [30]. Nec enim cōdictio contrauenienti dari debet eius quod alius ſoluit [31],
ídque

15 l. v. §. fin. ſ. eo. vbi dixi.
16 l. cui fundus. de cond. & dem.
17 l. cōtinuus. §. illud. ſ. eo. not. l. quod te. ſi cer. pet.
18 d. §. Cato. vbi Bart. viij. oppo.
19 l. ſi is qui ducēta. §. cùm ita. de reb. dub.
20 l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſi quis caut.
21 d. §. Cato. opp. x. Bar.
22 glo. l. res bona fide. de cont. emp. auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccle. & l. ij. C. de iu. emphy.
23 arg. l. quamuis. de cond. & dem. & l. ſcio. de in int. reſt.
24 l. ſi non ſortem. in prin. de cond. inde. l. & poſt rem. de tranſa.
25 l. ſi conuenerit. de pig. act.
26 l. ſi cùm aurū. ſ. de ſol. d. l. ſi non ſortem. §. ſi centū.
27 d. l. ſi non ſortem. §. fin.
28 l. apud. §. Labeo. de excep. dol. l. reſcriptū. §. ſi pactum. de pact.
29 l. cùm proponas. C. de tranſ. l. quod ſi ex ſtipulatu. ſ. pro ſocio.
30 arg. l. j. in fine. de penu leg. & Bar. l. ij. ſ. ex. rei iudi.
31 l. quod ſi poſſeſſor. de pet. hæred.

idque in culpæ pœnam. quæ ſententia certiùs procederet, ſi pœna eſſet indiuidua: con-
ſequeretur enim ſtipulator pœnam ſolidam ab indeuoto: quamuis iam rei partem à co-
hærede habuiſſet[1]. nec obſtat quod recipiens partem * rei videtur renuntiare pœnæ[2]: 5
quia verum eſt, ſi pœna iam commiſſa eſt: ſecùs in committenda. nec enim iuri futuro
quis videtur facilè renuntiare[3]. quod Din. Bart. cæteríque hîc tradiderunt. Illud quo- VII.
que probabile videtur, vt non eſſe conſtituendam differentiam dicamus, conditio illa ex-
preſſa ſit an verò tacitè intelligatur[4]. nam nec illa quidem ſcindi poteſt. Vnde Iuriſ-
conſultus hîc de pignore argumentatur: cuius † contractus ea eſt natura, vt lui non poſsit, 6
niſi toto debito perſoluto. Tacitè ergo habet conditionem, vt liberari poſsit, ſi debitum
ſoluatur[5]. quæ conditio diuidi non poteſt. quod intelligendum, niſi debitum illud pluribus
ex cauſis ſit contractum. Poteſt enim vna duntaxat liberari[6].

1 arg. not. d. §. Cato. q. j. vbi dixi.
2 l. ij. ſi quis caut. l. poſt diē. de lege commiſſ.
3 l. j. vbi not. C. de pac.
4 l. cùm quid. ſi cer. pet.
5 l. ſi reſiduum. l. quandiu. C. de diſt. pig.
6 l. fin. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. no. c. ſuam. de pœnis. in antiq.

## S V M M AE.

1 ☞ *Conditionem impediens ex cauſis non tenetur. 2. 5. 7. 8. 9.*
3 *Impedimentum re & victoria accipi.*
6 *§. Quicunque. ſenſus.*

§. QVICVNQVE. Impediens, ne conditio ſub qua obligatus eſt eueniat, ſtatim
tenetur[7]. Quod † intelligendum, niſi aliud actum ſit, vt quia conditio in meram po- I.
teſtatem promiſſoris collata eſſet[8]: veluti cùm quis promiſit x. ſub conditione, *Cùm vo-* 1
*luerit*. ſecùs, ſi dictum eſſet, *Cùm arbitratus fuero*. quod ſuprà viſum eſt[9]. Sed † & aliud II.
actum videtur ex natura contractus, vt in ſponſionibus. in eis enim id agitur, vt liceat 2
impedire: quod quotidie ludendo fit[10], calculis, pila, laterculis, trocho, globo, alióve li-
cito luſus genere. Qua tamen in re tria ſunt adnotanda. Primum † vt liceat quidem mihi 3
impedire, ne vincas aduerſus te ſecundum naturam actus ludendo: quòd ſi omnino lu-
dere nolim, ne iudicari poſſt vter ſit victor, conditio habetur pro impleta qua tamen in
re videnda ſunt, quæ lib. vj. παρέργων ſcripſimus[11]. Lucrifiétque tibi ceu victori res depoſi-
ta. quòd ſi nihil adhuc depoſitum vtrinque proponatur, vadimonium irritum eſt. Con-
tractus enim * ſponſionis innominatus eſt, licitáque in eo eſt pœnitentia[12]. Alterum, vt 4
ſi per aliquem tertium colluſorem quis impediatur, poſsit id alij, qui fraudis particeps
non eſt, prodeſſe[13]. quod Verg. lib. Aeneid. v. in Euryalo oſtendit, qui niſi colluſoris dolo
ſalium ſuperauit: & nihilominus (vt inquit Poëta) palmam mouet ordine nemo. ſolùm
ergo actio decepto aduerſus ſupplantatorem daretur[14]. Tertium eſt, quod notat Bald. vt
quoties hæc conditio, *Si vicerit*. à teſtatore adiecta legato eſt, non poſsit legatarius rem
conſequi, niſi re ipſa vicerit: nec ſufficiat quòd per eum non ſtet[15]. quæ ſententia in con-
tractibus certior eſt: cùm enim hæc conditio mixta ſit, & à caſu quoque pendeat, non eſt
ſatis quòd is, cui lucrum quærendum eſt, ſit paratus, niſi & tertius ipſe certare velit[16]. quod
enim per factum tertij ſtet, non facit videri impletam hanc conditionem. quod Cin. cen-
ſuit, & receptior eſt ſententia[17]. In vltimis † verò voluntatibus tum demum procede- III.
ret, cùm conſtaret teſtatorem ad ſolùm conditionis euentum reſpexiſſe[18]. Sed hæc am- 5
plior eſt quæſtio, quàm vt hîc adtingenda ſit. Vnde † apparet legem noſtram loqui, quo- 6
ties conditio impeditur per ipſum promiſſorem[19]: ſecùs ergo ſi per tertium impediatur
cum quo adimplenda eſſet, tali enim caſu voluntaria conditio à caſuali, vel mixta di-
ſtinguitur[20]. qua de re alibi. Sed quid ſi conditio per eum, cuius intereſt impleri prohi- IIII.
beatur, non quidē directo, ſed obliquo ductu? & † ſi prohibitio hæc iure fiat putarim non 7
haberi conditionem pro impleta. Vnde hæres qui acceptis x. iuſſus eſt ſeruum manumit-
tere, poteſt impedire eum, ne aliunde ea x. lucretur: quia ſibi operari ſeruus debet[21].
Sed quid † ſi conditio impleri prohibeatur non ab eo, cuius principaliter intereſt, ſed V.
ab alio, ad quem ex quadam ſequela id pertineat? & veriſimile eſt non haberi pro imple- 8
ta reſpectu principalis, ſed reſpectu eius, qui impediit tantùm. quod Decius cenſuit[22].
Sanè illud quoque recipiendum † videtur, vt in materia, in qua fictioni nullus ſit locus, VI.
ſupraſcripta concluſio non procedat, ſiquidem ſecundum veritatem certum eſt non eſſe 9
impletam conditionem, & ideo ex tali implemento non cenſuit Bartol. iuſtam actionem
præſcriptis verbis dari, ſed quandam aliam in factum generalem[23]. Vnde & ſi teſtator
verè conditionem impleri iuſsiſſet, adiecit Bald. limitari legis noſtræ regulam[24]. quid
enim ſi in caſum talem teſtator aliter diſpoſuerit[25].

7 l. iure. de cond. & dem. & l. iniure ciuili. §. de reg. iur. l. ſi quis arbitratu. §. eo.
8 l. cùm ab eo. in princ. de cont. emp. l. centeſimis. §. fi. §. eodem.
9 l. hæc venditio. de cont. emp.
10 l. ij. §. de aleæ luſu.
11 l. ſi oleum. de dolo. glo. l. ſi rem tibi. §. fin. de præſc. verb.
12 l. ſi pecuniam. de cond. cau. dat.
13 l. fin. de eo, per quem fa. in prin.
14 l. iiij. §. fin. de cond. ca. dat. vbi Doct.
15 l. j. vbi. Bal. q. x. C. de inſt. & ſubſt.
16 l. quibus diebus. de cōd. & dem. glo. d. l. in iure.
17 Cin. d. l. j. q. iij. vbi. Iaſ.
18 l. legatum. C. de cond. inſer.
19 l. Labeo. vltima. de cont. emp.
20 l. ſi Titius ſtatuas. de cō dit. & dem. l. j. §. ſin autē ſub conditione. C. de cad. tol. d. l. j.
21 l. iij. §. ſi quis ſeruum. de ſtatulib.
22 Dec. l. in iure. de reg. iu. Alex. l. de vno quoque. circa fin. de re iud.
23 d. l. Labeo. vbi. Fulg. & Bar. l. ſi quis cum debitore. de iureiu.
24 Bar. l. vter. in fi. de cōd. inſtit. Bal. l. ſi pater. iij. q. de inſt. & ſub. C.
25 Cuma. conſ. xxxviij. maritus.

## S V M M AE.

2 ☞ *Stipulatio plurium iunctim vna.*
4 *Generatim plura vno actu contineri.*
5 *Generalia relatáue expreſſa non eſſe. 10.*
6 *Generalibus omnes, niſi ex cauſis, contineri. & 8. 11.*





## L E X LXXXVI.

QVOD DICITVR. Generalis ſtipulatio, vna eſt. at cùm ſpecies ex-
1 preſſæ ſunt, tot cenſentur ſtipulationes, * quot res. quam materiam ſuprà
diffuſè explicauimus[1]. in ſtipulationibus enim maximè adtendimus ad
2 verba. Vnde † ſi vno verbo plures res in eam deductæ ſunt, vnica eſt ſti-
pulatio. Quid ergo, ſi cùm in præſentia eſſent tres vniones ſtipulatus
ſum, *Promittis illos vniones?* & putarim eſſe vnam ſtipulationem, quod &
Accur. ſenſit, præſentia enim plurium rerum non multiplicat ſtipulationem, quæ vno ver-
bo concepta ſit, quod & ſuprà in ſtipulante aceruum pecuniarum vidimus, licet Petrus &
I. Albericus aliud hîc ſentiant. Hinc inferunt Dinus Rainerius, Bartolus, & cæteri, vt ſi
3 vno actu quis plura vulnera intulerit, putà fuſcina vel furcillis, non niſi * vna pœna ſit pu-
II. niendus[2]: quæ ſententia tenuiter hîc probatur, & ideo alibi potiùs diſputanda[3]. Addit
4 Iac. † & Alber. ſi plures cauſæ alicui, verbo generali ſint demandatæ, vnam videri delega-
tionem, & perpetuari iuriſdictionem omnium reſpectu: dummodo vel in vna ſit ceptum[4]:
III. ſecùs ſi nominatim expreſſum ſit, *Cognoſcas in illa cauſa matrimoniali in illa & in illa*[5]. Produ-
citur ſupraſcripta concluſio & ad priuilegium, quod monachis conceſſum ſuper aliquibus
poſſeſsionibus ſit. ſi enim vnico verbo generali conceſſum eſt, vtēdo in vna, conſeruatur
IIII. & in alia: ſecus ſi ſpecialiter & cōiunctim enumeratæ ſint ſpecies[6]. Quod in iuriſdictio-
ne dici poteſt[7]. ſed veriſsimum eſt, quod vulgò dicitur, ex diuerſis non inferri[8]: & ideo nō
poſſunt huiuſmodi deciſiones ex lege noſtra cōmodè deduci: & cùm variis rationibus in-
V. uicem diſcrepēt, minùs vna (quod dicitur) trutina pēſari. Illud commodiùs ex lege no-
5 ſtra accipitur, expreſſam † rem nō dici, quę generalibus duntaxat verbis ſit enūtiata[9], ſicut
nec expreſſum dicitur quod ἀναφορικῶς id eſt, per relationem ad aliud dicitur[10]. Veráq; hęc
ſunt in materia noſtra, in qua de expreſsione verborū agitur, quibus verbis ſtipulatio indu
citur. Aliàs verò conſtituēda in contrariū ex Doctorum ſententia eſt regula, vt expreſſum
dicatur, quod generalitate verborū exprimitur[11]. Vnde ſolemus dicere idem generalem
6 enuntiationē † operari, quod omnium ſpecierū expreſsionem[12], & verba generalia gene
raliter eſſe intelligēda[13], ídq; non ſolùm in diſpoſitionibus fauorabilibus, aut immunitati
bus[14], ſed etiā in odioſis[15]. Vnde ſacris interdicto populo, cuilibet ſpecialiter & expreſsim
interdictū cenſetur[16]. Hinc traditū eſt, legē, quæ ad feudi ſucceſsionē fratrem nō admittit,
niſi expreſſè cautū pacto feudi ſit[17], eū admittere, qui verbis generalibus ſit vocatus[18]. Et
quāuis ad feuda quis legitimus effici nō poſsit, niſi expreſsim de comitis Palatini poteſtate
appareat, tamē ſufficeret, ſi generalitate verborū de ea appareat[19]. Fortiùs quoq; traditū
7 eſt, illud etiā cenſeri expreſſum * quod argumēto à contrario ſenſu colligitur, cùm, ſcilicet
per exceptionē præſupponitur[20]. Vnde ex quorundā regalium reſeruatione reſpōdit Pon
tanus cætera videri cōceſſa[21]: tametſi regalia nō niſi expreſſè, cuiquam concedi queant[22].
qua ratione quoties aliquid in neceſſariam conſequētiam expreſsi venit, poteſt expreſſum
dici[23]: licet Iaſ. aliter quādoq; ſenſerit[24]. Addit Cepolla expreſſum videri cōſenſum, qui ex
præſentia taciturnitatéq; colligitur eoúſq;, ne falſi dānari tabellio poſsit[25]. Et hæc quidem
I. vera ſunt, niſi aliud actum appareat. Quid † enim, ſi lex certam, & expreſſam mentionē
8 requirat? nō ſufficeret certè tali caſu generalis enuntiatio[26]. Sicut nec cùm lex iuberet,
II. vt omnia & ſingula exprimerentur[27]. Idémq; ſi iuberet ſpecialiter quid exprimi[28], vel
III. verbis ſpecialiter expreſsis enuntiari[29]. quo in caſu probabilis eſt dubitatio, an ſufficiat
eo nomine quid appellari quod plura numero tantùm differentia complectatur (apud Iu-
riſconſultos enim ſpecies etiam de indiuiduis, vt dialectici vocant, dicitur[30]) & Bart. cen-
ſuit ſufficere[31]. quæ ſententia benignior eſt niſi cùm lex ita iuſsit, vt fraudibus occurreret,
talíq; enuntiatione poſſet circunueniri[32]: tunc enim deberet in indiuiduo fieri expreſſa mē
IIII. tio, ſicuti cùm lex iubet ſingulariter quid exprimi[33]. Sanè etiā † aliud actum quādoq; vi-
9 detur ex rei qualitate, licet verba non vrgeant, vt cùm expreſsio ad eum finē requiritur, vt
quis in pœnam incidat: fit enim mitior interpretatio, vt his non incidat, cui generalibus
V. duntaxat verbis ſit prædictum[34]. Qua ratione † & in lege correctoria receptius eſt non
10 videri expreſſum, quod generaliter dicitur[35]. Quod Aret. & Soci. etiam extendendū eſſe:
ad quamlibet legem nouam putant, quæ formam veteri addat[36]. quæ ſententia non ſat le-
VI. ge per eos adducta probatur[37]. Certius † ergo eſt quod Iaſ. ait, quoties fauore certæ per-
11 ſonæ expreſſa mentio requiritur, generalē non ſufficere[38], ſi ei damnum inde irrogaretur.
Nam & generalis ſermo eos non complectitur, qui priuilegio ſunt tuti[39]. & ſolet dici legē
generalē ad caſus ſpeciales non porrigi[40], ſicut nec ad beneficia extraordinaria[41]. Quæ
omnia copioſiùs ab aliis dicta non refero. Reſtringēda tamen eſt ſupraſcripta Iaſonis ſen-
tentia, quoties generalis ille ſermo de ea materia eſſet in qua ſpeciale adeſſet priuilegium,
nam extra eam materiam, nulla eſt priuilegij ratio[42].

1 l. ſcire. §. eod.
2 l. ter enixa. de verb. ſig. vbi dixi.
3 l. ſi gemina arbor. vbi Bar. arb. fur. cæſ.
4 l. & quia. de iur. om. iud. c. gratum. de off. deleg.
5 arg. l. j. §. ſi plura. ad tur. ſpec. tit. de iud. deleg. §. reſtat. verſ. quid ſi.
6 l. damni. §. ſi is. de damno infect.
7 c. dilecto. de offic. archidia.
8 l. Papinianus. de min.
9 Doct. l. j. de vulg. & pup.
10 c. pen. de iureiur.
11 l. ſi. C. quod cum eo.
12 l. ſi duo. de ad. tut. glo. l. ſi qs mihi bona. §. iuſſum. vbi Aret. de acq. hæred.
13 l. de pretio. de publici.
14 l. ſi ex toto. vbi doct. de leg. j.
15 l. cùm lege. de teſta. vbi Aret.
16 c. in Lateranenſi. in fin. vbi Abbas. de præben.
17 c. j. in fine. de ſucceſsione feud.
18 Curt. conſ. xlix.
19 Soci. conſ. iij. Signorol. conſ. ccxx.
20 auth. ex teſtamento. C. de collat. vbi Doct. Bar. l. ſi quis locuples. de ma. teſt.
21 Rom. conſ. cclxxj. Dec. conſ. cxcvij.
22 c. j. de cap. qui cur. in feud.
23 Rot. deciſi. xiij. in nouiſ. Felin. c. in noſtra. xj. corolla. de reſcrip.
24 arg. l. ſicut certi. vbi Aretin. C. de teſt. mil.
25 Cep. conſi. xxj.
26 c. ne captādæ. de conce. præben. vbi Gem. in vj.
27 c. vt circa. de elect. vj.
28 c. ij. de præb. in vj. glo. clem. j. verbo ſpecialiter. de iud. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoff. vbi doct.
29 l. fin. §. defenſionem. C. de ad. tut. Iaſ. l. prætor ait. de op. no. nunt.
30 Bar. l. quæſitū. §. fin. de fun. inſt. dixi. l. qui vſumfructum. §. eod.
31 l. ſi. C. quod cum eo. Bar. l. j. in fine. §. ſi quis in ius.
32 clem. ſi. de off. ord. Abb. c. ad aures. de reſcrip.
33 c. procurator. de elect. vj. l. quod in rerū. §. fin. in glo. de leg. j. l. omnes. C. de præſ. xxx. anno.
34 gl. clem. j. de vita & ho. Abb. d. c. in Lateranēſi. in fi.
35 auth. ſed cùm teſtator. ad leg. fal.
36 arg. d. §. defenſionem.
37 Bar. l. legitimos. de leg. tut.
38 glo. c. inquiſitionis. verbo, expreſſæ. de hæret. in vj.
39 glo. l. iij. C. de ſilent. lib. xij. Gem. conſ. xxx. Felin. c. j. de reſcrip.
40 glo. l. ſciēdū. q ſat. cog.
41 glo. l. poſtquam liti. C. de pac.
42 l. in fraudem. in fine. de teſt. mil. Dec. conſ. v.

S V M M AE.

*2 ☞ Stipulari quod meum erit, quouis modo poſſum. 3. 5.*

L E X  L X X X V I I.

NEMO REM SVAM. Suprà vidimus neminẽ poſſe ſtipulari*rem 1
ſuam ſibi dari[1]. Quid ergo, ſi rem alienam ſibi† dari ſtipulatur, adie- I.
cta expreſsim conditione ſi ſua erit? & hîc traditur, nec hoc quidem ca- 2
ſu valere: quia nihil refert, an quid tempore prohibitionis fiat, an tempo
re licito: dum in vetitum tempus conferatur[2]: nec enim valet ſtipulatio
quæ in eũ caſum confertur, à quo incipere non poteſt[3]. Nec refert ex- II.
preſſa † ſit ea conditio, *Si mea erit.* vel alia, putà, *Si nauis ex Aſia venerit.* dum tamen certũ eſſet 3
in eum caſum rem futurã meam, idẽ enim eſt ſiue expreſſe ſiue tacitè cõditio in caſum im-
poſsibilẽ ſit concepta[4]. Sed huic intellectui, quem omnes vno ore probãt, illud aduerſatur,
quod videmus valere ſtipulationem, qua quis ab hærede ſtipulatur rem ſub conditione le-
gatam ſibi poſt eius euentũ dari[5], & tamen eo in caſu ſua futura iure legati erat[6]. Quid I.
ergo reſpondebimus? an quod Mart. quandoq; ſenſit dabimus manus argumento, & vale-
re ſtipulationem dicemus tanquàm lex noſtra nõ neget valere, ſed nullius eſſe vtilitatis di-
cat? quæ ſententia falſa eſt: verùm enim eſt non valere[7]. Item verum eſt ſupraſcriptam ſti-
pulationem legatorum nomine vtilem eſſe, cùm & ei cautio accedat[8]. An quod Din. ma II.
luit? vt lex noſtra procedat, cùm res in euẽtum conditionis futura erat ſtipulatoris ex ali-
quo contractu, ſecùs ſi abſque facto ſuo, vt ex legato. tunc enim cum habeat dominium iu-
re ſpeciali tantùm, poteſt rem ſuam ſtipulari, vt dominium quoq; iure cõmuni acquirat[9].
quod & Iaſ. tradidit. Sed ego non video, quæ inde vtilitas maior proueniat: imo noſtra po-
tiùs intereſt ex legato, ceu ex titulo fauorabiliore habere: oſtendíque ſuprà hanc rationem
non eſſe veram[10]. An ergo (quod Iacobus ſcripſit) cogẽdus erit creditor eligere, quo ex III.
titulo rem velit[11]? ſed hæc reſponſio non diluit argumentum: cùm præſupponat à princi-
pio valere ſtipulationem. An (quod Pet. Ang. Pau. & Alex. aiunt) valet hæc ſtipulatio, IIII.
quia cõtinet vtilitatem ſaltem propter fideiuſſores, qui illi accedunt[12]. Sed & hæc reſpon-
ſio reuoluitur eòdem, non enim indicat cur valere debeat, illíque fideiuſſores accedere.
Ego arbitror, ideo valere, quia ſtipulatio hæc legatorum nomine concepta prætoria eſt, V.
quæ ad dandum, ſicut prior legati obligatio, non cõmittitur, ſed in id, quod intereſt[13]: quæ
omnium prætoriarum * ſtipulationum natura eſt. quod etiam ſuprà cenſui[14]. habet enim 4
in ſe clauſulam doli mali, ex qua committitur, quæ ad factum refertur[15]. Enimuero nec III.
rurſus † refert, quemadmodum res illa efficiatur mea, an titulo oneroſo, an lucratiuo: cùm 5
enim ſemel quoquo modo ſit mea, ampliùs effici mea non poteſt. Sed quid ſi ſtipulatus ſim
à te fundum Titianum, *Si nauis ex Aſia venerit.* & eundem ſub eadem cõditione à Sempro-
nio, deinde poſt euentum conditionis, tu ſolueris? & conſtat Sempronium liberari. & hoc
caſu etiam lex noſtra intelligi poteſt: cùm enim ex cauſa lucratiua ſemel eum fundum
ſim conſecutus, ſecunda ſtipulatio inutilis eſt[16]: ſecùs, ſi ex cauſa oneroſa Sempronius
deberet: ad æſtimationem enim teneretur: ſicque talis ſtipulatio vtilitatem mihi adferre
poſſet. Fueréque, qui hoc intellectu noſtram legem declararent, qui ſatis defendi po-
teſt: niſi quod hoc modo ſubintelligeretur, ſi ex cauſa lucratiua ſit ſtipulatus. quod ſanè
violatiuum eſt. Sed pone, ſtipulatus ſum partum ancillæ meæ prægnantis, quæ ſtipula- IIII.
tio conditionalis eſt[17]: & ideo à principio valet, cùm cõtingere poſsit eam extra manum 6
meam tempore quo pariet, futuram[18]. cenſent aliqui hîc decidi, ſi mea ancilla remanebit
ſtipulationem inutilem futuram, vt ex poſt facto iudicemus, quatenus à principio res va-
luit: retrò enim hæc * infirmitas trahitur. atque ita Accur. ſenſit, quem Doctores malè 7
declarant, vt carpant. Non tamen negandum eſt, quin prior interpretatio magis quadret
verbis legis.

1 l. nemo. l. ſi rem meam. ſ. eodem.
2 l. quod ſponſæ. C. de donat. ante nup.
3 l. pen. in fine. j. eod.
4 l. cùm quid. ſi cer. pet.
5 l. j. §. ſi quis ſub conditione. vt leg. no. ca.
6 l. à Titio. de fur.
7 l. qui bis. ſ. eod.
8 l. ſi à te. vt leg. no.
9 l. in bello. §. ſi quis ſeruũ. de capt. & poſtlim.
10 d. l. ſi rem meam.
11 l. cùm filius. §. variis. de leg. ij.
12 d. l. ſi à te.
13 l. ij. §. j. l. fin. de præt. ſtip.
14 l. ij. in prin. ſ. eo.
15 l. j. in prin. vt leg. nom.
16 l. ſi is, qui ſtichũ. ſ. tit. j.
17 l. j. de cond. & dem.
18 l. exiſtimo. j. eo.

S V M M AE.

*1 ☞ Fideiuſſorem ſecundum reum cenſeri.*
*3 Fideiuſſori ex cauſis non obeſſe rei moram. 4. 5. 6. 8.*
*9 Fideiuſſorem liberator eo plerunq; teneri.*

L E X  L X X X V I I I.

MORA. Mora rei principalis nocet fideiuſſori: videtur enim fideiuſſor
in totam cauſam ſpopondiſſe[19]: quia cùm acceſsionis ſe loco obligaue-
rit, ſecundum † principalis factum regi debet[20]. quod maximè proce- 1
dit, ſi poſt moram rei iam contractam interceſſerit: videtur enim habi-
tus reſpectus ad tempus illud[21]. Hinc conſequens * eſt, vt interrupta ad- 2
uerſus reum præſcriptione, etiam contra fideiuſſorem interrupta res vi-
deatur, quod alibi Doctores attingunt[22]. Rurſus ſequitur, vt perpetuata aduerſus reum
actione,

19 l. ſi ſeruum. §. nũc videamus. j. eod.
20 l. ex pupillari. de vulg.
21 l. cùm quis. ſ. tit. j.
22 glo. l. ſi fideiuſſor. §. fin. mand. Bart. l. cùm quis. §. ſi quis pro reo. j. de ſolu.



actione, contra fideiuſſorem quoque perpetuationem factam cenſeamus[1]. quod & in re-
liquis locum habet, qui acceſsione quadam obligantur, vt in patre, qui de peculio poſt fi-
lium tenetur, vt ſupra vidimus[2]. Excipiuntur tamen aliqui caſus, quibus mora principa-
I. lis non nocet fideiuſſori. In primis † notabilis eſt, qui hîc ponitur, quoties fideiuſſor iam
3 ipſe principalem in mora rem debitam ei offerendo conſtituiſſet, tali enim oblatione cre-
ditorem in expreſſa mora conſtituit[3], quæ non tollitur poſteriore rei mora, quæ reſpectu
fideiuſſoris non, niſi tacitè ex quadam ſequela, operaretur, licet enim regulariter poſte-
rior mora tollat priorem, eáque duntaxat attendatur[4], tamen hoc reſpectu eiuſdem per-
ſonæ verum eſt, non autem diuerſæ, vt fideiuſſoris, quod Iacobus, Bar. & cæteri aduerſus
Rainerium, Petrum & Hugolinum hîc tradiderunt, æquum enim fuit, vt diligentia ipſius
fideiuſſori plus ei prodeſſet, quàm rei negligentia nocere poſſet: cùm ſecùs eſſet, ſi id bene-
ficium fideiuſſor non ſuo facto, ſed in ſequelam rei acquiſiuiſſet: tunc enim eo à reo amiſſo
& ipſe eadem ſequela perderet[5], vt ſcilicet, qua ratione quoque acquiritur, eadem & per-
II. datur. Planè & † tunc videtur ſupraſcripta regula limitari, cùm fideiuſſor ſe tanquam
4 principalem obligauiſſet: videtur enim tunc ceſſare regulæ ratio, non enim actum eſt, vt
acceſſoriæ ſit obligatus, nec item in totam cauſam rei videtur ſe obligaſſe, ſed ſolùm in
cauſam principalem reſpectu creditoris: Vnde non magis debet teneri ex alterius mora,
quàm debendi reus ex alterius rei mora teneatur, lex autem ſimpliciter dicit non teneri[6],
niſi (vt Doctores communiter aiunt) ſint ſocij, ídque defendi poteſt, quoties fideiuſſor
hîc non in fraudem, neque (quod dicitur) quæſito colore, ſe principalem conſtituiſſet,
tunc enim perinde iudicaremus, ac ſi ſimpliciter fideiuſsiſſet[7], quod Angel. & Imol. exi-
III. ſtimauerunt. Rurſus † non procedit regula, quantùm ſit obligationis augendæ reſpe-
5 ctu, vt fideiuſſor, vel in vſuris teneatur, quæ iudicis officio mercenario in arbitrariis
actionibus debeantur[8], vel in id, quod creditoris intereſſet propter locum[9], non enim
fideiuſſor ſimpliciter acceptus illud promiſiſſe cenſetur, quæ ardua eſt quæſtio, & ali-
bi tractanda: conſtat enim contumacia rei non augeri fideiuſſorum obligationem cir-
IIII. ca id, quod fideiuſſoribus imputari non poteſt[10]. Vnde inferri poteſt, ſi † tempore,
6 quo reus interpellatus eſt fideiuſſor, iuſta aliqua excuſatione, quæ euitandæ moræ ſuffi-
ciat, tutus fuiſſet[11], non debere eum ceu moratorem plecti, ne plùs, ſcilicet, ex facto
alieno grauetur, quàm ex proprio potuiſſet grauari[12]. quæ ſententia dubia eſt: cùm
videamus moram hanc principalis etiam ignoranti fideiuſſori nocere: cùm tamen in
7 facto proprio ignorans regulariter moram * non contrahit. Sed quid in fideiuſſore
dicemus, qui non obligationi dandi (vt hîc dicitur) ſed faciendi acceſſerit? ſuprà reſpon-
ſum eſt[13].
8 SED SI FIDEIVSSOR. Mora † ergo, vel delictum fideiuſſoris non
nocet promiſſori[14]. Sed quid ſi fideiuſſor eſſet ſocius ipſius principalis? & videretur
tunc nocere. nam & mora rei non nocet alteri reo[15], & tamen ſecùs eſt, ſi ſint ſocij[16].
Sed hæc ratio non eſt efficax: cùm rei debendi eadem actione teneantur: at fideiuſſor
à principali diuerſa obligatus eſt[17]. Sed cùm morte ſerui ſit liberatus ipſe principalis[18],
quomodo fideiuſſor teneri ampliùs poteſt[19]? & conſtat rigore quidem iuris liberari, ſed
propter æquitatem ſuſtineri obligationem, ne ex ſuo delicto lucrum faciat. Et ideo di-
9 ſtinguunt doctores, vt † ſi fideiuſſor poſt ſuam moram ſeruum occiderit, ex æquitate
teneatur, & vtili actione ex ſtipulatu poſsit conueniri[20]. ſi verò antè moram occiderit,
ſola de dolo actione teneatur[21]. quam ſententiam Accurſius vbique ſecutus eſt: ſed
alij diſſentiunt: quoniam, qui ſeruum occidit, iuris interpretatione ſemper in mora eſt[22]:
& ideo ſolùm actionem de dolo concedunt, cùm ſeruus occiſus, vel in diem vel ſub
conditione debebatur. tunc enim nulla mora etiam occidendo committitur, quod ple-
rique veteres ſcripſerunt[23]. Ego Accurſium ſequor: quia horum interpretatio Papi-
niani legem violat[24]: in qua nullum eſt diei, vel conditionis verbum. nec arbitror fide-
iuſſorem, qui ſeruum occiderit, cenſeri hoc ipſo moram facere: lex enim ſimpliciter
ait aduerſus occiſorem perpetuari obligationem[25]. quæ ratio in fideiuſſore non pro-
cedit. quomodo enim perpetuabitur, ſi iam in principali extincta eſt? meritò ad actio-
nem de dolo recurrendum eſt: cùm ſecùs ſit, ſi iam ex vera mora fuiſſet perpetuata,
tunc enim perpetuatio, durante principali, fit. Vnde & ſubeſt maior æquitas vtiliter ex
ſtipulatu agendi.

1 d. §. nunc videamus.
2 l. cùm filius. in prin. ſ. eo.
3 l. qui x. j. de ſolu.
4 l. illud. de peric. & com.
5 l. iij. §. ſi is, pro quo. quod quiſque iur.
6 l. mora. §. fin. de vſur.
7 l. ſed Iulianus. ad Maced. Ang. Imol. l. pen. j. tit. j.
8 l. centum Capuæ. de eo quod cert. loc.
9 l. fin. eo. tit.
10 l. fin. j. de fideiuſ. l. j. de in lit. iur.
11 l. quod te. ſi cer. pet.
12 arg. l. ſancimus. C. de fideiuſſor.
13 l. cùm filius. §. j. ſ. eo.
14 d. l. mora. in fine.
15 d. l. mora. §. pen.
16 l. pen. j. tit. j.
17 Bar. d. l. cùm quis. §. pen.
18 l. ſi ex legati. ſ. eo.
19 l. in omnibus. de ſolut.
20 d. l. mora. in fi. & hîc. & l. cùm quis. §. pen.
21 l. ſi fideiuſſor. de dolo.
22 l. ſi ſeruum Stichum. j. eodem.
23 Iac. Din. old. Bart. Alex.
24 l. ſi fideiuſſ. Raph. Pau. Imo. Iaſ. hic.
25 j. d. l. ſeruum. §. ſequitur.

S V M M AE.

*1 ☞ Promiſſionem ad futura non porrigi.*
*3 Futuros actibus præſentibus non teneri.*
*4 Futura diſpoſitionibus ex cauſis ineſſe.*

LEX

## LEX LXXXIX.

SI A COLONO. Conductor,qui medio† luſtro promittit quicquid 1
dare facere oportet videbatur de futurorũ quoq; annorum pẽſione egiſ-
ſe:vnicus enim locationis eſt contractus[1], iterúmq; videtur in diem debi
tor[2]:ſed tamẽ aliud Iuriſconſulto noſtro eſt viſum,in futurũ enim nil con
ductor debet,niſi quatenus locator & ipſe ex parte ſua patientiã pręſtet[3].
meritò ad futuram obligationẽ talis promiſsio non trahitur. Verba*er- 2
go ſecundum tẽpus ſuum intelligi debent, quod latiùs ſuprà à me declaratũ eſt[4]. Sed quid
ſi verba tempus certum non habeãt,ſed indifinita ſint?& videtur conſtituẽda regula,vt ad
tempus præſens duntaxat referãtur[5]. Vnde immunitas eccleſiæ† eiúsve ædiculis conceſſa 3
ad futuras ædiculas non extenditur[6]: & excõmunicato Titio,eiúſq; fautoribus,præſentes
tãtùm abominati intelligãtur,quod Archidiaconus diſputauit[7].Sic cõpromiſſum de omni
bus litibus nõ trahitur ad futuras,etiã ſi dictum ſit ex quacunq; cauſa,ſeu adiectũ,quæ ſunt
vel eſſe poſſunt,quod Bal.tradidit[8]:nam & reſcripta ad lites nihil futuris proficiunt[9],& di-
plomata beneficiaria ad ea beneficia nõ porrigũtur,quæ poſtea ſunt conſtituta[10]: ſic & in
emptione vẽditionéve videtur id duntaxat deductũ,quod præſens eſt,nõ quod deinde ad-
uenit[11].Procedúntq; maximè ſupraſcripta,cùm diſpoſitioni adiecta eſt aliqua dictio, quæ
arguat de re pręſenti ſolùm actũ eſſe,quales ſunt dictiões poſſeſsiuę meus,tuus,&c[12]. Harũ
enim dictionum ea eſt ſignificatio,vt voces,quæ aliàs vniuerſales eſſent,faciãt ſolùm gene
rales videri,nec ad futurũ extendi ſinant. Vnde ſi dicam, *Vendo omnia bona mea*. de præſenti-
bus tãtùm intelligitur[13]. Si princeps publicare ſe omnia bona tua dixerit,futura non com
præhẽdentur[14]. Si teſtator fidei hæredis ſui commiſerit ſic, *Veto bona exire de agnatis meis*. de
his tantùm intelligetur,qui,viuo teſtatore,agnati erant, vt Bal.reſpondit[15]. Non procedit
tamen ſupraſcripta concluſio variis caſibus. Et in primis† ille certiſsimus eſt,cùm mens I.
contrahentium,ſeu diſponentis etiam ad futura reſpexit, quæ mens ex cõiecturis plerunq; 4
depræhenditur. Vnde teſtator qui tutores filiis dat, etiã poſthumis dediſſe cenſetur[16]. qui
codicillis ab inteſtato hæredem grauat,quemcunq; grauaſſe intelligitur, etiam ſi tempore
codicillorum is natus nondum eſſet[17]. qui poſthumum ſibi hæredem inſtituit, non ſolùm
ex præſenti vxore,ſed ſi aliam in futurum ducat,ex ea natum inſtituiſſe cenſebitur[18].Qui
cognatis*legat,etiam de his exiſtimatur intellexiſſe, qui tempore mortis duntaxat futuri 5
ſunt cognati: tametſi tempore teſtamenti non eſſent[19]. ratio enim coniunctionis affectio-
níſque paritas hoc ſuadet. Cæterùm & cùm veriſsime eſt contrahentes futura præuidiſ- II.
ſe,de eis quoque actum eſſe indefinito ſermone credendum eſt,quod Bar.tradit:ſicq; Pom-
ponij reſponſum interpretatur[20]. quod ego alibi alia ratione explicui[21]. In vniuerſali- III.
bus * quoq; conſtat ad futura trahi diſpoſitionem.vnde legato peculio,etiã futurum com 6
præhenditur[22]. ſic & legato grege, acceſsiones nouorũ capitum debentur[23]. & qui fami-
liã meam hoſpitari promiſerit, ſi iuſtè aucta ſit,tenebitur[24]. & qui omnia bona ſua legat,
vel eorum vſumfructum quia hoc caſu de vniuerſitate intellexiſſe videtur, de futuris quo-
que cenſebitur intellexiſſe[25]. Huc pertinet, & cùm quis * fundum legat: videtur enim IIII.
etiam futuras acceſsiones legaſſe[26],ſiue cauſa alluuionis procedant,ſiue quia teſtator ipſe 7
adiecerit,vnóque nomine nuncupauerit[27]. Qua ratione, & ſi res legata ſit vſu perem- V.
pta,ciúſque loco alia ſubrogata,propter mentem illa debebitur[28]: vt cùm vir legat vxori
omnes veſtes ſuas, intelligetur etiam ſi poſteà loco attritarũ aliæ ſint ſubmiſſæ, quod Bar.
reſpondit. Propter naturam quoq; rei huiuſmodi verba ad futurum producuntur. Vnde VI.
cùm priuilegia, ſeu principium beneficia perpetua eſſe debeant[29], in eis ſit interpretatio,
vt etiam ad * futurum trahantur, vt ſi impetrarim aliquid pro me, & familiaribus meis, 8
etiam futuri habeant[30], & ſi quid conceſſum ſit Epiſcopo, & quatuor clericis ſecum reſi-
dentibus, intelligatur etiam quatuor aliis conceſſum, qui eorum loco ſint ſubſtituti[31].
Idémque, ſi antiſtiti permiſſum ſit, vt familiares ſuos admittere ad res diuinas poſsit[32].
Vidẽtur tamen mihi alia ratione inniti hæc exempla poſſe. Sed & cùm de modico præ- VII.
iudicio agitur faciliùs admitti hanc interpretationem, vt indefinita * verba ad futurum 9
trahuntur,Bartolus cenſuit[33]. Quòd ſi de ſolo concedentis damno agatur,tum quoque VIII.
ſumi hanc amplam interpretationem receptum eſt[34]: dum tamen ab eo, quod veriſimile
eſt non recedamus. Qua ratione, ſi mutua aliqua * promiſsio fiat, quæ contrahenti- IX.
bus poſsit vtrinque eſſe vtilis, videtur accipienda hæc interpretatio, vt futura quoque 10
compræhendantur, quod Angel. in ea ſpecie reſpondit[35]. Cùm fœdus percuſſum eſſet
pro ſe,& ſociis ſuis,vt intelligantur etiã futuri,quæ ardua eſt quæſtio,& armis inter Roma-
nos, & Carthaginenſes definita, vt alibi ego tractaui[36]. Hincque infertur,an ſi partes X.
in iudicio feriis ſimpliciter renuntiant, etiam futuris cenſeantur renuntiaſſe?& Bartolus
negat[37]: Fulgoſius ait. Ego cenſeo de futuris quoque intelligi, ſiue quia de modico præ-
iudicio

1 l.Stichum.§.j.ſ.eo.
2 ſ.l.centeſimis.in prin.
3 l.cùm in plures.loc.
4 l.ſi ſtipulatus fuerim.§.j.ſ.eo.vbi Iaſ.
5 l.fi.§.j.de leg.ij.
6 clem.j.ad fin.de cẽſi.Bar. l.damni.§.ſi is qui ædem.q.pen.de dam.inf.
7 Archid.xj.q.iij. excellentiſsimus.
8 l.de his.ſ.de arbit.
9 c.fin.de reſcrip.
10 clem.fin.de reſcrip.
11 l. Rutilia. l. in lege. de cont.emp.
12 l.ſi ita.de aur.& arg.l.v. in fine.de leg.j.
13 l.fin.C.de pac.vbi dixi.
14 l.ſi tibi.§. is cuius.mãd. Iaſ.d.§.j.
15 Alex.in addit.ad Bart.l. ſi cognatis.de reb.dub.ſ.
16 l.ſi quis filiabus.de teſt. tut.
17 l.ab inteſtato.de iu.cod.
18 l.placet.de lib.& poſth.
19 d.l.ſi cognatis.
20 l.ſi ſeruitus.de ſer.vrb. præd.
21 l.verbum, erit.de verb. ſign.vbi dixi.
22 l.ei quoque.de pecu.leg.
23 l.grege.de leg.j.
24 c.quantò.de cenſib.
25 l.quoties.in fine.de vſufruct.l. nam quod.§. fin. ad Trebel.
26 l.quod in rerum.§.j. de leg.j.
27 l. ſeiæ.§.tyrãnæ.de fun. inſt.
28 l.fin.§.fin.de lib.leg.l.filia.§.j.de cond.& dem.l.Lucius.in prin.de leg.ij.
29 c.decet.de reg.iur. ĩ vj.
30 c.licet.§. j. de priuil. in vj.vbi Doct.
31 c.fi.de verb.ſig.in vj.vbi Gem.
32 Io. And. reg. qui ſentit. de reg.iur.in vj.
33 l.fin.C.quæ res pig.
34 c. qa circa. de priuileg.
35 Ang.conſi.cclx.ccxcij.
36 d.l.verbum erit.
37 l.j.in prin.de feriis.



11 iudicio agatur,poſsítque renuntiatio * vtriſque eſſe vtilis,ſiue quia potuerunt futuræ quo-
que feriæ(cùm ſint lege præfinitæ)ab ipſis præuideri. Vnde ſequitur,vt in repentinis feriis
verior ſit Bar.ſententia.quod & Alexan.Iaſónque probant[1]. Illud non eſt dubium quibuſ-
cunque caſibus ſuprà dixi verba præſentis,vel præteriti temporis ad futurum trahi,multò
fortiùs indefinita trahenda eſſe.

1 ſ. d.§.j.

## SVMMAE.

4 ☞ *Vſuras ex quibuſlibet verbis dignoſci.*
5 *Annuum ex vendito vſuram ex cauſis non dici.6.*
7 *Vſuras ex cauſis permitti.9.*
12 *Annuum donec res præſtetur, conſtitui poſſe.*

## LEX XC.

1 CVM STIPVLATI. Litis*ergo ſuper ſorte conteſtatio nõ im
pedit,quin interim vſuræ currant. Videbatur autem aliud dicẽdum: quia
2 litis conteſtatione fit nouatio[2]: at nouatione * extingui ſolet præcedens
vſurarum lapſus[3].Sed certè non ſat probabile eſt hoc argumentum. non
enim tam nouatio,quàm iuris quædam quaſi accumulatio litis conteſta-
tione fit[4],quæ deteriorem actoris cauſam efficere non ſolet[5]: probabilior
ergo dubitandi ratio eſt, quia vſuræ poſt litis cõteſtationẽ officio iudicis debentur[6].Vnde
non eſt veriſimile id actũ inter partes,vt ex ſtipulatione interim præſtẽtur:ſuperfluũ enim
id eſſet[7].Sed tamen aliud Pomponio viſum eſt. Verba enim conditionis indicant in hunc
3 caſum quoque pœnam promiſſam eſſe:vnde expreſſa*partium diſpoſitio legis diſpoſitio
4 nem ceſſare facit[8]. Adnotant *hîc Doctores:ſi quis pœnã in ſingulos menſes ſtipulatus ſit,
vel in ſingulos annos:tamen vſuram cenſeri: quoniã appellatione pœnæ etiam vſura lata
ſignificatione continetur[9]. Specialiter verò,adnumerantur non paucæ inter hæc differen-
tiæ,quas Bart.& cæteri tradiderunt.Sed quid,ſi quis non vſuram, aut pœnam,ſed annuum
reditum vocet?& non putauerim quicquam referre, quo nomine res vocetur,ſed adtẽden
5 dum ad effectum an pecunia pecuniam pariat[10]. Finge ergo, vendidiſti† annuam penſio-
nem ſuper fundis tuis,an contractus fœneratitius erit, cõſequentérque hodie prohibitus?
& ex ſui forma non videtur fœneratitius[11],quod nouella Iuſtiniani cõſtitutione ſatis pro-
batum eſt,nouiſsiméque Martinus V.& Caliſtus iij.Pontifices ſanxerunt[12]. quæ ſententia
I. quibuſdam caſibus certa eſt. Primus, † cùm ius in re conſtitutum eſt, vt quia cenſualis
6 contractus celebratus, putà cùm quis, alienata re propria,retinet in ea certum cenſum[13].
Idémque,ſi venditus fundus, & in emphyteuſim tametſi incontinenti per venditorem ac-
ceptus[14]. Subeſt enim eadem ratio[15]. Valebit ergo & in foro conſcientiæ talis contractus:
niſi aliquibus ſignis oſtendatur id actum, vt non tam emptio, quàm mutuum celebretur,
fraúſque legi de cõtractu ad contractum facta ſit[16]. Qua in re plurimas coniecturas aliqui
tradidêre[17].Sed illa potiſsima eſt,cùm tã caro pretio res eſt vẽdita,vt veriſimile ſit empto-
rem ſibi malle canonem annuum ſolui,quàm rem habere: ſicq; cauti emptores horum iu-
II. dicio & in hoc,& in alio ſeculo bene habẽt,incauti & imprudẽtes malè[18]. Secundus,cùm
7 penſio† conſtituta eſt ſuper re modico plus valente,adeò quòd ſubeſſe poteſt aliquod peri
culum,ſi debitor efficeretur non ſoluendo.propter enim dubium euentum ſuſtinendus eſt
contractus[19]:ſicut & ſuſtinentur in eo,qui annuum reditum quantulocunque pretio emit,
donec vixerit.propter incertitudinem enim mortalitatis valet conuentio[20].Vidẽtúrque
caſu procedere ſupràſcriptæ conſtitutiones,in quibus dicitur fuiſſe conuentum,vt prędiis
III. peremptis,non tamen pecunia reſtitueretur. Tertius,quando penſio habito ad pretium
numeratum reſpectu,nõ excedit legitimum modum eius quod intereſt. Sicut autem olim
poterat fructus reputari vſque ad legitimas vſuras[21], ita & hodie vſque ad id, quod inter-
eſt[22],ídque aliqui ad conſuetudinem regionum,& qualitatem temporum referendum pu-
8 tant[23].Ego in foro cõſcientiæ id ſolùm exigi poſſe arbitror,quod verè creditoris*íntereſt,
& ideo non præſumptionem,quæ ex conſuetudine oritur,ſed veritatem reſpiciendum eſ-
ſe[24]: aliàs autem legitimus reditus is cenſetur,qui xx.annis æquat ſortẽ[25],licet aliàs leuior,
IIII. & modeſtior requiratur,nempe xxv.an.[26] quandoque grauior,vt xv[27]. Quartus,† quan
9 do etiam non pecunia,ſed fructus ſunt præſtandi:ſubeſt enim periculũ,ne nõ naſcantur[28].
Vnde tali caſu,ne contractus ſit illicitus,præſumendum eſſet id actum,ne ex ſequẽti vber-
tate debeãt reliqua ſuppleri[29]. Quid ergo ſi non ex certo fundo,ſed in genere fructus pro-
miſsi ſint,& cùm tali caſu ſecurus ſit emptor[30],ſecùs eſſet[31]. Vnde apparet eum cõtractum
quo quis centum libris vegetem vini annuam emit,licet in ſpeciem vſurarius non ſit peri-
culoſum tamen conſcientiæ eſſe, cùm communi annorum curſu xv. vel xx. vini vegetes
V. centum librarum valorem longè excedant. Quintus,quando† non ſponte quis ita con
10 traxit,ſed coactus fortè à principe vel republi.tali enim caſu mens delinquendi non adeſt.

2 l.fin.C.de vſur.rei iudi.
3 l.aliam.ſ.de nouat.
4 l.j.C.de iudi.
5 l.non ſolet.de reg.iur.
6 l.cum fundus.ſi cert.pet. l.lite.ſ.de vſur.
7 l. hæc ſtipulatio. in fine. vt leg.nom.
8 l.cùm ex filio.§.penul.de vulg.& pup.
9 l.lecta.ſi cer.peta.l.qui ſi ne.de negot.geſt.
10 xiiij.quęſt.iij. plerique.
11 c.in ciuitate.de vſur.vbi Innocent.
12 in auth.conſt. clx.& in extrauag.de empt. & vend. c.j.& ij.
13 ca.conſtitutus. de relig. dom.Bar.l.j.§.j.de publica.
14 arg.l.ij.de reb.eo.
15 Bald.l.j.q.iij. C. de his, quæ pœnæ no. Iaſ. l.j. C.de ſumma trini.
16 arg.l.ſi ſponſus.§.circa. de don.inter vir. & vxor.& l. cùm vir. de iure dot. vbi Bartolus.
17 Cepol. tract.ſimulat.cõtra. Vitalis tracta.clauſ. de fraudib.
18 xxxvj.diſt.c.j.
19 Old.conſ.ccvj.Io.Andr. in Spec.rubr.de vſur.Doct. d.c.in ciuitate.
20 Doct.l. de fideicommiſſo.C.de tranſact.
21 Pract.Pap.lib.act.Hyp. verſ.relaxandum.
22 l.cum debitor. ff. quib. in cauſ.pig. tac.vbi Salicet. & Fulgoſ.
23 Abb.d.c. in ciuitate.Rodulph.c.cõſuluit.xij.q.ſum. Ang.in verbo,vſuræ.
24 gl. auth.perpetua. in fi. C.de ſacr.ecc.
25 l.iij.§.fin.ad l.falc.
26 l. ſi quis argentum. C. de donatio.
27 Bald. authẽ. ad hæc.C. de vſur.
28 l.j.in fine.de condict.& demonſtr.
29 l.v.de trit.vinóque.
30 Bald.d. l,ſi quis argentum.in fi.princ.
31 Anch.d.c.in ciuitate.

cùm mallet ipſe ſortem ſuam habere,quàm id nomẽ,quod non ſat ſecurum eſt[1]. Sextus, VI.
quando quis ipſe penſionem ſibi nouam conſtitui non facit,ſed iam cum alio conſtitutam
emit[2]:ceſſat enim tali caſu ſuſpicio fraudis, licitúmque vnicuique eſt vili pretio rem eme-
re[3]: quod ex facto Caſtr.reſpondit[4]. Septimus,cùm hic contractus à Republ. vel eccle- VII.
ſia vel alia vniuerſitate eſt celebratus, in qua veriſimile eſt multos ſpectatæ probitatis, &
puræ conſcientiæ homines eſſe,nec enim in eis mens fœnerãdi præſumitur,nec ſubeſt cau
ſa: cùm tale ius ſingulorum non ſit,ſed vniuerſitatis,quo in caſu & Iuſtiniani & ſupraſcri-
ptæ Pontificum conſtitutiones loquuntur,ſanè his caſibus exceptis, putarim fœneratitiæ
labis ſuſpectum hunc eſſe contractũ: ideóque ab eo abſtinendum[5]:quod aliàs ex facto con
ſultus reſpondi,quoniam verba illa, *Vendo * penſionem ſuper tali fundo.*nudum pignus conſti- 11
tuunt[6].Vnde videtur talibus verbis non res aliqua vendi, ſed creditori ius perſonale dun-
taxat conſtitui,cui acceſſerit fundi hypotheca,in quo contractu omnis prohibitę vſurę ra
tio locum haberet[7].Nec ego multùm referre hoc caſu arbitror, an quandocunque libera-
re ſe debitor ſortis reſtitutione poſsit,an non:niſi poſt tale tẽpus[8],an verò nunquam[9], ſem
per enim ſubeſt fœnebris auaritiæ ſuſpicio.Sed hæc nos Theologis copioſiùs diſputanda
relinquamus. Subiicit † Bar.ſi hæredi nõ ſoluenti adiecerit teſtator pœnam ſingulis annis 12
eſſe vſuram[10],quod & plerique alij cenſuerunt[11], & ego verum eſſe ſecũdum ſupràſcripta
arbitror,vt poſsit annuum reditum interim cõſtituere[12],vt ſi legatis mille in tot bonis ſuis
interim iubeat dari tot aureos annuos, videtur enim loco fructuum id eſſe[13], vel ſi dixerit
pro φυτίο præſtari, tanquam id egerit, vt tot bona ſua ſtatim data cenſeãtur,& in emphy-
teuſim ab hærede recepta,ſicque breui manu omnia legitimè facta[14].Addit Bald.idem eſ-
ſe,ſi alternatim teſtator mille legauerit vel quinquagena annua[15]. Adiicit Soci. ſi teſtator
iubeat ſortem ante certum tempus ab hærede non exigi,fœnus non eſſe, cùm nulla ſit lega
tarij culpa[16].qua de re alibi.

1 Anch.conſil.iij.dubitari. Mod.d.l.j.de ſum.tri.
2 arg.l.patronus. in princ. de leg.iij.
3 l.in cauſæ.ij.§.idem Pomponius.de minori.
4 Paul.Caſtr.conſ.cclxxxix.præſens dubium.in j.
5 And.Sicu.conſ.lxvj.in ij.
6 l.pen.§.inſtituto.de leg.ij.l.fundus quẽ. de ann.leg.
7 d.c.plerique.xiiij.q.iij.
8 c.ad noſtram.de emptio.& vendit.
9 Pau.Caſt.l.item quia.de pactis.
10 l.iij.§.fi.de ann.leg.Aretin.conſ.clij.
11 Alex.l.diuortio.ſol.ma.
12 d.c.regimini.
13 l.curabit.C.de act.emp.d.l.ſi debitor.
14 l.ſciendum.ꝟ.eo.l.iij.§.fin.de don.inter vir.
15 Bald.d.l.j.q.iij.C.de iis,quæ pœn.nom.
16 l.hac edictali.§.iis illud.vbi Bald.C.de ſec.nup.Socin.l.ij.ꝟ.de iis quę pœn.nomin.conſ.xlj.in iiij.

## S V M M AE.

2 ☞ *L. Si ſeruum.ſenſus.*
3 *Cuſtodia non, niſi ex cauſis præſtanda.*
4 *Impenſam à ſtipulatore repeti.*
5 *Fructus non, niſi in caſibus, præſtandi.*
6 *Debitorem, re facta incommercabili, eximi:ex cauſis contrà.7.*

## LEX XCI.

SI SERVVM STICHVM. Re perempta * culpa debi- 1
toris,debitor perinde tenetur,ac ſi extaret. Sed quid, ſi eius negligen-
tia?vt quia ægrotanti medicum nõ adhibuit?& Doctores ſequuti vno
ore Ioannis interpretationem adhuc teneri cenſuerunt. quoniã idem
traditum in hærede eſt,qui diligentiam præſtare tenetur[17]. Idem & in
emptore,qui redhibitoria agere velit[18]. Idem & in poſſeſſore hîc tra-
ditur,qui ſciens rei vindicatione cõuentus eſt[19]. quibus rationibus mo
ti Doct.plus argumentis ſuis,quàm verbis legis tribuentes,à ſenſu verò aberrarunt, & ar-
gumentum vindicationis,quod argumentandi duntaxat cauſa adductũ erat, pro deciden
di ratione habuerũt,Rurſus rationẽ deciſionis ibi ſcriptam, *Quia qui dare &c.* pro dubita-
tionis argumento ſunt interpretati.Ego† arbitror hîc decidi poſſeſſorem ex tali negligen 2
tia non teneri[20]:quia is ſolùm dare promiſit,non autem facere,id eſt,infirmum curare:nec
eſt quod ſtipulator ei imputare poſs it:cùm ante promiſſoris moram nec dominus ſit, nec
loco domini,poſsítque promiſſor ei replicare, *Quid ad te, ſi eo tempore illum non curaui? quo tu*
*nullum in eo ius adhuc habebas*[21]? licuit enim mihi rem meã arbitrio meo citra fraudem tracta-
re[22].quòd ſi ſperabas fore tuũ,quin tu hanc ſpem argẽto emebas,eúmq; curabas. Ego cer-
tè impedire nõ debui,quin facto meo poſſet quandoque ſolui[23]: at cùm naturæ facto impe-
dimentum adfertur,nullus eſt color,cur ego tenear[24]. adhibendam verò medelam ſeruis
citra vtilitatem,grauiſsimus ille cenſor,idem & Iuriſconſultus Marcus Porcius Cato non
aiebat,vt in eius vita Plutarchus auctor eſt.Nec obſtant ſupràſcripta argumenta: quia in
eis procedunt,qui† vel malæ fidei poſſeſſores[25],vel ſcientes rem alienam detinent. ideóq; 3
cuſtodiam præſtãt[26],vel qui ipſi agere volunt,vt emptor,qui redhibitoria vult experiri[27]:
vt enim alium ſibi obliget,debet ipſe ex parte ſua eam diligentiam prę̨ſtare,quam paterfa
miliàs[28].Idem cùm quis curam adhibere diſpoſitione legis tenetur: & ſi nõ fecerit,à lucro
ſummouetur,tunc enim non eſt dubium teneri eum,ſi medicum ægrotanti non accerſiue-
rit[29],quod generaliter procedere in contractibus vltrò citróq; obligatoriis Alber.ſenſit[30].
quia in eis ſæpiſsimè leuiſs ima culpa præſtatur[31].Sed finge in caſu† legis noſtræ promiſſo- 4
rem curã adhibuiſſe,an impenſas factas repetet à ſtipulatore?& Iac.cenſuit repeti poſſe[32],
quem & Bar.aduerſus Petrũ ſequitur:quia impenſa hæc quæ ægrotanti adhibetur, perpe-
tuam cauſam habet[33]: quam ſententiã & ego probo.cùm enim nõ teneretur promiſſor,vt
ſuprà cenſui,eã facere,ſi vtiliter fecerit,debet ei reſarciri[34]:dum tamen nõ tam modica ſit,
vt veriſi

17 l.cùm res.§.pen.de legatis primo.
18 l.quod ſi nolit.§.ſi mancipium. de ædili.edic.
19 l.qui petitorio. §.j. l. ſi homo.de rei vendi.
20 arg.l.venditor.ij. verſi. quemadmodum.de hæred. vel actio .vend.
21 l. videamus. ij. reſpon. de vſuris.
22 l.in re mandata.C.mãd.
23 j.verſ.idémq;.& de illo.
24 arg. l. maximum.C.de lib.præt.
25 d.l.ſi homo.
26 l.ei qui.in fi.l.ſi quid.§.pen.de petit.hæred.
27 d.§.ſi mancipium.
28 l.ædiles.j.cum ſeq.de ędili.edic.
29 l.ſi cùm dotem.§.ſin autem in ſæuiſsimo.ꝟ.ſol.matrimo.l.indignum.ꝟ. de iis quib. vt indig.
30 arg.d.§.ſi mancipium.
31 l.contractus.de reg.iur. l.magna.de verb.ſign.
32 l.Iulianus. §. præterea.de actio.empt.
33 l.j.in fi.& l.ſeq.ꝟ. de impen.in re.do.
34 l.ex parte.in prin. fam. erciſcun.



vt veriſimile ſit eãdem facturum ſpe vtilitatis operarum,quas eſſet percepturus. quod Al-
5 ber.ſcripſit[1].Sed quid iuris circa fructus,an debitor interim colere teneatur?& † ſicut hic
nõ tenetur ſeruum curare,ita nec fundum quidem colere interim cogitur[2]: videtur enim
par eſſe vtroque in caſu ratio, vt quis nec ad curam perpetuam, nec ad temporalem fru-
ctuum percipiendorum cauſa interim compellatur:& ideo concludit Bar.eum debitorem
qui actione perſonali ad dandum conuenitur, non teneri de fructibus, qui percipi potue-
runt aliáve negligentia[3].Quod duobus modis hîc reſtringit Iaſ.Alter eſt in venditore,cui
ſi ſit integrum pretium ſolutum,tenetur de fructibus quoque,qui percipi potuerint.idq; Ci
ni,Alexandríq; ſententia[4].quæ opinio,defendi poteſt,ſi aliqua culpa impingi ei poteſt,cur
fundum non tradiderit:alias non video,cur teneatur:cùm in mora nõ ſit,niſi quatenus fie-
ret locupletior[5]: quod rectè Aret.tradidit,& ſentit hîc Alex. alioquin nimium verba legis
violarentur[6].Alter eſt,cùm fructus iam maturos pateretur debitor corrumpi, præſtaret e-
nim hanc negligentiam,quę ad rei conſeruationem adtinet.quod Ang.Imo.recentioréſq;
huius reſponſi argumento cenſuerunt.Sed ego ſuprà cõtrarium hinc probari oſtendi,nec
ad curam ſerui promiſſorem teneri:Nec quicquã facit eorum ratio,quòd fructus cenſean-
tur pars rei[7],falſum hoc eſt in actione perſonali,in qua nos loquimur:cùm, ſcilicet, vendi-
tor nondum rem tradidit. Sed hæc locis ſuis reſeruanda ſunt[8]. Nunquid autem is, qui ſer-
uum occidit,dicatur moram feciſſe infrà adtingam[9].
6 SED ET SI SIT. Si igitur† res promiſſa deſierit eſſe in commercio facto debi-
toris,vel habentis cauſam ab eo,non liberatur debitor:niſi ex cauſa contractum præcedẽ-
te deſierit,vel facto alterius citra debitoris culpam.Sed quænam eſt huius diſtinctionis ra-
tio?& puto eſſe,quia qui rem debet,etiam curare tenetur,ne facto ſuo res deſinat poſſe ſol
ui,ſicut q. prohibitus eſt alienare,curare tenetur ne res in caſum incidat, quo alienatur[10].
I. Sed† nunquid perpetua eſt ſupràſcripta concluſio?& negat Acc. quamuis enim abſque
7 facto promiſſoris res deſinat poſſe præſtari:ſi tamen mora eius arguatur, nõ erit liberatus:
II. quod hîc traditur: idem ſi culpa eius ſubſit[11]. Sed & ſi promiſsio ex cauſa oneroſa ſit fa-
cta,videtur eum,qui non admonuit creditorem,in culpa eſſe:& ideo non liberari[12]. Finge,
teſtator iuſsit ſeruum Stichum ſub conditione eſſe liberum, & me hæredem inſtituit, ego
eum Stichum ſimpliciter tibi promiſi,ſi ex cauſa oneroſa teneor,ſi ex lucratiua, & animo
donandi,ſecùs eſt[13]:quia cum ſua qualitate videor donaſſe[14], quo in caſu Bart.locum eſſe
III. verſiculo,Item ſi homo exiſtimat. Vnde idem Bar.cenſuit,ſi promiſsio Stichi inſtitutio
nem præceſsiſſet,tunc me non liberari:quia facto meo,ideſt,hæreditatis aditione,me obli-
gaui ad libertatẽ Sticho dandam[15], & quia factum teſtatoris debet cenſeri factũ meum[16],
probántque hanc ſententiam aduerſus Accurſ.omnes,& mihi placet.quia licet non videa
tur hæredi imputandum factum quod directò ad hoc non tendebat[17]: tamen ſecùs eſt hoc
IIII. caſu,quo etiam curam adhibere tenetur:ne res eò perueniat, vt ſolui non poſsit. Cæte-
rùm nec eo quidem caſu hæres liberatur,quo occiſo domino ſeruus promiſſus, qui ſub eo-
dem tecto non erat,affectus ex ſenatuſconſulto fuit ſupplicio, tenebitur enim ad æſtima-
tionem[18],vt ſcilicet iniuria debitori facta creditori non noceat:quod ſanè mirum eſt:cùm
caſui fortuito æquiparetur,an quia ipſi hæredi præmium fiſcus ſoluit? Vnde putarim debi
torem cedendo contra fiſcum actiones liberari[19]: videtur ergo hoc caſu pretium loco rei
ſuccedere,nec induſtria debitoris acquiſitum,ideóque illi non lucri fieri, cùm tamen aliàs
ſit ſecùs[20].

1 l.diuortio. §. impendia. ſol.matr.
2 d.l.venditor.verſ.quemadmodum.
3 d.l.videamus. vbi Barto.& hic.
4 Alex.d.l.de diuiſione.ad fin.ſolu.matr.vbi Aret.
5 l.curabit.de act.emp.C.
6 d.verſi.quemadmodum.
7 l. fructus pendentes. de rei vendi.
8 l.ſi filius.§.j.ꝟ.eod.
9 ꝟ.§.ſeq.
10 l.ſi ita quis.§.ea lege.infra eod.
11 l.cùm res.§.ſed ſi alienus.de leg.ij.
12 l.j.§.j.de actio.emp.
13 l.ob res.de ædil.edi.
14 l.ſi à ſubſtituto. in fi. de lega.j.
15 l.hæc autem.in fine. quibus ex cauſ.in poſ.
16 l.ſi ſeruus.ij.de cõd.fur.
17 l.ij.ꝟ.ſi quis caut.
18 l.iij.§.ſi ex ſtipulatione. ad Sillan.
19 l.quod debetur. in fine. de pecul.
20 d.l.venditor.de hæred. vel act.vend.

## S V M M AE.

3 ☞ *Ignorans ſiue necet,ſiue manumittat, non niſi ex cauſis, liberatur. 4.*
5 *§. De illo.enucleari.*

§.DE ILLO QVAERITVR. Quod ſuprà ſcriptum eſt,ſeruo à debitore occi
ſo,vel manumiſſo,ius creditoris ſaluum eſſe,hìc extenditur, vt procedat, ſiue debitor ſci-
uerit ſe eum debere,ſiue neſciuerit:quæ deciſio ſanè quàm dubitabilis eſt: quia probabilis
1 hæredis *ignorantia ſicut eum à mora excuſat[21],ita & à culpa excuſare debet. Sed tamen
2 fortior ratio pro creditore eſt:quia non debet factum hæredis *ei nocere[22], tenetúrque cre
3 ditor curare,ne facto ſuo damnũ ei adferat:quæ ratio videtur indiſtinctè habere † locum,
tam in occidente,in quo omnes conſentiunt,quàm in dante operam rei licitæ,putà manu-
mittente:in quo tamen Bar.Ang.Imol.Alex.aliud concludunt,vt, ſcilicet, manumiſsione
regulariter liberetur debitor,qui enim putat ſe dominum, & ſeruum ſuum manumittit,nõ
poteſt in culpa videri[23]:meritò & liberari debet.Nec obſtat textus noſter,quia ſpeciale eſt
in eo, qui ex vltima voluntate debet,ſeu ex perſona defuncti lucrum ſentit[24]. Sed Raph.
Beſ.Torq.Iaſ.diſſentiunt.hæc enim ſententia legi noſtræ non quadrat, ſicut nec pleriſque
aliis occiſionem manumiſsioni æquiparantibus[25]. nam & Iuriſconſultus generaliter quæ-

21 l.quod te.ſi cert.pet.
22 l.quidam ita.§.fi.verſic. hoc ampliùs. ad Trebel.
23 l.ſi quid. §. ſi quid autẽ. de pet.hæredi.
24 gl.l.in ſumma.§.ſi ſeruum.de cond.indeb.
25 l.ſi mihi.ꝟ.de ſolut.

ſtionem de eo concipit, qui neſciebat ſe debere, & ſic quomodocu͂que deberet ſeu ex teſta-
mento, ſeu ex contractu: nihilque ſpecialiter videtur de teſtamento ſentire. Solùm ergo il-
la ratio perpendenda eſt, an facto ſuo deſierit poſſe dari: ne, ſcilicet, ignorantia ſua ei pro-
ſit in alterius damnum. habetur enim id factum iuris interpretatione hoc caſu quedã qua-
ſi culpa leuis, quam regulariter promiſſor præſtat[1]. Sed quomodo is, qui ſeruum reſtituere
codicillis iuſſus eſt, cum interim manumittere poteſt[2]? & cenſuit Accurſius, & cum eo cæ-
teri poſſe manumitti: quia non teſtatoris, ſed ipſius hæredis proprius erat: & licet tum quo-
que lex aiat manumittentem nihil agere[3], tamẽ intelligitur, quin ſaltem ad æſtimationem
teneatur, quæ interpretatio legem illam violat. Ego conſtituendum ex regula arbitror, vt
ſupraſcripto caſu datio libertatis non valeat à qua † quatuor caſus videtur excipiendi. Pri- 4
mus, cùm ſeruus manumiſſus non ex teſtamento, ſed ex contractu debebatur: tunc enim
non poteſt videri res ipſa nexu aliquo adfecta: & ideo valet liberatio[4]. Sequens eſt, cùm te-
ſtamento quidem debetur, ſed teſtator verba ſic concepit, vt rem non adficeret, ſed perſo-
nam grauaret, veluti, *Hæres meus Stichum ſeruum dare damnas eſto*[5], eadẽ enim ratione nec vi-
detur ſeruus impediri, quin ad libertatem peruenire poſſit. nec obſtat, quod legatũ damna
tionis non differat hodie ab aliorum legatorum ſpecie[6]: quia hoc non procedit in liberta
tibus, vt aliàs diffuſiùs declaraui. Tertius caſus, cùm debitor in eo tantùm cõueniri poteſt,
in quo factus ſit locupletior: propter enim bonam manumittentis fidem valet libertatis da
tio[7] quæ res rationem in promptu habet. Quartus caſus, cùm non particulariter, ſed cum
vniuerſitate bonorum legatus eſt ſeruus, non impeditur tunc, quin ad libertatem interim
peruenire poſſit[8]: quod aliqui exiſtimarunt[9]. Ego potius id tribuo conceptioni verborum
fideicommiſſi, quæ perſonam hæredis aggrauant, rem autem ipſam vllo onere non adfi-
ciunt, vt ſuprà dixi, ſecundum quem caſum † & lex noſtra poteſt intelligi, quæ principali- 5
ter non decidit, an ſeruus interim manumitti poſſit, ſed ad habitudinem referenda eſt, vt
ponat exemplum in caſu quo poſſit, puta cùm verba non ſeruum ipſum onerant, ſed ad
perſonam hæredis referuntur[10].

1 d.l.contractus. de reg.iu.
2 l.generaliter.§.j. qui & à quibus.
3 l.hæres.eod.tit.
4 l. is qui ex ſtipulatu. ꝟ. ti.j.d.l. ſi quis ita.§.ea lege. infra eod.
5 l.ſi quis inquilinos.§.j.de lega.j.
6 §.j.inſti.de legat.Rubri. de legat.j.
7 d.l.in ſumma.§.ſi ſeruũ.
8 d.l.quidam ita.§.fin.vbi Bar.& Alex.
9 glo.l.ſeruum.ꝟ.de manu miſſ.Iaco.Alber.hic.
10 l.qui teſtamento. de teſtam.c.j.de ætate & qualit. libro ſexto.

## SVMMAE.

3 ☞ *Moram & culpam diuerſo iure plerunque cenſeri.*
4 *§. Sequitur. ſenſus.*
5 *Moram oblatione dilui.*
6 *Mora vltima ex cauſis non ſpectanda.*
10 *Iudæos moram dilui, & vſucapere poſſe.*

§. SEQVITVR DE EO. Culpa * debitoris perpetuatur obligatio, quæ 1
culpa dicitur interueniſſe, quum vel delinquẽdo, vel aliter ipſe fecit, quominùs ſoluere poſ
ſit, vt quia occiderit, vel manumiſerit, vel alia ratione rem à commercio exemerit. Adno-
tántque hinc Doctores culpam *, & moram æquiparari. Sed an qui in culpa eſt, vt quia in 2
iuſto facto occidit, dicatur moram commiſiſſe? & recepta † eſt ab omnibus ſententia pro- 3
prietate ſermonis aliud eſſe ſeruum occidere, aliud moram facere: & ideo lex hæc ceu di-
uerſa diſiungit[11]. plerunque tamen effectus reſpectu æquiparantur, quia (vt hîc dicitur) ſi-
cut aduerſus moratorem perpetuatur obligatio, ita & aduerſus iniuſtum occiſorẽ: in mul-
tis tamen non æquiparantur. Vnde quamuis ex mora veniant fructus & vſuræ, tamen oc-
ciſor ad ea non tenetur, pro eo, ſcilicet, tempore, quo ſi res occiſa viueret, huiuſmodi com-
moditates ad promiſſorem pertinerent: quod Raph. Alex. & Iaſ. hîc tradunt: reſpectu verò
temporis, quo ſtipulatori danda eſſet, ſecùs videtur[12]. Vnde ſi is, qui hominem ſub cõditio-
ne debet, ante conditionis euentum eum occidat, ſi in ipſo occidendi actu obligatio purifi
cetur, perinde ac ex vera mora ad fructus tenebitur, quod plerique tradiderunt, probabi-
liſque eſt opinio licet Raph. & Iaſ. alibi friuolis rationibus diſſentiant[13]. Sed nunquid reſpe
ctu actionis tenebitur occidens tanquam ex mora? & conſtat † hîc probari perinde actio- 4
nem perpetuari ex culpa, atque ex mora. & ideo tenebitur promiſſor actione ex ſtipulatu,
ſicut ſi viueret[14]: quod in principali indiſtinctè verũ eſt, ſiue obligatio eſſet pura, ſiue dein-
de purificata, in fideiuſſore verò ſecùs eſt: quia ipſe actione ex ſtipulatu conuenitur directò
cùm poſt moram principalis occidit, vtiliter, cùm poſt moram ſuam tãtùm: at ante vtriuſ-
que moram non niſi actione doli conueniri poteſt[15]. quod ſuprà loco ſuo declaraui, oſten-
díque aliud hoc caſu in fideiuſſore aliud in principali eſſe, quicquid Imola Alexander Ia-
ſonque cenſuerint.
SI VERO MORATVS. Si ergo † poſt promiſſoris moram ſtipulator 5
deinde ipſe moram fecerit, vt quia eam purgante debitore, & ſeruum offerente noluit ac-
cipere, iſque ſeruus mortuus ſit, periculo creditoris: mortuus cenſebitur[16], vt in pari cauſa
damnum potiùs creditori imputetur, qui agere debet, quàm promiſſori, qui reus eſt, &
exceptione ſe defendit[17]. hócque caſu vt promiſſor liberetur, ſatis eſt purgatam eſſe mo-
ram. Sed quid ſi promiſſor poſt hanc purgationem aliquid leui culpa fecit, an adhuc libe-
rabitur

11 hic, & l.mora.de vſur.
12 l.eum qui ita.§. fin. ꝟ.e. in glo.in ij.ſolut.
13 Iaſ.ꝟ.l.mora.
14 l.mora.ꝟ.eod.
15 l.ſi fideiuſſor.de dolo.
16 l.ſi ex legati.ꝟ.eod.
17 l.Arrianus.ꝟ.tit.j.



rabitur? & Bartol. ait adhuc liberari[1], quia eius oblatio non ſolùm moram purgauit, ſed
etiam ſtipulatorem in mora non accipiendi conſtituit[2]. quæ mora ſtipulatoris cum latam
culpam arguat, debitoris ipſius culpa minori, id eſt, leui non elidit[ur]. Nec refert, an debi-
tor ſpeciem obtulerit, an quantitatem, quando quantitatem debebat. nam & tunc ſaltem
exceptionis ope liberatur[3]: nec obſtat hæc ſententia legi noſtræ, ſed eam extendit, vt, ſci-
licet, ei locus ſit, etiam ſi leuis culpa promiſſoris deinde acceſſerit. Quid ergo ſi lata culpa
vel dolo egerit? & ſecùs eſt[4]. Conſtituenda ergo eſt regula, vt ſemper vltima mora adten
I. datur, periculúmq; ad eum pertineat, qui nouiſsimè fruſtratus eſt[5]. Cui regulæ † non eſt
6 locus, cùm primus morator deinde dolum, vel latam culpam adhibuit[6]. Vnde ſi poſt com-
miſſam à ſe moram maritus ſeruum dotalem vxori obtulerit, eáque noluerit accipere, iſq;
ſeruus deinde deceſſit, ex ſupraſcripta regula periculo vxoris decedet, niſi id dolo, aut la-
II. ta culpa contigerit: ſecùs ſi leui[7]. Rurſus regulæ non eſt locus, cùm prior * oblatio vim
7 perfectæ ſolutionis habet. nihil enim refert ſi creditor, qui ſemel noluit accipere mutarit
ſententiam, & offerat ſe paratum: cùm iam debitor ſit omnino liberatus. quod ſpeciali ca
ſu inductum in militibus eſt, vt ab imaginaria quadam negotiatione abſtineant, nec rem-
public. in conſeruandis ſibi ſpeciebus, annoníſque aggrauent[8], & ideo ad ſtipendia pecu-
III. niaria, nec ad Doctores eſt extendendum, quicquid recentiores comminiſcantur. Huc
8 pertinet & cùm mora ab eo facta eſt, in cuius perſona * conditio impleri debet. cùm enim
pro impleta habeatur, ſicque aduerſarius ſit liberatus, nihil agit, qui nunc ſe paratum of-
fert, eúmque interpellat, vt conditionem impleat[9]. quod ſi aduerſarius plenè liberatus
IIII. non eſſet, aliter ſtatueretur[10]: quod alibi diffuſiùs Bartolus tradit. Ad quam ſpeciem e-
tiam pertinet, quod ſuprà vidimus, vt quoties alij termini in defectũ primi conſtituti ſunt,
qui in primo eſt contumax, nihil deinde agit, tametſi in ſequentibus compareat: quia ad-
V. uerſarius ex prima illa contumacia cenſetur perfectè liberatus[11]. Sed quid, cùm eodem
tempore mora per vtrunque tam debitorem quàm creditorem contrahitur? vt quia con-
ſtituta die, creditor dixiſſet, *Nolo accipere*. debitor è contrario ita dixerit: *Nolo ſoluere*. &
Ange. cenſuit creditori potiùs imputari: nam & videmus ſi in termino citationis tam reus,
quàm actor moram faciat, circumſcribi edictum, quod ad actoris damnum potiùs perti-
net[12]. Putarim tamẽ adeò creditori imputari, vt mora purgata videatur, nõ autem vt ipſe
in mora conſtituatur: quoniam ſatis eſt, ſi ad vltimam reſponſionem non attendamus, vt
debitor in mora conſtitutus non videatur propter actum in continẽti geſtum, non tamen
debet videri ipſe creditor in mora, cùm negauerit ſe debitor ille velle ſoluere[13]. Sicque in-
VI. telligendum notabile illud Innocentij dictum, quod Iaſon hîc adducit. Addit Iaſ. nec re
gulæ eſſe locum: cum de diuerſis perſonis agitur. Vnde mora vltima rei principalis fideiuſ
VII. ſori non nocet, qui iã priùs obtulerat[14]. Sicut nec tum ei eſt locus: cùm prior culpa adeò
grauis eſt, vt ſequenti oblatione tolli non poſſit, veluti cùm qui furtum fecit, offert deinde
domino ſe paratum iudicium ſuſcipere. hæc oblatio non ſufficit ad priorem moram di-
luendam[15]. Vnde ſi conuenta pace ſit actum, ne ea ampliùs violetur ſub certa pœna, qui
primus violarit, tenebitur, nec cenſebitur purgata culpa, quia alter deinde retaliauerit in-
iuriam[16], quod hîc omnes tradunt. Quid autem ſi eodem tempore ſe vulnerauerit, alibi
VIII. adtigi: receptum enim eſt tali caſu mutua compenſatione à pœna liberari[17]. Illud quo-
que non prætereundum, nec vltimam oblationem nocere, cùm facta eſt re non integra: ec-
ce vendidiſti mihi centum palmos panni bombicini: cùm me interpellaſſes de pretio, nec
id ſoluiſſem, tu alteri vendidiſti, ego deinde offero tibi pretium: cùm res integra non ſit,
nouiſsima hæc oblatio nullius momenti eſt[18]. cùm enim Iuriſconſultus ſuadente æquitate
ſtatuerit nouiſsimam oblationem adtendi debere, nulla hoc caſu ſubeſt æquitas: cùm res
integra non ſit: meritò ergo purgatio moræ tali caſu non admittitur. Hîncque adnotant
9 Doctores * purgationem moræ ex bono & æquo inductam eſſe, quæ verba non ſimplicem
æquitatẽ ſignificant, ſed illud quod Ariſt. lib. v. moraliũ ἐπιείκειαν vocat, nẽpe id quod à le-
giſlatoribus eſt amiſſum, de quo ſi fuiſſent interrogati de regula generali limitaſſent[19].
10 Vnde † putarim etiam Iudæis permittendum, vt purgare moram poſſint: licet enim cum
eis ſeueriter agamus, æquitatémque nimiam non ſeruemus[20], tamen de hac non videtur
intelligendum, quæ iuris ciuilis pars eſt, ſecundum quod etiam ipſi diiudicantur[21]. Vnde
& eis vſucapionum beneficia conceduntur[22]: quamuis aliquatenus præſcriptiones hu-
iuſmodi ab æquitate diſcrepent[23], & generaliter cæterarum legum omnia beneficia com
petunt[24]. exceptò ſi de materia peccati agatur, quæ in eis non perpenditur[25]: cùm de eo
rum ſalute deſperandum ſit[26]. Procederétque maximè hæc ſententia, cùm non de purga-
tione moræ in obligationibus dandi ageretur, de quibus lex noſtra loquitur. Sed ſi, ne in
id, quod intereſt, condemnetur, malit promiſſor ante litem conteſtatã facere. Hæc enim
purgatio, quæ in obligationibus facti permittitur, videtur etiam ſecundum iuris rigorem
concedi, cùm ex vi verborum proueniat. Promiſſor enim non id quod intereſt, ſed factum

1 l.ſi mora.ſol.matr.
2 l.ſi & per emptorem.ꝟ.j. de act.emp. l.illud. de peri. & com. Alex.hic.
3 l.qui x.in prin.de ſolut.
4 d.l.ſi mora.
5 d.l.illud.d.l. ſi & per emptorem.
6 d.l.ſi mora.
7 l.ſemel mora.eodem tit. gloſ.ij.
8 l.fortiſsimi. l. ſeq. C. de erog.mili.an.lib.xij.
9 l.j.C.de inſti.& ſubſt.vbi Bald.& Doct.
10 l.ſi quis arbitratu.ꝟ.eo.
11 l.ex conſenſu. in fine.de appel.l.qui ante.ꝟ.eod.
12 l.& poſt.ꝟ.j.de iudic.c.j. de dolo & contum.
13 arg.d.l.& poſt.& l.ſi Stichum.in prin. de nouat. Innoc.c.calumniam.de pœn.
14 l.mora.ꝟ.eod.
15 l.fin.de cond.fur.
16 l.ſi alius.§. belliſsime. in fi.quod vi, aut clam.
17 l.ſcientiam.§.ſtramenta.ad l. Aquil.l.j.§.cùm arietes.ſi quadr. paup.vbi gloſ. dixi, l. cùm proponas. C. de pactis.
18 l.ſi ita quis.§.j.ꝟ.eod.
19 l.j.C.de legib.l.placuit. C.de iudic.
20 gl.c.ij.de Iudæ.vbi Fel.
21 l.Iudæi.C.de Iudæ.
22 glo.l.ſi fur.§.j.de vſuca.
23 §.habeat. in auth.vt eccleſ.Rom.
24 c.j.ad fi.extra de teſtib. Socin.lxij.in j.
25 clement.j.de vſur.c.fin. in fi.eo.tit.lib.vj.
26 c.qui ſyncera.xlv.diſt.

promiſit,& quod promiſit vult obſeruare. ídque cùm ſtipulatoris nihil intereſt: quia non
diu ceſſatum ſit, vel quia nullum damnum paſſus ſit[1]. Sed quid ſi lege municipali caueatur,
vt in tali cauſa iuris rigor ſeruetur, & fuerunt, qui purgationem moræ impediri argumen-
to legis noſtræ exiſtimarint, vt Angel. Pont. & recentiores: quod defendi in obligationi-
bus dandi poteſt, vt ſuprà dixi.

SVMMAE.

2 ☞ *Fideiuſſorem ſecundum moram rei non teneri.*
3 *Fideiuſſorem rei morâ teneri.*
4 *Procurator in mora conſtituit.*
5 *Moram abſentiâ dilui: obſignandum tamen.*
6 *Negotiorum geſtor in mora conſtituit.*

§. NVNC VIDEAMVS. Mora † principalis obligationem perpetuat in o- 1
mnes acceſsiones ſuas, vt mora rei reſpectu ſuorum fideiuſſorum, mora filij reſpectu pa-
tris, qui ex iuſſu tenetur, mora primi fideiuſſoris reſpectu ſecundi. Sed cur ex mora † princi 2
palis non perpetuatur obligatio ſecundi fideiuſſoris? reſpondeo, quia fideiuſſor fideiuſſo-
ris mei fideiuſſor meus non eſt[2]: quod Angelus Paulus Alexand. & Iaſon hîc tradiderunt.
Item quia ex mora principalis primus fideiuſſor tenetur quadam legis fictione, quæ etiam
eum fingit moram feciſſe, quæ fictio vlteriùs in perſonam ſecundi trahi nõ debet, ne fictio
fictionis inducatur[3]. Sed quomodo poteſt fideiuſſor primus morã facere, quæ ſecundo no-
ceat, cùm principalis ipſe adhuc non ſit in mora, conſtátque hodie ſemper principalem
priùs excutiendum[4], & Bart. quem cæteri ſequuntur, exiſtimant hodie non priùs in mora
conſtitui fideiuſſorẽ poſſe, quàm principalis conſtitutus ſit: & ideo legi noſtræ locum non
eſſe, niſi iis caſibus, quibus etiam hodie id excuſsionis beneficium non cõpeteret, quos ali-
bi adnotaui[5], vt cùm certum eſt principalem non eſſe ſoluendo[6]: tunc enim nullus eſt huic
beneficio locus: ſicut nec competit tunc, cùm principalis obligatione duntaxat naturali
tenetur[7]: verba enim legis excuſsionem concedentis ad poſsibilitatem referuntur, vt ibi
locum habeat, vbi fieri poteſt[8]: multominùs ergo id beneficiũ competet, quando propone
retur ei renuntiatum fuiſſe qua de re alibi[9]. Ego ſuprà hanc ſententiam † ſecutus non ſum, 3
exiſtimauíque quod ad hãc materiam adtinet incorrecta adhuc vetera iura eſſe: quoniam
excuſsionis beneficium executionem ipſam reſpicit, non autem obligationem, & ideo ni-
hil impedit, quin obligatio perpetuetur, licet deinde priùs ſit principalis conueniendus[10],
quòd ſi conueniri non poſsit, quia ipſe in mora non fuerit: & ideo rei interitu ſit liberatus,
non ideo minus fideiuſſor tenebitur. hócque caſu fideiuſſoria obligatio abſque principali
conſiſtet[11]; excuſsioníque locus non erit, quia fieri ea non poteſt[12], vt ſuprà dixi. Quæ ſen-
tentia certiùs in patre procedet, qui ex contractu filij conueniatur. Conſtitutio enim Iuſti
niani in fideiuſſoribus, mandatoribus, & ſponſoribus loquitur: at pater qui iuſſu ſuo obli-
gatus eſt, propriè nec fideiuſſor, nec mandator, nec ſponſor eſt, licet auctoritate legis pro
fideiuſſore quandoque ſit[13], meritò ea conſtitutio iuris correctoria ad hunc caſum nõ tra-
hetur, vt Bartolus & cæteri tradiderunt: licet Iaſon nulla ratione dubitet. Et hæc quidem
ex parte debitoris procedunt. Sed quid ex parte creditoris quomodo perpetuatio obliga-
tionis inducitur? & conſtat induci, ſi ipſe reum debendi in mora conſtituat, qui tractatus
à præſenti materia alienus eſt: & ideo rectè à Iuriſconſulto omiſſus, licet eum Accurſius
adiecerit, vt perfectiorẽ doctrinam dediſſe videri non acutè intuentibus ipſe poſſet. Quid
ergo † ſi non ipſe principalis, ſed eius procurator interpellauerit? & conſtat in mora debi 4
torem conſtitui, ſi procurator ſit ſpecialis vel etiam generalis ad negotia. quòd ſi ſolutio-
nem recipere non poſsit, debet interpellare, vt domino ſoluat[14]. Sed quid in procuratore
ad agendum duntaxat conſtituto? & receptum eſt & hunc poſſe in mora reum conſtituere:
quia qui mandat, vt agat, ſatis videtur mandaſſe, vt reum interpellet[15], quæ interpellatio
in mora conſtituit, vt Imola & Alexander tradiderunt. Quid ergo ſi reus, vt moram, eui-
tet dicat, *Ego ſum paratus ſoluere, ſi haberem, cui ſoluere poſſem.* videtur tali caſu euitari morã[16].
Idémque, ſi reus † litigare maluit, & victus eſt. nam ſi ita poſt ſententiam proteſtetur, ad- 5
huc videtur ceſſare mora: dum tamen verum ſit, non habere eum, cui ſoluat, vt quia cre
ditor abſens ſit, & in aliena iuriſdictione: non enim cogitur reus eum extra territorium
perquirere[17]. Item dum verum ſit dominum nunquam interim fuiſſe præſentem: nam &
tali caſu non ſufficeret ea proteſtatio, ſed neceſſe eſſet pecuniam deponi, & obſignari[18].
Quid ergo ſi ſemper abſente domino maluit reus litigare, quo caſu moram cenſetur fe-
ciſſe[19], deinde, finito iudicio, reus nihil proteſtatus eſt, an finietur mora? & ſunt qui cre-
diderint Bartol. ſenſiſſe finiri, cùm non adſit, cui ſolui poſsit[20], ídque & Alexander & Ia-
ſon probant: at Angelus Imola Paulus diſſentiunt: quia nulla eſt ratio, cur mora aduerſus
reum

1 Doc.l.inſulam.j. & ij.op.
2 l.nam & ſocius.ſ.pro ſoc.
3 l.j.C.de dot. promiſ.Bar. l. ſi is, qui pro emptore. q. vij.de vſucapio.
4 auth.de fideiuſſ.
5 l.fin.ſi cert.peta.
6 l.decem. vbi not.j.eod.
7 Bald.l.j.C. de conuen.fiſ. deb.lib.x.
8 l.iij.§.ſi is, pro quo.quod quiſque iur. vbi Bar.l.Mar cellus.j. de fideiuſ.
9 l.fin.ſi cer.pet.in prin.
10 l.cùm filius.in prin.ſ.e. vbi dixi.
11 l.mora.ſ.eo.
12 d.l.iij.§. ſi is pro quo.d. l.Marcellus.
13 d.l.cùm filius.vbi dixi.
14 l.actione.§.denuntiare. pro ſoc.l.item veniunt.§.pe titam. de pet.hær.
15 l.nã & nocere.ſ.de pact.
16 arg.l.ſi domus.§.qui cõ fitetur.de leg.j.
17 l.item illa.de conſti.pe.
18 l.ſi reus.de proc.
19 l.nemo.§.j.ſ.eod.
20 l.qui Romæ.§.pe.j.eo.



reum inducta per ſententiam tollatur, quæ moram aggrauat potiùs quàm finiat[1]. ego
ſicut is, qui potuit domino ſoluere, à mora non liberatur, niſi per obſignationem, ita
hunc qui litigare de debita pecunia voluit, non liberari crediderim[2]: & ideo nec ſimpli-
cem quidem proteſtationem ſufficere. nec obſtat, quòd, finito iudicio, finiatur mora[3]:
quia verum hoc eſt in actoris mora, qui litigauit, ne acciperet: nos loquimur in debitore
qui ſoluere detrectauit, at actorem, vt acciperet, ſententia cogit. vt igitur paritum ſenten-
tiæ videri poſsit, credendum eſt actorem eſſe accepturum, & moram eius finitam. eadem
ratione debitor, qui ſoluere damnatus eſt, vt ſententiæ pareat, debet ſoluere, vel obſigna
re. creditor ergo moram ampliùs non facit, quia nihil alienum retinet, in caſu noſtro iſte
debitor retinet. Sed quid in negotiorum geſtore reſpondebimus? & conſtat poſſe debito-
rem in mora conſtitui, ſi ab eo ſit interpellatus[4], quod intelligit Bartolus ſi interpellatus
ſit debitor, non vt ipſi geſtori ſoluat, ſed vt creditori[5], inducetur enim mora, dum credi-
tor qui ſolutionem recipere debet, extra territorium non ſit, vt ſuprà diximus. concedi-
túrque ius interpellandi negotiorum geſtori, quia ex eo nulla noua obligatio quæritur, ſed
potiùs veteri qualitas moræ additur, vnde perpetuatio inducitur[6], quod facilius fieri ſo-
let, vt hîc Iaſon oſtendit: qua de re & in proteſtationum tractatu ſat & ſuper à nobis diſpu
tatum extat[7].

1 l.euidenter.de except.rei iud.l.non ſolet.de reg.iur.
2 d.l.ſi reus.
3 d.l.qui Romæ.§.pen.
4 l.ſi quis ſolutioni.§.fina. de vſur.
5 l.qui hominem.§. ſi nullo.de ſolution.
6 d.§.finali.l.prohibere.in prin.quod vi aut clam.
7 §.morte.& l.deteſtatio.

SVMMAE.

1 ☞ *Peremptum petibile. 3.*
2 *Nouatio perempti non fit. 6.*
4 *Æſtimatio perempti petibilis: at ſubſidiariè, alternatimue conſultius. 5.*

§. EFFECTVS. Suprà viſum eſt, culpa, vel mora debitoris perpetuari obligatio
1 nem vt quauis ſpecie perempta res nihilominus debeatur. vnde † conſequens eſt, vt adhuc
peti poſsit, item & accepto ferri, & à fideiuſſore promitti, itémque nouari, ſi expreſsim id
I. actum eſt. breuiter de ea ſpecie iudicemus, perinde ac ſi extaret. Quod intelligendum
2 in odium ipſius fruſtratoris[8], aliàs reſpectu tertij: cùm † non fingatur homo occiſus viue-
re, non poſſet in ſtipulationem deduci[9], & conſequenter, nec fieri vlla nouatio. quod Imo-
II. la & Alexander exiſtimarunt[10]. Addit Bartolus nec tunc nouationem fieri in obligatio
némque deduci poſſe: cùm partes ignorauerunt rem eſſe peremptam: nec enim videtur
III. creditor velle vti beneficio fictionis cum neſciat rem peremptam. Sanè nec hæc fictio
in fauorem debitoris vnquam operabitur, vt per ſequentem ſtipulationem cenſeatur pur-
gata prior mora. quamuis enim ſecunda ſtipulatio animo nouandi facta, re extante, mo-
ram purget[11], perinde ac ſi oblatio facta eſſet[12]: tamen ſecùs eſt in hac, quæ re perempta,
facta eſt, non enim videri poteſt eam rem oblatam eſſe, quæ perempta eſt, & ideo adhuc ef
fectus moræ poſt hanc ſecundam durat, vt hîc dicitur[13]: qua de re etiam ſuprá[14]. Adno-
3 tántque hîc Docto. in obligationibus dandi certam † ſpeciem, poſt moram præciſè adhuc
eam peti, tametſi perempta ſit[15]: quia odio moratoris fingitur adhuc res extare[16]. Quid
4 ergo † ſi ſtipulator æſtimationem ſimpliciter petat? & Bartolus hîc videtur ſentire non
valere intentionem, ſed rectiùs eſt, vt credamus valere, ſiue quia non debet hæc fictio in
damnum actoris reflecti[17], ſiue quia hæc æſtimatio eſt quaſi debita, vt Accurſius ſentit[18]:
quamuis nõ iure actionis, ſed officio iudicis debeatur: vt autem libellus ſuſtineatur, etiam
impropriè verba accipienda ſunt[19], ſiue quia æſtimatio hæc iuris interpretatione loco rei
5 ſuccedit[20]. Non tamen † dubium eſt tutiorem eam formulam eſſe, qua quis hominem pe-
tit, & in eius conſequentiam æſtimationem[21]. Idémq; ſi hominem, ſeu æſtimationem pe-
tat, vt, ſcilicet, fauore ſuſtinendi libelli ſubdiſiuncta illa eo modo accipiatur, quo actus va-
lere poſsit[22], ídque maximè, quando legiſlator captiones haſce formularum non probat,
debétque ſemper iudex boni conſulere qualemqualem petitionem[23]. qua ratione vide-
mus quãdoque non rem, ſed æſtimationem deberi ſupràſcripto caſu ſcriptum eſſe[24], quan-
6 doque pecuniam ſententia iudicis recipi[25]. Rurſus adnotant Docto. hoc quoque iure † no
uationem in dubio non fieri, cùm pretium rei peremptæ in ſubſequentem nouam ſtipula-
tionem deducebatur[26]: cùm tamen amplior videri hæc ſecunda poſsit, tum quia pretium
7 quod priùs * officio ſolùm iudicis quaſi debebatur, iam iure obligationis propriè deberi in
cipiebat, tum quia prima obligatio fictione legis ſeruum viuere interpretantis duntaxat
ſuſtinebatur, hæc ſecunda ex veritate conſiſtebat, atque etiam propria ipſarum partium
prouiſione, vnde ei magis fuiſſet fauendum[27]. qua de re ſuprà non vno in loco.

8 l.ſi rem.j.de nouat.
9 l.ſi homo.ſ.eod.
10 l.eum, qui.ij.§.fina.ſ.eo. vbi Alexan.in fine.
11 l.ſi Stichum. in princ.de nouat.
12 l.qui x. §. cùm mihi. de ſolutio.
13 d.l.ſi rem.ij. reſ.j.de nouat.vbi Barto.
14 l.inter.§.pe.l. ſcire. §.fi. ſ.eo.d.l.eum, qui.§.fin.
15 l.pe.de cond. ob cau.da.
16 l.nemo rem.§.fi.ſ.eod.
17 l.quod fauore.C.de leg.
18 ar.l.promiſſor.j. de conſtitu.pecun.
19 l.ſed &.§. item ſi iuraue ro.de iureiur.
20 l.iij.§. ſed ſi ex ſtipulatu.ad Sillan.l. ſi ſeruum. ſi cert.peta.
21 l.iij.de confeſſ.
22 l. ſed ſi ante. de except. rei iudi.
23 l.j.C.de form.
24 l.in re.de cond.fur.
25 l. ſi culpa. in fine. de rei vendi.
26 arg.l.fundum.de noua.
27 arg.l.filio quem.de lib. & poſthum.j.nota.

SVMMAE.

3 ☞ *L. Si ita. & l. veteris. conciliari.*
4 *Facta perſonalia intranſmiſſibilia.*
6 *Hæredi expreſſo actionem dari in factis.*

## LEX XCII.

SI ITA STIPVLER. Ex ſtipulatione negatiua*facti perſo 1
nalis poteſt hæres agere, ſi eius quoque mentio facta ſit. Sed quid ſi men-
tio hæredis in caſu legis noſtræ facta non eſſet?& Accurſ. cenſuit idem eſ
ſe:quia Iuſtinianus ſanxit ſtipulationes* omnes in hæredem tranſmitti [1]. 2
Sed certè locutus † ille eſt in ſtipulationibus facti adfirmatiui, in quibus 3
probabilis poterat eſſe dubitatio: quia factum teſtatoris à facto hæredis
videtur diuerſum[2],quam rationem Iuſtinianus non probauit.at nos loquimur in facto ne-
gatiuo,in quo ei rationi nullus eſſe poteſt locus:cũ eadem ſit patientia. Idem tamen &Bar.
ſequutus eſt,ſed alia ratione,nempe quia aliàs hæc ſtipulatio inutilis poſſet reddi,ſi contin
geret ſtipulatorem ante vindemias decedere [3]:quod & Albe.hîc tradit.Sed & hæc ratio(vt
Raph.Caſtrenſiſque & Iaſ.rectè aiunt)nullius eſt momenti.ſatis enim eſt quod à principio
potuerit eſſe vtilis:licet eo moriente inutilis reddatur: aliàs ſemper eſſet dicendum ſtipula
tiones facti perſonæ cohærentis tranſmitti, quod eſt falſum [4]. Verior†ergo videtur Petri 4
ſententia,qui tranſire hanc ſtipulationem ad hæredes negauit: aliàs lex noſtra in hæredis
mẽtione & ſuperflua,& indubitabilis eſſet.Suadétque hoc ratio:cùm enim promiſſor non
quicquam iuris transferat, ſed ſimplicem patientiam vindemias tollendi promittat, non
debet fieri interpretatio, vt ad hæredes quicquam tranſeat [5]: aliàs ius quod ſibi promiſſor
tacitè reſeruauit,ſolum factum ſpondendo inutile redderetur,quod aduerſus eius mẽtem
eſſet: quod ſuprà & in pacto à me non petendi exiſtimaui [6],itémque in illa ſtipulatione,*Per
te non fieri,quominùs eam agam* [7]. Et rurſus in illa,*Dolum malum abeſſe*.quæ & ipſa effectu negati
ua eſt [8].Poſſet tamen communis ſententia defendi:cùm ſupraſcripta ratio ceſſaret,vt quia
ſtipulatus eſſem ab eo cuius impedimentum facti & violentiæ duntaxat timorem, non au-
tem iuris,quod tamen in dubio non eſt credendum [9]. Sed cùm ſpecialiter hæredis mentio
facta hîc eſſet,quænam potuit eſſe legis dubitatio?& Accur. ait,dubitari potuiſſe tanquam
hæc ſtipulatio non, niſi ſemel committeretur [10]: & ideo cùm in perſonam defuncti ſemel
commiſſa fuerit,videbatur ampliùs reſpectu hæredis non poſſe committi.quod tamen fal
ſum eſt [11], quæ ratio dubitandi non videtur mihi verbis Iuriſconſulti quadrare, qui nihil
prorſus dixit fuiſſe ſemel in perſonam defuncti cõmiſſam. Vnde fruſtra hîc diuinaremus
iteratum fuiſſe delictum.Quid ergo cenſendum? & videretur duobus modis poſſe accipi.
Sciẽdum enim obligationes*dandi in hæredes tranſmitti,eaſdémq; eſſe quæ & in teſtato- 5
ris perſona erant [12]: & ideo hæredis mentio in eis ſuperflua eſt [13], at in obligationibus facti:
aliud eſt,diuerſa enim cẽſetur hęredis obligatio ab ea,qua teſtator tenebatur:incipítq;obli
gatio facti ab ipſo hærede,cui poteſt teſtator etiam ſolidum ſtipulari [14],meritò cenſuit† Iu 6
riſconſultus,ſi hæres impediatur actionem eum habere non natiuã, & à teſtatore transfu-
ſam,ſed datiuam,& à ſe incipientem [15]. Quid rurſus,ſi intelligamus dubitatum fuiſſe,quia
promiſſor vtrunque impediuerat & ſtipulatorem,& hæredem,vt velit Iuriſconſultus poſ-
ſe hæredem agere ex eo capite,quia auctor ſuus impeditus fuerat. Item ex eo, quia & ipſe
ſit impeditus,& ex alterutra actione poſſe conſequi id omne,quod ſua intereſt [16],quem ſen
ſum ſuadet accipiendum natura dictionis,*etiam*.quæ*implicatiua eſt [17],ſicque propter du- 7
rationem vnum idémq; impedimentum videretur [18],quo intellectu lex hæc ſanè quàm ſin
gularis eſſet.

1 l.veteris.C.eod.tit.
2 l.ſi non ſortem.§.libertus.de cond.indeb.
3 l.ſi ſic.ſ.eo.vbi Bart.
4 l.apud Iulianũ.§.ſi quis alicui.de leg.j.
5 l.ſtipulatio.§.in ſtipulationibus.ſ.eod.
6 l.qui in futurum.§.j.de pactis.
7 d.l.ſtipulatio.§.ſicut.& §.cum verò.
8 d.l.ſtipulatio.§.ſi quis dolum.
9 l.fin.in prin.quod metus cauſa.
10 l.ſi ita quis.ſ.eod.
11 l.ſi ſic.ſ.eod.
12 l.pacto ſucceſſorum.C.de pactis.
13 l.eum,qui ita.§.j.ſ.eo.
14 l.continuus.§.fin.ſ.eo.
15 l.cum mota.C.de tranſ.vbi Doct.
16 l.iiij.de oper.liber.
17 l.etiam.ſolu.matrimo.
18 l.inficiando.§.infans.de furt.vbi not.

### SVMMAE.

1 ☞ *Eligit ex cauſis creditor: in dubiis contrà.*

## LEX XCIII.

SI SIC STIPVLATVS FVERO, PER TE. Quamuis re-
gulariter in alternatiuis electio ſit debitoris [19], tamen hîc oſtẽditur ei regu-
læ†locum non eſſe:cùm verba executiua ad creditorem referuntur: quod 1
& in legatis receptum eſt, quamuis enim in legato per damnationem ele-
ctio ſit hæredis [20],in eo tamen quod per vindicationem appellatur, ius eli-
gendi ad legatarium pertinet [21]:quoniam in ea ſpecie legati verba executi-
ua ad legatarium diriguntur,ſicque nulla eſt inter legata*& contractus hac in re differen 2
tia,quod & cæteri vno ore fatẽtur: cùm verba directò,vel creditorem,vel debitorẽ expreſ
ſim reſpiciunt:at in dubia verborum conceptione cenſuit Acc.eſſe differentiam:quia tunc
electio in legatis cenſetur legatarij [22]: at in ſtipulationibus cenſetur potiùs promiſſoris [23],
fit enim faciliùs aduerſus hęredem interpretatio,qui de lucro captando agit.Sed nec hanc
differentiam ego ſatis probo,cùm celebrari quoque contractus poſsit, quò promiſſor ipſe
de lu

19 l.plerunque.in fine.de ritu nup.c.in alternatiuis.de regul.iur.in vj.
20 l.ſi ita.§.fin.de lega.ij.
21 l.planè.§.pen.de leg.j.l.Lucio.de leg.ij.
22 d.l.Lucio.
23 d.l.plerunque.



de lucro tractet nedum ſtipulator:cùm item videam, ſi verba legati in tertiam perſonam concepta ſint,putà, *Vxor habeat*.electionem hæredis eſſe,ídque propter ambiguitatem [1],intelligitur enim, *Habeat*.ab hærede,ſicque hæres eligat.Nec me mouet,quod verbum,*Lego*. videatur ambiguum,& tamen in legatarium electionem trãſferat: quia non arbitror eſſe ambiguum,imò directò nõ ab hærede,ſed à teſtatore ius transfert [2], & ideo tali verbo non minus apertè concipitur legatum per vendicationem, quàm per verbum, *Habeto, ſumito, vendicato*. & ſi qua ſimilia, quæ omnium conſenſu ad legatarium executionem transferunt [3].quod Caius [4] libro inſtitutionum ij. docuit.

1 l.qui concubinam.§.j.de leg.iij.
2 l.verbum.de ver.ſig.
3 l.qui duos.de leg.j.
4 tit.v.de leg.

### SVMMAE.

2 ☞ *Incertitudinis cauſæ & argumenta.*
3 *Incertitudine ex cauſis actum non vitiari. 7. 10. 12. 13. 16. 17.*
5 *Omiſſa, non ſubſtantiam formámue ſed accidentia ſuppleri.*
6 *Triticum variè accipi. 9.*
15 *Incerta fauore valere.*
19 *Iterata eadem: ex cauſis diuerſa. 21.23.*

## LEX XCIIII.

1 TRITICVM. Incertitudo*variis ex cauſis contractum reddit inu-
2 tilem,quandoque quia propter†generalitatem verborum poſſet reus id
dando liberari,quod ſtipulatoris non intereſſet accipere [5], vt cùm is qui
fundum promiſit,palmum terræ offert [6]. Quandoque ex errore præſum
pto,vt quia actum erat rem certiùs in ipſo contractu exprimi,& per obli
uionem omiſſa reperitur [7]. Quandoque ex præſumpto diſſenſu, vt cùm
propter incertitudinem de vno ſe intellexiſſe ſtipulator ait,de alio promiſſor [8].Quandoq;
cùm de certa re actum eſſe conſtat,ſed quæ ſpecialiter illa ſit,probari non poteſt,quo caſu
probationis defectu res perit [9]. ídque eſt quod hîc dicitur, non iuris, ſed facti quæſtionem
eſſe [10].His omnibus caſibus conſtat vitiari contractum ex incertitudine, adeò vt nihil de-
beatur, nec vnus quidem (vt hic dicitur) modius. Hócque non in contractu ſolùm proce-
dit, ſed in ſententia, quam conſtat propter incertitudinem infirmari [11]. Idem in libello [12].
I. Quæ tamen concluſio†in primis hîc reſtringitur,vt non procedat, cùm ex coniecturis
3 contractus* declarari poteſt, de qua re actum ſit,vt quia præceſsiſſet contractus, ex cuius
4 relatione poſſet id deprætendi, putà mutuaui tibi centum modios tritici boni, deinde ſti-
pulor mihi triticum dari,intelligetur de illis centum modiis [13], vt Accur. cenſuit:quamuis
enim in ſtipulationibus ea quæ omiſſa ſunt,pro omiſsis habeantur [14], tamen indiſtinctè id
5 verum non eſt,† ſed in iis,quæ ad ſubſtantiam pertinent ſolùm procedit, vel ſi in forma ſit
peccatum, quod ſi in loco, pondere, vel menſura deficiat ſtipulatio, tunc ſecùs eſſet: nihil
enim obſtat quin ex probabilibus coniecturis huiuſmodi accidentia ſuppleantur:ſi tamen
probabiliter appareat,quid actum ſit,ſicque id reſponſum omnes interpretantur. Dixerit
aliquis, nullam hac in lege coniecturarum mentionem,aut pręcedentis mutui fieri,ideóq;
diuinatoriam hanc eſſe interpretationem.Sed ego verbum, *Oportere*. ad neceſsitatem cau-
ſæ præcedentis referendum cenſeo [15], ſicque diuinationem nullam ſubeſſe,qua ratione &
Iureconſul.de ſtipulatoris cogitatione ſolùm meminit,quæ hoc caſu propter præcedẽtem
cauſam ſufficit, cùm debuerit promiſſor & ipſe de ea cogitare [16], aliàs enim non ſuffice-
6 ret [17].Sed quomodo incertum genus continet triticum?Siquidem† veteres frumentum ge
nerale eſſe nomen cenſuerunt [18]. Triticum verò Plinius Columella cæteri ſpecialiter pro
meliore frumenti ſpecie accipiunt,quatenus à ſiligine,farre,hordeo,oriza,zea,auena,ídq;
genus ariſtam habentibus diſtat, ſed fortè certum genus intellexit Iuriſconſ. puta Siculi,
Aphri, Aegyptij:Accur. tamen & noſtrates triticum generalius frumento nomen eſſe cre-
diderunt,tanquam omne ſignificet,quod in area teritur,etiam ſi milium Indicum ſit,quod
vulgò melicam dicimus, vel quod generaliter bladum à colore badio, qui flauus & ma-
tureſcentis ſpicæ eſt, vocamus [19]. Sícque ab etymologia vocabuli adfirmatiuè argumen-
tantur [20]. Addit Bartolus & lini ſemen bladum eſſe, ſeu triticum, quod falſum eſt, ſed hæc
nos vulgaria ſecundum communem vulgi ſermonem ſubiectámque materiam diiudican
II. da relinquamus [21]. Sanè † nec tunc ex incertitudine ſtipulatio vitiatur, cùm ex volun-
7 tate creditoris declarari poteſt, vt cùm quis, *Promitto* (inquit) *tibi quodcunque volueris* [22]. va-
let enim huiuſmodi promiſsio, niſi aliud ei quàm incertitudo obſtet [23], vt quia promiſ-
ſio verbis iactatoriis, qualia pleraque aulicorum ſunt, facta eſſet [24], quo nomine prouer-
bio notatus eſt Macedoniæ Rex Antigonus qui hac ex cauſa vulgari ioco Δώσω diceba-
tur. Idémque ſi huiuſmodi verba vel metu prolata eſſent [25], vel lubrico linguæ effuti-
ta [26],qualia nimia alacritate in balneis,vel inter ſcyphos plerunque dicuntur [27], Μισῶ (in-
quit Martialis) μνάμονα συμπόταν πρόκιλλε,ideſt, odi memorem compotorem, vnde & Bal-
q v neariа

5 ſ.l.prox.& l.iij.§.qui inſulam.de eo,quod cer.lo.
6 l.cùm poſt.§.gener.de iure dot.l.legato generaliter.de leg.j.
7 l.ita ſtipulatus.ſ.eo.
8 l.inter ſtipulantem.§.j.ſ.eodem.
9 l.duo ſunt.de teſta.tutel.
10 l.idem erit.de ſta.hom.
11 l.pe.de ſent.quæ ſin.cer.
12 c.j.& ij.de lib.oblat.Iaſ.§.curare.inſti.de act.
13 l.ſemper in ſtipulationibus.de regu.iur.
14 l.quicquid adſtringendæ.ſ.eod.
15 d.l.inter ſtipulantem.§.j.l.verbum,oportere.de verborum ſignific.
16 l.cùm quid.ſi cer.pet.l.Titia.§.j.ſ.eod.
17 l.ſi repetendi.C.de condict.ob cau.
18 l.frugem.§.j.de verb.ſignific.
19 gloſſ.l.non debere.ſ.ad municip.Bar.l.j.§.de eo.de aqua plu.arc.
20 Doct.l.j.in prin.de acq.poſſeſſ.
21 l.cùm de lanionis.§.aſinam.de fun inſtruct.l.modios.C.de ſuſcep.lib.xj.
22 c.cùm iuramento.de homicid.
23 d.ca.cum iuramento.
24 c.cum veniſſent.de inſt.l.diuus.de teſta.mili.gl.l.ij.C.in quib.cau.col.libro xj.Alex.conſi.cxxxv.in j.
25 d.c.cum veniſſent.
26 l.famoſi.ver.nec lubricum.ad leg.Iul.maieſt.
27 §.j.verb.balneum.inſt.de libert.in glo.

nearia apud Quintilianum in Triclinio coa, in cubiculo nola. Idémque ſi commenda-
toria duntaxat fuerint [1]. Illud quoque conſtat generalia * huiuſmodi verba ad id non tra- 8
hi, quod veriſimiliter in ſpecie promiſſor conceſſurus non fuiſſet [2], maximè ſi promiſsio
verbis ad arbitrium boni viri pertinentibus ſit concepta, vt, *Promitto quicquid placuerit*. quod
& Alexand. cenſuit [3]. Addunt Pontificij † æquitate canonica ſuſtineri promiſsionem III.
quamuis incertam, nec regulæ legis noſtræ locum eſſe [4], cùm enim (vt infrà videbimus) 9
in quibuſdam aliis cauſis vt in dote, in alimentis, propter fauorem, qui in eis vertitur, non
procedat regula, nec in hoc quidem foro attendi debet, ſicque non pauci cenſuerunt [5]. Sed
tamen (vt rectè Alexan. atteſtatur) nulla lege hæc ſententia probatur, nec temere inducen
da eſt inter ius noſtrum & pontificium differentia [6], vt, ſcilicet, credamus iure canonico
corrigi haſce leges, quæ ſumma ratione innituntur: nec enim de incertis ſeu occultis iudi-
cat eccleſia [7], & quod ad probationes adtinet, in eius quoque foro concludentes requirun-
tur [8]. Nec ſubeſt ratio vlla cur auferenda ſit debitori electio, quin quod minimum eſt poſ-
ſit eligere [9]. Nam hæc ſtipulatio, *Iudicio ſiſti*. prætoria eſt, & ideo ſecundum æquitatem re-
gitur [10]: & tamen ex incertitudine vitiari conſtat [11]. Vidit hoc & Gofred. qui cùm quis vo-
uiſſet eccleſiæ frumentum, non poſſe iudicialiter eum cogi propter incertitudinem reſpō-
dit [12]. Nec enim quærendum de arbitrio boni viri. quid enim ille arbitrari poteſt in re quæ
à mera vouentis voluntate pendet? Vidit & hoc Bald. qui ſpeciale eſſe iure canonico ait,
vt incertitudo non vitiet, quando de fauore piæ cauſæ agitur [13], quaſi regulariter indicet
ſecùs eſſe. Poteſt ergo ſuprà ſcripta limitatio defendi, cùm de fauore eccleſiæ agitur, tunc
enim valeret non ſolum iure canonico, ſed etiam ciuili [14], dumtamen non omnino incer-
ta ſit, ſed aliquo modo ratione adiuncti ad certitudinem reduci poſsit, quod & à collegio
Pontificum reſponſum fuiſſe libro Hiſtoriæ XXXI. Titus Liuius eſt auctor. Iure verò ca-
nonico etiam ſi non poſsit, vt tunc ad arbitrium boni viri recurramus, quod Bartol. ſenſit
& non pauci alij [15]. quod ego intelligo, dum de re agatur, quæ à mera voluntate non pen-
deat [16]. Quid enim tunc poteſt quis arbitrij prætextu diuinare? quod (vt ſuprà ſcripſi) Go-
fred. cenſuit. Huc pertinet † & cùm de fauore animæ, id eſt, exoneranda conſcientia agi IIII.
tur, réſque declarari ex præcedenti cauſa arbitrio boni viri poteſt. tunc quoque, ſaltem iu- 10
re canonico ſuſtineretur incerta promiſsio. Plura enim videmus ob animæ ſalutem eo iu
re ſpecialiter inducta eſſe [17], quo in caſu Archid. loquitur: ecce aliquis procuratori ſuo ſala
rium generalibus verbis promittit, clarum eſt iure ciuili non obligari [18], & tamen iure ca-
nonico ſecùs eſt: quia aliàs peccaret, qui mercedem ei retineret, à quo fuiſſet opera ſua de-
fenſus: potéſtque facilè ea merces boni * viri arbitrio conſtitui [19]. Qua ratione & genera- 11
lis tritici promiſsio primitiarū nomine eo iure habet effectum: cùm enim diuino (vt aiūt)
præcepto quilibet ad eas teneatur, debet promiſsio ſuſtineri, & ſecundum regionis conſue
tudinem, vel aliàs arbitrio boni viri declarari, quo in caſu Tudeſci ſententia videtur de-
fendi poſſe [20], & ſi quæ aliæ ſimiles [21]. Cæterùm & fauore † refectionis viæ conſtat le- V.
gatum incertum ſuſtineri, vt cùm quis legat in tutelam viæ [22]: ſi enim tot facultatibus a- 12
bundat, vt poſsit videri tantam ſummam reliquiſſe, quæ ei rei ſufficiat, fiet ex adiuncto de-
claratio, nec adeò tanta ſpecialitas inducetur [23], quod Cinus & plerique alij docuerunt.
Quòd ſi tenues eſſent teſtatoris opes, cùm lex nihilominùs dicat officio iudicis legatum
conſtitui, ſatis oſtenditur fauore inſtructionis viæ hoc indultum eſſe, quod Bartolus & alij
ſenſerunt, videmus enim ad legiſlatoris ſolicitudinem ſemper hoc pertinuiſſe vt viæ pu-
blicæ inſtaurarentur [24]. Sed † & in dote ſpecialiter conſtitutum videtur, vt eius promiſ- VI.
ſio quamuis generalis valeat [25]: vnde ſequitur, vt etiam libellus * incertus, & ſententia in- 13
certa eius fauore ſuſtineatur [26]. Sic & legatum dotis quamuis incertam exequutionem ha 14
bet [57]: poteſt enim ex adiuncto fieri tali caſu declaratio, & boni viri arbitratu cōſtitui, quid
dandum ſit, quod fauore ipſius mulieris videtur inductum, vnde aduerſus eam hic fauor
non reflecteretur [28]. Finge ergo in inſtrumento ſcriptum fuiſſe, quod mulier dotem mari-
to promiſerit, quæ verba per ſtipulationem intelliguntur [29], an mulier ipſa tali inſtrumen-
to conuenietur? & conſtitutum eſt non conueniri [30], ne quod in eius vtilitatem, vt, ſcilicet,
ipſa à patre vel alio dotem conſequatur, inductum eſt, in damnum reuoluatur [31], & mari-
to ex incerta promiſsione obligetur: nec enim tunc ad boni viri arbitrium recurri poteſt:
cùm ipſa ſe libera ſua voluntate dotare queat [32]. Quod in † dote receptum eſt, fauo- VII.
re quoque alimentorum produci ſolet [33], quæ res modicæ eſt dubitationis: cùm relatione 15
ad alimentarium facilè ad liquidum deduci poſsint. Idémque in annuo eſt legato, ſi ad ali-
menta pertineat, vt quia factum ſit pauperi [34]. Quòd ſi diuiti factum ſit, maior eſt dubitan
di ratio, quia tunc quoque lex ſimpliciter ait ex dignitate perſonæ ſtatui [35]. vnde videtur
id ſpeciale in eo legati genere eſſe, quod certum tempus habet, & cum perſona extingui-
tur [36]. Quod ſi teſtator legatum indefinitis verbis concepiſſet, tunc nec incertum quidē vi
detur [37], cùm indefinita æquipolleat vniuerſali, perinde ac ſi relinquere ſe atteſtatus eſſet
omne,

1 l. fi. C. quod cum eo. l. ſciē dum. de ædil. edict.
2 l. obligatione. de pig. l. ſi cui. de ſeruitu.
3 l. filiuſfami. de dona. Bar. extrauag. ad reprimē. verb. videbitur.
4 Archid. j. q. j. c. ſunt nonnulli.
5 Ab. c. ex parte. c. j. de deci. Fel. c. j. de pact. Soc. l. j. ſo. ma trim. Dec. l. fi. in fi. C. de edi. diui Adri.
6 c. j. de oper. no. nun.
7 c. veſtra. de coha. cleri.
8 c. in præſentia. de proba.
9 c. in obſcuris. de reg. iur. in vj.
10 l. & ſi poſt tres. ſi quis cautio.
11 d. l. ita ſtipulatus.
12 Gofred. d. c. ex parte.
13 glo. c. nos quidem. de teſta. Bal. l. j. C. de dot. prom.
14 glo. l. priuilegia. C. de ſacroſan eccle. §. ſi quis in nomine. auth. de eccl. ti.
15 Bar. l. ſi cui. de ann. leg. Dec. conſi. clxxxij.
16 arg. l. ſi quis de pluribus. de reb. dub.
17 Bal. l. filio præterito. de iniuſto rupto. Ioā. de Anan. conſi. xxviij. & ibi Bolog.
18 l. qui mutuā. §. pe. man.
19 Arch. d. c. ſunt nonnulli.
20 Abb. d. ca. j. de deci.
21 Feli. d. c. j. de pact.
22 l. quidam in teſtamēto. de leg. ij.
23 arg. l. in teſtamento. ſ. de cond. & demonſtr.
24 l. ad inſtructionem. C. de ſac. ſanct. eccleſ.
25 l. cùm poſt. §. gener. de iure dot.
26 Bar. l. j. ſ. de eden. & rub. ſ. ſolu. mat. not. in l. fin. C. de ſenten. quæ ſin. cer.
27 l. ſi filiæ. de leg. iij.
28 l. quod fauore. C. de legibus.
29 §. ſi ſcriptum. inſtitu. de inut. ſtipu.
30 l. j. C. de dot. prom.
31 l. j. §. accedit. verſicul. ne quod pro mulieribus. C. de rei vxo. act.
32 Soc. l. j. ſ. ſol. mat.
33 l. cum alimenta. de ali. lega.
34 l. cum ij. §. ſi in annos. de tranſactio.
35 l. ſi cui. in fi. de ann. leg.
36 arg. l. codicillis. de ann. leg. vbi Bar.
37 l. quidam. de tritic. vin. ol. &c.



VIII. omne, quod tempore mortis habuiſſet [1]. Addunt † aliqui & promiſsionem valere quāuis
16 incerta, ſi ad artificium perdiſcendum pertineat [2]: vertitur enim fauor non modicus, vt
quis addiſcat, vnde ſe tueri poſsit, quod Alex. etiam ad diſciplinæ, ſtudiíque literarij fauo-
rem extendit. nam & qui ſtudet, ſibi artem acquirere dicitur [3], probántque id communiter
IX. Doctores. Sed nunquid promiſsio incerta † vt in caſu legis noſtræ, ſi iuramenti religio-
17 ne confirmata ſit, ſuſtinebitur? & non eſt dubitandum in caſibus, quibus valere hanc pro-
miſsionem iure canonico ſuprà docui, etiam propter iuramentum ſuſtineri: quia propter
religionem contractus ſecundum ius canonicum diiudicatur [4]. exceptis verò illis caſibus
videretur ſtandum regulæ, vt ſcilicet, vel minimum dando promiſſor liberetur: ſi enim di
cat ſe de minimo frumento, putà aliquot granulis intellexiſſe, ei credendum erit, ídque
hac in materia in qua plurimùm conſcientiæ tribuitur [5].

ID HABEBITVR PRO EXPRESSO. Adnotat hîc Bar. ſtipulationem in
18 certam * intelligi de illa quantitate, in qua mutuum præceſsit, ſicq; à præcedenti, vel quan-
titate, vel cauſa ſequens ſtipulatio declarationē recipit [6]. Sed nūquid, iterata promiſsione,
19 cenſebitur idem, an diuerſum debitum? & Bar. † cenſuit idē præſumi: vnde ſi centū tibi ex
aliqua cauſa debeam, deinde ex eadem cauſa ducenta promittam, intelligetur ſtipulatio
computata priore ſumma [7]. quod enim vnum eſſe poteſt, diuerſum exiſtimandū non eſt [8]:
I. quæ ſententia vera eſt. Cùm id actum à partibus conſtat, vt de vnica ſumma intelliga-
II. tur [9]. Idem ſi natura rei hoc ſuadeat, vt quia cauſa illa ſui naturâ non ſit multiplicabi-
III. lis [10], qualis eſt cauſa dotis [11]. Idem, cùm prior cauſa talis eſſet, quæ à ſtipulato robur ſo-
leret accipere, & pro eius implemento eſſet [12], vt cùm numeraui tibi decem, deinde incon-
IIII. tinenti x. mihi dari ex cauſa mutui ſtipulatus ſum. Idem, quoties eodem teſtamento, vel
V. iiſdem codicillis eadē quantitas bis legata eſſet: ſemel enim duntaxat debebitur [13]. Idē,
cùm ſequēs aſſertio non in forma cōtractus, ſed in vim ſimplicis cōfeſsionis emanaſſet [14],
20 confeſsio * enim nihil noui inducit, ſed declarat, & ad præcedentem cauſam refertur [15]: &
quoties ambigua eſt, ſecundum confitentis interpretationem exponitur [16]. & ideo poteſt il
le declarare, ſe de eadem ſumma intellexiſſe [17]. qua ratione, ſi pars petierit cētum, & teſtes
produxerit, fiet in dubio interpretatio, vt de ſumma petita teſtes loquuti videantur, quod
Pontanus reſpondit [18]: quoniam, ſcilicet, dicta teſtiū ad articulum referuntur [19]: vnde appa
21 ret idē eſſe, etiam ſi cōfeſsiones iudiciales ſint [20]. Excipiuntur duo † caſus, quibus de diuer-
I. ſa ſumma actum videri aiunt. Primus eſt, cùm poſterior obligatio diuerſæ quantitatis,
titulúſq; ſui naturâ multiplicabilis eſt: etenim quātitatum diuerſitas obligationis quoque
22 diuerſitatē arguit, quod aduerſus Bar. ſententiam receptius eſt [21]: nam & diuerſitas * inſtru
mentorum tēporúmq; facit, vt de diuerſis rebus actum videatur [22], quod & de diuerſitate
perſonarum traditum eſt [23]. Pone ergo teſtatorē bis eandē quantitatē, putà x. diuerſis per-
ſonis legaſſe, intelligetur non de iiſdē x. ſed de aliis [24]. quod aduerſus Bar. eo in exēplo ob-
tinuit, cùm teſtator, *Titio* (inquit) *X. Seio X. lego*. diuerſitas enim perſonarum, & numeri ite-
ratio hoc ſuadet. quod & in contractibus admiſſum eſt: cùm præterea & duplex promittē-
di actus interuenit [25]. Sanè ego ſuprà ſcripto caſu defendi Bart. poſſe arbitror quoties ſtipu-
lator ipſe prædictæ præſumptioni aduerſaretur, & de eadē ſumma actum eſſe fateretur [26].
II. Alter eſt caſus, † cùm eadē quidem eſt quantitas, ſed vtraq; obligatio eiuſdē ſpeciei eſt:
23 ne enim ſequēs ſit ſuperflua & inutilis [27], præſumemus de diuerſis rebus actum [28], quòd in-
telligit Alexā. etiam ſi confeſsioni iteratæ ſtipulationis quoq; iteratio acceſſerit [29]. Subeſt
enim ſemper illa ratio, ne ſequēs ſtipulatio ſit inutilis. Sed tamē hæc coniectura non adeò
grauis eſt, vt cōtrariis ſignis non ſuccumbat. & ideo propter imperitiam, ſimplicitatémq;
promiſſoris alia quandoque fiet interpretatio [30], & contra ſtipulatorē præſumemus, quod
diſputatum à Martino Fanenſe, & ab Alberi. Fulgoſióque relatum extat [31]. Vnde apparet
aliis quoque ex ſignis recedi à prædicta præſumptione poſſe [32].

1 l. cùm rem alienā. l. vxor patrui. C. de leg.
2 l. Stichus. de leg. iij.
3 l. j. de iuſt. & iur.
4 c. fi. de fo. compet. lib. vj.
5 Bar. in extrauag. ad reprimendum. verb. per denuntiationem.
6 glo. l. ſi quis ad exhibendum. ſ. de excep. rei iud.
7 l. ij. de dot. præleg.
8 c. in præſentia. de proba. vbi Deci. notab. ix.
9 l. cùm centum. de adi. le.
10 l. ſi diuortio. ſ. eod.
11 l. Lucius. §. impuberem. de leg. ij.
12 l. cùm enim. in fin. de nouatio.
13 l. planè. §. j. de lega. j.
14 arg. l. Sempronius. de legat. ij.
15 l. Publia. in fi. depo.
16 l. ſi quis intentione. ſ. de iudic.
17 l. ſi vnus. §. ſi cùm mihi. de pactis.
18 Lud. Ro. conſi. ccxc. in fi.
19 Bart. l. Labeo. de ſupel. lega.
20 d. l. ſi quis intentione.
21 Doct. l. ſcire debemus. ſ. eod. & d. l. cùm centum.
22 l. ne caſu. C. de diſcuſſ. libro x. l. cùm plures. de euic.
23 l. ſi Stichum. §. fi. de nouat. l. Paulo. in princi. de legat. iij.
24 l. ſi quis teſtamento. de leg. ij. vbi Docto.
25 inſt. de duob. re. in prin. l. ſtipulatio iſta. §. eum, qui. ſ. eodem.
26 Docto. l. ſcire debemus. ſ. eod. l. ſi adulterium cū inceſtu. §. idem Pollioni. de adulteriis.
27 l. qui bis. ſ. eod.
28 l. Meuius. in prin. de lega. ij. not. d. l. quinquaginta.
29 Alex. conſi. iiij. in j.
30 argu. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ſ. eo.
31 d. l. quinquaginta.
32 l. cum de indebito. de probatio.

SVMMAE.

1 ☞ *Incertitudo loci actum vitiari. ex cauſis contrà. 6.*
2 *L. Qui inſulam. enucleata.*
3 *Loco generali actum ſuſtineri.*
4 *Modo ædificij non dicto, actum valere.*
5 *Locus alternatus non vitiat, optátque promiſſor.*

LEX XCV.

1 QVI INSVLAM. Qui inſulam fieri † ſtipulatur, deſignare locum
debet, quo ædificari debeat, aliàs ſtipulatio eſt nulla, cùm fieri eo in loco
poſſet, vbi minimè ſtipulatoris intereſſet [33]. Sed cur vt ſtipulatio valeat,
non intelligitur potiùs in loco vtrique comodo, ídq; iudicis arbitrio ex
perſonarum, & rei qualitate? Sed cùm debitor ſimpliciter promiſerit,
non fuit æquum illi auferre electionē: quin etiam in remoto loco facere
poſſet [34], in quo nil ſtipulatoris intereſſet, ſícque potiùs contractus eſſet nullus, nec vlla
eſt rat

33 l. iij. §. ſi quis inſulam. ſ. de eo quod cer. lo. l. ita ſtipulatus. ſ. eod.
34 l. plerunque. in fi. de iur. dot.

eſt ratio cur arbitrium boni viri ſubaudiatur, cum de eo nihil actũ ſit, ídque maximè hoc
in contractu, qui ſtricti iuris eſt. Sed nonne ſemper † creditoris intereſt, cùm vbicunque I.
ædificata ea ſit, vendere eam poſsit? & Alberic. putat intelligendam legem noſtram: cum 2
eo in loco ſe facturum promiſſor reciperet, vbi nec emptorem quidẽ reperire quis poſſet.
Quid † ergo ſi locus quidem adiectus eſt ſed generaliter, putà, *Inſulam Capuæ ædifica-* II.
*re ſpondes*? & videtur ſufficere, vt ſtipulatio valeat[1]. tametſi ſpecialiter non ſit expreſſum, 3
qua in Capuæ regione, quáue in via ædificari debeat[2], erítque hoc caſu electio promiſſo-
ris, quo in loco ſpeciali ædificet: licet in vltimis voluntatibus ad domicilium defuncti ad-
tendamus[3]. Quid ſi locus quidem ſpecialiter ſit deſignatus, ſed non qualitas, & magni- III.
tudo, ſeu modus? & aiunt † plerique adhuc ſtipulationem eſſe nullam propter incertitudi- 4
nem[4], quæ ſententia mihi non placet: ne rigorem hunc nimis extendamus. in lege enim
ſolius loci demonſtratio requiritur: maiórq; ea incertitudo, quàm modi, aut qualitatis eſt.
Vnde cenſuit Pontanus tali caſu mediocrem deberi[5], vel ex qualitate artificis, & negotij
geſti diiudicari[6], quæ opinio humanitate non caret, vt actus ſuſtineatur. Sed quid ſi lo- IIII.
cus cõpræhenſus eſt ſub multis alternationibus, veluti, *Promittis mihi facere inſulam aut in tali*
*area, aut in illa, aut in illa*? & tunc † quoque valere ſtipulationem receptum eſt[7], exiſtimátque 5
Iaſ. electionem ſtipulatori competere, nec adeò futuram oneroſam promiſsori: cùm præ-
uidere id potuerit: ſicut cùm nulla omnino alicuius loci facta eſt mentio. Sed ego non arbi
tror recedẽdum à regula, vt electio ſit debitoris, quæ habet locum etiam in diſiunctiua lo-
corum, quantùm ſit ſolutionis reſpectu, licet non petitionis, vt Scæuola diſtinxit[8]. Illud V.
quoque non omittendum, quod omnes ferè tradiderunt, vt ſi opus fieri, quod loco cohæ-
reat, promittatur lex noſtra procedat: quòd ſi operæ perſonales ſimpliciter promittantur,
non eſſe neceſſariam adiectionem quo loco præſtari debeant[9]. Cæterùm † & illud fer- VI.
mè conſtat in vltimis voluntatibus faciliùs ſuſtineri incertam domus promiſsionẽ, quàm 6
in contractibus: & ideo, ſi teſtator ſimpliciter domum legauerit, valet legatum, & de ea in-
telligetur, quæ in eius patrimonio ſit[10]. quòd ſi quis ſimpliciter domum promittat, vide-
tur nõ valere ſtipulationem, nec ideo videri egiſſe de ea, quam in patrimonio habeat, quod
Bartol. cenſuit, & frequentiore calculo approbatum eſt[11]. Nec me mouet Alexandri, quo-
rundámque aliorum aduerſantium ratio, dum aiunt, etiam in contractibus videri actum
de re, quæ in patrimonio ſit, vt ſuſtineantur[12]: quia hoc defendi poteſt in promiſsione
certæ ſpeciei, putà Stichi: at noſtra quæſtio in promiſsione generis procedit, putà, *Promitto*
*domum*. nulla enim eſt ratio, cur magis de patrimoniali, quam de alia nouiter emẽda fabri-
candáue intelligatur[13], cùm ſecùs in legato * ſit, quod eſt delibatio quædam patrimonij[14]: 7
& in quo non fit interpretatio, vt in dubio grauatus ſit hæres quicquam emere[15]. ſanè
quid inſula ſignificet alibi declaraui[16], oſtendíque magis ſpecialem eius eſſe ſignificatio-
nem, quàm domus, quæ non tam natura, aut arte, quàm noſtra deſtinatione cõſtituitur[17].

1 l. eum, qui inſulam. de iu.
2 arg. l. optimam. C. eo. vbi Doct. & in c. j. de fide inſtru.
3 l. quæ conditio. in fine. de condit. & demonſt. §. ſi quis in nomine. in auth. de eccl. tit.
4 d. l. ita ſtipulatus.
5 arg. l. legata generaliter. de leg. j. l. ſi quis argentũ. C. de donat.
6 arg. glo. c. j. de vſur. in vj. verbo, ad fœnus. & Bar. l. cũ plures. in fi. prin. loc.
7 d. l. iij. in princi. Iaſ. d. §. ſi quis inſulam.
8 d. l. iij. in princ.
9 l. interdum. §. j. ſ. eo.
10 l. ſi domus. de leg. j.
11 Barto. Ange. Imo. Com. Pau. & Moder. d. l. ita ſtipulatus.
12 l. quoties. cum gl. fi. ſ. eo. l. cùm tabernas. de contrah. empt.
13 inſt. quib. mod. tol. obli. in princip.
14 l. legatum. de leg. j. l. Titio. §. j. de au. & arg. l. vnum. §. ſi rem. de leg. ij.
15 l. quod in rerum. §. j. e. ti.
16 l. vrbana. de ver. ſig.
17 d. l. quod in rerum. §. pe.

S V M M AE.

1 ☞ *Occiſorem promiſſo non niſi ex cauſis eximi. 2.*
3 *Seruum non, niſi ex cauſis occidat dominus.*
4 *Bannitum, inuita pace, occidi poſſe.*
6 *L. Qui ſeruum. ſenſus.*

LEX XCVI.

QVI SERVVM. Licet, qui ſeruum debet, eum † occidendo non 1
liberetur, ſed potiùs obligationem perpetuet, tamen hoc intelligendum
eſt: cùm in iuſtè eum occidit: aliàs ſi merentem occidat, vt quia in facino
re depræhenſum[18], ſecùs eſt. liberatur enim, vt hîc dicitur. Quæ ſen- I.
tentia † certiſsima eſt, cùm eum in facinore depræhendit, in quo etiam 2
alienum ſeruum occidere poſſet, vt ſi in adulterio vxoris ſuæ[19], vel in
furto ſe gladio defendentem[20], ſi enim hoc poteſt in eius damnum, qui dominus ſit, mul-
tò magis proprium poterit in creditoris damnum. Sed & certa eſt hæc ſententia, ſi his II.
in caſibus ſeruum occiderit, quos vltioni ipſius domini lex relinquit, vt cùm à ſeruis ſuis
quis appetitus eſt[21], vel cùm ex aliquo delicto eum dominus caſtigauit[22], íſque præter
opinionem, & citra domini culpam mortuus eſt[23]. Maior ergo eſt difficultas, quid ſi à III.
domino ſit occiſus ex facinore cuius vindicta nõ ipſi domino ſed iudici permittebatur[24]?
& videretur domino imputandum: cum id ei non liceret[25]: ſed tamen aliud videtur ſen-
tire Iuriſconſultus qui ſimpliciter perpendit, an merentem occiderit[26], aut in facinore de-
præhenſum, exceptionem verò iuriſdictionis non adtendit. quid enim ad creditorem de
iure fiſci, vel præſidis opponere[27]? cùm omnino ſi ipſe occidiſſet, à iudice fuiſſet occiſ-
ſus, quod maximè cenſendum ſi ipſemet dominus eſſet & iudex[28]. Sed † quid ſi ſeruus 3
delictum commiſiſſet, cui alia pœna non conſtitueretur, quàm vt eſſet extra republicæ
protect

18 l. quid ergo. §. ſi hæres. de lega. j.
19 l. iiij. C. ad le. Iu. de adul.
20 l. iiij. ad leg. Aqui.
21 l. & ſi certus. in fi. ad Sillanianum.
22 l. j. C. de emend. ſer.
23 l. ſerui. de fur.
24 l. circuncidere. in fin. de ſicar. Bar. l. j. de his, qui ſunt ſui.
25 l. non eſt ſingulis. de regu. iur.
26 d. §. ſi hæres.
27 l. his conſequenter. fa. erciſcun. in princi.
28 l. ſi quis fortè. §. ſi quos. de pœnis.



protectionem[1], & tali caſu videretur non licere domino eum occidere, quia licet huius fa-
cti rationem reipubl. reddere non teneatur, non tamen creditori damnũ facere aduerſus
ſuam promiſsionẽ debet[2]. Nec me mouet Bar. ratio, dum ait dominũ non debere ſeruum
occidere, niſi lege permittente[3]. reſpondeo, etiã ſi lex permittat, non tamen debet occide-
re, quando alia ſubeſt prohibitio, videlicet fides promiſsionis ſuę[4], ſecus ſi verba legis non
tantũ permiſsiua eſſent. ſed etiam occidi imperarent[5], tunc enim ius publicũ præualeret[6].
4 Hincq; infertur ad quæſtionẽ, Promiſi, facta pace † alicui, eum non offendere ſub pœna. is
demũ ciuitate eiectus, & (vt vulgò dicunt) bannitus eſt, an ſi eũ offendero, pœna cõmitta-
tur? & recepta eſt ſententia non cõmitti[7], ídq; legis noſtræ argumento, quod extendit Bar.
etiã ſi talis promiſsio ei facta eſſet, qui iam eſſet proſcriptus. quod enim ad forũ ciuile adti-
net, ſeruanda non eſſet tanquam aduerſus publicam vtilitatem[8]. quam ſententiam & ego
5 probo: cùm is proſcriptus lege municipij pro * hoſte publico eſt[9]. taliũ enim occiſores lex
præmio afficit[10]. quòd ſi non ceu hoſtes publicos habeat, ſed ſimpliciter extra protectionẽ
ſuam relinquat, putarim pœnam committi: licet in territorio exigi non poſsit[11]. hócque ca
ſu veram eſſe Bononienſium ſententiam, quam hîc Barto. ad tryphas reiicit, quǽque & Ia
coborum Beluiſij, Butrigariíque fuit, itémque Dini & Angeli quorundámque aliorum[12].
IIII. Sed nunquid in caſu legis noſtræ dominus ſeruum occidens liberetur ſola exceptione?
& non eſt dubitandum ipſo iure liberari. fortiùs cenſuit Bart. iuris interpretatione videri
à principio nunquam fuiſſe obligatum, tanquam promiſsio eſſet conditionalis, niſi eum iu
6 ſtè occidero[13]. & † hoc eſt, quod hîc dicitur nec vtilem actionem eſſe contra dominũ con-
ſtituendam. de directa enim dubium non eſt, quæ nunquã cenſetur orta. Addunt Beſutius,
& Iaſon, cùm iniuſtè ſeruus occiditur, directam quoq; extingui: ſed quia fictione legis pro
viuo eſt, perpetuatúrque obligatio vtilem dari. Sed quid ſi dominus iniuſtè aliquem ag-
greſſus eſt, & quia à ſeruo non defendebatur, ipſum ſeruũ occidit, an adhuc erit liberatus?
& videretur tanquam ſeruus etiam tali caſu iuſtè ſit occiſus[14]: debet enim ſeruus ſemper
dominum defendere, nec vlteriùs inquirere, an dominus rectè, vel malè agat. Nam & rece
7 ptum eſt, idem in beneficiario * cliente eſſe, qui defenſionis cauſa ſemper pro domino cer
tare debet[15], licet cùm dominus aliis ipſe iniuſte bellum infert, eum non teneatur ſequi[16],
conſtat enim neminem teneri ad opem delinquentibus præſtandam[17].

1 l. j. C. de nat. lib. l. fin. ſ. de decret. ab ordi. fac.
2 arg. l. ſi filius. de fideic. li. l. ſi quis legatũ. in fin. de fal.
3 l. quæro. §. j. loca. l. quidã. ver. quid ergo. ſ. eod.
4 arg. §. affinitatis. inſti. de nuptiis.
5 l. ait prætor. §. j. de min. gl. l. accuſationem. C. quod met. cauſ.
6 l. ius publicum. de pact.
7 l. eleganter. §. fin. de pig. actio. vbi Bart.
8 l. j. §. non fuit. de dol. vbi Bartol.
9 l. j. C. de bon. lib. Bar. q. j. in tracta.
10 l. minimè. de relig.
11 glo. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed & ſi dum. ex qui. cauſ. ma.
12 Albe. l. ſi quis maior. C. de tranſact. Gand. in tract.
13 Bar. extraua. qui ſint rebelles. verbo, rebellando.
14 arg. d. l. & ſi certus. in fi.
15 c. j. in princip. hic fin. lex Cor.
16 c. ego N. de iureiur. verbo, mala.
17 l. iij. §. j. ad Silla. vbi Doct.

S V M M AE.

2 ☞ *L. fin. C. de noua. ſenſus verior. 3.*
4 *Pœnali à non nouari. ex cauſis diuerſum.*
5 *Pœnalem cum principali irrito corruere.*

LEX XCVII.

1 SI ITA STIPVLATVS FVERO. Stipulatio pœnalis * im-
poſsibilis pro non adiecta habetur, & nihilò minùs principalis non infirma
I. tur. Quid ergo, ſi pœnalis valeret, vt quia de tabula, qua pictus eſſet hi-
pocentaurus, actum eſſet? ſolebant enim etiam egregi pictores huiuſmodi
figuras venales in pergula habere, vt Lucianus auctor eſt: & tũc cenſuit Ac-
curſius per pœnalem primam quodammodo nouari[18], ídque veteri iure, li
2 cet aliud deinde † à Iuſtiniano ſancitum ſit, qui nunquam nouari priorem cenſuit, niſi ex-
3 preſsè actum ſit[19]. Sed † cæteri Accurſio reclamant. nec enim Iuſtinianum quicquã de no
uatione conſtituiſſe, quæ per pœnalem ſtipulationem fieret, ſed ſolùm de ea, quæ poſterio-
4 re ſtipulatione æquè principali induceretur[20]. Ego ſtipulationem † regulariter nunquam
nouari per ſequentem pœnalem cẽſeo: cùm pœnalis fauore creditoris ſemper adiiciatur,
vt quod in principali deductum eſt, metu pœnæ ſoluatur: vnde in eius damnum non debet
nouatione priorem extinguere[21] à qua concluſione excipiuntur duo caſus. Primus in vlti
mis voluntatibus, cùm quis penũ legat, & ſi hæres non dederit centum[22]. videtur enim hoc
caſu voluiſſe teſtator hæredi quoq; conſulere non ſoli legatario. Secũdus eſt in ſtipulatio-
nibus facti. cùm enim lex fauore debitoris non ſinat eum præciſè cogi, ſed id quod intereſt
præſtantem liberet[23], pœnalis ſubiecta id ipſum ad liquidum reducere videtur[24], non au-
tem ſolo creditoris fauore interponi, & ideo quaſi nouatio fit. qua tamen de re infrà diffu-
II. ſiùs[25]. Sed quid † rurſus in caſu contrario reſpondebimus, cum quis prima ſtipulatione
5 hippocentaurum promiſit, & ſi non daret, tot aureos? & conſtat cùm principalis obligatio
6 impoſsibilis ſit, nec pœnalem quidem valere[26]. Sanè ſciendũ eſt * Hippocentauros Theſſa
lós equites fuiſſe perniciſsimos bellatores, vnde illis nomen, ꝙ equos per ſumma mõtium
iuga ſtimularent: ſicq; poëtis & pictoribus data eſt materia cõfingẽdi eos corpore equino,
ſed ſuperiore parte homines fuiſſe & nube genitos eſſe. qua in re aduerſus Pindarũ egre-
giè Cl. Gal. lib. iij. de vſu par. declamat. proinde Iuriſc. hîc id ceu corporis imaginarij nomẽ
adducit[27], qđ re ipſa nuſquã extet, quo ſenſu Porphyrius chimęrã tragelaphúmq; vſurpat.
S V M

18 l. obligationum ferè. §. fin. ſ. tit. j.
19 l. fi. C. de noua.
20 Bar. l. ita ſtipulatus. vlt. par. ſ. eod.
21 l. duo. l. ſi quis à ſocero. pro ſoc. l. prædia. de act. em. cum ſimi.
22 l. ſi penum. quando dies leg. l. j. de pen. leg. l. j. §. item ſi ita. ad leg. Falcid.
23 l. ſtipulationes nõ. verſi. Celſus.
24 l. fin. de præt. ſtip.
25 l. ita ſtipulatus. in fi. ſ. e.
26 l. ſi homo. ſ. eo.
27 inſt. de inu. ſtip. in prin.

SVMMAE.

1 ☞ *Promiſſa alieno nomine ſolutio incerta.ex cauſis contrà.* 9.
2 *Promiſſionum, nomine Titij,varia acceptio.* 3. 4.
7 *§. Poſſum. ſenſus.* 8. 10. *verior.* 11.

§. POSSVM. Qui promittit† ſe nomine Titij debitoris mei ſoluturum mihi cen- 1
tum,dicitur incertum promittere:& ideo non,niſi in id, quod mea intereſt,conuenitur, vt
quia Titius non ſit ſoluendo ei ſummæ, vel quia ſit difficilis & rixoſus, &(vt veteres dice-
bant)trico.Sed quæ eſt ratio? videretur enim præciſè cogi poſſe tanquam fideiuſſor[1]: quia
ſicut Titius ad dandum tenetur,ita & ipſe dare debeat,vt verbum, *Soluere.* cum ad obliga-
tionem dandi refertur, per dationem intelligatur, quia †ſoluere, eſt id facere, quod quis
promiſit[2]. Sed Accurſius reſpondet ideo verbum, *Soluere.* hîc ad dationem non referri, 2
quia iuris interpretatione videtur hîc promiſſor ſpopondiſſe,non ſe daturũ, ſed facturum I.
& curaturum, vt Titius det, quo caſu ſtipulatio hæc incerta eſt[3].quem intellectum omnes
ceu diuinatorium reſpuunt. Aliter ergo Bar.nempe hanc†ſtipulationem incertam eſſe II.
propter illa verba,*Nomine Titij*.quæ videntur ſignificare eam promiſsionem fieri tanquam 3
à negotiorum geſtore Titij[4]. Vnde cùm promiſſor ſuo nomine nõ promittat,ſed alterius,
ſtipulatio non valet,niſi quatenus ſtipulatoris interſit[5]: nec etiã videri poteſt is promiſſor
fideiubere, cùm fideiuſſor & pro ſua obligatione, & pro principali ſuo ſoluere poſsit[6].at
hîc ſolùm pro principali ſoluere ex verbis ſtipulationis poteſt. Sequuntúrque hanc inter-
pretationem Imo.Paul.& Alex.Sed cæteri diſſentiunt.non enim quadrat verbis legis,quæ
manifeſtè differentiam conſtituunt,an dictum ſit te ſoluturum,an te daturum: nec viden-
tur multum perpendere,an dictum ſit,nomine Titij, an pro Titio: non etiam ſatis conue-
nit rationi,cur enim ſtipulator cenſeatur ita ſtipulatus debitoris ſui cauſa tãquam à nego-
tiorum geſtore potius,quàm ſua propria? vt ſibi magis conſultum eſſet[7].quod negotiũ Ti-
tij iſte gerit, cum Titius iam eſſet obligatus?cur dicemus non poſſe hunc promiſſorem pro
ſua obligatione ſoluere,cùm ipſe ſe obligauerit, quid enim nominis Titij adiectio obſtat?
Aliter ergo† receptiore calculo veteres,Din.Oldr.Pet.Iac.Alb.Bal.Ange.& Iaſ.ideo te- III.
neri hunc ad id,quod intereſt: quia non dare,ſed facere promiſit:ſoluere* enim facti eſt[8]: 4
& ſolutionis verbo omnis liberatio† ſatiſfactióue comprænditur, quæ voces ad factum 5
referuntur, incertúmque continent[9]. Aut ergo promiſit quis ſe daturum nomine Titij, & 6
tenebitur præciſè tanquam fideiuſſor[10], poterítque hoc iure etiam ante Titium conueni-
ri[11], aut promiſit nomine eius ſoluturum,& incertum promiſiſſe cenſebitur,conuenítque
hic intellectus† optimè verbis Iuriſconſulti,qui manifeſtè ad factum hunc duntaxat obli- 7
gatum ait.Sed obſtat illa ratio,quòd ſoluere eſt dare:cùm de obligatione dandi agitur, vt
ſuprà eſt dictum. Nec reſponſio Iaſonis, aut Imolæ vllius mométi eſt, dum fatentur id ve-
rum eſſe reſpectu principalis debitoris, non autem reſpectu iſtius noui promiſſoris, qui ſe
ſoluturum promiſit:caſus enim ſeparant, rationem ſeparationis non inueniunt. Ego IIII.
Bar.intellectum† quadamtenus verum arbitror.Sciendum igitur eum, qui dare promittit 8
quod Titius debet,cenſeri incertum promittere:& in id,quod intereſt duntaxat, condem
nari[12],vt ſuprà vidimus.Idémque hîc dicitur de eo,qui promittit ſoluere(addo ego vel,da
re ex ſententia Bart.) nomine Titij. Cuius rei illa eſt ratio:quia talis ad certum conueniri
non poteſt:cùm interim,etiam pendente lite,ſoluente Titio eatenus liberetur,quatenus il
le ſoluerit[13]. habétque ea promiſsio tacitam conditionem, ſi, & quatenus Titius debebit,
& ſicut ſtipulatio quòd tertio detur, eſt incerta[14], ita hæc quod tertij debitum tibi detur.
cùm enim omnino iam illud ſit debitum,non poteſt hæc promiſsio ſuſtineri,niſi quatenus I.
ſtipulatoris interſit[15]: meritò ergo ad incertum duntaxat cõmittitur. A qua concluſio- 9
ne excipiendi videntur duo † caſus. Primus, cùm talis promiſsio animo nouandi facta eſ-
ſet[16]. Alter, cùm quis animo fideiubendi ſpopondiſſet: cùm enim fideiuſſor omne debi-
tum fide ſua eſſe iubet[17], perinde ad certum tenetur, ac principalis[18]. & principali ali-
quid ſoluente, in ea ſumma non liberatur tanquam conditio promiſsionis ſuæ defece-
rit, vt in ſuprà ſcripto eſt caſu, ſed tanquam ipſe ſoluerit: quia ſolutio, quam principalis
debitor facit, perinde indicatur, ac ſi fideiuſſor ſoluiſſet[19]. Addunt alium caſum Doctor.
cùm quis promiſit dare pro Titio: hunc enim præciſè teneri Bartol. cenſit: ſicque ſecun-
dam ſpeciem ſtipulationis hîc expreſſam interpretatur,à quo nec qui Dini intellectum ſe-
quuntur, hoc caſu diſcrepant: vt diſsimilitudo inter has ſtipulationes cuius Iuriſconſul-
tus meminit,ea duntaxat ſit,quòd prima ſpecies incerta eſt,ſecunda certa. Sed hic ſenſus
quamuis receptiſsimus non videtur mihi quadrare, quia Iuriſconſultus primam ſpeciem
vtiliter concipi dicendo, manifeſtè ſentit aliam eſſe inutilem. Aliter ergo interpreta- II.
tus † eſt Accurſ. vt Iuriſconſultus de ſtipulatione loquatur, qua quis promittit illi ſe datu- 10
rum. cùm enim ſtipulatio hæc alteri fiat, eſt nulla[20], ſicq; ſolius puncti tranſpoſitione rem
concinnat.

1 l.ij.in prin. l.ſi fideiuſſor. qui ſat.cog. l.ſicut reus.ſ. de fideiuſſo.
2 l.ſolutionis.in fi.de verb. ſignific.
3 l.illa.§.j.ſ.eod.
4 ar.l.fideicommiſſa. §.interdum.de leg.iij.
5 l.ſtipulatio. §. ſi ſtipuler. ſ.eodem.
6 l.indebitum. de cõd.ind.
7 l.à Titio.ſ.eod.l.iij.in fi. de lib. leg.
8 l.furioſo.in fi.de cur. fur.
9 d.l.ſolutionis.l.j.ſ.qui ſatiſd.cog.
10 l.vbi autem. §.ij. ſ.eod.
11 l.non rectè.C.de fideiuſ.
12 d.l.vbi autem.verſic.qui verò à Titio.
13 argu.l. ſi quis ſtipulatus. §.fina.ſ.eod.
14 l.liber homo.in fi. ſ.eo.
15 l.qui bis.ſ.eod.
16 arg.l.fi.§.fin.de nouat.
17 l.& per iuſiurandum. §. qui ita.ſ.de accep.
18 d.verſi.qui verò.in fi.
19 inſti.quib. mod.tol.obl. in princ.
20 l.ſtipulatio.§.alteri.ſ.e.



concinnat.Sed hunc ſenſum omnes reprobant:quia ſtipulatio alteri facta,ſi ſtipulantis in-
terſit, ſuſtinetur[1]. Ideóq; nulla eſſet in hac ſpecie à ſuperiore diſsimilitudo, quam tamen
III. Iuriſconſultus diſsimilem eſſe ait. Raphaël Accurſij interpretationem ſuſtinendo ali-
ter verba legis exponit,exiſtimátque primam ſpeciem eſſe certam, hanc autem illi, *Te da-
turum*.eſſe incertam,& committi,quatenus intereſt:verſiculúmque,*Sed ex ea*.ad huius ſecũ-
dæ interpretationem pertinere:ſicque ex ea pro ex hac intelligit[2],quæ expoſitio latini ſer
IIII. monis ductui repugnat. Ego† ab antiquorum codicum fide non recedo, in quibus ſicut
11 & in Thuſcorum pandectis ſcriptum eſt, *Non te daturum.* vt vulgò habetur, ſed, *Titium datu-
rum*.quæ promiſsio facti alieni eſt,& ideo nulla:etiam ſi interſit:niſi quanti ea res eſſet, ma-
nifeſtè promiſſum proponeretur[3]:non ergo hæc ſtipulatio,*Titij nomine ſoluturum*. ſimilis illi
eſt,*Titio te daturum*.ſed illi potius,*Te facturum, vt Titius det*[4]. vtraque enim facti proprij eſt. &
ad id,quod intereſt,committitur,vnde in vtraque ſi Titio des, íſque mihi ſoluat,liberabe-
ris, idémque ſi citra operam tuam Titius det, vt quia ſit locuples, nihil enim mea tunc in-
tereſt,vt hîc dicitur[5].Et ex his cõſequens eſt,vt qui ſupraſcripto modo promittit,eiuſdem
conditionis ſit,cuius is,qui indemnitatem promiſit, quem & ſubſidiarium repromiſſorem
vocari arbitror: & ideo ex natura contractus conueniri non poſsit, niſi principali prius
excuſſo[6], etiam ſi renuntiaſſe omnibus fideiuſſorum beneficiis proponatur, quod Bartol.
cenſuit.& cæteri probant[7].Sed nos hæc alibi diffuſiús.

1 dicta l.ſtipulatio. §.ſi ſtipuler.
2 Raph.Cu.hic.in fi.
3 d.l.ſtipulatio iſta.in princip.& §.alteri.verſic.ergo ſi quis.inſt.de inu.ſtip.
4 l.ſi hæres iuſſus. de leg.j.
5 d.l.ſi quis ſtipulatus. §.ſi. ſ.eodem.
6 l.j.C.de cõuenti. fiſ. debi. libro x.
7 l.fin.in princ.ſi cer.petat. vbi dixi.

SVMMAE.

1 ☞ *Stipulationem, ſi mihi nupſ. non niſi ex cauſis, valere.* 2.

1 §. SI TIBI NVPSERO. Promiſsio ſub † conditione, *Si mihi nupſeris.* regu-
lariter non valet.ſed quænam eſt ratio?an quia videtur cauſa libidinis facta[8]?quod nõ pla
cet:nec enim inter coniuges id perpenditur: an quia matrimonia debent eſſe libera[9]? Sed
certè tali ſtipulatione libertas matrimonij non impeditur, imò potius præmio incitatur
mulier,quod prohibitum non videtur[10]: an ergo quia hoc modo efficerentur matrimonia
quodammodò venalia,quod bonis moribus non conuenit[11]. Sicut enim non valeret talis
promiſsio conſtante matrimonio,quia donationem induceret,ita & ſi in id tempus confe
ratur[12]:non debet tamen iudex actionem ſtatim denegare,ſed cognoſcere priùs,quę ſtipu
lationis fuerit cauſa.Sæpe enim contingit,vt cauſa probabilis ſubſit,valeátq; ſtipulatio:&
2 ideo ſuprà ſcripta regula† ſit limitanda. Quid enim,ſi maritus idcirco promiſerit,quia
I. voluerit propter nuptias donationem vxori facere?nec enim dubium eſt licito iure id fie-
3 ri[13].Sicut & dotis augẽdæ* cauſa poteſt talis promiſsio valere,niſi quod creditoribus non
II. nocet,ſecundum tamen nouellæ conſtitutionis diſtinctionem[14]. Quid item,ſi,iam rece
ptis arrhis, fiat promiſsio. quas mulier ſibi reſtitui ſequutis nuptiis ſtipuletur? certum eſt
III. (vt inquit Accurſius) & hoc caſu valere contractum[15]. Fortiùs ego cenſeo omnibus
4 caſibus,quibus iure ſpeciali* donationes inter virum,& vxorem cõfirmantur,hanc quo-
que promiſsionem confirmari debere: quod eo exemplo aliqui hîc oſtendunt, cum ſenex
IIII. puellæ,ignobilis vir nobili vxori promittit.qua de re ſuprà[16]. Vnde conſequens eſt,vt ta
lis ſtipulatio,ſi iurata ſit,valeat[17]:cùm receptior ſit ſententia inter virum,& vxorem dona
V. tiones iureiurando confirmari[18]. Qua ratione & tum valebit,cùm ex cauſa non omni-
VI. no lucratiua fieret,veluti ſi inducendæ pacis gratia nuptiæ tractarentur[19]. Nam & rece
ptum eſt, ſi tranſactionis cauſa vt matrimonium concilietur, alter coniugum alteri pecu-
VII. niam dederit, valere contractum[20], cum tranſactionis titulus lucratiuus non ſit. Vnde
generaliter Iac.Old.Alber.cæteríque hîc tradiderunt,huic legi locum nõ eſſe:cùm ex ne-
VIII. ceſsitate præcedentis conuentionis fieret talis promiſsio[21]. Nam & infrà dicitur,valere
5 obligationem,qua maritus vxori* pœnam promittit,ſi concubinæ conſuetudinem repe-
teret[22]:cenſetur enim in iniuriæ cõpenſationem facta promiſsio,quam maritus facit,cùm
IX. fundum alienum,(vt inquit Plautus) arat, ſuum incultum deſerit. Sed quid ſi non pecu-
niam,ſed veſtem aliquam pretioſam,monilia,armillas,ídque genus mundi muliebris pro-
miſſum proponeretur?& negaret Cato Cenſorius defendẽdam obligationem,vt eſt apud
Titum Liuium libro XXXIIII. Subeſt enim adhuc ratio matrimonij venalis. Sed tamen
contrarium videtur verius:cùm hoc ad honorem quoque ſuum pertineat[23].valebit igitur
X. promiſsio, quatenus talis rei donatio inter coniuges prohibita non ſit[24]. Illud conſtat
legi noſtræ locum eſſe,cùm promiſsio ab altero coniugum facta ſit.quòd ſi ab extraneo fa
cta proponatur certo certius eſt valere[25].quod arbitror procedere,etiam ſi ille extraneus
pro ea promitteret,cum qua fortè conſueuiſſet. nihil enim obſtat,quin dotare eã poſsit[26].
XI. Addit Raph.& Alexand.tametſi talis promiſsio in caſum noui matrimonij non valeat,
tunc tamen valere ſi diuertenti mulieri facta ſit vt reuertatur[27]. fauet enim legiſlator in-
6 ſtaurationi * matrimoniorum,optátque amiſſam gratiam ſarciri.

8 l.fin.§.fin.ſ.tit.j.
9 l.Titia.ſ.eodem.
10 l.Titio.§.j. de condit. & demonſt.
11 l.j.& ij.ſ.de do.inter vir.
12 l.quod ſponſæ. C. de do. ante nup.
13 l.ſi conſtante. C.de don. ante nup.
14 §.aliud.in auth.de æqu. dot.
15 l.fin.C.de ſpon.
16 l.ſi diuortio. ſ.eo.
17 c.de illis.de cond.appo.
18 Doct.l.pacta quæ cõtra. C.de pactis.
19 c.ij.de deſp.impu. glo.l. creditor.§.j.man.
20 l.ſi.vbi Bar. C.de trãſa.
21 l.j.C.de dona.ante nupt. vbi Iac.& Albe.
22 l.ex ea.§.j.ſ.eod.ca.& ſi neceſſe.extrà de dona.inter vir.
23 l. ſi vſuſfructus. ad leg. Falcid.vbi not.
24 l.ſi vir vxoris.de donat. inter vir.Bar.l.fin.§.j.ſoluto matrimo.
25 l.j.C.de inſt.& ſubſtit. l. vter.C.de condi.inſt.
26 d.l.creditor.§.j.
27 l.vir mulieri. de donat. inter vir.

SVM

S V M M AE.

1 ☞ *Intereſſe temporis ſpectari. & 5.* 8 *L. Exiſtimo. ſenſus.*
6 *Conditio non ſubaudienda, niſi ex cauſa.*

## L E X XCVIII.

EXISTIMO. Sufficit, vt ſtipulatio † conditionalis valeat, ſi eueniẽ- 1
tis conditionis tempore ſtipulatoris interſit, licet tempore contractus
non intereſſet [1], idque Marcellus hîc quatuor exemplis oſtendit, duobus
expreſsis, poſterioribus tacitis per abſurdi inductionem. cui concluſioni
obſtant duæ regulæ. Prima, quòd in ſtipulationibus conditionalibus ad
tempus contractus adtendimus [2]: quia conditio * trahitur retró. Sed reſ- 2
ponde non retrò trahi, quando vitiaretur, vt in caſu noſtro. non enim fictio retròtractio-
nis præualere veritati debet, quoties veritas pro valore actus, fictio ad infirmãdum eſſet [3].
Secũda, ſi ſtipulatio à * principio tenet, & ad caſum deueniat, à quo non poſsit incipere, in- 3
firmatur [4]. ergo eadem ratione, ex poſt facto ſuſtineri non debet, ſi à principio fuit nulla [5]:
cùm ſoleat vulgò dici eadem eſſe contrariorum diſciplinam [6]. et quæ perimunt contracta,
multo magis contrahenda [7]. Sed reſponde, cùm ſtipulatio ſub conditione contrahitur,
principium eius non à tempore contractus, ſed ab euentu conditionis cenſeri, vt actus va-
leat, nullúmque (vt ſupra dixi) retrò fieri tractum, & ideo non adtendi quod tempore con-
tractus non intereſſet. Sed aduerſus hanc reſolutionem illud adducitur, quod ſtipulatio,
quæ ex tempore contractus vires non capit, nec ſuſtineri quidem debet conditionis auxi-
lio. Vnde ſeruus hæreditarius vſumfructum, nec ſub conditione quidem vtiliter ſtipula-
tur [8]. Sed reſpondendum eſt, in caſu noſtro ſtipulationem eſſe nullam, quia non intereſt
ſtipulatoris, vt rem ſuam ſtipuletur, quæ ratio ceſſat in contractu cõditionali. At quoties,
quę cauſa contractui puro reſiſtit, eadem & conditionali reſiſteret, tunc neutrum valeret,
vt in propoſita ſpecie, cùm ſeruus hæreditarius vſumfructum ſtipulatur: cùm enim vſuſ-
fructus * ſit perſonalis ſeruitus, non poteſt abſque perſona conſiſtere, nec aliquo modo in 4
ſtipulationem deduci, ſeu purè, ſeu conditionaliter deducatur [9]. apparet ergo † maius eſſe 5
vitium, quod ex perſona ceu ex cauſa efficiente inducitur, quàm quod ex eo inducitur:
quia non interſit: id enim extrinſecus duntaxat ad ſtipulationis valorẽ pertinet. Sed quid
ſi † ſtipulatio ſimpliciter contracta eſt, an conditionem ſubaudiemus, vt actus ſecundum 6
eius euentum ſaltem valeat? & conſtat regulariter non ſubaudire [10], nòn enim temere hu-
iuſmodi ſubauditiones inducendæ ſunt. quod intelligit Imola procedere, cùm qui domi-
nus eſt, rem ſuam ſtipulatur, non enim hoc caſu ex eo tantùm capite ſtipulatio eſt nulla,
quia non interſit, ſed etiam quia impoſsibilis quodammodo eſt, quia quod meum eſt, am-
pliùs fieri meum non poteſt [11]. at vbi ex eo duntaxat eſt nulla: quia non interſit, probabi-
liter dici poteſt ſubaudiri quandoque conditionem, vt in ſecundo legis noſtræ exemplo,
cùm quis viam ad fundum ſtipulatur, qui non ſit ſuus, vt actus valeat debet fieri interpre-
tatio, ſtipulatum videri, cùm erit ſuus. probatúrque hæc ſententia etiam legis noſtræ ver-
bis: nec enim hoc in exemplo vlla eſt conditionis mẽtio. Nec me mouet, quod dicto, *Item.*
repetitiua * ſit: & ideo conditionẽ, de qua in ſuperiore exemplo, repetere videatur [12]. quod 7
Iac. Oldra. Alber. & Alexan. exiſtimarunt: quia cùm † clauſula imperfecta ſit, & ad ver- 8
bum, *Exiſtimo.* referatur, illud duntaxat cum verbi ipſius qualitatibus repetit [13]. at condi-
tio hîc non pro qualitate verbi, *Exiſtimo.* ponitur ſed verbi, *Stipulari.* Suadet & hoc ratio:
nam ſtipulatio, quæ ex eo duntaxat eſt nulla: quia non intereſt, naturalem ſaltem obliga-
tionem parit [14]. Vnde cum à principîo non ſit omnino nulla [15], debet confirmari, ſi inci-
piat ex poſt facto intereſſe.

1 l. ſtipulatio. §. alteri. ſ. eo. vbi dixi.
2 l. ſi filiuſfamilias. ſ. eo.
3 Argu. l. ſi pater. de adopt.
4 l. pe. §. fin. ſ. eod.
5 l. quæ ab initio. ſ. de regu. iuris.
6 l. inter. §. ſacram. ſ. eo.
7 l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui.
8 l. vſusfructus. de ſtip. ſer.
9 dixi ſ. l. ſi rem.
10 d. l. ſi rem meam.
11 l. iij. §. ex pluribus. de acquir. poſſeſſ.
12 l. in repetẽdis. de leg. iij.
13 l. j. vbi Barto. & Pau. ſ. de publica.
14 d. §. alteri. vbi dixi.
15 glo. l. j. commu. præd.

S V M M AE.

1 ☞ *Promiſſa fultione ante ruinam agi poſſe.* 4 *§. Ex hac. ſenſus.*

§. EX HAC STIPVLATIONE. Qui † promiſerat fulcire, id eſt, 1
inſulæ ruinam minanti ſubſidium adferre [16], ceſſauit per longum tempus, deinde conuen-
tus, vt fulciret, excipiebat, quòd ſtipulator adhuc agere non poſſet: quia ſua adhuc non in-
tererat: cùm in eodem ſtatu eſſet inſula, nec interim corruiſſet. reſpondit Iuriſconſultus
hanc exceptionem non eſſe admittendam: quia imò interfuit ſtipulatoris eſſe fultam: &
ideo, finito tempore, quo fulciri potuit, ſi id factum non ſit, confeſtim agetur. Qua in re in
primis videndum eſt, quomodo interſit hoc caſu ſtipulatoris. Et quidam dicebant inte- I.
reſſe, quia interim nomo inhabitare volebat, qui ſenſus legem reſtringit. quid enim ſi de
fulcienda aliqua parte ageretur, quæ habitatoribus impedimento non eſſet [17]? Alij in- II.
tereſſe dicebãt, quia ſi expectatum eſſet, donec inſula corrueret, liberatus foret promiſſor,
qui non

16 l. j. §. ſi quis ædificium. de oper. no. nunt.
17 l. habitatores. loca.



qui non totam reficere, ſed fulcire duntaxat ſpopondiſſet. vnde res ad impoſsibile dedu-
ceretur [1]. Sed & hoc friuolum eſt. cùm enim negligentia promiſſoris fulturam tardãtis id
III. contingeret, ipſe id damnum præſtare teneretur [2]. Verius eſt ergo * ſemper intereſſe
2 ſtipulatoris, vt fiat quod conuentum eſt, ſiue impenſa talis neceſſaria, aut vtilis, ſiue etiam
voluptaria eſſet [3], & cùm ita conuentum ſit, non eſt vlteriùs quærenda cauſa, quia in re ſua
3 ſufficit pro ratione * voluntas [4]. quod tamen intelligendum, cùm ea res in æſtimationem
deduci poteſt: aliàs enim nunquam committitur ſtipulatio, niſi pecuniariter interſit. Sed
quæ eſt ratio, vt eatenus expectetur, donec fulciri inſula potuerit, & non priùs? & reſpon-
dent Doct. etiam priùs conueniri poſſe, ſed non ad omne, quod intereſt, verum eo fine, vt
particularis illa & temporaria commoditas in iudicium veniat. quæ interpretatio legem
4 noſtram violat. & ideo eam ſuprà non ſum ſequutus [5]. Generaliter ergo cenſendum † eſt,
non priùs oriri actionem, quàm perfici res potuerit: quia talis dies ex natura rei ſtipulatio-
ni ineſt, quæ impedit actionem, citiùs oriri. Sed hæc ſuprà latiús [6].

1 l. ſi ſub vna. in fine. ſ. e.
2 l. ſi ita. ij. ſ. eo.
3 l. impenſæ. de verb. ſig.
4 l. quia poterat. ad Treb.
5 l. ſtipulationes non. §. fin. ſ. eod.
6 d. l. ſi ita. ij. d. §. fin.

S V M M AE.

1 ☞ *Omiſſum non ſpectari: inepta tamen non danda.* 3 *L. Quicquid. ſenſus.*

## L E X XCIX.

1 QVICQVID. Promiſeras † mihi te daturum quatuor pócula
argentea certi ponderis, ea petebã mihi dari, aiebámq; actum fuiſſe, vt
pretioſiſsima cælatura eſſent, qualia Mentoris, aut alterius ſummi artifi-
cis, adeò vt ars materiam vinceret, id tu negabas. traditur hîc cùm ex-
preſsim non appareat, qua arte facta eſſe deberent, pro omiſſo habendũ
& ſecundum promiſſorem interpretandum, vt liberetur ea dando, quæ
modicæ artis ſint. Sed quid ſi ꝓmiſſor certa vaſa dare velit, quæ ipſe habeat nullius prorſ-
ſus artificij, argentíq; non puri? & nõ poſſe reſponſum eſt. Sícq; ego congruẽtiùs fingi facti
ſpeciẽ hac in lege arbitror, quã Accurſius & cæteri fecerint. Apud quos vel ſex modis caſus
I. in priore parte conſtituitur. Aiunt enim in ea probari obſcuritatem nimiam facere, vt ſti-
pulatio ſit nulla, & quæ dicta ſunt, pro omiſsis habeantur. Vt cùm quis à dialectico ſti-
pulatur brocarda ſua, obſcurum eſt, an argumenta, rationéſq; omnes argumentandi ab eo
deſcriptas ſtipuletur, qualia ſunt Azonis, aut Pilei brocardica: an de modo illo Syllogiſmi
intelligat, qui ſub nomine ὁμαλὸς ab Ariſtotele in prioribus analyticis deſcribitur, quẽ iſti
II. logici quot ipſi ſint βοκάρδιοι bocardum vocant. Alia eſt ſpecies, cùm quis fundum ge-
neraliter ſtipulatur, nec finibus adiectis, nec menſura, aut nomine: nec enim tunc valet ſti-
2 pulatio *, ídq; propter incertitudinem: quia palam non eſt expreſſum, quem fundum dari
III. conueniat [7]. Alia eſt eiuſdem farinæ, cùm quis triticum generaliter ſtipulatur, qua de re
IIII. ſuprá [8]. Adiicit Bart. quando ſtipulatio eſt nulla, quia verbis vſus ſit ſtipulator non intel
ligibilibus: nec enim dubium eſt, ſi obſcuritas hæc ad ſubſtãtiã pertineat, infirmari actũ [9].
Sed his poſitionibus verba legis non cõueniũt, quæ de eo loquãtur, quod obligationi adii-
ciendum expreſsim fuit eius reſtringendæ cauſa. at in his caſibus ipſamet principalis obli-
V. gatio obſcura fuit. Multóq; minus alia ſpecies, quam Iaſon adducit, quadrat, cùm quis
ſtipulatur fundum dari intra certos limites [10]: illi enim limites obligationem adſtringunt
aduerſus ſtipulatorem. at Iuriſconſultus loquitur, quãdo adſtrictio pro ſtipulatore erat, &
promiſſorẽ magis arctabat. qua ratione, & eius ſecundum exemplum confutatur, cum ſti-
pulatori ſimpliciter de omnibus ſeruis roganti reſponſum eſt, omnes promitti, vno exce-
pto, hoc (inquit ille) verbum, *Vno excepto.* emãnauit aſtringendæ obligationis cauſa. atqui nõ
aſtringendæ, ſed potiùs laxiorem faciendi obligationem cauſa, minùs enim arctatur pro-
VI. miſſor, qui vnũ ſibi reſeruauit. Alia quoq; ſpecies ex Accurſij ipſius ſentẽtia adducitur
cùm inter partes actum tacitè fuit, vt ſequenti in conuentione ſtipulationem adponerent,
deinde eam non appoſuerunt, non tamen habetur pro appoſita. quæ hypotheſis defendi
poteſt. nec obſtat quod in lege ſcribitur, *Quicquid dictum eſt.* at hîc fuit omiſſum. reſpondeo
accipiendum eſt, *Dictum.* non ſimpliciter pro dicendum, ſed figuratè κατὰ προσῳδίαν ab
effectu [11]. quod alibi declaraui quamuis in caſtigatis codicibus hæc vox, *Dictum.* non inue
niatur, & vt puto rectiús. Reſpondent tamen aliter Angelus, Imola, Aretinus, vltimamq;
hanc poſitionem ampliãt, vt ei locus ſit, etiam ſi in contractu partes dixerint, vt ſtipulatio
pro appoſita habeatur, hoc enim, *Dictum.* pro non adiecto eſt, niſi expreſsim verbis aptis
concepta ſit ſtipulatio, non enim poſſunt contrahentes pacto ſuo formæ contractus renũ-
tiare [12] †. Híncq; inferunt, vt quoties lex vel ſtatutum aliquid expreſsim vel dici vel ſcribi
velit, non ſufficiat, ſi notarius ſub inuolucro dictionis *ET CAETERA.* deſcripſerit [13].
3 Finge † ergo, iubet lex, vt ceſsiones non fiant niſi accedente iuramento & clauſula doli
mali notarius interrogauit partes, *Facitis ne hanc ceſsionem in omnibus, & per omnia ſecundum for-*

7 l. cùm poſt. §. gener. ſ. de iur. dot.
8 l. triticum. ſ. eo.
9 l. ij. ſ. de his, quæ pro non ſcrip. l. ſed cùm patrono. §. fin. de bon. poſſeſ.
10 l. forma. de cenſib. j.
11 l. fugitiuus. de verb. ſig.
12 l. nemo poteſt. de leg. j. dixi. l. pe. C. de pact.
13 l. contractus. C. de fide inſt. Doct. l. Gallus. §. idem credendum. de libe. & poſt.

*mam ſtatutorum:facimus.*non ſufficit,niſi expreſsim iurauerint,& doli clauſulam adiecerint.
Putatim tamen,ſi in notarij inſtrumẽto ſit ſcriptum ceſsiſſe eos ſecundum formam ſtatu-
torum ſatis vi horum verborum probari & iuramentum,& clauſulam doli acceſsiſſe
expreſsim [1].& ideo ei,qui hoc negat,onus probandi incombere, vt oſtendat inſtrumenti
fidem vacillare [2]. Sanè quod hîc Bart.adtigit,an caſus omiſſus pro expreſſo habendus
ſit,diffuſiùs eſt,quàm vt hoc loco commodè explicari poſsit.Ego hac de re integros libros,
qui De verborum ſignificatione inſcribuntur,compoſui,quorum tertiò maximè hanc ma
teriam ſum executus.Quando verò pro promiſſore fieri debeat aduerſus ſtipulatorem in-
terpretatio,ſuprà latè explicui [3]. At quomodo declaratio ampliùs, quàm ſemel fieri non
poſsit,in electione verò variari quandoq; poſsit, etiam ſuprà adtigi, & infra quoq; com-
modiore loco referam [4].

1 l.ſciendum.ſ.eod.
2 l.j.§.fin.quemad.teſt.ap.ibi Bart.
3 l.ſtipulatio.§.in ſtipulationibus.ſ.eo.
4 l.qui ex pluribus.ſ.eod.

S V M M AE.

1 ☞ *Dies expectandus. & 2.* 5 *Monitio ex cauſis non neceſſaria.*

§.S I S T I P V L A T V S. In † conditione negatiua dies adiecta expectatur, 1.
nec niſi,eo lapſo,committitur ſtipulatio:quia tum demum certum eſt immutabiliter eam
eueniſſe.qua de re ſuprà diffuſè diſputaui [5].Sed nunquid idem ſit in diſpoſitione legali?&
videretur non eſſe idem.Vnde conſtitutio quæ matrem à filij pupilli ſucceſsione reiicit, ſi
intra annum tutorem ei non petierit [6],habet locum,etiam ſi cõfeſtim nõ petierit cùm pri-
mum potuit [7].Sed tamen † credendum eſt idem quoq; in diſpoſitione legis eſſe [8], vt in ea 2
quoq; ad diem immutabilem adtendamus,qualis eſt in ſupràſcripto caſu annus [9]. quòd ſi
dies ſit talis,vt adhuc purgatio moræ concedatur,& de caſu agatur,quo ea purgari poſsit,
ad illum diem non adtendamus,ſed immutabilem expectemus [10].Sed quid ſi dies nullus
ſit adiectus(& conſtat aliter in contractibus,aliter in diſpoſitionibus legum tunc reſpon-
deri.In * contractibus enim tempus,quo res ampliùs fieri non poſsit,id eſt,mors expecta- 3
tur [11]:quia ante non cedit dies:& quod in conditione poſitum eſt,ad diſpoſitionem nõ per-
tinet [12],& poteſt quis arbitratu ſuo differre ne conditionem impleat [13].at in diſpoſitione le
gali aliud eſt:quamuis enim lex conditionaliter loquatur:cùm tamen pœnam ſubiiciat,ta-
citè iubet,vt caueatur,ne illud fiat,quæ tacita legis iuſsio perinde ac expreſſa ſtatim obli-
gat [14].Vnde lex quæ hæredes ſi multam defuncti mortem reliquerint ceu indignos reiicit,
cenſetur iubere,vt confeſtim,cùm primum poſſent, accuſent, aliàs pœna committitur [15].
Sed nũquid ſaltem prædicto caſu neceſſaria erit monitio?& celebre eſt Innocẽtij dictũ [16],
quoties pœna à iure propter negligentiã,ſeu ceſſationẽ imponitur,ſemper montionẽ * re- 4
quiri [17].nec refert tali caſu an à diſpoſitione lex incipiat [18],an à cõditione,cùm ſemper ex
adiectione pœnæ arguatur tacita diſpoſitio,ſeu præceptũ,vt fiat ne ceſſator in pœnam in-
cidat:Fortiùs dicendum videtur,ſi hoc agatur,vt quis incontinenti in pœnam citra moræ
purgationem incidat,neceſſariam eſſe iteratam admonitionem [19]. Excipiuntur tamen à
ſupraſcripta concluſione aliquot caſus †.Primus, quando lex iubet fieri aliquid propter 5
vtilitatẽ publicã principaliter,lucrúmq; cum illa qualitate defert,vt illud fiat [20],nõ enim
poteſt tunc quis lucrum obtinere,niſi & qualitatem obſeruauerit [21].Vnde hæres,qui ſupra
ſcripto in caſu non vlciſcitur mortem defuncti,confeſtim priuatur:& mater,quæ non pe-
tierit tutores,vtrunq; enim principaliter fauore publico inductum eſt [22], qui irregularem
morem citra interpellationem producit [23].Qua ratione efficitur,vt ſecùs ſit, ſi de priuato
commodo principaliter tractaretur [24],vel ſi ea qualitas lucro ipſi non cohæreret [25]. vel ſi
de pœna aliqua non ageretur.Vnde aiunt pontificij cenſeri * epiſcopum negligentem, ſi 6
cùm primùm poteſt iura eccleſiæ ſuæ non defendat:nec aliam requiri monitionem: cùm
non hoc agitur vt ipſe in pœnam incidat [26]. Alius eſt caſus,cùm quid iure communi præ-
ceptũ eſt,& deinde noua ſynodica conſtitutione idem præcipitur,ídq; diſpoſitiuè,videtur
enim noua hæc conſtitutio * loco monitionis eſſe,& ideo non eſſent indeuoti vlterius ad- 7
monendi,quod ex facto Federic. reſpondit [27],& Alexander Felinúſq; probant. Tertius
ab eiſdem refertur caſus,vt in foro conſcientiæ non ſit neceſſaria hæc admonitio. omnia
enim videt oculus iuſtitiæ,vt in prouerbiali eſt carmine.Addit alium Dec.vt in manife-
ſtis *, & liquidis talis monitio non ſit neceſſaria. quæ res nullam habet dubitationem [28]. 8
Illud conſtat, cùm lex pro facto adfirmatiuo pœnam imponit regulariter monitionem
nullam requiri [29],quia(vt inquit Innocen.)facta patent,infecta latent.

5 l.veluti.§.fin.ſ.eo.
6 l.ſciant.C.de leg.hær.§.fin.inſti.ad Tertyl.
7 l.iij.ſ.qui pet.tut.
8 c.licet canon.§.j.vbi.de elect.in vj.Bald.l.ij.C.de ſponſ.Ancha.conſil.lxiiij.in fine.
9 l.matres.C.ad Tert.vbi Bald.
10 l.ij.§.confeſtim.ad Ter.
11 l.ita ſtipulatus.ſ.eo.§.ſi quis ita.inſt.eo.
12 l.ex facto.de hęred.inſt.
13 l.cum ab eo.de cont.em.
14 l.non dubium.C.de legibus.c.fin.de reg.iu.in vj.
15 l.j.C.de his quib.vt indi.vbi glo.ij.
16 Innoc.c.extirpandæ.§.quia verò.de pręb.Alex.d.l.ita ſtipulatus.j.nota.
17 c.ex parte.cum ſeq.de cler.non reſi.l.ſi ex legati.ſ.eodem.
18 §.ſi quis autem nõ implens.in auth.de hær.& fal.& in auth.de eccle.tit.§.ſin autem qui hoc facere.
19 glo.d.§.ſi quis autem.
20 glo.Bar.d.l.j.C.de his,quib.vt indig.
21 arg.l.contra.in fi.de pactis.
22 d.l.j.d.l.iij.
23 l.cum quidam.§.fiſcus.de vſur.§.item mixta.inſti.de act.i.
24 auth.hoc ampliùs.C.de fideicommiſ.
25 c.excommunicamus.§.moneantur.extra de hæret.
26 Doct.c.cùm olim.de teſtib.Dec.conſi.c.l.j.
27 Alex.d.l.ita ſtipulatus.Felin.c.ſi autem.de reſc.
28 c.j.§.notoria.de cenſi.in vj.
29 capit.de multa.de præb.Alexand.d.l.ita ſtipulatus.

S V M M AE.

2 ☞ *L. Conditio. ſenſus. 6.* 3 *Conditione reiecta, futuram intelligi.*

LEX



L E X C.

CONDITIO IN PRAETERITVM. Conditio in præteri-
tum,vel præſens * concepta non ſuſpendit actum [1]:ſed ſi vera ſit non dif-
1 fert:ſi falſa,confeſtim perimit obligationẽ,vt hîc dicitur,ſed cũ obligatio
antè nulla ſit orta,ergo eam perimere non poteſt [2].reſpondet Accur.peri
mit,intelligendũ,id eſt,conſiſtere nõ permittit,quę interpretatio legẽ vio
2 lat [3].ego hîc † obligationem pro ſpe ipſa contrahendæ obligationis acci-
pi arbitror,qui modus loquendi figuratus eſt.qua de re ſuprà [4].Sed dubiũ eſt,cùm lex con-
ditionem adiici actui vetat,an de hac quoque intelligatur,quæ actum non ſuſpendit.Et di-
3 ſtinguendi ſunt duo caſus. Primus eſt, cùm lex † conditionem repellit,quia nolit actum in
pendenti eſſe,& tunc ſolùm de ea,quæ in futurum refertur,debet intelligi.vnde cùm lex fi-
liumfamilias nolit ſub conditione inſtitui,aliàs teſtamentum infirmat [5],intelligetur de ea
duntaxat, quæ ad futurũ pertinet:& ideo poterit filius ſub conditione præſenti vel in præ-
teritum concepta inſtitui [6],cuius rei illa eſt ratio,quia, vt teſtamentum quo filius non ſuc-
cedit,valeat,oportet continuationẽ * dominij à patre in filium priùs eſſe ſublatam [7], quæ
4 per conditionem in futurum non tollitur:at per præſentis,vel præteriti tẽporis confeſtim,
( vt hîc dicitur, )eſt ſublata.Alter eſt caſus,cùm lex cõditionem reiicit:quia certitudinem
in actu requirat,& tunc etiam de ea actum cenſetur,quæ in præſens vel præteritum conce-
pta eſt,vnde aditio * hæreditatis ſub tali conditione fieri nequit [8],ſicut ne electio ſacerdo-
5 tij [9],nec ſerui optio emancipatio aut,acceptilatio [10],quod alibi declaraui.Vnde & ſi lex iu
beat poſitionibus purè,non autem conditionaliter reſponderi,cenſebitur reieciſſe eã quo-
que conditionem,quæ in præſens,vel præteritum eſt.hæc enim probatione indiget,& ante
probationem prorſus incerta eſt.at ratio ſtatuti fuit, vt clarè,& certò reſponderetur [11],
quod & Bal.cenſuit.Sed quid ſi reſpondeatur ſub conditione præteriti,vel præſentis tem-
poris,quæ naturâ actus inſit?& non videretur talis conditio reiici [12]:quia vim cõditionis
non habet:nec probationem requirit.Vnde ſi mandetur ſacerdotium Titio conferri,ſi vi-
tæ ſit laudabilis,nulla huius rei probatio neceſſaria eſt [13]:conſequens ergo eſt,vt ſi proba-
6 tio requireretur,locus eſſet ſtatuto,nec enim tunc res eſſet clara [14].Quod ergo hîc † dici-
tur tali conditione omnino non differri obligationem,verum eſt reſpectu ſubſtãtiæ reſpe-
ctu tamen executionis propter probationem interim differretur,ſed factis probationibus
vſque à principio conſtaret non fuiſſe dilatam obligationem.Addit [15] Bald.ad verba ſem-
per aduertendum eſſe,vt ſi reſcriptum dicat,Conferas tali ſacerdotium,ſi ſit legitimè na-
tus,valeat collatio etiam antequam conſtet eſſe legitimè natum [16], ſi verò ſcriptum ſit,
*Si tibi conſtiterit eſſe legitimè natum vel ſi repereris.*& ex tunc ſecùs ſit [17],& differri actum, donec
probatum ſit.

1 l.cum ad præſens.ſi certpet.vbi dixi.
2 l.nam & ſi ſub.de iniuſto rup.
3 l.decem.ſ.eo.
4 l.ſi.quis.l.ſi Titius.ſ.eo.
5 l.ſi pater.C.de inſt.
6 l.inſtitutio talis.in fi.de cond.inſt.l.etiam.§.ſi patronus.verſiculo ſi tamen.de bon.lib.
7 l.in ſuis.de lib & poſth.vbi Bart.q.j.
8 l.eum,qui duobus.§.fin.de acqui.hær.
9 c.in electionibus.de elec.in vj.
10 l.actus.ſ.de reg.iur.
11 l.de ætate.§.nihil.de inter.act.Bal.& Doct.d.l.cum ad præſens.
12 l.j.§.ſi quis ſimpliciter.vbi dixi.ſ.eo.
13 c.ſi.vbi Doctores de pręſumpt.Old.conſilio clxxv.
14 Bald.c.quia propter.de elect.
15 Bal.l.neque natales.C.de proba.Feli.d.c.ſi.
16 gl.clemen.j.de off.dele.
17 d.l.eum,qui duobus.§.ſi filius.de acqui hæred.

S V M M AE.

1 ☞ *L. Puberes. ſenſus multiplex.* 5 *Puberes obligari, in alienatione contrà.*

L E X CI.

PVBERES. Cùm conſtet † puberes qui curatorem habent prodigis
1 æquiparari,& ideo abſque eo obligari non poſſe [18],mirum eſt quod hîc
I. ait iuriſconſultus † poſſe eos ex ſtipulatu obligari. Sed reſpondet Ac-
2 curſius loqui iuriſconſultum de puberibus, qui curatorem non habent
tanquam illa verba,*Sine curatoribus ſuis.*intelligantur,id eſt,curatores non
habentes,qui ſenſus legem reſtringit [19],& veriſimilis non eſt, tum quòd
3 qualitas * potiùs ad verbum ipſum referenda eſt [20],tum quod propriè obligari ſine cura-
toribus dicitur qui curatores quidem habet,ſed illi actui non adhibet [21]: cùm hæc verba,
*Sine curatoribus.*ad actum ipſum,non ad perſonam referri debeant,ſicut alibi dicitur de ver-
bis illis,*Sine teſtamento.*quæ ad actum,non ad perſonam referuntur, hócque à dictione, *In-*
II. *teſtatus.*differunt [22]. Aliter ergo alij reſpondent,vt obligentur quidẽ puberes,quamuis cu
ratores non adhibuerint,ſed naturaliter tantùm,nõ autem ciuiliter [23]:cùm enim habeant
adoleſcentes conſenſum,non eſt dubitãdum naturaliter eos obligari,& æquiparationem,
quæ cum prodigis fit,reſpectu ciuilis obligationis ſolùm procedere,quicquid Iac.Rau. di-
4 ſputauerit [24].Vnde & huiuſmodi naturalis * obligatio confirmatur hodie iuramẽto,adeò
vt reſtitutio quoque in integrum præcidatur [25], ídq; etiam ſi cùm curatorem haberent,eo
inconſulto,contraxerint,quod aduerſus Albert. receptius videtur ſed tamen hic quoque
ſenſus legẽ reſtringit,quæ ſimpliciter dicit puberes obligari,at obligationes appellatione
tam de ciuili,quàm naturali ſimul intelligimus [26],tum quia verba debent in efficaciore ſi-
gnificatione intelligi [27],tum quia obligatio naturalis ferè pro obligatione non eſt,& quod
II. ex ea debetur,pro indebito eſt [28]. Dixerit igitur aliquis intelligi hanc legẽ poſſe,quando

18 l.ſi curatorem habens.C.de in integ.reſtit.mino.xxv.anno.
19 Bal.l.j.C.an ſer.ex.
20 l.quęſitum.§.fin.de fun.inſt.vbi Bar.
21 l.iij.de reg.iur.vbi Dec.
22 l.generaliter.in prin.C.de inſti.& ſubſti.
23 l.j.de nouat.vbi Bar.in fi.
24 l.cum amplius.de re.iu.
25 auth.ſacramẽta.C.ſi ad vend.Alber.d.l.ſi curatorẽ.
26 inſt.de oblig.in prin.
27 l.j.ſi ag.veſtig.
28 l.in his.§.Imperator.de ſolut.

adoleſcens neminem curatorem generalem haberet,ſed plures ad actus particulares:tunc
enim(quod ad ſtipulationem adtinet) cenſetur ſine curatore eſſe[1]: & ideo ciuiliter & na-
turaliter obligatur, & hoc eſt quod numero plurali vtitur, *Sine curatoribus*. alioquin ſi gene-
ralem haberet, vnus ille ſufficeret[2]: quod Vbertus à Bobio tradidit. qui intellectus & ipſe
non parum diuinatorius eſt. Ego paradoxon† illud ſequor,vt verbis legis noſtræ motus IIII.
exiſtimem adoleſcentes ſiue curatorem habeant,ſiue non habeant ciuiliter,& naturaliter 5
obligari, quòd ſi de re agatur ad bonorum ſuorum adminiſtrationem pertinente, vt quia
alienare aliquas res velint, tunc diſtingui, & ſi curatorem habeant, non obligari[3]. cuius
ſententiæ illa eſt ratio,quòd curator bonis,non autem perſonæ datur[4].& ideo quod ad bo-
na adtinet,cenſetur datione curatoris interdicta adoleſcenti rerum ſuarũ adminiſtratio[5],
vnde eorum alienatione non obligatur, at quod ad obligationem perſonalem adtinet ſe-
cùs eſt:cùm in perſonam ſuam ius, atque poteſtatem nullam curator * habeat. Nec hoc 6
ipſis puberibus admodum graue eſt, cùm ſi læſi tali obligatione ſint, poſsint in integrum
reſtitui. Sed an aduerſus naturalem ſimpliciter obligationem reſtituentur? & Accurſius
hîc negat.quæ ſententia vera eſt,cùm tali obligatione nullum damnum adoleſcenti infligi
tur,cùm enim ſit tutus exceptione,ad tale remedium non debet recurrere[6].quid ergo,ſi tu
tus non eſſet,vt quia ſibi opponeretur compenſatio[7].& Alber.Iaſónque nõ dubitant,quin
tunc reſtitui quoque læſus poſsit[8].

1 l.iij.C.de in lit. dan. tut.
2 §.j.inſt.de curat.
3 d.l.ſi curatorem.
4 l.in copulãdis.C. de nup.
5 l.j.in fi.de min.
6 l.in cauſæ.ij.de mino.
7 l.etiam.de compenſa.
8 glo.l.interdum. de cond. inde.vbi Doct.Bart. l.Marcellus.j.de fideiuſ.

SVMMAE.

2 ☞ *L.Venditores.ratio multiplex. verior. 4.*
3 *Defenſionem ad impia non porrigi.*
6 *Impẽſas ex cauſis nõ repetit emptor:alioqui cõtrà 7.*
8 *Impenſæ repetibiles.*

## LEX CII.

VENDITORES. Venditores* emptori ſumptus litis promittentes, 1
non cenſentur in eum caſum promiſiſſe,quo ipſorum aliquis pretium rei
iniuſtè peteret. Sed quæ † eſt huius rei ratio an( quod Din.Albericúſq; I.
aiunt) quia hęc ſtipulatio ſecundum naturam contractus,cui accedit,in- 2
telligitur[9].Vnde non debuit committi,venditore pretium petente : cùm
ex natura contractus emptionis ſit,vt ſoluat emptor pretium[10].quæ ra-
tio( niſi alio modo intelligatur )friuola eſt:cùm iſte iam ſoluiſſet,nec bona fides pateretur,
vt ſemel exactum iterum peteret[11]. An ergo,(quod Mar.& alij veteres cenſuerunt)quia II.
hac ſtipulatione videtur actum,vt ſumptus litis ab extraneo mouendæ reſarcirentur, non
autem,quam ipſi venditores,ſeu aliquis eorum[12]:ne† in generali ſermone perſona loquen- 3
tis comprendatur[13].Et ſicut,qui promiſit defendere,non cenſetur aduerſus patriam ſuam
vel ſibi coniunctiſsimos auxilium promiſiſſe, ita nec erga ſeipſum videtur quicquam ſpo-
pondiſſe[14].& cõſeruator aliquibus datus aduerſus extraneos iuriſdictionem ſuam exerce-
bit,non ſi ipſi inter ſe collitigent[15].Vnde & Protagorę,ſeu(vt alij ſcribunt)Coracis Rheto
ris dilemma[16],diluit hîc Dinus cõuenerat aduocatus ſe Doctori ſuo mineruale munus da-
turum cumprimum cauſam aliquam obtinuiſſet,egit Doctor ante conditionis euentum,
& ſuccubuit iterum agit tãquam conditio tunc euenerit,cùm aduocatus obtinuit, negant
Din. Albericúſq; rectè agere cùm videatur de cauſa actum,quam aduerſus alium aduoca-
tus obtineret,& vnde commodum perciperet,non quam aduerſus ipſum Doctorẽ[17],aliàs
ex improbitate ſua Doctor lucrum faceret[18]:cùm tamen ratio dictet,vt mali corui malum
ſit ouum.Cæterùm nec hanc rationem ego ſatis probo cùm verba legis ſatis indicent,ſi
mota lis ſuper proprietate ab hoc venditore fuiſſet,committi ſtipulationem.quod & Are-
tinus hîc ſentit,& verborum generalitas ſatis infert[19]. Verior ergo,& † receptior eſt ra- III.
tio,quia in ſtipulationibus maximè ad verba ipſa reſpicimus[20]:at in caſu noſtro promiſe- 4
rant venditores ſumptum in lite mota ſuper re vendita.ergo ſecùs,ſi ſuper pretio rei, cùm
diuerſum ſit pretium à re ipſa[21],ídque maximè in particularibus.quod alibi diffusè expli-
caui[22].Dixerit aliquis,atqui verba promiſsionis generalia erant,ſi in lite mota ſumptus fe
ciſſet:vnde & generaliter intelligi debuerunt,qualiſcunque lis illa eſſet[23],maximè cùm fa
cto,ſeu culpa ipſorum promiſſorum inducitur[24].ſuadetur hoc, quia aliàs talis promiſsio
nullius videretur effectus,cùm etiam abſque ea ſeruarentur emptori ſumptus,vt ferè rece-
ptius eſt, ſed ad hæc reſpondendum eſt, verborum generalitatem non obſtare:quia ſecun-
dum * naturam actus ſemper reſtringuntur[25],& cùm ſtipulatio illa venditioni acceſſerit, 5
intelligitur venditor ſpopondiſſe ſumptus,qui in cauſa euictionis ipſius rei fierent, quod
cenſet Bar.ſeu quęſtio proprietatis moueatur,ſeu etiam poſſeſsionis,vt quia emptori habe
re non liceat[26],tanquam verbum,*Proprietate*.in contextu noſtro poſitũ de proprietate ple-
na intelligatur,ideſt, quæ iuncta ſit poſſeſsioni[27], vt qualecunque ius ipſius diminuatur,
committatur ſtipulatio, qua tamen in re Alexand.hîc rectè diſtinguit, Nec mouet,quòd
hæc ſtipulatio nullius videretur effectus,ſi de extraneis tantùm intelligatur:quia imò hoc
efficiet

9 l.iiij.de vſuris.
10 l.quęro.§.inter locatorẽ.ſ.loca.
11 l. bona fides. de reg. iur.
12 arg.l.quicquid.eõ. pręd.
13 l.inquiſitio C.de ſolut. l. inſulam.locat.
14 l.qui accuſare C. de edẽ. vbi dixi.
15 Io. And. regula in iudiciis.in fi.
16 Aul.Gel.lib.v.ca.x.
17 l.ſi mercedem. §.fin.de act.emp.
18 l.euidenter.de ex. rei iu. l.itaque.de fur.
19 l.Paulus in fi.ff pig.l.qui hære li.§. Plautius. de conditio.& demon.
20 l.quicquid.ſ.eo.
21 l.nemo j.ſ.eod.
22 l.ſi eum ſeruum.ſ cert. peta.
23 l.de pretio.de publicia.
24 l.pen.in prin.ſol.matri.
25 d.l.iiij.de vſur.
26 l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis fortè.ſ eo.vbi dixi.l.emptorem.§.pen.de act emp.
27 l.locorum.C.de om.ag. dif.lib.xj.l.fęminæ.§.illud. C.de ſecund.nup.



efficiet,vt ex ſtipulatione potiùs hi ſumptus debeãtur,quàm ex natura contractus, quæ res
vtilior ſtipulatori erit[1].Addo ego non ſat clarum id eſſe,an abſque hac ſtipulatione poſsit
emptor ſumptus repetere etiam ſi obtinuerit.Videamus ergo quid hac in quæſtione[2] iuris
ſit.Accurſius vbique ſenſit non poſſe,quia venditor tenetur emptori habere licere,ſi ergo
emptor obtinuit, licet ei habere : igitur nihil vltra petere poteſt. Vnde tali caſu lex inquit
nullũ aduerſus venditorẽ dari regreſſum[3], nec poteſt illud reſpectu euictionis intelligi:cui
enim dubiũ eſt,re nõ euicta,fruſtrà de euictione agi?igitur de ſumptibus litis intelligetur.
6 quæ ſententia omniũ ferè cõſenſu quibuſdam in caſibus procedit.Primus †,ſi emptor ipſe
ſumptus à reo eſſet conſecutus, vt quia victũ victori in expenſis iudex ſecũdum iuris regu-
lam condemnaſſet[4].Idémq;( inquit Aretinus ) ſi minore ſumma condẽnaſſet,quàm debe
ret,quia iniuria emptori hac in re à iudice facta nõ debet venditori nocere[5],licet in hoc
Bart.diſſentiat.Alter eſt,caſus,cùm poteſt emptori culpa imputari,vt quia nõ petierit ad-
uerſarium in expenſis condẽnari[6]: videtur enim facto ſuo eas amiſiſſe:cùm non poſsit iu
dex non requiſitus ſentẽtia ſua victori eas adiudicare[7].quod Paul.Alex.Aret.Iaſ.hîc tradi
derunt.Tertius eſt,cùm inſtrumẽto promiſſa eſſet dupla:ea enim ſoluta aliud peti non po-
teſt quoniam actũ videtur in ea dupla omne,quod emptoris intereſt,ſiue reſpectu rei,ſiue
ſumptum ſiue qualibet alia cauſa cõpenſari[8].quod intelligit Raphaël etiã ſi in inſtrumen
to ſcriptũ eſſet,duplã,omnes expenſas omnéſq; trichas reſarciendas, adhuc propter actus
naturam cenſebitur actũ vt exacta dupla nil vlterius petatur,quod ego aduerſus Iaſ.arbi-
tror verũ eſſe.propter ſtipulationis prætoriæ naturam[9],quæ ſecundum mentẽ prætoris po
tiùs,quã verba declaratur,vt ſuprà docui[10].Maior ergo altercatio eſt,ſaluis ſuprà ſcriptis
caſibus.quid iuris cùm emptor quidem obtinuit,ſed cõſequi à victo expenſas non poteſt:
quia fortè ſoluẽdo,vt Caſt.Aretinúſq; aiunt,nõ eſt,vel vt Bar.mauult:quia propter iuſtam
cauſam litigandi abſolutus eſt,an eas ſaltẽ conſequi à venditore poſsit?& generaliter Ac-
cur.ſupràſcriptis rationibus non poſſe cenſuit.cuius ſententiam,receptiorem eſſe Rapha.
atteſtatur,verúmq; eſt,ſi ad has partes veteres citentur,qui eũ ferè vno ore ſequuti ſunt[11].
At Guil.& Barto.contrariã ſententiam tutantur,qui & ipſi ſuos adſertores habent[12]:adeò
7 vt ſint,qui inter recẽtiores videri hanc receptiorẽ aiant.Cardo † controuerſiæ in hoc ver-
titur,quòd conſtat teneri venditorẽ ad defendendum[13],at ſi defendiſſet,ipſe ſumptus fe-
ciſſet,quia quiſquis facere quid tenetur,ſuo ſumptu facere debet[14]: cùm ergo non fecerit,
petet emptor id quod ſua intereſt, in qua re & tales ſumptus continentur[15]. Addit & alias
quaſdam rationes,quas quòd leuiter ad rẽ faciant,rectéq; per Iaſ.confutentur,non viſum
eſt mihi operæ pretium referre.Fuerunt ergo & qui vtriq; parte adhærerent vt Bal. Ange-
lúſque,quíq; diſtinguerent,quatenus defendi hæc Bart.ſententia poſſet:quamuis enim lex
teneri venditorem ad defendendũ aiat,tamen verbum hoc defenſionis generale eſt,defen-
ditur de iure:de facto[16], in iudicio,extra iudiciũ,litem in ſe transferendo[17]:vel ſimpliciter
adſiſtendo, ſumptus de ſuo præſtando,vel de alieno dãdo[18].Videndum ergo eſt, ad quam
8 defenſionis ſpeciẽ teneatur vẽditor & hoc ſatis iure noſtro expreſſum eſt,teneri † ſcilicet,
ad expenſas,quæ pro ſuſtinenda cauſa,id eſt,ad probationẽ tituli faciunt,quales ſunt, cùm
quid pro inſtrumentis auctoritatum refunditur[19],vel pro teſtimoniis ad id pertinentibus.
Vnde & tenetur vẽditor talia inſtrumenta,ſi penes ſe ſunt,emptori tradere[20],ad ſuſcipien
dam verò ſuo nomine litẽ non tenetur[21],ſed debet ipſe emptor hoc facere,adeò,vt ſi non
faciat,ſed ſit cõtumax quãuis denuntiauerit venditori,non tamen excuſetur[22].Vnde ſatis
indicatur non ad omnẽ prorſus defenſionem teneri venditorem, meritò ergo diſtinguen-
dum erit,vt ad expenſas pro huiuſmodi inſtrumentis & teſtibus factas venditor teneatur,
defendíque tali caſu Bart.ſententia poſsit,ad reliquos verò ſumptus nõ teneatur.quam di-
ſtinctionem Ang.Raph.Paul.Alex.probarunt,& ego ceu veriorẽ receptiorémque ſequor.

1 gl.l.iii.§.ſi rem.de lega. iij.l.non ſolum.de rei vend.
2 glo.l.j.C.de euict.l. cùm teſtamento.C.de teſt. man. l.qui abſentem.ſ.de proc.
3 l.ſi ſtatus.C.de euic. vbi Bald.
4 l.properandum.§. ſinautem alterutra.C.de iudic.
5 l.ſi per imprudentiam.de euict.
6 l.idemque.§.j.de actio. emp.l. ſi rem quam. §. j. de euict.
7 l.iiij.§.hoc autẽ.de dam. infect.
8 l.emptorem.§. Caſsius.l. Titius. in fi.cũ legibus ſeq. de act.emp.
9 l.ſi legati.de lega.j.l.j.in prin.vt in poſſ.leg.
10 l.in cõuentionalibus.ſ. eod.Alex. conſi.xxij.in ij.
11 glo.d.l.i.vbi Odofre.Iac. Buti.Beſ. Din.Iac. Old.Alber.Rain.Rap.hic. Fulgo.l. ſi plus.§.mota.de euict.Spe. tit.de empt.§.j.
12 Imo.Aret.Ioan. Andre. Abb.Ioan.de Ana.Iaſ.
13 l.ſi plus.§.mota.de euic. l.ſi rem,quæ.eo.tit.
14 l.ſuo. de op.lib. gloſſ.l. quoniam.C. de teſtib.
15 l.fin.ſ.ſi ven.nom. mul.
16 l.ſtipulatio.in prin.ſ.eo.
17 l.pen.in fine.vbi Bar.de pet.hær.
18 l. ſi quid poſſeſſor. vbi Bal.& Ang. eo.tit.l.ſi ſic.§. j.de leg.j.
19 l.ſi parentes.l. empti.C. de euict.l.fin.ſ.de pig.act.
20 l.Titius.ij. de act. emp.
21 Pau.& Aret.hic.
22 l.j.C.de peric.& com.

SVMMAE.

1 ☞ *Liber homo ex cauſis commercabilis.*
3 *Hoſtium mobilia, immobilia non item ſtipulamur.*
4 *Capta ab hoſtibus diſponibilia.*
5 *Dominium ſpe non quæri.*
6 *Dignitatem ſolo nomine ſubſiſtere.*
9 *Legitimat Comes plenus tantùm.*

## LEX CIII.

LIBER HOMO. Liber homo in ſtipulationem deduci non magis po
teſt,quàm mortuus,vel res hoſtilis.harum enim rerũ nullum eſt commer
I. cium[23]. Quid † ergo,ſi non dari liberũ hominẽ,ſed tradi actum ſit?&
1 verba legis noſtræ,innuunt valere ſtipulationẽ.cùm eum traditio* ſit me
2 ri facti,& in id quod intereſt promiſſorem adficiat,non videtur ratio,cur
valere non debeat.quod Accurſius,tradidit[24],& receptius mihi videtur.
II. Vnde conſequens eſt,vt liberi quoque hominis venditio valeat, cùm ex eo cõtractu ad
tradendum agatur,& in id quod intereſt fiat condemnatio[25]. Cæterùm quia emptione vel
domi

23 l.ſi ſtipuler.l.ſi homo.l. inter.§.ſacram.ſ.eo.vbi Alber.& Iaſ.
24 argu.l. ſtipulatio iſta.§. pen.ſ.eo.glo.hic & inſti.de inut.ſtip.in princ.verbo,idẽ iuris.
25 l.j.ſ.de act.emp.

dominium vel vſucapiendi conditio transfertur,quę nullo modo ei contingere poteſt,qui
ſciat hominem eſſe liberum,oportet vt venditio valeat eſſe ignoranti factam [1],ſicq; pote-
rit ignorãti fieri traditio,quia homo liber poſsideri bona fide poteſt [2]. Sanè & in odium III.
eius,qui dolo malo liberũ hominẽ ignorãti tradidiſſet,cenſet Bar.oriri obligationem [3], vt
ad id,quod intereſt,vel pœnam teneatur. Qua ratione & ſi ex cauſa oneroſa traditus ſit IIII.
liber homo indiſtinctè,ad reſtitutionẽ agetur pretij [4].Addit Bar.& de euictione agi, quod
verum eſt,cùm vẽditio ignoranti eſt facta ſuprà ſcripta ratione:aliàs cùm venditio ſit nul-
la,de euictione agi nõ poſſet [5]. Illud quoque videretur liberum hominẽ,qui in ſeruitute V.
hoſtium in præſentia ſit,promitti poſſe ſub conditione,Si redẽptus fuerit [6],vt eas ſtipulato
ri operas præſtet,quas redimenti ob ius pignoris interim deberet [7]. Quid ergo dicemus VI.
in hoſtium ſeruo,qui nunquã noſter fuit?& lex hîc ait non valere promiſsionẽ,quod intel-
ligendum,niſi ſub conditione,ſi manucaptus fuerit,nec enim hæc cõditio à iure reproba-
tur [8].Nec me mouet,quòd ſpeciale videtur fauore libertatis,vt ſub tali conditione libertas
dari per fideicõmiſſum ſeruo hoſtium poſsit [9],quia reſpondeo ſpecialitatẽ nõ in hoc con-
ſiſtere,ſed quod hoſti diſpoſitione priuata detur ſpes,vnde ius ciuitatis Romanę conſequi
poſsit [10]. Fuêre tamen qui diſtinguerent inter ſtipulationẽ,& legata,vt legari poſſet etiã VII.
ſeruus,qui ſemper antè hoſtium fuerit:quoniam lex ſimpliciter ait poſſe legari,ſi quo caſu
emi poſsit [11].Sed quæ ratio differẽtiæ eſt?an quia ſtipulatio eſt iuris ciuilis cõtractus,in quo
noluit lex quicquã hoſtile prorſus deduci [12]:at legata origine ad gentiũ ius pertinent [13]:Sed
tamen videtur lex ſtipulationẽ,& iuris gentium contractus hac in re æquiparare [14]:an ergo
quia ſtipulatio ex tempore præſenti duntaxat iudicatur [15]:legata verò tractum habẽt:quia
eorum dies non,niſi poſt mortem,cedit?ſed huic rationi obſtat regula Catoniana,vt rectè
inquit Bart.non enim hoc caſu vlla eſt poſtliminij fictio,quæ retrò rem trahat [16]:cùm in re
loquamur,quæ ſemper hoſtium fuerit,meritò ergo omniũ ferè conſenſu dãnata hæc eſt di-
ſtinctio. Aliter † ergo diſtinguendũ ipſe arbitror,vt ſi loquamur de re,quę ſoleat in com- VIII.
mercio eſſe,vt ſerui,vt aromata vt huiuſmodi, quæ ab hoſtibus certis emporiis quando- 3
que emũtur [17],valeat legatũ,ſicut & ſtipulatio [18]:aut de re immobili,ſicut de fundo hoſtium
& tunc ſecùs ſit & ita lex noſtra loquitur:fundi enim hoſtiũ,Si capiantur,publici ſunt,& de
eis diſponendi ius ad exercitus imperatorẽ pertineret.quod libro vj.punici belli.T.Liuius
oſtendit. Illud nullius † eſt dubitationis,ſi res noſtra in hoſtium poteſtatẽ tranſierit,poſſe IX.
nos tam legando quàm cõtrahẽdo de ea diſponere.ídque propter ſpem,quam ex iure poſt- 4
liminij habemus [19].Vnde inferũt Doctores valuiſſe conceſsionẽ Regni Solimorum, quod
Rom.Pontifex eccleſiæ Chriſtianæ nomine Regi Carolo dedit:cùm enim ab Ethnicis ſit
occupatum,habẽt Chriſtiani probabilẽ poſtliminij ſpem [20].Credendum tamen eſt huiuſ-
modi conceſsionẽ ſecundum ius cõmune reſtringendã eſſe,vt non ideo ius alterius princi-
pis auferat,qui ceſſante Carolo,ipſe iure belli regnũ recuperauerit [21]:eſt enim(ſicut cæterę
res hoſtiũ ) occupantis [22].Sed † nunquid talis Rex antequã occupauerit,ex ſola conceſsio 5
ne,ſeu titulo ſit propriè eius loci Rex?& non putarim:qui enim ſpe ſola nituntur,non pro-
priè,ſed cõmento quodam ſic nuncupantur [23],vt Raph.& Iaſ.tradiderũt ídq; etiam ſi ſpes
illa à iure approbata ſit,aliàs poſtliminiũ non ſecundũ fictionẽ,ſed ſecundum veritatẽ pro-
cederet,quod falſum eſt.Putarim † tamen ( quod ad dignitatẽ attinet ) propriè eum rega- 6
lem dignitatẽ habere ſicut Patriarcha Antiochenus,vel Conſtãtinopolitanus propriè pa-
triarchicam dignitatem habẽt [24].ſic & Epiſcopus Theſſalonicenſis propter ordinem, &
conſecrationem propriè epiſcopus eſt [25],licet quod ad Theſſalonicã adtinet impropriè [25],
& * Nullatenenſis ( vt vocãt ) ſit.Sed an Comes abſque comitatu * propriè ſit Comes?& 7
eadem ratione receptum eſt non eſſe [27] : videtur tamen propriè eum dignitatem habere, 8
olímque id non adminiſtrationis loci,ſed dignitatis nomen erat.In diplomatibus tamen
palatinis,quibus facultas † conceditur ad legitima iura omnes ſpurios reſtituẽdi,exceptis 9
Comitum filiis,veriſimile eſt de his ſolùm Comitibus intelligi,qui & dignitatem,& admi-
niſtrationem habent.quod & reſponſum ex facto extat [28] .reſeruauit enim eos ſuæ indul-
gentiæ Princeps emungendæ maioris ſummæ,vt veriſimile eſt cauſa [29].

1 l.iiij.l. liberi. de contrahenda emptio.
2 l.j. §. ſed & per eum. de acquiren.poſ.
3 l.Ariſto.in fi.de donat.
4 Bar.l.cùm lex.de fideiuſ. §.fin.inſt.de cõtrahen.emp.
5 d.l.cum lex.vbi Bart.§.fi. Inſt.de contrah.empt.
6 l. generaliter. §.j. de fid. lib.
7 l.ij.C. de capti.l. ſenatus in fi.de leg.j.
8 l.in fuga.in fi.C.de plagi. c.Abbate ſanè.de verb.ſign.
9 d.l.generaliter.§.j.
10 arg.l.fin.ĩ.de legation.
11 l.ab omnibus. §. etiã. de leg.j.glo.hic.
12 arg.l.an inutilis.in fi.de accep.
13 Bar.Rub.de acqui.hære.
14 l.fin.de act.emp.
15 l.continuus.§.cũ quis.ĩ. eo.l.vſusfructus.ĩ.tit.ij.
16 l.ſeruum filij.in prin.de leg.j.Iaſ.hic.
17 l.ij.l.iiij.C.de commer.
18 d.§.etiam.d.l.fin.de act. emp.
19 l.id quod.l.ſeruus.de legat.j.
20 Bar.d.l. fin. vbi Doct.& d.l.id quod.
21 l.iij.l.pe.C.de prec.Imp. offi.
22 l.transfugam.ĩ. tit.j. gl. c.Adrianus.ij.lxv.diſtinc.
23 l.illa inſtitut.§.j de hær. inſti.& gl.xxxiij.q.ij. admonere.
24 Abb.c.j.in fi.de cler. nõ reſid.
25 arg.c.legimus.xciij.diſt. vbi Doct.
26 l.j.C.de nudo iur. quir. vbi Bal. clem.in pleriſque. de elect.vbi Doct.
27 Bal.c.j.quis dicat. Iaſ.d. l.id quod.
28 Iaſ.d.l.id quod.
29 arg.in auth.vt iud. ſine quoquo.verſ.ſcriptum eſt.j.

S V M M AE.

*1 ☞ Conditio an à quouis implebilis. 2. 4.*
*3 Beneficio adepto, epiſcopum liberari.*
*5 Fortuitis liberari promiſſorem.*
*7 Facti exitus an ſpectandus. 9.*

L E X CIIII.

CVM SERVVS. Qui domino pecuniã † promiſit, vt ſeruus manumit- 1
tatur,eo à quocunque manumiſſo,tenetur:quia non refert à quo impleta ſit
contractus fides,dũ impleta ſit.Adnotántq; hinc Doct.nihil intereſſe,à quo,
ſeu per quem fiat,quod fieri debet,dũmodò fiat.quæ ſententia vera eſt,quo-
ties probabiliter de ſolo effectu actum eſt,vt in caſu legis noſtræ,in qua ver-
ba imperſonaliter concepta ſunt.Vnde apparet id egiſſe ſeruum vt libertatem conſeque-
retur,



retur de modo verò conſequendi non curauiſſe [1].& ideo ſiue manumiſſus ſit ab hærede do-
mini,non eſt dubiũ obligari reum:quia quælibet conditio per talẽ adimpleri poteſt [2] : ſiue
ab eius procuratore:quia perinde eſt,ac ſi ipſe dominus manumiſiſſet [3].Idẽ ſi à ſucceſſore
particulari,putà emptore,cui dominus hac lege vendidiſſet,vt manumitteret [4] .quod Pau
I. lus,& Iaſon hîc tradunt. Quid ergo,ſi citra operam vllã ſtipulatoris manumiſſus eſſet?
& videntur Doctores ſentire tũc aliud eſſe [5].quæ ſententia legem noſtram violat,quæ non
loquitur,cùm ipſe dominus vel hæres,aut procurator,aut quiſquã alius ſuo nomine manu
mittit,tũc enim perinde eſt iuris interpretatione,ac ſi ipſe dominus manumiſiſſet [6] :ſatíſq;
tunc diceretur quæri,à quo manumiſsio facta ſit,ſed loquitur,cùm ab alio facta eſt,& ſic ci
tra nomen,& operã ſtipulatoris.Vnde tali caſu ego arbitror legi noſtræ locum eſſe,tũ quia
alias potuiſſet dominus prohibere,ne ad libertatem ſeruus perueniret [7],tum etiã quia non
modus,aut perſona,ſed effectus duntaxat videtur conſideratus [8].non ergo refert,quod ex
II. æquipollentibus fiat [9]. Sed † quid ſi verba perſonaliter cõcepta eſſent?putà, *Promittis cen-*
2 *tum, vt manumittam ſeruum? promitto.*& videretur idem non eſſe,ſed niſi manumiſſus à ſtipula-
tore ſit ſeruus,liberari reum,ſentítque hoc & Alex.& Iaſ.quæ ſententia tũc probabilis eſt,
cùm interfuit ſerui potiùs à ſtipulatore eſſe manumiſſum,quàm ab alio [10].Sed ſi non inter-
fuit,putarẽ adhuc legi noſtræ locum eſſe.non enim quod verba perſonaliter concepta ſint,
videtur ideo actus hic perſonalis eſſe [11],vnde adhuc ſufficit effectus,videtúrque id quæſtio-
3 ne quadã ſenſiſſe Pyleus [12],videtur & ex eo probari quòd in epiſcopo † reſponſum eſt,qui
annuam penſionem clerico promiſerat, donec de beneficio ei prouideret.cenſuêre enim
Cin.& Alber. [13] liberari epiſcopum,ſi aliunde beneficium conſequutus ſit clericus,vt quia
alius prouiderit:& licet de liberatione ipſi loquantur,nos de obligatione,tamen in his,quæ
correlatiua ſunt,regulariter non eſt cõſtituenda differentia,Probabilíſq; eſt hæc ſentẽtia,
4 dum tamen aliqua opera ſtipulatoris acceſſerit [14] .Si enim prorſus † caſu fortuito factus
eſſet hic liber,ſecus eſſet [15].putarímque tunc Alex.Iaſoníſque ſententiam omnino proban
dam,tanquam videatur hæc pecunia ſtipulatori promiſſa pro ipſius ſerui pretio [16],quem ſi
ipſe non curauit fieri liberũ,nulla eſt ratio,cur præmium cõſequatur [17].quod tribus exem-
5 plis probari poteſt.Vicini verentes,ne propria † quædam turris decideret,& ruina dãnum
ſuis domibus faceret,conuenerũt certa mercede cũ opifice,vt eam dirrueret:interim for-
tuito per ſe cecidit,ídque citra vllius incõmodum,an fabro præſtanda erit merces?& ſen-
tit Alber.non præſtandã [18].quam ſententiam & ego aduerſus Pyleum probo [19].Itẽ aliquis,
qui in cuſtodia agebat,promiſit Titio centũ,ſi relaxari eum curaret,contigit vt citra eius
operam euaderet,codẽ modo reſponſum extat,præmium ei nullũ deberi,qui non labora-
uit,quod tamẽ eum iudicio diſtinctionéq; intelligendũ eſt [20].Rurſus cùm Imperator exer-
citus iter facturus prope quoddã oppidum videretur,promiſerunt oppidani certam pecu-
niam metatorũ præfecto,ſi eos ab hoſpitis recipiẽdi munere liberaret,mutauit deinde ſen
tentiã Imperator & diuerſa via tranſiit an ſatrapæ illi debebitur pecunia?& diſputata ex-
tat à [21] Pyleo in ſaturnalibus,ſeu ſabbatinis hæc quęſtio.concluſúmq; nihil deberi [22].quod
ego interpretor:niſi perſuaſu metatoris mutauerit Imperator ſententiam [23]. Sed quid,ſi
III. expreſsim actum eſt,vt à ſe ſtipulatore libertas prę̃ſtaretur?& cõſtat id,quod actũ eſt obſer
uandum eſſe [24].Raphaël tamen cẽſuit nihilominùs pecuniam deberi,ſi à ſtipulatoris hære
de factum eſſet,cenſetur enim eadẽ cum defuncto perſona [25].Addit Alex.idẽ eſſe,ſi ab alio
ſtipulatoris iuſſu vel mandato factũ ſit: quia & tali caſu ipſe mandans videtur manumitte
re [26].Vnde conſequens videtur,vt idẽ ſit,ſi nomine meo alius manumiſerit,egóque ratum
habuerim [27] .Et hæc quidem, quod ad legis noſtræ interpretationem pertinet, ſufficiunt.
Cæterùm diſputant hîc aliqui generaliter,quomodo verũ ſit quod ſuprà adnotaui,vt non
curemus à quo res fiat:dum tamen fiat.In qua * quæſtione conſtituenda eſt ex legis noſtræ
6 verbis concluſio,vt non referat à quo fiat,dum tamẽ fiat ſicut & non refert à quo impedi-
mentum amoueatur:dũmodò amoueatur [28].Quod intelligendũ,quoties idem effectus iu-
ris ſequitur à quacunq; perſona ſit quid factum [29]. Vt ſi de iure † in rẽ conſeruando aga
I. tur [30].vnde ſeruitus prædialis per quemcunque prædio ipſi retinetur,qui ea vſus propona-
7 tur [31]:& vſucapio interrupta non ſoli interrũpenti,ſed cuicunque prodeſt,aduerſus quem
poſſeſsione res capiebatur [32]. Idem cùm de liberatione agitur.vnde quiſquis pro debito
II. 8 re ſolues *,eum liberat [33],& nihil intereſt,an quis per filiũ,an per generum oneribus curiæ
III. ſatisfaciat [34]. Idémque,ſi de euitanda pœna agatur ſufficit enim à quocunque factũ eſſe.
vnde quiſquis pro emphyteuta canonem ſoluerit , impediet,ne res vectigalis in commiſ-
ſum cadat [35].quod intelligit Bart.etiam ſi diſpoſitio legis loco facti partium ſuccedat, & id
enim efficit,vt pœna euitetur [36].Addit Iaſ.idem eſſe,etiam ſi quis iam in mora conſtitutus
ſit.nihilominùs enim facto,legis pœnam euitat [37].quod videtur verum,etiã ſi non factum
legis,ſed cuiuſlibet alterius pro altero acceſſerit,ex conſenſu tamen eius, cui applicanda
IIII. eſſet pœna,cenſetur enim eam remittere [38]. Sanè idem quoque eſt generaliter, quoties

1 l.generaliter.in fi.de fid. lib.& no.in.l.qui Romæ. Flauius.ĩ. eo.
2 l.ſi decem. vbi dixi.ĩ.eo.
3 l.iiij.l. Pater.ex.ff.d man. vind.
4 glo.l.non erit.§. dato.de iureiur.
5 arg.l.ij.de cond.& demõ.
6 l.j.§. deieciſſe. de vi,& vi arma.
7 l.fin.C.de man.teſt.
8 arg.l.v.§. neque.de ſenat.
9 l.ſi mater.C.de inſtitu.& ſubſtitu.
10 d.l. generaliter.l.j.C.de obſeq.
11 l.iuriſgentium.§.pactorum.de pact.
12 Pyl.,q.lxxxj.
13 Cin.Albe.l.fin.C.ſi man. ita fu.alie.
14 arg.l.j.ĩ.de proxen.
15 Rub.C.quib.ex cau.ſer. pro præm.lib.
16 l.& eleganter.§. ſeruus pactionis. de dolo.
17 l. cùm proponas. C.de pact.c.cũ ſecundũ.de prębẽ.
18 arg.l.j.§.ſufficit.de bon. poſſ.ſecund.tab.
19 l.ſi vehenda.in princ.ad legem Rhod. Pyl.q. lxxxj.
20 Bar.l.j.§.Diuus.ĩ.de ver. & extraord.cog.
21 Pyl.q.lxxi.
22 arg.l.j.C.de re mil.libro xij.
23 arg.l.j.C.de ſuffrag.& l. j.ĩ.de proſene.
24 l.qui Romæ. §.Flauius. ĩ.eod.
25 §.j.in auth. de iureiur.à mor.
26 d. l. pater ex prouincia. de man. vind.
27 l.fin.C.ad Maced.
28 l.poſthumus.§.ex his.de inoff.teſt.
29 l.item veniunt. §. petitam.de pet.hęr.l.fin.de trãſ.
30 l.j.§.quęſitũ.de aq.quot.
31 l.qui fundum.ĩ.quemad. ſer.amit.
32 l.naturaliter.de vſucap.
33 l.ſolutionem.ĩ.de ſolu.
34 l.iij.in fi.C.de nat.lib.
35 l.forma.verſ.ſed ſi cum ego.ĩ.de cenſib.Iaſ.l.ij.verſ. ij.de iu.emphy.C.
36 l.fin.C.ſi man.ita fu.
37 d.l.fin.
38 d.l.forma.

lex ad effectum ſolùm reſpicit, quod eſt quoties exceptionem perſonarum nõ admittit [1]. ſiue de efficientis perſona nõ curat [2]. exiſtimántq; Doct. in dubio legem potius ad effectũ reſpexiſſe videri, quã ad perſonã, idq; hoc exẽplo. Lex ait, in certamine curſus equorũ ei detur brauiũ, qui primus metã adtigerit, equus in curſus deiecto ſeſſore, nihilominùs primus ad metã peruenit, debebitur ei brauiũ [3], tanquã effectus curſus in cõſideratione ſolũ fuerit [4], non perſona ſeſſoris. Quid ergo † ſi lex non de effectu duntaxat, ſed de perſona quoque lo- 9
quitur? & regula eſt, in primis ad perſonã reſpiciendum eſſe, an legitima ſit [5]. quæ res tam in iudiciis procedit [6], quàm etiã in cõtractibus, ſiue de iure acquirendo agitur: non enim per quẽlibet nobis poſſumus acquirere [7]: ſiue de alienando, cùm oporteat & eũ, qui noſtro nomine quicquã alienet, legitimum mandatum à nobis habere [8]. Videtúrq; lex ad perſonam habuiſſe reſpectũ, quotieſcunque de re agitur, quæ à quacunque perſona geſta cũ effectum non repræſentat [9], vel quoties cuiuſdam qualitatis, aut certæ formæ loco, perſonæ mentionem fecit. nec enim lucrũ defert, niſi adſit ea qualitas [10]. nec quicquã imputari ſinit, niſi ſecundum qualitatẽ à ſe præſcriptã [11]. Imo & ſi de conſeruando iure, quod perſonæ debitũ ſit agatur, quale eſt dominiũ vel vſuſfructus, oportet eam qualitatẽ adeſſe. Vnde alius loco domini, vel fructuarij vtendo ius non conſeruaret [12]. Hincque eſt quod plerunque plurimum referre videmus, ex cuius perſona quid agatur [13]: & ſaluo eodem effectu, ex aliqua perſona actionem dari, ex alia non dari [14]. Addit Bar. quotieſcunque † aliquid reperitur factũ, præ- 10
ſumi ab eo factum, qui facere debuit [15], cuius rei illa poteſt eſſe ratio, quod ſemper capimus præſumptionem in meliorẽ partem [16]: & quia hoc tendit in vtilitatẽ eius qui facere debuit vnde veriſimile eſt eum feciſſe [17], iuxta illud Caſsianum, *Cui bono* [18]. quod tamen intelligunt Doctores, concurrentibus aliquibus coniecturis, nempe quòd tale opus impenſam requirat, & nemini ſit dãnoſum [19]. non enim veriſimile eſt velle quẽquam temere pecuniam erogare. Item quòd de euitanda pœna agatur, ſemper enim potior illa eſt præſumptio vnde pœnam euadimus [20]. Item quãdo quis adhuc in mora conſtitutus non eſt [21], factáque à lege in alterius fauorẽ nondum ſit executio [22]. Hincque infertur, cùm teſtator hæredẽ damnaſſet, vt depigi certam ædiculam iuberet, ſi ea depicta ex teſtatoris formula inueniatur, præſumi ab hærede factũ [23]. Vnde ſubiiciunt generaliter aliqui, vt licet ſolennitas extrinſecus accidens regulariter non præſumatur, tamen ſecùs ſit in actu, qui cum impenſa fit, vt ab eo factus præſumatur, cuius intereſt. quod variis exemplis Felin. docet [24]: & verum eſt, niſi materia litium inde oriatur [25].

1 l. vniuerſis. C. de prec. imp. offe.
2 l. aut qui aliter. in fi. quod vi aut clam. l. metum. §. aduertendum. quod met. cau.
3 l. ſi à duobus. §. j. quemad. teſt. ap.
4 l. j. §. ſed & pe. eum. de acqui. poſ.
5 l. de pupillo. in princ. de op. no. nunt.
6 Rub. C. qui. leg. perſ. & C. ſi à non comp. iud. in rub.
7 l. j. C. per quas per.
8 l. procuratorem. C. de procu.
9 l. inter. ſ. de ſolut.
10 l. ij. ff. de cond. & dem. Bar. l. ſi is qui. §. quod ſi ſeruus. de acq. rer. dom.
11 l. ſcimus. §. repletionem. C. de inof. teſt.
12 l. Pomponius. quib. mod. vſ. am. Bart. l. ſequitur. §. ſi viam. in fi. de vſucap.
13 l. ſi pater. §. qui duos. de adop. Bar. d. §. & ſi ſeruus.
14 l. ſi rem. l. ſi vendideris. ff. de euict.
15 l. fin. C. de alimen. pup. præſt. vbi Bar.
16 C. eſtote. de reg. iur.
17 l. ij. §. idem Labeo. verſi. eum enim ne quid in loco pub. vbi Alber.
18 Bar. l. fin. ſ. de queſt. l. j. §. pen. C. de lat. lib. tol.
19 gloſ. c. ex parte. ii. verbo, ſpecial. de reſc. Abb. c. nonnulli. eo. tit.
20 l. proximè. de his quæ in teſt. l. ſemper in obſcuris. de reg. iur.
21 arg. l. ſororem. C. de his, quib. vt indig.
22 auth. hoc amplius. C. de fideicom.
23 c. cùm virum. vbi Abb. iiii. not. de regular. ſoci. d. l. ij. de cond. & demon.
24 Felin. c. ſicut. verſi. fallit. v. de re iud.
25 glo. d. c. ex parte.

SVMMAE.

1 ☞ *Interitum alternati oblati ad ſtipulantem pertinere.*
3 *L. Stipulatus. ſenſus.* 4.

## LEX. CV.

STIPVLATVS SVM DAMAM. Cùm tibi Damã aut Erotem deberem † electióque mea eſſet [26]. Damam, quod in me fuit, dedi, at tu vo- 1
luiſti accipere, quod ego videns non tamen Damã retinui, ſed pro derelicto habui, vt tu quãdocunq; velles acciperes, quæritur, an ſim liberatus? & videretur non eſſe: cùm enim creditor Damam non acceperit, nõ poteſt dici me dediſſe, ſed potius dare voluiſſe: quia dominiũ * non, niſi ex con- 2
ſenſu in accipientem tranſit [27]: igitur periculum adhuc ad me pertinere debet tanquam ad dominum [28]. Sed hoc parum obſtat: cù enim tu in mora accipiendi fueris, perinde eſt ac ſi acceperis, debeóq; liberari [29]. Sed an liberetur hoc caſu debitor ipſo iure, an verò ſolius exceptionis auxilio? & diſtinguunt Doct. vt ſi electio debitoris fuerit, ſibi per futurum exactum reſeruata: quia ampliùs variare non poteſt ipſo iure liberetur [30], alias ſolius exceptionis ope. Sed hæc diſtinctio legem noſtram violat, quæ † ſimpliciter loquitur, & ideo ſiue ele- 3
ctio debitoris ex diſpoſitione legis & iuris communis regula ſit [31], ſiue ex pacto cõtrahentium vt quia per futurum electionem ſibi debitor reſeruauerit, puto ipſo iure liberari: quia lex ait creditorem agere non poſſe [32], & quia talem dationem etiam ſi creditor nolit accipere, lex pro ſolutione habet. nec dubium eſt ſolutione obligationẽ ipſo iure extingui [33]. Et hoc eſt, quod Maſurius Sabinus aiebat, ſi per debitorem mora nõ eſſet (quod intelligendum ſecundum ſpeciem ſuprà ſcriptam) continuò liberari. Propriè enim liberatus is dicitur, qui ipſo iure liberatus eſt [34]. Vnde etiam conſequẽs eſt, vt aliam interpretationem non probem, qua ipſi vno ore dictionem, *Continuò*, violant, & non continuò, ſed mortuo, vel perdito ſeruo ſolùm liberari aiunt. non probo ego hanc interpretationem, quoniam ei tantummodò locus eſſe poſſet: cùm debitor, non accipiente ſeruũ oblatum creditore, ſibi ipſe
interim

26 l. plerúnque. in fi. de iu. dot.
27 l. Labeo. ij. de verb. ſig. vbi dixi.
28 l. pignus. C. de pig. act.
29 l. in executione. in fi. ſ. e.
30 l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. ſ. eo.
31 d. l. plerunque. in fi.
32 l. ſi debitor. ſ. de ſolut.
33 inſt. quib. mod. tol. obli. in princ.
34 l. liberationis. de verbo. ſigni.



interim eum retinuit [1]. Quòd ſi non retinuit, ſed quod in ſe eſt dederit, & detrectanti creditori nihilominus reliquerit, puto, (vt hîc dicitur) ſtatim liberari, idque in eo qui certam ſpeciem debet certiſsimum eſſe arbitror. nec enim interim debuit ſeruum retinere, & alimenta ſufficere, impendiáque alia ſubire, quæ ſeruo neceſſaria ſunt [2]. Quòd ſi pecuniam debeat, quæſtio magis ambigua eſt, videtur enim neceſſariam obſignationem ſeu depoſitionem [3], ſed tamen & hoc caſu ego idem eſſe ſentio [4], & duntaxat obſignationem requiri arbitror, cùm creditor ſe ſubtrahit [5]: aduerſus enim talem propriè locus eſt conteſtationi, id eſt, proteſtationi, quæ abſente parte fit [6]. Suadet † & hoc ratio, cùm
4 omnes fateantur, facta oblatione etiam pecuniæ, liberari debitorem exceptione, quoties res deinde perdatur [7]. Vnde ſi debitor eam illi actu offerat, relinquátque, aut extat, & habet creditor vnde petat aut periit, & liberatus eſſe cenſendus eſt debitor, ſicq; ego citra vllam cauillationem hanc legem interpretor. Cæterùm inhærentes intellectui ſuo Doctores hinc adnotant dictionem, *Continuò*. quãuis præciſæ ſit ſignificationis, reſtringi tamen & moderationem ſecũdum ius recipere, quod quibuſdam locis generalibus Iaſ. hîc docet. ſed ego id hîc probari non arbitror: & ideo exiſtimo, ſi lex iubeat quicquid illicitũ exactũ eſt, in duplũ continuò erui, & prouincialibus reſtitui, non intelligi conceſſam quadrimeſtrem dilationem, quæ iudicatis datur: niſi dictio illa, *Continuò*. non verbum erui, ſed reſtitui reſpiciat. tunc enim, cùm prius eruenda ſit, neceſſariò intelligemus ſecundum leges eruendam, & deinde mox reſtituendam [8]. Nam & cùm lex inſtrumentum aliquod produci in iudicio vetat, ſub pœna protinus exigenda, reſpondit Bald. Paul. Iaſ. alio proceſſu opus nõ eſſe, ſed continuò exigendam pœnam [9]. Qua ratione cùm edictum eſſet, vt omnes à Tyranno proſcripti continuò reſtituerentur, reſpõſum eſt ſublatam appellationem videri [10], niſi tamen in hoc litigaretur, an illi in caſu edicti eſſent [11].

1 l. ſtatuliberũ. §. j. de legat. ij. l. huiuſmodi. §. ij. de leg. j. l. ſed ſi poſtea. de arb.
2 l. fin. ſ. pro derelicto. & l. j. §. j. de peric. & com. Pet. d. l. acceptam.
3 l. acceptam. C. de vſur.
4 arg. d. l. ſi debitor. l. ij. C. de vſur.
5 l. ſi à te. C. de pact. inter emp.
6 l. ſi maior. C. de tranſ.
7 l. qui decem. in princ. de ſolut.
8 l. vnica. C. de ſuperexact. lib. x. vbi Bar. Rom. l. j. §. j. ſ. eod.
9 l. ij. C. vt lite pend.
10 ar. Iaſ. l. iiij. §. Cato. q. iij. ſ. eod.
11 Bar. l. j. §. & parui. qđ vi, aut clã. Alex. cõſi. cxxiij. in vj.

SVMMAE.

1 ☞ *Incerta certificanda tenere: alioqui contrà.*

## LEX CVI.

1 QVI EX PLVRIBVS. Plures fundos poſsidebas, qui Seiani † vocabantur interrogaui te, *Promittis mihi vnum fundum Seianum*. hîc dicitur valere ſtipulationem, & electionem ſecundum cõmunes regulas debitoris eſſe, adeò vt variare vſque ad ſolutionem poſsit. Nec dubium eſt quin hypotheſis ſit vera. Quid ergo ſi ſimpliciter ita concepta ſint verba, *Promittis mihi fundum Seianum*. & videretur non valere ſtipulationem tanquam de certo fundo ſit actum, qui cùm expreſſus non ſit, vitiatur ex præſumpto diſſenſu ſtipulatio, ſicut ſi de vno ſtipulator, de alio promiſſor ſenſiſſet [12], & hanc ſententiam Bart. Imo. Raph. Paulus ſequuti ſunt, receptioremq; eſſe aliqui adſtatur. Sed ego cõtrà ſentio: quia Accur. hîc valere ſtipulationem ſentit [13], quem veteres ferè omnes ſequuntur: nec Alexã. diſſentit, conuenítque hæc opinio verbis quoque legis noſtræ: ex quibus generaliter colligũt Doctores, promiſsionem rei incertæ ex certis valere, nam & videmus idem in teſtamentis eſſe, in quibus ſi teſtator plures Stichos habens Stichum legauerit, valet legatũ, & electio * hæredis eſt [14]. conuenit & rationi, quia veriſimile eſt ſtipulatorem non ad certam ſpeciem ani-
2 mum ſuum applicuiſſe, quo caſu actus non valeret [15], ſed potiùs ſecundum diſpoſitionem legis ſtipulatum, vt is deberetur, quem promiſſor elegiſſet [16]: cùm omnino, eo eligente, lucrum ſemper faciat: quia aliquid acquirit: cùm ſecùs eſſet ſi ſtipulatio ob incertitudinem nulla redderetur. nec dubito, quin hæc ſententia & verior, & receptior ſit, vt quam Iaſon & ipſe primum ſequutus eſt, licet deinde imprudens aliam adſerat. Adnotandum ergo
3 eſt, licet regula ſit generalis, ſtipulationem * vel legatum fundi propter incertitudinem non valere [17]: id tamen non procedere, cùm incertitudo hæc ex certis eſt, ſeu in genere, quod noſtrates vocant, ſubalternum. tali enim caſu ſtipulatio valet, vt hîc dicitur, & multòmagis legatum [18]. Ratio eſt, quia non tanta ſubeſt incertitudo, vnde electio erit debitoris. Sed quid ſi creditor electionem ſibi reſeruauerit? & tunc conſtat etiam generalem fundi ſtipulationem valere [19], ſicut & legatum [20]. nam & valet hæc ſtipulatio, *Promittis mihi dari pro eo, quem nominabo* [21]. eſt tamen inter legatum, & ſtipulationem hæc differentia, quòd qui domos habet in patrimonio, ſi domũ ſimpliciter legat, vtiliter legat electióq; eſt hęredis [22]: & tamen ſi quis ſtipulanti ſimpliciter promittat domũ, tametſi plures habeat, nihil agit. cuius rei illa eſt ratio, quòd teſtator in dubio prẽſumitur rem legare, quæ in patrimonio ſit [23], ideóq; videtur legatũ incertũ de certis: at promiſſor, qui nõ certã ſpeciẽ, ſed in genere ſpondeat, nõ magis videtur rẽ patrimonij ſui promittere, quã aliã à ſe emẽdã. vnde talis promiſſio prorſus incerta eſt. Sed nũquid valeat legatũ fundi in genere cũ teſtator plures fundos habet? & receptior eſt ſententia [24], nõ valere: q,a lex ſimpliciter dicit tale legatũ eſſe imper-
r v fectum

12 l. ita ſtipulatus. in prin. ſ. eod. vbi Bar. in prin. l. inter. §. j. ſ. eod.
13 glo. verbo nota Dinus, Old. Hub. Alberic. & Ciril.
14 l. ſi quis à filio. §. pen. de leg. j. vbi Alex.
15 glo. l. quicquid. in princ. ſ. eo. d. l. ita ſtipulatus.
16 l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ſ. eo.
17 l. ita ſtipulatus. l. cũ poſt. §. gener. de iu. dot.
18 d. l. ſi quis à filio. §. pen.
19 c. cum iuramẽto. de homicid.
20 l. legato generaliter. de leg. j.
21 l. iiij. C. eo. Alex. d. l. ita ſtipulatus.
22 l. ſi domus. de leg. j.
23 l. legatum. de leg. j. l. Titia. §. j. de au. & arg. leg.
24 glo. Bar. alij. d. l. ſtipulatus. & d. l. ſi domus.

fectum[1],nimiúmq; reſtringeretur,ſi intelligeremus,quando teſtator nullos habet fundos,
diſtátq; hac in re domus à fundo quod domus certos ex arte habet fines,& à forma * con- 4
ſummationem recipit[2],at fundus libero prorſus domini arbitrio conſtituitur,etiam ſi pal
mus duntaxat terræ ſit,quod Ciceronis carmine oſtenditur.

*Fundum Varro vocat,quem poſſum mittere funda.*
*Ni tamen exciderit qua caua funda patet.*

Cùm domus ſaltē pariete diſtinguenda ſit[3].meritò ergo propter magnā incertitudinem
legatum fundi ſimpliciter nō ſuſtinentur,niſi quoties conſtaret de certo fundo teſtatorem
ſenſiſſe:quo caſu & tunc electio eſſet hæredis[4],qui iuris interpretatione perſonam teſtato-
ris repręſentat.Hincque apparet nec ſtipulationem quidē fundi valere, quāuis promiſſor
plures poſsideat,vt receptiſsima eſt aduerſus [5].Alex.ſententia.quoniam ( vt ſuprà, dixi ),
ſtipulatio generalis ſalua ratione reſtringi non poteſt ad rem,quæ in patrimonio ſit, ſecùs
ſi ſpecies aliqua patrimonij nominatim expreſſa eſſet[6].

TANDIV AVTEM. Poteſt ergo hîc promiſſor quandocunque,vſque ad ſolutio
nem variare[7]:quod tamen in legatis non eſt:quia ſemel facta electione,executionē ſecum
trahunt[8].vt infrà videbimus.Sed ſuprà ſcriptæ concluſioni obſtat,quòd nō videtur licita
variatio.facultas enim declarandi eſt inuariabilis[9]:aliud enim in electione eſt,aliud in
declaratione:electio in mera voluntate conſiſtit: & ideo mutare quis voluntatem poteſt:
declaratio id interpretatur,quod à principio actum eſt.quod profectò vnum fuit:vnde va-
rians ſe ſuſpectum redderet[10].cùm ergo promiſſor declaret,de quo fundo Seiano ſenſerit,
non videtur admittenda pœnitētia.cui argumēto dant manus Raph.& Caſt.& Are.& Iaſ.
ſequunturq; duntaxat primū,quē retuli,intellectum.Imo.verò hæret, Alexanderq; diſtin-
guit.Ego ſuprà cenſui,vt ſtipulatio valeat,non fieri interpretationem tanquā contrahen-
tes de certa ſpecie ſenſerint.& ideo electionē non declarationem hanc eſſe.Vnde & in vlti
mis volūtatibus electio hæc vocatur:licet prætextu declarationis fiat,& ideo id ius ad hæ-
redem pertinet[11],cùm ſi eſſet mera electio,non hæredi ſed legatario hoc incūberet[12].Rur-
ſus obiicitur non videri huiuſmodi variationē concedēdam quouſque ſoluatur:quia quo-
tieſcunque lex variationē * permittit,non tamen amplius,quā ſemel fieri eā ſinit[13].vnde 5
& poſitio non niſi * ſemel reuocari poteſt:[14] & grauatus ad rurſus emendum, nō intelligi- 6
tur,niſi ſemel grauatus[15],& emendatio libelli non,niſi ſemel,cōceditur[16].quod & in diffi-
nitiuæ ſententiæ interpretatione receptum eſt[17],ſimilibúſque aliis caſibus,quos hic accu-
mulare non expedit.Sed reſpondendū eſt,hæc exempla parū ad rem facere:quia in decla-
ratione procedunt,& in aliis caſibus loquuntur,quàm in electione,quæ reo conceſſa ſit.

1 d.§.gener.
2 l.ſi is qui quadringēta.ad fal.
3 l.quod in rerum.§.pen. de leg.j.cum glo.
4 d.l.legato generaliter.
5 Barto.Ange.Imol.Raph. Paul.d.l.ita ſtipulatus.
6 glo.l.quoties.in ſtipulationibus.in gl.fin.ſ.eod.
7 l.eum qui.§.fin.j.eo.vbi dicam.
8 l.apud Aufidium.de opt. leg.
9 glo.l.quicquid.ſ.eod.
10 c.præterea.de teſt.cog.
11 d.l.ſi quis à filio.§.pen.
12 l.qui duos.eod.tit.dixi.l.ſi ſic.ſtipulatus fuero,per te.ſ.eod.
13 l.ſi quis iuſiurandum.C. de reb.cre.
14 Bar.l.poſt legatum.ſ.de his quib.vt indig.
15 l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem.de leg.iij.
16 l.fin.C.de codicil.
17 Doct.l.inter ſtipulantē.§.j.ſ.eo.

## SVMMAE.

2 ☞ *Adoptionis, feudi, emancipationis pretium nullum.* 5 *Emancipationis forma.*

## LEX CVII.

VTRVM. Promiſsio * ergo pro aliquo emancipādo facta valet,iuſtáq; I
hæc ſtipulationis cauſa eſſe cenſetur. Sed quænā potuit eſſe dubitandi I.
ratio?an quia ſicut ( vt ego ſentio ) adoptio † fieri pretio nō debet,ſed ex 2
ſanctiſsima affectione dūtaxat[18].iuſtáq; cauſa:ita nec eius diſſolutio quæ
emancipatione fit.Vnde videmus patrem,qui pecuniam emancipationis
cauſa* recepit,à bonorū poſſeſsione contra tabulas repelli[19],quo exēplo 3
ſunt,qui tradant ſi feudū clienti non gratuito ſecundum naturā ſuam[20],ſed ſub certa pen-
ſione,vel certo pretio conceſſum ſit,non teneri eum ad iuramentū fidelitatis[21].quod Alex.
poſt veteres tradidit. An( quod Iaſ.arbitratur ) quia ſicut grauari quis nō poteſt,vt filium II.
emācipet,quia patria poteſtas inæſtimabilis eſt[22],ita nec ei promitti debuit poſſe pecunia,
tanquam hæc functionem ſimul nullam recipiant?quod mihi non ſatis placet nec enim in
caſu noſtro adoptiui patris vllum eſt grauamen,cùm ſolùm pecunia poſita ſit in conditio-
ne conſtétque non grauari patrem,vt conditionem adimpleat[23]:quia quæ in * conditione 4
ſunt,non ideo vim diſpoſitionis habent[24].licet ſi pecuniā recepiſſet,officio iudicis ex pro-
miſſori conſuleretur,vt emanciparet,quod hîc plerique tradiderunt[25].Sed ego in vltima-
rum voluntatum executione id admitti fateor, in contractibus non memini me legiſſe
patrem cogi, vt emancipet: & ideo in id,quod intereſt,ſolùm agi ab eo arbitror,cui hoc
promiſſum, ſit[26].quòd ſi non promiſſum, ſed in conditione duntaxat id poſitum fue-
rit, conditio pecuniam tanquam cauſa non ſequuta[27]. An ergo vulgaris ratio dubi-
tandi probabilior eſt? nempe patrem per emancipationem liberari à multis oneribus, III.
quæ & in cura liberorum incumbunt, educationis, inſtructionis, communionis, & ſi
qua ſimilia, & ideo debere potiùs eum filio à ſe diſcedenti aliquid dare vnde viuat, & ſe
toleret,

18 l.nec ei.§.j.de adopt.
19 l.j.§.ſi parens.ſi à parē. quis ma.dixi.l.fin.C.de pac.
20 c.j.de natu.feudi.
21 arg.c.j.de for.fid.
22 l.filiusfamilias.§.ſecundum.de leg.
23 l.cū ab eo.de cōtrahend. emp.
24 l.ſi quis ſub.ſ.ſi quis om. cau.
25 l.ſi cui.de cond.& dem.
26 l.ſtipulatus.verſ.Celſus. ſ.eod.
27 l.ſi pecuniā.de condi.ob cauſa data.



toleret,quàm accipere.quod lege longobardica cautum eſt,hodiéque in Italia ex tabellio-
num formula vbiq; fieri conſtat.Sed & hęc ratio non ſatis placet:quia iure communi aliud
eſt: pater enim ipſe præmium emancipationis recipit, non autem dat[1]. Sed pone,pater in
ipſa emācipatione donat filio,& addit ex vulgari formula, ſed donare in præmium eman-
cipationis,an hæc donatio erit ſimplex,an ob cauſam?& Bar.cenſuit eſſe ſimplicem[2],quia
donare non tenebatur, ſed potiùs ipſe propter patriæ poteſtatis amiſsionem vice mutua
aliquid recipere debuit.quam ſentētiam ceu receptiorem & ego ſequor,quoties tali eman-
cipatione pater nihil lucri facit. quòd ſi filij educatione exoneretur vel alio incommodo,
apparet eum pluris feciſſe illud incommodum,quàm poteſtatis vtilitatem,& ideo nō arbi-
trarer tali caſu à verbis recedendum,& propriè donationem ob cauſam cenſeri. quod Ni-
col.[3] cenſuit,diſputauit[4].Oldra.& ex facto Alex.reſpondit.quid enim ſi filius aliter eman-
cipationi conſenſurus non erat?& hæc quidem dubitandi rationes eſſe potuerūt: deciden-
di verò illa maxima eſt, quòd lex non arbitratur iniquum eſſe, ſi pater aliquid habere vo-
luit propter quòd à filio poſt emancipationem magis curaretur nam & ſperans filius fore,
vt ea ſumma ſibi poſt mortem patris relinquatur, eum magis colet, obſeruabítque. quod
& in Milite Plautinus ſenex teſtatur.

4 MANVMISISSET. Fiebat † olim emancipatio per māumiſsionē:quia pater na-
turalis fiduciario filiū vendebat certo pretio putà duobus nummis,illíq; eum mācipabat,
id eſt,in eius manum,& poteſtatē dabat,quod certa ſolennitate ſemel atque iterum fiebat,
ſicq; exibat de naturalis patris poteſtate filius[5].qua ſimilitudine etiam adoptio fiebat,quæ
ex tribus manibus vocabatur[6],deinde fiduciarius pater eum tāquam ſeruū ipſe manumit
tebat,ſicq; filius ille liberabatur, eíque ipſe fiduciarius ſuccedebat quippe manumiſſor[7].
Solebat tamen quandoque pater naturalis,contracta fiducia,manumittere,id eſt,ipſe à fi-
duciario redimere,& deinde manumittere[8].quæ ſolennitates à Caio inſtitutionum libro
primo relatæ,hodie à Iuſtiniano ſublatæ ſunt[9], licet adhuc duret nomen[10],& plerunque
manumiſsionem pro emancipatione vſurpemus.verum enim erat emancipationem citra
manumiſsionem non fieri:tametſi ea manumiſsio actus imaginarius eſſet:cùm hoc actum
non eſſet,vt filius verè ſeruus fieret,ſed vt emanciparetur[11].quam ſententiam alibi diffu-
ſiùs explicaui.

1 l.cum oportet.§.pen.C. de bon.quæ lib.vbi Bart.
2 Bar.l.vt liberis.C.de col. in fi.
3 Nic.Fulgo.Dec.d.l.vt liberis.
4 Oldr. conſi.cxxxv.Com. xxviij.Alex.conſ.clxij.in ij.
5 l.fi.C.de adop.l.liberos. §.j.de cap.diminut.
6 l.pen.§.quę autem.C.de adop.
7 Rub.ſ.ſi à pa.ma.
8 §.fi.inſt.de leg.ag.ſucceſ.
9 §.j.inſt.quib.mo.ius pat. pot.
10 l.ij.de off.proc.l. Pantonius.in rub.ſ.ſi à par.quis manu.
11 l.j.§.alienatio.ſ. quando de pec.act.

## SVMMAE.

3 ☞ *Conditionem pro cauſa in caſibus non ſufficere.* 4 *Promiſſio nuda quando in donationem tranſit.* 5.

## LEX CVIII.

1. ATITIO. Valet ergo ſtipulatio,qua * quis dotem pro incerta mulie-
re promittit ſi mihi nupſerit.videbatur tamen prima ſpecie contrarium:
2 quia talis ſtipulatio nullam probabilem * habet cauſam: vnde obſtare
agenti exceptio debuit[12], quæ ſententia certiſsima eſt,quoties conſtat
promiſſorē errore ſpopondiſſe,vt quia exiſtimat ſubeſſe cauſam,cū nul-
la ſuberat.ſed & in dubio,cùm non conſtat,an à ſciente,an ab errante ſit
facta promiſsio,receptius adhuc eſt non præſumi donationem[13],ſed adhuc agenti obſtare
exceptionem[14].quod diffusè hîc Alex.oſtendit.ſed tamen in caſu noſtro aliter Iuriſconſul
to viſum eſt:quia conditio pro cauſa ſufficit[15].Nec refert,an vtilitatē euentus conditionis
promiſſori adferat an non:ſemper enim qualiſcunque conditio loco cauſæ eſt,veluti illa,
*Si Rex Parthorum in Italiam venerit*[16].*Si quis in Capitolium aſcenderit.* & ſimiles vnde & receptum
eſt,valere ſponſiones,quæ quotidie fiunt,*Si talis pontifex erit.Si nauis ſalua in portum appulerit*[17].*ſi*
I. *ſors lutea mihi ceſſerit.*& ſi quæ ſimiles[18]. Quod † tamē intelligendum,vt talis cōditio non
3 plus operetur,quàm ſimplex cauſa.Vnde ſicut pactū nudum,quamuis cum ſimplici cauſa
II. actionē nō parit[19],ita nec cōditionale pariet,vt aduerſus Ang.rectè hîc Iaſ.docet. Qua
ratione & quando lex certam cauſam,non autē qualemcunque requirit,non ſufficiet con-
III. ditio:niſi eam cauſam habeat annexam quā lex requirit[20],vt idē Iaſ.tradit. Addo ego,
nec tunc conditionem ſufficere,quando in fraudem legis ad turpem cauſam velandam
adiecta præſumeretur verbi gratia in caſu legis noſtræ,miles hanc promiſsionem dormi-
tatori,aut cuculo fecit,qui deinde illius concubinam in vxorem accepit[21],videretur præ-
ſumendum id in fraudem legis factum,qua prohibetur miles focariæ donare[22]. Nam &
IIII. generaliter non ſuſtinetur contractus,quoties conditio hæc aut turpis,aut legibus contra-
ria eſt,vt in luſoribus conſtat,qui ( vt Horat.ait ) vetita legibus alea certant:nec enim pœ-
nas legum euadunt, quamuis conditionalis ſit conuentio,*Si plura puncta iecero,ſi venerem,Si*
*ſenionem &c.*[23] aiunt tamen theologi[24],quia is ludus propter blaſphemias prohibitus eſt,ſi
qui rerū ſuarum adminiſtrationem habeāt,ſi de ſuo ludant,ſi citra fraudē & nullā blaſphe
miā,in foro conſcientiæ ex tali ludo acquiſita retineri poſſe,ipſos tamē peccare qui bonas
4 horas male collocent.& hæc quidē de conditione ſatis.Addit Alex.& his caſibus † ſtipula-
tionem

12 l.ij.§.circa.de dol.excep.
13 l.ſine.de cōdi.ſine ca.l.cū de indebito.in fi.de probat.
14 l.iiij.§.fin.ſi quis caut. vbi Bart.l.ſi ſtipulatus ſis à me.ſ.tit.iij.
15 l.ſi quis cùm debitor.ad finem.ſ.de iureiur.
16 l.cùm ad præſens.ſi cert. peta.
17 l.illa ſtipulatio.ſ.eod.
18 l.in executione.§.fin.ſ. eod.
19 l.iuriſgētiū.§.j.de pact.
20 Bal.l.ſi pater.q.vj.C.de inſti.& ſubſt.
21 arg.l.ſi ij qui.C.de adul. l.ſicut.§.ſuperuacuū.quib. mod.pig.
22 l.ij.C.de dona.inter vir. l.generaliter.vbi dixi.ſ.eo.
23 auth.alearum luſus.C. de aleat.
24 Doct.c.pen.de vita,& honeſt.cle.

tionem nudam à cauſa valere,quibus lex donationē præſumit:nō enim cēſetur tunc nuda,
cùm donationis cauſa ſubſit [1], vt cū is, qui promiſit,ſciebat nullā ſubeſſe cauſam,videtur,
enim tunc donare [2]:valebítque donatio, ſi ſtipulator & ipſe ſciebat nullā ſubeſſe cauſam,
quòd ſi credebat ſubeſſe,non valebit:quia deeſt conſenſus [3]:niſi eius rei certior factus ra-
tam donationem habuerit [4].Sed & facilè donatio præſumetur,quoties vel aliqua ſtipula-
toris merita præceſsiſſent [5],ſumma enim eſt coniectura,quæ remunerationem inducit,&
ingratitudinis vitium obliterat,vel coniunctio perſonarū,reíque tenuitas hoc ſuaderet [6].
Idem † ſi quis vſus proponatur verbo ad donationem pertinente quale eſt, *Concedo* [7].quod 5
hic Alexand.tradit.Ego hunc locum,qui omnis in ſtatu coniecturali verſatur, alibi diffu-
ſius explicaui [8].Illud non omittendum, nec tunc ſine cauſa cenſeri ſtipulationem,cùm ali-
qua cauſa præceſsiſſet,ad quam referri ſequens ſtipulatio poſſet [9]. Qua ratione & ſtipu-
lationibus iudicialibus dicēdum eſt non obſtare exceptionem,quia ſemper ex cauſa,quæ
in iudicium vel deducta,vel ducenda eſt,interpoſitæ cenſentur [10].quod & ad præcepta ex-
tendendum eſt,quę iudicis Chartularij auctoritate ſecundum Etruſcorum conſuetudines
confirmata ſunt [11],quod hîc Alexand.docet.Sed dubitatur in caſu legis noſtræ ſi vxor de-
inde diuortat,an ipſa repetere eam dotem poſsit?& Paulus Alexander Aretinus,Iaſ.poſſe
exiſtimauerunt,tanquam cenſeatur Titius illi donaſſe [12]: valet enim donatio *, quamuis 6
incertæ perſonæ fiat [13].ſed ego hanc ſententiam magis defendi æquitate quadam,fauoréq;
dotium,quàm iure crediderim,quāuis enim donatio incertę perſonæ fieri poſsit,id verum
eſt,ſi hoc actum ſit:At in caſu noſtro non eſt veriſimile id egiſſe Titium,cùm nulla prorſus
affectione erga ignotam hanc fœmellam teneretur [14].quinimò eam conditionem adiecìſ-
ſe credibile eſt,quia ſuperet ſtipulatorem in cœlibatu non eſſe,hácque ratione eum ad nu
ptias inuitare:& ideo putarim nec ipſi quidem promiſſori repetitionem cōcedendam, ſed
apud ſtipulatorem perpetuò eſſe debere [15].durúmque eſt legem Iuſtiniani antiquæ abroga
toriam ad hunc caſum trahere.ſanè quod hîc adnotant Doctores vbi eadem ſit ratio,ibi
eandem quoque iuris diſpoſitionem eſſe debere,quomodo intelligendum ſit diffusè libro
de verborum ſignifi.tractaui.

1 ar.l.campanus.de op.lib. l.hoc iure.in prin.de donat.
2 l.j.§.is,qui perpetua.de cond.inde.l.cuius per errorem.de reg.iur.
3 l.ſi diuortio.vbi Pau.ſ.eo.Bar.d.§.circa.
4 l.ſi ego.ſ.ſi cer.pet.
5 l.ſi verò non.§.idem papinianus.mand.
6 l.ſi ſeruus communis.l.vtrum.de donat.inter viri.
7 l.vxori.§.fin.de lega.iij.vbi Bar.
8 l.cùm quid.ſi cer.pet.
9 l.triticum.ſ.eo.
10 glo l.j.in fi.de inter act.Alex.hic.
11 Bal.l.ſicut C.de repud.hær.l.ij.de excep.rei iud.
12 l.j.§.accedit.C.de rei vxo.act.
13 l.quod ſeruus.ſ.tit.ij.§.pen.inſt.de rer.diuiſ.
14 l.nec adiecit.pro ſoc.
15 l.j.ſ.de iu.dot.

S V M M AE.

2 ☞ *Traditio non niſi ex cauſa inualidum validat.* 4 *Stipulari, vt, vel,ſi volam, poſſum.* 5.

§. NVLLA PROMISSIO. Stipulatio * ergo in voluntatem debitoris con- 1
ferri non poteſt.quod ſuprà latiùs traditum eſt [16]:quod extendunt Doctores etiā ſi ſequuta
ſit traditio † in talis promiſsionis executionem.videtur enim huiuſmodi traditio abſque 2
cauſa eſſe [17],vt Alexan.& Iaſ.hîc cenſuerunt.Sed Baldus aliter, tanquam traditio arguat
promiſſoris conſenſum,conditionémque illam,*Si volueris*.faciat euenire,& perinde ſit ac
ſi actus ſimpliciter fuiſſet abſolutus,cùm puri *,& purificati idem ſit iudicium [18].Ego Bal. 3
ſententiam in cæteris contractibus probo,qui nudo conſenſu celebrantur [19]:in ſtipulatio-
ne verò Alexand.& Iaſonem ſequor [20]:niſi quod adhuc putarem ſtipulatori, cui res. tra-
dita eſt,competere retentionem propter naturalis obligationis vim,quæ ex conſenſu ori
tur,qui conſenſus ex inutili ſtipulatione iuncta traditione ſatis indicatur [21].Sed † quid ſi 4
in ſtipulatoris voluntatem collata ſit ſtipulationis ſubſtantia?& aduerſus Accurſiū omnes
hîc exiſtimarunt valere: ſicut & valet legatum, *Si legatarius volet* [22].licet ſi in voluntatem
hæredis collatum eſſet, non valeret [23].Ego Accurſium hîc non arbitror prædictæ ſenten-
tiæ repugnaſſe,ſed ſimpliciter ſenſiſſe non ſolùm non valere ſtipulationem in voluntate
promiſſoris collatam,ſed etiam ſi in voluntatem quoque ſtipulatoris ſimul, ſit collata [24].
adtenditur enim in caſu mixto qualitas,quæ nocet [25],tanquam potentior.Bald.tamen ali-
ter Accurſium defendit,vt,ſcilicet,non valeat contractus,quoties in voluntatem ſtipulato
ris reponitur an velit contraxiſſe,licet ſecùs ſit in executione [26].quā ſententiam Raphaël
Beſ.& Iaſon,hîc ſequuntur: cum enim obligatio ex vtriuſque rei conſenſu oriatur idem
eſt ſiue conſenſus ex debitoris ſiue ex creditoris parte deficiat [27].non enim oritur iuris
vinculum vbi vterque non conſentit. Quam ſententiam, ſi quis tueri velit eum oportet
omnino à communi ſententia diuerſum ire,& rationem differētiæ à legatis inuenire.Erit
ergo,qui Bald.in ſtipulatione ſequatur,quæ conſenſum eo tempore,quo & verborum for-
ma concipitur requirit,& pendere non poteſt [28].in cæteris verò contractibus cōmuni ſen-
tentiæ hæreat.Ego tamen † indiſtinctè communem ſequor:quia nulla lege cautum reperi 5
tur,vt ſtipulatio in voluntatem ſtipulatoris collata ſit nulla,veriſimiléque eſt leges omnes
non temere de voluntate promiſſoris tantùm verba feciſſe [29].

16 l.ſtipu.non valet.ſ.eodē.
17 l.nunquam nuda.ď acq.rer.dom.
18 l.fin.§.ſi.de vulg.
19 l.ſub hac.ſ.tit.j.
20 l.centeſimis.§.fin.ſ.eo.
21 l.ſi.de reb.eo.
22 l.ſi ita legatum.§.illi ſi volet.de leg.j.
23 l.ſenatus.§.legatū.eo.ti.
24 l.in vendētis,vel emētis.C.de con.emp.
25 l.iij.§.ſi.ad Sillan.l.ſi vir.de vſucap.
26 l.Lucius.depoſi.
27 glo.l.conſenſum.ſ.tit.j.
28 l.vſufructus.ſ.tit.ij.
29 l.ſtipulatio.& l.noſtra.

S V M M AE.

3 ☞ *Maius ex cauſis in dubiis deberi.*

LEX



LEX CIX.

1 SI ITA STIPVLATVS. Quod in longius * tempus de-
2 betur,re minus eſt [1]:in obſcuris autem ſtipulationibus ſemper * minus
debetur vnde in alternatiuis quoque idem iuris eſt.quod nos ſupra ſa-
tis diffusè declarauimus [2].ſed quæ eſt ratio?& cōſtat eum, qui x.aut xv.
promittit,ex regula cōmuni electionem habere [3].quod cùm ita ſit ap-
paret ſolutionem illorum quinque ſuperadditorum a mera voluntate
ſua pēdere.At ſuperiore lege vidimus,quatenus ſumma aliqua ex me-
I. ra debitoris voluntate debetur eatenus ſtipulationē eſſe nullam:perinde ergo erit,ac ſi ſo-
3 la x.ſimpliciter promiſiſſet. Hincque apparet ſecùs eſſe,ſi electio † ſtipulatoris eſſet [4]:va
let enim in arbitrium creditoris collata promiſsio,quod ſuprà tradidi:ſicq; legis noſtræ re
II. gulam limitari omnes ferè aiunt.& ſuprà retuli. Sed quid ſi alternatiua hæc iudicis arbi
trio ſit commiſſa,veluti,ſi quis tale crimen patrauerit,eum iudex in x.vel xv.condemnet,
& tunc quoque non erit locus regulæ ſuprà ſcriptæ:quia iudex ſecundum rei & perſonæ
III. qualitatem etiā xv.exiget, nec ad minorem ſummam ſe arctabit [5]. Sed quid ſi talis pro-
miſsio facta ſit ob piam cauſam?& ſunt qui diſtinguāt,vt ſi ſacrificulis ipſis facta ſit,adhuc
minor ſumma debeatur [6]:ſi verò eccleſiæ, maior quoque ſit in obligatione [7]. qua de re nos
IIII. ſuprá. Illud quoque conſtat, ſi alternatiuæ huiuſmodi diuerſas perſonas reſpiciant nec
tunc legi noſtræ eſſe locum [8].vnde ſi lex dicat,in cauſis vſque ad ſummam x.aureorum co
gnoſcant Duumuiri ad xv.cognoſcat Prætor, non poterit Prætor de his cognoſcere,quæ
infra x.ſunt:quia in xv.non inſunt illa x.Duumuiris demandata.quod Bald.ſenſit [9].Nam
& ſi arbitrorum vnus condemnauit ad dandum intra annum, alius intra biennium,non
cenſebuntur concordes [10].Sed quid ſi creditor,ne ad electionem tertij compellatur,malit
expectare lapſum biennij?& putarem poſſe,etiam inuito debitore [11].

1 §.plus.inſt.de act.
2 l.ſi ita.j.ſ.eod.
3 l.plerunque.in fine.de iu.dotium.
4 l.ſi ita relictum.§.fin.de leg.ij.
5 arg c.j.de decim.vbi Ab.& l.is,cui.ď alim.& cib.leg.
6 c.ex parte.extra de cēſib.
7 arg.l.Titia.§.ſeia.de au.& arg.
8 l.ſi is cui.de nouat.
9 l.ex facto.§.item quæro.de vulg.
10 ſpec.ď arbit.§.ſequitur.Aret.l.i.§.ſi ſtipulanti.ſ.eo.
11 arg.c.cū ceſſante.de appell.Mod.l.Labeo.de iureiurando.

S V M M AE.

2 ☞ *Adcreſcendi ius contractibus ineſſe ex cauſis.* 5. 6. 7. 8. 9. 11.
4 *Adcreſcunt minimè indiuidua plerunq;.*
10 *Numerantem agere poſſe.*
12 *Adcreſcit ex teſtamento pars vacans.*
15 *Adcreſcit vſucapienti.*
16 *Adſignatio & operæ adcreſcunt.*
18 *L.j.ſi lib.imp.ſoc.enucleari.*
19 *Adcreſcere feudatario.quandoq; contrà.* 20.
21 *Adcreſcit emphyteuſi plerunque.*
23 *Renouationis tacitæ forma multiplex. eanque ſubintelligi.* 25. 27. *ex cauſis diuerſum.* 30.
24 *Collectiuorum vis.*
32 *Renouati pretium.*
34 *Renouatio inſolennis.*

LEX. CX.

1 SI MIHI, ET TITIO. Qui * ſibi, & Titio decem ſtipulatur, pro-
pter vim Copulæ quinque ſibi, totidem Titio ſtipulatus intelligitur [12].
Verùm, quia Titio ſtipulari non potuit, (alteri enim nemo ſtipulatur [13],
ſola quinque ex ſua ſtipulatione conſequitur, alia quinque pro non adie
ctis ſunt, neque ipſius ſtipulatoris partem augent. Vnde colligunt Doct.
I. in contractibus iuri accreſcendi locum non eſſe [14]. A qua † concluſio
2 ne excipitur ille caſus, cum Titius ipſe in poteſtate ſtipulatoris erat putà ſeruus,vel filiuſ-
familias,vel contrà,tunc enim perinde eſſet,ac ſi ſolidum à principio ſibi eſſet ſtipulatus [15]:
videtúrque hoc caſu non tā de iure accreſcendi,quàm non decreſcendi tractari [16]. Con-
II. ſtat autem iuri non decreſcendi in contractibus locum eſſe [17]:vnde ſi non coniunctim,ſed
per diſiunctam concepta fuiſſet in lege noſtra ſtipulatio,putà, *Promittis mihi,aut Titio decem.*
indubitanter decem mihi debentur [18].Idem ſi dictum eſſet, *Decem mihi, Titio eadem decem* [19].
Idem quoque,ſi mihi & Titio dena ſim ſtipulatus,perinde eſt ac ſi dictum eſſet,decem ſin-
III. gulis [20]. Qua ratione ea quæ indiuidua ſunt,conſtat iure non decreſcendi ad ſtipulato-
rē inſolidū pertinere [21].quod in ſeruitutibus prędialibus receptiſsimū eſt [22], & in feudo in-
diuiduo latiſsimè hîc poſt veteres diſputat Albe. [23] Addit Bal. [24] idem eſſe in iure piſcandi,
vel portorium ἐμβατευτικά ve exigendi. Sed cùm hæc in fructu ſint, & pecuniariā vtilita-
tem principaliter adferant,ego diuiſionem accipere arbitrarer [25].exiſtimarunt idem vete
res [26].Licet in feudo indiuiduo ſit locus ſupraſcripto iuri,cum tamen,qui admittitur, æſti-
3 mationem commoditatis,quā ex tali iure percipit domino ſoluere debere [27] .vnde * in
feudo Ducatus quod indiuiſibile eſt [28], mortuo fratre,debebit ſuperſtes domino æſtima-
tionem illius commoditatis, quod ſolus in vacua aula regnet, præſtare [29] .quam ſenten-
tiam † certum eſt in feudo paterno, ſeu antiquo veram non eſſe: in nouo verò, de quo
4 ipſi loquuntur, vtcunque eſt diſputabilis, mihi tamen aduerſus mentem Docto. hîc
videtur. Illud conſtat etiam in indiuiduis iuri huic locum non eſſe, cùm portio ipſo
iure non deficit: licet ſocius exceptione ſummoueatur [30]. Idem quoque dicendum
in iure

12 l.reos.§.cum in tabulis.ſ.tit.j.auth.ſi quando.ij.reſponſo.C.de conſtit.pecun.
13 l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ſ.eod.
14 §.quod ſi quis.Inſtit.de inutil.ſtipul.
15 l.dominus.l.ſeq.ſ.eod.
16 §.fin.inſtit.de ſtip.ſeru.
17 l.proinde.in fi.cum ſeq.ſ.tit.ii.& l.ſi ſeruus communis.Mæuij.in princ.eod.tit.
18 d.auth.ſi quando.in fin.
19 d.l.ſtipulatio.§.cū,qui.
20 l.ſi quis teſtamento.de leg.j.
21 arg.l.communi.de bo.lib.
22 l.proprium.ſ.cōmunia.præd.l.ſi communis ſeruus Mæuij.ſ.tit.ii.
23 gl.c.i.de fratr.de nouo benef.vbi Bald.Ioan.And.in Spec.rub.de feud.
24 d.c.j.
25 l.vſus,pars.de vſu,& habi.l.item quamuis.§.ſi vſus.communi diuid.
26 d.c.j.vbi Beluiſ.Iſern.Bald.Afflict.
27 arg.l.cum filius.in pri.de leg.ij.
28 §.præterea,de proh.al.feud.per Fed.
29 d.l.item quamuis.§.ſi vſuf.
30 l.ſi duo.in princip.vbi Bar.ff.de iureiur.l.cū qui.§.pen.eod.tit.

in iure indiuiduo,quod ſeparatim in perſona cuiuſlibet ſit,inter quos nulla ſit coniunctio[1].
Sed quid in caſu legis noſtræ,quis non pecuniam,ſed ſibi & Titio fundum eſſet ſtipula- IIII.
tus?& defendi poſſet,quia † fundus rei integrę nomen eſt[2],perinde eſſe ac ſi dixiſſet, *Mihi* 5
*fundum Titio fundum*.ſicq; ſolidum fundum mihi acquiri[3]:coniunctio enim hæc facit videri
rem à principio vnicuiq; inſolidum datam: & ideo re coniuncti ij videntur[4], niſi tamen
de iis rebus agamus,quæ pondere,numero, menſura conſiſtunt, cùm enim in eis nulla ſit
partis adfectio:cùm & diuiſio ipſo iure abſque alio creditorum facto fiat, non poteſt vi-
deri ſolidum vnicuiq; à principio datum[5],quod & in vltimis voluntatibus procedere ego
arbitror,taliq; caſu Petr.ſententiam à Barto. improbatam ſequi ſoleo[6]. hécq; poſſet eſſe
ratio,vt ſi fundum mihi & Titio emero,videatur mihi ſoli inſolidum venditus[7],tametſi
aliis aliter. Ex quibus Accur.quem Raph.Cum.ſequitur[8].inductum† hoc mauult in cō- V.
tractu venditionis:quia bonæfidei iudicium id eſt,quæ ſententia communiter approbata 6
non eſt[9].vnde ſequeretur,vt ſi quis Titio & Sempronio fundum in emphyteuſim conce-
dat,Titio repudiante,non ideo minus totũ Sempronio accreſcat:quia emphyteuſis inter
bonæ fidei contractus non cõnumeretur[10]. Alij ergo contractus vtrinq; † obligatorios VI.
diſtinguunt ab iis,quibus altera tantùm ex parte obligatio oritur,vt Iacob.Cin.Alexan.& 7
Iaſ.[11].in illis locũ eſſe iuri accreſcendi aiunt,in iis non eſſe, quæ ſententia non ſat recepta
mihi videtur.Legem enim noſtrã reſtringit,tanquã ei locus nõ ſit,niſi cùm ex cauſa lucra-
tiua ſtipulatio interpoſita proponatur. Receptior † eſt igitur alia Accurſij ſentẽtia,quã VII.
Bart.& vet.vbiq; ſequuntur,vt ſi interſit cõcedentis,ſemper iuri accreſcẽdi ſit locus, aliàs 8
non ſit:in ſupraſcripto enim exemplo plurimùm venditoris intereſt,qui partem non eſſet
venditurus[12],nec libenter in communione cum emptore manſurus[13], quod quemadmo-
dum intelligendum ſit,ſuprà declaraui[14].Híncq; ſequitur veram eſſe ſententiam meam:
cum enim de re agitur,quæ pondere,numero,mẽſura non conſiſtat,ſemper partis intereſt
vt iuri accreſcendi ſit locus,ne inuitus cum alio rem habeat communem[15].quòd ſi quis rẽ
pro parte emerit,ſecùs[16],perindéq; erit,ac ſi rem pondere,numero,menſura conſiſtentem
communiter cum alio vel emiſſet,vel ſtipulatus eſſet[17]. Secundum quæ etiam diſtingui
ſupraſcripta ſententia eorum poteſt, qui in contractibus vltro citroque obligatoriis idem
cenſuerunt. Nec me† mouet,quod ſeruus per traditionem fundum accipiendo nomine VIII.
Dñi,& Titij ſolùm pro parte dño acquirit[18].reſpondeo traditionem actum eſſe naturalẽ, 9
per quem etiã alteri poſſeſsio acquiri poteſt[19]:& ideo impedire ne ſolidum domino quæ-
ratur[20],licet titulus quæri Titio nequiuerit[21].qua tamen in re ampliùs deliberandum eſt.
Híncq; conſequens eſt,vt ſi in caſu † legis noſtræ præceſſerit numeratio,licet ex ſtipulatu 10
ſola quinq; petã,tamen ex numeratione alia quoq; pars peti poſsit[22],nec inutilis reſpectu
Titij ſtipulatio impediet,quo minus vtiliter ex actu naturali,ideſt,numeratione agatur[23].
Illud conſtat in † alienatione neceſſaria huic iuri locum eſſe,quod propria ratione in- IX.
ductũ eſt[24],quæ à pręſenti materia ſatis aliena eſt. In vltimis quoq; voluntatibus † du- 11 X.
bium non eſt iuri accreſcendi inter coniunctos locum eſſe[25],quod Imol.Aret. cæteriq; in- 12
ductum id aiunt,quia latior * fauorabiliórque in vltimis voluntatibus accipitur interpre- 13
tatio.Ego verò quia tali caſu ceſſat prohibitoria regula,quæ alteri ſtipulari nos vetat[26],in
qua tamen re ſuprà dixi,cũ legatũ in his conſiſtit,quę põdere,numero,menſuráue cenſean
tur,à principio fieri diuiſionem nec vltimas voluntates à contractibus differre[27]. Quod XI.
de vltimis voluntatibus dictum eſt, latiùs accipitur *, vt in donatione quoque cauſa 14
mortis procedat, conſtat enim in ea iuri accreſcendi locũ eſſe[28],tametſi contractus ſit[29].
Idémque † cenſuit Bartolus in mortis cauſa capione, vt cùm quid accipitur cauſa XII.
conditionis adimplendæ[30], quæ ſententia vera eſt, quoties qui adimplet commodum to- 15
tius legati conſequi ab vno qui ſolus hæres remanſerit poteſt[31], ſecus ſi partem dunta-
xat conſequeretur, vt quia non hæredi, qui commodum præſtare grauatus ſit,ſed extra-
neo alicui dandum eſſet[32]. Sed & in † aſsignatione libertorum, quamuis id ius nec ad XIII
legatum, nec ad fideicommiſſum pertineat[33], locum eſſe iuri accreſcendi Bartolus, re- 16
ctè cenſuit, quod eo vſque verum eſt, vt etiam poſt ius acquiſitum nihilominùs accre-
ſcat[34]. Cuius rei exemplo idem quoque in promiſsione operarum eſt ex qua dece-
dente patroni filio ius alteri acquiritur,quod Bartolus,hîc tradit,ídque accreſcendi iure XIIII
non autem ſucceſsionis,cùm id ius filiis tanquam filiis, non tanquam hæredibus com-
petat[35], quod ſpecialiter inductum eſſe omnes fatentur. Sed & in vſufructu * idem re- XV.
ceptiſsimum eſt[36],in quo facilius,quàm in proprietate ius accreſcendi inducitur cùm vſuſ- 17
fructus quotidie naſcatur quod omnes hîc tradunt. Addit Bartolus, idem quoque in XVI.
imperiali liberalitate eſſe, quod Conſtantij conſtitutione † ſancitum eſt[37], ſunt enim 18
beneficia principum latiſsimè interpretanda[38]. Sed hac in re duplex poteſt eſſe quæſtio.
Altera, quid iuris ſit ante ius acquiſitum. Altera, quid poſtquam ius acquiſitum ſit.& de
prima

1 l.aquæ. in fi. quemad. ſer. amit.vbi Flor.
2 l.v.§.fin. de leg.j.l. Titia Seio.§.ij.de leg.ij.
3 arg.l.falſa.§.fin. de cond. & demon.
4 l.cõiunctim. de leg.iij.l. triplici.de ver.ſig. vbi dixi.
5 arg.l.huiuſmodi.§.quib. de leg.j.vbi Bar.
6 l.fi.§.Seio.de leg.ij.l. vij. eodem titulo.
7 l. fundus ille. de contra. emptione.
8 Rapha. hîc. Iſern. c.j. de alien.feud.pat.
9 arg.l.liberis.§.ſi duo. de liberali cauſa.
10 Doctores l. legatarius. in prin.de leg.j.vbi Alex.
11 Dec.conſi.cviij.in fine.
12 l. ſi quis aliam. de ſolut.
13 l.ſi nõ fortè.§.ſi centum. de cond.indebiti.
14 l.ſtipulationes nõ diuid. §.eod.
15 l.ſi.quib.ad lib.pro.
16 .d.§.ſi duo.
17 §.quod ſi quis. Inſtit. de inutil. ſtip. l. non ſolum.§. j.de lib.cau.
18 l.per ſeruũ. §. quod ſer. de acq.rer.dom.
19 l.ea quę ciuiliter. de acqui.rer.dom.
20 arg.d.l.ſi duo. in princ. de iureiur.
21 l.ſi.C.de inuti.ſtip.
22 l.ſi ita ſtipulatꝰ.§.Chryſogonus.eod.tit.
23 l.certi.§. quoniam.& §. ſi nummos.ſi cer.pet.
24 l. cõmuni. §. ſi debitor. com.diuid.
25 l.re coniuncti.de leg.iij. l.triplici.de ver.ſignifi.
26 § quod ſi quis. inſtit. de inutili.ſtipulationi.
27 d.l.vij.d.l.fin.§.Seio.
28 l.vnica.§. fi. C.de cadu. tollendis.
29 glo.l.ij.de dote pręle.
30 l. Thais. §. Stichus. de fid.lib.
31 l.qui duobus.de cond.& demon.
32 l.pe. ij. reſpon. de cond. & demon.
33 l.aſsignare.de aſsig.lib.
34 l.vtrum.cum gl. eo. tit.
35 l.vt iuriſiurandi. §. ſi liberi.de op.lib.
36 l.j.in fi.de vſuf.accr.
37 l. j. C. ſi liber.imp. ſoc. lib.x.
38 l.fi.de conſt.Princ.



prima quæſtione verba conſtitutionis intelligi non poſſunt,quæ de parte iam decedẽti ac-
quiſita loqui videntur,decidetur ergo ſecundũ cõmunes iuris regulas, vt iuri accreſcendi
locus nõ ſit ſi res donata ſit,quæ pondere,numero,menſura conſiſtat, ídq; legis noſtræ ar-
gumento[1].nec enim id videtur communiter donatum, cùm ſtatim fiat diuiſio in viriles
portiones[2].quòd ſi corpus aliquod donatum ſit ex ſupraſcriptis reſpondẽdum eſt[3].Satius
tamen erit fauorabilius ductam conſtitutionem accipere,ſicut poſt ius quęſitum ſocium
præfert,multò magis ante acquiſitum præferet:ſubeſt enim ſemper illa ratio,vt ad conſor-
tem potiùs quàm ad aliam perſonam pars deueniat.Sequens quæſtio non minus dubita-
tionis habet,ſed videntur receptiore calculo Doct.Conſtantij legem intelligere,vt ita de-
mum admittatur ſocius,ſi nullus hæres defuncto extiterit,non ſolùm liberi, vel cognati,
ſed nec vxor[4].cum qua maior eſt cõiunctio quàm inter collegas, qui & ipſi excluſo fiſco
ſuccedunt[5].videntúrq; aliqui ſentire ſocium iure ſucceſsionis admitti,quo caſu ad æs alie-
num defuncti teneretur.Sed tamẽ veriùs eſt iure potius repetitæ cõceſsionis admitti,quod
hîc impropriè ius accreſcendi Doct.vocant.conuenitq; hæc interpretatio plurimum ver-
bis conſtitutionis,quam & ego ſequor,quamuis exiſtimẽ ſocium nihilominus ad æs alie-
num defuncti teneri.nam & fiſcus teneretur[6].cui voluit lex ſocium præferri,ſicut & cui-
libet alij,qui à fiſco impetratum habeat.Solebant enim Principes huiuſmodi iura dona-
XVII. re[7]. Sed quid in † beneficiariis rebus dicendum?& ſi feudum ſit paternum ſeu antiquũ,
19 conſtat iuri accreſcendi in eo locum eſſe[8].id eſt(vt ſuprà dixi)iuri repetitæ conceſsionis.
Sed quid ſi tale feudum ſit hæreditarium,an oporteat hunc eſſe vltimi iſtius decedẽtis hæ-
redem?& Cur.Iunior reſpondit oportere eſſe hęredem,alioquin feudum ad dominum re-
uerti[9].Sed Alex.alibi alternatiuè locutus eſt,nempe requiri vel vltimi,vel ſaltẽ primi hæ-
redem eſſe,quia dictio illa,*Tibi & hæredibus*.non vlteriùs requirit,quã vt primi ſit hæres[10].
quæ ſententia eſt verior.Defendi tamen Curt.poteſt quando quis primi hæres eſſe nõ poſ-
ſit,niſi ex vltimi perſona,vt quia illi ſoli delata fuiſſet hęreditas.Sed quid ſi feudũ acceptũ
ſit ꝓ ſe & hæredibus?& alibi Caſt.cẽſuit dictionẽ,*Hæredibus*.pro hæredibus.ſanguinis acci
pi,ideoq; nihil referre,ſi filius non ſit hæres[11].quã ſententiã cõſtat cõiter nõ eſſe approba-
tã[12].idémq; Caſt.hîc eam non ſequitur,nec ego ſequor maximè in feudis[13].Sane in feudo
20 nouo †cõſtat iuri accreſcendi locũ nõ eſſe:quia cũ aliàs feuda ad hæredes nõ trãſirent ſpe
ciali fauore inductũ eſt,vt in deſcendentes trãſmitterẽtur,qui fauor ad trãſuerſales non eſt
extẽdẽdus[14].receptũ tñ eſt hoc non procedere,ſi à ſupremo Principe vel qui ſuperiorem
nõ recognoſcat,cõiter cũ alio indultũ ſit.fuere,qui exiſtimarẽt ſociũ ante dñm eſſe,vt idẽ
in feudo ſit,qđ in donatione[15].diximus[16],reſpõdéruntq; hoc ex facto Alex.Aret. Curt.Sed
diuerſa ſententia aliis placuit[17].qm̃ vſus feudalis ſimpliciter excluſo ſocio dñm admittit
[18].nec reſtringi debet,cùm ab inferioribus magiſtratibus beneficiũ cõceditur:euidẽter eñ
verba violarẽtur:nec obſtat ſupraſcripta cõſtitutio[19].quia in mera liberalitate loqtur,ad
quã feuda nõ pertinẽt propter mutuũ officiũ,qđ dño cliẽs debet[20].vt Sali.Beſ.Iaſ.cenſue-
runt:vel (vt veteres Signorol.Alber.q;) ꝗa feuda ſui naturâ ad dñm facilè reuertãtur, qui
dominiũ directũ ſibi retinuit[21].quod in mera liberalitate nõ eſt.Ego cõem ſentẽtiã ſequor
ꝗa vſus feudalis de cõceſsiõe inferiorũ magiſtratũ,non aũt Imperatoris loquitur[22].Illud
quoque conſtat etiã in feudo nouo ius accreſcendi quibuſdã caſibus eſſe[23]:maxime cũ ita
nominatim actũ proponitur,vt quia dictum ſit,*De vno in alterum reuertendo*[24],vel,*Quandiu tu,*
*& hæredes tui maſculi vixerint*[25].vel ſimiles clauſulę appoſitæ,de quib. infra tractabimus.Idẽ
ſi tale feudum cõceſſum ſit tanquã antiquum ſeu cũ clauſula iure antiqui feudi[26].ſed quid
ſi feudum iſtud non à domino peruenerit,ſed ex ſimplici recognitione clientium,qui fortè
rem liberã pro beneficiaria à Principe accepiſſe ſint cõfeſsi[27],fit enim hoc quandoque ad
maiorem cautelã[28],& videretur tũc feudũ ad dominũ non reuerti,nec tali cõfeſsione mu
XVIII. 21 tari veritatẽ[29]. Sed quid in † emphyteuſi eccleſiaſtica?& Bar.concludit,nõ eſſe iuri ac-
creſcendi locũ:vnde ſi duobus fratribus prædiũ in emphyteuſim locatũ ſit,altero moriẽte
ius ad dñm non ad fratrẽ reuertitur[30],quod ſuprà quoq; in feudo dictũ eſt ante acquiſitũ
emolumẽtũ,per regulam legis noſtræ,poſt acquiſitũ verò,quia tunc nunquã habet locum
tale ius,excepto vſufructu[31].Diſcutiamus vtrunq; caſum.Et in primis ſi quis mihi & Titio
fundũ in emphyteuſim locet,videretur id quod Titio nõ quæritur mihi accreſcere,vt idẽ
in locatione emphyteutica cenſeamus,quod in venditione[32].ſuadetúrq; hoc illa ratione,
quòd talis cõtractus debet cenſeri indiuiduus[33].ſenſeréq; hoc Iacobus,& Cinus,qui in cõ
tractibus vltro citroq; obligatoriis locũ eſſe iuri accreſcendi tradiderunt, defendíq; hæc
ſententia poſſet,ſi interpretationem noſtram ſequamur,vt ſcilicet legi noſtræ duntaxat
ſit locus in iis, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt. Sed tamen Bartol.diſſentit,
quem deinde alij ſunt ſecuti,& duobus tantùm caſibus huic iuri locum eſſe cẽſuit. Primus
cum emphyteuſis à principio recepta aliqua pecunia conceſſa eſt, vel vt Alexander, in-
terpretatur, cùm Canon non ſimpliciter in dominij recognitionem, ſed in fructu-
um compen

1 d.§.quod ſi quis.
2 d.l.reos.§.cum in tabulis. j.tit.j.
3 d.l.fundus ille.d.l.ſi.quib. ad lib.procl.
4 gl.d. l.j. Alexã.poſt alios in l.j.C.vnde vir.
5 l.j.cum ſeq.C.de hæred. Decur.
6 l.j.§.an bona. de iur.fiſc. vbi Bart.
7 l.pen.C. de bon. vac. vbi gl.lib.x.l.j.C.de peti.bo.eo. lib.
8 c. j. verſ. hoc quoque.de ſucceſ.feud.c. j.§. cùm verò. qui feu.dar.poſſ.
9 Cur.Iun.cõſ.j.& cxxxviij.
10 Alexan. conſil.xxx.in j. xxvj.xxviij. in 50.
11 l.ex facto.§.fi.vbi Caſt.ad Trebel.
12 Lance.l.Gallus.§.j.verſ. ſecundo limitat.
13 c.j.an agn.vt filius.
14 d.c.j.§.cum verò.
15 d.l.j.ſi Imp.lib.ſoc.
16 Bald.Iac.Card.c.j.de fra. de nou.benef. Iaſ.hic.
17 Iſern. Aluar. Laud. c. j. de duob.fra.Ci.& Salice.l.j. C.quando non pet.
18 c.j.§.cùm verò. verſicu. quinetiã.qui feud.dar. poſſ. d.verſi.quod ita.d.c.j.de fra. de no ben.
19 d.l. j.
20 c.j.de no.for.fideiuſ.
21 arg.§.fin.Inſtit.de vſufr.
22 d. §. cùm verò iuncto princip.c.
23 c.j.de benef.fr.
24 c.j.ad fin.de benef.fra.
23 c.j.de duob.fratri.à cap. inueſt.
26 Alex.d.conſi.xxx.in pri. dixi.l.ſi is qui pro emptore. in definitione fictionis.
27 Bart.l.ſi rem aliquam. de acqui.poſſeſ.
28 arg.l.aurelius. in fin.de lib.leg.c.poſt electionẽ.vbi Abbas.de conceſ.præbend. Felin.c.in noſtra.de reſcri.
29 Barto.l.cùm falſa.C.de iur.& fac.igno.dixi in tract. præſum.in iij.reg.verſi.xxj. in fin.
30 c.j.de benefi. fra.c.j.fra. de no. ben.inueſt.de inueſt. nou.c.j.da grad.ſucc.& d.c. j.de duob.fra.
31 d.l.j.in fi.de vſufr.accre.
32 d. l. fundus ille.§. adeo. inſtit.loc.
33 l.ſi quis aliam.de ſolut.

um compenſationem penditur, tunc enim eadem ſubeſt, quæ in venditione ratio [1],
quod hodie regulare eſt, cùm nequeat eccleſia niſi ex euidenti vtilitate tales contractus
facere [2]. Poſtremus eſt, cùm de iure non decreſcendi tractaretur: quia conceſſa ſit em-
phyteuſis mihi meo,& nomine ipſius Titij recipiẽti,talibus enim verbis videor id ius tan-
quam procurator Titij pro eius portione ſtipulatus [3]. vnde cũ iura directa in perſona mea
reſpectu ſolidi originem trahant,quod Titius non habet,mihi remanet [4]:iis tamẽ legibus,
quibus apud Titium fuiſſet [5]:ſicque ſe habet communis opinio,ego cum per ius non decre-
ſcendi iſte admittatur,& ſic ex iure ſibi pro ſolido competenti nullam rationem qualita-
tum Titij habendam arbitror [6], quicquid hîc Bar.ſentiat, ſi tamen ita ſentit alter eſſe ca-
ſus: Quid iuris ſit poſt emolumentum acquiſitum, vt ſi Titius deinde mortuus ſine liberis
proponatur?& Bart.multò magis non eſſe locum huic iuri reſpondit [7] cùm poſt emolumen
tum acquiſitum non ſoleat de iure accreſcendi tractari [8], quod intelligendum niſi emphy-
teuſis paterna ſit:tali enim caſu † frater fratri ſuccedet excluſa eccleſia, ſicut & in feudo ſu 22
prà vidimus [9]. idque non tam accreſcendi quàm repetitæ cõceſſionis iure. Sunt tamen qui
de feudo ad emphyteuſim non valere argumentum exiſtiment, quoniam Hortenſius,&
Catapiſtus auctoritatem condendæ legis non habuêre,ſed ſimpliciter quid in vſu, & con-
ſuetudine feudali eſſet in libello ſuo deſcripſerunt,at conſuetudo ſtrictè interpretari ſolet,
nec ad aliũ caſum trahi [10]. & ſi trahatur [11],nam tamen ad caſum in quo diuerſa ratio ſubeſt
extenderetur,etenim feuda ceu perſonalia ad filios non niſi ex ſpeciali gratia tranſmittun
tur [12],cùm aliud ſit in emphyteuſi,quæ regulariter tranſmittitur [13]. Probat ergo Bartol.id
alia ratione tanquam emphyteutæ filij videantur mortis cauſa capere [14]:at in ea ſuprà vi-
dimus iuri accreſcendi locum eſſe,ſed & hoc non ſat firmum eſt,quoniã in eo quod mortis
cauſa ab iis capitur qui non ſint hæredes,ſuprà concluſimus huic iuri locum non eſſe [15].
conſtat autem hanc emphyteuſim iure hæreditario non deferri,ſed ſecundum legẽ con-
tractus,& ideo ipſo iure deferri nec aliam hæreditatis agnitionem requiri [16], quod Bald.
Alexandérque hîc tradiderunt [17]:verior ergo & certior ratio eſt, vt emphyteuſi paterna
ad verba contractus ſemper attendamus. Et in primis † ſi dictũ ſit, *Stipulor mihi, & filiis* I.
*vſque ad tertiam generationem*. ſatis oſtenditur hac dictione id actum, vt ſemper renouatus cen 23
ſeatur contractus,donec ea generatio finita eſt [18]. Nec me mouet Bald.argumentum, qui
renouari quidem in eiuſmodi perſona fatetur, ſed in alterius minimè [19]. reſpondeo enim
reſpectu patris qui emphyteuſim acquiſiuit videri eandem perſonam,cùm omnes ſint de-
ſcendentes ſui perindéq; eſſe,ac ſi dixiſſet, *Quandiu aliquis ex dicta generatione viuat* [20]. Qua II.
ratione idem eſt dicendum,ſi ſimpliciter, *Liberis vel generationi*. Pater ſit ſtipulatus nomina
enim hæc † collectiua ſunt,& vniuerſalia quẽ vnus ex liberis compræhendentia [21],vt do- 24
nec aliquis ſuperſit dominus nõ admittatur [22],quod Aret. Iaſónque cenſuerunt,nec enim
negari poteſt hanc fuiſſe contrahentium mentem,quæ potiſsimùm hoc in contractu atten
di debet [23]. cùm verba non repugnent. quid ergo ſi conceſsio facta eſt Titio & Seio, pro ſe
& filiis ſuis,& ipſorum filiorum deſcendentibus?& hæc verba indicant ſuos cuique deſcen
dentes ſuccedere:& ideo mortuo Titio abſque filiis eius portionem ad dominum reuerti, III.
quod Bart.hîc videtur ſentire [24]. Cæterùm & ſi dictum ſit †, *Quod, vno fratrum deſcendente* 25
*portio ad alium, vel alios ſuperſtites perueniat*. ſatis eſſe crediderim,ſi filius fratris ſit ſuperſtes, ex-
cludíque dominum,ídque propter mentem contrahentium [25], quauis ex facto Alexander
aliud reſponderit [26]. Sed & ſi dictum ſit,vt poſt mortem omnium emphyteuſis ad domi IIII.
num reuertatur,apud ſpeculatorem veteres concluſerunt,non, niſi omnibus mortuis, ad
mitti dominum [27]. Idẽ ſi dictum eſt, *Poſt mortem eorum*. & ſi qua ſimilia [28], quod (vt dixi) V.
ex mente contrahentium * inducitur:tametſi aliud in fideicommiſſo poſt mortem eorum
reſtituendo ſit,nam cenſetur quilibet reſtituere partem ſuam ſtatim poſt mortem roga- 26
tus [29]. fideicommiſſa enim * à ſola teſtatoris mente pendent at hic contractus non à con- 27
cedente tantum ſed etiam ab accipiente aduerſus concedentem interpretationem reci-
pit [30]. Cæterùm & ſi dictum ſit, *Concedo duobus & cuilibet eorum*. vel, *Vtrique eorum*. vel, *duobus* VI.
*inſolidum*. vel, *vt de vno in alterũ perueniat*. locũ eſſe iuri non decreſcendi Doct.cẽſerunt [31], idq;
non ſolùm à principio,quod indubitatum eſt,ſed etiam poſt acquiſitum emolumentum,
quod hîc pluribus auctoritatibus Iaſ.oſtendit [32]. quod fortè procedit,etiam ſi diſtributiua
non inter primos,ſed inter poſteriores ſit adſcripta, puta Titio & Seio & quibuſlibet eo-
rum filiis:qua enim ratione ad ſolidum vocauit filios,eadem ipſos principales [33]. & ideo
ad mentem hoc in contractu maximè attendimus [34],tamen ſi Anch.hac in re aliter reſpõ-
derit [35]. Sed quid ſi emphyteuſis paterna finita eſſet, verùm eccleſia eam renouaſſet?&
Bar.hîc † tradidit ſecundum paternæ qualitates reuouatam cenſeri,& ideo iuri accreſcen- 28
di locum eſſe. quę ſententia receptiſſima eſt [36], reſponſúmq; extat, in ambiguis faciendam
ſemper interpretationem,vt ex iure antiquo cenſeatur facta renouatio. non ex iure deuo-
luto,quod Alexã.& Corn. tradiderunt [37]. † ídque maximè dicendum,cùm ex verbis cõn-
ceſsionis

1 d.l.fundus ille.
2 Clem.j.de reb.eccle.non alien.j. extrauag. Pauli. eo. tit.
3 l.huiuſmodi.vbi gloſſ.in prin.de leg.j.
4 l. i abſentis.C.ſi cert.pet.
5 l.fundum mihi cùm venderes.de act.empt.
6 d.§.Interdum.d.l.fundus ille.
7 Bar.hîc.& conſi.lviij. Dec.cclxiij.
8 l.aquam.in fin. quemad. ſer.amit. l. ſi minor.de acquir. hæred.
9 d.c.j.de ſucceſſ.fr.
10 l.j.§.ſi quis hoc interdictum. de itine. act.que pri. vbi Bar.
11 Innoc.Butr.c.dilecto.de præb.Felin.c. auditis. verſi. quinta declaratio. de præſcrip.
12 d.§.cũ verò.l. quia tale. ſol.matri.
13 §.emphyteuſim. in aut. de non alien.
14 l. qui pretio. l. mortis. pen.§ ſed & dos. de do.cau. mortis.
15 l.pen.de cond.& demon.
16 c.j. verſ.per inueſtiturã. de Feud. Marchi.vbi Bald.
17 Dec.d.conſi. cclxiij.
18 l. ſicut in annos.quibus modis vſufru.amit.
19 arg.l.qui duos.de procu.
20 c.j.in fi.de duob.fr.à ca. inueſt.d.l.ſicut.
21 Mod.l.gallus.§.j.de lib. & poſthu.
22 l. ſicut.in fi. quod & cuiuſque vniuerſ.
23 l.in conuentionibus. de verb. ſigni.
24 Bald.conſi.ccxliiij.in ij. verba inueſtitura.
25 d.l. in conuentionibus.
26 Alex.cõſi.cciiij.in ij.
27 Spec.tit.de locat.§.nunc aliqua.verſi.lxix. Alexã.hîc. nume.xij.
28 Iaſ. hic. Abb.conſil.ciij. in ii.
29 l Lucius.§.Caio.ad Trebel.l.ſi.§.filium.de leg.ij.
30 d.l. in conuentionibus. l.veteribus.de pact.
31 c.j.de beneſi.fr.c.j. de fr. de nou. ben.d.c.j.de duo.fr. à capit.
32 Bal.c.quæ in eccleſiarũ. de cõſti. Dec.cõſi.cccxxxvij.
33 l pupillus in fin.
34 d.l. in conuentionibus.
35 Anch.ccxlv.ad fin.
36 c.j.de vaſal.decr. ætat.c. j.§.i.de ſucceſ.feudi.
37 Alex.ã.xxx.in pri.iij.in v. Cor.xvj.in pri.



ceſsionis appareret confirmandi iuris veteris cauſa eam eſſe factam,quod Dec.reſpondit [1].
Idémque ſi ipſo iure beneficium non eſſet deuolutum,ſed ſententia declaratoria opus fuiſ
ſet:etenim tunc renouatio non mutat quin antiquum permaneat [2]. Idémque ſimplciter his
28 caſibus,quib.eccleſia ad renouandum tenebatur:hæc * enim renouatio ex neceſsitate iuris
facta nihil mutat [3]. quod Bart.hîc cenſet.& probabile eſt,etiam ſi conceſsioni ſit adiectum,
*Damus, & de nouo concedimus* [4]. Sed quid ſi voluntariè facta ſit hæc renouatio? & videtur be-
neficium nouum tunc cenſeri [5],& dicitur voluntariè facta,quando aliàs non tenebatur ec
cleſia ad renouandum, etiam ſi deinde poſt eam finitam ſe pacto obligaſſet, attenditur
enim prior cauſa [6], quamuis aliter Decius cenſuit [7]. Sed & nouum dicitur, quando noua
qualitas eſſet adiecta,vt hîc Alexand.tradit [8]. quod intelligendum reſpectu earum pactio-
num,quę ad rei ſubſtantiam pertinent [9],vt quia noua perſona ſit adiecta [10], maximè,ſi il-
le adiectus inſolidum cum ſociis ſit vocatus, quod aliqui tradiderunt [11]. Sed quid ſi muta-
tus eſt titulus,vt quia cùm prius eſſet emphyteuſis, per tranſactionem facta eſt renouatio
in feudum?& Decius reſpondit adhuc antiquum beneficium dici [12]. & ius accreſcendi in
29 eo eſſe [13]. Iaſ.contrá [14],quem ego ſequor:mutatio * enim tituli ad ſubſtantiam pertinet [15],&
tranſactio vetera iura perimit [16],maximè ſi hoc expreſſè eſt actum.Sed quid ſi allegetur no
uas qualitates adiectas per errorem?& licet ſtandum ſit primæ conuentioni [17],ſi tamen cõ
muni conſenſu ab ea receſſus ſit,non eſt dubitandum, ei imputandũ eſſe qui conſenſit [18],
niſi quatenus præiudicium inde oriatur alteri [19],vel error ſeu metus probaretur [20]. præſu-
mitur tamẽ id quandoq; vt alibi Bal.cenſuit [21]. Nunquid autem ad huiuſmodi renouationẽ
finita generatione teneatur eccleſia,ambigua eſt quæſtio [22],ſed Bart.teneri cenſuit, aliàs.
enim fieret ſucceſſori iniuria,ſicut & ei fieri lex ait, cui à Principe ius aquæductus conti-
nuandi denegatur [23]. Sed aliud eſt aquam,quæ publica eſt,& quę nullo vſui Principi futura
ſit denegare,aliud rẽ,quę priuati ſit patrimonij,in qua prima charitas à ſe incipit [24]. Exiſti-
mo itaque hanc Bart.ſententiam iure noſtro non probari.quod & Imol.hîc cenſuit,preſer
tim vt eccleſia renouare teneatur:cum lex manifeſtè contrarium dicat [25], quod & Alexã.
hîc tradit.Sed tamen quadam ex æquitate conſtat inualuiſſe eam opinionem, vt renoua-
tioni ſit locus,quoniam probabilis eſt adfectio in re quæ fuit maiorum [26],& quia cum diffi-
culter rectores eccleſiarum meliorationes ſoluere hæredib. velint breuior via eſt ſi renoua
rent contractum [27],& quia idem videmus obſeruari,quando eccleſia concedit precariam
I. ad quinquennium,debet enim ſecundum cõſuetudinem renouari [28]. Vnde infertur † nõ
30 procedere ſupraſcriptam concluſionem,quando eccleſia non alij concedere, ſed ſibi reti-
31 nere vellet [29]. eſt enim ei permittendum,dum tamen hæredibus *. meliorationes (vt dixi)
ſoluat [30]. Nec me mouet Decij reſponſum [31],qui hoc modo eluſoriam fore hanc quæſtionẽ
dixit,cum ſemper eccleſia poterit prætendere ſibi velle retinere, ſed reſponde hoc ex poſt
II. facto diiudicari [32],vt ſi alij dederit,competat cognatis reſciſſoria actio. Quod intelligen
dum arbitror,dummodo intra annũ, & diem à tempore finitæ lineę interpellata fuerit ec
cleſia [33],ne melior horum cognatorum ſit conditio,quàm eorum, qui in inueſtitura com-
prændebantur [34]. alioquin enim renuntiaſſe iuri ſuo crederetur [35]: niſi quatenus conſtaret
eos non petiiſſe,quia perſuaſum habuiſſent eccleſiam ſibi retinere voluiſſe.quo caſu defen
III. di Alexand. ſententia aduerſus Pont. poteſt [36]. Addit Idẽ Pont.nec tunc ius renouan-
di cognatis eſſe,cùm res amplius integra non eſt,vt quia ſtatim aliis eccleſia dederit [37]. qđ
rectè hîc Alexand.improbat [38],ego tali caſu præferendum eum,cui eccleſia dederit, ſi vti-
le dominium tranſtulerit,arbitror [39],ſaluo iure cognatis id quod ſua intereſt petendi, cum
IIII. qui renouare,conductionem tenetur,ad id quod facti eſt teneatur [40]. Sed quanto pretio
32 renouabitur † conductio?& ſimpliciter Doctores dicunt præferendos * deſcendentes,& ſic
33 in pari cauſa ſeu æqualitate pretij [41]. res effecta ſit melior cultura emphyteutæ, vt quia prius
eſſet ſterilis,videntur ſentire pro eodem pretio & iiſdem pactis [42], vt meliorationes aucto-
rum ſuorum deſcendentibus proſint potius quàm eccleſiæ [43],& vt tempus inſpiciatur,quo
V. primùm res in emphyteuſim eſt data [44]. Vnde † infertur in tali renouatione non eſſe ne
34 ceſſariam aliam ſolennitatem,nec eſſe conſtitutioni Paulianæ locum [45], nec videri eccle-
ſiam eſſe læſam,quod Decius reſpondit [46]. cum enim prior conceſsio propter antiquitatẽ
VI. temporis prę́ſumatur valuiſſe, hæc renouatio alia ſolennitate nõ indiget [47]. Sentiúnt-
que Doctores deſcendentes hoſce ad renouationem nõ admitti,niſi ſint hæredes [48], quod
Alexand hîc tradit, tanquam id ius renouationem petendi ſit hæreditarium. quod tamen
Decius [49]. non procedere arbitratur,quando ipſa emphyteuſis hæreditaria non eſſet. ſed
hanc ſententiam non arbitror ſecundum mentem Doctorũ eſſe, qui in emphyteuſi eccle
ſiæ loquuntur [50],quam conſtat in dubio non cenſeri hæreditariam [51]. etenim id ius renoua
tionem petendi ab ipſa emphyteuſi differt [52], & melioramenta hæredi ſunt ſoluenda [53].
VII. Vnde exiſtimarem in caſibus quib.talis emphyteuſis ad extraneos tranſit [54], qualicun
35 que hæredi * hanc renouationem concedendam potiuſquam cognatis,quod Tudiſcus,&
Imol.

1 Dec.conſ.liij. verſicu. iij. Bald.d.conſi.ccxlix.
2 gl. l. qđ dicitur. de imp. in reb.dot.fact. l.peculiũ. §. ſi ære alieno.de pecu.Brun. conſi.lxviij.
3 l.ſi fideiuſſor. §.j. qui ſatiſd.cog.
4 And.de Iſern.d.c.j.de vaſal.decr.ætat.
5 d. c. j. de vaſ. decr.at. vbi And.Iſern.
6 l.qui id qđ.in prin.de dõ.
7 d.conſi.liij.verſi.ij.
8 Deciſ.Neapol.cxij.Iaſ.cõſil.xxiiij.in iij.vol.
9 l.j.§.cum adiicitur.§.e.l. ius ciuile. de iuſt.& iur.
10 d.c.j.§.j.de ſuc.feud.
11 Curt.ſen.cõſi.l.nu.xiij.
12 arg.l.ſi ex parte.C.ſi cer. pet.
13 Dec.d.conſi.liij.
14 d.conſi.xxiiij.
15 l.Iuriſgentium.§. adeò. de pact.
16 c.j.extra.de tranſ.l.iij.in prin.ad l.falc.
17 Dec conſi.clxxxv.
18 c.j.in ſi.de eo q fin. facit.
19 d.§.j.de ſucc.feud.Bal.l. j.C.quãdo nõ pe.par.
20 l. nõ fatetur. de confeſ. vbi Dec.
21 Bal.de pace conſtã.verb. pactiones.
22 Dec.cõſi.cclxiij.Gozad. conſi.lxxxv.nu.xxiij.
23 l.j.§. permittitur. de aq. quot.& æſt.vbi Bar.Dec. cõſil.cclxiij.
24 l.pręſes.C.de ſeru.l.in re mandata.C.mand.
25 §.qđ autẽ.ver.neque illud.in Auth.de non alien.
26 l.ſi in emptiõe.de mino.
27c ſi vaſal.hic finitur l.cor.
28 c.j.extra.de precar.
29 Abb.d.c.bonæ.
30 l.ſenatus.§. Marcellus. vbi Bald.de leg.j.
31 Dec.cõſ.cxxxj. cccxxviij. & ſeq.
32 In authen.vt de cæt. vbi Belui.circa med.Guid. pap. q.ccccxj.
33 c.vnico.§.Titius.ſi đ feu. def.cont.
34 c.j.§.præterea. de prohi. feu.ali.per Fede.
35 c.j.§. ſi.ſi de inueſt. inter dom.& vaſ.
36 Rom.conſi lxx.
37 arg.c.j.de nat.feudi. Roma conſi.lxx.
38 d.§.Titius filios.
39 l.quoties. C.de rei vend.
40 l.ſi pœnam.§.eod.
41 Mod.d.l.j.§.ſi tamẽ res.
42 Caſtr. cõſi.lxiij. videtur dicendũ. Ripa tract. peſtis. nu.ccxxvii.
43 Arg.l.ij.C.de allu.
44 l.ij.& iij.C.de præd. nauicu.lib.xj.
45 extrauag.de reb.eccle.
46 Dec.conſi.cccxxix.
47 c.ij.de feud.
48 glo.d.§.permittitur.
49 conſi.xviij.
50 Bar.d.l.j. de priuil. cred. Anch.conſi.cxxxiiij.ad fi.
51 Alex.cõſ.cxxiiij.Bolog. conſi.xlviij.
52 Anch.d.cõſi.cxxxiiij.in fi.Goza.conſi.lxxxviij.
53 d.§.ſi vaſallus.
54 Dec.c.in pſentia.de pb. l.etiam.ſol.matr.

Imol.ſenſerunt[1]. Addit Iaſ. hanc renouationem non paſsim omnibus cognatis indulgendam, ſed iis tantùm, qui ex linea finita deſcendunt[2], non ſi qui ex tranſuerſali ſint, quod verum arbitror. quia Doctor. loquuntur in deſcendente, finita tertia generatione: & ſic qui in quarta, vel vlteriore ſit. VIII.
Illud conſtat ſi ex vaſalli delicto vel culpa finita ſit emphyteuſis, nullum renouationi * locum eſſe[3], quod omnes tradiderunt[4]. IX. 36

1 cap. ad aures. de reb. eccl. non alien. Mod. l. j. ff. de priuil. cred. Soc. d. conſi. lxxxvj. num. 23.
2 Iaſ. d. conſil. xxiiij in fin.
3 cap. j. ſi vaſ. feud. pr.
4 Bart. l. eum qui. de inter & releg.

S V M M AE.

*2 ☞ Veſtis diſpoſitio ad mulierem porrigitur. 5.*
*6 Veſtem variè accipi.*
*7 Diſponentis ſpectandus vſus.*

§. SI STIPVLATVS FVERO. Significatio * ergo verborum ex eorum proprietate in ſtipulationibus ſumitur, non ſecundum promiſſoris mentem: cùm igitur muliebris veſtis dicatur illa, quæ ſecundum vſum mulierum formam habet, non ideo minùs hoc nomine appellabitur, quod promiſſor & ipſe ea vti conſueuiſſet, maximè cum non poſsint viri ſine vituperatione talibus veſtibus in publico vti[5]. quod & Plato in Dioniſij conuiuio dixit, ὀκ ἂν δυναίμην θῆλου ἐνδῦναι ςολὴν ἀῤῥην δὲ πεφυκώς, ideſt vir ipſe veſtem muliebrem non ſumpſerim. Hincque infertur videri idem eſſe, etiam ſi dictio illa vniuerſalis, *Quecunque*. adiecta ſtipulationi non eſſet. quod videntur ſenſiſſe Accurſius, Dinus & veteres. 1
I. Alij tamen † contrà. vt Iacobus Raphael Alexander qui virtutem hanc vniuerſali dictioni, *Quecunque*. tribuunt[6], quæ * in quolibet particulari debet intelligi[7]. quam ſententiam & ego probo: ne videatur iuriſconſultus cum duntaxat caſum decidiſſe, qui minus dubitationis haberet. 2 3
Nec obſtat quod veſtis proprie muliebris dicatur quæ ſecundũ vſum mulierum formam habet: quia ſi in vſu quoque hominis ſit, non ſimpliciter muliebris, ſed * communis eſt[8], fierétque tunc interpretatio contra ſtipulatorem, tanquam res non eſſet clara[9], & tanquam illi ſit imputandum, qui non perſcrutatus ſit, an ea veſte promiſſor vteretur[10]. 4
II. Quæ ſententia † omnium ferè conſenſu in vltimis voluntatibus procedit, vt, ſcilicet, appellatione veſtis muliebris huiuſmodi non comprætendatur, quam teſtator ſolebat induere[11]. in his enim maximè ad mentem teſtatoris adtendimus[12], & ex viuentis conſuetudine coniicitur, qualis morientis fuerit voluntas[13]. quod in contractibus non eſt, qui ex vtriuſque voluntate declarantur. vnde pro eo ſemper reſpondemus, qui verborum claritate innititur. quod hîc Alber. docet. 5
Sanè illud ſciendum licet iure noſtro veſtis † appellatio generalis ſit, adeò, vt omnia compræhẽdat, quæ veſtiendi, præcingendi, tegendi corporis cauſa facta ſunt[14], ex communi tamen loquendi vſu aliud eſſe. & ideo in materia pœnali appellatione veſtis caligæ non cõtinentur. quod Car. Felinúſque tradiderunt[15]. Adnotant hoc ex reſponſo in primis Doctor. in claris haudquaquam opus eſſe coniecturali ſtatu vel alia interpretatione[16]. 6
Rurſus adnotant dictionem, quæcunque, * vniuerſalem eſſe, & plurimùm operari[17]. quæ concluſiones à copioſis iſtis alibi explicatæ, à nobis conſultò prætereuntur. 7
Poſtremum adnotatu dignius eſt, adpromiſſoris † ipſius conſuetudinem non eſſe adtendendum: quod intelligi debet, quoties verba clara ſunt, ambiguitatémque non habent. aliàs non eſt dubitandum, etiam in contractibus conſuetudinem patrisfamiliàs plurimum poſſe, & in primis ſpectandam eſſe[18]: in his tamen quæ ab eo pendent. Sed hoſce locos generales nos alibi tractauimus. 8

5 l. veſtis. §. muliebriá. de au. & arg. leg.
6 l. baliſta. ad Treb.
7 l. ſi ſeruitus. de ſer. vrb. præd.
8 d. l. veſtis. §. communia.
9 l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ſ. eod.
10 l. qui cũ alio. de reg. iur.
11 l. inter veſtem. de aur. & argent.
12 l. in conditionibus. de cond. & dem.
13 l. nomẽ. §. filio. de leg. iij. l. damnas. de vſuf. leg.
14 d. l. veſtis.
15 Clem. ij. de vita & hon. cler. vbi Card. quæſ. v. Felin. procem. Greg.
16 l. ille. §. cùm in verbis. de leg. iij.
17 l. j. C. de ſacroſan. eccleſ. Iaſ. l. quæcunque. ſ. eod.
18 l. vel vniuerſorũ. de pig. act. vbi Alexã. in apoſtilis. Bal. l. bene. C. de quad. præſ.

SV M M AE.

*1 ☞ Vſus promiſſus ad alios porrigetur. 9.*
*5 Perſona extendibilis, niſi ex cauſis. 6.*
*7 Viro pleraq; conceſſa vxori negari.*

LEX CXI.

SI STIPVLATVS FVERO PER. Qui ſtipulatur ſibi licere † domo vel itinere vti, intelligitur & de coniugis, vel procuratoris ſui vſu ſtipulatus[19]. ſed quénam eſt ratio? & Doctores conſentiunt id eſſe: quia aliàs ſtipulatio ſuum effectum commodè non conſequeretur. 1
Hincque adnotãt ſtipulationem quamuis ſtricti iuris * contractus ſit, interpretationem extenſiuam recipere, quando aliàs effectum cõmodè non haberet[20]. 2
Quod & in ſententia iudicis locum habet. vnde dilatio data reo, * ad eius fideiuſſorem porrigitur: ne aliàs abſque effectu ſit[21]. eadémque ratione in ſtatutis municipalibus, in quibus fit extenſione aliàs ſine effectu ſint[22]: nec enim in eis ſana interpretatio reiecta cẽſetur, nõ ſolùm cùm de damno vitando agitur, (vt 3

19 l. oſſa. de relig.
20 l. j. §. ſi quis ita. ſ. eo. l. ſi quis vni. ſ. rem rat. hab.
21 l. fin. C. de vſur. rei iud.
22 Bartol. l. omnes populi. verſi. quartò quæro ibi. ſine quibus diſpoſitio. ff. de iuſt. & iu.



(vt Bar. cenſuit) ſed etiam ſi de lucro captando[1]. quod argumento legis noſtræ ego arbitror, ſi ſtipulationem hãc ex cauſa lucratiua, vt veriſimile eſt, interpoſitam credamus.
4 Procedit * & in contractu pacis cum inimico conuentæ, includuntur enim & ſocij, ſi abſque illis effectum habere non poſſet. quod Ang. tradidit[2]. Ego interpretationem hanc extenſiuam non eſſe arbitror, ſed potiùs ex vi verborum deſcendere, latiùs tamẽ (vt hîc dicitur)
5 acceptorum: verba enim ſtipulationis de vſu concepta ſunt: at legis † interpretatione, qui vſum ſibi habet, coniugi quoque habet[3]. habet ei quem nomine ſuo mittit[4], ſicut & qui precariò ſibi quicquam impetrat, vxorem quoque & familiam admittere poteſt[5].
I. 6 Vnde apparet, † ſi de ſimplici extenſione agerentur ſecùs eſſe. qua ratione maritus, qui ſibi ſtipulatur, non intelligitur vxori ſtipulatus[6]. imò nec quidem ſi velit, poteſt ei ſtipulari. quod ſuprà adnotauimus[7]. reguláque eſt generalis, perſonam extrinſecus in ſtipulatione ſubintelligendam non eſſe[8]. & licet quandoque extenſio de caſu ad caſum fiat, de perſona tamen ad perſonam non fieri[9].
II. 7 Quid ergo ſi fide publica ſecuritas † Titio conceſſa ſit, vt ipſe cum decẽ equis, ſeu perſonis itémque rebus ſuis venire in ciuitatem poſsit, an vxori quoque cõceſſa cenſebitur, vt ipſa abſque Titio venire poſſet? & Bal.[10], ex facto reſpondit poſſe, idque arg. legis noſtræ, & quia vxor priuilegio viri gaudere debet[11]. ſuadétque hoc coniunctio, quæ inter ipſos eſt, quæ non eſt ſeparanda[12], & quia promiſcuum vſum rerum habent[13]. quam ſententiam & ego ſequor, ſi vxor ea ſecuritate indiguit: quia propter virum & ipſa eſſet eiecta[14], quod ſi crimine proprio extorris eſſet, verior videtur cõtraria opinio: ne princeps executionem ſententiæ in maritum ad tempus ſuſpendens alius quoque criminis, aliúſque perſonæ executionem diſtuliſſe videatur[15].
III. Sed quid ſi maritus ſtipulatus eſſet ſibi ire agere licere? & tali caſu nec vxorem, nec quenquam ſtipulatoris nomine vtentem contineri Ray. Pet. Alber. exiſtimarunt: quoniam hæc ſtipulatio meri facti perſonalis eſt[16]. vnde conſequens eſt, vt idem reſpondendum ſit, quotieſcunque vſus eſſet ſtipu-
8 lator verbis, quæ merè perſonalem diſpoſitionem facerent[17]. qua de re ſuprá. In vltimis * tamen voluntatibus latior ſumeretur interpretatione videatur teſtator duram ſeparationem iniunxiſſe[18]. ſed & in contractibus, ſi quis ire agere licere ſibi & vxori Titiæ ſit ſtipulatus, probabile eſt Semproniam quoque admitti, quam, defuncta Titia, ſtipulator vxorem
IIII. duxerit[19]. qua tamen in re ampliùs deliberandum eſt.
9 Sanè dubitandum non eſt, eum, qui † vſum domus habeat, non vxorem tantùm, ſed & amicum introducere, hoſpitémque recipere poſſe, ídque, etiam inuito domino, vel ſocio[20]. quod Accur. ex facto conſultus intellexit, etiam ſi lege municipali pœna infligeretur ei, qui abſque habitatoris volũtate domum ingreſſus eſſet. Poterit enim, altero ſociorum vocãte, ingredi: licet alter vetet. & quãuis aliàs potior ſit prohibentis conditio[21], tamen hoc caſu ſecùs eſt, quo ſocius ad vſum vocat ipſi domui conuenientem[22]: alioquin nec ſocius quidem videretur vti, ſi ſolus Timoniano more habitare cogeretur[23]. quod eóuſque verum ego arbitror, vt etiam ſi is, qui vetat, vxorem pulchram habeat, Zelotypúſque ſit, ducere ſocium nihilominus poſſet. nec enim ideo vti minùs iure ſuo debet[24]. Imputet ergo ſibi Zelotypus, qui ad diuiſionem non prouocet, vel in tutiorem locum non tranſeat, quod & Bal. cenſuit[25]. Non poſſet tamẽ (inquit Ang.) ſocij inimicum introducere, ſicut nec perſonam inhoneſtam[26], qua tamen in re plurimum ad qualitates perſonarum adtendendum eſt[27].

1 Bar. d. l. omnes populi. q. vj.
2 l. quæ religioſis. de rei vẽdi. vbi Ang.
3 l. cæterarũ. de vſu & hab. l. pen. de ſer. leg.
4 l. ij. & ſeq. eo. ti.
5 l. pen. de preca.
6 l. multùm. C. ſi quis al. vel ſibi.
7 l. ſtipulatio. §. alteri. ſ. e.
8 l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ſ. eo.
9 l. Titius. in prin. de lib. & poſth.
10 conſi. ccccxiiij. in v.
11 l. ij. in fine. de epiſ. & cler.
12 l. cum ſcimus. de ag. & cen. l. cum quis. de dolo.
13 l. j. rerum amot.
14 l. non plures. vbi Bal. C. de ſacroſan. eccleſ.
15 l. ſi vnus. §. ante omnia. de pact. c. ſuper eo. de off. de lega.
16 §. ſed cum factum. inſt. de ſtip. ſer.
17 l. ſtipulatio iſta. verſi. ſed ſi ſe. ſ. eo.
18 d. l. pen. de ſer. leg.
19 arg. l. tale. §. fi. de pactis. l. filiæ. §. fi. de cond. & demon. Alex. conſi. clxxj. in ij.
20 l. nõ aliter. de vſu & hab.
21 l. Sabinus. com. diuid.
22 l. ſi ædes. eod. tit. l. arboribus. §. nauis. de vſufru.
23 c. grãdi. de ſup. neg. prælat. lib. vj. verbo, cum omnibus ſuis. vbi Corſ.
24 l. qui vtitur. de reg. iur.
25 Bal. l. j. C. qui teſta. fac.
26 glo. d. l. non aliter.
27 Alber. d. l. nõ aliter. Bal. l. ædem. C. loc.

S V M M AE.

*1 ☞ Futuri duplicis effectus.*
*3 Futuri ſimplicis, & exacti diſcrimen multiplex. 5.*
*4 §. Augerius. ſenſus.*
*6 Variare ex cauſis non licere: in vltimis voluntat. contrà. 8.*

LEX CXII.

SI QVIS STIPVLATVS SIT, STICHVM, AVT Pamphylum. Stipulator ergo, qui electionem * ſibi per futurum ſimplex reſeruauerit, vſque ad litis conteſtationem variare poterit, ſecùs ſi futuro exacto, vſus ſit. 1
Sed quénam eſt ratio. & cùm hîc dicatur ex vi verborum hoc induci, accipiendus eſt hic ſermo à Grammaticis[28], ex quibus Pomponius futurum (inquit) duplex eſt: † vnum, quod rem in futurum gerendam ſimpliciter ſignificat, alterum quod exactum vocatur, quia ex præterito quoque mixtũ eſt[29], vt videro, abiero, fecero, & ſi qua ſimilia ad ſubiunctiuum modum pertinẽtia: quod genus græci non habent, ſed pro eo vtuntur participio præteriti cum futuro verbi ſum, vt ἐγραφὼς ἔσομαι ſcripſero, ἐγνωκὼς ἔσομαι cognouero, δεδειχὼς ἔσομαι monſtrauero. quod & Martinum arbitror ſenſiſſe, cuius verba Accur. vtpote in re ad alienum ſtudium pertinente, non ſat àſe intellecta malè recitat. Addunt noſtrates formari exactum id futurum à præterito indicatiui, & ideo rem præteritam perfectámq; ſignificare[30]. cùm ergo ſemel facta electione res perfecta 2

28 Doct. l. j. ſi cer. pet.
29 l. verbum erit. de ver. ſig. l. Plotiana. de iu. cod.
30 arg. l. ſcribit. §. item ſcribit. de au. & arg. le. vbi Bar.

perfecta ſit,ampliùs variatio non admittitur.quod ſecùs eſt, cùm ſimplici futuro quis vſus
eſt[1].habet eñ tractũ,vt quandocũq; variare poſsit,niſi quatenus lex hãc poteſtatẽ certa ali
qua ratione reſtrinxerit[2]. Hı́ncq; cõſequens eſt, vt non ſolùm cùm verbo, *Voluero*.vſus ſit
teſtator,ſed etiã ſi alio verbo præteriti perfectíque tẽporis cõpræhenſiuo, vt *Voluiſſem*,ſeu
*Vultum habebo*.id ſit reſpondendũ,variationémque non permittendã:ſecùs ſi perfectionem
temporis non reſpiciat,ſicut Volam,Velim,Vellem[3].quod hîc Iaſ.oſtendit. Nec†hac tã- I.
tùm in quæſtione vtilis hæc eſt Iuriſcõſulti noſtri diſtinctio,ſed & in aliis plurimis caſibus. 3
veluti in eo,quẽ ſupra attigimus,cùm diximus in obligationibus,quæ conſenſu cõtrahun-
tur,promiſsionẽ hac conditione,*Si voluero*.factã,ſi promiſſor deinde declaret ſe velle, con-
feſtim vtilẽ eſſe[4].ſub hac verò,*Si volam*.vtilem ſtatim non eſſe,quia arbitrio ſuo dum viuit
variare poteſt:poſt mortem ergo tantũ,hæres incipiet efficaciter teneri[5]. Nã & alibi Iu- II.
riſconſultus ei cui ſucceſsio ſub hac cõditione,*Si filius non volet eam ad ſe pertinere*.delata erat
ius facit,vt in parte per in integrum reſtitutionem à filio repudiata ſuccedere propter ex-
tenſiuorũ verborum vim poſsit [6],cùm tamẽ regulariter pars per in integrum reſtitutionẽ
repudiata nõ proximiori,ſed fiſco applicetur[7]. Huc pertinet & qđ alibi dicitur,vt ſi ver- III.
ba alienationis prohibitiua per futurũ ſimplex concepta ſint,valeat prohibitio,ſi per futu
rum exactũ,puta,*Si alienauerit*.non valeat[8], tãquã in eũ caſum diſponat teſtator,quo res nõ
ſit ſua,quia alienatio iã perfecta ſit[9]. Nec iis abſimile eſt, quod legatis eius vini ampho- IIII.
ris,*Quod ex fundo Semproniano natum erit,ſeu natum eſſet*.ſi non eo anno natũ fuerit,non debebi-
tur[10].quòd ſi verba ita conciperentur,*Quod ex fundo Semproniano naſcetur*. ex vbertate aliorũ
annorum ſupplebitur[11].quod & in eo reſponſum eſt,qui x.pondo olei, cũ natum eſſet,ven
didit[12]. Qua ratione & Sceuolæ reſponſo traditum eſt,conſtituendam†eſſe differentiã, V.
an quis promiſerit quod fratrem ſuum debere conſtabit,an verò quod conſtiterit,ſeu cõſti 4
tiſſet,hoc enim caſu,niſi,viuente patre,conſtet,non committitur ſtipulatio [13].Addit Paul.
Caſtrenſis ea forma quod conſtiterit,cenſeri promiſſum,quod ex cauſa præteritũ tempus
reſpiciente dũtaxat ſit debitum illa verò quod cõſtabit etiã omnẽ futuri temporis cauſam
compræhendi vſq; ad ipſam probationẽ.qua tamen in re alij aliter. Iis quoque accedit VI.
quod† legatum filio,*Cùm pater morietur*.conferendum eſt,tanquã,viuente patre, quæſitum, 5
ſecùs ſi concepta ſint verba,*Cùm mortuus eſſet*. acquiſitio enim tunc tranſacta duntaxat pa-
tris vita fit[14].tametſi etiã poſt mortẽ huiuſmodi verba interpretatione legis extenſionem
quandoq; ſeu tractum aliquem habeant puta in diem petitionis [15], vel deſtituti teſtamen-
ti[16]. Ad ſuprâdicta etiam pertinet quod alibi Doct.tradiderunt,vt,ſcilicet,plurimũ refe VII.
rat,quomodo clauſula codicillaris cõcipiatur,*Si non valuerit iure teſtamenti* &c. an verò *Si non
valebit*. poſteriore enim formula ei caſui ſolùm prouiſum cenſetur, qui ex poſt facto tabu
las infirmat,priore verò etiã illi qui ex cauſa præterita[17]. Sanè & qui,iis verbis cõtrahit, VIII.
*Emam fundum*.non dicitur emere[18].ſed qui aliter concipiat verba,*Erit mihi emptus fundus*. pu
rè emiſſe videtur[19].Non parũ enim ij loquendi modi inter ſe differunt, *Neque defenderetur,
neque defenſus eſſet*[20].*ſi faciam,ſi factum habebo*[21].*ædem faciendam vel ædem factam habendam*[22].& ſi
qua ſimilia,quæ frequentius etiã in ſermone vulgari occurrunt,& ideo diligenter adnotan
da. Vnde & fuere,qui cenſuerint:licet poſt dilationẽ ad probandũ cõceſſam locus adhuc IX.
iuramẽto ſit in probationis ſupplemẽtũ[23],itémq; poſsint,adhuc examinari teſtes qui in ter
mino iurauerint.tamẽ ſecùs eſſe,ſi dilatio ſimul ad probãdũ probatúmq;habẽdũ data ſit[24].
talia eñ verba perfectionem ꝓbatiõis requirũt.ꝙ & Ang.tradit[25].quæ de re alibi diffuſiùs.
DONEC IVDICIVM DICTET. Ideſt,actionẽ[26]:quod intelligunt Docto.
per litis conteſtationẽ. Sed cur†poſt iudicium acceptum,ſeu litem conteſtatam variare I.
ampliùs non poteſt.atqui contrariũ videbatur dicendũ,ne litis conteſtatio ipſi actori obeſ- 6
ſet[27].& Raph.Beſ.Iaſ.aiunt:quia per conteſtationẽ*litis quaſi contrahitur [28], vúltque lex 7
in ea deduci rem certam,vt & certa ſententia ſequi poſsit[29],meritò variationi locũ nõ re-
linquit,ſicut nec purgationi moræ[30]:quæ & ipſa quadã variatio eſt.Addũt Bar.Alex.cæte-
ríque futurũ id dãnoſum reo,qui iã defenſiones præparaſſet,ſi,mutata electione, nouas &
ipſe exceptiones præparare cogeretur.quæ ratio nõ ſat probabilis eſt:cùm eadem ratione
nec ante conteſtationẽ quidem permitti debuiſſet variatio[31],& ſatis cõſultũ ſit reo per im-
penſarũ condẽnationẽ,quã omnino ille præſtat,qui variat[32].Nec verum eſt conditionem
actoris litis conteſtatione fieri deteriorẽ:quia variare ampliùs nequeat:natura enim obli-
gationis hoc facit,ſecundum quam ille contraxit,vnde deterius dici nõ poteſt,quod à prin
cipio ita actũ eſt. Sed nónne videtur hodie lege Iuſtiniani hæc noſtra corrigi, qui non ſi-
nit amplius ab actione ſemel propoſita deſiſti[33],ſed ad finẽ vſq; litẽ exerceri iubetur? verũ II.
reſpondent omnes aliud eſſe in deſiſtente,quod fruſtratoris eſt,aliud in variante ex facul-
tate ſibi iure cõceſſa,qui nihilominus litem exercere dicitur. Sed rurſus obſtat: qui vnũ III.
eligit, ſi ab ea electione recedat,nónne videtur tacitè cũ reo paciſci,ne illũ petat[34]?at nos
habemus pactum rem alternatim debitam nõ petendi,ad aliam quoque trahi,ſícq; omni-
no

1 gl.l.hæc vẽditio.in princ. de cont.emp.
2 l.filij.§.j.ad Tertul.
3 l.ſi is,qui.de procur.
4 no.l.ſtipulatio non valet. ſ.eo.
5 l.ſub hac.ſ.tit.j.
6 l.j.§.ſi quis adita.ad Tertul.d.l.filij.§.j.eo.tit.
7 l.fi.ſ.de ſucceſ.edi. Doct. Rub.C.de ſucceſſ.ed.
8 l.ſtichus.vlt.de man.teſt.
9 Bar.l.filiusfamilias.§.Diui.de leg.j.opp.pen.
10 l.v.de vino trit. oleóque leg.
11 l.ex eo vino.eod. tit.l.inter ſtipulantem. §. ſacram. ſ.eod.
12 l.ſi debitor.§.veriſsimile.de contra.emp. Felin. c. ad hæc de reſcrip.
13 l.qui Romæ.§.Augerius. ſ.eo.vbi Bar.
14 gl.l.j.§.ſi emancipato.de col.bono.
15 l.j.ſ.vnde leg.
16 l.ſi quis poſthumos.pen. reſp.de lib.& poſth.
17 Barto.l.j.q.vij.de iu.cod. Bal.l.fi.C.de cod. Dec. conſi.ccxlij.
18 glo.l.in bonæ fidei. de eo quod cer. loco.
19 l.cũ ab eo.de cont.empt.
20 l.ij.in fin.ex quib. cau.in poſſ.
21 l. j. §. hoc interdicto. ne quid in lo.pub.
22 l.qui inſulam.§.pe.loca.
23 Iaſ.repet. l. admonendi. ſ.de iureiur.
24 Doct. c.j.§.ij. de except. in vj. & c. licet cauſam. vbi Dec. de probat.
25 Ang. l. Antiſtius.de acq. hæred.
26 l.ſi ſeruus.ij.de nox. l.nõ diſtinguemus.§.illud.de arbitr.
27 l.non ſolet.de reg.iur.
28 l.iij.§.idẽ ſcribit.de pec.
29 §.curare.Inſt.de actioni.
30 l.ſi inſulam.ſ.eo.
31 l.j.ſ.de eden.in princ.
32 l.ædita.C.de eden.
33 auth.qui ſemel.C.quom. & quando.iud.
34 l.poſtquã liti. C. de pact.



no reum liberari[1].Sed reſponde,ex natura oligationis in caſu noſtro id agi,vt quamuis ab
vno deſiſtatur,non tamen in alio liberatio contingat[2],aliàs hæc,nõ variatio, ſed renũtia-
tio totius obligationis eſſet.qđ Bar.Raph.& Iaſ.tradiderũt:licet Imol.Alex. & Aret. nodũ
in ſcirpo quęrãt diſtinguentes, an electio promiſſoris,an rei ſit.quæ diſtinctio non ſat hoc
IIII. caſu procedit[3]. Cæterũ† & illud obſtat,quòd ſi teſtator ſtichũ,aut Pamphilum,vtrũ Ti-
8 tius volet,legauerit,ſtatim per electionẽ ius variãdi permittitur [4]. Sed reſpondẽt veteres
aliud in contractibus,aliud in vltimis voluntatibus eſſe,ſed quæ eſt ratio differentiæ.& Ac
curſ.ait,quia,facta electione,ſtatim dominiũ in legatariũ tranſit.conſtat autẽ electionem,
quæ executionẽ ſecũ trahit,inuariabilẽ eſſe[5],ſícque apparet ideo variationem prohiberi,
quia dominiũ trãſiit,non autẽ(vt hîc Bar.præpoſterè)cenſuit,ideo dominiũ tranſire,quia
variatio ſit prohibita:niſi hæc adeò & indiuiſim coniuncta eſſe dicamus,vt nõ referat,quid
prius,aut poſterius inductum ſit[6].Sed quid ſi hæc electio executionẽ ſecum non trahat?vt
quia quantitas,vel res alienæ alternatim[7].legatæ ſint ſub conditione,*Si legatarius volet*? &
idẽ eſſe.nec futurũ indicans à ſubiunctiuo diſtingui,ſed ſtatim conſumari electionẽ pleri-
que exiſtimarũt[8].idque fauore vltimarũ voluntatũ quas intereſt in ſuſpenſo diu non eſſe,
ſed quã primùm executioni mandari[9].quæ ſententia ambigua eſt:cùm enim verbũ, *Volet*.
ex proprietate ſermonis tractũ habeat,videtur teſtator id iuris legatario cõceſsiſſe, vt va-
riare poſsit:vnde ex mente teſtatoris non eſt dubiũ vltimas volũtates ſuſpendi[10],& in du-
bio à vi verborũ recedendũ non eſt[11],ſicut nec à regula, qua traditũ eſt de cõtractibus ad
vltimas voluntates valere argumentũ [12].maximè cùm eandẽ diſtinctionẽ in diſpoſitioni-
bus quoque legalibus fieri videamus[13]:quibus vltimæ volũtates ſolẽt æquiparari[14].hánc-
que ſententiã & Ang.& Pau.Caſt.[15].& Iaſ.probauerunt,ne aliàs apud Aufidiũ relata ratio
imperfecta videatur.qđ & ego probo.Nec me mouet,qđ ſi pater filiũ inſtituerit, *Si volet*.nõ
poterit filius variare poſtquã ſemel hæreditatẽ adiuerit,nec locũ ſubſtituto facere[16]: quia
9 prima aditio*executionem ſecum trahit:cùm qui ſemel hæres eſt,non poſsit iure cõmuni
deſinere eſſe hæres.tali enim caſu ratio apud Aufidium ſcripta locum habet.
POTESTATEM HABEBIT. Sed nunquid idẽ ſit in electione tacita? verbi
gratia,qui ſtipulatus erat decẽ,aut ſtichũ,vtrũ voluerit,receperat quinque, quo caſu ſum-
mã,non autẽ Stichũ tacitè videtur elegiſſe,nunquid mutare poterit? & receptũ eſt nõ poſ-
ſe[17],legíſque noſtræ locũ adhuc eſſe.qua de re alibi diffuſiús[18]. Sed quid ſi vna ex rebus al-
ternatim debitis perierit, an adhuc licita erit variatio?& reſponſum eſt eſſe reſpectu æſti-
mationis.quod alibi quoque videndum [19].

SVMMAE.

2 ☞ *Qualitate condemnatio regulatur.*
3 *Satiſdandi promiſſionem variè accipi. 7.*
4 *Promiſſione futuri obligamur.*
5 *Fideiuſſio non idonea plerunq; liberat.*
6 *Fideiuſſionis cauſa.*

1 §·SI QVIS ITA STIPVLATVS FVERIT. Promiſsio ergo ſatiſdãdi* fa
2 cti eſt[20]:& in id quod intereſt committitur. Id autem ex qualitate†principalis promiſſoris
perpenditur,ſecundũ quam quãdoque in totũ,quãdoque particulariter,aliquãdo. & in ni-
hilũ fit condẽnatio.Hı́ncque adnotari põt,ſi promiſerim me pro centũ au reis ſatiſdaturũ
3 hoc†ſignificari,qđ fideiuſſorẽ eius ſummæ tibi dabo.quæ ſententia certiſsima eſt:cum iam
ego eã ſummã tibi deberẽ,ídq; ageretur,vt tu ſecurior fieres.Sed ſi alius tibi debebat, egó-
que pro ea ſumma dixiſſem me ſatiſdaturũ,videretur hæc verba quamuis futuri temporis
interpretãda, tanquã ſi in præſentia dixiſſem me ſatiſdare. quo caſu tanquã fideiuſſor vi-
4 deor intercedere,& ſic ad certũ obligari[21].nã†quoties aliquis contracturũ ſe promittit, &
tẽpore promiſsionis nihil repugnat,quin perfici contractus ille promiſſus poſsit,vt quia ſo
lo conſenſu abſoluatur,talis promiſsio contractũ illũ inducit, vt adnotat Areti. Vnde qui
promittit ſe pignori daturũ,eo ipſo cõſtituere videtur pignoris obligationẽ[22].& ſi quis pro
mittit ſe obligaturũ ad decẽ confeſtim ad illa tenetur,& conueniri,circuitus euitãdi cauſa
põt,qđ Io.And.cẽſuit[23].& qui ſpõdet ſe hæredémq; ratũ habiturũ,eo ipſo ratum habere in
telligitur[24],licet quantũ ſit cõtrauentionis,quæ de facto fieret reſpectu cõmitti in futurum
pœna poſsit[25].ſic & qui paciſcitur ſe Titio centũ donaturũ iã tũ donare videtur[26],cõueni-
ríque cõdictione ex lege Iuſtiniani põt.qđ aliqui tradiderũt[27],& qui promittit ſe liberatu-
rũ,tũc liberare intelligitur[28],qđ propter liberationis naturã eſt.ſed tamẽ in cõtrariũ facit,
qđ Accur.hîc notat,quẽ omnes ſequũtur, dũ legẽ noſtrã procedere intelligit etiã ſi quis il-
lis verbis pro eo promittat,qđ alius debet:videtur enim de alio fideiuſſore promittere,quã
de ſe.& generalis regula eſt in cõtractibus verba futuri tẽporis ad præſentẽ obligationem
nõ produci[29].Nec enim qui de futuro loquitur,de præſenti egiſſe videri põt nõ debet ergo
præter cõtrahentiũ mẽtẽ induci obligatio[30].neq; obligatio,quæ futuri facti eſt,ad præſentẽ
dationẽ referri:cùm ſemper rei promittendi interſit ad factũ potius teneri,cũ ea obligatio



1 l.ſi vnus. §. ſed ſi ſtipulatus.de pact.
2 d.§.ſed ſi ſtipulatus.
3 Doct.d.§.ſed ſi ſtipulatus. ver.ſed ſi generaliter.
4 l.huiuſmodi.§.Stichum. de leg.j.l.ſtatuliberũ. §. Stichum.de leg.ij.
5 l. apud Aufidium. de op lega.
6 glo.l. Pomponius.§.rati. de proc.
7 l.ſi tibi homo.§.ſi fundus. de leg.j.l.Papinianus.de ſeruitu.
8 Pet.Din.Rain.Bar. Albe. cæteri.
9 l.vel negare.quemad. teſta.aper.
10 l.vſusfr.ſ.tit.ij.
11 l.nõ aliter.de leg.iij.
12 l.ita ſtipulatus.ſ.eo.
13 d.l.filij.ad Tertyl.
14 glo.l.j. C.de his quib.vt indig.
15 Ang. & Paul.l. ſerui electiõe. de le.j.Iaſ.d. §.ſtichũ.
16 gl.l.iam dubitari.verbo, velut.in fin.de hær.inſt. vbi Din.Ang.Imo.
17 l.cum debitore.in fi.cum glo.j.rem rat.hab.
18 Alex.l.ij.§.j.ſ.eo.
19 l.ſtichũ.in prin.ſ.de ſolu
20 l.ſi pœnã.vbi not.ſ.eo.
21 l.vbi autem. §.& adhuc occurrit.ſ.eo.
22 l.j. de pig.act. vbi Aret. argu.l.ſi creditoris. C.de fideicom.
23 dominus teſtamento. de cond.inde.vbi Iaſon.
24 l.iiij.§.cato.vbi Mod.ſ. eod.
25 gl.l.id quod pauperibus. de epiſc.& cler.C.
26 gl.§.aliæ.verbo,manifeſtauerit.Inſt.de dona.
27 Bar.l.iuriſgẽtiũ. in prin. de pact.l.ſi quis argentũ.in prin. vbi Ang.de don. C.
28 l.ſi intra.de pac.d.l.ſi creditoris.
29 l.verbum oportebit. de verb.ſig.vbi dixi.
30 l.nõ omnis.ſi cert.pet.

laxior ſit[1].& ideo ſolent dicere Doct.aliud eſſe venditionē, aliud vendendi promiſsionē[2].
nec quicquā ratio circuitus euitandi facit,cui non eſt locus, quoties contrahentiū intereſt
circuitum ſeruari[3].vnde deciſio illa Aretini,itémque alia Io. And.non ſat iure noſtro pro-
babiles ſunt [4], niſi cum reſpectu ſolius effectus verba futurum reſpiciant, ídque actum
inter partes ſit.receptiórque videtur eorum ſententia, qui promiſsionem in futurū donan
di cenſuerūt à donatione diſtare [5]. An verò ob eā condictionē ex lege agi poſsit,alibi à me
diſputatum eſt.crediderim ergo ſuprà ſcripto caſu in dubio interpretandū,vt is tanquā fi-
deiuſſor non teneatur.duntaxátque limitandam legem noſtram eo caſu, quo conſtaret id
actum eſſe, vt iſte fideiubeat, putà quia verbis præſentibus dixiſſet, *Pro centum aureis ſatiſdo.*
tunc enim non ad id quod intereſt,ſed ad certum† teneretur [6]. Addit Accurſius nec tunc 5
ad id quod intereſt teneri, imò in nihilo obligari eum, qui fideiuſſorem dederit non ido-
neum,ſi creditor ſcienter eum acceperit[7].videtur enim ceu idoneū approbaſſe [8]. Qua ra-
tione & qui promiſit,quòd faceret,vt Titius fideiuberet,ſi fecit,liberabitur.tametſi Titius
ſoluendo non ſit [9].

NISI QVOD PLERVNQVE. Quamuis ergo aliquis ſit locuples & ſoluen
do,mea tamē intereſt habere fideiuſſorem obligatum, ſi fidem ipſius†principalis ſuſpectā 6
habeam,vt quia difficilis,& moroſus ſit ad ſoluendum,quales antiqui Tricones vocabant
ideſt,qui tricas,& litigia ingerunt,ne ſoluant[10]:vel quia executio in illum eſſet difficilis,ve
luti ſi præſidium aliquod,vel arcem inſideret,vnde non niſi magna coacta manu, & mura
libus machinis deiici poſſet[11].ſed quomodo iis caſibus æſtimabitur hæc vtilitas, quòd fide-
iuſſorem habeam?& Bart.eleganter cenſuit, quanti talis actio vendi poſſet [12]. ſed videre-
tur generaliter noſtra ſemper intereſſe,vt fideiuſſorem habeamus,tum quia non parum re
fert plures habere obligatos[13],tum quia poſſet principalis mori & hæredem relinquere( vt
Plautus in Pœnulo inquit)comitialem ,ideſt, qui ſemper in foro, ſeu comitio ſit litigandi
cauſa[14],tum quia poteſt quis quamuis opulens effici inops, ídque mille fortuitis caſibus [15].
Verùm reſpondendum eſt hanc vtilitatem à principio non perpendi æſtimaríue, ſed tum
demum,cum caſus ille euenit,quod hîc Barto.cenſuit,& alij probant[16].ſanè adnotant hîc
Doctores aliquem cenſeri idoneum non ſolùm facultatibus, ſed etiam fide. vnde cenſuit
hîc Caſtrenſis.fideiuſſorem dici idoneum,qui magnæ fidei ſit,licet tenuis facultatum, &
talem aduerſus eum,à quo reprobetur,agere iniuriarum poſſe[17].quam ſententiam Alexā.
Are.Iaſ.rectè improbant.Ego,quoties†lex ſatiſdationem requirit,arbitror de fideiuſsione 7
idonea facultatibus intelligi[18],nec ſufficere magnam fidem,cùm mori ille poſsit, & hære-
dem improbum relinquere,cùm & aliqui fidem in modicis ſibi præſtruant, vt maiore præ
mio decipiant.qua tamen in re ad verba legis reſpiciendum eſt.quid enim, ſi præciſe ſatiſ
dationem non requirat,ſed cauſa cognita ſatiſdandum dicat [19]. quid, ſi alternatim aut ſa-
tiſdet, aut caueat,ſcriptum ſit[20]?tali enim caſu ſi perſona ſuſpecta nō ſit,ſufficit nuda*cau 8
tio[21].quid ſi lex non ſimpliciter fideiuberi mandet,ſed adiecta conditione,*Si minor facultati-
bus ſit*[22].certè tali caſu locuples non ſatiſdabit. quid item cùm lex fideiuſſorem requirat ſi
præſtari poteſt?ſi enim non poſsit,traditum eſt ſufficere iuratoriam cautionem[23].qua de re
alibi.Illud tamen ſciendum,quamuis iudex ſatiſdationem ex forma legis accipere debue-
rit,nihilominùs excuſari,ſi à locuplete non acceperit[24].cuius rei illa eſt ratio,quia non in
tereſt creditoris,cùm exigere à principali poſsit:ſecùs ergo,ſi non poſſet.

1 l.ſi pœnam. ſ.eod.l.ſi quis ab alio.de re iud.
2 gl.l.in bonæ fidei. ſ. de eo quod cer.lo.
3 l. ſi vſuſfructus mihi. ſ. vſuſfr.quemad.ca.
4 Dec.l. ſeruum tuum imprudens.ſi cer.pet.
5 Alex.d.l.iuriſgentium.in prin.de pact.
6 d.l.vbi autem.§.ij.
7 l.iij.de fideiuſ.in fine.
8 l.inter cauſas. §.habeſſe. mand.
9 arg.l.qui autem.§. ſed & ſi quis.de conſt.pec.
10 l.eum,qui.in fi. de in di. ad.
11 l.ij.in prin.qui ſat.co. vbi not.
12 l.j.§.ſi hæres. ad Trebel. Bar.ſ.l.proxima.§.fin.
13 l.iiij.in fi.de lib.leg.
14 l.generaliter.in prin.C. de re.cre.
15 glo. ij. verbo, non cogitur.ſol.mat.
16 Rapha. Com.conſil.l.ij. Titius.
17 l. ſi verò. §. qui pro rei. qui ſat.cog.l.ſi creditor.in fine.de priu.cred.
18 l.ij.vbi Doc.qui ſat.cog. l.pen.C. de murileg. lib. x. Felin.c.ad noſtram.ſ.de iureiur.
19 l.legitimos.de leg.tut.
20 l.j.cum glo.de rip. munien.
21 glo.l. pen.in glo.pen.de pet.hær.
22 l.quicūque.ij. C.de fun. pat.lib.xj.vbi Bar.l.de creationibus. C.de epiſc.aud.
23 auth.cui relictum. C.de indicta vid.tol.
24 l.j.§.ſi magiſtratus. vbi Bal.de ma.conuen.gl.l.mulier,C.de iur.dot.

SVMMAE.

1 *Pœnā non,niſi prorogatione voluntaria,tolli. 9.*
2 *Arbitratu meo, variè accipi. 3.*
5 *L. Cùm ſtipulatus. ſenſus. 10.*
6 *Pœnam non, niſi lapſa die, deberi.*

LEX CXIII.

CVM STIPVLATVS SIM MIHI, O PROCVLE. Con
ſuluit quis † Proculum Iuriſconſultum, an qui promiſit opus ante calen- 1
das Iunias facere ſub pœna,prorogato tēpore,euitet pœnam:cui ille epi-
ſtolarum libro ſecundo reſpondit,plurimum intereſſe, an prorogatio ex
neceſsitate facta ſit, vt quia quo tempore facta eſt, conſtabat ante calen
das Iunias opus perfici non poſſe,& tunc pœna non euitatur: quia vide-
tur ſtipulator tempus prorogaſſe, non vt ius pœnæ ſibi acquiſitum remitteret [25], ſed quia
opus vellet perfici:an verò prorogatio eo tempore ſit facta, quo potuit adhuc in tempore
opus perfici, & tunc pœna non committitur:quia merè voluntaria eſt [26], vt ego interpre-
tor, vel ( vt Barto. ) quia adhuc mora facta non eſt: et vbi mora non eſt, ibi nec pœna
quidem comitti debet.difficilis autē ſcabroſúſque hic eſt cōtextus,opinor,quia compilato
res aliquid de Proculi epiſtola mutilauerint,dum,ſcilicet,breuitatem adfectabant.

SI OPVS ARBITRATV MEO. Hæc verba, *Arbitratu meo opus fieri.* propriè
ad formam † operis pertinent,quia debuit ſtipulator ipſi ædificanti prædicere, qua forma 2
velit

25 argu.l.rem legatam. de ali.leg.
26 arg.l.ſi fideiuſſor.§.j.qui ſat.cog.



velit opus fieri [1].& cùm circa hoc non dubitetur,præſupponit Iuriſcōſultus formam ipſam
I. prædictam promiſſori fuiſſe[2]. Differúntque ſupràſcripta verba ab illa conceptione,*Ar
bitratu meo opus probari*:quoniam tunc non ante opus factum quicquam prædici, ſed dunta-
xat poſtquam effectum eſt approbari ſignificant [3]. cùm ergo præſupponamus certam for-
mam iam prædictam fuiſſe,nihil refert quod ſ.dicitur pœnam committi,etiam mortuo eo,
qui arbitrari debuit:ſatis enim eſt ſemel eum arbitratum fuiſſe[4]:ſecùs ergo videretur, ſi ni
hil vnquam declaraſſet,ſeu arbitratus foret[5]:nec eſſet conſtituenda differentia.an in arbi
trium domini,an in arbitrium tertij res collata eſſet[6].Sed tamen Bart. differentiam conſti
tuit,tanquam hæc verba ad perſonam domini relata quandam admonitionem duntaxat
II. inducant[7].in perſonam verò tertij ſint conditionalia[8]. Sunt†tamen,qui aliter ſupràſcri
3 pta verba,*Arbitratu meo.*intelligant,vt ſcilicet,arbitrium ſibi reſeruauerit non ſolùm circa
formam operis,ideſt qualitatem,& perfectionem, ſed etiam circa temporis prorogationē,
quod Accur.& veteres tradidere.Sed quorſum prorogationem ſibi reſeruaſſe dicemus?cui
enim dubium,quin potuerit quandocunque fauori ſuo renuntiare [9]?Adde quòd ſeptimus
iſte caſus magis verbum,*Effici opus.*reſpicit,quam præpoſitionē, *Intra calendas.*& ſic ad ſub-
ſtantiā facti magis,quàm ad tempus refertur.Probabilis tamen hæc eſt ſententia,vt,ſcili-
III. cet vtrunque reſpiciat. At Iac.aliíque aliter nempe arbitrium verſari intelligētes in mu
tando formam operi à principio datam,quæ ſi mutata non ſit firma remanet,nec ideo ſti-
IIII. pulatio ſuſpenditur, qui intellectus ei non repugnat quem priore loco retulimus. Dubi-
tabilior eſt & notabilior Bar.interpretatio,vt propter illa verba,*Arbitratu meo.*poſsit ſtipu-
lator,qui diem calendarum adiecit etiam ante illud tempus interpellare, diémque vel ar-
ctare,vel proferre,qui ſenſus cum Accurſiano conuenit. Híncque infertur,vt ſi promiſiſti
mihi ſoluere centum in Martinalibus,& deinceps arbitratu meo,ſeu ad omnem meam re
quiſitionem,dies Martinalium in mora conſtituat[10],quia illa verba, *Arbitratu meo.*ſignifi-
cant,vt prorogare diem poſsim,& ſi non prorogauerim,nihilominus dies Martinalium in
terpellet,& in mora conſtituat[11],vt hîc ex Accur.interpretatione probatur.Item illa, *Ad
meam requiſitionem.*quandam admonitionem ſignificant,non autem conditionem,quę actū
ſuſpendat[12],ſícque omnes vno ore tradiderunt, & non paucas ſimiles quæſtiones decide-
runt,quas hîc refert Iaſon.Ego tamen dubito,ne non vera hæc ſint: cùm enim mora deli-
ctum improbitatémque arguat[13].non videtur in eam incidere is qui probabilem excuſatio
nem habet[14].Probabiliter autem iſte excuſatur,qui requiſitionem expectauit, de qua ex-
preſſè in conuentione cautum erat.vnde quamuis ex iuramento quis etiam ſi nō ſit inter-
pellatus obligetur[15],tamen ſecùs eſt,ſi interpellationis mētio in eo facta ſit[16].Nec lege no
ſtra quicquam probatur quod ſupràſcriptis obſtet,cum veriſimilius ſit verba illa, *Arbitra-
tu meo.*ad formam operis,quam ad diem calendarum pertinere[17],vt ſuprà docui,cùm item
lex noſtra de arbitratu ante calēdas loquatur:at ſupràſcripta quæſtio poſt calēdas & vt ve
rum ſit illa verba,*Ad omnem petitionem.*loco cuiuſdam admonitionis eſſe:non tamen ſequi-
tur,quin excuſent à mora,vnde tali caſu vſuræ non ex mora,ſed ex ſtipulatione debētur[18]:
quod fatentur omnes.

PVTO POENAM ESSE COMMISSAM. Sed quæ eſt ratio?& Bart. ait,
quia confeſtim,cùm conſtat opus intra diem conſtitutam perfici non poſſe,pœna commit
titur ipſo iure:quam non videtur ſtipulator voluiſſe remittere:licet ſecùs ſit in committen
4 da:faciliùs enim ius quærēdum*remittimus,quàm quæſitum [19].quam rationem ego ſuprà
non ſum ſequutus.Adnotántque hinc Doctores, vbi ſtipulationi adiecta eſt pœna, ſtatim
eam mero iure committi:cùm certum eſt rem præſtari non poſſe:licet ſecùs ſit, ſi pœna nō
ſit addita:tūc enim ſemper expectatur dies[20].ſicut & reſpectu effectus indiſtinctè expecta
tur[21].Idémque cùm pœna quidē adiecta proponitur,ſed promiſſio facti momētanei eſt [22].
Idémque generaliter in pœnis legalibus,quibus nunquam locus eſt:niſi lapſo die[23].mitiùs
enim cum lege agitur,difficiliúſque ab ea inducuntur pœnæ,quàm à contrahentibus, qui
ſibi imputare debent, ſi de pœna conuenerunt. Sed hanc ego differentiam inter conuen-
tionales,legaléſque pœnas non approbo,exiſtimóque nec conuentionali quidem pœnæ lo
cum eſſe:niſi poſt diem.quoniam lex ait diem promiſsionis tum demum cedere[24],violánt-
que eam legem Doctores,qui cedere cum effectu intelligunt tanquam ipſo iure priùs cedat
cur nō potiùs ſimpliciter intelligimus,vt cedat omni reſpectu?Nam & alibi traditur, ſi ho
minem ſiſtere calendis ſub pœna promiſerim.non priùs pœnam committi,quàm calendę
venerint:tametſi priùs conſtet fore, vt eo tempore ſiſti nequeat [25]. violántque eam legem
eodem modo Doctores,qui committi ratione effectus tantùm intelligunt. quia ante tem-
pus obſtat exceptio.Reſtringitur etiam ſecundum hanc ſententiam lex noſtra:cui nō eſſet
locus,niſi cùm ſtipulatio à conditione cœpit,Si enim à conuentione cœpiſſet, vt quia pro-
miſſum eſſet intra calendas opus effici,& ſi effectum non eſſet, centum dari,nunquam an
te diem pœna committeretur [26]: quod hîc Din. Alberic. cæteríque cenſuerunt :quia cùm
reſpectu

1 l. cū in plures. §. lege dicta.loca.
2 l.qui teſtamento.de teſta.
3 l.ſi in lege locationis. loc
4 arg.l.ſi quis hæredem.C. de inſt.& ſub.
5 l.mulcta.de cond.& dem.
6 arg.d.l.ſi in lege.in priu.
7 arg.l.ſi decem.ſ.eo.
8 l.ſi arbitratu.ſ.eo.
9 l.pen.C.de pact.
10 l.ſi.in fine.verbo,vel poſt eā.C.de iu.dot.vbi Bal.
11 l.magnam.C.eo.
12 l.ſi ita quis.in prin. ſ.eo
13 l.non poteſt dolo.de reg. iur.
14 l.igitur.§.pōt.de lib.cau.
15 c.breui.de iureiur.
16 c.j.ver.requiſitus.de no, for.fid.in vſib.feu.
17 arg.d.l.ſi in lege.
18 d.l.ſi ita quis.in prin. vbi doct.
19 l.cū hi.in prin. de tranſ in glo.
20 l.inſulam.ſ.eo.
21 l.in illa.ſ.eo.
22 l.quicquid.in fi.ſ.eo.
23 d.l.inſulam.c.commiſſa. de elect.lib.vj.
24 l.ſtipulationes non diuiduntur.§.j.ſ.eo.
25 l.ſi eum. §.homo.ſi quis caut.
26 l.ſi deceſſerit.quiſat.cog. vbi Alex.

reſpectu conuentionis debitor nõ ſit ante diem in mora [1],nec quidem reſpectu pœnæ eſſe
debet:atqui ſaltem tacitè ſemper pœnalem præcedit conuentio. violatur quoque dum Iu-
riſconſultus† ſimpliciter dicit pœnam eſſe commiſſam , intelligúntque Doctores mero iu- 5
re,non autem in effectu,cùm verba potiùs ad effectum referri debeant,aítque lex nihil dif
ferre,an in effectu quid non fiat,an nec mero iure [2]. Nec ſanè bona eſt ratio differẽtiæ quã
Doctor.adducunt,dum mitiùs aiunt agi cum lege, quàm cum homine:generales enim vul
garéſque huiuſmodi loci leuiter ad rem faciunt,faciliúſque( vt inquit Imo.) & citiùs com-
mitti pœna legalis debuit,vt quæ id,quod intereſt,ſolùm reſpiciat,quàm pœna conuentio-
nalis,quæ plerunque odioſior eſt[3].& ſi hanc ſententiam teneamus,conſequẽs erit,vt intel-
lectus,quem ſuprà ego adduxi,huic legi magis conueniat , vt ſcilicet, differentia Proculi
non in eo conſiſtat,quia pœna iam eſſet commiſſa , ſed quia non videtur ſtipulator pœnã
committendam remiſiſſe,quando opus fieri non potuit [4],quia in id ſolùm prorogaſſe vide
tur,vt opus factum haberet.nec enim Proculus,cùm pœnam eſſe commiſſam ait,tum fuiſ
ſe commiſſam intelligit,cùm opus fieri non potuit,ſed nunc eſſe , cùm calendæ venerunt.
quod ex contextu ipſo & ratione quam diluit,ſatis oſtenditur.ſit ergo concluſio generalis,
quòd quoties dies,& conditio obligationi adeſt, nunquam committitur ante diem pœna:
licet cõditio euenerit[5],ídque ſiue adiecta ab homine ſit pœna,ſiue à lege,quod in pœna le-
gali pluribus exemplis oſtenditur [6].Pone(ait lex municipalis)proſcripti lapſa die citatio-
nis,ob contumaciam impune occidi poſsint,aliquis adeò ſe arctauerat , vt nullo modo ad
diem eſſe poſsit,nunquid impune occidetur?& Bart.non poſſe cenſuit. cùm enim de dila-
tione legali agatur,expectandus eſt finis.ſuadent hoc & verba legis,quæ hanc facultatem
concedunt,lapſa die,ergo non ante diẽ[7]. Nec obſtat quòd iamiã ſcribendus habetur pro
proſcripto[8],quia in materia hac odioſa huic regulæ locus non eſt , cùm in bannis ſeu(vt
latinè loquar )preſcriptionibus non recedamus à vi verborum:nec caſus verus ad fictum
extẽdatur[9],vt Aret.hîc docet. Nec† refert(inquiunt Doctores)an pœna illa à lege dun I.
taxat impoſita ſit,ad etiam à iudice:cùm videatur iudex ſententia ſua id expreſsiſſe , quod 6
tacitè inerat[10]. Addit Bart. idem quoque eſſe , ſi ſolius iudicis ſententia id inductum ſit, II.
quæ ſententia executionem ſecum non trahat,cùm ſuprà concluſum ſit ſemper effectu ex
pectandam eſſe diem.[11] Sed Ang.Raphaélque ampliùs cenſent idem,ſcilicet , eſſe, etiã III.
ſi ſententia ſecum executionem trahat.vnde ſi iudex aliquem in exilium mittat , adiecto,
vt niſi intra triduum tale quid fecerit,poſsit impune offendi[12]: ſi,lapſo biduo , conſtet non
poſſe illud fieri , non tamen poterit interim offendi , quamuis hæc ſententia executionem
ſecum trahat[13].mouentur illi,quia à vi verborum hac in materia perquàm odioſa recedẽ
dum non eſt.quos & ego aduerſus Bar. & cæteros ſequor:quia ſuprà oſtendi lege noſtra nõ
probari hanc differentiam inter legalem , & conuentionalem pœnam .Nec obſtat ratio,
quòd fruſtrà expectetur terminus, qui nihil operari poſsit [14]:quia hæc ratio æqualiter vr-
get tam aduerſus legis, quàm hominis diſpoſitionem,vnde eadem reſponſione tollẽda eſt,
nempe,vt ei locus non ſit contra vim verborum , à qua nunquam in odioſis recedimus [15].
Sed quid† in arbitrio dicendum?& cõſtat idem eſſe vt,pœnæ nõ ſit locus,niſi poſt diẽ[16]. IIII.
quid ergo ſi ante diem comparitioni conſtitutum arbiter decedat , certúmque ſit etiam ſi 7
non deceſsiſſet partem comparere,non potuiſſe,an incidet in pœnam?& Accur. arg.legis
noſtræ nihilominùs incidere cenſuit [17] , à quo ego diſſentio, quia interpretationem com-
munem huius legis non ſequor.& quia caſus ſuperueniens moram hanc excuſare debet,
quæ adhuc contracta perfectè non erat[18].quæ ſententia videtur receptior.Sed pone, arbi-
ter diem ſtatuit ad aliquid faciendum,an ſi eam prorogauerit eo tempore,quo certum fuit
illud fieri non poſſe,euitetur pœna?& Bar.ait,ſi pœna erat legalis,nõ eſſe cõmiſſam,& me
ritò fruſtrà de ea vitanda tractari.ſi verò erat pœna cõuentionalis,ſecùs eſſe:quia cùm cõ-
miſſa ſit,euitari* non poteſt[19],niſi appareat idcirco diem ab arbitro prolatam,quia vellet 8
pœnam euitari,cùm enim poteſtatem prorogandi habeat,poteſt etiam pœnam circundu-
cere[20]:in dubio tamen non videbitur eo fine prorogaſſe, vt pœnam tollat : & ideo ſua die
agi ad illam poterit,ídque legis noſtræ argumento. Sed quid in pœna periurij reſponde V.
bimus?finge promiſeras ſub iuriſiurãdi religione te ipſum mihi x. Romæ calendis numera
turum,deinde pridie calendas conſtat non poſſe te id facere,an eris confeſtim periurus?&
ait Bar.non eſſe,quia pœna periurij à lege imponitur , ideo expectandus eſt diei finis. quid
ergo ſi pridie calendarum prorogauerim diem?& Bart. ait non committi periurium , niſi
totum tempus ſit lapſum,quaſi velit poſt ipſas calendas periurum te eſſe. ſed huic ſenten-
tiæ reclamant plerique , qui terminum prorogatum iungi priori eundémque cum illo eſſe
aiunt[21],cenſeríque prorogationẽ cũ omnibus qualitatibus factam[22]:& ideo ſatis eſſe , ſi in
termino prorogato ſoluatur,euitaríque tunc periurium,aliàs verò tum demũ effici te per-
iurum , ſi in eo termino non ſolueris.ſed hæc vera eſſe poſſunt,cùm prorogatio eo tempo-
re facta eſt,quo adhuc res in priori termino potuit expediri ſecùs ergo quando non potuit,
ídque

1 d.l.in illa.
2 l.nihil intereſt.de reg.iu.
3 l.ſeruus ea lege. de ſer. exp.
4 arg.d.l.rem legatam. de ali.leg.
5 d.l.in illa.vbi dixi. & d.l hoc iure.
6 gl.clem.vt hi, qui.verbo. conſtitutus. de æta. & qual. gl.c.vbi.ver.decẽ diebus. de elec. in vj. Doct.c. perſonas. ad fi. de appel.
7 l.ſiue.§.tandiu. vbi Ang. de cond.fur.
8 l.fi.vbi glo.& Bal.de teſt. mil. Docto.l.iij.§.ſi ſeruus. de acqui.poſſ.
9 Bar.l.vnica.§.fi.ſi quis ius di.non obt.
10 l.iij.de leg.j.
11 d.l.in illa.
12 Inno.c. olim cauſam. ad finem.de reſti.ſpol.
13 l.quod ad ſtatutum. in fi. l.qui vltimo.de pœnis.
14 l.aliquando. ad Velle.
15 Io. And.c.j. de vi. & hon. cler.lib.vj.
16 l.deberi.vbi Bal.de fid.li.
17 glo.l.arbiter calendis.de arb.
18 l.ſi vehẽda.§.j.ad l.Rhod. de iact.Bar.d.l.ſi deceſſerit.
19 l.quid tamen.de arb.
20 l.qui Romæ.§.callimachus.ſ.eo.
21 Docto. c. de cauſis. vbi Dec.de off.deleg.
22 l.Labeo.§.j.de arb.Bart. & Alex.l.j. §.& poſt operis. de op.no.nunt.



ídque ſecundũ Proculi diſtinctionẽ,quam hoc caſu Dinus,Iacobúſq; nominatim probãt[1].
NEC AD REM PERTINERE. Reſpondet Iuriſconſultus tacitæ obiectio-
ni:vt pœna committatur,oportet aut opus factum intra diem non eſſe , aut aduerſus arbi-
tratum ſtipulatoris eſſe factum.Sed aduerſus arbitratum non poteſt videri,cùm diẽ proro
gauerit:ergo pœna cõmitti nõ debet[2].actũ enim eſt, vt tũ pœna cõmitteretur,cũ aduerſus
9 arbitratũ fieret:ergo, ſummota ea qualitate videtur,perimi obligatio[3].ſed reſpõdet† Iuriſ
conſultus tunc arbitrium neceſſarium fuiſſe,cùm opus vel factũ eſſet,vel fieri potuiſſet,ſed
cùm fieri iam præ anguſtia temporis non poſſet arbitrium intra illud tempus,videtur ſub-
motum,nón vt pœna remitteretur,ſed vt ſaltem poſt tempus opus fieret:cũ intra diem fie-
ri non poſſet.quod deinde per locum ab abſurdo etiam cõfirmat,quod in iure eſt efficax [4].
Non me latet aliter hunc locum ab Alexãdro Caſtrenſéque intelligi, aliter ab Aretino et
Iaſone:ſed hi mihi videntur magis verborum controuerſiam ,quàm rei ipſius facere.Sanè
quomodo facultas arbitrandi ad hæredes non tranſeat.ſuprà declaraui[5].
ET PROPEMODVM. Doctores hîc poni reſolutionem quæſtionis exiſtimãt,
interpretantúrque modum,ideſt,rationem,quaſi dixerit prope rationem eſt , ſeu cõueniẽs
iuri rationíque eſt,vt pœna ſit commiſſa [6].Iaſon rectius, qui aduerbium eſſe ait non planè
conſentientis ſecundum Donatum ſeu rei non peractæ,cum quis non audet omnino affir
mare,qui modus loquendi iureconſultis veteribus quadam ex modeſtia frequens eſt.Hinc
que adnotant omnes prorogatione diei pœnæ commiſsionem impediri:ratio eſt,quia pœ-
na propter moram debetur:at mora propter prorogationem tollitur:igitur & pœna [7].non
tamen dubium eſt,quin,prorogato termino,etiam pœna prorogatá cenſeatur[8].quod & de
I. vſuris conſtat,quæ & ipſæ lata appellatione pœnæ nomine continentur [9]. Quæ tamen
cõncluſio perpetua non eſt. Et in primis non procedit in pœna iam commiſſa,vt aiũt cõ-
II. muniter Docto.ídque ex lege noſtra. Vel( vt ego interpretor ) quando prorogatio qua-
dam ex neceſsitate fit:quia opus perfici in tempore non poterat:veriſimile eſt enim proro
III. gationem factam vt opus perficeretur,non vt fruſtratoris , pœna remitteretur. Rurſus
non procedit in tacita prorogatione : quia nunquam trahitur ad pœnam , quæ de natura
IIII. rei non ſit [10]. quod Dinus,Bal.Imo.cenſuerunt.quæ ſententia probabilis eſt[11]. Sed & nõ
procedit in pœna periurij , quoties tempore præſtiti iuramenti veriſimiliter de termino
prorogato cogitatum non eſt.quod ex facto Bal.reſpondit,& ſequitur Decius[12],quia pecu
V. liaris eſt iuramenti natura,vt non niſi expreſsim inducatur[13],qua de re ſuprà. Idem vi-
deretur generaliter dicẽdũ,quoties diuerſa ratio in die prorogata eſt, vt tali caſu de pœna
actũ nõ videatur[14].quod Dec. ſenſit.quæ ſentẽtia maximè vera eſt,cùm non ſimpliciter de
prorogatione termini,ſed de additiõe aliqua ad veterẽ diſpoſitionẽ agimus.tũc enim repe-
tita nõ cẽſetur pœna[15].qđ ſi eadẽ ratio ſit,& de æquiparatis lege veteri agatur,ſecùs eſſet[16].
POENA COMMISSA EST. De rigore,inquit Accurſius.obſtat enim ex æqui
tate exceptio,ídque duplici ratione.Prima, quia differendo diem videtur ſtipulator renũ
tiare pœnæ[17].ſecunda,quia aliàs ſequeretur pœnam ſtipulatori adeſſe,itémque rem ipſam
quod iniquum lex cenſet[18].Sed hæc interprætatio legem violat, oſtendítque de lana capri-
10 na ſolicitum fuiſſe Proculum. Et ideo † Doctores intelligunt eſſe commiſſam effectu , nec
eius petitioni obſtare exceptionem. ad rationes verò ſupràſcriptas ex mente Accurſij re-
ſpondent actum expreſsim fuiſſe,vt rato manente pacto, pœna deberetur. ideóque electa
pœna,non videri pacto renuntiatum,nec è contrario [19]:quæ interpretatio(vt rectè Petrus
cenſuit)nimium diuinat,vel legem potiùs violat,quæ,vt themate quæſtionis apparet,loqui
tur,cùm opus fieri in cõditione dũtaxat erat,nõ in obligatiõe ſeu pacto[20], ꝗcquid hîc Bar.
duabus ratiõibus à ꝓpoſito( vt Iaſ.ait )alienis cõminiſcatur.Aliter ergo reſpõdẽdũ eſt,& fa
tẽdũ,eũ,qui rẽ principalẽ recipit,videri pœnã remittere[21].ſed in caſu noſtro principale ad-
huc receptũ nõ erat:ſed ſolũ prolata dies, quæ nõ arguit remiſſam idcirco pœnã.facto ergo
deinde opere,ſi ſtipulator illud accipiat,poterit quatenus plus in pœna eſt , petere [22]. ſícq;.
Din.Old.Ray.Signorol.Alb.veteréſq; cẽſuerũt. Quòd ſi cõſtaret pœnã ſolius cõtẽpt9 ratio
ne adiectã fuiſſe,tũc integrũ habere cũ opere poſſet [23].quo caſu defẽditur Petri ſentẽtia ꝗd
em, ſi pœna nõ opis ipſius æſtimationẽ reſpiceret,ſed arbitrij neglectũ dũtaxat vlciſceret.

SVMMAE.

2 ☞ *Fideiuſſio factúmue præciſa non eſſe.*
3 *Reſponſi de iure forma.*
4 *Reſponderi etiam non in vniuerſum poſſe.*
5 *Intereſſe petitum, in obligatione eſſe.*

1 § CVM VENDERET ALIQVIS. Promiſsio fideiuſſoris* pro euictione dan
di & rem venditam ab hypotheca liberandi præciſa non eſt, ſed ad id quod intereſt
cõmittitur,quod Bar.tanti æſtimari ait,quantò minoris emptorem res illa ſic inueniret [24].
quæ legis noſtræ deciſio procedit,ſiue hæc promiſsio his caſibus facta ſit , quibus alias non
2 tenetur† vẽditor fideiubere,aut liberare:qui caſus regulares ſunt [25].ſiue in his caſibus qui-
bus ſpeciali iure quis tenetur ad fideiubendũ,qualis eſt non ſolùm,cùm id actũ inter partes

S V fuiſſet

1 Alber.auth. hoc inter. C. de teſtam.
2 arg.l.ſi vnus.§.ſed ſi ſtipulatus.de pac.
3 l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ſ.eo.
4 l.nam abſurdũ.de op.lib
5 l.ſi quis arbitratu.ſ.eod.
6 l.ſtichum.§.pen.de ſolu.l. tutor.§.quid ergo.ad Velle.
7 l.lecta.in fi.ſi cer.pet.
8 l.inſulam.§.j.d.l. cum in plures.§.lege.loc.
9 d.l.lecta.vbi Alex. v. not.
10 Din.Bal.Imo. l.cum pater.§.pater certum.de leg.ii.
11 l.ſi creditor.ſ.de nouat.l. in teſtamento.j. de cond. & dem.
12 Bal.conſ.ccclxviij.Dec.d. c.de cauſis.
13 c.pen.de iureiu.
14 Dec.c. ſecundo requiris. de app.
15 glo.clem. ij. in fi. verbo ſanctioni.de vita & hon.cle.
16 glo.c.de multa.verbo eccleſia.de præb.Felin. c. cauſam quæ.de reſcrip.
17 l.poſt diem.de leg. com. l.ij.in prin.ſi quis cau.d.l.cũ in plures.§.ij.loc.
18 l.cũ proponas.C.de tranſact. l.reſcriptũ.§.ſi pacto.de pact.
19 l. qui fidem. de tranſact.
20 l.ita ſtipulatus.ſ.eo.
21 d.l.poſt diẽ.d.l.ij.d.§.leg.
22 l. ſi quis à ſocio. pro ſoc. l.prædia.de act.emp.
23 l. centum capuæ. ver.neque enim.de eo quod cer.lo. l.ſi quis rẽ.l.cũ pœna.de arb.
24 l.j.§.ſi hæres.ad Trebel.
25 l illud.in prin.ſ.de euict.

1 d.l.illud.
2 l.ſi fundus.ſ.de euict.
3 l.ſi poſt.C.de euict.
4 §.fi.in auth. de fideiuſſo. in glo.in verbo,dare poſsit.
5 l.ſi creditores. de priuil. cred.

fuiſſet[1],ſed & cùm conſuetudo regionis hoc ferret[2],vel cùm euictio in limine iudicij immi
neret[3],vel cùm creditori pecuniæ debitor bona in ſolutum ex nouella Iuſtiniani conſti-
tutione daret[4],vel cùm poſt contractum noua cauſa ſuſpicionis ſuperueniſſet[5]. vnde ad-
notandum eſt eum,qui factum promiſit,ad quod legis diſpoſitione tenebatur, non tamen
præciſè obligari, quando,ſcilicet, neque lex eum præciſè obligabat. Sed quid ſi res libera
non erat propter conditionalem obligationem quomodo liberari poterit. & ſi creditor re
quiſitus nulla conditione velit remiſsioni hypothecæ conſentire,ſatis erit ſi venditor fide
iuſſorem indemnitatis ipſi ſtipulatori præſtet[6]:nec enim ſua tunc quicquam intereſt.

6 l.ſi mandato meo.§.j.mā da. Alex.l.facere.ſol.mat.

QVAERO QVID IVRIS. Adnotant hinc Ang.& Imo.quoties committi-
tur conſultori, vt ſuper facto propoſito reſpondeat quid iuris ſit, debere eum ſuper omni
articulo,†de quo ex eo facto poteſt quæri,reſpondere[7],ideſt non ſolùm circa finem cauſæ, 3
ſed etiam circa ordinem iuris & omnes acceſſorias quæſtiones. Eſt enim generalis huiuſ-
modi commiſsio,& ad accidentia emergentiáue omnia porrigitur[8].ſicut illa, Quænā ſint
partes iudicis[9].Sed quid ſi conſultor non reſpondit ſuper omnibus?& aiunt non videri eū
conſilium dediſſe[10]. Quod intellige,vt integræ ſportulæ ei debeantur.valebit tamē cō- I.
ſilium,quod alibi explicaui. Rurſus†intellige,vt ſufficiat,ſi id quod principalius eſt, re- II.
ſponſo ſuo dirimat,licet non omnia conſequutiua explicet.vnde in lege noſtra reſpondit 4
Proculus,id quod intereſt deberi.nec tamen explicauit, quemadmodum eius iniretur æſti
matio[11]. Sed ex natura cauſæ quandoque ad articulum,non autem ad definitionem hæc III.
commiſsio pertinet,vt ſi in nuntiatione noui operis mandatum ſit, vt reſpondeat quid iu-
ris,intelligitur reſpectu articuli,an nuntiatio teneat, non autem reſpectu definitionis, an
effectu prohiberi vicinus poſsit[12]:niſi aliud actum appareat. Qua ratione,cùm poſt rē IIII.
iudicatam princeps adhuc cauſam commiſiſſet his verbis,audiat Titius, & quod iuris ſit,
faciat,reſpondi non videri ſimpliciter permiſſum rem actam iterum agi[13],ſed priùs articu
lum demandatum, vt videat,an de caſu agatur:quo adhuc de re iudicata quæri poſsit[14].

7 l.pen.vbi dixi.ſi cer. pe.l. quærebatur.de teſt.mil.vbi Ang.
8 c.j.de cōt.inueſt. vbi Bal. l.ſi fundum.§. ſtichum. vbi Doct.de leg.j.
9 l.Titia.ſol.mat.
10 l.quid tamen.de arbit.
11 d.§.ſi hæres.
12 l.j.in prin.vbi gl. & Bal. de no.op.nunt.
13 l.cauſas.C.de tranſa.
14 l.imperatores. de re iud. Alexan.conſ. xciiij. cxxxvj. in ij.

Illud conſtat diligenter ſemper ad verba mandati reſpiciendum eſſe. quid enim ſi non V.
ſimpliciter mandatum ſit, ſed quid iuris definiendo? tunc enim non videretur quicquam
aliud mandatum,quod captioſo exemplo aliqui tradiderunt[15].ego tamen etiam hoc caſu
demandatum circa acceſſoria ſeu incidentia crediderim. quatenus rectiùs, & abſque ca-
ptione definiri poſsit[16].

15 Cur.l.ij.§.quod obſeruari.C.de iur. cal.vj. breuiloquio.
16 l.iam tamen.ad finē.iud. ſo.ver.ſin autem.Iaſ.l.ſi pro curator.C.de procur.

TANTI LITEM AESTIMARI. Si ſtipulator poſt morā non deſideret am-
pliùs liberari,ſed ad id,quod†intereſt,agat,non eſt dubium id in obligatione eſſe,& ſimpli 5
citer in eo fieri condemnationē[17].quòd ſi adhuc cupiat liberari,& id,quod intereſt,nō pe-
tat,fiet nihilominùs condemnatio,lite ſecundum id,quod intereſt æſtimata,vt hîc dicitur.
ſentítque Accur.hoc caſu non videri id,quod intereſt in obligatione à principio fuiſſe.quę
ſententia mihi videtur probabilis[18],licet alij omnes contradicant.qua de re ſuprà.Subiicit
idem propter ſtipulationem hanc,quæ nihil aliud quàm pactum veſtitum eſt,nō ſolùm ex
ſtipulatu agi poſſe,ſed & actiōe ex empto informata à pacto[19],vel præſcriptis verbis.vide-
túrque hæc eſſe receptior ſententia,quam tamen ego ſequi non ſoleo[20].

17 l.ſtipulationes non diui. verſ.Celſus.ſ.eo.
18 l.vbi autem.§.fin.vbi dixi.ſ.eo.
19 l.prædia.in ij.intellectu. de act. emp. Mod. l.petens. C.de pactis.
20 dixi.l.in bonæ fidei.C.de pact.vbi Dec.& Riminal.

S V M M AE.

1 ☞ *Præſtatio nudi facti eſt.*
3 *Fructus intereſſe non contineri.*
4 *L.Si fundum. ſenſus.*

## L E X CXIIII.

SI FVNDVM. Qui promittit †fundum præſtare,non intelligitur 1
quicquā de dominij tranſlatione ægiſſe,ſed de nuda traditione:& ideo
talis ſtipulatio,cùm meri facti ſit,in id,quod intereſt, ſolùm committe-
tur[21]. Sed quæ ratio eſt,vt id verbum,*Præſtare*.potius * ad traditionem, 2
quàm dationē referatur[22]? an(quod Bart. ſenſit)ne donatio præſuma-
tur,quę ſolet dominij tranſlatione fieri[23]?an(vt alij exiſtimāt)quia ver
bum id ambiguum habet intellectum?vnde in dubio contra ſtipulato-
rē fit interpretatio[24], vt ſcilicet,qđ minimū eſt,promiſſum videatur, nempe ſolius poſſeſ-
ſionis traditio:an verò & proprietas vocis hoc infert,ſiquidē,Præſtare,eſt ante ſtare, quod
cautionis,defenſioniſque cauſa fieri ſolet[25],nō trāſlationis dominij ſicut in ea ſtipulatione
*Habere licere*.ſuprà vidimus.Sed nūquid†in eo, qđ intereſt, æſtimando rationem fructuum 3
interim perceptorum habebimus? & videretur habendam: quia hîc dicitur ſtipulatorem
conſequi quod eius interſit. Si enim ſibi traditus fuiſſet fundus, eos vtiq; habuiſſet. Ex ad
uerſo illud deducitur quod Pomponius manifeſtè ait,eum qui fundum tradi ſtipulatur, ni-
hil de fructibus egiſſe cenſeri[26]. Sed reſpondet Bartolus quem plerique ſequuntur de
beri hac ſtipulatione fructus non tanquam fructus, ſed ſub eius quod intereſt nomine.
poteſt, autem minus intereſſe ſi ſtipulator non æquè magnos fructus percepiſſet ſicut
promiſſor qui diligentiſsimus eſſet agricola, & bonus paterfamilias. Sed hæc ſen-
tentia

21 l.ſi rem tradi.ſ.eo.
22 l. ex empto.in princ. de act.emp.
23 gl.l.cum quid.ſi cer. pet.
24 l.ſtipulatio.§. in ſtipulationibus.ſ.e.fulg.l.iiij.ſ. de vſur.
25 d.l.ex empto.l.naturalis. §.j.de præſ.verb.
26 l.iij.§.j.de act.emp.



tentia non videtur mihi reſponſis veterum conuenire,& in primis ipſius Pomponij,qui ex
tali ſtipulatione fructus non deberi ait, & ideo eos actione ex empto repetendos.ſi enim
ſub colore eius, quod intereſt, ſoluti eſſent, non poſſent ex empto actione ampliùs peti.
Non conuenit etiam Papiniani reſponſo[1], qui fructus ex eo deberi: quia interſit, eo tan-
tùm caſu ait, quo quis fundum dari, vacuámque poſſeſsionem tradi ſit ſtipulatus. quibus
verbis ſat indicatur ex altera clauſula duntaxat non deberi. Non conuenit rurſus ratio-
ni: nam amplior eſt verboſior ſtipulatio, *Rem dari*. quòd ſi in ea ex mora fructus non de-
bentur, adeò vt huius vtilitatis nulla habeatur ratio[2], multo minus in hac, *Rem tradi*. ha-
beri debet.ídque Mart.Silim.Guid.Suz.Oldrad.Iac.But.Caſtr. Fulgoſiúſque tradiderunt.
quos & ego ſequor. Sed cùm hæc lex conſequuturum me quanti mea interſit dicat, quid
ergo conſequor, ſi fructus non debentur?& Accurſius ait, quicquid mea interſit,exceptis
fructibus[3],quod Fulg.interpretatur ob detrimētū rei vel deminutā æſtimationem.Ego de
æſtimatione intelligo non rei ſeu proprietatis, ſed poſſeſsionis tantùm[4], vt ſcilicet, con-
ſequar quanti mea intereſt reſpectu traditionis poſſeſsionis tantùm, quam ſolum ſum ſti-
pulatus[5]. & ideo fructus non petam, qui non iure poſſeſsionis, ſed dominij potius veri,
vel bona fide habiti acquiruntur[6]. Dixerit aliquis iniquum eſſe, vt morator ipſe interim
lucrifaciat fructus, ſtipulatórque eos non conſequatur.Reſpondeo,qui certa die fundum
tradere promittit, non tamen præciſè tenetur, ſed id quod ea die intereſt, ſoluendo libe-
raretur: & ideo æſtimatio ampliùs non augetur[7]. habetur enim perinde ac ſi ſimpliciter
pecuniam deberet,cuius nullum eſt æſtimationis augmentum[8]. qua ratione nec ad fru-
4 ctus tenetur,qui poſt eam diem ſint percepti.dum † ergo in lege noſtra dicitur me conſe-
quuturum quanti mea interſit, repete qualitatem præcedentem, ea die, non autem in
futurum[9]. Sed quid iuris erit, ſi quis fundum dare certa die ſit ſtipulatus, an fructus debe-
buntur?& videretur deberi:ne deterior ſit eius, qui rem dari ſtipulatus ſit,conditio,quam
eius qui tradi ſeu præſtari,quod ſuprà dixi.Sed Doctores aliter ſentiunt, quia qui rem tra-
dere promiſit, ad id quod intereſt iure obligationis tenetur. Intereſt autem ſtipulatoris
etiam ratione fructuum:at qui rem dare promiſit,præciſè tenetur[10]: & ſolo officio iudicis
ſtipulator fructus conſequitur, cui officio ante litem conteſtatam locus non eſt[11]. & ideo
lex ſimpliciter ait huiuſmodi fructus cum de damno agitur, poſt iudicium acceptum dun-
taxat præſtari[12].ſicut.ergo hoc caſu ſtipulator. ex vera interpellatione fructus non conſe-
queretur,ita nec ex ea quæ per lapſum diei appoſitæ, vt hic probatur, in mora debitorem
conſtituit[13].& hæc quidem Doctores tradunt.Ego eum,qui fundum dari ſtipulatur, ſuprà
cenſui de fructibus nihil videri egiſſe[14],vnde nullo modo iure obligationis debentur, ſed
duntaxat officio iudicis poſt litem conteſtatam[15].Vnde apparet multòminùs de eis actum
videri poſſe ab eo qui rem tradi ſit ſtipulatus[16]:& ideo arbitror hoc caſu nec poſt litis qui-
dem conteſtationem officio iudicis deberi, cum(vt ſuprà dixi) nec æſtimatio quidem cre-
ſcat[17],licet Doct.aliter intelligant non ſine multarum legū cauillatione,quod alibi oſtēdi.

1 l.iiij.de vſur.ver. etenim.
2 l. cum fundus. in prin. ſi cer.pe.l.videamus.§.ſi actionem. de vſur. vbi Fulgo. & veteres.
3 glo. d. §.ſi actionem.ver. non conſequor.
4 arg.l. ſi in area. d[e] cond. indeb.
5 l.ſi duo.in fi.vti poſsid.
6 l.qui ſcit. §. j.de vſur. l.ſi fur.de vſuf.l iij.§.è cōtrario. de acqui.poſſeſ.
7 l.ſi Calendis.de re iud. & l.quoties in diem.ſ.eo.
8 l.iij.ſ.de in lit.iur.
9 dixi l.vinum.ſi cer.pet.
10 d.l.vbi autem.§. fi.ſ. eo.
11 l.ædiles.§. item ſciendū. de æd.ed.
12 d.l. cū fundus.d.l. videamus.
13 l.ad diem.ſ.eo.
14 l.ſi filiusfamilias.§.fi.ſ.e.
15 Alex.l.ſi marito.§.fi. ſol. mat.
16 d.l.iij.§.j.de act.emp.
17 d.l.ſi Calendis.dixi.d.l. vinum.

S V M M AE.

1 ☞ *L. Ita ſtipulat. ſenſus. 2. 3. 4. 8. 12. 15. 16.*
5 *Stipulationem non, niſi fieri nequeat, committi.*
10 *Dies ex cauſis non expectandus. 21.*
13 *Conditione initiante, moram ſtatim committi: expectandus tamen dies. 20. ex cauſis cōtrà. 31. 32. 33. 34.*
14 *Forma omiſſa, ex cauſis non vitiare.*
17 *L. De die. & l. ita ſtipul. conciliari.*
18 *Dies omiſſus ex cauſis non vitiat.*
19 *Pœnalem, principali irrito ſubſiſtere.*
22 *Interpellandum, die etiam dicto, ex cauſis eſſe. 25.*
26 *Conditionem inexplebilem ſententia quauis declarandum.*
28 *L. j. §. item. ad leg. falcid. ſenſus.*
30 *Pœnam, explebili conditione, præſtandam ſtatim.*
35 *L. Obligationum ferè. §. fin. ſenſus. 38.*
39 *Pœnali nil nouari: in caſibus diuerſum. 40. 41.*
42 *L. fin. C. de noua. ſenſus.*

## L E X CXV.

1 ITA STIPVLATVS. Proponitur hîc duplex articulus, quem li-
bro quæſtionum 11.Papinianus diſputauit. Primus eſt†quo dubitatur de
ſtipulationis ob diem omiſſam incertæ valore.Alter eſt, quando ſtipula-
tio pœnalis committatur,quod quatuor caſibus Iuriſconſultus proſequi-
tur. In prima quæſtione decidit Papinianus ex omiſsione diei per erro-
rem in ſtipulatione deſiſtendo facta reddi ſtipulationem imperfectam,
ſicut & ex incertitudine ratione quantitatis, aut loci, aut rei, vitiatur ſtipulatio[18]. cuius
rei duplicem Doctor.adducunt rationem.Prima,quia propter errorem deficit cōſenſus[19].
Secunda, conuentio certæ diei apponendæ vim proteſtationis habet, vt ſi contingat ab-
ſque eo die ſtipulationē celebrari nō valeat[20].Sed ego has rationes ſimpliciter non probo:
2 cùm enim Iuriſcōſultus†de incertitudine rei ad incertitudinē quantitatis, loci, rei argu-
mētetur,apparet oēs hos caſus eadē ratione decidendos eſſe:alias enim nō eſſent ſimiles[21],
videre

18 l.triticum.vbi dixi.ſ. eo.
19 l. ſi per errorem. de iur. om.iud.
20 l.ſi quis.in principio. de leg.iij.
21 l.nō ſolùm.§.qui primipilum. de exc.tur. Bal. illud de ſacroſ.eccle.C.

videretúrque Iuriſconſultus circa diſsimilia argumentari, quod ſanè credendum nõ eſt[1].
quæ rationes, cùm dictis caſibus non conueniant, ergo nec huic ſtipulationi ſiſtendi cauſa
factæ, in qua dies ſit omiſſus. Nam & ſi dicamus ſupraſcriptam proteſtationem ex interual
lo præceſsiſſe, non erit ad ſtipulationem ſubſequentem producenda, imò ſequẽti actu, quo
dies non eſt appoſitus, præſumuntur contrahentes ab illa proteſtatione receſsiſſe[2]. quòd ſi
incontinenti præceſsiſſe maluerimus (vt omittam nimis arctari legem) adhuc conſiſtere
illæ rationes non poſſunt: cùm quæ in continenti fiunt, cenſeantur ineſſe[3], vnde ſtipulatio
non illis rationibus, ſed ex repugnantia potiùs quadam vitiaretur, cùm tractatus volunta-
tem diei apponendæ arguat, contractus neget[4]. Quid ergo cenſendum? & putauerim dili-
genter ad verba legis aduertendum, quæ dicunt talem ſtipulationem eſſe imperfectam,
quibus verbis ſatis indicatur, in ſpeciem quidem aliquatenus valere, ſed quia probari non
poſsit propter incertitudinem, effectu eſſe nullam[5]. hac enim ratione ſtipulationes incer-
tæ, ſunt nullæ, quia probari earum perfectio non poteſt[6]. ideo lex ait has quæſtiones ma-
gis facti, quã iuris eſſe, quæ verba ad probationes referuntur[7]. Exiſtimo † itaque Iuriſcon- 3
ſultum hîc loqui, quando conſtabat de die in tractatu eſſe actum. Sed quia in ſtipulatione
erat omiſſus, ideóque probari, quæ præciſa eſſet illa dies, non poterat actum vitiari, ſeu pro
imperfecto haberi[8]; poterit enim ſtipulatori promiſſor dicere ſe in præſentia non teneri:
quia regula, qua cauetur, quando dies eſt omiſſa, obligari reum quamprimum poteſt[9], tũc
procedit cum omnino omiſſa eſt: at hic conſtabat de die actum, licet de certa nõ poſsit pro
bari propter omiſsionem, quæ errore partium facta erat. in futurum quoque non videba-
tur teneri: quia cùm non conſtet qua die actum ſit, lex in fauorem debitoris ſemper inter-
pretatur ante diem agi[10]. potuit enim de tẽpore agi, quo impoſsibile eſſet ſiſti, vt quia pro-
miſſor ſit mortuus[11]. Et ex hoc ſequitur, vt ſi de certa die tractatũ nõ ſit, ſed ſolùm quoquo
die, dummodo aliquo ſiſteretur, valeat ſtipulatio[12]: quia erit in facultate debitoris, quando
cunque voluerit ſiſtere: & ideo non committetur ſtipulatio niſi quando ampliùs ſiſti non
poſſet, & hoc eſt quod voluit Iuriſconſultus illis verbis. † Quod ſi agebatur vt quocunque
die ſiſterem, intelligetur enim, quocunque dummodò aliquo: quia hæc eſt huius dictio- 4
nis natura[13], vt quicunque & quiuis idem ſignificent. & hoc etiam eſt quod Accurſ. & com
muniter Doct. aiunt intelligi, quacunque die placuerit, promiſſori, electio enim eſt debito-
ris[14]: cùm ergo dies in arbitrium debitoris tacitè collata ſit, quo, ſcilicet, tempore ſiſtat, va-
lèt ſtipulatio, nec per eius mortem extinguitur[15]: cùm ſecùs eſſet ſi ſubſtantia ipſa obliga-
tionis, an ſiſteret, in eius voluntatem conferretur[16]: tũc enim nec principalis obligatio, nec
pœnalis valeret[17], & licet aliter atque aliter ſupràſcriptum verſiculum Docto. intelligant,
mihi quidem nodum quæſiiſſe in ſcirpo videntur. Circa ſecundam quæſtionem, qua dubi-
tatur, quando ſtipulatio pœnalis committatur. proſequitur Iuriſconſultus quatuor caſus.
Primus eſt, quãdo † dies eſt arbitrarius promiſſori: & tunc indiſtinctè ſiue ſtipulatio à cõ I.
ditione, ſiue à pacto incipiat, non committitur, niſi poſtquam ampliùs ſiſti non poſsit. & eſt 5
ratio: quia cùm in eius voluntatem ſit remiſſa dies, poteſt, quantùm velit, differre[18], & ſi no-
luerit hæredem ſuum ad pœnam cõueniri, debebit ſaltem ante mortẽ ſiſtere, quod Accur.
docet[19], & receptiſsimum eſt. Alter caſus eſt in ſtipulatione facti, quæ à conditione inci- II.
pit, in qua deciditur pœnam non committi, niſi poſtquã certum fuerit factum ampliùs præ
ſtari non poſſe[20]. cuius rei illa eſt ratio, quia quæ in conditione * ſunt, non ſunt diſpoſiti- 6
ua[21], & nemo ad conditionem adimplendam regulariter cogendus eſt[22]. Cùm ergo pœnã
verba non concedant, niſi ſi factum non ſit, expectari id debet, cùm qui hodie nõ facit, poſ
ſit in futurum facere[23]. Sed probabilis eſt dubitatio quid hoc caſu dicendum ſit, cùm ſtipu-
latio facti à pactione incipit putà, *Promittis ire Alexandriam, & ſi non iueris, promittis decem?* &
videretur ex infràſcripta diſtinctione, hoc caſu confeſtim committi ſtipulationem: niſi di-
xeris de obligatione dandi diſtinxiſſe Papinianum, non autem faciendi, & ideo etiam hoc
caſu locum eſſe Pegaſi ſententiæ, quod tamen ego non probo: nec enim inter facta, & da-
tiones probabilis eſt vlla differentia, ſubéſtque ſemper illa ratio vt celeriùs mora in eum
committatur, qui diſpoſitiuè ad factum tenetur, quàm qui conditionaliter tantùm[24].
Tertius caſus eſt † in ſtipulatione dandi, quæ à conditione incipiat, in qua idem eſſe III.
Pegaſus aiebat. Sed hoc in articulo magna fuit controuerſia, quia Sabinus id negabat, & 7
mallebat ſtatim committi ſtipulationem, ídque ex præſumpta contrahentium volunta-
te. cùm enim voluntas hæc etiam verbis conditionalibus probetur: quia veriſimile eſt
partes voluiſſe conditionem quam primùm impleri[25], non debuit hæc differentia con-
ſtitui, ſed ſtatim cùm dari potuit, ſi datum non eſt, committi ſtipulationem[26]. nam
& natura adiectionis pœnæ hoc fert, vt non videatur id actum, ſtipulatorem diutiſsimè
pendere, mortémque alterius expectare, & ſic tempus, quo amplius impleri conditio[27].
nequeat. ſi quidem dicebat Sabinus, idem videmus & in penu legata. quod intelli
go ſiuè penus in diſpoſitione, ſiue in conditione ſit[28]. ſtatim enim pecuniæ debetur,
ſi penus

1 l. papinianus exuli. de mi no.
2 l. diui. §. licet. de iur. codic. Bart. in l. non ſolùm. §. morte. de op. no. nun.
3 l. lecta. ſi cert. pet.
4 l. vbi repugnãtia. de reg. iur. Bar. l. j. C. de lit. conteſt.
5 l. ſi aliquis. ſ. de don. cau- mor.
6 l. quãſulam. ȷ. eo. in verbo, ſi non appareat. l. cùm poſt. §. gener. de iur. dot.
7 l. duo ſunt. de teſtam. tut. l. eum, qui calendis. l. triticum. ſ. eod.
8 arg. l. ſi is, qui teſtamentum. de teſtam.
9 d. l. eum qui calẽdis. §. fi.
10 l. ſtipulatio. §. in ſtipulationibus. ſ. eo.
11 l. ſi deceſſerit. ſ. qui ſatiſd. cog. l. ſi homo ſ. eo.
12 ver. quod ſi ab initio.
13 l. vbi. §. pen. ſ. eo. Barto. l. hoc articulo. ſ. eo.
14 l. qui ex pluribus. ſ. eod.
15 l. fi. ver. poſterio. qui ſin. manum.
16 l. centeſimis. ſ. eod.
17 d. l. ſi homo. ſ. eo.
18 d. l. fi. ver. poſteriore.
19 l. glo. verbo, non poſſe.
20 §. ſi quis ita. Inſtit. eod.
21 l. ſi penum. quando dies le. l. ſi quis ſub. ſ. ſi quis om. cau.
22 l. cum ab eo. ſ. de cõtrahen. empt.
23 l. quicquid. in fi. ſ. eo. Bar. l. naturalis. §. quod ſi faciã. de præſcript. verb.
24 l. cedere. de verb. ſig.
25 l. ſi quis locuples. in fi. de man. teſt.
26 arg. l. hæc conditio, ſi in capitolium. de cõd. & dem.
27 arg. l. ſi quis ita. ȷ. eo.
28 l. i. §. itẽ ſi ita. ad l. Falc. cum ſimilib.



ſi penus ſoluta non ſit, & qui dicunt id ſpeciale in legato penoris eſſe, legem noſtram vio-
lant, in qua verſiculus, *Idque.* continuatiuè ex verbis Sabini ponitur, nõ aduerſatiuè ex Pa-
piniani reſponſione. aliàs per locum à ſpeciali aduerſus ſemetipſum argumentatus eſſet
Sabinus. quod temerè credendum non eſt[1]. Nec me mouent illa verba, *Propter rei naturam,*
*itémque vtilitatis cauſa* &c. quia alium ſenſum habent, vt infrà dicam. Nec etiam obſtat infrà
8 ſcripta diſtinctio, quia † Papinianus gradatim procedit ſententiam Sabini in caſibus certio
ribus producendo. Demum cùm videret adhuc ſupraſcriptam præſumptæ voluntatis ra-
tionem vrgere, dat tandem argumẽto manus, & à Pegaſo omnino recedit, *Sed & ſi ita cau-*
*tum ſit* (inquit) *Vt ſola pecunia non ſoluto homine debeatur,* &c. illi enim ablatiui abſoluti, *Non ſoluto*
*homine.* in conditionem reſoluuntur, ſi homo ſolutus non fuerit[2], vnde manifeſta eſt com-
munis cæterorum intellectus diuinatio, qui præceſsiſſe conuentionem eo caſu aiunt: & Iu-
riſconſultum eandem repetere cantilenã Battologiéque vitium incurrere. probabilis cer-
tè hæc eſt opinio, quam aliàs Paradoxorum lib. ij. cap. xj. fuſius diſputaui: didicíque deinde
ex Raynerij Imoléque commentariis fuiſſe vetuſtiſsimi interpretis Irnerij[3]. adeò nihil di-
IIII. ctum, quod non dictum prius. Quartus eſt † caſus in ſtipulatione dandi, quæ à pacto ſeu
9 à conuentione incipiat. in qua Papinianus concludit, committi pœnam, niſi confeſtim
cùm potuit, datum ſit. quam concluſionem intelligunt Docto. procedere etiam ſi conuen-
tio non expreſſa ſit, ſed per relationem quandam intelligatur[4]. Idémque quadamtenus,
cùm hæc conuentio in finibus pacti nudi ſtetit[5]. qua de re infrá. Ratio ſupraſcripti caſus
eſt: quia qui conuenit dare Pamphilum, præſenti die promiſiſſe intelligitur[6]. ſi ergo datus
non ſit, locus eſt pœnæ, nec vlterius tempus expectandum eſt. quam cõcluſionem ad duas
I. ſpecies extendit Iureconſultus. Prima † cùm actum eſt, vt ſi homo datus nõ ſit, & homo
10 & pecunia debeatur, cuius rei exemplum adduxit Oldrad. cùm adiecta eſt clauſula, *Rato*
*manente pacto*[7]. cum enim actum ſit vt homo & pecunia ſoluatur, apparet non expectãdum
eſſe tempus, quo ſolui non poſsit[8], meritò ergo confeſtim cõmittetur ſtipulatio. Aliud exẽ-
plum adducit Imo. Alex. Aret. ſi non ſit adiecta dicta clauſula, ſed aliud æquipollens, putà
quia dictum ſit, *Vt ſi homo datus non fuerit, vtrunque debeatur.* intelligitur enim, *Debeatur.* effectu
vt cogi promiſſor poſsit[9], licet Ang. iis verbis videri quidem vtrunque in obligatione eſſe
cenſeat. ſtipulatorẽ tamen alterius ſolutione contentũ eſſe debere[10], quæ ſentẽtia ceuver-
II. borũ proprietati nõ cõueniens cõmuniter reprobatur[11]. Altera ſpecies eſt, cũ cautũ eſt,
vt ſola pecunia, non ſoluto homine, debeatur. nã & tunc confeſtim, non dato homine, cõ-
mittitur pœna, ſed certè hæc theſis ſuperiori diſtinctioni aduerſatur: cùm illa verba, *Non*
*ſoluto.* in conditionem reſoluãtur[12], videatúrque hoc caſu à conditione ſtipulatio incipere.
I. Irnerius (vt ſuprà dixi) ingenue faſſus eſt Pegaſi ſententiam omnino corrigi, & à ſuprà
ſcripta diſtinctione recedere Papinianum, quod aliquando in hiſce quæſtionibus fit in qui
II. bus dubitando procedimus[13]. Cæteri verò vno ore exiſtimant intelligendam hanc ſpe
ciem ſecundum ſuprà dicta, cùm ſcilicet, à conuentione cœpit ſtipulatio. quæ interpreta-
11 tio ſatis aliena eſt à ductu ſermonis, & naturæ dictionis, *Sed & ſi.** quæ ſuppoſitis iiſdem ter
minis, aduerſatur[14], vnde ſicut in præcedenti verſiculo loquitur Iuriſconſultus, cùm ſtipu-
latio à conditione cœpit, ita hoc caſu eſt intelligendus. ſuadet hoc & ablatiui natura, vt ſu
pra dixi[15]: ſuadet ratio voluntatis, quam Sabinus adduxit, cui locus eſt, etiam ſi à conditio-
ne cœperit ſtipulatio[16]. cur enim in conditione rem poſuit ſtipulator, niſi quia voluit eam
ſtatim dari[17]. ſuadet & illud verbum, *Vt homo ſoluatur.* quod indicat hominem in ſolutione
duntaxat eſſe, non in obligatione ſeu conuentione. vrget nos & illa ratio, quia videretur
Papinianus ſuperfluè loqui, & ſemel deciſa repetere. Quid igitur ſtatuemus? & aliàs ego
Irnerij ſententiam ſum ſequutus, quamuis Rainerius hîc eã irrideat[18], neſciréq; quid recẽ-
tiores dicant, quo ſpiritu ego ita ſenſerim. nec dubito tamẽ, quin probabilis ſit, præterquã
in obligationibus facti, quoties ſtipulatori non autem promiſſori onus incumberet[19]. am-
III. pliùs tamen deliberandum eſt. An ergo † aliter interpretabimur, vt ſcilicet, exiſtimaue
12 rit Papinianus referre, an expreſſa cõditione, aliquid dictũ ſit, an per ablatiuũ abſolutum?
IIII. quoniã ablatiui caſus aliquantò plus diſpoſitionis cõtinẽt, quàm ſimplex cõditio[20]. An
probabilius eſt, vt differentia in hoc vertatur? quia illa verba, *Non ſoluto homine.* exponũtur,
ſi non fuerit ſolutus, & ſic futurum ſimplex ſtipulatio non continet, ſed exactum, ideſt,
conſtans ex præterito[21]. Vnde faciliùs coniectura ſumitur cõfeſtim committi pœnam vo-
V. lentium. An cum Iuriſconſultus docuiſſet, quoties vtrunque exigi poteſt locum eſſe Sa
bini ſententiæ, ampliùs illud extendit. etiam ſi nõ vtrunq; exigi poſsit, ſed alterũ duntaxat
dũ tamẽ vtrunq; ſit in obligatione, putà. *Pamphilum aut decem promittis?* conſtat enim in alter
VI. natiuis vtrunq; in obligatione eſſe[22]. Qua ratione idem eſſet conſtituẽdum verbis hoc
modo conceptis, *Si Pamphilum non dederis, dabis decem. & ſi decem non dederis, dabis Pamphilum*[23]?
eſt enim hæc conceptio inſtar alternatiuè, & ideo videretur vtrunque in obligatione eſſe
propter duplicis, & cõuerſoriæ cõditionis vim, qđ ſecùs in cõditiõe ſimplici quę ante euen-
tum

1 l. j. in fi. ad municip. l. qui teſtamẽto. §. mulier. de teſt.
2 l. acceptis. de cõd. & dem.
3 ſ. glo. verbo, Sabinus.
4 l. fideiuſſor obligari. in fi. de fideiuſſ.
5 l. nuda. C. eod.
6 l. eum qui calendis. ſ. eo.
7 l. qui fidem. de tranſact.
8 l. ſi homo. ſ. eod.
9 l. debitor. de verb. ſign.
10 argu. l. ſi quis ſtipulatus ſit x. in melle. de ſolut.
11 d. l. debitor.
12 l. à teſtatore. de cond. & demon.
13 l. duobus. de lib. ca. l. fin. de cond. ſin. cau.
14 glo. l. ſed & ſi lege. de pet. hæred.
15 l. à teſtatore.
16 d. l. ſi locuples.
17 d. l. ſi quis ſtipulatus x.
18 Rai. ſ. gl. verbo, Sabinus.
19 §. ſi quis ita. Inſtit. eod.
20 l. in ratione. ij. §. tametſi. ad l. Falcid.
21 l. ſi quis ſtipulatus. ſ. eod.
22 l. ſi duo. ȷ. eod. d. l. ſi quis ſtipulatus.
23 l. ſi Titius. ſ. eo.

tum nihil obligationis ſupponit[1]. Dixerit alius differentiam ex vi dictionis, *Soluto.* acci- VII.
pi, quæ relationem tacitè facit ad id, quod iam debetur [2]. vnde quamuis verba conditionē
ſignificent: tamen diſpoſitionem præſupponunt[3], vt meritò perinde habeatur, ac ſi à con-
uentione cœpiſſet ſtipulatio[4]. Ego illud quoque dici poſſe arbitror. vt quamuis in dubio VIII.
pœnalis ſtipulatio præcedentem non nouet, vt ĵ. videbimus, ſi tamen aliud expreſſe à par-
tibus actum ſit, ſecus eſt, & hoc caſu intelligi vltimus hic verſiculus poteſt. ſola enim pecu-
nia tantum debetur, vt dîc dicitur, cū actum eſt fieri nouationem & cum obligationem dā
di hominis ſit nouata non eſt expectandum quod amplius dari nequeat, ſed ſtatim pœna-
lis ſtipulatio committitur. Addunt Docto. alios † caſus, quibus quanquā à conditione ſit IX.
cœptum, ſtatim mora committitur. Nempe vnum in vltimis voluntatibus [5], quod infrà di- 13
ſputabimus. Alterum, quoties quid in diſpoſitione poſitum eſt, ad conditionis ipſius exe X.
cutionē tēderet, veluti, *Si ſtichum non dederis, promittis ne mihi, vt eum propria auctoritate accipiam?*
quod eo exemplo inducitur, quo traditū extat iis verbis, *Stichus ſi hæres eum non manumiſerit,*
*liber eſto.* confeſtim cùm primum commodè manumittere poteſt, hæredem in mora eſſe [6],
quod Petrus fauore libertatis inductum eſſe. Bar. fauore vltimarum voluntatum exiſtimat.
Ego verò iure communi, quia diſpoſitio ad exequutionem conditionis pertinet [7]. Rur- XI.
ſus alterum, quoties ſi expectaretur, quod amplius fieri non poſſet, actus eluſorius reddere-
tur, quod infrà attinguam [8]. Vltimum, quoties conditio non grauatum reſpiceret, ſed XII.
honorato adiecta eſſet, & de iis caſibus tractaretur, quibus cautioni mutianæ locus eſſet: ea
enim interpoſita eſt, ne diutiùs expectetur [9]. Et hæc quidem legis noſtræ interpretationi
ſufficerent, niſi quod humana curioſitas modum non habet, onerarúntque hanc legem
commentariis ſuis Rai. Barto. Signorol. Alberic. & deinde recentiores arbitrati ſpoliatis
aliis legibus hanc ſe ornare, nos verò ſuam dotem cuique dabimus ſuo loco. Illud nō omit-
tendum vltimam legis partem aliter ab Accurſ. fuiſſe intellectam, & violato contextu arti
culum nouationis hîc inductum, vt meritò omnes eum non probent, nóſque infrà ad-
tingemus.

CVM ID AGERETVR, VT CERTO. Si id agebatur, vt certo die ſiſte-
res, cur non præſumitur in ſtipulatione[10] actum, cùm par ſit taciti & expreſsi virtus[11]? ve-
rùm reſpondetur huic rationi duobus modis. Altero ei locum eſſe, cùm vtraque pars hoc
agit. Sed in caſu noſtro ſtipulator ſolus hoc egerat, quia in tractatu dixerat velle ſe ſiſti cer
ta die, vel ea, quam in ſtipulatione dicturus eſſet, cui proteſtationi promiſſor nec aſſenſum
nec diſſenſum præſtiterat, tunc ſi omittatur dies propter incertitudinem vitiabitur con-
tractus, ídque in ipſius qui egerat præiudicium[12], & licet vnius proteſtatio cui alterius con-
ſenſus non acceſſerit, per factum contrarium tollatur[13]: tamen ſecùs eſt in caſu noſtro, in
quo non tam de facto contrario agitur, quàm de quadam omiſsione, ſeu non facto obliuio
nis, vel erroris colore excuſato. ſicque declarando poteſt hæc prior diſſolutio, quam cæte-
ri improbant defendi. Altero tamen modo alij reſpondent, nempe etiam ſi ab vtroque de
die apponenda actum in tractatu fuit, deinde eius certitudo per errorem in ſtipulatione
omiſſa: non enim poteſt videri tacitè de certa die actum, cùm hæc incertitudo nec in tra-
ctatu quidem adfuiſſet, vnde colligitur ea concluſio, vt actus ſub certa forma faciendi pro
teſtatio, illum vitiet, ſi ea forma deinde non ſeruetur, ex præfationibus enim demonſtra-
tur conſenſum abeſſe, ſi alio modo celebretur [14]. quæ concluſio tribus caſibus non proce-
dit. Primus, quando † illa forma poteſt cenſeri repetita, vt quia dies certa in præfatio- I.
nibus expreſſa fuit, puta dies Martinalium, vel Natalitius, vel Hilaria, vel Pentecoſtes[15], 14
niſi tamen reſultaret repugnantia, vt ſuprà in poſitione caſus dixi. Alter eſt, cùm for- II.
ma omiſſa non ſubſtantiam obligationis, ſed qualitatem reſpicit: omiſsio enim qualita-
tis actum vitiare non debet [16]: in caſu † autem noſtro dies ad ſubſtantiam ex mente con- 15
trahentium pertinere videtur, qui agebant, vt certa die ſiſteretur, & non alia: ſicut &
tunc ad ſubſtantiam pertinet: cum non ad differendum additur, ſed ob neceſsitatem actus
ad eſſentiam vel formam ſuam inducendi [17]: qua de re ſuprà diffuſiùs [18], ſaluis enim ſuprà
ſcriptis, diei expreſsio regulariter de ſubſtantia contractus non eſt[19]. Vnde tempus & pro-
rogari & minui poteſt, durante ſemper eadem obligatione [20]. quod ſecùs eſſet ſi ad ſubſtā
tiam pertineret: remota enim ſubſtantia, remoueretur obligatio [21], imo & in factis plera-
que ſunt, quæ tempore non variantur, quod alibi Bart. docet[22], licet augeatur vel minua
tur æſtimatio[23]. Tertius eſt, ſi actus non incontinenti, ſed ex interuallo poſt proteſtatio
nem celebratus ſit: videtur enim tunc à priore tractatu diſceſſum[24]. quod Paul. Alex. & Iaſ. III.
hîc cenſuerūt: & ideo lex noſtra præſentis temporis verbo vtitur, cùm id ageretur, non au
tem cùm id actum fuiſſet, nempe indicans aliud eſſe, ſi ex interuallo contractus fuiſſet cele
bratus. Sed tamen, cùm hîc lex perpendat errorem, videtur hæc ratio indiſtinctè proce-
dere, imò faciliùs error, ſiue obliuio ex interuallo præſumitur, quàm in continenti[25]. qua
re (vt contextus † verba generaliter accipiantur) ſublimita hūc caſum, vt licet proteſtatio 16
non

1 l.cedere.de verb.ſig.
2 l.ſolutionis. de verb. ſig.
3 l.decem.ĵ.eod.
4 arg.d.l.fideiuſſor obligari.§.fi.Aret.hic.
5 arg.l.noſtræ.ver.idque defendebat.
6 l.ſi peculium.in fi. de ſtatulib.
7 arg.ver.quod ſine dubio.
8 l.libertas.§.j.de man.teſt. d.l.ſi peculium.in fi.
9 l.mutianæ.de cōd.& dem.
10 l.triticum.ſ.eo.
11 l.cùm quid.ſi cert.pet.
12 Bar.l.ſi ego.ſi cert.pet.
13 glo.l.pacta nouiſsima.C. de pact.Bar.l.non ſolùm. §. morte.ver.ſed quęro etiam. de op.no.nunt.
14 l.qui in aliena.§.fi.de acquir.hær.d.l.ſi quis.in prin.
15 l.titia.§.j.ĵ.eo.l. itē quia. in fi.de pact.
16 l.cùm pater. §. vicos. de leg. ij. l. pen. C.de inſtit. & ſubſtit.
17 l.ſi non ſortem. §.libertus.de cond.indeb.auth.quę ſupplicatio. C. de precib. imp.offer.
18 l.j.§. ſi quis ſimpliciter. ſ.eo.
19 l.ex duobus.ĵ. tit.j. l. eū, qui calendis.ſ.eo.
20 l.cùm ſtipulatus.ſ.eo.
21 Bar.l.denuntiaſſe.§.quid tamen.de adul.
22 l.ſi ita ſtipulatus eſſem. ſ.eo.
23 l j.§.diem.de edē. §.plus, Inſtit.de act.
24 d.l.diui.§.licet.de iu. co.
25 l.peregrè.de acqui. poſ.



non trahatur ad actum contrarium ex interuallo, tamen ſecùs ſit, cùm talis proteſtatio fu-
turum reſpicit, & actus ad eius exequutionem tendit [1], qua de re ego alibi diffuſiùs [2]. Sed
rurſus legi noſtræ obſtat, quòd omiſsio diei per errorem facta ſtipulationem damni infecti
cauſa interpoſitam non infirmat, ſed ex conſuetudine dies ſuppletur[3]. ſed reſpondent ali-
qui ſpeciale id eſſe in ea ſtipulatione, quæ prætoria eſt, & ex neceſsitate interponitur, inter
pretationémque à prætore reſpicit[4], qui errorem ex conſuetudine ſupplet[5]. Nos autem de
ſtipulatione certo loco ſiſti loquimur, quæ ab ea differt, quæ iudicio ſiſti dicitur, & conuen-
tionalis eſt. hoc enim ſub titulo iuriſconſultus conuentionales ſtipulationes proſequitur:
aliàs hanc legem in tractatu prætoriarum repoſuiſſet: probabiliſque hæc eſt ſentētia, quia
prætoria, ſtipulatio non requirit pœnam de qua hîc principaliter agitur, ſed in quod inter-
eſt tantùm committitur[6]. vnde reſpectu pœnæ non poteſt negari eſſe conuentionalē, quic
quid Accurſ. Din. cæteri dixerint, alij tamen aliter intelligunt, vt legi noſtræ ſit generali-
ter locus ſiue prætoria, ſiue conuentionalis hæc ſit ſtipulatio: ſed diſtinguendum in eo ſit,
an error interuenerit, quia crederet ſe reus perpetuò teneri cùm ſolùm ad tempus obliga-
retur, & tunc ex conſuetudine dies arctatur: an verò ſit error, quia non, niſi adiecta certa
die, vellet reus obligari: & tunc omiſsio diei actum omnino vitiat: ibi ergo erat error in die
vſque ad quam duraret cautio, quæ ſubſtantiam contractus nō reſpicit: hîc in die qua erat
ſiſtendum. Item ibi in iure, hîc in facto errabatur, quod Caſtr. ait, videntúrque diuerſis ver
IIII. bis in eundem ſenſum Doct. conuenire. Sed fortiùs obſtat, quòd ſi dies † hac in ſtipulatio
17 ne, *Iudicio ſiſti.* non ſit appoſitus, lex ait non vitiari ſtipulationem, ſed arbitrio ſtipulatoris
diem intelligi, ſecundum tamen iudicis moderationem [7]. Reſpondent aliqui illud in præ-
toria ſtipulatione ſeruari: nos in conuentionali loquimur quæ ſententià, vt ſuprà dixi, pro
babilis eſt: cùm de pœna loquamur, quæ ex mera conuentione procedit. Sed tamen Bart.
& poſt eum cæteri aliter diſſoluūt, quod hîc de certa die apponenda tractatum fuerat dein
de ea per errorem omiſſa eſt. at in lege contraria nihil de die prorſus actum erat: vnde iu-
dex ſecūdum diſpoſitionem iuris ſupplet in prætoriis ſtipulationibus arbitrio ſuo[8], in aliis
quando quis interpellatus congruè fuerit [9], niſi actum ſit, vt certo loco remoto, ſiſteretur.
intelligeretur enim tempus, vt eò perueniri poſſet [10], quod Raph. Alexand. Iaſónque tra-
diderunt.

NON SECVS AC SI QVOD PONDERE. Quomodo iis caſibus ſti-
pulatio ob incertitudinem vitietur, ſuprà locis ſuis tetigi, ibi videndum[11].

18 QVOD SI AB INITIO. Sed cùm dies non † ſit expreſſus, videtur pro omiſſo
habendus eſſe, & ideo ſtipulationem vitiari[12]. Reſpondet Paul. Caſtr. hîc actum fuiſſe, vt
promiſſor ſiſteret quacunque die ſcilicet, placeret actori[13], quia, ſecundum eum, cùm dies
omittitur, debet actoris eſſe electio, quæ ſentētia non eſt probabilis: quia hoc modo ſtatim,
cùm actor reum interpellaſſet, induceretur mora, nec expectaretur, quòd ampliùs ſiſti non
poſſet, vt rectè hîc Alex. tradit. Nec me mouet Aret. reſponſio qui à ſententia Caſtr. nō ab-
horrens ſtipulationē hîc cœpiſſe à conditione exiſtimat, & ideo expectari quòd ampliùs ſi
ſti non poſsit: quæ interpretatio verba legis violat, quibus ſatis oſtenditur non à conditio-
II. ne ſed à conuētione cœptū. Aliter ergo Raph. Put. Iaſ. qui fatentur ſuprâſcripta ratione
ſtipulationem principalem ſi ſimpliciter concepta fuiſſet, futuram nullam: ſed quia adie-
cta fuit pœna, ne fruſtrà id factum videatur, accipitur illa interpretatio, vt tempus quando
ſiſtat, in voluntatem promiſſoris collatum cenſeatur, non autem an ſiſtat[14]. Sed & hic ſen
ſus non ſatis Alex. placet: nec mihi, cùm conſentaneum iuri nō ſit propter ſtipulationē pœ
III. nalē confirmari principalem, quæ aliàs eſſet nulla[15]. Rectiùs ergo veteres intellexerunt
quos hîc refert Accur. ex quibus Otho haberi diem pro omiſſo ait: & ideo ex principali ſti
pulatione actionem non dari, non quòd ea ſit nulla (vt interpretatur Barto.) ſed quia dies
poſitus in voluntate promiſſoris cenſetur, & veriſimile eſt fore, vt promiſſor ſemper
differat: ideóque ſtipulator nunquam poſsit agere, quia ante diem ageret, meritò expe-
ctandum erit tempus, quo ampliùs ſiſti non poſsit. & ſic ex pœnali agendum. veráque eſt
hæc reſolutio, ſi ita declaretur, corriuátque in eundem ſenſum cum alia Accurſius quæ
IIII. communiter recepta eſt. Ait ille intelligi hîc, *Quocunque die*, qui placuerit promiſſori, quæ
ſententia receptior eſt: licet Caſtr. Raph. & Iaſ. dicāt eſſe ſubauditiuā, quod falſum eſt. quia
illa dictio, *Quocunque.* intelligitur, dum tamen aliquo: electióque eſt debitoris vt ſuprà decla
raui[16]. Cæterùm ex Docto. ſententia conſtituenda eſt regula, vt, vitiata principali ſtipula-
tione, pœnalis quoque infirmetur, quod in principio legis noſtræ probatur[17] vnde & ſi quis
arbitrio nullo, contrà faciat, in pœnā compromiſsi non incidet [18], à qua regula tres caſus
I. excipiuntur. Primus, quando † ratio, quæ principalem contractum infirmat, ad pœnalē
19
II. nō extenditur[19]. quod variis exēplis declarari poteſt[20]. Alter cùm pœnalis ſtipulatio eſ
ſet iurata. tali enim caſu ſi valeret, vt acceſſoria nō poteſt, ſaltem in vim principalis ſuſtine
III. tur quatenus tamē verba nō repugnāt[21]. Tertius, quādo principalis quidē verè eſt nulla,
ſed

1 l.ſi verò.de ædil. ed.l.ſi tibi liberū.de act.empt.Bart. d.l.Titia.
2 l.deteſtatio.de verb.ſign.
3 l.ſi finita.in prin.de dam. infec.
4 l.in cōuentionalibus. ſ.e.
5 l.emptori. §. ſi ſimplam. de euict.
6 glo.l.fin.de præt.ſtip.
7 l.de die.ſ.qui ſatiſd.cog. vbi glo.& Iac.
8 d.l.in conuentionalibus.
9 l.ſi ex legati.ſ.eod.
10 l.continuus.§.cū ita.ĵ.e.
11 l.triticū. l.qui pluribus. ſ.eod.
12 l.quicquid.ſ.eod.
13 c.cū iuramento. de hom.
14 l.fi.ſ.qui ſin.man. Alex. conſil.cxviij.in iij.
15 gl.& Doct.l.petens.C.de pac.l.ſtipulatio.§.alteri.ſ.e.
16 d.l.qui ex pluribus.
17 l.ſi homo.ſ.eod.
18 l.iij.§.ſi ſeruus.de pecul. vbi Bart.
19 d.§.alteri. Din.l. quidā ĵ.eod.
20 glo.l.pacta, quæ contra. C.de pac. Abb.c.debitores. de iureiur.
21 Bart. l.ſi quis pro eo.de fideiuſ.Alex.conſi.iiij. in j.

ſed debitor promiſit ſe id non allegaturum [1]. vnde qui promittit ſe non allegaturum in-
ſtrumentum cõtractũ eſſe nullum, ſub certa pœna, ſi alleget incidet in pœnam [2]. Addit IIII.
Raph. & Iaſ. quartum caſum, quem ſuprà in ſecunda ſolutione retuli, ſed & reprobaui.
NEC ANTE COMMITTETVR. Secunda pars legis hîc incipit: ex qua
adnotandum † eſt, quando diſpoſitio pœnalis à conditione ſumit exordium, vt committa- 20
tur, neceſſarium eſſe vti deſinat poſſe fieri, ideſt eſſe expectandum, donec conditio imple-
ri ampliùs non poſsit [3]. quod quandoque morte fit, quãdoque etiam præſcriptione [4]. Sed I.
tamen † hæc concluſio, vt ſuprà diffuſiùs dixi, perpetua non eſt. & hîc probatur ei non eſſe 21
locum, quando adiecta eſt clauſula, *Rato manente pacto*. ſeu quando vtrunque eſt in obliga-
tione ſaltem tacitè [5]. Vnde eadem ratione idem dicendum, cum alterum à principio, eſt II.
in obligatione vt æſtimatio, alterum in facultate ſoluendi, vt ſeruus qui noxam nocuit [6].
Item non procedit, quando ei conditioni adiecta eſſet dies: ſufficit enim tali caſu eam III.
diem expectare [7]. Nec rurſus procedit in diſpoſitione legali, quia habet in ſe tacitam iuſ IIII.
ſionem, ideóque ſtatim incurritur pœna [8]. quod ſuprà latiùs attigi, hic non repeto [9]. In vl V.
timis quoque voluntatibus, receptum eſt non expectari tempus mortis ſiue affirmatiua ſit
conditio [10], ſiue negatiua: quod ex Sabini reſponſo hîc probatur, ſi ſecundum communem
ſententiam exponatur [11]. nam & alia ſpecialia in vltimis voluntatibus videmus, & maxi-
mè quod in eis cautioni Mutianæ eſt locus [12], quæ in contractibus locum ſibi non vendi-
cat [13], vt ſuprà declaraui [14], & Iaſ. hic diſputat. Sed nũquid neceſſaria ſit monitio? & quid I. Queſt.
iuris in diſpoſitione legali ſit: ſuprà docuimus [15]. videndum quid in contractibus. & Accur.
hîc conſtituit regulam, vt quoties ſtipulatio à conditione incipit, euentus conditionis in
mora debitorem conſtituat: nec alia interpellatione ſit opus [16]: fruſtrà enim interpellatio
fieret, cùm id quod in conditione eſt, non ſit debitum [17], receptiſsimáque omnium hæc eſt
ſententia. idque non in contractibus tantùm, ſed etiam in vltimis volũtatibus. Vnde cùm
teſtator in teſtamento ſic dixiſſet, *Si hæres legata non ſolueret, vt hæreditas ad alium transferretur*.
Reſponſum à Bart. extat morte hæredis, eueniſſe conditionem, pœnámque committi, quã
uis vlla interpellatio non præceſsiſſet [18]. Quod tamen idem Bart. non procedere alibi I.
ſentit, ſi non à conditione, ſed à præcepto cœpiſſet teſtator, quod & Aret. probat [19]. qua ra- 22
tione ſi actum eſſet, vt vtrunque deberetur: cum tali caſu res non ſimpliciter in conditio-
ne, ſed in obligatione quoque ſit, neceſſaria eſſet interpellatio [20], abſque qua regulariter
mora non committitur [21], mihi non ſat æquum videtur, vt durior ſit debitoris cauſa, quan-
do promiſsio à conditione cœpit, quam quando à conuentione: & ideo arbitror vtroque
caſu, cùm ampliùs fieri non poteſt abſque interpellatione moram committi: quod ſi credi
tor velit citiùs debitorem in obligatione, quæ à pacto cœpit in mora conſtituere, tunc eſſe
neceſſariam interpellationem, ſícque ex veterum mente hãc materiã interpretor. Cæ- II.
terùm quod dictum eſt ſolo conditionis euentu moram committi, verum eſt in conditio-
ne poteſtatiua, quæ cum à voluntate debitoris pendeat, potuit ab eo præuideri. quòd ſi de
alia conditione loquamur, cuius euentus veriſsimiliter præuideri non potuerit, ſecùs eſt:
tunc enim mora non inducitur [22], & hoc eſt quod vulgo dicimus * non debere eadem die 23
quem obligari, & in mora conſtitui, ſed ſpatium aliquod concedi [23]. cùm ergo qua die eue-
nit conditio, incipiat debitor obligari [24], eadem incipere non poteſt mora. qua de re ſuprá.
Sed quid in modo dicemus? & ſciendum eſt contractus* innominatos non ad conditio- III.
nem, ſed ad modum pertinere [25]. In iis ergo, quamuis alicui adimpletus ſit modus, receptũ 24
eſt confeſtim moram non induci [26], ſed ſpatium aliquod ei concedi, quo & ipſe adimplere
poſsit, ſed an neceſſaria ſit interpellatio? & videretur eſſe quod aliqui cenſuerunt, quia (vt
ſuprà eſt viſum) ex ſolo implemento mora ſtatim non inducitur: ſed ego diſſentio [27], quia
lex quadam tenus æquiparat, an dies ſit adiecta, an ei adimpletus ſit modus [28], vnde ſicut
quando dies adiicitur, non eſt neceſſaria interpellatio [29], ita nec hoc caſu: ſufficiat ergo
modicum interuallum. Qui tamen beneficiario nomine obligatus eſt, quamuis etiam ſa-
cramento in verba domini adactus ſit, interpellari debet [30], quod propter naturam cõtra-
ctus inductum videtur. ſatis enim fidelis eſt, qui interpellatus adiuuat [31]. Sed quid ſi † le- IIII.
gatum ſub modo factum ſit, hæréſque ſoluerit, committetúrne aduerſus legatarium mora 25
ſi modum, cum primum poteſt, non adimpleat? & Bal. cenſuit requiri interpellationem [32],
quod & Aret. hic probat [33]. Ego verba cautionis aduertendum cenſeo, vt quod promiſſum
eſt, ſeruetur [34]. aliàs quod ad regularem moræ effectum adtinet, non putarim neceſſariam
eſſe interpellationem, ſed modicum duntaxat ſpatium ſecundũ ſuprà ſcripta cõcedi, quod
verò ad amiſsionem legati pertinet, veram eſſe Bal. ſententiam, vt omnino interpellatio
requiratur [35]. Supereſt, ne † videamus, quomodo conſtet, quod in conditione poſitum eſt II. Queſtio.
ampliùs effici non poſſe, & lex noſtra videtur requirere, vt id ſit declaratum, quæ verba ſi-
gnificant per ſententiam iudicis rem ad liquidum deductam eſſe, per probationes enim an 26
te ſententiam non dicitur quid conſtare, aut declaratum eſſe [36]. Contrarium tamen hîc
cenſent

1 Barto. l. vbi pactum. C. de tranſa.
2 Alex. conſi. cccij. in ij.
3 d. §. ſi quis ita. & l. hoc iure. ſ. eo.
4 l. Iulianus. §. proinde. ad exhib.
5 ſ. ver. quod ſine dubio.
6 l. miles. §. decẽ. de re iud. l. item. §. idem rectè. de pet. hæred.
7 l. quicquid. in ſi. l. veluti. in fi. ſ. eo.
8 glo. l. j. C. de his quib. vt indig.
9 d. l. quicquid. §. ſi.
10 l. hæc conditio. ij. de con di. & dem.
11 verſi. idque vtilitatis.
12 l. Mutianæ. ſ. de cõ. & de.
13 d. §. ſi quis ita.
14 l. veluti. ſ. e.
15 d. l. quicquid. §. ſi.
16 arg. l. nuda. C. eo. l. ſi pupillus. ſ. eod.
17 l. ſi penum. quando dies leg. ced. vbi Bar.
18 Bart. conſi. xxix. proponitur.
19 Bar. conſi. vij. Aret. l. paterfam. de vulg.
20 d. l. ſi penum.
21 l. ſi ex legati. ſ. eod. Bar. hic. vj. q. Decius conſi. ij.
22 l. quoties in diem. ſ. eo. Bar. l. j. de cond. & dem.
23 l. quod dicimus. de ſolu. glo. l. Aemilius. de min.
24 l. cedere. de verb. ſign.
25 glo. l. ſi quis cum debitore. de iureiur. Bart. l. cùm mota. C. de tranſact.
26 l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphum. de præſcrip. verb.
27 ar. l. iij. §. ſed ſi ſtichus. de cond. cau. da.
28 d. l. naturalis. ver. quod ſi tale.
29 l. magnam. C. eod.
30 c. j. §. licet. ſi de feu. def. con. ſit.
31 c. j. de no. for. fidel.
32 Bald. l. & ſi poſt tres. ſ. ſi quis cau.
33 arg. d. §. licet.
34 auth. cui relictum. C. de ind. vid. tol. Bar. l. quibus. § Thermilius. de cõd. & dem.
35 glo. §. ſi quis autem non implens. auth. de hæred. & falcid.
36 glo. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. pen. de iureiur.



cenſent Ang. Imo. Alex. & Iaſ. quia quoties agitur incohandi iudicij cauſa ad eundem effe-
ctum, & aduerſus eãdem perſonam, ſufficit rem ita ſe habere: dictióq; illa, *Declaratum*. intel
ligitur per facti veritatem, licet non adhuc per iudicem. quod Bar. alibi cenſuit [1]. licet ſecùs
eſſet, ſi aduerſus tertium ageretur [2], veráq; ſunt huiuſmodi ſed non quadrant legi noſtræ, &
vocem declarationis violant. Ego dupliciter agi poſſe ex ſtipulatione ſiſtendi ſcio. In pri-
mis iudicio ordinario, & tunc ſufficeret rem ita ſe habere, vt conditio ampliùs impleri ne-
queat, & probationibus in iudicio factis ſufficiet definitiua, quæ pœnam irroget, ad quam
27 iudex procedendo, tacitè videbitur* declaraſſe, amplius ſiſti non poſſe [3]. Poteſt & via exe-
quutiua agi, ſi ſtipulatio iſta facta ſit ad iudicij præparationem, prout plerunque cõſueuit [4].
tunc enim ad liquidum deducta conditione, confeſtim concedetur exequutio [5]. Igitur pote
rit actor curare, vt iudex interloquatur, & declaret deſiiſſe cõditionem impleri poſſe, quo
caſu ſtipulatio paratam habebit exequutionem.
IDQVE DEFENDEBAT. Cùm iuriſconſultus hîc argumentetur de penu lega
ta ad contractus, videretur non eſſe conſtituendã inter hæc vllam differentiam, quod Pet.
cenſuit, exemplúmque hoc intellexit, cùm à diſpoſitione cœpit legatum [6]. lex enim vtitur
exemplo penus legatæ: ſi legata eſt, ergo in diſpoſitione poſita, non autẽ in conditione tan-
tùm [7]. Vnde ſequitur, vt ſi in conditione tãtùm penus fuiſſet, non committatur pœna, niſi,
cùm amplius præſtari non poſſet. Et licet lex nihil referre ad legis falcidiæ imputationem
28 exiſtimet, † quomodo penus relicta ſit, diſpoſitiuè an conditionaliter [8], tamen non idẽ vi-
detur in commiſsione pœnæ ſi quidem in falcidia idẽ eſt, ſiue penus in conditione dunta-
xat ſit, ſiue in diſpoſitione quidẽ fuerit, ſed propter hæredis moram transfuſum iam ſit le-
gatum, nullo enim horũ caſuum in falcidiam penus imputari poteſt, cùm vel nũquam de-
bita propter conditionẽ fuerit, vel ampliùs debita propter transfuſionem nõ ſit, quæ ratio
à lege noſtra ſeparatur: defendíque diſputãdo facillimè hæc ſententia poſſet, licet nec ego
eam probẽ, cæteríq; doct. ſtent contrá. Accur. enim & Bar. aliíq; frequentiore numero con
29 tractus ab vltimis voluntatibus [9] diſtinguunt, vt in vltimis voluntatibus non ſeruetur* ea
diſtinctio an à conditione an verò à diſpoſitione incipiat legatũ, ſed indiſtinctè confeſtim,
cùm fieri poteſt, conditio debeat adimpleri, aliàs committatur pœna: aiunt enim intereſſe
reipub. vt vltimæ volũtates celerrimum exitũ habeant [10], nec debent in ſuſpenſo eſſe [11]: &
ideo quamuis à conditione incipiat legatum, nihilominùs ſtatim præſtabitur. Addit Iaſ. in
contractibus verba interpretationẽ aduerſus ſtipulationẽ accipere [12], quod in vltimis vo-
luntatibus non procedit: in quibus fauorabilior fit interpretatio [13]. Sed hæ rationes ſanè-
quàm fragiles ſunt valet enim argumentũ, de vltimis voluntatibus ad contractus [14], vt hîc
manifeſte probatur. Nec obſtat, quòd vltimæ volũtates ſint celeriùs extricandæ, quia hoc
verum eſt, dum ſecundũ voluntatem teſtatoris extricentur, quæ non ſat conſtat, cùm lega
tum à conditione incepit. Minùs obſtat quod in ſuſpenſo ſtare non poſsint, quia id verum,
poſtquã legati dies ceſſerit [15], ſecùs antè: qui noſter eſt caſus. nã & ſicut in contractibus in-
terpretatio aduerſus ſtipulatorẽ fit, ita in teſtamentis aduerſus legatarium in hæredis, ſeu
debitoris fauorem [16], ſicq; apparet rationem hãc differentiæ haudquaquã ſatis firmã eſſe.
Addũt tamen illi probari hanc differentiã ex legis noſtræ verbis, dum in penu legata rece
ptum eſſe lex ait, *Vtilitatis cauſa*. quæ verba ſignificãt ſpeciale id eſſe, ſubiicitúrq; *Ob defuncti
voluntatem, & rei naturam*. Interpretatur autem Bar. rei naturam, ideſt, cõditionem, quæ ad-
iecta eſt hæredi, & quæ cenſetur appoſita, vt quã primùm det, quo ſenſu hæc ratio in quo-
cunque legato locum haberet. Sed reſponderet Pet. etiam in ſtipulatione pendere condi-
tionem ex parte promiſoris, & tamen locũ eſſe diſtinctioni, vt tunc hæc volũtas, arguatur
cum in diſpoſitione eſt penus. Ego ſuprà ſcriptam rationem de natura rei, & defuncti vo-
luntate ad hoc referẽdam arbitror: quia teſtator penũ vxori relinquens hoc agit, vt vxor
ea fruatur & veſcatur, non vt expectet, donec præſtari non poſsit. Specialitáſque in eo con
30 ſiſtit, quod aduerſus vim verborum, quæ † non arctant promiſſorem, vt ſtatim conditionẽ
impleat [17], id ſit receptum, vt, niſi cõpleuerit, confeſtim ſit in mora. Bal. tamen ſubſcripta
verba aliter interpretatur, vt id ſpeciale ſit propter naturam rei, ideſt, penoris, quod in ali-
mentis conſiſtit, at venter dilationem nõ recipit [18]. vnde & alimentis plurimum fauoris tri
buitur [19]. quæ expoſitio niſi ſecundum ſuprà ſcripta intelligatur, mihi non ſatis placet, cur
enim exemplum potiùs in alimentis poſitum non eſt? conſtat enim legatum alimentorum
à legato penoris differre. quòd ſi hoc propter fauorem penoris inductum eſt, eadem ratio-
ne in ſtipulatione penoris vel frumenti, vel ſimilis rei, quę mandi poſsit, recipiendum idem
eſſet. Minùs etiam placet, quod Raph. Put. & Iaſ. exiſtimarunt, nempe naturã penoris eſſe,
vt ſtatim præſtetur: quia facile corrumpitur [20]. nam id ipſum potiùs ſuadere debuit, vt ex-
pectaretur, cùm non futura ſit longa expectatio [21].
ITAQVE POTEST SABINI. Adnotant tamen Accur. Barto. & cæteri qua-
31 tuor caſus, quibus, quamuis à cõditione † cœptum ſit, tamen nõ expectatur, vt ampliùs fieri
poſſe

1 l. hoc iure. ſ. eo. l. ſi finita. §. Iulianus. ver. procedo vlteriùs. de dam. infect.
2 l. ſtipulatio. §. habet. vbi Bar. de ope. no. nun.
3 l. à procedente. C. de dilat. v. Bar.
4 d. l. & ſi poſt tres.
5 l. ſi. verb. ſtatim. C. de vſ. re. iud. l. j. ſ. iud. ſol. vbi Bar.
6 l. j. ſ. de penu leg.
7 d. l. ſi penum. ſ. quãdo di. leg. ced.
8 l. j. §. item ſi ita. ad l. fal.
9 gl. d. l. & ſi poſt tres.
10 l. vel negare. quẽ ad. teſt. aper.
11 l. ſi. ſ. com. præd.
12 l. ſi. com. præd.
13 l. ſemper in teſtamẽtis. de reg. iur.
14 l. quæ de legato. de leg. j.
15 gl. Bar. d. l. ſi. com. præd.
16 l. nummis. de lega. j. l. ſi fuerit. de reb. dubi. Rom. l. plures. de dam. infe.
17 d. l. cùm ab eo. de contrah. emp.
18 l. ſi res. de appel. recip. l. j. C. de primipil. lib. xij.
19 l. cùm hi. ſ. de tranſact.
20 gl. l. j. C. ſi aduer. vſucap.
21 arg. l. j. de gland. leg.

poſſe deſinat. Primus, cũ teſtator ſic ſcripſit, *Stichus ſi capit olium non aſcenderit, liber eſto.* ſta- I.
tim enim eſt liber, cùm oblata eundi facultate non iuit [1], quod aliqui fauore libertatis indu
ctum exiſtimant, quæ propter expectationẽ redderetur eluſoria. Addunt alij frequentiore
calculo, quotieſcunq; actus aliàs redderetur eluſorius, eius ſuſtinendi cauſa fieri hanc in-
terpretationẽ. quod Iac. Pet. Guli. Lamber. Ray. Alberic. recentioréſque non pauci tradide-
runt. quod intelligendũ, quoties cautio Mutiana vel non competeret, vt in contractibus [2],
vel nõ ſufficeret, vt in hoc libertatis exemplo. nec enim libertas reuocari poteſt [3], vt Raph.
ait: mauúltque lex eam ad tempus differri, quàm reuocationis periculo, quod Are. tradidit,
ſubijci [4]. aliàs enim per cautionẽ Mutianam ſuccurrendũ quoq; debitori eſſet, vt hîc Bart.
docuit [5]. qua ratione idem quoq; dicendum eſt in cõditionibus, quæ non honorato, ſed gra-
uato adiectæ ſunt, de quibus propriè lex noſtra loquitur. in eis enim locus nõ eſt Mutianæ
cautioni: & ideo cõfeſtim haberent effectũ, ne aliàs ſint eluſoriæ [6]. quam ſententiam Put. &
Are. hîc probãt. licet enim reſpectu cautionis plurimũ referat, adiecta ſit honorato, an gra-
uato conditio, tamẽ (quod ad eius implementum adtinet) nulla cõſtituenda eſt differentia,
quod ſemper ſubſit ratio, ne actus ſit eluſorius [7]. Et ex ſuprà ſcriptis inferũt aliqui legata ad
pias cauſas ſub cõditione negatiua, nihilominùs ſecundũ cautionem Mutianam præſtãda
eſſe [8]. quia ratio prohibitæ in libertatibus reuocationis hoc caſu ceſſat, licet aliàs valeat ar-
gumentũ de libertate ad pias cauſas [9]. Sequens† caſus eſt, cùm conditio ita cõcepta eſt, II.
*Si illi fundum non dederis, mihi dare ſpondes? & ſi mihi non dederis illi dare ſpondes* [10]: cuius rei quinque 32
rationes affert Bar. ipſe ſextã ſequitur, nempe quia talis cõditio ex mente promiſſoris dici
tur perplexa, qui veriſimiliter nõ curabit hanc perplexitatem diſſoluere vt ſolutionẽ diffe
rat, ideóq; lex ei diem aduſque litis cõteſtationem præſtituit, idq; propter ſimilitudinẽ, quæ
huic obligationi cũ illa duorum reorũ credendi eſt [11]. Sed hæc ego omnino nõ probo, cùm
non poſſit hæc dici perplexitas, quia cuicunq; conſtituerit promiſſor ſoluere, ſtatim diſſol-
uetur [12]: alioquin hæc promiſsio, *Mihi aut Titio vtri voles dabis*? perplexa eſſet. quod nõ eſt cre-
dendum. Septimã ergo ipſe rationem comminiſcar, & cenſebo huiuſmodi ſtipulationẽ al-
ternatiuæ æquiparari [13]. conſtat autẽ in alternatiuis nullam eſſe perplexitatem, ſed ſoluẽdi
facultatem vſq; ad conteſtationem litis competere [14]. Tertius eſt† caſus in fideiuſſore, III.
qui ita adpromiſit, *Si reus non ſoluerit, dabo centum* [15], quia (inquit lex) veriſimile eſt id eſſe actũ, 33
vt cùm interpellatus reus nõ ſoluiſſet, fideiuſſor teneretur, quæ ratio eadẽ eſt, quæ & Sabini
hîc fuit, voluntas, ſcilicet, contrahentiũ. Sed vnde hæc volũtas colligitur? & aiũt ex verbis
ſtipulationis colligi, quia verba illa conditionis. *Si reus non ſoluerit.* ſignificant, ſi in mora ſol-
uẽdi fuerit [16]. Vnde per talem morã cenſetur eueniſſe cõditio, ſub qua fideiuſſor promiſit,
merito mora principalis, qui ipſe diſpoſitiuè tenebatur, nocet fideiuſſori [17]. qui licet ſub
conditione promiſerit, tamen poſt eius euentum perinde eſt, ac ſi purè promiſiſſet [18]. Sed
videretur hodie fideiuſſoriam obligationem ſic conceptam. Si principalis nõ ſoluerit con-
ditionalem nõ eſſe, cùm enim ex Nouella Iuſtiani fideiuſſor non conueniatur niſi excuſſo
principali [19], videtur talem conditionem tacitè ineſſe, & ideo pro ſuperuacua haberi [20].
Verũ reſpõde aliter exprimi, quã tacitè inſit: expreſsio enim operatur ſiue principalis non
ſoluat quia nolit, ſiue quia nõ poſsit: at tacitè ſolus impotentiæ caſus cõtinebatur. Quar- IIII.
tus eſt caſus,† quoties conuentionem pacto nudo conceptam ſubſequuta eſt pœnalis ſtipu 34
latio, ſi quod in conuentione nuda deductũ eſt, ſolutum nõ eſſet. tunc enim poſt litem con-
teſtatam extitit conditio, vt verba cõſtitutionis aiũt: ideóq; tum demum committitur pœ-
na [21], quod aliqui ſimpliciter intelligunt [22], vt iudicio ſuper ſtipulatione pœnali accepto
tum primum cõmittitur mora, idq; ex conditionis euentu: priùs enim euenire non poteſt,
cùm ex conuentione nuda agi non poſsit. at vbi actio non eſt, ibi nec mora quidem vlla
eſt [23]. at Iac. Pet. Bar. Ang. Raph. Paul. Aret. & alij ferè crebriùs, conditionem, ex qua mora
committitur, per interpellationem extraiudicialẽ euenire exiſtimarunt, vt ſicut per euen-
tum dici ab arbitro cõſtituendæ euenit [24], ita & per interpellationem eueniat, quæ regula-
riter illi æquiparatur [25]: cùm enim hîc dicatur ex præſumpta voluntate partiũ committi,
quã primùm ſtipulationem, cur nõ & hoc caſu? cùm præſumpta voluntas non minùs pacto
nudo quàm alio contractu depræhendatur [26]. Nec obſtant verba conſtitutionis, dum iis
dicitur poſt motam litem extitiſſe conditionem [27], quia verbum, *Extitiſſe*, intelligitur im-
purgabiliter [28]: cùm ad illud vſque tempus cõſtet purgari moram poſſe [29]. Verbum enim,
*Siſto*. vnde formatur *Exiſto*. ad id refertur quod firmiter ſeu immutabiliter ſtat [30]. quod li-
bro Elegantiarum V. Valla tradidit, & ideo in iudicio ſtetiſſe non dicitur, niſi qui
permanſit.

QVOD SINE DVBIO. Quemadmodùm verſiculus hîc intelligi debeat, ſuprà
explicuimus. Accurſ. tamen conuerſo literarum ordine, nouam hîc, & impertinentẽ quæ-
ſtionem proponi arbitratus eſt, vt velit Iuriſconſultus cùm ſtipulatio à conditione cœ-
pit, & pœnam & rem præſtandam eſſe, ſi id actum ſit, quod ſi non ſit actum, ſola pœna
præſta

1 l. libertas. §. j. de manu. teſtam.
2 gloſ. l. ſiue apud. C. de tranſact. dixi in l. veluti. §. j. §. eod.
3 l. j. & ij. C. ſi aduer. lib.
4 l. fi. C. de pet. hæred.
5 l. hæres. §. quamuis. de cond. & dem.
6 l. ſi peculium. §. fi. de ſtatulibe.
7 l. quoties in ſtipulationibus. §. eod. c. ſi ciuitas. de ſen. excom. in vj.
8 d. l. Mutianæ. v. Soci. de cond. & dem.
9 Bar. l. pximè. de his quæ in teſtam. Iaſ. l. ſi vnus. C. de teſtam.
10 l. ſi Titius. §. eo.
11 l. ex duobus. ij. §. tit. j.
12 l. qui quadringenta. in prin. ad l. falc. gl. xiij. diſtin. in ſumma. Bar. l. j. de condi. inſti. in ij. princip.
13 l. cum ita. de opt. leg. l. iij. §. qui & à quib.
14 l. ſi ſtipulatus ſit x. in melle. de ſolu.
15 l. fideiuſſor obligari. §. fi. j. de fideiuſſo.
16 l. ſi duo. in fi. vbi Bart. de conſt. pec.
17 l. mora. §. eo.
18 l. ſi. §. j. de vulg. §. eo. l. fi. §. fina.
19 auth. præſente. C. de fideiuſſ.
20 l. non rectè. C. de fideiuſ.
21 l. nuda. C. eo.
22 Azo, Guil. Rai. Iac. Imo. Alex. Iaſ.
23 l. lecta. verſ. ſed cùm fortis. ſi cer. peta. l. ſi pupillus. §. eod.
24 l. ſi cùm dies. §. fi. de arb.
25 l. ſi ex legati. §. eo. felic. paſtoralis. §. fin. col. pen. de offic. deleg.
26 l. fi. de reb. eorum.
27 d. l. nuda.
28 l. obligationum ferè. §. fin. §. tit. j.
29 l. ſi inſulã. §. eo. vbi dixi.
30 l. ſcire oportet. §. ſufficit. de excuſ. tut. vbi Bal.



præſtabitur: quia obligatio rei per eam nouata eſt [1]. Hincque diſputãt Doct. quemadmo-
dum per ſtipulationem pœnalem mouetur præcedens, in qua altercatione quot capita tot
ſententiæ. Bar. ſeptem veterum opiniones hîc ſanè benè improbat. Sex aliæ poſt eum à re-
centioribus ſunt inuectæ nihilò meliores [2]. Nos eam duntaxat, quæ Bart. eſt idcirco refe-
remus, reprobabimúſque, quia inter hos ſequiores videtur receptior. Is Pauli reſpon-
35 ſum: † quo traditur, *Si nauem fieri ſtipulatus ſim, & ſi non feceris centum.* exiſtente pœnæ condi-
tione, quaſi nouari priorem [3], interpretatus eſt procedere, quoties ſtipulatio ex cauſa lu-
cratiua interpoſita eſt, quòd ſi ex cauſa oneroſa contractum celebratum proponamus,
tunc ſecùs eſſe, nullámq; nouationem fieri, ſed ex vtraque agi poſſe [4]. cuius diſtinctionis ea
eſt ratio, quia faciliùs extingui obligatio ex cauſa lucratiua debet, quam ſi titulo oneroſo
inducta ſit [5], quod tamen plumbinus nõ probat, cùm etiam tali caſu ſemper pœna adiicia-
tur, vt magis conſultum creditori ſit [6], & in pœnis non minùs id, quod intereſt, reſpectu lu-
cri non facti attendatur, quàm damni perpeſsi [7]. Illud etiam mouet, quòd ei, qui liberalitate
vtitur, eſt magis ſuccurrendum [8], quod fieret ſi duntaxat grauior obligatio nouaretur, &
tamen conſtat indiſtinctè primam nouari. An ergo verius eſt, quod Alex. mauult? quia duæ
36 lucratiuæ * cauſæ ſimul concurrere non debent [9]. Sed nec hoc ego probo. licet enim ad
exactionem non concurrant, quod tamen ad acquiſitionem pertinet, vt in caſu noſtro, ni-
hil prohibet poſſe eas conuenire [10]: ſicut & circa diuerſas res conuenire poſſunt [11]. Adde
quod & pœnæ fiſco ex cauſa lucratiua debentur [12], & tamen in iis locus huic nouationi nõ
eſt. Vnde ſi lex furi pro primo furto pœnam quinquaginta irroget, quam ſi intra menſem
non ſoluerit flagris cœdi eum iubeat, poterit fiſcus adhuc lapſo menſe, ſi ita magis placue-
37 rit, quinquaginta illa extorquere [13]. nam & paterna hæreditas * filiis titulo lucratiuo debe-
tur [14]: & tamen pœnalis ſtipulatio eius hæreditatis diuiſioni ſubiecta, nihil nouat [15]. cæte-
rùm & diſtinctione hac violatur mirum in modum Pauli [16] reſponſum quis enim reuela-
38 uit iſtis Paulum loqui cùm ex cauſa lucratiua promiſſum erat? diſtinxerat † ille priùs qua-
tuor generales caſus obligationum, quibus deinde illum ſubdit, cur ego generaliter, illum
quoq; non intelligemus? Quis credat eum, qui nauem facere promiſit, donare voluiſſe, &
non potiùs artificem mechanicúmque fuiſſe, qui pretij cauſa eam ædificaturum ſe recepiſ-
ſet [17]. Quis item non arbitretur haudquaquam veriſsimile eſſe, cum qui donat ſe ad pœ-
nam obligaſſe [18]. Nec mouet ratio Bar. quod in dubio præſumatur cauſa lucratiua. negant
hoc communiter doctores aliàs ſtipulatio ſine cauſa valeret [19], tanquam donatio præſu-
matur, quod ſuprà falſum eſſe oſtendi [20], & vt demus præſumi quandoque in contractibus,
quia promittens, imputare facilitati ſuæ debet ſi promiſit [21]. tamen in verbis legis aliud eſt.
39 quæ cùm generalia ſint, debent & generaliter intelligi.† Quid ergo hac in re cenſendum?
& puto conſtituendam regulam, vt ſtipulatio pœnalis non nouet præcedentem, ſed ex vtra
voluerit agere ſtipulator, ſemper poſsit, vt quod plus eſt in altera conſequatur [22]: idque ſiue
pœnalis plus contineat, ſiue minus [23], ſiue principalis conſenſu contrahatur, bonæq; fidei
ſit [24], vel à iuregentium introducta, ſiue non [25], ſiue actor eligat agere ad primam, ſiue ad
minus [26], ſiue ex cauſa oneroſa contrahatur, ſiue ex lucratiua [27], ſiue pœna ad eundẽ reſpi-
ciat, ſiue ad alium [28], ſiue principalis ſtipulatio ad obligandum, ſiue ad liberandum perti-
neat [29]. cuius concluſionis ratio eſt, quia qui pœnam ſubiecit, hoc facere videtur confir-
mandæ ſtipulationis principalis cauſa [30]. Vnde quod in fauorem ſtipulationis inductum
eſt, non debet in contrarium flecti [31]. quæ ſententia maximè procedit, ſi contemptus dun-
taxat cauſa, adiectam proponeretur [32]. Quid ergo, ſi alia coniectura, quàm fauor ſtipulato
ris ſubſit? & tunc aliud dicendum eſſet, nempe vt poſt morã fiat quaſi nouatio, quæ tamen-
purgari vſque ad litis conteſtationem poſsit, cuius rei exemplum duobus caſibus accipi-
40 tur.† Primus eſt in legato, cùm teſtator penum legat, & ſi non dederit, legat decem [33]. Vni-
cum enim id cenſetur legatum propter teſtatoris voluntatem [34]. pecuniáque contempla-
tione debitoris, id eſt, hæredis eſt adiecta, qui ſoluendi, vtrũ velit habet electionem [35]. hácq;
in re receptiore calculo conſenſum eſt, quod tamen Bal. limitat, niſi dictum ſit pœnæ nomi-
ne, quia hiſce verbis propter dictionem pœnæ indicat teſtator ſe magis ad fauorem lega-
tarij attendere, & ideo tunc non fieret nouatio [36]. quod & Caſtellio itémque Rapha. hîc
ſenſiſſe videntur. Alter eſt, qui † ex Pauli reſponſo colligitur [37], cùm ſtipulationi faciendi
41 eodem contextu ſubiecta eſt pecuniæ promiſsio. cùm enim qui facere promiſit, ad pecu-
niam teneatur [38], videtur id expreſſum quod tacitè inerat [39], & pecunia immutabiliter poſt
litis conteſtationẽ peti poteſt [40], tanquam vnicus is fuerit contractus. quæ interpretatio ſu-
mi non poteſt, cùm alio quoque contractu quàm ſtipulatione eodem contextu facta,
quicquam fieri promiſſum eſſet. quod Bald. hîc ſenſiſſe videtur, itémque Imola. quod &
mihi ſatis probabile videtur. Sed an hodie ij caſus mutati ſint, cùm Iuſtinianus ſanxe-
rit nunquam cenſeri factam nouationem, niſi cùm expreſsè actum eſt [41]. & receptum eſt
42 legem Iuſtiniani de hac † nouatione haudquaquam intelligendam eſſe, quæ impropriè

1 l. obligationum ferè. §. titu. j.
2 Mod. hîc. Bene. de Plam. l. ſi quis à ſocio. pro ſocio.
3 d. l. obligationum ferè. §. ſi. l. j. §. itẽ ſi ita. ad l. falci.
4 l. duo ſocietatẽ. l. ſi quis à ſocio. §. p ſocio. l. prædia. de act. emp. l. reſcriptum. §. ſi pacto. de pact.
5 l. fi. C. de iur. codicil.
6 l. pacto conuento. §. de tranſact. l. vbi. C. de tráſact.
7 l. j. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.
8 l. exhæredatũ. in fi. de re iudic.
9 l. omnes. j. §. tit. j.
10 l. mæuius. §. duorum. de leg. j.
11 §. ſi res aliena. inſtitu. de leg. in fi.
12 l. j. C. pœn. fiſca. libro x. Bal. l. eos. C. de vſur. rei iud.
13 Bartol l. cùm duobus. §. idem reſpondit. pro ſoci. Mod. c. inter cæteras. de reſcrip. Corn. conſi. v. in iij.
14 l. fin. §. ſi à ſocero. quæ in fraud. cred.
15 l. qui Romæ. §. fi. j. eo.
16 d. l. obligationum. in fi.
17 arg. l. interdum. qui pot. in pign.
18 l. ad res. de ædil. e. l.
19 l. ij. §. circa. de doli exce.
20 l. à Titio. §. eo. vbi Alex.
21 l. campanus. de op. liber.
22 d. ll. & d. l. qui Romæ. §. Flauius. & l. apud. §. Labeo. de dol. except.
23 d. l. ſi quis à ſocio. & d. l. prædia.
24 d. l. j. §. item ſi ita. l. iij. C. in quib. cau. in integ. Bart. hîc.
25 gl. l. ij. C. de iur. emphyt.
26 d. l. ſi quis à ſocio.
27 l. quãuis Baſſa. C. de vſur. vbi Pau.
28 d. l. qui Romæ. §. ſi. j. eod. l. j. in fi. de ſtip. ſer.
29 d. l. reſcriptũ. §. ſi pacto. l. ſtipulatio. §. alteri. §. eo. l. iiij. §. ſed ſi pignora. de re iudic.
31 l. quãuis. vbi Bar. de pig. actio.
32 l. ſi quis rem. de arb. Bar. xj. oppo.
33 l. j. de pen. leg. & d. §. itẽ ſi ita.
34 l. cum fine. quando dies leg.
35 l. ſi quando. §. hæres. de leg. j.
36 Bald. l. j. C. de his, quæ pœn. no. Felin. c. inter cæteras. de reſcrip.
37 d. l. obligationum. §. fin.
38 l. ſtipulationes. verſ. celſus. §. eo.
39 l. j. l. fi. de præt. ſtipul.
40 l. ſi inſulam. §. eo.
41 l. fi. C. de nouat.

tantum per pœnalem ſtipulationem fit. cùm enim eius legis mentio in Inſtitutionîbus [1]
ſit, cùm & à Iuſtiniano ante ſecundam Codicis editionem fuerit compoſita [2], non poteſt
videri quicquam corrigere quod digeſtorum libris claudatur [3]. Adde quòd emanauit lex
illa, vt veterum Iuriſconſultorum ambiguitates tollerentur, non noſtratium doctorum,
quicquid hîc Iaſon comminiſcatur. intelligitur ergo illa conſtitutio non de pœnali, ſed de
æquali ſtipulatione. diſtant enim hæc etiam aliis modis [4]. ſicut & ipſa pœnalis ab vſuraria
differt [5]. qua de re alibi. Supereſſet, vt Barto. quæſtiones explicemus, verùm cum ſuprà lo-
cis ſuis [6], per me ſint non indiligenter excuſſæ, non eſt, quòd vlteriùs hîc inſiſtam, & rem
actam (quod dicitur) agam. *Alciatus Ticini.*

1 §. prætereà. Inſtit. quib. mod. tol. oblig.
2 l. j. §. poſteà. & §. fi. C. de emend. Cod. Iuſti.
3 l. j. §. ſed & hoc ſtudioſum. C. de vet. iur. enucl.
4 l. fundum Cornelianũ. de nouat.
5 l. qui ſine. de nego. geſt. Bar. opp. x.
6 l. eum qui calendis. l. cẽteſimis. l. interdum. §. eod.

## SVMMAE.

1 ☞ *Repromiſſorem non, niſi euentu conditionis eximi.*
3 *Repromiſſorem correum non eſſe.*
4 *Fideiuſſorem & repromiſſorem diſſidere. & 7.*
8 *Creditori, fideiuſſori non item, adſcribi negligentiam.*
9 *Fideiuſſor ſtatim exequendus in conditione contrá.*
11 *Priuatione habitum ex cauſis non ſupponi. 18.*
16 *Exceptione actorem non iuuari: nec litem conteſtari. 17. 20.*
21 *Homicidium gratiâ non fateri.*
23 *Excuſſionem inopia tollit.*
26 *Inopiam variè probari.*
27 *Inopia per ſententiam prodenda. niſi ex cauſis: fideiuſſore tamen citato. 28.*
31 *Fideiuſſor ſecundus non, niſi ex cauſa vocandus.*

## LEX CXVI.

DECEM. Subſidiarius † repromiſſor cenſetur ſub cõditione promiſiſſe, 1
ſi ab illo exigere non poſſes. ea conditio per ſolutionem principalis defi-
cit, per excuſsionẽ verò eueniſſe oſtẽditur [7]. vnde conſequens eſt, vt ante
euentum conditionis nõ poſsit hic ad promiſſor dici liberatus: cùm nec
tali tempore potuerit eſſe obligatus: in obligationibus enim conditiona-
libus ante euentum conditionis, nec actio nec obligatio oritur [8]. at vbi
obligatio non eſt, ibi nec liberatio eſſe poteſt, cùm priuatio * rem habitam ſupponat. qua 2
in re Papinianum lib. quæſtionum xxiij. Paulus notauit. Sed an hic Mæuius repromiſſor
cenſeatur conreus debendi? & Paulus negat: quia cùm Titius purè, Mæuius ſub condi-
tione teneatur non poſſunt propter obligationum diſparitatem dici duo rei [9]. nam & peti-
tione Titio facta non ſolùm non liberatur Mæuius, ſed incipit eius obligationis condi-
tio ad euentus declarationem præparari, & tamen iure veteri petitione alterius ex reis
debendi alter liberabatur [10]. quod hîc manifeſtè iuriſcõſultus ſentit, & Raph. probat, licet
hodie lege Iuſtiniani aliud ſit [11]. emendatáque ideo à Tribuniano fuère veterum reſponſa,
vt nouiſsimæ legi concordarent [12], licet adeò emendari non potuerit, quin aliqua verba
ſcrupulum facerent, qui tamen poteſt aliquo modo tolli: vt ſi in lege noſtra mentionem
duorum reorum factam dicamus, quia in eis electio eſt creditoris, vtrũ velit exigere: at in
noſtro caſu neceſſario aduerſus Titium priùs agẽdum eſt: quod Alex. & Iaſon tradiderũt.
Sed † an ſit ſaltem fideiuſſor? Ang. & Iaſ. aiunt non eſſe quia Titius certum promiſsit, Mæ- 3
uius incertum [13]. quæ ratio non ſat firma eſt, cùm etiã incertam ſummam promittere fide-
iuſſor poſsit quæ deinde certificetur [14]. Decius ergo contra [15]. aliàs hodie nemo eſſet pro-
priè fideiuſſor: cùm propter beneficium excuſsionis lege nouella non teneatur, niſi quan-
tominùs à principali exigi non poſsit [16]. quæ ratio nec ipſa tuta eſt: cùm lex nouella non
impediat, quin à principio purè fideiuſſor ſit obligatus. at noſtra quæſtio eſt, cùm ſub con-
ditione tenetur, adeò vt ante excuſſum principalem non ſit orta vlla obligatio. ego tamen
eſſe propriè fideiuſſorem cenſeo, niſi conſtaret non contemplatione ipſius Titij eum ſpo-
pondiſſe [17]. Nam & qui pro tutore promittunt rem pupilli ſaluam fore, fideiuſſores vbiq;
in iure appellantur [18], & tamen id tantùm cenſentur promiſiſſe quod ex tutoris bonis ſer-
uari non poterit [19]. differt † tamẽ hæc promiſsionis forma ab ea, qua quis ſimpliciter & pu- 4
rè fideiubet. purus enim fideiuſſor ſtatim ipſo iure tenetur, licet beneficium excuſsionis à
lege habeat, ſi voluerit: & ideo ante litem conteſtatam huiuſmodi exceptionem obiicere
debet, quæ dilatoria eſt [20]. at ſubſidiarius hic * repromiſſor neceſſe non habet tunc eam 5
obiicere, cùm ex natura conuentionis non priùs ſit obligatus, quàm excuſſo principali.
quod Rapha. Paul. Iaſ. hîc tradunt quæ excuſsio, cùm conditionem purificet, perempto-
riam exceptionem inducit, ad ipſúmque creditorem pertinet [21]. Hîncque ſequitur, vt ſi II.
ſubſidiarius hic repromiſſor renuntiet beneficio fideiuſſorum, non tamen poſsit conue-
niri ante reum excuſſum: cũ id ius conſequatur ex verbis contractus ſui, nõ autem vlla le-
gis indulgentia. quod & in fideiuſſore indemnitatis receptiſsimum eſt [22]. egóque arbitror
procedere etiam ſi in ſpecie renuntiaſſet beneficio excuſsionis, tanquàm hæc proteſtatio
actui qui agebatur, ſit contraria, & ideo reiiciẽda [23]. Rurſus ſequitur, vt quamuis fideiuſ-
ſor propter iuramentum poſsit ante principalem conueniri [24], tamen ſecùs in hoc promiſ-
fore

7 l. ſi decem. de ſolut.
8 l. cedere. de ver. ſig.
9 l. eandem. §. tit. j.
10 l. ij. §. tit. j.
11 l. fin. ver. idémque. C. de fideiuſ. Bart. l. ex duobus. §. titu. j.
12 l. j. §. igitur ſtudioſum. C. de vet. iur. enuc.
13 l. vbi autem. §. qui verò. §. eod.
14 §. item ſi ille. inſti. de fideiuſ.
15 Dec. l. fi. ſi cer. pet.
16 §. fi. inſt. de replica. auth. præſente. C. de fideiuſ.
17 gl. in auth. de fideiuſ. in princip.
18 l. ſi fideiuſſores in id. §. titu. v. l. pen. de fid. tut.
19 l. fi. C. de fid. tut.
20 l. ita demũ. C. de procur. Alex. conſil. lxviij. in v. Iaſ. hîc.
21 l. pen. C. de cond. inſer.
22 l. j. C. de con. fiſ. deb. lib. x. vbi Bar.
23 l. cum precario. de preca. l. j. §. j. ſi vſuſ. Pet. vbi Bal.
24 c. ex reſcripto. de iureiur. Alex. conſi. xxxij. in iiij.



ſore ſit, qui ſub conditione tenetur. non enim poteſt iuramentum facere, vt qui ſub condi-
tione eſt obligatus ante eius euentum teneatur [1]. cum iuramentum * ſecundum contractus
IIII. iurati conditiones limitetur, reſtringatúrque [2]. vt communis ſe habet ſententia. Sed &
illud conſequens eſt, vt ſi Titius ſoluendo eſſet, & creditor negligentia ſua diſtuliſſet age-
I. re, id Mæuio damnoſum non ſit [3]. Quod tamen † ſecùs eſſe in ſimplici fideiuſſore Ra-
7 phaël atque Imola exiſtimarunt [4], qui quamuis beneficium excuſsionis habeat [5], purè ta-
men tenetur, nec id beneficium habere vſque adeò in creditoris damnum eſt iudicandus,
vt ei imputare poſsit cur non egerit, cùm id planè arbitrarium illi eſſet. quam ſententiam
& ego aliàs aduerſus Alex. ſum ſequutus. Quæ opinio certior eſt, cùm verba promiſsio-
II. nis creditorem adiuuãt, vt quia Mæuius promiſiſſet *Si Titius non ſoluerit*. intelligũtur enim
ſiue non poſsit, vt in noſtro caſu ſiue nolit: & ideo arbitrarium eſt ſtipulatori eum quando-
III. cunque interpellare. qua interpellatione committitur, cõtra Mæuium ſtipulatio [6]. Qua
ratione idem quoq; eſſet ſi ſtipulatio ſic concepta proponeretur, *Si à Titio non exegero* [7]. non
enim imputari ſtipulatori poteſt, quod conditionem non adimpleuerit, cùm arbitrio ſuo
IIII. poſsit differre [8]. Sed & verùm videtur idem eſſe, cum ſimpliciter Mæuius indemnita-
tem promiſiſſet. nec enim his verbis indici debet ſtipulatori neceſsitas, vt nõ expectet quo
V. tempore experiri velit. ſatiſq; diceretur pati damnum, qui inuitus cogitur agere [9]. For-
tiùs defendi poſſet, vt cùm Mæuius promiſit quod conſequi ſtipulator non poterit, nõ de-
beat imputari ſtipulatori, ſi cùm ſoluendo eſſet Titius, non exegerit: quia verba pro ſtipu-
latore ſunt. verũ enim eſt, quòd cùm egit, non potuit conſequi: & cùm ad perſonam ſtipu-
latoris referantur, ſecũdum iuris diſpoſitionẽ intelliguntur [10], quæ ipſum ad agẽdum non
arctat. quod ſecùs eſt, cum verba non ad ſtipulatorem, ſed ad rem ipſam reſpiciunt, vt quia
ſit dictum, *Promitto*. quod ſeruari de bonis curatoris non poterit [11]. conceptio enim illa ver-
borum negatiuè ad rem relata indicat, vt ſi aliquo tempore ſeruari potuit conditio ſtipu-
lationis, non dicatur eueniſſe [12]. Imola tamen aliter reſpõdet. nempe, vt ſpeciale ſit in pro-
miſsione, procuratore facta: ſiue quia ſui natura ad tempus finiti muneris refertur [13], ſiue
quia eam curator ex neceſsitate (vt Raphael ait) cenſetur præſtitiſſe [14]. ſiue, vt alius fortè
dixerit, quia talis fideiuſsio ideo præſtatur, vt ante cõueniatur principalis [15], nec diutius ex-
pectetur, quæ tamen ego non ſatis probo, qui ſciam communẽ ſententiam ſtare contrá. &
8 ſiue dictum ſit, quòd conſequi ſtipulator non poterit: ſiue † quod de bonis debitoris ſerua-
ri non poſsit, nullam eſſe differentiam, ſed vtroque caſu imputandum creditori, ſi cùm ſol-
uendo debitor eſſet non egit [16]. cuius interpretationis ea eſt ratio. quia hæc conditio in po-
teſtate creditoris videtur: & ideo cùm primum potuit, ab eo debuit adimpleri [17]: & verbũ,
*Poteſt*. ad creditorem relatum non de ſimplici potentia, ſed quæ actui iungatur eſt intelli-
gendum [18]. quæ rationes in beneficio legis ceſſant, quod promiſsionem fideiuſſoriam con
ditionalem non reddit, vt receptiſsima eſt opinio. Hincque apparet ratio, cur quamuis
verbũ, *Poterit*. tractum habeat in futurúmque ſit extenſiuum [19], non tamen expectetur tem-
9 pus, quo debitor moriatur, ſed confeſtim † agi debeat. hoc enim propter conditionis pote-
ſtatiuæ naturam eſt, licet aliter Raphaëli, aliter Iaſoni hac in re viſum ſit. Illud tamen pro-
babile eſt, quod Raph. ait, ſi promiſsio Titij nulla pura præceſsiſſet, ſed à conditione cepiſ-
ſet obligatio, tunc expectandum fuiſſe, donec Titius ampliùs dare nõ poſſet, ideſt mortuus
eſſet [20]. quod & Claudius probat.
10 ET SOLVENTE TITIO. Vbi ergo non * eſt obligatio, ibi nec liberatio eſſe
poteſt [21], niſi tamen impropriè liberationem accipiamus, ſiue quia reſpectu periculi: licet
non reſpectu decem, dicitur interim Mæuius fuiſſe obligatus [22]: ſiue quia, conſiderato eo,
quod potuit contingere, eueniente conditione, fuiſſet Mæuius verè ab eo tempore obliga-
tus, fictione verò legis etiam à principio, quia conditiones retrotrahuntur [23]. Adnotant ta-
men hinc omnes illud vulgare, Ex priuatione præſumi habitum [24]: quia aliàs vbi res non
adfuit, inepta eſt priuatio [25]: & quia poſito conſequenti videtur id omne poni. quod neceſ-
ſariò antecedit [26]. quod variis exemplis Iaſ. hîc oſtendit, fatentúrque omnes verùm eſſe ex
ſermonis proprietate: & ideo in his diſpoſitionibus, quæ propriè ſolent accipi certior eſt
I. hæc concluſio [27]. impropriè enim ſecùs eſt. Vnde quandoque † liberatus dicitur, qui obli
11 gatus non fuit [28], vt ſuprà dixi: ſic deſinere * quandoque aliquid dicimus, quod non ince-
12 pit [29]: item, perimit, ideſt perſiſtere non permittit [30]: & conditio illa filiis decedentibus ſeu
deficientibus præter ſermonis proprietatem [31], quandoque ἐν πλάτει accipitur etiam de iis
II. qui nati non ſunt, vt ex facto Decius reſpondit [32]. Sed & vt verum ſit ex priuatione ha-
bitũ ſupponi, non tamẽ ideo cenſebitur habitus ille iuſtus eſſe quamuis ergo lex remiſsio-
nem nũtiationis fieri dicat, nõ inferetur nuntiationẽ ab eõ qui ius nũtiandi habuerit, factã
13 eſſe [33]: ſic qui à ſentẽtia appellat, * nõ videtur fateri ſentẽtiã non eſſe nullam [34]: & qui petit
reſciſsionẽ contractus, non fatetur contractũ eſſe iuſtè factum [35]: & appellans à ſententia
aduerſus falſum procuratorẽ lata, nõ conſentit eſſe rectè latã nec procuratorẽ cenſetur ap-
proba

1 Bal. c. cum contingat. de iureiu. feli. d. c. ex reſcripto. Alex. & mod. d. l. fi.
2 c. quemadmodum. de iureiur.
3 d. l. ſi fideiuſſores. Doct. communiter. d. l. fi.
4 l. ſi fideiuſſor creditori. §. tit. iij. vbi Io. de Imo.
5 d. auth. præſente.
6 l. fideiuſſor obligari. §. tit. iij.
7 Soci. l. iure ciuili. de condi. & dem.
8 l. cum ab eo. de cont. em.
9 argu. l. ij. §. damnum. ne quid in loc. pub. Alex. conſi. cxiiij. in iij. l. fi. de vſu.
10 l. quidam cum. §. eo.
11 d. l. ſi fideiuſſores.
12 gl. l. hoc genus. de cond. & demon.
13 Imol. d. l. ſi fideiuſſores. in id.
14 arg. l. iij. C. de probat.
15 d. l. pen. §. de fid. tut.
16 d. l. ſi fideiuſſores.
17 l. hæc conditio. ij. de con di. & demon.
18 l. iij. §. ſed ſi quis ſic acceperit. de ſtat. lib. Bart. l. j. de iniuſt. rup.
19 l. ſi ita quis. de leg. ij. gl l. quod ſeruus. in fi. de condict. cau. da.
20 §. l. proxima.
21 l. ſub conditione. de ſol.
22 d. l. fi. ſi cer. pet.
23 d. l. ſub conditione. Are. l. j. §. ſi vir. de acqui. poſ.
24 l. manumiſsiões. de iuſt. & xxxij. q. ij. c. quod verò nõ formatum. cum gl.
25 l. quidam cum. §. eo.
26 l. ad legatum. l. ad rem. de procu.
27 l. Iulianus. de diuor. vbi gloſ.
28 d. l. fi.
29 l. iij. §. deſinere. qb. mod. vſuf. amit.
30 gl. fi. l. conditio. §. eo.
31 l. Titio vſuf. de condi. & demon.
32 Dec. conſi. ccxxvij.
33 l. j. in princip. de ope. no. nunt.
34 l. ſi expreſsim. de appel.
35 l. ex empto. §. is qui vinum. de act. emp.

probare [1]:& qui petit bonorũ poſſeſsionem*contra tabulas,nõ videtur eas approbare tan 14
quam tabulas veras [2].quarum deciſionum ratio eſt,quia plerunq; ſignificatio*ad id,quod 15
de facto eſt,non autẽ ad ius refertur [3].vnde apparet etiã hæc ſecundum vocis proprieta-
tem nõ induci [4]. Ego tamen aliam rationem adduco,cùm enim appellatio reſciſsióq; ad III.
actus impugnationem tendant, non debet ex eis coniectura adprobationis adſumi:quia
actus ad certũ finem inductus non debet ad contrarium effectum produci [5]. Vnde infer- IIII.
tur etiã aduerſus eum,qui agendo aliquid impugnat,non ſumi hoc argumentũ, vt ex alle-
gata priuatione videatur ipſe habitui acquieuiſſe, niſi tamẽ hoc neceſſariò ad intẽtionem
ſuam fundandã requireretur:tũc enim in eius damnum poſſet videri habitui acquieuiſſe,
donec ipſe oppoſitũ probaret [6].Vnde videmus in exceptione cõpenſationis ſuprà ſcriptæ
regulæ locũ eſſe.quod & Aret.hîc tradidit [7]. In exceptione verò rei certiſsima regula eſt V.
exceptio, quia nunquã reus ſuprà ſcripta regula cenſetur actoris intentionẽ fateri [8].quod
duobus caſibus diſputari poteſt.† Primus,cũ actor eius exceptioni non acquieſcit,& tunc 16
non debet poſſe in ſuũ fauorem eam partem acceptare,quæ habitum ſupponit:quia ex eo
quod quis impugnat,ſe adiuuare nõ poteſt [9].Quod procedit,ſiue quis neget factum,ſeu(vt
Bar.hîc ait)ſolennitatẽ facti [10]:niſi tamen ad aliũ effectum actor ſolennitatẽ impugnaret,
quàm illius reſpectu,ſuper quo ſe fundabat,vel niſi eius ſolẽnitatis defectus actum nullum
non redderet [11].confirmatur ſuprà ſcripta ſententia, quia actor confeſsionem rei diuidere
non debet,ſed cũ ſuis qualitatibus acceptare [12],niſi cùm præſumptio aduerſus reũ eſſet [13],
vel fauor cauſæ aliud ſuaderet [14],vel ipſe reus non implicitè per hanc regulam,ſed verbis
expreſsis confeſſus eſſet [15].Alter eſt caſus,cũ actor exceptioni acquieuit:& Bar.hîc cenſuit
locum eſſe regulæ:vnde ſi actor petat centũ,quæ numerauit tanquã debita,& reus fateatur
accepiſſe,præſumetur præceſsiſſe obligatio [16].Sed hoc exemplũ impertinens eſt, nõ enim
creditur præceſsiſſe obligatio,quia priuatio actum ſupponat,ſed quia non præſumitur vo-
luiſſe actorẽ iactare ſuum [17]:& ideo alibi Bar.indiſtinctè cenſuit,etiam ſi actor confeſsioni
rei acquieſcat,nunquã tamen videri reum ex priuationis allegatione habitũ cõfiteri:quia
lex generaliter ait exceptione confeſsionẽ non induci [18].hæcq; receptiſsima eſt ſententia,
ſiue quia ad aliũ finem exceptio adducitur [19],ſiue quia lex actorẽ onere probationis affi-
ciat,reóq; facultatẽ concedat etiam cõtraria remedia proponẽdi [20], ſiue quia rei exceptio
eam conditionẽ tacitè habeat,quatenus actor aſſerta probet,& ideo limitatè intelligat [21].
Vnde ſolet dici,per obiectionẽ exceptionis nõ induci litis conteſtationem [22].nõ enim qui
excipit,quicquã ſimpliciter affirmat,ſed conditionaliter loquitur,ſi non conuenit [23],Si nõ
eius ſit res [24],Si nõ ſit actum [25],Si† non legem prodidiſſe [26] &c. Proceditque hęc conclu 17
ſio,etiam ſi exceptionẽ ſuam reus non probauerit.quid enim hoc ad rem?vt quia nõ pro- I.
bauit, idcirco videatur aduerſus ſe loqui?vt meritò Doctores aliter ſentientẽ Accurſium
dãnauerint [27]. Procedit,etiam ſi exceptio de neceſsitate actoris intentionẽ probet,vt cũ II.
agenti reus obiicit ſe liberatũ pactione non petẽdi.quod aduerſus Baldum Ang.Imo.Alex.
hîc cenſuerunt:non enim ſequitur,ſi pactio nõ fuiſſet,in præſentia eſſem obligatus,quia ex
præterito in verbis exceptionum non præſumitur in præſens,vt hîc Claudius tradit.Exci-
piuntur tamẽ illi caſus,cùm exceptio hæc aduerſus legẽ inducta eſſet [28].propter enim frau
dis præſumptionẽ videtur reus eſſe cõfeſſus non quidẽ erga actorem, ſed aduerſus fiſcum.
Et quod in rei exceptione†dicitur,producendũ eſt etiam ad duplicia iudicia,in quibus VI.
quilibet actor & reus eſt, vt in his non videatur quis ex priuatione actum adſeuerare [29]. 18
Idémq; dicendum in replicatione actoris:quia reſpectu exceptionis ipſe quodammodo VII.
reus eſt [30]:& ideo ſi erga actorem excipias eũ excommunicatum eſſe,ipſéq; de*abſolutio- 19
ne replicet,non tamen videbitur fateri ſe excommunicatum [31],vt omniũ ferè calculo tra-
ditum eſt [32],quod tamen interpretatione legis eſt.Quòd ſi replicatum ſit,abſolutũ ob ma-
iorem cautelam ſe eſſe, tunc putarim etiam vi verborum non inferri excommunicatio-
nem [33]:idémq; ſi conditionaliter petita ſit abſolutio,eatenus, quatenus quis ſacer abomi-
natúſq; factus ſit:idémque vbi iudici ſederit,id ad cautelã factum eſſe, plerique enim zelo
conſcientiæ mouentur,& etiam eius quod non delinquerũt abſolutionem petunt [34]. ſícq;
limitata hæc priuatio habitũ nõ præſupponit,quia actus limitatus limitatũ parit effectũ [35].
Cæterũ & in iis,quæ à poteſtate†confitẽtis non pendent,cenſuit Bar.ſuprascriptæ regu VIII.
læ locũ non eſſe [36],quod intelligendũ reſpectu pleni præiudicij:ſicut enim cõfeſsio expreſſa 20
non ſufficeret [37],ita nec hæc tacita:præiudicaret tamen in iis,quæ ſummariæ cognitionis
ſunt [38],vel quæ incidẽter tractarentur [39],præiudicaret item reſpectu quaſi poſſeſsionis [40],
quod intelligunt aliqui,niſi aliæ cõiecturæ aduerſus confeſsionem eſſent [41],vnde infertur,
ſi quis†accuſationi de homicidio reſpõderit,ſe habere gratiã,nõ videri confeſſum eſſe [42]: 21
cùm etiã ſi expreſſe confiteretur puniri tamen ſola confeſsione non poſſet [43] ſed præterea
inquirere adhuc iudex rei veritatem debeat [44].Sed quid ſi ſubmittat ſe miſericordiæ iudi-
cis?& nec iis verbis confeſsionem induci Alex.ex facto reſpondit?

ANTE

1 l.iij.§.falſus.rem rat.ha. Aret.conſi.c.Felin.c.j.de re iu.hic.
2 l.Poſthumo.C.de bono. poſ.ſec.tab.vbi Bar.
3 l.quidã cùm.§.eo.l. Mæuius.de cond.& dem.
4 l.iij.§.de teſta.tut.vbi Bald.
5 l.legata inutiliter.de legat.j.
6 l.cùm de indebito.de probat.Bal.l.j.C.de confeſ.
7 Bal.l.pen.C.de ſent.
8 c.exceptionem.de regu.iur.lib.vj.c.cùm venerabilis.extra de excep.
9 l.Papinianus.§.meminiſſe.de inof.teſta.c.ex eo.de reg.iur.
10 l.poſt legatum.in prin.vbi Bar.de iis qb.vt indi.d.c.cũ venerabilis.vbi Abbas.
11 d.c.ex parte decani.de reſcr.vbi Doct.
12 l.Aurelius.§.idẽ quæſiit.de lib.leg.l.etiam.de min.
13 l.cũ de indebito.de probat.Alex.hîc.
14 l.cùm precum.vbi Bald.C.de lib.cau.
15 c.præterea.ij.de tranſ.&§.eo.§.Chryſogonus.
16 l.cum de indebito.de probat.
17 Bar.d.l.nonnunquam.
18 l.qui agnitis.§.de excep.
19 d.l.legata inutiliter.
20 l.nemo.de excep.
21 l.age.C.de tranſact.
22 c.ij.de lit.con.Bal.l.exceptionem.C.de probat.
23 l.apud.§.item quæritur.de do.except.
24 d.l.ſi quis rem.de excep.rei iudi.
25 l.ſi debitor.de pig.
26 l.ij.de adul.
27 gl.§.ſuſcepto.in auth.de exhi.reis.
28 l.quoniã.de his qui not.infa.Bal.l.furti.§.pactus.e.titu.
29 l.qui familiæ.ff.fami.erciſc.
30 l.ij.de except.Clau.hîc.v.limitatione.
31 l.ij.C.de ing.& ma.vbi Bald.
32 hîc & l.i.de op.no.& per Feli.c.teſtimoniũ.de teſtib.
33 c.exhibita.ver.veniam.de homicid.vbi Abb.
34 c.ij.de obſ.ieiun.c.ſolet.de ſen.excom.lib.vj.
35 l.in agris.de acqui.rer.dom.d.l.age.
36 arg.l.interrogatum.C.de lib.cauſ.
37 l.non nudis.l.nõ epiſtolis.C.de proba.
38 c.per tuas.vbi Bal.de probat.Cin.Bal.Alb.l.nõ ignorat.C.qui accuſ.
39 auth.ſi teſtis.C.de teſti.
40 d.l.non ignorat.
41 Abb.d.c.exhibita.glo.c.venerabilẽ.verſ ſunt enim notoria.de elec.vbi Abbas.
42 l.j.§.item illud.ad Silan.
43 l.j.§.ſi quis vltro.de quæſtio.
44 Alex.cõſi.lxx.vlt.in primo.



22 ANTE TITIVM EXCVSSVM. Excuſsio * ergo obligationis conditionẽ
ad euentum deducit:ea enim facta, conſtat quantò minùs à Titio exigere Mæuius poſsit.
23 Quid ergo,ſi euidẽs notúmq; erat† Titium ſoluẽdo nõ eſſe?& Accurſius cæteriq; ferè vno
ore,neceſſariã non eſſe aliã excuſsionem exiſtimãt [1]:quia manifeſtiſsima debitoris inopia
24 vim * excuſsionis habere debet [2],ne ſuperfluis & nihil profuturis curis negotia protele-
mus [3].quã ſententiã & ego ſequor, dũ tamen ſaltẽ explorata ſit Titij voluntas,an velit ſol-
25 uere:cùm enim cõditio * in ſpecie & ad vnguẽ adimpleri debeat [4].non poteſt eſſe certum
quod minùs à Titio exigi poſsit:niſi,eo interpellato.quid enim, ſi Titius bonæ fidei ſit [5],&
clanculũ aurũ(ceu Plautinus ille Euclio)habeat?Quod tamẽ nõ obſeruãdũ arbitrarer in
aliis fideiuſſoribus,qui beneficiũ excuſsionis à lege habẽt,non proprij cõtractus conditio-
ne,ſed an alia ratione fieri notũ iudici poterit debitorẽ hunc ſoluendo non eſſe?& tradunt
26 doctores plurimos caſus quibus id fieri poteſt.Et in primis † ex ipſius fideiuſſoris cõfeſsio-
ne [6].Idem,ſi ex actis id cõſtet,vt quia creditor cũ Mæuio egerit & aduerſus exceptionẽ ex-
cuſsionis probauerit Titiũ nihil habere [7].Recepta enim eſt aduerſus Baldũ ſentẽtia, vale-
re iudiciũ [8]:quia tali probatione indicatur retrò eueniſſe conditionẽ.Idẽ,ſi conſtet Titium
confiſcatũ eſſe [9],quod alibi declaraui:vel bonis ceſsiſſe [10].Idẽ dicendũ,vt neceſſaria non ſit
alia excuſsio propter qualitatẽ debitoris,vt quia ſit Tyrannus,quod Bar.ſe ex facto reſpõ-
diſſe ait [11]:vel aliàs qui cõueniri nõ poſsit,vel abſens à territorio [12],quod in cæteris fideiuſ-
ſoribus obſeruandum eſſet,at in caſu legis noſtræ ſecùs videretur,quia poteſt quis exigere
quãuis ab abſente:& ideo priùs perquirẽdus eſſet abſens,& exigẽdus [13].Idẽ quoq; dicendũ
Bar.cẽſuit, quãdo ex cẽſuali libro cõſtaret nõ eſſe debitorẽ ſoluẽdo [14],quãuis enim talis li-
ber inter alios ſit factus:quãuis etiam plenã probationẽ non faciat [15].quod Iaſ.hic diffuſiſ-
ſime oſtẽdit,tamẽ præſumptioni ſufficere debet,quæ onus probãdi in aliũ trãſferat [16].ſunt
tamẽ qui alienata in fraudẽ priùs reuocari cenſeant,quã aduerſus hunc fideiuſſorẽ agatur,
27 vt Iac.Albericúſq; [17].Sed an neceſſaria† ſit iudicis ſentẽtia,qua declaretur notoriã eſſe Ti-
tij inopiã?& receptius eſt eſſe neceſſariã [18],niſi tamen res prorſus clara,indubitatáq; ſit,vt
Dec.tradidit [19],quod & Bar.ſenſiſſe videtur itẽ niſi trãſeũdo ad vlteriora reſeruauerit hãc
exceptionẽ Iudex in fine litis diſcutiendã,& deinde Mæuiũ cõdẽnauerit, ſatis indicat tali
28 actu id ſibi cõſtare [20]. Sed an quãdo fertur ſentẽtia† Titiũ non eſſe ſoluẽdo, debeant citari
fideiuſſores?& Bar.cæteríq; cẽſent eſſe citãdos [21].quod verũ eſt,vt talis ſentẽtia eis noceat:
aliàs enim agẽti creditori poſſent excipere,Titiũ ſoluẽdo eſſe, cõditionémq; obligationis
29 nõ eueniſſe,& admittẽdi ad huius rei probationẽ eſſent,videmus enim ſentẽtiã * aduerſus
principalẽ latã,fideiuſſori cõtractus nõ nocere [22]:niſi citatus fuerit,ſeu in eũ caſum ſe obli-
gauerit,vt quia fideiuſſor ſit iudicij [23],licet aliud in mora [24],vel effectibus moræ ſit [25].quòd
ſi hoc in fideiuſſore eſt, multò minùs in adpromiſſore hoc cõditionali cũ quo oportet euen
tum conditionis probatũ eſſe.Videmus rurſus,licet vt valeat ſentẽtia,ſatis ſit eũ citari qui
30 principaliter lęditur [26],vt tamẽ noceat poſterioribus*non eſſe ſatis,ſed illos quotieſcunq;
ſua intereſſe principaliter incipiat,audiẽdos [27].quæ ratio in hoc adpromiſſore maximè lo-
cũ habere debet,cùm principaliter incipiat lædi,ſi purificari cõditionẽ ſub qua obligatus
31 eſt,dicamus.Quid ergo ſi quis nunquã† principaliter lædi incipiat,ſed ſemp ſequela ſit?&
aiũt ſatis eſſe,ſi principalis citetur,præiudicabítq; ſentẽtia etiã poſteriori [28]:poterit tamen
poſterior pro iure ſuo tuẽdo ſi velit intereſſe proceſſui:ne forte principalis colludat [29],po-
32 terit & appellare cùm primũ ad notitiã eius*res peruenerit [30]. Quid itẽ ſi poſterior nullũ
ius habeat niſi ex prioris volũtate?& ſatis eſſe priorem citari verius eſt [31].vnde ſubſtitutus
vulgaris nunquã citandus eſt, cùm volẽte priore hæreditatem adire,ipſe excludatur,nul-
lúmq; ius habeat.quòd ſi hæres abſtineat,ſentẽtia contra eũ lata executionẽ aduerſus talẽ
ſubſtitutũ habebit [32],ne ſpes ſubſtituti aditione hæredis extincta,extraordinaria ope ſuſci
tetur in victoris damnum.

1 d.l.ſi.ſi cer.pet.
2 glo.l.emptorem.de act.emp.
3 l.hæc ſtipulatio.§.diuus.vt leg.no.
4 l.Mæuius.l.qui hæredi.de condi.& dem.
5 l.ſi ſtipulatus.
6 l.proinde.ij.§.notandũ.ad l.Aquil.c.fi.de cohib.cle.
7 d.l.fin.ver.ſed ſi cũ ſeio.
8 Alex.l.exitus.de acqui.poſſeſ.
9 d.c.fi.dixi.d.l.fi.
10 l.tres tutores.in fi.de admi.tut.
11 l.ij.qui ſatiſ.cog.
12 d.auth.præſente.
13 l.properandũ.§.ſin autẽ reus.C.de iudic.doct.l.ſ.ea quæ.l.pen.C.quomodo & quando.
14 l.forma.de cenſi.l.rura.C.de om.agr.deſ.Bar.l.j.C.de mag.conuen.
15 l.ſi pater.C.de act.emp.l.quiſquis.de acqui.rer.do.
16 gl.l.cũ de lege.de proba.
17 arg.l.j.C.quæ in fr.cred.
18 c.cũ ſecũdum.de hæret.vj.c.cùm ſit.Romana.in fi.de appel.
19 c.cùm non ab homine.de iud.Dec.d.l.fi.
20 doct.d.l.exitus.
21 argu.l.ij.C.ſi propter publi.penſit.& l.magis.§.ne paſſim.de reb.eorum.
22 l.grege.de pign.l.à ſententia.de app.
23 l.ſi C.de vſu.rei iud.Bar.l.j.§.iud.ſol.
24 l.mora.§.eo.
25 l.auctori.C.de euict.
26 glo.l.de vno quoque.de re iudic.
27 arg.d.l.ij.in fi.& c.inter.de maio.& obed.not.Cin.l.j.C.de aduo.diuer.iud.c.j.de elect.vj.vbi Gemi.
28 cap.humilis.de maio.& obe.vbi Feli.c.venerabilibus.in princ.de ſent.exc.vj.vbi Gemin.per Bal.l.ſancimus.q.xiij.C.de iudi.
29 l.ſi ſeruus pl.§.j.de leg.j.l.ſi pro luſorio.de appel.l.ſi ſuſpecta.§.de inof.teſt.
30 l.in diem.de aqu.plu.gl.l.j.C.de falſ.Alexan.conſil.lxxxiij.
31 l.j.§.denũtiari.de vent.inſpi.
32 l.ex contractu.de re iud.

## SVMMAE.

1 ☞ *Obligationum hæreditariarum diuiſio.*
3 *Electionis ſpecierum formæ.*
6 *L. Si centum. ſenſus.*

## LEX CXVII.

1 SI CENTVM.Obligatio†ergo generis,numero,*at obligatio ſpeciei
2 pro portione hæreditaria inter hæredes diuiditur, quod ſuprà latiùs de-
claraui [33].cuius rei illa eſt ratio,quia in obligatione generis nulla induci
poteſt inter hæredes inæqualitas, quod ſecùs eſt in ſpeciebus, in quibus
vna ſpecies alia pretioſor eſt [34].Quid ergo ſi numerus ſit diſpar,puta cen
tum, & vnũ ſeruũ quis eſt ſtipulatus?& Accur.rectè ait vnum illum pro
portione hæreditaria diuidi,quod intelligendum poſtquã erit electus concordauerintque
ipſi

33 l.in ſtipulationib.§.eo.
34 l.cùm mihi ſtichus.§.j.de ſolu.

ipſi in electione ſed† dubium eſt, quemadmodũ fieri debeat hæc electio?& exiſtimauerim 3
eum hæredem,qui primùm nominatus eſt,eligere vnum debere, deinde cohæredem vnũ
alium, ſicque deinceps alternatim ad vltimum vſq; [1].quod ſi de ordine*non appareat,vt 4
quia inteſtatus ſtipulator deceſſerit,ſortiẽdum erit quis incipiat [2],cenſuítq; Baldus ab hu-
iuſmodi fortunæ iudicio nullam eſſe*prouocationem [3], aut correctionẽ, niſi tamen vel ex 5
nimia læſione,vel alia ex iuſta cauſa aliud iudici ſederit [4].Sed quid rurſus,ſi,electis ſeruis,
ſtipulator deceſſerit,quo caſu obligatio generis ad certitudinẽ ſpecierum eſt deducta, ſed
hæredes variare poſsint,vt quia per futurum non exacti temporis verbum,concepta ſit ſti-
pulatio [5]? & Dinus Alb.Raph.cæteríq; tunc nõ pro portione hæreditaria,ſed numero fieri
diuiſionẽ aiunt,meritóque † iuriſconſultum hîc exẽplum propoſuiſſe,cum futuro exacto 6
vſi ſunt contrahentes, *Quos ego hærés ve exegiſſet.* &c. quæ ſententia eſt vera. addit Torqua-
tus poſſe & legem noſtram intelligi,etiam ſi variabilis eſſet electio [6],dum tamen hæredes
variare nollent,aut non poſſent,vt quia non ſolùm teſtator elegiſſet,ſed & facta ſibi tradi-
tione dominium acquiſiuiſſet.

1 l.quoties.ſ.de vſufr.l.ij.§.fi.C.com.de leg.
2 l.ij.C.quando & quib. quarta.l.x.
3 Bal.d.l.fi.§.ſed & ſi quis.
4 Bal.l.maioribus.C.com. vtr.iud.
5 l.vj.ſ.retro.
6 l.ſtipulatus ſum Damã.ſ.eodem.

## SVMMAE.

1 *Seruum alienum promittere non poſſe: in libero contrá.* 4.
7 *Liber homo poſſeſſori ex cauſis non promittit.* 8.
9 *L. Liber. explicatur.*
11 *Aes alienum non, niſi vtile, commune eſſe.*
12 *Seruum alienum ex cauſis poſſeſſori quærere.*

## LEX CXVIII.

LIBER HOMO. Seruus †alienus bona fide à me poſſeſſus,ſi mihi 1
promittat,verum dominum non obligat,nec de peculo quidem, tantùm
abeſt vt ipſe obligetur,quod aliter*in homine libero à me bona fide poſ- 2
ſeſſo obſeruatur: ſi enim mihi promittat, valet obligatio:licet ſecùs ſit ſi
ego illi promittam. ſuntque hoc in contextu tria dicta ſigillatim ex-
plicanda.

SIT VTILE. Valet ergo obligatio,qua†homo liber bona fide poſſeſſus aliquid ipſi 3
poſſeſſori ſpopondit,†quod non ſolum in ſtipulationibus procedit,ſed in cõtractibus quo- 4
que,vt ſi illi poſſeſſor aliquã rem commodauerit,vel locauerit,vel quicquam facere man-
dauerit [7].Neç obſtat,quòd obligatio * contrahi non debet ſupra id quod actum eſt [8], non 5
videtur autẽ actum, vt iſte obligetur:cùm nemo mandet ſeruo ſuo, vel promittat,obliga-
tionis cõtrahendæ animo,cùm inter ſeruũ & dominum non conſiſtat obligatio [9].Reſpon
detur†enim hoc caſu ſpecialiter id inductum,vt extra id quod agitur naſcatur obligatio, 6
ídque tacita quadam ſeu præſumpta diſpoſitione [10].qui enim cũ ſeruo contrahit,ſatis hoc
agere videtur,vt ſeruus ſibi naturaliter obligetur [11],vnde veriſsimile eſt, ſi crediſiſſet eſſe
liberum,voluiſſe vt etiam ciuiliter teneretur, pro diſpoſito ergo habetur quod veriſsimile
eſt diſpoſituros fuiſſe contrahentes, ſi de eo fuiſſent interrogati [12],& ideo Bald.alibi rectè
cenſuit.ſecundariam obligationẽ quandoque oriri præter id quod expreſsim,& primitiuè
actum eſt [13].ſed perpetuà ne eſt ſupraſcripta†legis noſtræ concluſio? & excipi aliquos ca- 7
ſus conſtat. Primus eſt, cùm liber homo poſſeſſori promittit rem ipſius poſſeſſoris [14],cum
enim quod poſſeſſoris eſt,ipſius effici amplius nequeat [15],non poteſt tali caſu valere ſtipu-
latio,licet ſecus ſit ſi ex re ſtipulatoris promitteret, veluti, *Centum quos ex locatione domus tuæ
percepi,tibi promitto* [16]. quod hîc Accu.tradidit,quantũ enim ad hanc materiã adtinet, penſio
domus dicitur ex re prouenire, licet ſignificantius ob rem potius proueniat [17],vt Alberic.
hîc docet.Alter eſt,†cũ de re agitur,quæ ex mera voluntate diſponentis conſiſtat, ſicut eſt 8
hæreditatis aditio,cenſuit enim Bart.tali caſu hominẽ liberum bonæ fidei poſſeſſori non
obligari,niſi is conditionis ſuæ certus ſit [18],quod & alij probant.Addit Iaſon probabiliter
diſputari poſſe, tali promiſsione obligatione duntaxat naturalem oriri, quæ ſententia
nullo colore fulcitur: quía lex manifeſtè, ex hac obligatione agi poſſe, vt appareat ciui-
lem obligationem naſci [19]:& hîc dicitur omni modo eſſe vtilem, ideſt tam ciuili, quàm
naturali ratione.

NEC TAMEN IDEO. Ponitur hîc caſus contrarius, quid iuris † cùm poſſeſſor 9
ipſe homini bona fide à ſe poſſeſſo promittit?& reſpondet Papinianus obligationẽ inutilẽ
eſſe,tum per Iuliani regulam,quæ habet, quod quis ab alio ſtipulatus mihi acquireret,id à
me ſtipulãdo nihil agit [20].quod intelligendũ obligationis ciuilis duntaxat reſpectu [21]:tum
quia hoc latere,ideſt,hac ex parte æquiparatur homo liber bona fide poſſeſſus ſeruo alie-
no,qui fructuario vel poſſeſſori promittat,quã promiſsionem cõſtat inefficacẽ eſſe [22]. du-
bia tamen eſt Papiniani ſententia, cur hac in parte æquiparentur, & non in priore caſu?
videtur enim ſubeſſe eadem ratio: cùm ſicut ſeruus domino * promittens naturaliter ob- 10
ligatur,

7 l.ſi is,qui.§.ſi libero.com mod.l.at qui.§.ſi liber.de neg.geſt.
8 l.non omnis.ſi cer.pet.
9 l.quod attinet.de regul. iuris.
10 d.§.ſi libero.
11 l.ſi id quod.de cond.indeb.
12 l.tale.§.fi.ſ.de pact.
13 l.ſi abſentis.C.ſi cer.pet. vbi Bal.dixi d.l.nõ omnis.
14 l.liber homo.ij.reſpon. ſ.titu.ij.
15 l.nemo.ſ.eod.
16 l.ſed & ſi quis.§.eſt tamẽ quæſtionis.de vſufr.l.procurator quod ex re.ſ.de proc.
17 d.l.ſi nauis.de rei vind.
18 l.homo liber.de acq.rer. dom.l.de ſtatu.de teſtam.ſ.
19 d.§.ſi libero.
20 l.ſi ſeruo.§.& regulariter.de vſufr.
21 l.frater.de cond.inde.
22 d.l.ſi ſeruo.



ligatur, ita vice mutua & dominus erga ſeruum [1]: & ſicut poſtquàm conſtat promiſſorem
eſſe liberum, incipit poſſe exigi,ita & poſſeſſor debet poſſe, cùm conſtat ſtipulatorem ſer-
uum non eſſe.ſed reſpondet Papinianus non eſſe parem rationem acquiſitionis & damni.
ſeruus enim ſiue verus ſiue opinatitius domini conditionem meliorem facere poteſt, de-
teriorem non poteſt [2]: igitur cùm ipſe domino promittit, obligatur: cùm verò dominus
illi, propter Iuliani regulam nulla eſt obligatio.ſi enim ab alio ſeruus ſtipularetur, acqui-
reret domino: cùm tamen ſi alij promitteret, non obligaret dominum. Hincque finiri ea
quæſtio poteſt. Cauebatur lege Municipij, vt acquiſita per fratres conuiuentes commu-
11 nia eſſent, an & æs alienum † contractum commune erit? & videretur ſecundum ſupra-
ſcripta non eſſe, niſi quatenus connexum lucrum ſeu in communem vtilitatem contra-
ctum ſit [3]. quod & aliqui probant [4]. Quod ergo ſolet dici contrariorum eandem eſſe diſci-
plinam, non procedit,cùm diuerſa ſubeſt ratio quod alibi declaraui [5].
12 SERVVS AVTEM. Seruus ergo * alienus ab aliquo bona fide poſſeſſus, ſi
poſſeſſori promittat, dominum de peculio non obligat, ſicut nec proprietarium ſeruus,
fructuario ex ipſius re promittens.& ratio eſt, quia tali caſu quatenus penes ipſos in pecu-
lio eſt, habentur ipſi pro dominis: ſecùs ergo vltra peculium. in eo enim non habentur
pro dominis: & ideo verus dominus teneretur deducto peculio, quod penes poſſeſſorem
eſt [6]. Idem ſi ſeruus ex alia cauſa promitteret, quàm quæ poſſeſſori quæreretur. nec enim
tunc poſſeſſor pro domino eſt, quod vtrunque hic Accurſius tradit. ſciendum enim qua-
13 tuor eſſe caſus, quibus hîc ſeruus poſſeſſori acquirit †. Primus, cùm ex operis ſuis ali-
quid lucratur [7]. Alter, cùm ex re poſſeſſoris [8]. Tertius, cùm ex re domini emit, ſed tradi-
tio ipſi poſſeſſori fit [9]. Quartus, cùm nec ex re poſſeſſoris nec ex dominica acquirit, eúm-
que dominus nec ciuiliter poſsidet, vt quia paſſus ſit diu abeſſe [10], vel ſciat ab alio poſsi-
deri nec reclamet [11], hoc enim caſu videretur poſſeſsionem quidem poſſeſſori acquiri, do
minium verò neutri, vt ego ſentio [12], licet alij aliter.his caſibus exceptis, pro regula con-
ſtituendum eſt,non poſſeſſori, ſed vero domino per ſeruũ acquiri [13],qua de re alibi latius.

1 d.l.ſi id quod.
2 l.iij.C.de pact.
3 ar.l.contra.in fi.ſ.de pac.
4 Paul.conſ.lxviij.j. Alex. conſ.cxxxix.v.
5 rub.ſ.de acq.poſſ.
6 l.ſi creditor.in fi.de pecu.
7 l.qui ſcit.in fi.de vſur.
8 l.qui bona.de acq.rer.do.
9 l.cum fundus.§.j.ſi cert. peta.
10 l.iij.§.ſi ſeruus.de acqu. poſſeſ.
11 l.arboribus.§.de illo.de vſufru.
12 l.ſi ſeruus meus.de acq. re.do.
13 l.eo tempore.in fi.de pecu.l.fugitiuus.de ſolut.

## SVMMAE.

2 *§. Decem. ſenſus.*
4 *Diei expreſſæ effectus.* 5. 6.
7 *Siſtere hodie iuſſus veſperi adſit.*

1 §. DECEM HODIE. Qui * decem hodie dare promiſit, ſtatim,etiam nondum
lapſo die, conueniri poteſt, ſed cùm in cæteris temporibus finem expectemus [14], cur non
& hoc caſu idem ſeruamus? & Iuriſconſultus reſpondet id hoc caſu eſſe, quia hodierna
dies non videtur adiecta cauſa differendæ ſolutionis, quæ reſponſio declaratione indi-
get: videretur enim, ſicut quælibet alia dies ad dilationem exactionis pertinet, ita & de
hac dicendum, aliàs mentio hodiernæ diei ſuperflua eſſet, quod vix credibile eſt: cùm
ſemper ita ſtipulationes interpretemur. ne quid ſuperfluum ſit [15]. Bart.reſponſum hoc in-
terpretatur ea ratione procedere, quia dies actum promittentis reſpicit, perinde ac ſi
dictum eſſet, *Hodie promittis mihi, quod dabis*. cùm ergo dies promiſsionem, non autem da-
tionem reſpiciat, meritò cenſebitur demonſtratiuè cauſa contractus, non autem cauſa
exactionis adiectus: vnde ſequitur, vt ſi verba aliter concepta eſſent, putà, *Promittis de-
cem dare hodie.* quia hoc exemplo dies dationi cohæret, non procederet lex noſtra, ſed
dilatio exactionis fieret [16]. quod & Paulus Caſtrenſis, Raphaël, Alexander, Iaſónque
2 ſequuntur, ſed Aretinus diſſentit. quia † ſi dictum ſit, *Promitto decem præſentia.* verba ad
ſolutionem referuntur non ad actum, & tamen adhuc legi noſtræ eſſet locus. quia lex
dictionem illam [17], *Præſentia.* pro ſuperuacanea habet. nam & ridiculum eſt ita interpre-
tari, vt per dictionem, *Hodie.* videatur reus dixiſſe ſe hodie promiſiſſe: cùm id conſtet
ex natura actus euidenter [18]. Addo ego cùm dictio, *Hodie.* ante verbum, *Dari ſpondes.*
appoſita ſit, nulla eſt ratio, cur potius non debeat ad verbum dari, tanquàm proxi-
mius referri, quàm ad verbum, *Spondes* [19]. quin potius ad vtrunque referenda videtur [20].
Nam & ſi quis promitteret hodie centum dare Carthagini, valere deberet obligatio
tanquàm anguſtia nulla temporis ſubeſſet, cùm verbum, *Hodie.* poſſet ad actum promit-
tendi duntaxat referri, & tamen conſtat aliud eſſe, & vitiari ſtipulationem [21]: quia illa di-
ctio ad ſolutionem refertur. nec me mouet ratio Alexandri, qua ipſe cenſuit tempus in du-
bio potius cauſa demonſtrationis adiectum cenſeri, quàm cauſa differendæ ſolutionis.
haud hoc ego facilè conceſſerim, alioquin, qui die calendarum promittit centum ſe ca-
lendis daturum, præſentes demonſtraſſe cenſeretur; nõ autem in proximè futuras ſpopon
diſſe [22]: nã & ſi demus, vt verba demonſtratiuè quibuſdã caſibus potiùs accipiantur, quàm
diſpoſitiuè [23], hoc tamen locum habere non deberet, quãdo res alioquin ſatis demonſtrata
3 eſſet, vt in caſu noſtro erat ex ipſius rei natura: fruſtra enim * talis demonſtratio adiecta

14 l.eum,qui cal.l.qui hoc anno.ſ.eod.
15 l.fi.in prin.ſi cer.pet.d.l.eum, qui.verſ.planè Bald. rub.C.de cont.emp.q.ix.
16 l.fi.§.pen.ſ.eod.l.iij.§.ſi quis ita.ſ.de eo quod cer.lo.
17 l.talis ſcriptura.de leg.j.
18 Bart.auth. qui ſemel.C. de probat.
19 glo.l.ſi idem.§.fi.de iuriſd.om.iud.
20 arg.l.iij.§.filius.de lib. & poſth.
21 l.iij.§.ſi quis ita.
22 d.l.eum,qui.verſ.planè.
23 l.fi.§.pe.de lib.leg. Bar. l.centurio.iiij.quæſt.princ. de vulg.dixi l.iij.C.de trãſactionibus.

videretur [1]. Quid ergo dicendum?& veteres aliqui eam regulam hic probari exiſtimant, qua traditum eſt, etiam in diſpoſitionibus ea, quæ tacitè inſunt, ſi exprimantur, nihil quod ad ipſius diſpoſitionis ſubſtantiam attinet, operari [2]. cùm ergo dictio, *Hodie*, expreſſa ſit, vt oſtenderetur præſentem eſſe purámque obligationem, ea ſit interpretatio, vt quod tacitè inerat videatur expreſſum, quod Aretinus Iaſónque docuerunt. aliàs dictio, *Hodie*, quæ creditoris fauore videtur adiecta, in eius odium verteretur [3]. Nec tamen omnino ſuperflua eſt hæc dictio, quia licet quantū ſit reſpectu ipſius obligationis nihil operetur. Re- I.
ſpectu tamen eorum, quæ extrinſecùs accidere poſſunt, non modici effectus eſt [4], qualis eſt † mora: videtur enim in mora reus lapſo die conſtitui, tanquam hæc quoque dies interpellet [5]. quod apud Iaſonem aliqui cenſuerunt, ſentit idem & Bald. niſi cum anguſtia temporis impedimento eſſet [6]. 4
Nec me mouet ratio Iaſonis, quòd idem tempus non poſſit obligationem morámque ſimul inducere [7]. Reſpondeo, obligationem ſtatim induci, moram verò per lapſum diei. Híncque conſequens eſt, vt ſi adiecta pœna ſit † puta, *Et ſi x. hodie non dedero, dabo ſtichum*. II.
lapſa die amplius purgari mora nequeat, quod Ang. Imo. Beſut. 5
Tort. & Iaſ. hîc tradiderunt [8]. verùm; & ego arbitror, exceptò, cùm conſtaret diē demonſtrationis duntaxat cauſa adiectum ſeu ad actū promittendi, non autem ſolutionis reſpicere, quod & Caſtrenſis hîc, & Alex. alibi cenſuerunt [9]. Sed & cùm dies † expreſſa eſt, III.
putarim non vlteriùs indulgendum eſſe debitori vt ſolutionem differat, quàm ſit diei illius finis. 6
quamuis enim in obligationibus puris ſoleat concedi humanitatis cauſa terminus, ne creditor cum ſacco venire videatur [10], ſicque is terminus arbitrio iudicis, in propoſito tamen caſu non vltra iudex arbitrabitur, quàm vt hodiernum diem integrum debitor habeat, ſicque intelligendos arbitror Doctores, qui ſimpliciter concedendum ex humanitate terminum debitori aiunt, quod hîc Iaſon latiùs adtingit. Sed nunquid legi noſtræ locus ſit in præcepto iudicis, verbi gratia, iudex præcepit parti, vt hodie † adeſſet ad IIII.
dicendæ ſententiæ cauſa, an ſtatim adeſſe tenebitur? & receptiſſima eſt ſententia non te- 7
neri, ſed ad finem diei, id eſt, ad veſperam vſque expectandum eſſe [11]. in contractibus enim qui hodie promittit, videtur id expreſsiſſe, quod tacitè inerat, vt ſuprà dixi. at in citatione iudicis ſecùs eſt, nec enim tacitè ineſt, vt ſtatim adſit. ſed vt quamprimùm commodè poteſt: vnde inferunt Doctores valere * citationem, in qua nulla ſit certa dies: 8
quia intelligitur, vt citatus cùm primùm poteſt, cùm aliquo temperamento adſit [12]. quod aduerſus Bartoli ſententiam receptius eſt, idque ſiue quis ad proceſſum cauſæ, ſiue ad actum particularem citatus ſit, quicquid Angelus, Iaſónque diſtinxerint: neque enim nulla eſt lex, quæ certæ diei expreſsionem in citatione neceſſariam eſſe probet, exceptò cùm ideo quis admonetur, ne videri poſſit clam feciſſe: tunc enim etiam horam adſcribere debet, nedum diem [13]. nec enim arctandus eſt quis, vt diutius extra iudicium expectet, viſurus quid in ſuo aduerſarius facere velit.

1 l.j.in fi.de dot.præle. Bar. l.quæſitum.§.fi.de fund. inſtru.leg.
2 d.l.talis ſcriptura. vbi omnes. & l.iij.de leg.j. vbi B.
3 l.quod fauore. C.de legi.
4 gl.l.talis.verbo, præſenti.Oldr.Alberic.hîc.
5 l.magnam.C.eod.
6 l.ſi mihi.§.j. vbi Bald.de leg.j.
7 notab.l.quoties in diem. ſ.eod.
8 ar.d.l.talis.verſ.quāuis.
9 §.lex.l.ſi inſulam. ſ.eod. verſ.iiij.fallit.
10 l.quod dicimus.de ſolu. gl.l.Aemilius.de minor.
11 c.conſuluit.de off.deleg. gl.§.omnis.inſt. eo.Doct.l. qui ante.ſ.eo.
12 c.eos.de ſenten.exc.vj.c. cùm parati.ad fi. de appel.
13 l.aut qui aliter. quod vi aut clam.

SVMMAE.

1 ☞ *Stipulatus certum præcisè cogi, incertum non item.*
3 *§. Decem. explicari. 5.*
4 *Certi condictione non, niſi ob certum, & legem agendum.*
7 *Incerti ad pœnam agi.*

§. DECEM MIHI. Qui x. ſibi dari † ſtipulatur, rem certā ſtipulatur præcisèque compellere promiſſorē ad ea x. danda poteſt [14]: at qui x. Titio dari ſtipulatur, nihil agit. quia 1
ſtipulatio * alteri facta nō valet [15], niſi tamen ſua interſit Titio dari [16], quo caſu non ad ea 2
decem agitur, ſed ad id, quod ſtipulatoris intereſt ea decem Titio data non eſſe, meritò ergo talis ſtipulatio incerta eſt: cùm non præcisè ſed in id, quod intereſt duntaxat committatur, nec res iſta vllam habet in caſibus ſimplicibus difficultatem, maior ſubeſt in legis noſtræ exemplo cùm mixtim concepta eſt ſtipulatio, mihi, aut Titio decem dari: videtur enim Titius ſolutioni ſolùm adiectus eſſe [17]. & ideo fruſtra de obligatione eius reſpectu dubitari, ſed reſpondent Caprillus, & Albericus duas hîc fuiſſe ſtipulationes ſeparatim conceptas alteram mihi dari, alteram, eadem decem Titio dari, quæ ſententia textui verborum non quadrat. Rectiùs Rapha. qui † Titium non videri adiectum cenſuit: quia electionem ſibi ſtipulator reſeruauit: Vnde ſi eligat Titio dari, perinde eſt, 3
ac ſi ei ſimpliciter ſtipulatus eſſet [18]. putat tamen Caſtrenſis, ſi mea non interſit Titio dari, tunc adiectum cenſeri vt ſtipulatio valeat, poteritque ſtipulator ab eo repetere actione mandati [19]. Aretinus vtroque caſu ſiue interſit, ſiue non interſit mea Titio dari, adiectum cum ſolutioni eſſe arbitratur, quæ ſententia verbis legis noſtræ repugnat, in qua hoc ipſum, quod Titio detur, ad incerti obligationem pertinere, dicitur, non autem ad ſimplicem ſolutionem. ſed rurſus obſtat, quia quamuis ſtipulatio dandi alteri incerta ſit, & ad id quod intereſt cōmittatur, tamē ex ea videtur certi condictione agi poſſe, cū ea actio etiam

14 l.vbi autem.in fin.ſ.eo.
15 l.ſtipulatio.§.alteri.ſ.e.
16 d.l.§.ſi ſtipulor.
17 l.eum qui.§.qui ſibi.ſ.e.
18 l.vero.in fin.l. qui res.§. qui ſtipulatur.de ſolut.
19 l.Iulianus.§.j.ſ. manda.



etiam ad id, quod intereſt, competat [1], ſicque videtur inanis eſſe differentia, quam Iuriſ-
4 conſ. hîc conſtituit. Sed reſpondendum eſt, certi condictione ad id †, quod intereſt, regulariter non agi, ſed eo duntaxat caſu, quo quis in libello certam ſummam eo nomine petit, ſolutióque variabilis non eſt, vt quia moram purgare ampliùs reus non poteſt: vel legis au ctoritate, putà Aquilia tenetur, quod alibi declaraui [2].

QVONIAM POENAM PROMISERAM. Reſtringunt hunc textum aliqui duobus modis, non ſat (vt ego ſentio) probabilibus, & in primis Bartolus pœnam hanc in eo quod intereſt, perpendi cenſuit: quando decem illa in pecunia deberentur, ſecùs ſi in tritico, vel alia fruge. cùm enim pœna extrinſecus id, quod intereſt reſpiciat, credidit ille eius ratione nullam in tritici, vel ſimilis frugis obligatione haberi. in qua ſatis eſt id, quod intrinſecus intereſt, ſolui [3], putà ſi interim rei pretium augeatur, quod facilè in eis contingit [4], in pecunia verò, quoniam eius æſtimatio non augetur, ſed ipſa alias res æſtimat, ſecùs eſt: quia cùm in ea non poſſit quicquam intrinſecus intereſſe [5], ei locus eſt quod extrinſecus accidit, quale eſt quod pœnali ſtipulatione alteri ſolutum ſit. Quæ ſen-
5 tentia legem noſtram nimis coarctat, in qua ſimpliciter ſcriptum eſt decem dari †, quæ verba etiam ad modios & cados huiuſmodíque frugum vel liquaminum mēſuras non minus commodè, quàm ad pecunias referri poſſunt, quod & Iaſon hîc cenſuit, nec diſtinctionem illam Barto. ego in tractatu eius quod intereſt probaui, generalitérque cenſui etiam
6 eius quod extra rem intereſt *, rationem habendam eſſe [6], excepto venditionis contractu, in quo cùm emptor ad legitimas ſolùm vſuras teneatur, non debuit venditor vice verſa grauius teneri, quàm vt id, quod intra rem intereſt præſtet [7]: qua ratione nec ad id, quod lucri ceſſantis nomine emptori abeſt, tenetur [8]: cùm tamen in aliis contractibus aliud ſeruari ſoleat [9]. Sunt tamen, qui improbata Bartoli diſtinctione aliter ipſi definiant, nempe vt quando quis ſibi contrahit, tunc ad extimam vtilitatem non adtendamus [10]. quòd ſi alteri contrahat, vt quia alteri dari ſtipuletur, tunc ſecus ſit [11]: præſtabitur enim, non ſolùm quod intra, ſed etiam quod extra rem noſtra intereſt. quod Raphaël, Caſtrenſis, Alexander, Aretinus, Iaſon prodidêre. Altero modo reſtringit hanc legem Accurſius, vt ſcilicet procedat cùm poſt ſtipulationem Titio factam promiſſa fuit pœna, quo caſu ſuperueniens hæc damni vitatio ſufficit, vt ſtipulatio alteri facta ſuſtineri poſſit [12]. quòd ſi ante ſtipulationem iam pœna promiſſa eſſet, ſenſit Accurſius certi condictione, non autem ad id quod intereſt agi, cùm iam certum eſſet quid debendum foret, ſequitúrque hanc ſententiam Imola. At Petrus, Iacob. Raynerius in diuerſam prorſus eunt, vt ſi iam ante promiſſa eſſet pœna, incerti agatur: ſi poſt, non poſſit agi, tanquam non videantur partes de eo quod deinde contigit, ſenſiſſe [13]: quod communiter reprobatum eſt: cùm ſufficiat ſi poſt ſtipulationem alteri factam, deinde incipiat ſtipulatoris intereſſe [14].
7 Rectius † ergo Raphaël, Aretinus, Iaſon ſiue antè ſiue pòſt promiſſa ſit pœna, ſemper incerti agi: quod ego ſic interpretor, vt pœna licet inter ſtipulantem & Titium ſit certa, reſpectu tamen promiſſoris, qui mihi aut Titio dare debuit, incerta eſt, tanquam res inter alios acta: nec enim eam promiſſor ſoluet tanquam pœnam, ſed tanquam tantùm interſit.

1 l.certi condictio. in princ. ſi cert.pet. vbi dixi.
2 d.l.certi condictio.ſi cer. petatur.
3 l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorem.de act.empt.
4 l.oleo.C.de vſur.
5 l.nummis. de in lit.iur.
6 l. videamus. §. præterea. de vſur. l.vnica. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.
7 d.§.cùm per venditorē.
8 l.ſi.de peric. & commod.
9 l.iij.§.fin.de eo quod cer. loco.
10 d.§.cùm per venditorē.
11 d.l. ſtipulatio. §. ſi quis inſulam.ſ.eod.
12 Bart.d.§.alteri. vbi dixi limit.xv.
13 arg.l. ſi ita ſcripſiſſet. de leg.ij.
14 l.exiſtimo.ſ.eod. Bar.d. §.alteri.

SVMMAE.

2 ☞ *L. Doli. enucleata. 13.*
3 *Generalia ad ſpecialia non pertinere: ex cauſis contrà. 10. 11.*
8 *Sodalibus & præfecto relictum bis huic ex cauſis deberi. 9.*
14 *Genus ſpeciebus ſubnexum inane plerunq;.*

## LEX CXIX.

1 DOLI CLAVSVLA. Clauſulę, *Dolum * malum abeſſe*. quæ ſtipulationibus ſolet ſubiici ad ea non refertur, de quibus nominatim cautum eſt, quod Caſtellio, & Torquatus intelligunt, quando nominatim cautum eſt, ne ad ea promiſſor teneatur, vt quia conuentum eſſet, ne de tali caſu, itémq; de tali &c. promiſſor teneatur. non enim per adiectionem clauſulæ, *Doli mali*. tenebitur. Finge ergo (inquit Iaſon) vendito fundo, renuntiatum eſſe iuri reſciſsionis, quæ contingere ex eo poſſet, quod non dimidium iuſti pretij daretur [15], deinde adiectam clauſulam, *Dolum malum abeſſe*. nunquid ex hac clauſula agi poterit, vt reſcindatur contractus tanquā re ipſa dolus interceſſerit?& certè non, cùm ſpecialiter huic iuri ſit renuntiatum. ſed hic intellectus nullam habet dubitationem, cùm talis
2 clauſula non ſoleat ſupraſcripta corrigere, ſed potiùs confirmare [16]: vnde verior † eſt cæterorum interpretatio, qui ſimpliciter talem clauſulā ad caſus expreſſos non referri aiunt, non ſolùm correctionis cauſa, ſed nec ampliationis, cuius rei exemplum à nobis ſuprapoſitum eſt [17], quoniam de clauſula generali cenſentur ea ſeparari, quæ ſpecialiter commemorata ſunt [18]. ſpecies enim in iure noſtro derogat generi [19]. Vnde & generalis

15 l.ij.C.de reſc.vend.
16 l.ſi cùm fundū.l.ea, quæ. in fi.de contrah.emptio. l.ſi ſiue §. ſi in ſtipulatione. ſ. rem rat.hab.
17 l. ſtipulationes cōmod. ſ.eod.
18 l. ſed & ſi. §. deinde. ex quib.cau.ma.
19 l.cohæredi.§. qui patrē. de vulg.

neralis confirmatio ad ea non pertinet, quæ ſpecialiter infirmata † circunducta cancela- 3
táue ſunt[1]. Et in diplomate comitis Palatini, qui natalibus reſtituere ſpurios, itémque II.
inceſtos poſsit, ea fit interpretatio, vt inceſti nomine * ſpuriorum non compræhendan- 4
tur, quamuis alias ſpurij vox ſit generalis[2], ídque quoniam ſeparatim ſpecies iſtæ nomi-
natæ ſunt. Et clauſula, *Abſque præiudicio contentorum in teſtamento.* non refertur * ad renun- III.
tiationem fideicommiſsi, quæ per facultatem alienandi ſpecialiter conceſſam inducitur: 5
quod Socinus reſpondit[3]. Et in fideicommiſſo *, quod pater filiis & deſcendentibus re- IIII.
liquit, appellatio filiorum in ſpecie accipitur, ne nepotes compræhendat, qui magis pro- 6
priè ſub generali deſcendentium voce continentur, vt Decius[4] ex facto reſpondit. Et V.
alienatione liberè & ſimpliciter facta, clauſula generalis in fine poſita intelligitur ſaluis
ſuprascriptis[5]. Quod & in teſtimoniis procedere Bartolus cenſuit[6]. Nam & cùm iu- VI.
dex in alienatione prædij à minore facta decretum interponit, adiecta † clauſula, *Quate-* 7
*nus de iure contractus valeat.* intelligitur, quatenus valeat, nec aliud ei obſtet quàm decreti
defectus: ſpecialiter enim agitur eum ſuppleri[7]. Qua ratione, ſi relicta ſint † magiſtro VII.
ordinis centum, & cuilibet ſodali tunica, non habebit magiſter tunicam, quamuis & ipſe 8
ſodalis ordinis ſit: contentus enim eſſe debet ſpeciali legato[8]. Fuere tamen, qui hoc non
procedere exiſtimarent, cùm primò ſodalibus, deinde magiſtro legatum eſſet, vt clau-
ſula generalis præcedens, quæ magiſtrum compræhendit, per ſequentem ſpecialem non
reſtringatur, ſed ad vtrunque magiſter admittatur. Quæ ſententia † certiſsima eſt, I.
cum dictione ampliatiua vſus eſſet teſtator, putà, *Sodalibus tunicam, ſed & præfecto centum*[9]. 9
coniunctio enim *&*, pro etiam ponitur. Quòd ſi ea dictio adiecta non eſſet, idem II.
tamen receptiore calculo traditum eſt[10], quæ ſententia humanitate quadam quæ in elee-
moſynis adhibenda eſt, potiùs defenditur, quàm iure ſcripto. Poſſet & tunc defendi, III.
cùm diuerſa ex cauſa ſeu diuerſo titulo relinqueretur, putà ſodalibus non præciſè ſed
vt eis diſtribuerentur Titio verò præciſè[11], ſeu perſonæ, non autem ſodalitatis con-
templatione. Sed & qui omnibus dominis Stichi ſerui ſtipulantis, & Titio centum IIII.
promittit, videtur Titio bis debere, ſemel dimidiam propter ſpecialem nuncupatio-
nem, iterum pro rata dominij, quam ille Sticho habet[12]. dominorum enim appellatio-
ne etiam Titius compræhenſus fuit, quem in tam anguſto genere non eſt veriſimile per
ſpecialem appellationem ſubtractum eſſe[13], ſicque cómuni calculo receptum eſt. Sed
hac de re infrà. supereſt vt videamus quibus caſibus regulæ ſuprascriptæ locus non ſit.

Et in primis ſuprà dixi communi ſententia traditum eſſe, vt lex noſtra in caſu ſuo lo- I.
cum habeat, cùm ſcilicet, ſubiecta eſt ſpecialibus clauſula generalis, quod ſi è contra-
rio clauſulæ generali ſubiectæ ſint ſpeciales, ſecùs erit, generaliſque etiam ad ſpecia-
les referetur, ſi tales clauſulæ inter perſonas ſint appoſitæ[14], cuius rei illam rationem
adducit Petrus quòd quando generalis præcedit, nihil reperit, quod ſibi obſtet, quin
generaliter accipiatur, ſecùs ſi iam ſpeciales præcedant[15]. Ego hanc differentiam ſuprà
cenſui non ſatis probari in iure[16], nam & lex quæ ſeruo communi ſibi & Titio do-
mino ſtipulanti bis admitti Titium ait[17], non ea ratione nititur: quia priùs ſibi ſtipula-
tus ſit ſeruus, ſed quia ſtipulatione ſerui non coniunctim ſed in partes cuique domino
acquiritur[18]. Vnde iuris inrerpretatione Titius bis vocatus ad ſpeciem cenſetur, ſíc-
que conſtituenda inter res & perſonas non eſſet differentia[19], quam tamen Bartolus
conſtituit, Imoláque adducta ratione tametſi non ſat firma adprobat. Rurſus † non II.
procedit regula, quando generalis clauſula, ſpecialéſque ſimul ab eadem cauſa proce- 10
dunt: tunc enim generalis ipſa ſecundum finem ſpecialium reſtringitur, vt cùm quis re-
nuntiat tali auxilio, & ſubiicit, generaliter omni iuri quod habet vel habere ſperat[20].
huiuſmodi enim renuntiationes plerunque à cauſa ſua reſtringuntur, quod Baldus tradi-
dit[21]. Sed & quoties clauſula generalis † idcirco adiicitur, vt omnia ſpecialiter enume- III.
rata compræhendat, non eſt dubium non cenſeri ab ea ſpeciales clauſulas exceptas[22], 11
quod hîc Bartolus Iaſon, cæteríq; tradiderunt, ego præceptis rhetorum id traditum ſcio,
vt ſemper creſcat oratio, amplificetúrq; vel verborum congerie, vel auxeſi, vel ſinathro-
iſmo, & ſi qui ſimiles ſunt locutionis ornatus, ab eis repetendi. Vnde tali caſu non eſt cre-
dendũ generali clauſula ſuperiores non contineri. Quòd maximè in verbis legum lo- IIII.
cum habet in quibus nõ facilè capitur ea interpretatio, vt generali clauſula videatur legiſ-
lator ſpeciales correxiſſe, quin potiùs addere ſuperioribus voluiſſe cenſendũ eſt[23], quod lo
co ſuo Bar. diffuſius explicat[24]. Sed & is, cui optio legata eſt, licet generale id videatur le V.
gatum, poteſt eum ſeruum optare, qui alteri ſpecialiter ſit relictus: quoniã facta electione,
generalitas * illa ſpeciei naturam adſumit, quod idem Bar. docuit[25]. Sed & quoties ſpe- 12
ciales clauſulæ inualidæ inefficacéſq; eſſent, dubitandũ non eſt, quin clauſula generalis ad VI.
eos caſus trahatur, vt ſecundũ eam illi decidãtur[26]. Sanè & in caſibus, quibus clauſula VII.
generalis ſpecialibus derogat, dubiũ non eſt legi noſtræ locũ non eſſe. Vnde teſtator poſte-
riore cod

[1] glo. l. ſi quis priore. in fin. ad Treb.
[2] Mod. l. ij. in prin. ſ. eod.
[3] conſ. xliij. in iiij.
[4] Dec. conſ. j. in fi.
[5] c. cùm dilecti. de don.
[6] Bart. l. de ætate. ij. quæſt. in fi. de minor.
[7] l. cùm propter. de legat. præſt. vbi Bart.
[8] Doct. l. cùm quæſtio. §. fi. C. de leg. Abb. c. cùm olim. de re iud.
[9] l. Titia. §. qui marco. de ann. leg.
[10] doct. d. §. fi. Din. Alb. hic.
[11] Bar. l. ſi conſul. de adopt. cum vulgari. de dot. præl.
[12] l. iiij. de ſtip. ſer.
[13] arg. l. ſi vnus. §. ſed ſi ſtipulatus. de pact. Salic. d. §. fi.
[14] d. l. iiij. vbi à Bar. & Imo.
[15] glo. l. quiſquis. de legat. iij. vbi Bart.
[16] arg. l. cùm in teſtamento. §. fi. de hæred. inſt.
[17] d. l. iiij.
[18] l. & Proculo. de leg. ij.
[19] l. ſeruo. de pecul. leg. d. l. cum vulgari.
[20] l. ſi decerta. l. ſub prætex. tit. ij. vbi dixi. C. de tranſac.
[21] Bal. l. pactum. q. xiiij. xv. C. de coll.
[22] l. ſi ſeruum. §. inquit lex. ff. ad l. Aquil.
[23] l. j. §. vnde. ſ. de publica, l. j. §. j. de ope. nou. nunt. vbi Doctores.
[24] l. ſanctio. de pœnis. l. ſenatus. de accuſ. l. qui ſepulchro. C. de ſep. vio. vbi Doc.
[25] l. ſi domino. ff. de leg. j.
[26] l. fi. §. fi. de aur. & ar. leg.



riore codicillorum generali ſcriptura videtur ſpeciali teſtamenti diſpoſitioni derogaſſe:
cùm ob eandem cautam reliquit[1], ſecùs ſi eadem ſcriptura id factum eſſet[2]: nec enim tunc
VIII. veriſimile eſt voluiſſe teſtatorem ſe ipſum in continenti corrigere. Illud quoque defen-
di poteſt in vltimis voluntatibus, cùm quis ſpecialiter ad lucrum aliquod admittitur, poſſe
etiam clauſula generali, quæ inſerta ad idem proponatur, admitti[3]. quod propter earum
fauorem recipiendum eſt. Fortiùs cenſuit Rogerius, idem quoque in contractibus eſſe. &
13 dum lex † noſtra ait, *Non pertinet.* &c. ſubaudit tantùm, nec enim exemplo caret, vt in ora-
tione negatiua taxationem ſubintelligamus[4], ſed hanc ſententiam tanquam legis verba
IX. violet Doctores non probant: ſolùm ergo in vltimis voluntatibus defendetur. Sed &
14 non † omittendum eſt, quandoque enumeratis ſpecialiter plurimis caſibus, generalem
quæ ſubiecta ſit, clauſulam nullius effectus eſſe, & non ideò ad omiſſos trahi[5], de quibus
X. vel partes veriſimiliter non cogitauerint, vel diſponere nõ potuerint. Addidit alibi Ra-
phaël[6] quoties teſtator generali legato ſubiicit ſpecialem enumerationem diſtinguẽdum
15 eſſe, vt ſi vna ſpecies tantũ generi addatur *, ampliatiuè accipiatur[7]: ꝙ ſi plures ſpecies, tũc
genus ipſum ſecundum illas reſtringatur[8]. cuius rei illa eſt ratio: quia genus vna in ſpecie
contineri non poteſt, at in pluribus poteſt. finitúrque hoc modo paucisſimis verbis longa
Bart. diſtinctio[9]. Nec dubito ego, quin vera ſit Raph. ſententia, dum tamen non per impe-
ritiam plures illæ ſpecies ſint enumeratæ[10], dum item ſpecies illæ loco exẽpli adiectæ non
16 ſint. conſtat enim exemplis non reſtringi * regulam[11], ſed duntaxat declarari[12], qua de re
XI. alibi. Poſtremum illud adnotandum quoque eſt, quoties recta ſermonis ratio nos in id
adigit, vt generalis clauſula de ſpecialibus intelligatur, limitari legis noſtræ regulam,
17 quod rectè Aretinus hîc tradit[13]. potiſsima enim ſemper illa eſt præſumptio *, per quam
ratio loquendi ſalua eſt[14].

[1] l. libertis quos. de ali. leg.
[2] l. alimenta. §. baſilicæ. l. Stichus nutricis. vbi Barto. eod. tit.
[3] l. verba. de ali. leg.
[4] l. anniculus. ij. de verbo. ſignifi. vbi dixi.
[5] l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. ſi quis caut.
[6] l. fi. §. cui dulcia. de tritic. vino ole.
[7] l. quæſitum. §. fi. de fund. inſtru.
[8] l. Seiæ. l. cùm de lanionis. §. pen. eo. tit. l. quæſitum. §. j. de leg. iij. d. §. cui dulcia.
[9] Bar. d. l. quæſitum. §. fi.
[10] l. legata. de ſup. leg.
[11] l. j. §. quod vulgò. de vi & vi arma.
[12] glo. l. nunquam. de priuat. iud.
[13] d. l. cùm in teſtamento. in fi. cum glo.
[14] l. Quintus. de aur. & argento leg.

## SVMMAE.

1 *Numero demonſtrante non ſuſpendi.* 7 *Promiſſorem re minorem tenere.*
8 *L. Si ita. ſenſus. 5. 6.*

## LEX CXX.

SI ITA STIPVLATVS FVERO, HANC SVMMAM.
1 Numerus † cum demonſtratione conditionaliter in ſtipulatione adie-
2 ctus, non reddit ſtipulationem conditionalem: quia talis conditio * præ-
ſens eſt, quæ actum nõ ſuſpendit, ſed ſtatim vel confirmat, vel infirmat[15].
Pone igitur me ſtipulatum hoc modo, *Hanc ſummam centum aureorum dare*
*ſpondes?* hîc dicitur, ſi centum aurei non ſint, non valere penitus ſtipulatio-
nem. Sed huic ſententiæ obſtat in primis, quòd illis verbis nulla videtur ſubeſſe conditio
etiam præſens, cùm pronomen, *Hanc.* non conditionẽ, ſed demonſtrationem faciat[16], quæ
demonſtratio quamuis falſa ſit, non reddit actum nullum[17]. Rurſus obſtat, quòd qui ſti-
pulatur centum, quæ in arca habet, cenſetur etiam minorem ſummam ſtipulatus, nec actus
I. omnino eſt nullus[18]. Sed hanc difficultatem ita diſſoluunt Accurſ. Bart. aliíq; commu-
niter, vt fateantur ſuprascripta verborum conceptione nullam eſſe etiam in præſenti con
ditionem, & contractum ſaltem in ea ſumma ſuſtineri, quæ verè reperietur: & † ideò legis
3 noſtræ deciſionẽ in caſu claro intelligendam eſſe, quando cõſtabat id à partibus actum, vt
conditionalis eſſet ſtipulatio, putà quia dictum, *Si modò centum aureorum eſt.* nõ enim expreſ-
ſio conditionis vnquam temerè facta cenſetur[19]: & ideo tali caſu, ſi non ſint centum, actus
omnino eſt nullus, dum ergo lex, *Et ſi.* inquit, *Maximè* &c. dictio, *Maximè.* vim implica-
tiuè * reſpectu ſuperioris conceptionis non habet, comparationémque nullam facit, vt
4 idem dicamus, etiam ſi illa verba non ſint adiecta, ſed potiùs concedentis eſt aduerbium,
affirmatiuéque ponitur[20], ſicut apud Græcos μάλιστα quòd alibi Iuriſconſultus ſcripſit[21],
vt, ſcilicet, idem ſignificet, quod præcipuè[22]. poterant enim illa verba etiam alium ſen-
ſum habere, nempe vt ad opinionem, non ad veritatem referrentur[23], vt hîc docet Accur-
ſius. Fuêre tamen † qui offenſi hac interpretatione, dictionem, *Maximè.* ſemper compa-
II. ratiuè, implicatiuéque acciperent, quod hæc propria eius eſt natura[24]: & ideo aliter con-
5 textus verba interpretarentur, ex quibus Dinus & Alberic. vtroque caſu ſiue adiectum ſit,
*Si modò centum aureorum eſt.* ſiue non ſit, idem eſſe aiunt, vt ſtipulatio in vera ſumma valeat,
& clauſulam illam, quoniam, ſi centum non ſint, ſtipulatio eſt nulla, ad caſum ſubaudi-
tum referunt, nempe ſi ſtipulatio eſſet verè conditionalis, futuram eſſe nullam: ſed cùm
III. non ſit, valere, qui ſenſus à mente iuriſconſulti dictúque verborum, ſat alienus eſt. Ali-
6 ter ergo † Raynutius, Angelus, Iaſónque, vt ſcilicet ſtipulatio hæc conditionalis cen-
ſeatur, propter coram oſtẽſæ rei demonſtrationẽ, quæ hunc quoq; effectum habeat: ideóq;
prorſus

[15] l. conditio in præteritũ. ſ. eod.
[16] l. nemo. in prin. de hære. inſtit.
[17] l. demonſtratio. de condit. & demonſt.
[18] l. ſeruus. §. qui quinque. de leg. j.
[19] l. prætor. in prin. de col. bo. Bal. auth. matri. C. quando mul.
[20] Inſt. de pœna tem. litig. in prin.
[21] l. Pamphilo. §. propoſitum. de leg. iij.
[22] l. & ſi maximè. de ſer. lega. l. fi. C. de man. teſta.
[23] l. inſtitutio. de cond. inſt.
[24] extrauag. ad reprimendum. verbo, maximè. vbi Bar. Iaſ. hîc.

prorſus ſit nulla, ſi ea ſumma integra non reperiatur, cùm ſecùs eſſet, ſi demonſtratio rei præſentis addita non fuiſſet [1]. Hincque infert Iaſon, ludebant aliqui teſſeris vel chartulis, vt fieri ſolet, intendebatúrque ob punctum depoſitio, cùm vnus, hanc (inquit) ſummã centum aureorum pono, videretur nihil victori dandum, ſi ea ſumma minùs centum eſſet, ſed hanc ſententiam aleatores ridiculo haberent, nam nulla eſt ratio, cur ex ſola demonſtratione exiſtimemus id agi, vt ſi minor ſumma ſit non debeatur, quod rectè hîc Imol. Aretinúſque aiunt, demonſtratio enim pro valore contractus eſſe debet, nõ vt faciliùs infirmetur [2]. adde quòd in quæſtione Iaſonis non debet is, qui victus eſt, victori obiicere eam ſummam centum non eſſe, ne ei credulitatem imputet, qui ſuam aſſertionẽ ſequutus eſt [3]. Rurſus infertur, ſi quis promiſerit ſe ſportulas pro † ſententia ducẽtarum librarum ſoluturum, 7
reperiatúrque eam ſententiam de maiore ſumma (putà mille) eſſe nihilominùs promiſſorem ſaltem pro ducentis teneri, cùm (vt inquit Aretinus) in maiore ſumma minor inſit [4]. quod ego verum arbitrarer, etiam ſi dictum eſſet pro hac ſententia, demõſtratio enim non videtur quicquam impedire. Quo fit, vt meritò reprobatam Raynerij opinionem arbitrer, qui promiſſorem teneri reſpectu ipſorum mille reſpondit, quomodo enim (vt inquit Imola) qui minùs promiſit, plus præſtabit [5]? ſed nunquid lex noſtra procedet, etiam ſi promiſſio hæc ex cauſa oneroſa facta ſit? & quia lex non diſtinguit, nec nos diſtinguemus. ſed propter conditionis defectum ſtipulationem * eſſe nullam exiſtimabimus, licet debeat 8
ſtipulator indemnis præſtari, ídque actione ex oneroſa illa cauſa, non autem ex ſtipulatione [6], quod aliqui hîc tradidêre.

1 d. §. qui quinque.
2 l. quæ extrinſecus. §. eod.
3 l. ij. quando a[ct]i. de pecul. l. ſi qs affirmauerit. de dolo.
4 l. dic. §. ſi plures. de arbit.
5 l. quæro. loc.
6 arg. l. ſi decem. locati.

SVMMAE.

2 ☞ *L. ex ea. ſenſus multiplex. 3. 4. 5. primus verior.*
6 *Sapientis delecti officium.*
8 *Pœnam non, niſi ex cauſis, addit ſapiens.*

## LEX CXXI.

EX EA PARTE CAVTIONIS. Suprà vidimus, quemadmodum doli clauſula * non ad nominatim expreſſos, ſed ad incertos caſus pertinet [7]. 1
I. Finge igitur poſt eam interpoſitam veniſſe mihi in mentem aliquem caſum, cui dicta clauſula prouiſum eſſet, an agere potero, vt is caſus mihi nominatim poſt ſtipulationem præſtetur? & † hîc dicitur poſſe 2
me agere, vt promiſſor hac quoque de re per ſtipulationem caueat, ageturq; incerti: quia in præſentia ſcire non poſſumus, quid hoc certo interſit tametſi interſit. quid enim, ſi ex ſimplici ſtipulationis cauſa malo agere, quàm dolũ allegare? quid ſi hodie paratas habeam probationes: quas dubitẽ amittere, ſi euentũ ſupraſcriptæ clauſulæ expectem [8]? quid ſi alia aliqua ratione mea intereſt? quod ergo in textu, *Vtiliter*. ſcriptũ eſt, interpretare, id eſt, expreſsim & ſpecialiter [9], hícq; eſt verus niſi fallor huius reſponſi ſenſus, quẽ veteres nõ videntur ſatis percepiſſe. Ex † quibus in primis Accurſ. interponẽdæ, id eſt, II.
interpoſitæ exponit, tanquam tempus pro tempore ſit poſitum: qui intellectus verba legis 3
violat, & eam reddit indubitabilẽ, quis enim dubitat quin ex clauſula doli agatur incerti: cùm non dationẽ, ſed quod dolo factũ eſt contineat? vt meritò Bar. hanc lecturam nihil habere vtilitatis dixerit. Aliter † ergo idem interpretatur, Finge promiſeras mihi talem III.
fundum te promiſſurum ſecundum ſapientis conſilium, & quod ei rei dolus malus abeſ- 4
ſet, is ſapiens conſuluit, vt pœna dupli adderetur: at tu eam ſpondere negas, hîc dicitur incerti agi poſſe. Quod ergo dicitur vtiliter interponenda interpretatur, vtiliter ad ſenſum ſapientis, ſolent enim huiuſmodi adhiberi, contractuum vtiliter perficiendorum cauſa, ſed certè & hic intellectus à verbis legis alienus eſt, vt hic conſilium ſapientis comminiſcamur: in quo præcipuum nihil ad doli mali clauſulam eſt, de qua concipit Iuriſconſultus facti dubitationem. Quapropter Bartolus ipſe † alio modo interpretatus eſt, vt IIII.
hîc velit Iuriſconſultus eum, qui promiſsionis inſtrumentum facere detrectet, in id, quod 5
ſtipulatoris intereſt conueniri poſſe [10]: vnde qui vendidit, qui dotem dedit, qui aliquid promiſit, ſemper ad venditionis, dotis, promiſsionis contractum publico documento celebrandum cogi poteſt: cùm tale inſtrumentum probationis faciendæ cauſa duntaxat inducatur, & inde nullum promiſſori damnum contingat. Quid ergo ſi eius conditio fieret deterior? vt quia ex lege municipali haberent documenta publica paratam executionem? & Angelus, Aretinus, Iaſon tali caſu non teneri cenſuerunt. Ego tamen dubito, quia Bartolus & cæteri Doctores generaliter loquuntur, nec probabilis eſſet excuſatio debitoris detrectantis inſtrumenti confectionem, ne aduerſus ſe prompta ſit executio: cur enim non ſoluit [11]? ſed tamen etiam hic intellectus verbis legis non quadrat, & dictionem illam, *Stipulationis*. violat: cùm aliud ſit ſtipulatio, aliud inſtrumentum quo ſtipulationis contractus continetur [12], vnde aptior eſt intellectus, quem ego ſuprà recenſui, licet Doctores receptiſsimo calculo illum probent, qui ad conſilium ſapientis reſponſum noſtrum

7 §. l. ſtipulatione: cõmod. l. doli. l. ita demum. de act.
8 c. ſi. in prin. vt lit. non conteſtata.
9 l. omnes. §. j. vſufru. quẽadmodum ca.
10 l. ſicut datam. C. de lib. cau. l. plures. C. de fid. inſtru. glo. l. ij. ſol. mat. vbi dixi.
11 l. ij. §. ſi quis caut.
12 l. j. §. & parui. quod vi aut clam. Bar. l. ſi quis legatum. §. de falſ. Alex. conſil. cxxij. vol ij. Socin. xxxij. in iij.



6 noſtrum trahit. Idémq; adnotant poſſe † ſapientem illum, omnia contractui addere, quæ iuris ſunt, ſolenniáque & naturam actus reſpiciunt: dum tamen ad ea, quæ facti ſunt manum non extendat [1]: non poterit itaque promiſſorem grauare, vt ſatis datò promittat: extrinſecus enim fideiuſſor obligationibus accedit [2], faciliúſq; plerunque ſolui, quàm ſatiſdari poſsit [3]: non poterit item iuramentum contractui adiicere: cùm in eo ſolennitas
7 verborum * quæ facti merè perſonalis eſt, ſit neceſſaria [4]. quaratione idem in ſtipulatione dicendum eſt, in qua formam verborum omiſſam fuiſſe conſtat: non enim poterit is eam ſupplere vt Ang. cenſuit [5]. vnde & regulariter proditum eſt, non poſſe hunc conſul-
8 tum pœnam † contractui adiicere, ſiue quia pœnę adiectio facti eſt, & quidem incerti, cùm quandoque plùs quandoq; minus pœnæ ſponderi poſsit [6]: ſiue quia extrinſecus pœna con
I. tractibus accedit: & niſi expreſſa ſit, ei locus eſſe non debet [7]. Quæ † tamen concluſio
9 perpetua non eſt. & in primis non procedit in caſibus, quibus de iure quis pœnam promittere teneretur, puta in venditore rerum pretioſiarũ, vel ſerui [8], poterit enim conſultus ille
II. eam pœnam addere. Rurſus non procedit, quando pœna ex conſuetudine ſolet apponi [9]. quod Ray. Bartol. cæteríque tradidêre, ſentítque hîc Accurſius. nam & clauſula con-
10 ſtituti * & precarij poteſt ab eo adiici, per quem dominium iuſtáq; poſſeſsio transfertur [10]:
III. quia vt Oldr. reſpondit, ſolet hoc in contractibus fieri. quod & Iaſ. probat. In obligationibus quoque facti, in quibus condemnatio in id, quod intereſt fieri ſolet, exiſtimauit Baldus, Angel. Fulgoſius poſſe pœnam eius loco adſcribi [11], & legiſlatoris conſilio ſapientem vti. Quam ſententiam aduerſus Iaſonem ego probo: dum tamen moderata ſit pœna. & quæ probabiliter id quod intereſt non excedat, ne ſcilicet, promiſſorem multum gra-
IIII. uet. Addit Bald. quod ad excuſationem tabellionis adtinet, ſemper prodeſſe, adiectam
11 à ſapiente pœnam: excuſatur enim à pœna * falſi tabularius, ſi aliquid præter fas adſcribat de conſulti tamen auctoritate, qui prædictæ clauſulæ inhærens plus ſibi arrogauerit, quàm deberet [12]. Nec refert, an tempore confectionis inſtrumenti ſapiens ita declarauerit, an poſt aliquot dies. quod enim à ſapiente dictum eſt, fingitur à partibus, cùm contraxerunt dictum: & ideo ſuſtinetur inſtrumentum [13], etiam ſi notarius ſimpliciter partibus id tribuerit, nulla facta mentione, quemadmodum ſapiens ita ſibi dictauerat, quod hîc Franc. Albergotus, & Iuo Peruſinus tradiderunt: qua tamen in re alibi aliter diſtinguit Bartolus [14]: is ergo adeundus.

1 gl. l. ſi mandato Titij. §. ſi. mand. Bart. l. illa inſtitutio. de hæred. inſtit.
2 Bal. l. ſancimus. C. de verbo. ſignific.
3 l. ij. in fi. de euict. l. cũ non facilè. ſi cui plus quã per le.
4 c. pe. vbi Doct. de iureiu.
5 l. quicquid. vbi Ang. §. eo.
6 Bal. l. cùm quid. ſi cer. pe.
7 l. cùm quidam. de lib. & poſthum.
8 l. emptori. de euict.
9 l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. de æ. lil. ed.
10 l. quod meo. de acq. poſ.
11 l. ſi. de præt. ſtipu. l. pacto conuẽto. vbi Doct. de traſa.
12 Bald. l. captatorias. C. de teſt. mil.
13 not. l. prædia. de acq. poſ.
14 Bar. d. l. illa inſtitutio.

SVMMAE.

1 ☞ *Mores boni tuendi.*
2 *Vxorem viro ſubeſſe.*
6 *Promittere, ſi luſero, poſſum pœnam.*

1 §. MVLIER AB EO. Vxor ergo * ſtipulari à marito pœnam poteſt, ſi concubinæ conſuetudinem repetierit, ídque ſiue dum matrimonium contrahitur, ſiue eo contracto, dum reconciliatur, quod Accurſius ſentit, ſed quæ fuit dubitandi ratio? & Doctores aiunt in eo verſari dubium, quoniam non poteſt vxor maritum accuſare, quòd concubinam
I. habeat [15]. Vnde nec pœnam ſtipulari poſſe debuit. quæ ratio non placet, cùm non ſolùm ob concubinatum, ſed nec ob adulterium permittatur vxori hæc accuſatio: cùm ma-
2 iorem * pudicitiam in fœminis lex requirat, quàm in maſculis, ídque (vt pontificij ſentiunt) ob prolis certitudinem: cùm aliàs natura pater ſit incertus [16]. An ergo dubita-
II. tum fuit, quia iure ciuili concubinatus non eſt prohibitus, nec pœnam vllam habet [17]. vnde debuit mulier eſſe legali diſpoſitione contenta, nec pœnam augere [18], quod Accurſ. ſen
3 tit. Ego non arbitror * concubinam eſſe, quæ cum eo, qui vxorẽ habet conſueſcit, ſed pellicem: Paulúmq; Caſt. ſequor, qui etiam in foro ciuili cogi maritũ ad eiiciendam pellicem
4 poſſe exiſtimauit: quoniã (vt hîc dicitur) aduerſus bonos † mores hoc eſt: quos iudices tueri & illibatos conſeruare debent [19]. quæ ſententia pontificũ iure nullã habet difficultatem [20], adeò vt non diſtinguatur, an habeat ille vxorẽ an cœlebs ſit [21], licet fortè aliud Iſidoro vi-
III. ſum ſit [22]. Aretinus dubitari poſſe cenſuit, quia vxoris pecuniariter non intereſt, vt concubina dimittatur: licet enim caſtæ mulieres inde plurimùm exaſperentur [23], non tamen ſufficit hæc cauſa, vt ſtipulatio valeat, quæ pecuniariã vtilitatem requirit [24], quæ ratio defendi poſſet, ſi pœna ſubiecta non proponeretur: tunc enim non reſpicimus quod inter-
IIII. ſit. Hadrianus Cardinalis libro de ſermone Latino, nõ in matrimonium, ſed in manum
5 conueniebat, legit, & de † ea vxore intelligit, quæ per coëmptionem in manum, id eſt, poteſtatem mariti deuenerat, matérque familiàs vocabatur, vt in Topica Ciceronis Boëtius ex Vlpiani noſtri inſtitutionibus diffuſiùs explicat: meritò ergo videbatur non valere ſtipulationem: cùm ipſa in mariti poteſtate eſſet. Sed cùm hæ ſolennitates iure noſtro ſublatę ſint, vxoréſq; in poteſtate mariti non ſint [25], probabilis nõ eſt ſupraſcripta ratio: arbitrórq; etiã ſi Paul. lib. reſpon. xij. in manũ ſcripſiſſet, mutatũ id à Tribuniano fuiſſe, & pro manu

15 l. j. C. ad l. Iul. de adult. vbi Doct.
16 Abb. c. tuæ. de procur. c. j. vt lit. non conteſt.
17 l. in cõcubinatu. de concubinis.
18 l. ſi ita. iij. §. eod.
19 l. iuſtitia. de iuſt. & iur.
20 gl. c. Romana. ver. offenſæ. de ſent. excom. vj.
21 xxxij. q. iij. c. nemo. & c. dicat.
22 c. chriſtiano. diſtinctio. xxxiiij.
23 §. mitiores. in auth. de nupt.
24 §. alteri. l. ſtipulatio. §. e.
25 l. ſi vxor. C. de cond. inſt.

manu matrimonium repoſitum,cùm omnes veteres codices in matrimoniũ ſcriptum habeant.Fuêre tamen,qui etiam hodie iure canonico,itémque lege Longobarda vxorem in poteſtatem viri tranſire crediderunt [1]: ideóque talem promiſsionẽ vxori à viro fieri non
poſſe [2],nec actionem hoc nomine dari contendant:quos ego non facilè ſequor. Proba- V.
bilior fortè ea erit ratio dubitationis, quoniam lex promiſsionem, ne maleficium fiat,improbat [3], videbatur & hæc pœnæ adiectio improbari,tanquam eò tenderet, ne ſtuprũ perpetraretur. Sed aliud in præmio eſt,cuius iuſta non eſt cauſa,quod quis delicto abſtineat [4], cùm ſponte & gratis id facere debeat,vnde & Virgilianum illud,

*Saturni gentem haud vinclo nec legibus æquam.*

Aliud in pœna, quàm ex delicto quemlibet ſubire æquum eſt: videtur enim hæc quædam
iniuriæ quæ vxori fit,eſſe compenſatio,quod & ſuprà declaraui [5]. Híncque infert † Bartol. 6
valere promiſsionem,qua quis centum amico ſpondet,ſi vnquam alea luſerit.quæ ſententia certiùs quoque procederet eo in contractu, cùm do tibi centum aureos, at tu vice mutua ſpondes mille ſi luſeris.Sed quid ſi quis ſimpliciter promiſit ſe non luſurum? & conſtat ſtipulationem eſſe nullam, cùm non interſit pecuniariter ſtipulantis: oportet ergo ſubiici pœnam [6],quod Caſtrenſis & Iaſ.tradunt,nec Aretinus diſſentit [7].

1 c.ſi.xxxiij.q.v.& in Lombar.qual. mul.alien. l.j. Alberic.Roſ.l.ſi.C.de ſponſ.
2 l.lis nulla.ſ.de iudi.
3 l.iuriſgẽtium.§.ſi ob maleficium.de pact.
4 l.veluti.vbi dixi ſ.eod.
5 l.ſi ita ſtipulatus fuero teſtiſti.§.ſi.ſ.eod.
6 d.§.alteri.
7 arg. l. ſeruus ea lege. de ſer.expor.

SVMMAE.

1 Mors in actibus naturalis ſola accipienda, ex cauſis contrá. 4.
6 Deportatum, ſeruúmque pœnæ & monachum mortuis æquiparari ex cauſis diuerſum.
8 Dotem ex cauſis lucrifacit vir.

§. IN INSVLAM. Conditio ergo, *Cum morieris.* ſtipulationi † adiecta de mor- 1
te naturali intelligitur, non de deportatione. Quod & in teſtamentis procedit: vnde fideicommiſſum relictum, *Cum hæres morietur.* eo deportato adhuc non debetur [8]: ſic & do-
natio inter * coniuges,quæ ex oratione diui Marci,donatore præmoriente, confirmatur, 2
non tamen cenſetur confirmata, eo deportato [9]. quod & in reſcriptis principum obſeruandum videtur, vt diſpoſitio de morte loquens ad deportationem non extendatur [10]. cuius rei illa eſt ratio:quia à proprietate verborum recedendum non eſt [11],conſtat autem deportationem propriè mortem non eſſe,licet enim lege Porcia loco mortis in ciuibus Ro-
manis deportatio * ſit inducta,non tamen propriè,ſed (vt ita dicam) ἀντεμβαλλομένως ſeu le- 3
gis fictione hoc procedit. & ideo in ambiguis à proprietate non eſt recedendum, naturaliſque ſenſus ciuili præferendus [12]. Suadet hoc & præſumpta partium voluntas.cùm enim mors naturalis deportatione ſerior ſit, veriſimile eſt dilationis illius interuſuriíque habitam fuiſſe rationem [13]. meritò ergo conſtituendum pro regula eſt, appellationem mortis
non videri deportationem intelligendam. Et licet reſpectu effectuum,qui amiſsione ci- I.
uitatis † producuntur,idem de deportatis iudicemus,quod de mortuis, nõ ſequitur tamen 4
appellationem mortis contineri deportationem:vnde * publicatione finitur ſocietas, ſi- 5
cut & morte [14]: non quia publicatio ſit mors,ſed quia amiſsione bonorum, ſeu egeſtate fi-
nitur ſocietas [15]: quæ amiſsio tam mortuo,quàm deportato contingit †. Sic lex, quæ ſuc- 6
ceſsionẽ proximiori in gradu defert, nec deportato nec mortuo eam deferet, vterq; enim ius ſuccedendi amiſit [16],ſed non tamen ſequitur mortuum eſſe deportatũ, non magis (mehercle) quàm appellatione quadrupedum contineri volucres, cùm neutra rationis capa-
cia ſint. Sed quid dicemus de eo, qui in metallum damnatus eſt, ſeu ſeruus pœnæ effe- II.
ctus? & cum ſola principis voluntate poſsit iſte reſtitui, non eſt probalis eius expectatio [17], nullâque ratio dilationis haberi poteſt: meritò ex mente legis vel contrahentium ſatis videtur,qnòd de mortuo ſtatutum eſt,idem in hoc quoque produci debere [18], cùm ſi contingat hunc reſtitui,iam non ille idem, ſed alius potius nouúſque homo videatur [19]: fiunt
enim hi ſerui pœnæ [20]. at * ſeruitutem nos morti comparamus,vt in regula iuris eſt:appel- 7
latione igitur mortis comprænhendetur hæc ſeruitus, non ex vi ſermonis, ſed ex quadam cõparatione,& (vt ſuprà dixi) ἀντεμβαλλομένως id eſt, (vt aromatarij dicunt) Quid pro quo. inde in caſibus quibus hæc comparatio locum non habet, ſecùs erit:putà in legato alimentorum,cuius damnati in metallum capaces ſunt [21].Idem in dote publicata quinq; legibus, quam ſpecialiter tali caſu fiſcus capit [22], quamuis videatur matrimonium culpa mulieris ſolui.Idẽ cùm maritus donator ſeruus priuati effectus fuerit [23],id eſt,ſe,& ſua in dominum tranſtulerit,qui caſus particularibus rationibus innituntur.quas locis ſuis Doc.explicant.

8 l.cùm pater. §. hæreditatem.de leg.ij.l. Statius.§.ſi. de iur.fiſ.
9 l.ſed ſi mors.in princi.de don.inter vi.
10 c.ſuſceptũ.de reſc.lib.vj.
11 l.non aliter.de leg.iij.
12 l.ſi ita quis.§. is cui.de leg.ij.l.fideicommiſſum.de cond.& demonſt. l.fin. C.de iis qui veni. æta.
13 §.plus.inſt.de act.
14 l.actione. §. publicatione.pro ſoc.
15 l.iiij.pro ſoc.
16 l.j.in fi.de contratab.l.ſi necem. §. ſi deportatus. de bo.li.l. Gallus.§. & quid ſi. de lib.& poſth.
17 l.intercidit.in fi. de condit.& demonſt.
18 l. ex facto. §. ſi quis rogatus.ad Treb.l.res vxoris. C.de donat.inter vir.l.ſed ſi alia.de bon.damn.
19 l.ſi ſeruus. in fin. de adi. leg. l.j. §. filius. ad Tertyl. vbi Bart. & l.ſi cognatis. de reb.dub.
20 l.quidam.de pœnis.
21 l.ſi in metallũ. ſ. de his, quæ pro non ſer.
22 l.iij.de bon. dam.l. Lucius.ſol.mat.
23 d.l.cùm hic ſtatus. §. ſi donator.de don.inrer vir.

Sed quid rurſus reſpondebimus de eo,qui in monaſteriũ ſeceſſerit?& vulgò traditur hu- III.
iuſmodi mundo mortuum cenſeri [24],quod verum eſt eorum reſpectu,quorum per religionis ingreſſum fit incapax [25]: vnde ſi monaſteriũ & communiter & particulariter incapax ſit,perinde de tali iudicabimus,quod ad bona adtinet,ac de mortuo,ideóq; fideicõmiſſum ſibi iniunctũ ſub conditione cũ deceſſerit, ſtatim reſtituet [26], ſecùs ſi monaſterium ſaltem communiter ſit capax.expectanda enim erit mors naturalis:cùm dilatio poſsit interim ei
eſſe

24 xvj.q.j.placuit.
25 Bar.auth.idem.C.de bonis quæ lib.
26 d.§.hæreditatẽ.vbi Bar. Socin.conſ.xcj.



8 eſſe vtilis [1]. Nec † me mouet quòd dotem quam maritus,moriente vxore, lucrari ex pacto debuit: lucrifieri quoque ſtatim Iuſtinianus ſanxit, vxore etiam in religionem capacem ſecedente [2]:quia id Iuſtiniani humanitate inductum eſt, compenſare hoc modo iniuriam marito factam volentis, ab ea, quæ indiuiduam vitæ conſuetudinem, quam præſtare ſpoponderat, abrupit nec enim veriſimile eſt, ſi maritus id fore cogitaſſet, vllam ei dilatio-
IIII. nem daturũ fuiſſe. Quid rurſus cenſebimus de noſtri temporis exulibus, quos bannitos vocant? & ſi ex forma legis municipalis poſſunt impune offendi, tanquam ſint hoſtes publici,pro damnatis in metallum habentur,alioquin deportatis æquiparantur [3], mórſq; na-
V. turalis erit expectanda: qua de re diffuſiſsima extat Bartoli diſputatio. Quid tandem de ſuſpenſo ad beneficia [4], quid de eo, qui ſacerdotio renuntiauit [5], quid de eo, qui ab hoſtibus, ſeu paganis, ſeu ſchiſmaticis ſit captus, an æquiparentur mortuis, pontificij attingunt, nos illis hæc decidenda relinquamus [6].

1 d.l.Statius.§.ſi.Alex.cõſi. xiij.in iij.
2 l.Deo nobis.in prin.C.de epiſc.& cler.glo.l.ſi cùm dotem.in princ.ſolu.mat.
3 Doct.l.j. C.de hær.inſtit. Bar.q.j. Lucanæ ciuitatis.
4 c.j.§.j.ne ſede vac. lib.vj.
5 d.c.ſuſceptum.
6 c.pe.de ſup. prælat.negl. libro vj.

SVMMAE.

1 *Dolum ex cauſis non præſtat hæres. 4.*

1 §. EX FACTO REI. Cum debitor dolum * commiſit,dicitur deliquiſſe:quia dolus delictum eſt [7]: at in delictis regula eſt,vt hæres ex facto defuncti non teneatur,niſi quatenus ad eum peruenit [8],vel lis cum defuncto iam fuerit conteſtata [9]: & tamen hîc dicitur ex clauſula doli facto teſtatoris hæredem etiam ſuprà,quàm ad eum peruenit teneri:quod ea ratione hîc inductum eſt,quia(vt alibi dicit Iuriſconſultus) hic dolus ex cõtractu reíq;
2 perſequutione deſcendit [10].vnde conſtituenda hîc eſt regula,quoties dolus * per actionem ex contractu purgatur, hæredem inſolidum conueniri [11]. Quid ergo ſi actio ex contractu
I. propriè non ſit?& tunc non eſſet locus ſupraſcriptæ regulæ. Et ideo in * precario non te-
3 netur hæres,niſi quatenus ad eũ peruenit [12],actio enim illa ex interdicto,poſſeſsionis cauſam reſpicit,reſtitutoriáq; eſt:nec ex contractu oritur,ſed à prætore datur [13]: vnde ſecus eſ-
II. ſet,ſi præſcriptis verbis ageretur [14]. Qua ratione † & idẽ in tributoria eſt,vt ex dolo do-
4 mini malè diſtribuentis in hæredem non agatur,niſi quatenus ad eum peruenit [15]:ad tributum enim dominus ex contractu ſuo non vocatur,ſed legis dũtaxat diſpoſitione,quæ hoc induxit propter ipſius Domini ſcientiam ſeruum in peculiari merce negotiari permitten-
III. tis [16]. Quod & in hęrede mẽſoris [17],itémq; eius qui dolo malo rationes exhibere noluerit conſtitutum eſt [18], tenentur enim hi non contractu, ſed ex edicto prætoris, & ideo lex ait
IIII. menſorem ciuiliter obligatũ non eſſe [19]. Sanè & in ea ſtipulatione dicendum eſt regulæ ſupraſcriptæ locum non eſſe, quæ actionis ex delicto acceſſoria eſſet:eius enim naturã imi-
V. taretur [20] quod omnes fatentur. Illud conſtat actionẽ de dolo quam prætor introduxit, aduerſus hæredem non competere, niſi quatenus ad eum peruenit [21]. & ideo quando non
VI. ex ſtipulatu ſed ea actione ageretur legi noſtræ locus non eſſet [22]. Sed quid ſi hæres non
5 ex facto defuncti,ſed ex proprio dolo conueniretur?& tunc conſtat * quẽlibet propriũ delictum præſtare debere [23]. Quid ergo,ſi qui promiſit dolũ malum abeſſe abfuturúmq; eſſe, moriatur?& non putarem ſupraſcripta ſtipulatione,hæredis dolum præſtari:quoniam (vt ſuprà vidimus)de ipſius promiſſoris dolo intelligitur,nec ad hæredem tranſit [24], niſi concepta ſit, *Neque per me, neque per hæredem, &c.* tenebitur ergo hæres ex proprio dolo, non ſuprà ſcripta ſtipulatione,ſed alia actione, putà ex edicto de dolo.

7 l.j.§.nunc tractemus.verſicu. planè. de tut. & rat.l.j. §.ſi apud.depo.
8 l.j.ſ.de priua.deli.
9 l.j.C.ex delict.defun.
10 l.ſi hominem. §.j.depo.
11 l.ex cõtractibus.l.ex depoſiti.ſ.tit.j.l.ad ea. §.fin.de regu.iur.
12 l.quæſitũ.in fi.de precar.
13 l.cùm precario.§.j.e.tit. vbi not.
14 l.ij.§.j.eod.tit.
15 l.illud.in fi.de tribu.
16 l.j.in prin.eo.tit.
17 l.iij.§.pe.ſi men.fal.mo.
18 l.ſi.de eden.
19 d.l.j.ſi men.fal.mo.
20 l.ſi eum. §. qui iniuriarum.ſi quis cau.
21 l.in hæredem.l.ſequi.de dolo.
22 §.aliquando. inſtitu. de perpe.& temp.
23 l.ſi duo.depoſi.
24 l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis dolum.ſ.eod.

SVMMAE.

2 *L. Qui Romæ. ſpecies & ſenſus.*
3 *Locum ad ſortem, & vſuras trahi.*
5 *Solui ante diem poſſe: niſi contrà pactum ſit. 6.*
9 *Offerre verbis ſat eſſe.*
10 *Solui alio loco cum intereſſe poſſe. 12.*
11 *L. Quod ſi Epheſi. ſenſus.*
14 *Pignorata in tempus antè lui poſſe: ex cauſis contrá. 15. 16.*
18 *Pignora luens ante diem cenſum pro rata pendat.*
19 *Fructus pendentes coactóſue emptori cedere. 20.*
21 *Vſumfructum venditum luenti fructus pro rata cedere. 22.*
23 *Rata ab oblatione æſtimanda.*

LEX CXXII.

QVI ROMAE. Diſputauit Cerbidius Scæuola quæſtionum lib.xij. quoſdam difficillimos iuris noſtri articulos,quos hîc compendiariè Iuſtinianus noſter reponendos curauit. Et in primis adnotanda eſt hæc ſpecies,ſecundum quam ſic in epitomen reſponſum hoc redigitur. Qui certo tempore, * certóq; loco promittit,alio loco temporéque offerens non
1 excuſatur. Verum hic intellectus, quem omnes probant,caſum ponit indubitabilem [25],cùm etiam ſi impedimentum loci non adeſſet,nihilò magis excuſetur debitor. Nec verbis contextus ſatis quadrat:cùm hoc modo fruſtrà detractæ ſummæ quæ vſu-

25 l.quod Labeo.de Carb. edict.

rarum nomine data erat, mentio fieret: non cõuenit quoque verbis quæſtionis, quibus bis
de integra ſumma actum apparet: repugnat & regulis communibus, quibus traditur obla-
tionem, quæ fit verbis, non ſufficere [1]: at hîc probaretur ſufficere, niſi locus eſſet impedi-
mento: reſponſioneſque doctorum ſatis alienæ à contextu ſunt: dum pleriq; re ipſa factam
dicunt, alij expreſſim à creditore repudiatam, alij iudicialiter factam, quæ omnia planè di
uinatoria ſunt. Quapropter ego ſic fingendũ caſum arbitror. Aliquis† mutuauit mihi c c. 2
aureos, quos intra tres menſes Lugduni reſtituere promiſi, & pro horum trium menſium
vſuris x. aureos retinuit [2], poſt paucos dies obtuli me illi ſuam pecuniam reſtiturũ, quæ-
ritur, an nihilominùs conueniri Lugduni ad integram ſummam poſſim? & diceret aliquis
non poſſe: quia centum nonaginta duntaxat accepi: vnde non videtur ſubeſſe ratio, cur
in illis decem ibi conueniar: ratione enim vſurarum non ibi, ſed hîc conueniendus eſſem:
quia locus, cuius principalis ſtipulatio meminit, reſpectu vſurarum repetitus non cenſe-
tur [3]: ergo idem in hac ſumma, quę licet nomine ſortis debeatur, tamen iure vſurarum de-
tracta eſt. Sed tamen Iuriſconſultus aliter reſpondit. Decem enim illa, quæ pro vſuris cre-
ditori relicta ſunt, ſortem ipſam conficiunt, nec locum vſurarum priùs tenent, quàm debe
ri cœperint, id eſt, quàm lapſi ſint tres menſes, videtúrque tacitè inter nos, & breui (quod di
citur) manu id actũ [4]. Hincque adnotandum eſt locum† ſtipulationi adiectum nõ ad eam 3
ſummam duntaxat trahi, quæ verè cauſa ſortis numerata eſt, ſed etiam ad eam, quæ quod
vice vſurarum retenta ſit, numerata fingitur, meritò tali caſu ſufficit qualiſcunque obla-
tio: cùm hîc de ſumma nomine vſurarum detracta principaliter dubitaretur, quæ penes
ipſum creditorem erat. Sed quid, ſi temporis duntaxat facta ſit mentio, nõ loci? Finge, pro-
miſiſti mihi centum danda ad biennium, an antè poteris me inuito ſoluere? & conſtat re-
gulariter poſſe [5], nec legi noſtræ locum eſſe: quia dies fauore debitoris cenſetur adiectus [6]:
fauori autem *ſuo renuntiare quilibet poteſt: qua de re loco ſuo ſuprà à nobis diſputatum 4
eſt [7], quæ ſententia etiam procedit, cùm vſuræ promiſſæ ſunt: dum tamen tempus curſui
vſurarum, nõ autem petitioni ſortis adiectum ſit: nihil enim impedit quin debitor ſortem
ſoluendo, vel obſignando, futurarum vſurarum incrementa prohibeat [8]. Quid ergo, ſi ſor
tis ſoluendæ dies adiecta eſt, putà mutuo tibi † ad annum centum, pacto vt interim dena- 5
rium menſtruum ſoluas, & Barto. cæteríque videri hoc caſu diem ad fauorem quoque cre-
ditoris pertinere exiſtimarunt: cuius intereſt pecuniam ſuam otioſam non eſſe [9]: & ideo
ante tempus ſolui non poſſe, ſicque legem noſtram extendi cenſuerunt, quod dupliciter li-
mitat Accur. Et in primis, niſi totius temporis vſuræ præſtentur [10], exiſtimátque poſſe to-
tius temporis vſuras præſtare, etiam ſi iam à principio alicuius temporis, putà duorũ men
ſium, creditor vſuras accepiſſet: non enim ideo videtur tacitè à contrario ſenſu actum, vt
reliqui temporis præſtari à principio non liceat [11]: ſicque ego verba Accurſij interpretor,
quæ alij non ſat videntur percepiſſe. Rurſus idem Accurſ. limitat, vt ſi poſſit creditor pari
cautela vtilitatéque alteri fœnerare, adhuc oblationem ei inuito ante tempus factam va-
lere exiſtimet, nec tali caſu futuri temporis vſuras præſtare ei debitorem teneri: ſicque le-
gem quoque noſtrã limitandam eſſe [12]: cui ſententiæ Docto. communiter repugnant: quia
inuitus nemo debitorem mutare compellitur [13], quod profectò non ignorauit Accur. Sed
Hirnerij antiquiſſimi interpretis ſententiam videtur aliquatenus temperaſſe. Cenſuit il-
le paucíque cum eo veteres, † etiam in fœneratitio contractu indulgendum debitori eſſe, 6
vt ante tempus ſoluat, niſi expreſsè aliud actum ſit. quæ ſentẽtia verbis legis noſtræ proba-
tur, quæ cùm reſpectu loci decidat dilationem non valere, conſequens eſt, vt reſpectu diei,
cæterarúmque obiectionum cenſeat valuiſſe [14]: alias enim etiam ſi de loco cautum non eſ-
ſet, lex noſtra procederet, ſicque caſum minùs dubitabilem Scæuola decidiſſet. Confirma
tur hæc ſententia: quia nunquam ex ſtipulatione debentur vſuræ, niſi expreſsè ſit actum [15],
ſed ex mora [16], quam iſte non committit, qui ante diem ſoluit. Nam & iura generaliter di-
cunt diem * pro debitore eſſe, nec diſtinguunt contractum fœnebrem à cæteris [17]: meritò 7
ergo poterit debitor ante diem ſoluere, dum id quod creditoris intereſt reſarciat, vt Ac-
curſius ait. Nec me mouent Doctorũ qui ei aduerſantur, argumenta: quia quamuis verum
ſit neminem cogi, vt debitorem mutet: cogitur tamen eũ liberare, qui quod debet ſoluit [18].

DIXIT PARATVM SE. Videtur his verbis ſignificari ſimplicem oblationẽ ver
botenus factam fuiſſe, vnde adnotari à contrario ſenſu poſſet ad euitandam moram obla-
tionem *ſufficere dum loco congruo, & tempore apto facta ſit. Sed hac in re doctores vno 8
ore reclamant: requiri enim oblationem, quæ re ipſa fiat [19]. Fortiùs aliqui cenſuerunt, I.
etiam obſignationem neceſſariam fuiſſe, quoniam hic de impediẽdo vſurarum curſu age
batur [20]: quod Soc. & Iaſ. tradiderunt quæ ſententia reſpectu vſurarum nõdum ſolutarum
vera eſſet: at in caſu legis noſtræ ſuprà vidimus iam ſolutas eas fuiſſe, debitoríque in ſorte
computatas oſtendimus. Item hîc de ipſarum vſurarum curſu nõ ambigi, ſed quæſtionem
reſpectu ſortis verti, an ea ſua die præſtituto loco peti poſſet. Quid ergo dicendum? & II.
Din. Iac.

1 l. qui decem. §. idẽ reſponſum. de ſolut.
2 l. eos, qui. §. ſuper vſurarum. verſi. in traiectitiis. C. de vſuris.
3 d. l. ita quis. in princ. ff. eo. vbi Bar.
4 l. pecuniam. de ſolu. l. iij. in fi. de dona. inter vir.
5 l. quod quis. §. tit. j. l. quod in diem. de ſolut.
6 l. cum tempus. de reg. iu.
7 l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. ſ. eod.
8 l. acceptam. C. de vſur.
9 l. ij. §. tua, & mea. mand.
10 argu. l. iij. §. Stichus annua. de ſta. lib.
11 arg. l. cùm prętor. de iud.
12 argu. l. qui autem. §. ſed & ſi quis. de conſti. pec. l. diẽ functo. de offi. aſſeſſ.
13 l. ſi mandato. §. i. manda. l. ſi Stichum. in fi. de nouat.
14 l. qui teſtamento. de teſta. c. j. de eta. & quali. lib. vj.
15 l. huiuſmodi. ſ. eod.
16 l. lecta. in fi. ſi cer. pet.
17 d. l. cùm tempus. d. §. inter certam.
18 Inſt. quib. mod. tol. obli. in princ.
19 l. ſeruus ſi hæredi. in fin. de ſtatulibe. l. qui decem. §. idem reſponſum. de ſolut. Bar. l. prætor. §. ſi quis paratus. de oper. no. nunt.
20 l. acceptam. C. de vſur.



Din. Iac. Old. Paul. Alberic. cæteríq; crebriore calculo, intelligendum hîc aiunt, quando
oblatio legitimè facta eſſet, id eſt, per rei ipſius exhibitionem, verbis enim non fit oblatio,
III. ſed re ipſa [1]. ſed hæc ſententia verbis legis noſtræ non ſat conuenit. Raphaël ſufficere
hoc caſu verbalem oblationem exiſtimat, quia creditor expreſsè reſponderat, nolle ſibi
Romæ ſatisfieri, vnde fruſtrà ipſa res fuiſſet exhibita [2]. hincq; inferunt doctores, vbi obla-
tio rei ipſius neceſſaria eſt, ſufficere verbalem, quã creditor recuſauerit: quod & Bal. Paul.
Alexand. tradiderunt, Iaſónq; diffuſiùs diſputat. Ego ad reſponſionem creditoris aduer-
tendum arbitror, vt ſi verbaliter offerenti reſponderit ſe nec rem quidem accipere velle,
ſupraſcripta opinio ſit vera [3], quæ & communiter recepta eſt: quòd ſi ſimpliciter abnuit,
contradixítq;, potiùs eſt, vt ſaluum ſibi ius ſuum ſit, videatúrq; contradixiſſe: quia ſciebat
ius ſuum durare [4]: ne aliàs talis contradictio aduerſarij oblationem, quæ infirma erat con-
firmare præter mentem contradicentis cenſeatur [5]: ſicq; defendi Socini quorundámq; a-
liorum ſententia poſſit: debet enim in re dubia ea interpretatio accipi, quam verbis ſuis
adferre creditor velit [6]. Hincque apparet hanc quoq; Raphaëlis ſolutionẽ diuinatoriam
IIII. eſſe. Iaſon oblationem hanc verbo tenus, ſed in iudicio factam comminiſcitur: quo caſu
vim eius, quæ reipſa facta ſit habet [7]. teſtatio ergo, cuius in lege noſtra fit mentio, non ex
V. tra iudicium [8], ſed iudicialiter intelligetur [9]. Ego † oblationẽ re ipſa fieri non oportere
9 hic cenſo: quia (vt ſuprà docui) hîc dubitatur de ſumma vſurarum nomine detracta, quam
offerre non poterat promiſſor: cùm iam ſtipulator eam ſibi in ipſa numeratione retinuiſ-
ſet, ſeu iam eſſet per promiſſorem numerata.

CVM INTEGRAM SVMMAM. Nec tamen (inquit Accurſ.) cæteras vtili-
tates præſtitit, quas conſequuturus fuiſſet ſtipulator, ſi ſua die, & loco ſatisfactũ ſibi eſſet [10].
10 Vnde ſequitur, vt †qui certo loco debet, in alio quoq; poſſit ſoluere: dummodo omnẽ loci
vtilitatem creditori reſarciat: quod & Bar. probat, idq; argumento legis noſtræ, quę à con-
trario ſenſu innuit, ſi ſumma vſurarum non fuiſſet detracta, oblationem futurã legitimam
ratione temporis: ergo idem ratione loci, ſi & vtilitas loci repræſentata fuiſſet, niſi dicas à
contrario ſenſu hoc non inferri, & plus arctari debitorẽ ratione loci, quàm tẽporis [11], aliàs
ſequeretur etiam propter tempus actionẽ arbitrariam fieri, ſicut per locum, quod tamen
11 falſum eſt [12]. Meliùs fortè hæc ſententia Venuleij reſponſo probatur, qui† eum, qui Epheſi
dare promiſit, poſſe vbiq; ſoluere ait [13]: quod intelligunt doctores, ſi omnem vtilitatẽ loci
offerat. Ego tamen malim volente creditore, intelligere, quod Accurſ. & alij faciũt. Vnde
fortiùs ea ratione probatur, quæ habet, ſtipulationes ad id, quod intereſt, duntaxat compe
12 tere [14]. Si ergo debitor † omne id offerat, non poterit ſtipulator contendere, vt certo loco
detur: cùm ſua ampliùs non interſit. Sed hanc quoq; rationem confutat Raph. Comenſis:
quia ſemper ſtipulatoris intereſt: qui ſi certo loco accipiat, nihil vlteriùs habet quod labo-
ret: at ſi alibi accipere cogeretur, probare deberet quantùm ſua intereſſet certo loco non
accepiſſe, quod difficile lex exiſtimat [15], maximè cùm & lucri ceſſantis ratio hoc caſu du-
cenda eſſet [16], quæ proculdubio haud facilè initur, iniquúmq; eſt ſubijci huic periculo ad-
uerſus expreſſa ſtipulationis verba creditorem. cui rationi Caſtrẽſis, Beſutius, Iaſon, Tor-
quatúſq; dant manus, fatentúrq; ſupraſcriptam concluſionẽ non procedere: niſi cùm par-
tes in huius vtilitatis æſtimatione ſunt concordes. At Socinus negat onere probãdi credi-
torem hoc caſu adficiendum, ſed ipſum promiſſorem potiùs, tanquam huius vtilitatis pro
batio rei intentionem fundet [17], qui aduerſus iuris regulam nititur [18]. quam ſententiã ele-
gãter Iaſon irridet, cùm hoc modo reus id probare deberet, quod aduerſus ſe faceret, nem-
pe ſubeſſe actori vtilitatem loci, quam ſua intereſſet minimã eſſe. Rectiùs fortè Aretinus,
qui ſentit probationem hãc creditori nihil noui oneris inferre, cùm omnino ei id incum-
beret, ſi in loco præſtituto debitor nõ ſolueret [19]: ergo idem ſi ſponte velit in loco quo con-
traxit ſoluere, nec (quod ait Iaſon) iuramento creditoris ſtandum eſſe, verum eſt: niſi cùm
13 dolus argueretur [20]. at mora à dolo * ſecernitur, & regulariter ad culpam duntaxat perti-
net [21], aliàs eadem ratione diceret Aret. etiã hoc caſu eius iuramẽto ſtandum reſpectu præ-
dictæ vtilitatis eſſe. Ego temere nõ eſſe à regula recedendum arbitror, vt is, qui certo loco
promiſit, alibi offerens non audiatur [22]. quod intelligo etiam quantumcunq; vtilitatem offe
rat quòd ſi obduret contra præceptum Iudicis ne ibi ſoluat, non tamen cogi perſonaliter
poterit [23], vnde neceſſariò ad æſtimationem eius quod intereſt deueniendum erit [24]. quæ
quandoque iuramento in litem fieri ſolet. qua de re alibi [25].

PETERE. Sed dubitant hîc doctores, quid ſi debitor ſtipulatori pignus dedit vt lo-
co vſurarum fructus acciperet, adiecta lege, ne vſq; ad tale tempus liceat ei luere: & cõclu-
dunt valere pactum, nec ante præſtitutã diem ius luendi debitori eſſe. Sed quid ſi non certa
dies ſit præfixa, ſed actum, vt nunquã lui pignus poſſit: & hac in quæſtione arbitror diſtin-
14 guẽdos eſſe duos caſus. Primus eſt, cùm pignus† amplioris valoris eſt, quàm ſit ſtipulatoris
creditum, & videtur talis pactio in fraudẽ legis facta eſſe. vnde qua ratione in pignoribus

1 l. promiſſor Stichi. §. j. de conſtit. pec. cap. j. de eo qui mit. in poſſ.
2 Gloſ. ca. paſtoralis. in fin. de offic. ord.
3 Arg. gl. l. fin. in gloſ. mag. de in int. reſt.
4 l. ſicut. §. non videtur. qui bus. mod. pig.
5 l. legata inutiliter. de leg. j. l. non omnis. ſi cert. pet.
6 l. ſi qs intentione. de iud.
7 l. ſi quis rem. in fin. vbi Bart. de pig. ac. Bart. l. ſi debitor. j. de ſol.
8 ſ. ea. l. §. cohæredes.
9 l. fin. ſ. de lege commiſſ.
10 l. iij. §. idem Iulianus. de eo quod cer. loc.
11 Bart. hic. pen. quæſt.
12 l. quod ſi Epheſ. in prin. de eo quod cer.
13 l. continuus. §. cùm ita. ſ. eod.
14 l. ſtipulatio. §. alteri. ſ. e.
15 l. fin. de præt. ſtipul.
16 l. iij. §. fin. de eo quod cert. loc.
17 Bart. l. in illa. ſ. eod.
18 l. actor quod. C. de prob.
19 d. l. iij. §. fin.
20 l. ſi quando. C. vnde vi. l. ſemper. §. hoc interdicto. quod vi aut clam.
21 l. fin. §. j. ad l. rhod. doct. l. quod te. ſi cert. pet.
22 l. pen. de eo. quod cer. lo.
23 l. nemo carcerẽ. C. exac. tribu. lib. x.
24 l. qui reſtituere. de rei vend.
25 l. ſtipulationes non diuiduntur. ſ. eod.

legis commiſſoriæ pactum reprobatũ eſt [1], eadem & hoc caſu reprobandum videtur, vt
Alber.Imo.Paul.Caſt.Aret.Iaſ.& hîc pleriq; alij tradiderũt,quod Accur.ſenſit procedere,
etiam ſi non in perpetuũ,ſed ante xxx.annos ius luendi impediretur,ſapit enim tanti tem-
poris dilatio alienationis naturã [2],quod & Ang.tradidit,licet alibi idem Accur. aliter ſen-
ſerit,ſed nõ recepta ſentẽtia [3]. Idémq; cenſendũ, cum fructus pignoris adeò vberes eſſent,
vt legitimum vſurarũ modũ excederent [4], ſubeſt enim eadẽ ratio, vt in fraudẽ legis facta
hæc pactio videatur.Sequens† caſus eſt,cùm pignus non ampliùs valet,quàm ſors debita [5], 15
nec eius fructus legitimas vſuras excedunt,& ſunt qui adhuc ſentire videantur pactũ non
valere tanquam aduerſus naturã pignoris ſit [6], per pignus enim non fit alienatio [7], at tale
pactum alienationẽ induceret [8], viderentúrq; partes repugnãtia agere, vt pignus in re ſibi
alienata creditor haberet [9],& quod etiam ſoluta pecunia nõ licet debitori rem ſuam recu
perare [10]: meritò ergo videbatur pactũ,nõ valere, vt Alex.& Iaſ.tradidit. Alij verò valere
pactũ exiſtimant,pignúſq; in aliã contractus ſpeciẽ conuerti,quia pactũ contra ſubſtantiã
contractus,illum in aliam ſpeciem reformat [11], quam ſententiã Raph.Beſut. & Soc.ample
ctuntur.Accur.& veteres ſimpliciter dicũt,ſi adiecta ſit ea pactio cõtractui pignoris nõ va-
lere, nec explicatur,an pignus ipſum non valeat, an pactio. Ego non video † cur hoc caſu 16
vtrunq; valere non debeat,nihil enim aliud infert hæc pactio,quàm vt videatur à debito-
re actioni pignoratitiæ renuntiatũ:nec quicquã obſtat,quin ei actioni renuntiare quis poſ
ſit [12]. Vnde non ideo excludetur creditor,quin ſi velit, oblato pignore, cogere debitorem
ad ſoluendũ poſsit,quod rectè hîc Raph.ait [13], perinde ac ſi cautum eſſet,ne debitori luere
inuito creditore liceat,quæ pactio valet,vt & Caſtrẽſis hîc tradit,nec aduerſus ſubſtãtiam
pignoris videtur,cùm illud non perimat,ſed ſalua nihilominus actio creditori remanear:
alioquin nec valeret mutuũ ciuile contractũ hoc modo, *Promittis mihi citra vllã exceptionẽ re-
ſtituere centum,quæ tibi mutuaui,cùm voluero* [14]? Videtur enim:& hoc caſu in creditoris volunta
tem reiecta pignoris luendi facultas, tametſi etiã dici poſsit, quãuis aduerſus ſubſtantiam
contractus pactio ſit,nihilominus valere.qua in re alibi diſtinxi [15] Socinus,ſi hodie huiuſ-
modi pactio ineatur,eius effectus eſſe cẽſuit, vt impediat quidem debitorem, ne ſolutione
inuito creditore à ſe facta pignus liberet, non tamen impediat quin auctoritate legis libe-
retur,inducta cum fructibus compenſatione,qui ipſo iure ſortem attenuant [16].Sed ego cõ-
putationem hanc ita ineundam arbitror,vt vice mutua imputare creditor poſsit, quãtum
lucri veriſimiliter ex pecunia ſua facturus fuiſſet, ſi ſibi mora per debitorem facta non eſ-
ſet [17], vt quod lex vetus de vſuris ait,hodie quoque in eo quod intereſt, habeat locum. Ex
ſupraſcriptis quoque infert Bartol.ſi creditor ex pacto, fructus fundi pignorati pro vſuris
haberet,& debitor fundum luere fructibus nondum collectis,ſed propemodũ maturis vel-
let,debere * diuiſionem fructuum pro rata temporis fieri [18],vt ſicut vſuræ ſecundum tẽpo- 17
ra debentur,ita etiam de fructibus,qui eis ſubrogati ſunt,iudicemus. quam ſentẽtiam om-
nes hîc probant.Addit Raph.eodem exemplo reſpondendum eſſe, cùm quis vendito fun-
do ius redimendi certo pretio ſibi reſeruauit:& deinde intra præfixa tempora eum fructi-
bus plenum vult emere,debent enim pro rata computari fructus pendentes,ne aliàs in fa-
cultate iſtius ſit vbertatem,ſementémq; maximam expectare,& damno dominum adfice
re [19].quam ſententiam & Socinus & Iaſ.hîc probant:quia talis retrò vẽditio ex neceſsitate
præcedentis pacti fit:ideóq; domino ſuccurrẽdum eſt,ſicut & in dote propter reſtitutionis
neceſsitatem ſuccurritur [20]. Nec obſtat, quod lex ait tali caſu habendam fructuum ratio-
nem,qui poſt oblationem præcepti ſunt [21].reſpondeo,non explicari ibi quemadmodũ ha-
benda ſit,ſed intelligi,vt perinde poſt oblationẽ iudicetur,ac ſi fundus retrò traditus fuiſ-
ſet,eo modo,quo debuit,putà, computatis pro rata fructibus, extenditúrq; hæc concluſio
quibuſdã caſibus. In primis, vt idem † in cenſu credamus,quem quis ſupra domum ſuam I.
ſingulis annis in Martinalibus ſoluendum conſtituit,adiecto pacto,vt liberare ſe intra de- 18
cennium poſsit. quamuis enim vltimo anno, aliquibus ante Martinalia menſibus obtule-
rit,eius tamen anni pro rata duntaxat temporis penſionem prẹſtare tenebitur,licet aliqui
etiam integrum cenſum exſoluendum putent [22], quos Catullinus non probat, nec ego.
Rurſus † procedit ea concluſio, etiam ſi eo tempore quo venditus primùm fuit fundus, II.
tantum fructuum,vel etiam ampliùs pendentium fuiſſet: illos enim emptor iure cõtractus 19
ſui acquiſiuit [23],nec eorum ratio habenda eſt,vt ampliùs in contributionẽ huius ratæ par-
tis veniant.nam & idem in beneficiario cliente reſponſum eſt [24]. Hincq; cõſequens eſt, III.
vt † ſi collectis fructibus poſt duos fortè menſes fiat oblatio,in cõputationem non veniant 20
fructus iam percepti,quos ſuos emptor ſtatim fecit,iuréq; dominij acquiſiuit [25], ſed dunta-
xat rata hẹc portio reſpectu fructuum ineatur,qui adhuc pendentes ſunt,vel iiſce duobus
menſibus ſati prócuratíq; ſunt,quod tamen in cõtractu dotis non eſt,in quo etiã fructuum
perceptorum habetur cõputatio, vt ſecundum tempus quo onera matrimonij maritus ſu-
ſtinuit,lucretur fructus [26],quod hic Iaſ.& Soc.tradiderũt,argumentũ quod Alex.aduerſus
Raph.

1 l.fin.de pact.pig. vbi glo.
2 §.locationis. in authẽ.de alien.& emphyt.
3 glo.l.codicilis.§. inſtituto. de leg.ij.
4 l.eos.C.de vſur.
5 Argum.l.ſi fundus.§.fin. de pign.
6 l.cùm precario.ff.de pca.
7 l.pignus.de pign.
8 l.qui habebat. de leg.iij.
9 l.neq; pignus.de reg.iur.
10 l. item liberatur. quib. mod.pig.
11 l.cum manu.in fi.de contrahen.emp.l.j.in fi. mand. l.j. §. ſi quis.ſeruum. dep.l. naturalis. in fi.l.inſulam.de præſ.verb.
12 l.pen.C.de pact.
13 l.à Titio.in fin.ſ.eod.
14 d.l.à Titio.in fin. ſ.eod.
15 l.ij.in prin.ſi cert.pet.
16 l.j.C.de diſt.pig.capit.j. de vſur,
17 l. cũ debitor.ſ. in quib. cau. pig. vbi Salic. & Fulg. Pract.papien.in act.hypoth. verb.relaxandum.
18 l.diuortio.& l.de diuiſione.ſol.mat.
19 Argu.l. ſed & ſi ideo. in fin.ſol.mat.
20 Bart.d.l.diuortio.
21 l.ij.C.de pact.int. empt.
22 Guid.pap. quæſt.cclxxj. Cagnol.rep.d.l.ij.
23 l.Iulianus. §. ſi fructus. de act.empt.l. fin.verſic.itaque.de iure fiſci.
24 Bal.l.j.q.xiij. de rerum diui.arg.l. fi.§. non ſolum. quæ in fin.cred.
25 l.hærennius.j.ſ.de vſur. glo.ca.illo vos.de pig.verb. percepti.
26 l. interdum. l. fructus. ſol.mat.



IIII. Raph.induxerat,ſic eleuantes. Sed quid † in eo reſpondebimus,qui nõ iure dominij ſed
21 vſuſfructus hos fructus collegiſſet? verbi gratia vendidi tibi vſumfructum talis fundi cen-
tum aureis [1],reſeruato iure quandocunq; eodem pretio luendi?& Soc.videtur ſentire diui-
ſionem hanc ſecundũ ratam hoc caſu fieri nõ debere, ſed omnia ad redimentẽ pertinere:
quia fructuarius nihil ex fructibus percipit,ſi antequàm colligantur, vſuſfructus finiatur [2].
quod ſecùs eſt in eo, qui iure proprio habeat, qualis beneficiarius cliens [3], vel qualis fidu-
ciarius,qui reſtituere alteri grauatus eſt [4],pro rata enim penſiones retinebit,quod Soci.ex
facto reſpondit:vel qualis partiarius,qui ius ſocietatis in fructibus habet [5], vt Fede.Senen.
cenſuit:quod & reſponſum in eo eſt,qui fundum ad vitam emerat,vt aliqui hîc tradunt.iis
enim caſibus locus erit Raphaëlis ſententiæ,vt,ſcilicet,fructus pro rata diuidãtur.Sed ego
idem etiam in eo,qui vſumfructum emit,reſpondendum cenſeo,cùm vſuſfructus hoc caſu
22 facto redimentis finiatur,quod nocere emptori non debet [6].nam † & videmus,ſi fundus pe
cunia locatus ſit,quandocunq; fructuarium ius penſionis pro rata petendæ tranſmittere [7].
quod Alb.& veteres cenſuerũt.tametſi ego & hanc deciſionem & ſupràſcriptum Socini Fe
V. dericíq; reſponſum nõ temere approbauerim [8]. Sed quomodo inibitur huius ratæ cõpu-
23 tatio:an annum à die cõtractus ordiemur, † an à iactis ſeminibus?& Soci.cenſuit à iactis ſe-
minibus, ſeu à tẽpore quo curari cœpta ſunt [9], quæ ſententia propter variam ſeminum na
turam ferè inextricabilis eſt,cùm alia alio menſe & ſerantur,& proueniant.Ego enim,qui
paciſcitur de fundo redimendo,non videri de fructibus intellexiſſe arbitror [10]:& ideo non
admitti ad redemptionem, niſi ſupra præſtitutum pretium etiam offerat quanti meſsis in
24 herba vænum ire poſsit [11]: lex enim ſolum * haberi fructuum rationem, qui poſt oblatio-
nem ex fundo prouenerunt ait [12], quaſi ſentiat, quicquid in fundo ante oblationem erat,
ad dominum pertinere, illíque æſtimandum eſſe.

SVMMAE.

| | |
|---|---|
| 3 *Mora, defecta conditione, impurgabilis.* | 8 *Nuntius non niſi ex cauſis diem ſolutionis prorogat. 9. 16.* |
| 4 *Empta ex mutuo non niſi ex cauſis, pignorari.* | 13 *Profeſſa non committi. 14.* |
| 5 *Merces futuras pignori non cedere.* | |

1 §. CALLIMACHVS. Obligatio * nauticæ pecuniæ poſt moram debitoris,
quãuis,ſecuto naufragio,perpetuatur,nec excuſatur mora,nuntij conſenſu,qui arbitrium
quocunque loco, & tempore recipienti non habebat. CASVS. Stichus ſeruus meus, quem
calendario Beryti,quæ ciuitas eſt Syriæ,præpoſueram:mutuauit mille aureos fœnoris tra-
iectitij Callimacho,adiecta lege,vt intra ducentos dies ſibi hæc pecunia reſtitueretur, vi-
ſúmq; eſt id tempus ſufficere à Beryto Brunduſiũ vſq;(Græci Brenteſium quaſi caput cer-
ui vocant,in ora eſt Adriatici maris,ſeruátq; hodie nomen)& inde ad Berytũ,itineri.Cæ-
terùm,quia nauticæ pecuniæ ea eſt conditio,vt periculo creditoris ſit [13], noluit Stichus, vt
in hyemen vſq; tardaret reditum ſuum Callimachus,( quoniam vt inquit F. Vegetius [14],
ex die iij. Iduum Nouembris vſq; ad diem ſextum iduum Martij maria clauduntur, ídque
propter geminatam eo tempore maris ſæuitiam)ſed omnino mercibus naui intra idus Se
ptembris impoſitis Brunduſio ſolueret, vt apto nauigationibus tempore reuerti poſſet [15].
quòd ſi fieri ab eo non potuiſſet,conuentum eſt,vt pecunia Romæ ſolueretur, datúſque il-
li comes & nuntius Eros,qui eam pecuniam deferendam Romã procuraret, non fecit hoc
Callimachus,ſed cùm non ante (ſic enim legendum ) Idus ſupraſcriptas enauigauerit,ſub
merſa naui, ſe excuſabat ꝙ Erotis ſententiam,qui ſecum poſt tempus cõuentum venerat,
ſecutus eſſet,reſpondit Iuriſconſultus tantùm non licuiſſe Eroti:niſi probetur mãdato do-
mini prorogare eum ſolutionis tempus potuiſſe,cõfeſtim enim poſt idus Septembris actio
illi quæſita eſt, qua Romæ ſoluere Callimachus tenebatur: eã adimere Eros conſenſu ſuo
non potuit.Sed quæ potuit eſſe dubitandi ratio? Et ſciendum ſolitos veteres,cùm traiecti-
tiam pecuniam traderent,ſeruum aliquem cum debitore mittere, qui ſolutionem procura
ret [16],quo nomine Eros miſſus in caſu noſtro fuit. cùm ergo eam pecuniam Eros non acce
perit, videbatur creditorem ipſum ſerui factum præſtare debere, tanquam non per Calli-
machum,ſed per Erotem ſteterit [17],ſicut videmus conductorem equi,cui veterinarius co-
mitem iumenti reducendi cauſa dedit,excuſari,ſi ob non adhibitam cuſtodiam periit ani
mal, tanquam ipſi cuſtodi id imputetur [18]. Sed tamen aliud Scæuola reſpondit: dies enim
2 Iduum Septembris interpellauit Callimachum,in moráque eum conſtituit [19], à qua * non
niſi per oblationem legitimè factã potuit liberari [20],ideóq; ex culpa ſua Callimachus tene
tur,non autem ob factũ ſerui,qui noluerit accipere.Dixerit aliquis,cùm purgari mora po
tuerit, cur excuſari Callimachus ob caſum fortuitum, qui interim euenerit non debet [21]?
3 Reſpondeo non potuiſſe in caſu noſtro † purgari morã,ſicut enim vbi dies & pœna obliga
tioni adiicitur,nulla eſt moræ purgatio [22],ídq; vt ſuprà docui propter vim conditionis,ſub
qua pœna promitti conſueuit,ita in noſtro caſu in quo dictũ erat,Si intra idus non nauiga-

1 l.vſufructu. ſ.ſol.mat.
2 §.is vero ad.inſt. de rerũ diuiſione.
3 cap.i.§. iis conſequenter. hic ſi.lex Cor.
4 Soc.conſi.xlij.in fi.iij.volum.arg.contra.d.l.Herennius.
5 Fed.conſi.cx.ſi iſte.
6 arg.no.l.ij. C.de bo.mat. Barto.auth.idem.C.de bon. quæ lib.
7 l.ſi operas. de vſufr.Alb. l.defuncta.de vſufru.
8 argu.d.l.Herennius.& d. §.ſi fructibus.
9 arg. d.§.iis conſequẽter. & d.l.diuortio.§.non ſolũ.
10 l.inter ſtip.§.fi.& d.§.cũ fundum.l.ſi filiuſfa.ſ.eo.
11 l.j.§. ſi hæres præcepto. ad Trebel.
12 dict.l.ij.C. de pact. inter empt.
13 l.j.l.fœnerator.ſ.de nau. fœn.
14 lib.iiij.c.ix.
15 l.vtique.de rei vend.
16 l.traiectitiæ. ſ.tit.j.l.nihil.in fi.ſ.de nau.fœn.
17 l.Seruius.eod.tit.
18 l.ſi vt certo.§.ſi de me. ſ.commod.vbi gl.& Bar.
19 l.magnam. C.eo.tit.
20 l.interdum.§.fi.ſ.eo.
21 l.ſancimus.C.de fideiuſ.
22 d. l.traiectitiæ. d.l. magnam.

uero,dabo ſtatim Romã expenſis meis perferendã pecuniã,conditio enim euenit,quæ pręc
ciſè & ad vnguem ſeruari debet [1],qua ratione ſuprà quoq; cenſui quoties quis ſtipulationi
ſubiiciat,ſi id ea die factũ non ſit,quanti interèrit præſtiturũ,non eſſe purgationi moræ lo-
cum.quod Imol.& Aret.hîc cenſuerunt, Beſutiúſque & Puteus ſuprà tradidêre [2].

SVB PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS. Niſi expreſsim hoc conuene-
niſſet,non habuiſſet ius pignoris creditor:quia† merces ex pecunia mutuò accepta compa 4
ratæ,non cẽſentur tacita hypotheca creditori mutuũ danti obligatæ. Vnde in illis nõ præ-
ferretur cæteris creditoribus [3]:niſi tamen minor xxv.an. eſſet,qui mutuauit:huic enim lex
magis ſuccurrit [4].excipit illũ quoq; caſum Accur.cùm quis nominatim emendarũ mercium
cauſa pecunias credit:videtur enim tacitã hypothecã in mercibus acquirere [5],quæ ſenten-
tia in eo,qui militiæ emendæ cauſa mutuũ dedit.vera eſt [6].Idémq; ſi ab argentario ſit data
pecunia,quod ius ſpecialiter Iuſtinianus eis conceſsit [7], vt appareat regulariter ſecùs eſſe.
ſolùm ergo,qui in merces emendas mutuat,priuilegiũ perſonale,vt aliqui tradiderunt, ha
bebit [8],hypothecæ regulariter nõ habebit:hincq; apparet conſultè egiſſe creditorẽ,qui vo
luit à Callimacho ſibi ſpeciali hypotheca in mercibus emendis caueri:hoc enim caſu po-
tior eius eſt cauſa etiam aduerſus creditores,qui tempore priores ſint [9].Sed nunquid in ge-
nerali merciũ obligatione præſentes duntaxat veniant,an etiam futuræ?& quia hîc mẽtio
futurarũ quoq; facta eſt,videretur aliàs de eis actũ non cenſeri,quod Soc.hîc cẽſuit:ſed Iaſ.
contrà.nec enim firmũ argumentũ ex narratione facti hac in lege accipi poteſt [10],& teme-
re à regula recedendũ non eſt,quæ hypothecam ad futura bona producit [11]:& cùm obliga
tione generali etiã merces cæteræq; res promercales contineantur [12], vt receptior eſt ſen-
tentia,debent tam præſentia,quàm futura cõpræhendi.Ego† in caſu legis noſtræ Soci.opi- 5
nionem poſſe defendi arbitror, vt obligatio hæc merciũ ſtrictè accipiatur:quia cùm natu
ra*mercium ſit,vt promiſcuè alienentur,nõ videtur eis iniectum vinculum, quo impediri 6
natura earũ poſsit [13]: niſi expreſsim id actũ ſit,vel hypothecæ verba ad vniuerſitatem refe
rantur [14]:tunc enim non impeditur earum alienatio,cum aliæ ſubrogentur,quæ faciũt ean
dem vniuerſitatẽ videri [15]:vnde conſequens eſt,vt alienatione, reſpectu rerũ alienatarum
extinguatur hypotheca , & in ſubrogatis excitetur, nullis autẽ ſubrogatis ſecùs eſſet : qua
tamen in re propter varias doctorum altercationes [16] ampliùs deliberandum eſt.

INDE PROFICISCATVR. Ideſt,(inquit Accur.)iter arripiat,cùm ergo hęc
verba diſceſsionis tẽpus*reſpiciãt,nõ autẽ viæ conſummationẽ,ſatis fuit ſi cœptũ eſſet in- 7
tra tale tẽpus iter [17],quicquid hîc diuinãdo Caſtrẽſis tradiderit,quẽ Ale.Aret.Iaſ.improbãt.

ITEM QVAERO. Repetit hîc Scæuola deciſionẽ ſuprà ſcriptã,vt eius rationem
adducat,oſtendátq;, quibus caſibus ei locus non ſit:videmus enim plerunq; iam dicta repe
ti,vt eis aliquid addatur,nec tum id vitio tribuitur,ſed elegantiæ potiùs.Sanè hoc cõcludit
Iuriſconſultus toto in reſponſo, † vt nuntius cauſa recipiendæ pecuniæ miſſus ſolutionis 8
diẽ prorogare nequeat [18]:nec enim à mandati ſui forma recedere poteſt [19],quod variis exẽ-
plis Iaſ.oſtendit:quæ tamen concluſio declarationibus quibuſdam reſtringi poteſt. Et in I.
primis potuiſſet nuntius† ſaltẽ indirectẽ diẽ prorogare, veluti ſi,offerente Callimacho de- 9
trectaſſet accipere.per oblationẽ enim purgata eſſet Callimachi mora [20].Vnde perpetua-
ri nequiuiſſet obligatio.Sic videmus & in ſacerdotibus,*æditúiſq;,qui expreſsim deterio- 10
rem eccleſiæ ſuæ rẽ facere nõ poſſunt,tacitè ſeu negligẽdo poſſunt [21].Idẽ in curatore mino
ris,qui renũtiare exceptioni peremptoriæ nõ poteſt [22],& tamẽ tacitè,eã ſcilicet non oppo-
nendo,adoleſcẽti nocet [23]. Sed quid ſi ipſemet Eros is fuiſſet, qui pecuniã ſuprà ſcripta le II.
ge Callimacho mutuaſſet,eúmq; ſecutus Brũduſiũ fuiſſet,an cõſenſus eius excuſaret Cal-
limachũ?& putarim excuſari,ne moræ reus ille ſit, cõſequenterq; ne videatur perpetuata
obligatio [24]:probabiliter enim credere Callimachus potuit facultatẽ prorogãdi à domino
et cõceſſam,qui & diẽ à principio ſtatuẽdi ius habuit:vnde excuſari debet [25]. Illud cõſtat III.
licet Erotis cõſenſus à mora nõ excuſauerit,potuiſſe tamẽ à cuſtodia excuſare,quod ſuprà
in nũtiis tradidi,quibus cuſtodia equi à veterinario credita eſt [26].quod intelligẽdũ,ſi etiam
tanquã cuſtodes miſſi ſint,ſecùs ſi ad aliũ finem [27]:excuſarent tamẽ,vt ego arbitror,ne agi
furti aduerſus conductorẽ poſsit,qui vltra conuentũ à principio locũ animal duxiſſet [28], à
pœna enim criminali excuſat etiã iniuſta ratio, dum colore aliquo innitatur [29]. Sanè & IIII.
hoc traditũ eſt,licere publicano*remittere ius vectigalis,ſolutionẽmq; non recipere:licet 11
ipſe de ſuo indemnem fiſcum ſeruare teneatur [30], & tamen publicanus exactioni publici
imponitur,non autem donationi ſeu remiſsioni [31]. Quæ ergo eſt ratio?& Bar.id inductum
ait,quia publicanus videtur procurator in rem ſuam [32], cùm ipſe à fiſco conducit, quod &
Imo.& Beſut.probant.Idem hoc procedere in publicano ait, quia non vni duntaxat ſolu-
tioni recipiendæ impoſitus eſt,ſed vniuerſali negotio,vnde videtur, (vt Soci. & Iaſ.aiunt)
mandatum liberæ poteſtatis habere [33]. Nec nouum eſt plus iuris illi eſſe, qui vniuerſaliter
præfectus ſit, quàm qui actui particulari [34]. Ego lege vectigalis onerari viatores exiſtimo,

vt merces

1 l.Thais.§.intra.de ſtũ.lib.
2 l.ſtipulationes nõ. §.fin. ſ.eod.vbi dixi.
3 l.procuratoris.§.planè.§.ſed & ſi dedi.verſ.& ſi quid.de trib.l.quidam.de in rem verſ.
4 l.interdum.l.idémq;.qui pot.in pig.
5 glo.auth.quo iure.C.qui pot. Alex.l.ſi cùm dotem.in fi.ſol.mat.
6 l.fi.cum authen.ſeq.C.de pigno.
7 l.in nouella.cõſt.cxxxvj.
8 l.cùm quis.in glo.de priuil.credit.l.quamuis.vlt.C.de pig.in glo.
9 l.licet. C.qui pot. in pig.
10 glo.l.j.C. quan.non pet. partes.
11 l.fi.C.quæ res pig.oblig.
12 l.cum tabernam. §.venditor.de pign.l.pediculis.§.Item, cum quæreretur Labeo.de aur.& arg.
13 arg.l.debitor. de pign. l.generali.§.vxori.de vſufru.leg.
14 dic.l.cum tabernam. in princip.
15 l.proponebatur.de iudi.
16 Alex.l.ſi conſtante.ſolu.matrimo.
17 l.gl.& Bal.l. arboribus. §.Iulianus.de vſufru.
18 gl.l.ij.verb. nundinãdi. C.de exhiben.reis.
19 l.diligenter. mand.
20 l.interdum. §.fi.ſ.eod.l.qui decem.in princ.verſicu.idem reſpondit.de ſolut.
21 l.iubemus.C.de ſac.ſan.ecc.Fel.ca.cùm acceſsiſſent.de conſt.in limit.
22 l.ſi quis delegauerit. de nouat.
23 Bal.l.pactum curatoris. C.de pact.
24 l.ſi non ſortem.§.qui filio.de condi.indeb.l.filiæ.ſ.de ſolut.
25 l.quod te.ſi cer.pet.l.iij.§.irritum.de iniuſt.rup.vbi Pau.Caſtr.
26 d.l.ſi vt certo.§.ſi de me.Bart.l.j.§.quemadmodum.de lib.agn.
27 gl.l.pe.ſ.vſufr.quemad.caueat.
28 §.furtum.verſicul.aut ſi quis.inſt.de obl.quę ex del.
29 glo.l.j.ſ.de abig.
30 l.fi.§.pe.de publica.
31 l.contra. §.fi.de pact.
32 l.iuſiurandum quod.§.procurator.de iureiu.
33 arg. l.mandato generali.de procur.
34 l.pe.ſi cer.pe.vbi not.



12 vt merces*profiteantur,publicanos verò vt exigant [1]:quo fit, vt facta† profeſsione,ſit via-
13 tor à commiſsi pœna tutus.quòd ſi publicanus non exegerit, ei imputatur, qui negligendo
ipſe in culpa eſt,quę alteri obeſſe non debet [2],quod Bal.Sal.Alex.Iaſ.tradiderunt.Suprà au
V. tem vidimus poſſe nuntiũ negligendo excuſationis anſam debitori præſtare. Enimue-
rò & hîc tradit Iuriſconſultus ſuprà ſcripta non procedere:cùm hic nuntius arbitrium ha-
14 bet quocunque loco,& tempore recipiendi,tunc† enim prorogare ſolutionem poteſt,& in
alium locũ transferre. quod intelligũt doctores ex eo procedere:quia tali caſu videtur iſte
15 procurator eſſe, non autem ſimplex nuntius, vnde ad verba* mandati ſemper erit adten-
dendum.Quid enim,ſi nihil de loco,aut tempore dictum ſit,ſed generaliter data ſibi libe-
VI. ra facultas circa actũ recipiendi? Poterit enim(inquit Bal.quem cęteri ſequuntur)etiam
ſolutionem prorogare [3], vt idem poſsit liberæ facultatis conceſsio reſpectu certæ ſpeciei,
16 quod in toto reſpectu generis [4].Quid ſi huic nuntio† poteſtas tranſigendi cõceſſa eſſet?po-
terit certè & tempus ſolutioni prorogare,quod Bal.alibi cenſuit [5].Econtrario quoq; ſi ver-
ba mandati anguſtiora ſunt,ei nõ licebit,niſi quatenus eius fidei creditum ſit. Vnde ſi non
ſuper loco,aut tempore, ſed ſuper qualitate duntaxat arbitrium habeat,de ea tantummo-
do arbitrabitur [6], quod hîc variis exemplis doctores oſtendunt : & ſi non ſuper cauſa, ſed
ipſa duntaxat cauſæ inſtantia ſit ei aliquid demandatum, non extendet ad cauſam ma-
nus [7],quod hîc ſubtiliter Bar.tradidit,& non ſemel à recentioribus reſponſum eſt:ſemper
17 enim mandati* fines diligenter ſunt inſpiciendi.qua de re alibi tractaui [8].

1 d.l.fin.§.diui quoque.
2 c.mora.de regu.iur.in vj.
3 l.procurator cui.de proc.vbi Bart.
4 l.ſi duo.de ad. tut.ca.qui ad agend.de procu.vj.
5 Bal.rub.extra.de trãſact.
6 l.ſi in lege.in princ.loca.vbi Bart.
7 Argu.l. hoc iure.de Sol.vbi Raph. Alex.conſil.xxij.in j.vol.Socin.hic.
8 l.tranſactionis placitum.C.de tranſact.vbi dixi.

## SVMMAE.


1 ☞ *Præſcriptis verb. vt quid fiat,agi.*
4 *Præſcri.verb. actionis effectus. 6.*
5 *Manumiſſionis promiſſio præciſa non eſt.*
7 *§.Flauius. explicari.*
10 *L.fin.ff.qui ſine man.& §.Flauius.conciliari.*
12 *Moram, die tacito, purgari.*
13 *Legis & hominis diſpoſitionum diuerſi effectus.*
21 *Mutari voluntas, niſi ex cauſis, poteſt. 24. 28. 31.*
22 *Manumiſſionis ſtipulatæ pœnitere poſſum.*
23 *Liberum ex lege fieri ex cauſis. 26.*
25 *Voluntatis mutatio intranſmiſſibilis.*
30 *Donatario dationem remitti poſſe.*
32 *Voluntas donatoris certis caſibus immutabilis.*
34 *Donata reuocat hæres: niſi fauor obſit.*


§. FLAVIVS HERMES. Propoſita facti ſpecie,Iuriſconſultus tres quæſtio-
nes explicat, quas ſigillatim & nos tractabimus.

RESPONDI NIHIL PROPONI CVR NON POSSIT. Donator
ergo ſerui, qui ex cauſa manumiſsionis dedit, agere põt vt manumittatur. Sed qua actio-
ne?& in themate propoſito non eſt credendum ex ſtipulatu agi poſſe:quia ſtipulatio ſolam
pœnam reſpicit:ſequitur ergo, † vt ad ipſum factum agatur præſcriptis verbis, cùm enim
1 cauſa donationis fuerit manumiſsio,perinde eſt, ac ſi pactum manumittẽdi expreſsim do
nationi acceſsiſſet [9]. Vnde confirmari rei traditione debuit:quo caſu actio præſcriptis ver
bis competit [10], nam & videtur illa ſpecies contractus hæc eſſe cùm do vt facias. Vnde ſi,
poſtquam dedi,non facias,præſcriptis verbis agetur [11]. Sed cur non etiam conditione ex
lege agitur [12], quæ in donationis contractu à Iuſtiniano conceſſa eſt. Videtur enim id pa-
2 ctum manumittendi donationi inſertum:contractus*ipſius cohærentia veſtiri:ideóq; agi
3 actione ex contractu poſſe [13]:nec enim dubium eſt hodie donationis*cõtractum nomina-
tum eſſe [14],ideóq; veſtiendo pacto ſufficere,ſed ego pacta,quæ contractibus ſtricti iuris in-
ſunt,non veſtiri aliàs cenſui.Doctores tamen aliter videntur ſentire:ideóq; reſpõdendum
eſt,id pactum manumiſsionis,efficere,vt cõtractus iſte donatio ob cauſam cẽſeatur,quam
conſtat contractum nominatum non eſſe [15], vnde in ea pœnitentiæ & conſequenter condi
4 ctioni locus eſt [16], quod hîc latiùs Iaſon proſequitur. Sed ad quid hæc † præſcriptis verbis
actio in noſtro caſu competet.& Paul.Aret.Soci.Iaſónq; ea actione præciſè compelli;pro-
miſſorem aiunt,vt manumittat, hincque adnotant caſum,quo quis præciſè compelli ad fa
ctum poteſt [17].aliàs enim inanis eſſet hæc Iuriſconſulti dubitatio,meritò ergo dicemus cõ-
5 pelli hac actione promiſſorem, vt omnino manumittat:ſed tamen † nouum eſt,& inaudi-
tum,vt præſcriptis verbis actio ad aliud quàm ad id,quod intereſt,competat [18]:imò quibus
caſibus obligationes præciſè ſunt quales dationum, tamen per hanc actionem efficiuntur
non præciſè [19].meritóq; Alex.cenſuit nec fauore quidẽ libertatis pręciſè promiſſorẽ hunc
teneri:niſi cum probabilis eſſet ſtipulatoris affectio,vt quia filius ſuus naturalis, vel frater
6 eſſet is qui manumitti debuit [20].aliàs† enim ſi promiſſor manumittere nolit,cogetur quod
accepit reſtituere, vt Vlpiani reſponſo ſatis probatur [21], tametſi Socinus, & Iaſon non ſat
bona ratione tergiuerſentur. Quod ergo lex noſtra ait,† poſſe Claudium de libertate Sti-
7 chi conueniri, ſic intelligetur, vt compellatur promiſſor liberare, vel ſeruum reſtituere,
quem deinde Hermes manumittat. Sed quomodo poteſt Claudius de libertate conueni-
ri: cùm ſtipulatio pœnalis contractui adiecta ſit, quæ præcedentem obligationem nouare

9 Bartol.l.ſi ſtipulatus.§.ſi ex duobus. de fideiuſ.l.quibus diebus.§.termilius ver. quid ſi fiat per nomina. de cond.& dem.
10 l.legem.C.de pact.
11 l.naturalis.§.j.de præſc.verb.
12 l.ſi quis arg.C.de don.
13 l.in bonæfidei.C.de pac.
14 Doct.l.fin.ſ.de cond.ob cau.
15 Bart.l. ij. C. de cond.ob cau.
16 l.iij.ſ.de ſer.expor.l.Ariſto.verſi. denique.de donat.
17 Contra regulam.l.ſtipulationes non.verſ. celſus.
18 l.cùm mora. C.de tranſ.
19 l.naturalis.§.j.de præſc.verb.
20 l.cum ſeruus.mand.
21 l.ſi pecuniam. verſi. planè.de cond.cau.da.

 debuit,

debuit[1],& Barto.non nouari hìc ait:quia obligatio præcedens ex oneroſa cauſa erat:dedit
enim rem ſuam,id eſt,ſeruum Hermes,quem manumitti voluit, vnde ſi non manumitte-
retur,damnum incurreret,meritò non debet videri à prima obligatione receſsiſſe,ſed ego
ſupra oſtendi diſtinctionem Bart. inter lucratiuum, oneroſúmue titulum veram nõ eſſe[2].
Addit Beſut.in caſu noſtro non videri oneroſam cauſam præceſsiſſe:cùm pœnitẽtiæ ſit lo-
cus[3]: cui Iaſ.reclamat[4], ſed(vt prouerbio dicitur) Hic mulget hircum, at ille ſupponit cri
brum[5]. Aretinus non nouari primam obligationem ait: quia nondum Claudius moram
fecerat,ſed certè cùm lex dubitet,an, omiſſa pœnali,poſsit ex prima cauſa agi, ſatis oſten-
ditur moram commiſſam: cùm alias fruſtrà de pœna tractaremus[6],Iaſon ſpeciale id fauo
re libertatis eſſe, quod Ray.& aliqui veteres cenſuerunt. Ego ſuprà loco ſuo oſtendi regu-
lariter ſtipulatione pœnali non nouari præcedentem obligationem[7],non repeto ampliùs.
RESPONDI POSSE. Purgare ergo *moram poterit promiſſor,& euitare 8
pœnam:cùm enim dies non ſit adiecta,licita mora purgatio eſt[8]:cùm ſecùs ſit,ſi dies quoq;
adeſſet[9]. debet enim conditio *ſpecialiter & in forma ſua adimpleri[10]: quod ſuo loco do 9
cui. Sed videretur in caſu quoque noſtro diem adiectam cenſeri, ſaltem vt ex diui Marci
conſtitutione†libertas intra duos menſes repræſentetur[11]. reſpondent doctores id verum 10
eſſe,quando de effectu duntaxat cogitatum eſt: tunc enim conſtitutioni eſt locus[12], quod
& in dubio exiſtimandum eſt[13]: at in caſu noſtro non de ſolo effectu,ſed etiam forma, ſeu
modo dandæ libertatis actum erat, nempe vt is vindicta liber fieret:quo caſu conſtitutio-
ni ſupraſcriptæ locus non eſt:& ideo non poteſt videri diem obligationi huic adiectã eſſe,
idcircoq; moram impediri:ſicq; communiter receptum eſt. Nec dubito ego,quin hæc tem
pore Scæuolæ huius legis auctoris vera eſſent,cùm tunc plurimũ referret,an vindicta quis
manumiſſus eſſet:efficiebatur enim ciuis Romanus,vt inſtitutionũ lib.1.[14] Caius ſcripſit,
& ex ingratitudine in ſeruitutem reuocari non poterat,quod Corn.Tacitus lib.XIII. ſcri-
pſit, at hodie cùm lege Iuſtiniani ſublatæ ſint hæ * libertatum differentiæ[15], non videtur 11
quicquam referre an vindicta manumiſſus quis ſit: & ideo etiam tali caſu locum eſſe con-
ſtitutioni,ne alias horum conditio ſit deterior,quæ melior eſſe conſueuerat,idq; Angel.&
Alb.diſertè cenſuerunt. Quid ergo,an correctum hodie hoc reſponſum credemus? & for-
tè non abſurdè quis crediderit,tanquam conniuenter à Tribuniano & Collegis omiſſum,
nec enim veriſimile eſt hodie ad hanc formam adtendi, quæ nullius eſt effectus[16]. Sed ta-
men (vt legum correctionem euitemus) reſpõderi aliter †poteſt,nempe diem bimeſtrem 12
obligationi partis adiectum non eſſe, ſed à lege ſola præter contrahentium mentem indu-
ctam. Vnde pœnalis ſtipulatio, quæ conditionem habet,ad hanc diem non refertur, ideó-
que moræ purgationem non impedit[17], ſecùs ſi dies à lege. Secundum veriſimilem par-
tium voluntatem inducta eſſet[18],vel non ſolùm dies,ſed etiam pœna à lege eſſet[19], qua de
re alibi. Doctores tamen,† vt Iacobus,Dynus,Bartol.cæteri,receptiſsima ſententia exi I.
ſtimarunt,nec hodie quidem locum eſſe ſupràſcriptæ conſtitutioni: cùm actum eſt vindi- 13
cta quem manumitti, non enim lex formam † de qua à contrahentibus actum ſit,ſupplet, 14
Vnde apparet prouiſione hominis legis prouiſionem ſummoueri[20],etiam ſi humana pro-
uiſio inutilem formam inducat.Et,correcta lege veteri,non cenſeri* eum cõtractum cor- 15
rigi,qui eius imitatione conceptus ſit[21]. Itémque extenſionem, * quam paſsiuam vocant, 16
quæ vigore æquiparationis à lege factam inducitur,locum in diſpoſitione hominis non ha
bere, ſed ſolùm in legibus procedere[22]. Hinc infertur, vt quamuis alibi lex dicat, non II.
manumiſſo ſeruo, pœnam non committi: quia lex factum manumittere debentis ſup-
plet[23]: hoc tamen in reſponſo aliud ſit: committitur enim(vt hîc dicitur) pœna, quia lex
non ſupplet * propter formam, quam obſeruari à partibus actum eſt. Rurſus infertur, 17
vt hinc probari poſsit purgationi * moræ locum eſſe, quamuis pœna ad ſtipulatoris vtili- III.
tatem pertineat, factum verò principale alij proſit, nempe ipſi ſeruo. Sed quid ſi factum 18
principale vtilitatem ſtipulatoris reſpiciat, pœna verò alium? verùm hæc quæſtio ali-
bi pertractanda eſt[24].
RESPONDI DEBERE. Ex pacto igitur libertatis agere ſeruus poteſt ſti-
pulatore ipſo differente. Sicut enim fauore liberalitatis quæritur tertio vtilis actio[25], ita
hoc caſu, quia ſeruus actionis * incapax eſt[26], non debet officium iudicis vtiliter ei illud 19
imploranti denegari[27], quod Rapha. Paulúſque tradiderunt. Sed nunquid nihilomi-
nùs poterit deinde ſtipulator ad pœnam agere?& non videretur.quia non debet & factum
principale exigi,& pœna præſtari[28], ideóque fuerunt, qui crederent ſtipulatorem præfe-
rendum,vt Pau.& Alex.quæ ſententia verba legis noſtræ aliquatenus reſtringit. Vnde ve
rior videtur Raph.interpretatio, qui eidem & factum & pœnam præſtari non debere fate-
tur,ſed diuerſis perſonis poſſe,tanquam id factum ſit,vt pœna contemptũ vlciſcatur[29]:vn
de conſequens eſt hîc probari *purgationi moræ locum eſſe,quamuis pœna ſimul cũ prin- 20
cipali peti poſset, quod Bartol.[30] cenſuit,& Iaſon hîc diſertè tradidit, quos & ego ſequor.
Sed an

1 l.obligationum ferè.§.fin.ſ.tit.j.
2 d.l.ita ſtipulatus.in fi.ſ.e.
3 d.l.iij.de ſer.exp.
4 Arg l.quæſitum.eod.tit.
5 Alexã.conſil.cxxxv.in v.
6 l.magnam.C.eod.
7 d.l.ita ſtipulatus.in fin.
8 l.j.§.itẽ ſi ita.ad l. Falcid.
9 l.magnam. C.eo.l.traiectitiæ.ſ tit.j.
10 l. Thais.§.intra.de fid. lib.
11 l.fin.ſ.qui ſine manu.
12 l.ſi mancipia.eod.tit.
13 l.ſi venditor.de ſer.exp.
14 Titul.j.
15 l.j.C.de lati.lib.toll.§.libertorum.Inſt. de libertin.
16 l.j.C.de nud.iur.Quir.
17 l.ſi cùm dies.§.fi.de arb.
18 l.ij.C.de iur.emph.
19 gloſ.c.licet canon. verb. priuatus.de elect.lib.vj.
20 l.cùm ex filio.§.j.de vulgar.Bald.l.fin.C. ſi man.ita ſ.alien. vbi Barb. in apoſt,
21 Arg.ca.à multis.de æta.& qual.
22 l.ſi quis ſeruo.C.de fur. vbi Paul.
23 l.fin.C.ſi man.ita fur.
24 l.j. in fin.ſ. titu.ij. Bart. l.ſi inſulam.qõ.pen.ſ.eod.
25 l.iij. C. de don.quæ ſub mod.
26 l.vix certis.de Iudi.
27 l. fina. §. illo. C. de nec. ſer.hæred.l.ſeruos.in fin. de ali.& cib.leg.
28 l.apud.§.Labeo.de doli excep.
29 l.ſi quis rem.de arbi.
30 Bart.d.l.ſi inſulam. q.ij. in fine.



Sed an quod hîc dicitur negligente hærede Flauij poſſe ſeruũ admitti, habeat locum etiã
ſi hęres reuocet illam conceſsionem?& conſtat Flauium quidem ipſum pœnitere[1], hæredi
I. verò id iuris non eſſe[2]:qua tamen in re diſtinguendi ſunt aliqui caſus. Primus,cum ante
21 tempus†manumiſsioni præſtitutum venditor mutat ſententiam, illúdq; onus emptori re-
mittit:& tunc certum eſt libertatem ſeruo non competere[3].cùm enim ſeruus non ſit capax
22 actionis,nec officium iudicis ante diem cõcedatur[4],meritò licita†eſt pœnitentia:cùm nul
lum ei ius interim ſit quæſitum.Doct.tamen aliam rationem cõminiſcuntur[5], nempe quia
habita contractus ad pactum relatione reſultet contractus innominatus, Do, vt facias, in
quo regulariter licita eſt pœnitentia[6],quod ego non probo,& aliàs latiùs diſputaui[7]: cùm
tale pactum pars venditionis ſit,nec rectè poſsit contractus innominatus dici, aliàs ſeque-
retur ſi ſtipulatione vallatum id eſſet,non poſſe venditorem mutare ſententiam, quod ni-
II. mis legem reſtringit. Secundus eſt caſus,cùm emptor non acquieſcit mutationi volun-
tatis,ſed manumittit ſeruum, & poteſt hoc facere[8]: erítque is liber non ex conſtitutione,
III. ſed emptoris facto. Tertius,cùm † venditor non mutat,ſed emptor ipſe negligit,& non
23 eſt dubium ex conſtitutione fieri liberum[9], niſi de certo modo manumiſsionis putà vindi
IIII. cta actum ſit,vt in ſecundo reſponſo. Quartus,quando venditor†non mutauit,ſed eius
24 hæres & adhuc fieri liberum lex ait[10].Sed cur ſicut venditoris, ita & eius hæredis mutatio
nem non attendimus?nec enim debet differentia inter teſtatorem hæredémq; temere con
ſtitui[11], & arbitror ſpecialiter id inductum fauore libertatis:ne mutare voluntatem hæres
poſsit:ſicut &,re dotis cauſa alicui tradita, ante ſequutas nuptias licet mihi mutare volun-
25 tatem,vt Caſtr.Pont.aliíque tradiderunt[12],&†tamen hęredi meo non licet,ídque ſpeciali
dotium fauore[13],quod & in donatione,quæ poſt donatarij mortem eccleſiæ facta ſit, Bart.
hîc cenſuit,& verum eſt fauore(vt ego arbitror)eccleſiæ. color autem huius fauoris ex eo
quæritur,quòd is,qui ei dari pactus eſt, videtur conditionem propter naturam rei adieciſ-
V. ſe,*Si voluero*.quæ moriente eo euenit,nec ad hæredem tranſmittitur[14]. Quintus, quan-
26 do,ſeruo huiuſmodi lege vendito, vterque tam emptor quàm venditor abſque † hærede
decedit,& hoc caſu extat Pauli reſponſum ſeruo libertatem ex cõſtitutione competere[15].
videbatur autem contrarium dicendum, tanquam iſtud pactum propter reuocationis fa-
cultatem vltimæ voluntati æquiparetur: conſtat autem, non adita hæreditate, vltimam
27 quamque*voluntatem deficere,ſiue teſtamento ſiue codicillis ſcripta ſit[16]: ſed tamẽ aliud
Iuriſconſulto viſum eſt,tanquam iſtud pactum magis cõtractui accedat,vnde & videmus
idem in donatione cauſa mortis eſſe,quæ ſuſtinetur,etiam ſi nemo adierit hęreditatem[17].
Sed quæ eſt ratio,vt hæc mutatio non attẽdatur?& aiunt hanc eſſe: quia cùm nemo ſit hæ-
VI. res,non ſupereſt cuius interſit libertatem impedire. Quid ergo,ſi ſuperſit, vt quia † ſo-
28 lus emptor abſque hærede deceſſerit, venditor verò, qui voluntatem mutauit, ſuperſit. &
videretur ſecundum ſupraſcripta non eſſe conſtitutioni locum. Ego tamen contra ſentio,
quia Iuriſconſultus ſimpliciter ait nihilominùs libertatem cõpetere,quod fauore quodam
introductũ eſt,tanquam præſumat lex ſi emptor vixiſſet,vel extaret hæres,fore vt illi non
acquieſcerent mutationi venditoris,& nihilominus manumitterent[18]:& ideo factum prę-
29 ſumptum*partium ſupplet conſtitutio[19],aliàs enim nimis reſtringeretur reſponſum Pau-
li.Sed quid in donatione cauſa mortis reſpondebimus, an ſi pœnitentia donatoris reuoca-
ta ſit,nihilominùs valebit,eo abſque hærede defuncto?& Angelus[20] exiſtimauit valere[21].
Sed alij contrà: aut enim donatio illa traditione quoque confirmata eſt,& tutus erit dona
tarius non titulo ſuo,ſed quia vendicans nõ poterit ius aliquod probare[22].Cùm enim mor
tuus ſit donator abſque hęrede,iam actoris nihil intereſt,cùm hæres non ſit, aut ſtipulatio-
ne duntaxat[23],vel etiam pacto nudo,quod hodie ſufficit[24],celebrata eſt,& exceptione re-
uocationis ſubmouebitur,quum poſsit quilibet ſe iure tertij defendere, quod excluſiuum
VII. ipſo iure actoris ſit[25]. Septimus caſus,quid iuris in alia materia ſit, Pone, donaui † fun-
30 dum Titio,vt poſt eius mortem eſſet eccleſię,an potero mutare ſententiã, & Titio pactum
remitrere?& Bart.cõcludit me poſſe,vt ſicut ante euentum diei poſſum impedire,ne ſeruo
pacta libertas detur[26], cui alioquin officium iudicis competiiſſet,ita & hoc caſu actionem
vtilem impedire,quæ aliàs eccleſiæ poſt mortem Titij competiiſſet[27].quæ ſentẽtia certiſsi
ma eſt:cùm de contractu innominato agitur vt quia relatione pacti ad contractum reſul-
tet ea ſpecies,quæ Do vt facias appellatur,in ea enim conſtat locũ eſſe pœnitentiæ, etiam
ſi de impedienda re fauorabili agatur puta libertate[28]. Ego tamen veram eſſe arbitror,e-
tiam ſi contractus innominatus non ſit celebratus,ſed pactum ſtipulatione vallatum:& ita
31 cenſuiſſe Bart.credo,ſemper enim ante†ius facto meo tibi quęſitũ licet mihi ſententiã mu
tare. Vnde ſi tibi abſenti donauero,antèquam acceptes poſſum reuocare[29]:& ſi ante acce-
ptationẽ ſis mortuus,donatio eſt nulla,nec ad hæredes tranſmittitur, quod Caſtr.& Deci.
ex facto reſponderunt[30]: quia contractus antequam per conſenſum vtriuſq; partis abſo-
luti ſint dicuntur facti eſſe,& ad hæredes nõ trãſeũt,& ad libitũ reuocari poſſunt[31],& quo-
u v ties

1 l.iij.ſ.de ſer.export.
2 l.iij.qui ſine manu.l.j.C. ſi manu.fuer.alie.
3 d.l.iij.& l.fi.C.ſi mancip. ita fuer.
4 l.ſi filius.verſic.& ſine.de bon.liber. Bal.l.vnica.C.vt act.ab hæredi.
5 Imol.Areti.Soc.Iaſ.
6 l.ſi pecuniam. de condi. cauſ.da.
7 in l.j.bonæ fidei.C.de pactis.
8 l.quęſitum.de ſer.expor.
9 l.fi.ſ.qui ſine manumiſſ. l.iij.C.ſi manci.ita fue.alie.
10 d.l.iij.
11 l.hæredem.de reg.iur.l. ſed interim.§. ſi vxor. j. de donat.inter vir.&vxor.
12 Paul.& Rom.d.l.ſi pecuniam.Iaſ l.iij.§.j.eod.tit.
13 l.ſi ego. §.j. de iure dot. Bartol. l.ij. §. ſi pecuniam. de donat.
14 l.centeſimis.§.fin.ſ.vbi dixi.
15 l.j. qui ſine manumiſ. j. reſpon.
16 l.ij.ſ.de fideicom. libe.
17 l. poſt legatum. §. pen. de his quib.vt indig.gloſ.l. filiæ.fam. erciſc.
18 d.l.quæſitum.
19 d.l.j.reſponſo ij.
20 d.reſponſi argumento.
21 d.l.j.
22 l.fi.C.de rei vindica.
23 l.ſenatus.in fi.de donat. cau.mort.
24 glo.l.cùm pater.§.Mæuio.de leg.ij.
25 Bar.l.ij.de excep.rei iu.
26 d.l.iij.d.l.fin.
27 l.quoties.C.de donatio. quæ ſub modo.
28 l.Ariſto.de donat.
29 l.abſenti. de donat. vbi Bar.l.ſi pater filio.de manu miſ.vind.c. ſi tibi.de præb. in ſexto.
30 Dec.l. contractus.de regul.iur.
31 l.fina.de lega.l.non ſolũ. §.morte.de ope. noui nunt. vbi dixi.

ties lex concedit abſenti ſtipulationē factā valere,vel abſenti acquiri poſſe,ſemper intelli-
gitur ſi ille acceptauerit,&ideo ante ratihabitionē ius nullū ei quęritur[1],meritò ergo reuo
cari poteſt. niſi tñ ratihabitio ſequatur, iiſce caſibus quibus retro trahi cā receptū ſit quod
infrà videbimus.Quid ergo ſi iam ius abſenti quæſitū ſit?& tunc fatentur Doc.non eſſe li-
citam reuocationē. Vnde ſi iam† cōditio eueniſſet,vt quia Titius eſſet mortuus,quando I.
ego mutaui ſentētiam, fruſtrà mutaſſem, quia ſtatim auctoritate legis tranſlatum in eccle 32
ſiam eſſet dominium[2],quod alio quoque ſimili caſu frequentiſsimè traditum eſt[3]. Idem II.
quoque proditum eſt,ſi tempore donationis aliquis notarius pro eccleſia ſtipulatus eſſet,
facto enim notarij * ius eccleſiæ quęſitum eſt,quod ea inuita auferri illi nequit[4],& quod de 33
notario dicitur,idem & de quocunque alio, cum eccleſiæ poſsit quilibet ſtipulari[5]. For- III.
tius ego ſentio,ſi primus donatarius promiſerit ipſe ſe daturum ſecundo donatario, qua-
liſcūque ſit,ſeu eccleſia,ſeu priuatus,videri hac in re gerere negotiū vtiliter,& ideo quan-
docunque ratum haberi id à ſecundo donatario poſſe[6],trahetúrque retro huiuſmodi rati-
habitio,ac ſi ante reuocationem donatoris facta eſſet[7]: quapropter lex ait, etiam ſi ſecun-
dus donatarius priùs deceſsiſſet,quàm dies veniſſet,ius illud in hæredem tranſmittere[8].vn
de indicatur ab ipſo vſque principio quæſitum fuiſſe illi ius,quod adimi non poſsit: quia vi
detur primus donatarius negotia geſsiſſe,cùm ſe illi reſtituturum promiſit,ſtatímque orta
eſt actio:quia dies eius natiuitatem,(vt ſuprà vidimus) non impedit[9]. Vnde conſequens
eſt,vt ſententia Bart.neceſſariò reſtringatur, quando Titius ipſe nihil nomine eccleſiæ fe-
ciſſet:conſtat enim donationem etiam eccleſiæ factam non tenere, niſi aliquis nomine ec-
cleſiæ eam acceptauerit[10].nec multi ego Bal.nouelli quorundámq; aduocatorum conſul-
tationes facio,qui,non obſtante notarij ſtipulatione,locum eſſe reuocationi crediderunt,
quorum ſententiam Soc.& Iaſ.improbant,plùs tamen, quàm expediat Bar.deciſionem re
ſtringentes,nempe vt eo ſolùm caſu procedat, quo pactum illud ſola cōtractus innomina-
ti ſpecie ſuſtineretur,quam traditionem ſupra non ſum ſequutus. Enimuerò & huc per- IIII.
tinet, quod alibi traditum eſt,ſi quis fundum emphyteuticum, vel fiduciarium ſibi & poſt
mortem ſuam filiis ſuis ſtipuletur,non poſſe mutatione voluntatis deteriorem filiorū con-
ditionem facere[11],quibus cōfeſtim & ipſo iure ex ſtipulatione paterna ius eſt quæſitum[12],
quod ex facto Alex.reſpondit[13]. Illud quoque defendi poteſt, ſi donationi adiecta ſit iu- V.
riſiurandi religio,non permittendam reuocationem,tanquam promiſsio ſit principaliter
facta Deo[14],qui vbique eſt præſens: & ideo ius in conſequentiā ſtatim ſecundo donatario
quæſitum ſit[15].qua tamen in re ampliùs deliberādum eſt[16]. Sed quid ſi Titius conſentire VI.
mutationi nolit,& donatori ipſi eccleſiam malit præferre?& Bar.videtur ſentire ſolius do
natoris voluntatē mutationis ſufficere[17], quod certum eſſe arbitror,vt eccleſia eius pacti
iure excludatur,non tamen ideo videtur ius ad donātem reuerti, ſed potiùs primi donata-
rij eſſe,qui ſi velit poterit ſuo ipſe contractu eccleſiæ dare[18]. Sed tamen ſatiùs eſt ad verba
contractus aduertere, an Titio perpetuū ius ſalua pactione datum ſit,an temporarium[19].
Cui rei conſequens eſt,quod Soc.ait, vt ſi pactio hæc in fauorem primi donatarij reſpi- VII.
ceret, non poſſet eo inuito reuocari[20], quia includitur in prima donatione, quam conſtat
eſſe irreuocabilem[21]. Et generaliter ſemper adtendendum eſt, an ius iam quæſitum do- VIII.
natario ſit, vt tali caſu non habeat locum pœnitentia[22],aliàs vera ſit Bart. opinio. Vnde ſi
lege municipali ſit cautum,vt alteri per alterum poſsit ipſo iure adquiri[23],non eſt dubitan
dum ſupràſcriptæ opinioni nullum eſſe locū:cùm ius abſenti quæſitū proponatur. Qua IX.
ratione & in caſibus quibus iure noſtro abſenti & ignoranti quæritur, non eſſet pœniten-
tiæ locus[24]:ius enim quæſitum auferri donatario nequit. Sed nunquid, ſicut † donatori X.
permittitur reuocatio,ita & hæredi eius?& ſi donatio facta ſit eccleſiæ,vt in quęſtione Bar. 34
fuit,ſatis putarim hæredi hoc indulgendum non eſſe, vt quod fauore dotis lex inducit[25],
quod item fauore libertatis[26],hoc nos ad piam quoque cauſam protrahamus[27].quòd ſi pri
uato alicui facta proponatur,non putarim à regula recedendū[28] vt quod teſtatori licuit,id
hæredi permittatur.quę Bal.Pōtaníq; itémq; Torq.ſentētia fuit,licet alij recētiores cōtrá.

1 l.ea quæ ciuiliter. de acquir.rer.dom.Bart.l.frater à fratre.de cond.indeb.
2 l.fin.C.de ſacroſ. eccl.
3 l.in inſulam.§.ſi.ſol.ma. vbi doct.
4 l.cùm maritus.§.fina.de pac.do. Bal.l.cum à ſocero. C.de iur.dot.
5 l.j.§.j.de iuſtit.& iur.vbi Bald. j. q. lxx. quoties cordis.in glo.
6 l.iij.§.j.iud.ſol.vbi Albe.
7 l.ſi ego.de nego.geſt.vbi Ang.Dec.conſ.lviij.
8 d.l.quoties. in glo.fin.l.ſi fine.§.ſi procuratori.j. rem ratam habe.
9 l.centeſimus. in princip. ſ.eodem.
10 glo. l.illud.C.de ſacroſ. eccleſ.
11 c.j.de ſucceſſ. feu.Bart.l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. de oper.liber.verſicu.ſecundum dubium.
12 l.quodcunque. §.j.ſ.eo. Doct.l. apud Iulianum.§.ſi alicui.de leg.j.
13 in cōſ.ciiij.& ſeq. in iiij.
14 gloſ.d.c.quoties cordis. j.q.vij.
15 Card.clem.j.§.fin.q.iiij. de iure.
16 Aret.conſ.lxxiiij.
17 d.l.iij.
18 arg.d.l.quæſitum.
19 Ariſto.verſ.ſed ſuperiore.de donat. & quod not.in l.iij.de alim.leg.
20 d.l.Ariſto. d.verſi.gloſ. d.l.iij.
21 l.perfectam.C.de dona. Doct.l.fi.ſ.de cond.cau.dat.
22 l.fin.de pact.l.poſt mortem.in fi. de contra tab. l.ſi conſtante.verſic.except.vbi Bal.C.de don.ante nup.
23 Aret.conſ. ccccj.Angel. conſ.lxxiij.
24 l. certi condictio. §. ſi nummos.ſi cert.pet.
26 d.l.Seio.§.j.
26 d.l.iij.
27 l. ſi vnus. C. de teſtam. vbi Iaſ.
28 d.l.hæredem.de reg.in.

SVMMAE.

4 ☞ *Pacta pleraq; ex alterius voluntate pendere.*
8 *Cohæredes duobus menſibus expectandi.*
9 *§.Cohæredes. ſenſus. & 10.*
11 *Cohæredem in emptione pacto præferri.*
12 *Diuiſionis effectus.*
13 *Alienationē, inuito pacto cōtrario, tenere impune.*
14 *Alienationem pacto ex cauſis non vetari.*
15 *Pretium, quanti vendi poteſt, conſtituendum.*
16 *Diuidendæ rei pretia varia.*
17 *Pretium commune ex cauſis ſpectari.*
21 *Denuntiandum ſemel.*
22 *Teſtationis forma. 23. 24.*
25 *Pupilli res iuſſu teſtantis ſine decreto alienabiles.*
27 *Alienare extra familiam vetitus poſt nuntiationem id poteſt.*
28 *Alienationi vetitæ fideicommiſſum ineſſe.*

§.COHAEREDES. Pactum,per quod Titius cohæredi * vendere tenetur, intelli- I
gitur



gitur,dum modò cohæres ipſe velit emere: vnde,eo detrectante,poteſt impune etiam exte
ro vendi.Sed quæ eſt ratio?& ſciendum,verbis pacti ſimpliciter nō prohiberi, quin Titius
2 alienare * poſsit,licet in caſum alienationis præferre cohæredem teneatur,potuítq; ea fuiſ
ſe pacti cauſa, quia fundus ille commodam diuiſionem non caperet, nolléntque cohære-
des exterum quenquā ſe rebus ſuis immiſcere, cum ergo ſimpliciter non ſit Titius aliena-
re prohibitus,euadit pœnam,ſi cohæredibus denuntiat, oſtendátque paratum ſe eos præ-
ferre: videntur enim illi detrectando renūtiare pacto,quod eorum fauorem reſpiciebat[1],
3 & quod tacitam conditionem habebat,ſi ipſi emere voluiſſent: quod enim * fauore cuiuſ-
4 que priuato inducitur,ita demum locum habet, ſi ille velit[2]: vnde pactum † legis commiſſo
riæ intelligitur,ſi venditor voluerit[3],& pactum caducitatis,ſi dominus voluerit[4],& quod-
libet pactum pœnale,ſi ſtipulator malit pœnam eligere,quam ad factum agere[5]: ſic & quo
5 ties præſumptio aliqua * fauorem alicuius reſpicit,ita demū locum habet,ſi eam alleget[6],
quod & ad reſcripta principum producitur,vt ea illis tantūmodo proſint, qui illorum be-
neficio vti velint[7].niſi tamen ad ius publicum pertineant:cùm ergo cohæredes nolint eme
re,debet ſalua eſſe Titio facultas,de re ſua arbitratu ſuo diſponendi,nec cohæredes qui pa
ctum ipſi ex parte ſua emptionem detrectando non exequuntur,quicquam alteri imputa-
re poſſunt:ſicut qui verba,ſeu confeſsionem aduerſarij non acceptat,ex illis iuuare ſe non
6 poteſt[8]. qua ratione & vulgò aiunt confeſsionem * ei non prodeſſe,qui tacitè,vel expreſsè
eam non acceptauerit[9]: cohæredibus ergo nolentibus emere admittentur extranei, qui
non ſimpliciter ab hoc iure excluſi ſunt,ſed poſt cohæredes ſunt: nā & alibi videmus plu-
rimùm intereſſe,an lege municipij excludantur à maſculis fœminæ,& tunc, vt fœmina ex
cludatur,ſatis eſt maſculum extare[10]: an verò maſculi fœminis duntaxat præferantur, &
7 tunc ſecùs ſit[11]. Cùm igitur † cohæredes qui aliàs præferētur,facto ſuo ſint excluſi, nihil im
pedit,quin extraneis alienari abſque pœnæ metu potuerit.Sed quanto tempore expectan
8 dum erit †, an cohæredes velint emere?& Raph. arbitrio iudicis conſtituēdam diem rectè
cenſuit[12],qui ex ſimilitudine emphyteuſeos non debebit minùs duorum menſium tempo-
re conſtituere[13],vt,ſcilicet,ſecūdum iuris regulas de ſimilibus ad ſimilia procedat,qua ra-
tione ſicut lapſa die poteſt dominus nihilominus moram re integra purgare,&in meliora
tionibus emendis prælatione vti[14]:ita & in noſtro caſu etiam poſt præſtitutā diem admit-
tentur cohæredes:dum tamen adhuc Titius extraneo non vendiderit[15], ſicque res adhuc
9 ſit integra.Sed an ipſo quoque iure tutus à pœna is ſit,qui denuntiauit? & † non videretur:
quia lex duntaxat ait obſtituram doli exceptionem,ídque Accurſ.ſentit:ſed cæteri contrá.
Cùm enim per cohęredem ſtet,quominùs emat,ſibi imputare debet[16]:nā Titius in pœnam
incidere non debet,niſi ſi moram fecerit[17],quę proculdubio facta non eſt:verba ergo legis
noſtræ de intentionis ſolius,nudíque facti exceptione intelligentur[18]. Sed hanc interpre-
tationem Aret.aliíq; recentiores à proprietate abeſſe fatentur,in cóque ipſi laborant,quē-
admodum propriè verba legis accipiant.Sed tamen,quod dicitur,procul à ſcopo.Ego Ac
10 curſ.† ſequor,quia verba ſtipulationis pœnalis manifeſtè contra Titium concepta ſunt,&
conditio,*Si cohæredes emere voluerint*.ſolùm tacitè ineſt ex diſpoſitione legis, actúmque con-
ditionalem non facit[19],meritò ergo ipſo iure pœna committitur,licet ex ęquitate propter
tacitam illam conditionem obſtet doli exceptio.nec quicquam facit quod mora imputari
huic venditori nequeat[20],quia non incurritur pœna hoc caſu ob moram. Sed vt rectè Iaſ.
& Soc.aiunt,ob id quia aduerſus ſtipulationem factum ſit,id eſt extraneo venditum,tam-
etſi ſcrupuloſiora hæc ſint, quàm vtiliora[21].
SVB HOC PACTO. Pactum ergo, quo in caſum alienationis cohæ-
11 res † præferri in emptione debet, valet (vt hîc dicitur) quod generaliter verum eſſe Do-
ctores exiſtimant in quocunque pacto, quo quis alteri non alienare promittit: valet enim
& in id quod paciſcentis intereſt agetur[22], vel ad pœnā ſi pœna ſit ſubiecta, prout in caſu
propoſito fuit, túncque non quærimus an interſit[23]. Nec refert (inquit Alberic.) pactum
id ſtipulatione vallatum ſit, an ſimpliciter in contractu diuiſionis ſit adpoſitum. cùm e-
12 nim † diuiſio vicem emptionis obtineat[24]:itémque permutationis[25],vel cohærentia con-
tractus vel rei traditione veſtietur, & actionem pariet[26]: quod de eo, quod intereſt acci-
I. piendum, pœnale enim pactum non veſtitur,quia legem contractui non dat[27]. Quid ſi
13 paciſcentis † non intereſt? & non eſt dubium iure alienationem fieri,nullámque actionem
II. eſſe[28]. Quid ſi interſit quidem,ſed velit dominus alienare,an omnimodo tali pacto impe
dietur,quominùs quis[29] rem ſuā ſuo arbitratu diſtrahat? & non videtur id æquum. Et ideo
cenſuit Dinus argumento huius legis liberari dominum, ne in id, quod intereſt, conue-
niatur,ſi obtulerit ſe aduerſario venditurum, vel rem quam aduerſarius communem ha-
bet empturum. Finge, inter cohæredes familiam herciſcentes conuentum eſt, ne extra
familiam alienare liceat,nō ſuſtinetur id pactum niſi quia eorum interſit communionem
cum alio fortè rixoſo non habere.Si igitur offeram me vel empturum cohæredis rem vel
illi

1 l.pe.C.de pact. Dec.conſ. xij.Caſtr.ccxcv.in ij.
2 l. ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus. vbi Raph. de donat. inter vir.
3 l.ij.de lege commiſ.Bal. l.fi.in fi.C.de reuoc.donat.
4 l.j. ſi ad vend. vbi Barto. Iaſ.l.ij.C.de contra tab.
5 l.ſi quis à ſocio. pro ſoc. & l.cum duobus.§.idem reſpond.eod.tit.
6 l.ſi adult.§.idem Pollioni.de adul.vbi Bar.
7 l.vniuerſa. C. de precib. Imp.offer.c.quidam.de renunt.
8 l.ſuus hæres.C.de repud. hæred.vbi Mod.
9 Cur.conſ.lxxvij.
10 l.filiusfam.§.cum quis. de leg.j.
11 l.ij.§.ſi ſint. ad Tertylli. Comenſis d.§.cū quis.in fi.
12 l.j. in fi.de iure delib. c. de cauſis.de offi.deleg.
13 l.fi.C.de iur.emphyt.
14 Io. Andr.in Spec. §.nūc aliqua. ver.cj.l. ſicut.§.ſi voluntate.quib.mod.pig.
15 arg.§.Seia cauit.l.mancipia.de opt.lega.
16 l.Celſus.de arbitr.§.fi.
17 Bart. l.ita ſtipulatus,q. vj.ſ.eod.
18 gl.l.ij.de excep.l.qui ſe. de cond. cauſ.da.
19 l.fi.C.de iur.emphy.iūcta d.l.j.ſi ag.vect.
20 d.l.Celſus.§.fin. Bart.d. quæſt.vj.
21 l.nihil intereſt.de regu. iuris.
22 l.qui fundum.de contr. emp.l.ſi ſterilis. §.ſi tibi.de actio.emp.
23 l.ſtip.§.alteri.ſ.eod.
24 l.j.C.commu.vt iud.
25 l.ſi familiæ.C.famil.erciſcun.vbi gloſ.
26 l.in bo.fid.C.de pact.
27 l. ſeruus ea lege. ſ. de ſer.export.
28 l.nemo.ſ.de pac.not.l.j. §.ſi quis.de aqua quoti.
29 arg.d.l. nemo.& l.in re mandata.C.mand.

illi meam venditurum, æquum eſt, non impediri me quominus eo detrectante rem meam
alienem[1]. quæ ſententia hoc in caſu probabilis eſt, licet doctores Dini exemplũ in vltimis III.
voluntatibus intelligentes, ab eo recedant, qua de re infra. Illud quoque† probabile eſt, 14
non valere id pactum non alienandi, ſi in perpetuum factum ſit, ſicut nec prohibitio diui- IIII.
ſionis tali caſu valet[2]. Sed et ſi promiſerit creditor ſe iure ſuo nõ vſurum & pignus non
venditurum, concedit tamen lex vt poſt tres denuntiationes poſsit vendere[3], pactique tali
caſu executionem negligit, cuius rei ratio non ſat expedita eſt. Illud expeditiſsimum, V.
rem ipſam tali pacto nõ alligari: quin, eo non obſtante, dominiũ alienatione traſferri poſ-
ſit[4]. translatio enim dominij ſecundum regulas Iuriſgẽtium, alienationẽ: & traditionem
ſequutã, fit: ex pacto verò ſolùm in id, quod intereſt, in perſonam agitur, vt ſuprà dixi. Sed
quid ſi eam rem quis ſpecialiter in huius promiſsionis executionem obligauerit? & tũc im
pediri dominij quoq; translationem ex Marcelli reſponſo receptum eſt[5]. intereſt enim pa
ciſcentis, ne res ſibi hypothecæ iure obnoxia in alterius manum trãſeat, tum ob excuſsio-
nis beneficium quod tertius poſſeſſor habet[6], tum quia difficilis aliàs eſt eius, quod intereſt
probatio[7]: & ideo legis lator cenſuit dominiũ nõ transferri, ſicut nec rei litigioſæ trãsfer-
tur[8]: quæ ſententia rationibus iuris magis quoque cõſentanea eſſet, ſi iure pignoris ſe poſ-
ſidere creditor affirmaret[9], tanquam eo pacto actum videretur, vt ita poſsideret ſolus cre
ditor[10], nec traditio poſſeſsionis vlla cuiquam fieri à domino poſſet. Sunt etiam & alij ca
ſus, quibus dominij translatio tali pacto impeditur alibi à nobis relati[11].

VENDERET CXXV. Cùm hîc certum pretium expreſſum eſſet, nullus relin-
quitur dubitationi locus. quid ergo, ſi expreſſum non eſſet? an cohæres id† tenebitur præ- 15
ſtare, quod communi æſtimatione res valet, an verò quantum maximum pretium ab alio
reperitur? Et doctores aiunt id præſtandum, quod ab alio reperitur, qui fortè ob aliquam
affectionem licitando incaleſcit: res enim tanti valet, quanti vendi poteſt[12], quod Ioan.
Andr. Bald. & non pauci alij tradiderunt. Vnde cùm lege municipij in venditione fundi
communis præferendus eſſet conſors, reſpondit Bal. ita demum præferri ſi tantum offerat
quãtum ab alio inueniatur[13]: non enim voluit legiſlator id prælationis beneficium in ven
ditoris damnum conſorti concedere[14], vt quidquam remittat, quod ab alio conſequi poſ-
ſit, quod & tunc reſponſum fuit, cum agnatus clientelaris fiduciæ pretium emptori offer-
ret, vt ipſe præferretur[15]. vnde & lex tantum quemque pecuniæ relinquere ait, quantum
ex bonis eius refici poteſt[16]. dicitúrque id iuſtum pretium quod quis licitando cõſequi po-
teſt[17], vt Idem Bald. tradidit, nam & lex in diuiſionibus † rem iuſto pretio æſtimari iubet, 16
& tamen in iis locus eſt[18], quandoque licitationi, quæ ſententia certiùs etiam procederet:
cùm verba legis clara eſſent. vt quia rem licitatione dari, vel ſecundum augmentum præ-
ſtari dicerent[19], ſed tamen hæc perpetua non ſunt, & ex ſubiecta materia quandoque fit
alia interpretatio. Veluti cùm † agitur de contractu ob læſionem reſcindendo, is enim I.
lædi dicitur, & decipi, qui à communi æſtimatione recedit, non qui particularem non ſe- 17
quitur affectum[20]. Sed & cùm rem reſpectu eius à quo acquiſita eſt æſtimamus, ex com II.
muni pretio fit indicatura, vt tantùm cenſeatur acquiſiuiſſe[21]. non enim cuiuſquàm affe-
ctio eſt tunc perpendenda, cùm rem ille venalem non habeat. Idémque dicendum, cùm III.
tutor fideiuſſorem, rem pupilli ſaluam fore dat, vel magiſtratus accipit, ſatis eſt ſecun-
dum commune pretium locupletem eſſe adpromiſſorem, cùm non id agatur, vt res pupil
li venum eant[22]. Milites quoque, quibus minori pretio iure, quod ſtellaturam vocant, IIII.
prouinciales annonam vendere tenentur, omiſſas ſpecies ſecundum forum venalium re-
rum æſtimant, non autem quanti, cariſsimo potuerunt: nec enim ideo militibus dantur,
vt de eis negotiẽtur, ſed vt inde ſe tolerent[23]. Illud quoque crediderim, quoties lex com- V.
petenti * pretio aliquid dari iubet, de communi æſtimatione intelligendum[24]. Cæte- 18
rùm & quoties de pretio quod licitatione augetur, lex loquitur, nunquam tamen de eo in- VI.
telligit, quod fraude ſit adiectum, vt cùm quis per ſuppoſitam perſonam contrà licitatur[25],
ſimulata enim hæc pretij oblatio prodeſſe nemini debet[26], quod Iaſon hîc eleganter do-
cet. Sed quid ſi in licitatione minimum pretium offeratur: quia contrà licere nemo au- VII.
ſit? vt cùm ciuis aliquis tyrannidem exercet, & publica vectigalia minimò conducta ha-
bet: quia ei contradicere nullus audeat? qualis in Heduis Dumnorix vt apud Cæſarem
traditum eſt, & conſtat, nec id pretium adtendi[27], ſed ad communem potius æſtimatio-
nem. Sed quid, ſi lex municipij volenti lautè ædificare cogat vicinum ad vendendum VIII.
pro iuſto pretio, eiúſque præterea quarta parte? & cum inciuilis duráque ſit hæc lex[28], vi-
detur interpretationem aduerſus ædificatorem faciendam, vt iuſtum pretium ſit quod ab
alio offertur, etiam ſi communem æſtimationem excedat[29]: alij tamen contrà: ne adda-
tur * afflictio[30] afflicto, cum ſatis ſit ſupra communem æſtimationem quadrantem extor- 19
queri quæ ſententia ei diſtinctioni conuenit, quam hîc Alex. & Iaſon ſequuntur.

TVTORES SAEPIVS TESTATO CONVENERIT. Sed cùm
vnica

1 Argum. l.iiij. de pig.act.
2 d.§.ſi conueniat. Alexã. l.ſi non ſortem.§.ſi centum. de cond.indeb.
3 d.l.iiij. de pig.act.dixi.l. pen.C.de pact.
4 l.ea lege. C. de condi.ob cauſ.l.ſi ita qs.§.ea lege.j.e.
5 l.ſi creditor. §.fi.de diſtr. pig.Alex.l.ſi filio. §.fi.ſolu. mat.
6 auth.hoc ſi debitor.C.de pig.
7 l.fi.de præt.ſtip.
8 l.fin.C.de litig.
9 Bar.l.qui fundum.loca.
10 l.j.§.per ſeruum.de acquir.poſs.l. cum res.C. de probat.
11 l.filiusfam.§.diui.q.xij. de leg.j.
12 l.ſi ſeruus.de condi.fur. l.iij.in fi.de in diem adie.
13 arg.l.fi.C.de iu.emphy.
14 l.impuberi.de adm.tut.
15 c.j.§.ſed & res.per quos fiat inueſtitu.
16 l.propemodum.de ver. ſignifi.
17 authen.hoc ius.C.de ſacroſan.eccl.l.fin.§.fin.C.de adm.tuto.
18 l.item.in fi.com.diuid.
19 d.l.ad officium.C.com. diuid.l.pen.& fin.C.de loc. præd.lib.xj.
20 gloſſ.l.ij.C. de reſcind. vendit.
21 l.pretia rerum. ad l.fal.
22 l.fi.C.de mag.conuen.l. fi.§.pen.C.de adm.tut.
23 l.ſeptem.C.de erog.milit.annon.lib.xij.
24 l.fi.in fi.C.de metal.libro xj.
* 
25 l.fi.C.de iur.emph.ver. re vera.
26 l.eum, qui.§.cùm igitur.de in diem adiect.
27 l.ſi pater.§.de pact.dot, vbi Barto.
28 l.nec emere.C.de iure deliber.
29 Io.Andr.in Spec.de emptio.§.nunc dicendum.ver. ſed pone ſtatutum.
30 gl.l.diuus.de offi.præſi.



vnica interpellatio ſufficiat[1], (quod infrà videbimus) cur opus fuit ſæpius, id eſt, ter & cò
plus[2] denuntiare? & Barto. quem cæteri ſequuntur, iterationem hanc minimè neceſſariam
20 fuiſſe * arbitratus eſt, ſed ita contigiſſe ait. Clarum autem eſt ab huiuſmodi facti narratio-
nibus neceſſariũ non ſummi argumentum[3]. Sed Socinus non temere ſæpius teſtationem
factã hîc dici argutè diſputat, cum Scæuola manifeſte dicat ſe ſecundum ea, quæ propone
rentur reſpondere. Vnde exemplo Bar. diſtinguit ipſe[4], an debitoris proteſtatio damnum
eius, cui fit, reſpiciat, veluti vt creditor in mora conſtituatur, vt de interitu teneatur, & tũc
vna interpellatio ſufficiat[5], an verò vt denuntians ſe liberet, ſicut in lege noſtra ab obliga-
21 tione pœnali: & oportet ſępius interpellari ſtipulatorem[6]. Sed hanc diſtinctionẽ† ego non
probo: cùm ſufficiat emphyteutæ vna denuntiatio vt euitet pœnam[7]: & licet mandato le-
gis hic teneatur, non tamen temere conſtituenda eſt inter illum legis, conuentionémque
partium differentia[8], maximè cùm idem quoque in pacto legis commiſſoriæ videamus, vt
euitandæ pœnæ vna ſufficiat proteſtatio[9]. Adde, quod faciliùs quis excuſare ſe à pœna de-
bet, quàm aliũ in damnum trahere[10], vt ratione quoque careat talis diſtinctio. Conſultius
ergo eſt, vt cõmunem interpretationem ſequamur: nec tamen inutilis eſt hæc proteſtatio-
nis iteratio: maiorẽ enim deliberationem affectúmq; arguit[11]. Sed qualiter facta teſtatio-
22 nem hîc dicamus? & videretur† teſtationem proprie eſſe, quæ per ſcripturam fit: quoniam
in eo rogandi ſunt teſtes[12], quod Bar. tradit: vnde maximè id nomen habet, quæ fit in iudi-
cio[13]: tametſi etiam extraiudicialiter fieri poſsit, quod hic cenſuit Accurſius[14]. nos alibi ad-
23 tigimus. Sed quid continuit hæc teſtatio? & hîc dicitur†, vt ſecundũ cõuentionem cohęres,
aut emeret, aut venderet: quæ forma ſatis dubitabilis eſt. cùm enim in themate nihil appa-
reat actum, vt cohæres ipſe venderet, non videtur debuiſſe teſtationem diſiunctim conci-
pi, ſed purè vt emeret duntaxat, ídque Paul. Raph. Iaſónque fatentur. Idcirco aiunt vendi-
tionis mentionem ex abundanti factam, quæ ſententia mihi videtur probabilis: cùm enim
ideo fundus remanſiſſet indiuiſus, quia commodam diuiſionem non recipiebat, & prohi-
bitio alienationis facta eſſet, ne cohæres cogeretur habere ſocium, quem nollet, voluit de-
nuntiator humanius agere, & obtulit ſe empturum, ne initi rationi pactionis aduerſarius
poſſet. quod ergo dicitur ſecundum conuentionem deſideratum, reſpectu venditionis taci
ta eſt conuentio, quæ ex ratione pacti colligitur, alij tamen aliter. & expreſsim quoque de
venditione conuentũ interpretantur. vnde cum conuentio alternatiua eſſet, debuiſſe quo-
24 que teſtationem† alternatim fieri cẽſuerunt: alias enim non valeret[15]: qui ſenſus receptior
eſt: licet themati non ſat quadret. Sed cur teſtatio hæc tutoribus facta eſt, & non pupillo[16]?
& conſtat regulariter tutori ipſi, non autem pupillo denuntiandum eſſe: quod ſupra vidi-
mus[17], quod maximè in caſu noſtro locum habet, non enim poſſet pupillus vendendi licen
tiam concedere[18], tutor verò ipſe poſſet. Addit Bar. etiam ſine decreto licere tutori hoc ca
25 ſu vendere partem pupilli propter teſtatoris conuentionem, qua† promiſerat, vel ipſe alie-
nam emere vel ſuam vendere[19]. Vnde adnotant recentiores conuentionem hanc teſtato-
ris generalem, vel alternatiuam ſufficere, vt pupilli abſque decreto vendere poſsint, quod
& non abſimili in caſu ex facto Alex. reſpondit[20], quicquid hîc Raph. Socinúſque commi-
niſcantur: oratio enim diui Seueri ad alienationẽ non trahitur, quæ ex neceſsitate, etiam
ſi cauſatiua tantùm, fiat[21], debuit enim tutor defuncti voluntatem exequi, qui noluit eum
fundum ſibi cum extraneo communem eſſe: vnde vel ipſum oportuit partem cohæredis
emere, vel ſuam vendere.

I. EXCEPTIONEM. Adnotauit huius legis argumento Dinus, ſi quis extra † fa-
26 miliã alienare prohibeatur, poſſe tamen extraneo vendere, illis, qui in familia ſunt inter-
pellatis, & emere detrectantibus, nec in pœnam aliquam condemnari poterit. quæ ſenten
tia, & vera & communiter approbata eſt, quoties per contractum huiuſmodi prohibitio
II. facta eſt. Sed quid † ſi teſtamento, ſeu vltima voluntate? & Bartolus idem eſſe cenſuit,
27 quæ ſententia certiſsima eſt, cùm adiecit teſtator clauſulam, vt ſi alienare is, qui graua-
tus eſt vellet, in familia alienaret[22]: apparet enim tunc non ſimpliciter alienare vetitum
illum eſſe, ſed extraneis familiam præferri[23]. quod arbitror adeò verum eſſe, vt etiam ſi
verba aliàs fideicommiſſum ſimplex inducerent, nihilominùs tali clauſula videatur te-
ſtator illud limitaſſe: niſi requiſiti familiares detrectarent emere: quod Bartolus ſenſit: li-
III. cet Decius aliter ex facto reſponderit[24]. Maior ergo eſt dubitatio, quando illa clauſu-
la adiecta non eſt, & idem eſſe Bartolus nihilominùs cenſuit, fieríque poſſe alienationem
interpellatis, detrectantibúſque familiaribus exiſtimauit, quem Imola, Aretinúſque ſunt
ſequuti, quæ ſententia poteſt tali ratione defendi, illa enim teſtatoris verba, *Prohibeo extra
familiam alienari.* nudum præceptum non continent, ſed fauore familiæ fideicommiſſum
inducunt in caſum alienationis duntaxat[25]. quod hîc Alexander diſputat, quo caſu po-
teſt eligere hæres cui det, & quemlibet ex familia etiam remotiorem proximiori præfer-
re[26]: vnde apparet ius nemini quamuis proximiori interim quæſitum eſſe. Rurſus poteſt
alienare

1 j.ea.leg.§.Scia.l.Titio Scio.§.vſuras.de leg.ij.
2 l.ſeruos.C.ad l.Iul.de vi. l.fi.cum rub.C.ſi ſæp.in integr.
3 gl.l.vnica.C.quand.non pet.
4 arg.Bart.§.morte.
5 gl.l.mora.de vſur.
6 arg.j.de lib.dimiſ.
7 l.fi.C.de iur.emphy.
8 l.inſulam.l.quidam.cùm filium.j.eod.l.non impoſsibile.de pact.
9 l.fi.de lege commiſ.
10 l.non eſt nouum.C.de edendo.
11 c.quidã.extra.de renun.
12 Bar.d.§.morte.& tex.in auth.rogati.C.de teſtib.
13 ſ.ea.l.in prin.& l fin.de leg.commiſ.
14 l.fi.pro derel.dixi.l.de teſtatio.de verb.fig.
15 argu.l.vbi autem.§.qui illud.ſ.eod.
16 l.ſi dictum.§.fi.de euic.
17 l.ſed ſi ex ſtipulatu.ſ.e.
18 l.ſi cui.§.ſex menſium. vt in poſ.leg.
19 l.j.l.iiij.C.quando decr.opus.l.fi.de reb.eor.
20 Alex.conſ.lxij.in ij.
21 l.iii.§.item quæri.de rebus eor.
22 l.codicillis.§.inſtituto: vbi Bar.de leg.ij.
23 l.fin.C.de iure emphyt. Paul.l.quoties.ſ.C.de fidei commiſ.Socin.ij.concl.hic.
24 Dec.conſ.xxxviij.
25 l.pater.§.duobus.de legatis iij.d.l quoties.C.de fideicom.vbi Cin.Bar.Sali.
26 l.vnum.§.quod ſi talia.de leg.ij.

alienare ex cauſa neceſſaria, nec incidit in pœnam priuationis, vt locum familiæ faciat[1],
quia non dicitur contemnere præceptum teſtatoris, qui neceſſariò alienauit, ſicut nec
qui extraneum hæredem abinteſtato reliquit[2]: vnde conſequens eſt, vt, facta denuntia-
tione, ſuſtineri debeat alienatio, tanquam nec tunc contemnere iuſſum dicatur: hánc
que ſententiam & ego ſequor, ſi ex cauſa neceſſaria fieri hanc alienationem conſtet, aliàs
verò probabilior eſt Raphaëlis, Ananiæ[3], Caſtren. Alex. Torquati, Iaſonis. cęterorúmque
recentiorum opinio, qui, cùm verba hæc fideicōmiſſum inducant, vt ſuprà concluſum eſt,
non excludi à iure ſuo familiares, tali denuntiatione exiſtimant: tenetur enim grauatus eli
gere ex familia cui relinquet, íſque non ab eo, ſed à primo teſtatore rem habuiſſe cenſebi-
tur[4]: quòd ſi nō eligat proximiores ex familia gradatim vocabuntur[5]. cùm ergo iure fidei-
commiſsi in caſum alienationis rem habere poſsint, denuntianti grauato reſpondebunt,
*Cur ego emam, quod abſque pretio iure fideicommiſsi ob indeuotionem tuam ſum habiturus?* veriórque &
receptior hæc eſt ſententia: tametſi Socinus contrariam diſputando adſerat. Sed quid, IIII.
ſi teſtator ſic concepit verba, *Prohibeo alienationem fundi, vt in familia relinquatur?* & puto idem
quod in ſuperiori caſu eſſe: iis enim † verbis nō fideicommiſſum ſimplex poſt mortem, ſed 28
in caſum alienationis duntaxat inducitur[6], nihílque hæc conceptio verborum à ſuperio-
re differt: cùm dixit, *Veto extra familiam alienari*, vnde videmus tali conceptione ius familiæ
gradatim non competere, ſed in poteſtate grauati eſſe cui det[7]: quicquid hac in re Aretin.
hîc aduerſus expreſſa legum verba comminiſcatur. Sed quid rurſus ſi dictum ſit, *Veto* V.
*nepoti meo & eius ſucceſſoribus, ne alienent ſuburbanum: quia volo illud perpetuare in familia mea, & nun
quam exire de nomine meo.* & conſtat idem quod ſuprà ſuperiori caſu eſſe, quia quicquid Soci
nus, & alij recentiores hactenus reſpōderint[8], nouella Iuſtiniani expreſsè oſtenditur, non
ſimplex fideicōmiſſum, ſed in caſum alienationis, ſicut & ſuperiora duntaxat eſſe[9], ideóq;
hac verborum conceptione nō impediri extraneum hæredem, quin inteſtato nepoti ſucce
dere poſsit[10]: nec prohibitionē hanc vltra quartū gradum extendi, quę omnia aliter obſer
uarentur ſi fideicommiſſum ſimplex poſt mortem eſſet. Quid ergo ſi ſic concepta ſint, VI.
*Veto fundum extra familiam alienari, vt in familia remaneat?* & Bar. hîc videtur ſenſiſſe fideicom-
miſſum eſſe ſimplex poſt mortē, & ideo indiſtinctè nihil prodeſſe interpellationē[11], quod
hic Soc. ſequitur, vt illa verba, *Extra familiam.* aliquid operētur[12], quæ aliàs ſuperflua eſſent,
cùm etiam abſque illis præceptum teſtatoris nudum dici nō poſſet, ſed hæc ratio argutior
eſt, quàm vt ab ea induci ſimplex fideicommiſſum ego ſentiam, cùm lōge vberiora eſſent
in nouella Iuſtin. verba, quæ tamen id non potuerunt. Sed hæc ego alibi diffuſiùs[13]. Nec ſa-
tis apparet, an Bar. id ſentiat, de cuius verbis ego ſolicitus non ſum, quum quomodocunq;
declaretur in altero diſtinctionis ſuæ caſu neceſſariò malè loquatur. Sed an ſaltem hoc VII.
operetur denuntiatio, vt, viuente grauato, reuocari interim res alienata nequeat? & Caſt.
cenſuit hoc operari[14]. Ego propter indeuotionem alienantis * ſtatim reuocari cum Ale- 29
xandro cæteríſq; ſentio[15], niſi ex cauſa neceſſaria facta proponatur, puta ob æs alienum[16],
& ſi qua ſimilia[17].

1 l.peto.§.prædium. de legat.ij.
2 l.cū pater.§.cùm inter. eod.tit.
3 Ana.conſ.xlvij.Paul.Caſtren.d.l.quoties.
4 d.l.vnum.§.quòd ſi talia.
5 l.ſi.C.de verb.ſign.l.cum ita.§.fina.de leg.ij.
6 l.peto.§.fratre. de leg.ij.
7 l.pater filium.ad l.Falci.
8 Soci.conſi.lvij.& conſ.xliij.Dec.conſ.xxiij.clxxxij.
9 in auth.de reſt. fid.§.nūc igitur.
10 d.l.cùm pater.§.cum inter.
11 auth.res quæ.C.communia de lega.
12 l.ſi quando.de leg.j.
13 l.filiusfam.§.diui.de legatis j.
14 l.ſi.§.ſinautem ſub conditione.C.com.de leg.
15 d.l.peto.§.fratre.
16 d.§.prædium.
17 dicto §.quod ſi talia. vbi Bartol.

S V M M AE.

3 ☞ *Conſtitiſſet ex re præteritum futurúmque eſt. 7.*
4 *Conſtat, conuentionalis probationis nota.*
5 *Conſtat, viuo ſtipulante, accipi.*
6 *Conditionis impletio intranſmiſſibilis.*

§. AVGERIVS.* Qui promittit * quicquid Titiū debere cōſtitiſſet, cenſetur id pro- 1
miſiſſe, quod, viuente ipſo Titio, conſtabit: vnde eius morte deficit conditio. Sed quænam
eſt ratio? videtur enim id Iuriſcōſulti reſponſum ſatis à ratione naturali abhorrere: nec fa-
cilè ſani iudicij viris poſſe perſuaderi id actum inter partes eſſe. Vnde magna altercatio in
eius interpretatione inter profeſſores fuit. Aliqui veteres ante Accur. non extitiſſe con- I.
ditionem aiunt: quia eius verba præteritū reſpiciunt: quod eſt falſum: cùm verbum, *Conſti-
tiſſet.* licet ſit pręteritum pluſquam perfectum ſubiunctiui[18], tamen tractum in futurum ha-
bet[19], ídque maximè, cùm aliàs ex præteriti temporis ſenſu actus infirmaretur: conditio e-
nim * præteritum reſpiciens ſi eſt nulla, actum reddit nullum[20], vnde fruſtra diſputaretur 2
de eius euentu, nihílque referret, quod, patre mortuo, cum cohęrede conſtitiſſet. Iaſon II.
ideo non committi ſtipulationem ait, quia non cum Augerio, ſed cum hærede conſtiterat:
vnde res inter alios acta aliis non præiudicat, quæ ratio ſatis aliena à verbis legis noſtræ
eſt: nam, ea admiſſa, fruſtrà dictum de patris morte eſſet: cùm nec ſententia in patrem la-
ta debuiſſet filio nocere[21], adde quòd & ſat vera non eſt, cùm enim de conditionis imple-
mento tractetur, confeſtim cùm inter hæredem & creditorem conſtat, dicitur impleta con
ditio, etiam ſi Augerius citatus tunc non ſit[22], ſatíſque eſt ſi deinde citetur, cùm proba-
bit creditor adimpletam fuiſſe conditionem[23]. non enim de effectu facti quæritur. Sed v-
trùm factum ſit, id eſt, conditio euenerit. Alij ergo aliter, vt ſtella Aurelianenſis, qui III.
dat

* Agerius P.Flo.
18 gl.l.ij.§.ſi lib.ingen.
19 l.ſi debitor.§.veriſimile.de contrah.emp.
20 l.conditio.§.eod.l.cùm tale.§.falſam. de condit. & demonſtr.
21 l.patris.C.ne filius pro patre.
22 l.Papinianus.§.ex cauſa.de min. Bar.l.ii.C.de ed.
23 Bal.l.j.C.de ſiſ.con.deb. libro x.



dat manus ſupràſcriptæ rationi, & fatetur, re ad liquidum cum hærede patris redacta, con
ueniri Augerium poſſe, & ideo locutum conditionaliter Scæuolam, ſi conditio non exti-
tiſſet: quia tempore, quo à cliente conſultus fuit, nondum factæ erant probationes, ſed
certè ridiculus fuiſſet Scæuola tali reſponſo[1], quod non abſimile illius Diodori eſſet
IIII. ψῆφον ἀξιοτέρυν εἶγε δίκαια λέγοις. in quem facetè luſit Græcus poëta, vt alibi retuli[2]. Erunt
& quibus placebit, vt non de ſorte ſed eius acceſsionibus intelligatur id reſponſum ver-
báque illa, *Si conditio non extitiſſet.* exponantur quatenus non extitiſſet, quod thema diſpu-
tabile quidem eſt, ſed alienum à Iuriſconſulti ſenſu. qua de re diſpunctionum libro primo,
V. ca.xiij.latiùs. Satiùs ergo eſt receptiorem intellectum amplecti, eámque interpretatio-
ne moderari, ne abſurdus videatur, & ſciendum in primis ſemper id adtendendū, vt à ver-
bis non diſcedamus quatenus tamen mens eis ſubſeruiat[3]: diſputemus primùm de verbis,
deinde de mente contrahentium: & verba per præteritum pluſquam perfectum ſubiuncti-
3 ui † concepta ſunt, *Promiſit quicquid conſtitiſſet patrem debere.* quod futurum exactum gramma
tici appellant, quia ex præterito & futuro conſtat[4], vnde ad vitam patris promiſsio reſtrin
gitur, vt, eo mortuo, ſeruet naturam præteriti, eo verò viuente, naturam futuri: non enim
planè futurum ſignificat[5], ſicut nec ſimpliciter præteritum cuius rei plurima ſuperiùs exē-
pla retulimus[6]. Suadet hanc interpretationem, & infinitum, *Debere.* quod pręſentis tempo
ris eſt, patre enim mortuo, non eſt verū debere, ſed potiùs debuiſſe[7], confirmatur & ex ver
4 bi conſtare proprietate: conſtat enim † inter patrem, & eius creditorem, quod collatis ra-
tionibus, factíſque calculis conuenit, ſeu concorditer apparet, licet metaphoricôs latiùs
quandoque id verbum accipiatur, nempe quod quomodocunque probatum quocūque le
5 gitimo modo ſit[8]. Videamus nunc de mente. Et aiunt mentem ex eo depræhendi, † quod
veriſimile ſit id egiſſe Augerium, vt, omnino viuente patre, res conſtaret, qui negotij illius
magis inſtructus erat, & rectiùs computare, calculúmque ducere poterat, quàm hæres, qui
probabilem ex ignorantia excuſationem habet[9], qua ratione inquit Iaſ. etiam ſtipulatio,
*Iudicatum à Sempronio ſolui.* non extenditur, vt id ſoluatur, quod iudex Sempronio ſubrogatus
conſtituerit[10], quod & in arbitro receptum eſt[11]. Addit Bart. & illam rationem, quod cùm
6 hîc tractetur de conditionis implemento, facultas eam † implendi ad hæredem non tran-
ſit, quæ ſententia in caſu noſtro vera eſt, cùm hæc conditio ex mente contrahentium per-
ſonæ cohæreat, aliàs enim huiuſmodi facultas etiam contra hæredē locum haberet, quod
alibi declaraui[12]. Addo illud & ego, quod cùm Augerius facto alieno teneatur, mitiùs cum
eo agi debuit[13], & in dubio abſolui: cùm ſalua ſint creditoris aduerſus hæredē iura[14]. Hínc
que apparet legi noſtræ locum non futurum, ſi per ſimplex futurum promiſiſſet Augerius
quicquid patrem debere conſtabit: tunc enim videtur ſatis eſſe, ſi vel cum hærede conſtet,
licet Paul. Caſtr. hîc aliter ſentiat, cuius ſententia defendi poſſet, ſi dictum eſſet, *Quicquid cō
ſtiterit ſeu apparuerit.* hoc enim retro ad pręteritum ſe flectit, tametſi in hoc Iaſ. diſſentiat. Sed
hæc alibi quoque declarauimus. Sed quid iuris in verbis ſententiæ? veluti ſi iudex conde-
mnauerit Titium ad ſoluendū quicquid actori debere eum conſtitiſſet? & videretur idem
eſſe propter vim verborū, Doct. tamen diſtinguunt, vt ſi ex actis iam apparet quid & quan
7 tùm debeatur, valeat ſententia, & ad illa acta fiat relatio[15], vt † verbum, *Conſtitiſſet.* præteri
ti temporis naturam ſeruet[16], quòd ſi ex actis id non appareat, ſententia regulariter ſit nul
la, tanquam talis ſententia non ſolùm aduerſus litigatoris iura lata ſit, ſed etiam aduerſus
conſtitutiones, quæ vetant ſententiam incertam ſub conditione in futurum adimplenda
ferri[17], niſi tamen incontinenti poſt ſententiam ad liquidum deduci poſsit[18], putà conde-
mno quanti conſtiterit per iuramentum[19], vel niſi de probatione alicuius acceſsionis aga
tur[20], quod ſuprà adtigi. Fuêre tamen, qui generaliter valere talem ſententiam exiſtima-
rent, vt Ange. & Alexan.[21] hic, vt non pauci alij. Sed frequentiùs in aliam partem itum eſt.

1 l.pe.l.ſi.C. de ſent. quæ ſine cer.
2 l.partum.de verbo. ſign.
3 l.non aliter.de leg.j.
4 d.§.veriſimile. l.v.de tritic.vin.
5 l.ſcribit.§.idem. de auro & argen.leg.
6 l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.§.eod.
7 arg.l.verbum erit.in fin. de verb.ſignificat.
8 c.j.de reſt.in integ.
9 l.fin.pro ſuo.
10 l.cùm apud.iudi.ſol.
11 l. diem proferre.§.j.de arbitr.
12 l.ſi x.cùm petiero.§.eo.
13 l.ſancimus.C.de fideiuſ.
14 Paulus de Caſtro l.j.§.ſi quis caut.
15 l.pen.C.de ſentent.quæ ſine cert.
16 l.ſi Stichum.l.inter creditorem.j.de fideiuſſ. Bart. l.j.glo.vij.de iur.codi.
17 l.fin.C.de ſenten.quæ ſine cert.
18 l.cùm iudex.C.de ſen.
19 l.generaliter.verb.definitione. C.de reb.cred.
20 l.j.C. de ſent. quæ ſin.l. vbi.§.penul.§. eo.
21 Alex.conſ.lxxiij.videretur.in ij.

S V M M AE.

3 ☞ *§.Seia. ſenſus.*
4 *Tranſigit victus.*
6 *Mora non recipiendi non, niſi lapſu diei, & deſertione, impurgabilis.*
7 *Vſurarum curſum ex cauſis ſuſpendi. 8. 15.*
9 *Penſionem ob moram non ſuſpendi.*
10 *Actionis mors.*
12 *Stipulatione actionem non perimi.*
16 *Appellationē generalē valere & ſecundū ius accipi.*
17 *Appellationis iudex decendio declarandus.*

1 §. SEIA HAERES. Vſurarū * curſus interim ſuſpenditur, dū creditor ſtipulationi
nō acquieſcit, ſed litigare mauult, cuius rei illa eſt ratio, ꝙ qui litigat, ſatis dicitur proteſta-
2 ri ſe nolle rem habere: vnde abſq; interpellatione irregularis * quædā mora ex ipſo litigio
inducitur[22]: ideóq; alia oblatio neceſſaria non eſt, nā & videmus idem eſſe in eo, qui iniuſtè
ab interlocutoria appellat, ſtatim enim cōtumax cenſetur, nec vlteriùs citandus eſt[23]. Cen
ſuit tamē Bar. moram hanc, finito litigio, extingui: quia ſicut ex eo contrahitur, ita, eo fini
to, &

22 arg.l.nemo rem.§.j.§.4.
23 c.eum, qui.de dolo & cōtuma. Abb. & Felin. ca.cum cauſam. de re iud.

to,& ipſa finitur[1]: vnde lex noſtra † poſt finem litis ſatis ſentit incipere vſuras currere,niſi 3
ꝑ oblationem iterũ creditor,in mora conſtituatur[2],ídq; illis verbis,*Si Seia non ceſſaſſet.* & an
tiqui tamen codices aliter ſcriptum habent,nempe,*Et ſi Seia ante ceſſaſſet.* qua ſcriptura mul
tæ Aretini ambages hîc diluuntur.Hinc infertur,poſſe actorem,† qui ſuccubuit, ad benefi 4
cium tranſactionis reuerti : tametſi illam quandoque impugnauerit.Sed vnde hoc?non e-
nim ex eo quòd quis ſemel oppugnauit,commodum cõſequi ampliùs debet[3], & quod quis
ſemel libello ſuo negauit, adfirmare ampliùs non poteſt[4]: nec tenetur reus actori ſeruare
tranſactionem,quam actor,quod in ſe fuit,non ſeruauit[5]. Sed reſponde, hæc poſſe,duran-
te primo iudicio,locum habere : ſed cùm nunc paratus ſit creditor ſtare tranſactioni, de-
bet reus quoq; acquieſcere:licitum enim eſt ei,qui ſuccubuit,ſententiæ obſequi,& ad trãſa
ctionem, quam iudex ſeruari iuſsit, reuerti[6]: ne vtroque commodo careat, qui de altero
tantùm litigauit[7]. Adſeueratio enim hæc,quam nec pars acceptauit, nec iudex approba-
uit,nullo ei præiudicio eſſe debet[8].qua de re ſuprá[9].Sed nunquid idem ſit,quomodocũque
lis finiatur?& ſi ſententia finita ſit,Bart.Imol.Alex.Felin. ceſſare * contumaciam cenſue- 5
runt:credendum enim eſt forè.vt ſententiæ acquieſcat is,qui iuſſus eſt:vnde perinde eſt,ac
ſi expreſsè appellationi renuntiaſſet[10],vel coram iudice prouocato cõparuiſſet, quicquid
Aretin.Socin.Iaſ.hîc tradiderunt[11]. Sed ſi per negligentiam duntaxat,puta lapſus inſta- I.
tiæ,† videretur aliud:quia receptiſsimo calculo pontificij tradiderũt,licet finita per renun 6
tiationem expreſſam, vel ſententiam lite, quam quis ab interlocutoria appellans moue-
rat,purgata dicatur,(vt ſuprà dixi)eius contumacia[12]tamen ſecùs eſſe,ſi lapſu pręfixi ter-
mini vel non petitis apoſtolis deſerta ſit cauſa : tunc enim citandus non erit ampliùs pro-
curator[13]: quia ex hac negligentia maior quædam arguitur contumacia, non autem pur-
gatur,vnde conſequens eſt,vt ſi in caſu legis noſtræ deſerta eſſet appellatio, ſeu aliàs lis la-
pſu inſtantiæ finita,non tamẽ creditoris mora finiretur, iuſtéque debitor excuſaretur qui
credidit fore,vt ſi obtuliſſet ille non acciperet. Sed quid, ſi † iuſtam cauſam litigandi pu- II.
pilli hæres habuit,an adhuc ſuſpendentur vſuræ?& non videretur.Finge(inquit Bart.)me 7
citatũ procuratorem in iudicium miſiſſe,diutiúſque ſuper mandato diſputatum fuiſſe, tan
démque aduerſus mandatum pronuntiatum an contumax cenſebor?ait ille non cenſeri,ſi
iuſtè credidi mandatum illud ſufficere[14].Qua ratione videretur in caſu legis noſtræ excu
ſari quoque à mora creditorem debere,nam & cenſuit Aret.eum,qui ab interlocutoria ap
pellat,ſi iuſtè credidit ſe appellare,non habendum pro contumace[15]. Sed tamen hęc com
muniter reiecta ſunt:ſequuta enim ſentẽtia qua auctor victus eſt,declaratur retro eum mo
ræ contumaciæque reum fuiſſe,iuſtáque cauſa ſolùm perpenditur,vt ab expenſis excuſet,
non à moræ,ſeu contumaciæ pręterquàm manifeſtiſsimæ pœna[16]. Illud † conſtat in ca- III.
ſu legis noſtræ ſuſpendi vſurarum curſum,quæ ex tranſactione debebantur, quia eã actor 8
impugnabat:quòd ſi in actione tutelæ obtinuiſſet,vſuræ vtique cucurriſſent,quæ ſecũdum
eius actionis naturam debentur[17]:quia illud pro regula receptum eſt,vt,pendente appella
tione fruſtratoria,nihilominùs primi contractus vſuræ currant[18]. Sed quid ſi † in caſu le IIII.
gis noſtræ Seia non vſuras, ſed penſionem aliquam præſtaret, vt quia fundum inſolutum 9
dediſſet quem ſub annuo canone reconduxiſſet?& videretur idem de penſione,quod de v-
ſuris iudicandum eſſe[19].Sed tamen ego diſſentio:quia canon non propter moram ſoluitur
ſed in fructuũ compenſatione[20], quos vtique Seia percepit : quamuis mota ſibi ſit per ad-
uerſarium lis.

SOLO PACTO. Si enim per † acceptilationem,Aquilianámq; ſtipulationem ce- 10
lebrata tranſactio fuiſſet,non potuiſſet pupillæ hæres actionem tutelę intendere,quæ ſub-
lata erat[21]:nec enim † actio extincta reuiuiſcit ampliùs[22]. Addit Caſtren.tali caſu non eſſe 11
actori indulgendum,vt ſi in actione tutelę ſuccubuit,ad beneficium tranſactionis reuerta
tur,quod vltro impugnauit,& licet ſuccubuerit,id non propter rei exceptionem fuit, qui
pro tranſactione litigaret,ſed quia à principio actione defectus actor erat, vt quæ accepti-
latione ſublata eſſet[23],quæ ſententia communi Doctor.interpretatione recepta eſt, quic-
quid hîc Iaſ.comminiſcatur.Sed an idem ſit,ſi ſola ſtipulatione † citra acceptilationẽ Aqui 12
lianámque formulam trãſactum eſſet?& conſtat ſtipulatione quæ verborum obligatio eſt,
actionẽ tutelæ,quæ non verbis ſed quaſi contractu inducitur,ipſo iure perimi non poſſe[24].
Vnde adhuc actio tutelæ competiiſſet perinde,ac ſi ſolo pacto tranſactum fuiſſet:differen-
tia tamen aliqua hac in re perpendi poteſt:quia ſi ſtipulatione celebrata ſit tranſactio *,cũ 13
ſtricti iuris ſit ſtipulatio,ex ea vſuræ propter moram non veniunt[25]:quòd ſi pacto nudo in-
ducta proponeretur,aliud videri poſſet[26],tãquam pactum hoc tranſactionis,naturã actio-
nis tutelæ ſuſcipiat,quæ bonæ fidei eſt[27],quod in ſtipulatione ſecùs eſt, quæ contractui bo-
næ fidei adiecta,tamen ſecundum ſtricti iuris regulas iudicatur[28].Ego tamen ſoleo exiſti-
mare tranſactionis iudicium indiſtinctè ſtricti iuris eſſe[29]:& ideo vſuræ ex * mora indiſtin 14
ctè non debentur,quod hîc rectè Acc.ſenſit, vt meritò poſt tranſactionem neceſſe habue-
rint par

1 argu.l. Titia Seio.§.vſuras.de leg.ij.
2 l.ſi ſeruum.§. ſequitur.ſ. eodem.
3 l.poſt legatũ.vbi Bart.de his quib.vt indig.
4 l.cùm precum.C.de lib. cauſá.
5 l.cum proponas.ij. C.de pactis.
6 l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. de inoffic.teſta. & gloſ.authen.item poſſeſſor.C.qui potio.in pig.
7 d.ca.mulieri. de iureiur. vbi Abb.in fine.
8 l.qui familiæ.ſ. fami.erciſcun.Bal.l. ſi magnam.C. qui accuſ.
9 l.decem.ſ.eod.
10 d.c.eum,qui.
11 gloſ.verbo, renuntiet.d. c.eum,qui.
12 d.c.eum,qui.cum glo.
13 Peruſ.c.perſonas.in fin. de appel.Abb.d.c.cùm cauſam.Præpoſ.cap.directæ.de appell.
14 Barto.l.ij.§.non ſolùm. ad Tertyll.
15 Areti.hic per clem.j.eo. tit.de appell.
16 l.ſi.vbi Pau.ſ.de re iud.
17 l.tutor.de vſu.
18 d.l.fin.&l.negotiorum. de appell.
19 l.lecta.ſ.ſi cer.peta.
20 l.defuncta.de vſufr.
21 l. vt reſponſum. C.de tranſaction.
22 l.qui res.in ſi.de ſolut.
23 l.vbi pactũ.C.de trãſac. vbi Paul.de Caſtr.
24 l.actione.C.de tranſac. vbi Doct.
25 l.videamus.de vſur.
26 glo.l. de tutela.C.de in integr.reſtitut.
27 §.actionum.inſt.de act.
28 l. in bonæ fidei.de eo, quod certo loco.
29 dixi in rub.C. de tranſ.



15 rint partes ſibi per ſpecialem ſtipulationem cauere,vt hîc dicitur.Sed nunquid † per hanc
litem impediatur ipſo iure curſus harum vſurarum,quas ſibi præſtari hæres pupillæ caue-
rat? & lex ſimpliciter ait,iure non deberi[1], quæ verba Accurſius interpretatur iure exce-
ptionis, probabiliſque eſt ſententia, cum ſolo litigio creditorem ipſum tacita quadam in
mora conſtitui ex Bartoli ſententia ſuprà cenſuerimus. quòd ſi de expreſſa mora agatur,
vt quia antè quàm currere cœpiſſent, facta eſſet oblatio[1], vel poſtquam cœperunt cur-
rere, nec oblatio tantùm ſed & obligatio ſequuta proponatur[2],tunc abſque dubio ipſo iu-
re curſus impediretur[3],quod hîc Alex.Iaſ.cæteri tradiderunt.

PROVOCAVIT APVD COMPETENTEM IVDICEM. Adno-
16 tant † hîc Doctores, valere hanc formulam appellationis, *Prouoco ad competentem iudicem.*
quamuis eius nomen ſpecialiter nõ exprimatur[4]: intelligitur enim gradatim appellatum,
vt verba generaliter prolata ſecundum ordinem iuris declarentur[5]: cùm enim gradatim
ſit appellandum[6], generali hoc ſermone de eo intelligitur, qui appellari potuit[7], perin-
déque habetur ac ſi ſpecialiter nominatus eſſet[8]. ſed quid ſi plures ſint, qui rectè, atque
ordine appellari potuerint? verbi gratia ſcholaſticus ſupradicta forma prouocauit,quem
conſtat poſſe,omiſſo præſide, principem continenter adire[9], an valebit appellatio?& pu-
to valere,etiam ſi ſimpliciter dixiſſet, *Appello*[10]. declarabitúrque ex proſequutione appel
17 lationis quis appellatus ſit, quod Specul[11]. ſenſit & receptius videtur. Sed † quo tempore
fieri hæc declaratio debebit?& Io.Andr. Peruſ. Dec. ante x.dierum lapſum[12], ſecundum
quam ſententiam ſæpe ab Alex.reſponſum extat.Rota[13]. Angelúſq; & Millius.etiam poſt
illud tempus.Ego in alternatiua appellatione Io.Andr.ſequor, quem & Paul Aretinúſque
hîc ſequũtur, quia tunc de electione agitur,in generali verò Rotã,cùm tunc de declaratio-
ne tractetur[14].Putarem quoque,ſi pars petat ſibi declarari,quem adire velit, teneri appel-
18 lantem id facere ante decem dierum lapſum, ſicut & in libello * dicimus, qui quamuis
incertus, valet ſi pars non reclamet[15], aliàs declarandus eſt dum tempora largiuntur[16].
ſed hæc nos pontificiis relinquamus.

1 d.l.ſi pro te.C.de vſur.
2 l.acceptam.eod.tit.
3 l.tutor pro pup. in fin. de ad.tut.l. penult.cum glo.de nau.fœn.
4 glo.l.cùm proponas.C. de bo. auct.iud. Bart.l.j.§.ſi quis.de appel.
5 l.Gallus.§.j.de lib. & poſthum.l. Lucius.§.penul.ad municip.
6 l.Imperatores.§.j. de ap.
7 l.fundus q. de fund.inſtr.
8 l.ij.de lib.& poſth.
9 authent. habita. C.ne fil. pro pat.vbi Bal.
10 l.ij.ff.de appell.
11 Can.c.ij.de app.
12 Arg.l.j.in princ.de app. recip.gl.ca.ſi is cui.de offic. de.li.vj.conſil. cj. clxiiij. & clxvij.clxxxiij. ij.
13 Rota deciſ. ccix.in nota. dec.Cap.Tol.q. ccccclxxiiij.
14 l.qui ex pluribus.ſ.eod. vbi dixi.
15 ca.abbate. ver. ſecùs. de re iud.in vj.
16 l.fin.C.de ann. exceptio. glo. l.j.§. ſi quis argentum. depo.doct.l.edita.de edẽ. C.

SVMMAE.


2 ☞ *§. Duo. explicari. 4.*
3 *Fideicommiſſi renuntiationem variè accipi.*
5 *Pœnali principalem non nouari:& vtrunque deberi. 6.*
7 *Pœnam ob iniquitatem, reclamationem iuſtam cauſam, & diuerſam perſonam non committi.*
10 *L. Vendicantem. & §. duo. dilui. & 11.*
12 *Iudicati exceptionem ex cauſis non obeſſe.*
13 *Fideicommiſſo per diuiſionem renuntiari ex cauſis contrá. 15. 29.*
14 *Diuiſionis natura, & vis.*
23 *L. j. quemadmod. teſtam. aper. ſenſus.*
25 *Scientiam generalem ex cauſis ſufficere.*
26 *Fideicommiſſo conditionali verbis aliquibus renuntiari.*
27 *Pupillari nec iuramento quidem ex cauſis renuntiari. 28.*
33 *Fideicommiſſæ rei ſubrogatũ non, niſi ex cauſis, reſtitui.*
34 *Fideicommiſſum remiſſum nulla actione repeti.*
35 *Fideicommiſſo, euictione promiſſa, in diuiſione, niſi ex cauſis, renuntiari. 36.*
37 *Fideicommiſſi euictio non, niſi ex cauſis, præſtanda.*
38 *Fideicommiſſo per emptionem renuntiandi forma.*
39 *L. Cui res. de act. empt. ſenſus.*
40 *Legato emptione renuntiari, ex cauſis cõtrá. 41. 42.*
45 *Emphyteuſis, inſcio domino, diuiſibilis: in caſibus diuerſum. 46.*
52 *Falſa cauſa omnem actum vitiat: ex cauſis ſecùs.*
54 *Sententiam in caſibus falſâ cauſâ non euaneſcere.*


§.DVO FRATRES.Pœnalis * ſtipulatio cõmittitur,ſi ſententia iudicis conſtet ad-
1 uerſus ea factum eſſe, quæ principali ſtipulatione promiſſa ſunt. Nec refert ſententia illa
iuſta,an iniuſta ſit.Nec enim lex diſtinguit † operæ tamen pretium eſt veſtigare, qualis eſ-
2 ſet hæc ſententia. Et fuêre, qui iuſtam interpretarentur: id enim humanius eſt, ſícque
in dubio eſt credendum[17]: quomodo autem iuſta eſſet,alij aliter explicant, Rapha.Com.
quia fideicommiſſum hoc purum erat. Conſtat autem † ſimplici diuiſione,fideicommiſſo
3
I. puro renuntiatum cenſeri[18]: quia ius præſens faciliùs remiſſum exiſtimatur[19]. Quod
intelligendum, ſi contrahentes non ignorabant illud ſubeſſe: aliàs enim videri non poſ-
II. ſunt remiſiſſe[20],quod hîc Alexander tradit. Item intelligendum, ſi verba hoc pateren-
tur: aliàs enim limitata tranſactio, ad fideicommiſſum non trahitur[21], vt ſi dixiſſet de
ſola parte, in qua inſtitutus eſſet tranſigere, non enim traheretur ad alia[22]. Rurſus in-
III. telligendum niſi fideicommiſſum in alia re eſſet,quàm quæ in diuiſionem deduceretur, vt
ſi fideicõmiſſum in pecunia eſſet,diuiſio de bonis facta proponeretur:tali enim caſu, etiam
ſi promiſſum eſſet,nil contra diuiſionem fieri,nõ tamen impediretur alter,quin pecuniam
ab altero peteret[23],quod ex facto reſponſum à Decio ſcio[24].diuiſio enim cẽſetur facta, vt
à communione recedatur[25], ſuúmque ab alieno diſcernatur[26], non autem donationis,
aut remiſsionis cauſa : niſi fortè(quod ad hypothecam adtinet)ex fideicõmiſſo orientem:
quia qui ex cauſa diuiſionis dat,liberè dare cẽſetur,id eſt,abſq; hypothecæ obligatione[27].
IIII. Item intellige,quando fideicõmiſſum eſſet particulare,cuius dominiũ ipſo iure tranſla-
tum eſſet[28]. qui enim iam eſt dominus,rem titulo diuiſionis accipiẽdo videtur priori iuri
ren

17 l. Herennius. in fine. de euict. l. ſeruo inuito.§.cùm prætor.ad Trebel.
18 l.Titius. quib.mod. pig. Imol.Paul.Alex.Iaſ.hîc.
19 l. ſi ita ſcriptum. §. ſub conditione.de leg.ij.
20 l.tres fratres. cum gl.ſ. de pac.Bar.ſ.xij.q.
21 l.qui cum tutoribus. de tranſac.vbi Fulg.& Iaſ.
22 Bar.hîc vij.ſol. Alberic.
23 arg.l.Procula.de proba.
24 Decius conſil. lxxix. & cclxvij.
25 l.ſi non ſortem.§.ſi centum.de cond.ind.
26 l.cùm pater. §. hæreditatem.ij.de leg.ij.
27 l.ſi familię.C.fam.erciſ.
28 l.à Titio.de furt.

renunciaſſe[1]. quòd ſi fideicommiſſum vniuerſale eſſet, quia ex eo non transfertur domi-
nium[2], nihil pugnat, quin & res titulo diuiſionis habeat, & fideicommiſsi pretium petat.
quod hîc Claudius tradit[3]. quia actiones perſonales, quæ contra cohæredem competunt,
diuiſione non tolluntur[4]. Nec dubium eſt ante reſtitutionem fideicommiſsi vniuerſalis in
perſonam agi[5], niſi dicas non eſſe merum ius perſonale iſtud, cùm in ſubſidium etiam vti-
liter vẽdicetur[6], in ídque perſonaliter agatur vt vindicatio, reſtitutione facta, deinde com
petat, vt meritò ego Claudij ſententiam probare non poſsim, quæ non ſolùm Raph. aduer
ſatur, ſed contra Bar. cæterorúmque mentem eſt[7]. Igitur (vt arbitro) ſententiam Rapha.
iuris rationibus conuenire, ita non ſat cõtextis hîc verbis quadrat, &, vt omittam hoc mo-
do indubitata de re quęſtionem Scæuolæ propoſitam eſſe, expreſsè hîc dicitur poſt † mor- 4
tem petitum, quæ verba ſatis indicant, nõ fuiſſe purum fideicommiſſum, ſed poſt mortem
collatum[8]: alioquin, etiam viuente fratre, peti potuiſſet. Alij ergo frequentiſsimo calcu- I.
lo fideicommiſſum conditionale hîc interpretati ſunt, & ſententiam iniuſtè latam fuiſſe,
quia per ſimplicem diuiſionem fideicommiſſo conditionali non cenſetur renuntiatum[9],
ídque etiam ſi clauſula, *Nil contra diuiſionem facturos.* adiecta proponatur: talis enim clauſu-
la nihil operatur[10], quia (vt aduerſus Guil. & Din.) Bartol. rectè ait, quiſquis diuidit, vtiq;
promittit aduerſus factum ſuum non venire[11], ſícque ſemper tacitè ineſt, vt meritò ſi ex-
primatur, non maioris ſit effectus quàm cæteræ clauſulæ (quas exequutiuas vocant) quæ
principalem diuiſionem non ampliant[12], ſequórque & ipſe hunc intellectum, vt, ſcilicet,
in caſu magis dubitabili, legem noſtram intelligamus[13]. Sunt tamẽ, qui etiam ſi fideicom-
miſſum conditionale eſſet, iuſtè iudicatũ exiſtimarint, vt Rogerius & quidam veteres[14],
in iis ſcilicet caſibus, qui de regula excipiuntur, putà, quando verba tranſactionis etiam ad
ius futurum referuntur[15], quos infrà adnotauimus. Fuêre & alij, qui partim bene, par- II.
tim malè iudicatum cenſuêre, vt Azo: malè reſpectu partis, quam in diuiſione frater, qui
prædeceſsit iure proprio habebat: bene eius reſpectu, quam iure cohæredis conſequutus
eſt. Cùm enim frater ſuperſtes de euictione eius dimidiæ teneretur[16], debuit ab actione re-
iici[17], ab alia verò non debuit. Sed hanc opinionem omnes improbant, tum quòd verbis
legis noſtrę non conuenit, quibus pronuntiatum contra actorem apparet, non quia de eui-
ctione partis teneretur, ſed quia de toto tranſactum videbatur, tum etiam quod iure no-
ſtro falſa eſt, huiuſmodi traditio, quod frater ille præmortuus partem hæreditatis iure
ſuo, partem iure cohæredis haberet, imò totum iure ſuo habebat: quia pars illa in eius lo-
cum ſucceſsit, quam à ſe ſuperſtes habuit, quod in ſucceſsionibus iuris, ſeu quoties par-
tibus regulare eſt[18]. vnde & pars pro diuiſo iuris interpretatione eadem cenſetur, quæ
priùs pro indiuiſo erat[19], & actio perſonalis quæ ex teſtamento pro indiuiſo compe-
tebat, in ea parte, quæ diuiſa fratri præmortuo obuenit, conſolidatur[20]. quod hîc Bar-
tolus latè, Albericus verò diffuſiſsimè tradit[21].

POENAM ALTER ALTERI PROMISIT. Quum hîc ſubiecta ſit con I.
tractui diuiſionis ſtipulatio † pœnalis, cur præcedentem non nouat[22], & Bart. ſi ex cauſa 5
lucratiua contractus præceſsiſſet, nouationem fieri exiſtimauit, ſecùs, ſi ex oneroſa[23],
qualis eſt caſus noſter. Verùm huic diſtinctioni aduerſatur, quod in diuiſione licet alter al-
teri cohæredi obligetur[24], tamen videtur agi de titulo lucratiuo, adtenta ſcilicet, origi-
ne[25], quæ maximè hac in materia adtendi debet[26]: hæreditatem enim paternam dicun-
tur filij ex cauſa lucratiua conſequi[27], ſicut & videmus in dote, quæ reſpectu filiæ titulo
lucratiuo cenſetur à patre haberi[28], licet non idem ſit reſpectu mariti[29]. meritò ergo ſu-
prà Bartolum ego ſequutus non ſum, alitérque hunc modum diſſolui[30]. Sed rurſus in- II.
ſtatur, etiam ſi concedamus nouationem non fieri, non poteſt tamen quis & rem & pœ-
nam conſequi, ſed altero oportet eſſe contentum[31], & tamen hic videtur vtrunque ſtipu-
latori adeſſe, & rem, id eſt, fideicommiſſum, de quo litigatum eſt, & pœnam. Vnde igitur
hoc inductum dicemus? An negabimus vtrunque peti, ſed in pœna compenſari exiſti- I.
mabimus, quod ex cauſa fideicommiſsi retinetur[32], quod aduerſus mentem legis aliqui
comminiſcuntur. An (quod alij) communiter, hîc actum expreſsè dicemus, vt debea- II.
tur vtrunque[33]. Sed & hoc diuinatorium eſt. An quod Bald. cenſuit, ideo pœnam inte- III.
gram victor conſequetur: quia rem ipſam de facto non de iure obtineat[34]. fuit enim malè
iudicatum, vt ſuprà vidimus, quod Alex. non placet, nec mihi. Nec enim poteſt quis alle-
gare ſe iniuſtè obtinuiſſe[35]. An quod iterum ille ait, pœna non rei, ſed facto adiecta erat, IIII.
nempe ſi contra diuiſionem factũ eſſet, quod pro infecto haberi nõ poteſt[36]. Sed certè id fa
ctum cauſa rei ſeruandæ inducitur: vnde res ipſa potius inſpicienda eſt[37]. Ego † tacitè V.
actum arbitror, vt vtrunque haberi poſsit: cùm enim de iure contrauenire nõ poſſet: quia 6
ſtipulatione nil contra diuiſionem facturos renuntiatum erat fideicommiſſo, ſublatáque
actio[38], ſequitur pœnam adiectam vt contemptum, ſeu facti vexationem vlciſceretur, quo
caſu dubium non eſt vtrunque cõſequi victorem[39], cùm ſecùs ſit vbi pacto nudo duntaxat
quicquam

1 Bar. j. q. xij.
2 Doct. l. j. de leg. j. vbi Bar.
3 P. Claudius Aquẽſis. q. xij.
4 l. ij. §. fi. l. iis conſequenter. in prin. fam. erciſ.
5 l. reſtituta. in prin. ad Trebellia.
6 l. pen. §. fin. C. ad Trebell.
7 Bar. iiij. opp.
8 l. j. de cond. & demonſt.
9 d. l. cùm pater. §. hæreditatem. Bar. j. j. q.
10 l. fi. §. item quæſitum. de cond. indeb.
11 l. vindicantem. de euic.
12 clem. j. in fi. de præben.
13 l. quod labeo. de Carbo. edic.
14 Din. Iacob. Guil.
15 l. j. C. de pact. vbi dixi.
16 d. l. ſi familiæ.
17 l. vindicantem. de euic.
18 l. Imperator. in fi. de leg. j. l. j. §. pen. ſi pars hæred.
19 l. deducta. §. numis acceptis. ad Trebel. l. ſi probatum. l. ſeq. C. comm. diuid.
20 l. Iulianus. §. idem Celſus. de ac. emp. in fi.
21 Bar. j. q. Alber.
22 l. obligationum ferè. §. fi. ſ. tit. j.
23 l. ſi quis à ſocio. l. ſi duo. pro ſoc.
24 d. l. ſi familiæ.
25 l. & ideo. de condic. furt. Aret. l. is poteſt. in fin. de acqui. hæred.
26 glo. l. ſi donaturus. §. j. vbi Iaſ. de cond. ob cau.
27 l. j. C. de imp. lucrat. li. x. gl. l. ſi duo. de acqui. hæred.
28 l. fi. §. j. quæ in fraud. cre.
29 Iaſ. l. Neſennius. de re iudica.
30 l. ita ſtipulatus. in fi. ſ. e.
31 l. reſcriptum. §. ſi pacto. de pact.
32 d. l. ſi quis à ſocio.
33 l. qui fidem. de tranſac.
34 argu. l. debitor. §. fin. ad Tre. Bal. c. j. imp. Lotharius.
35 l. ſi ſeruus plurium. §. j. de leg. j.
36 l. in bello. §. factę. de cap.
37 l. ſi quis nec cauſam. ſi cer. pet.
38 l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. de pactis.
39 l. ſi quis rem. de arbit.



quicquam promiſſum eſt, quod alibi quoque declaraui[1]. Nec enim pacto nudo prior obli-
gatio ſublata erat: quòd ſi acceptilatio quoq; acceſsiſſet, non ſolũ non expectaretur, ſicut
in caſu noſtro ſententia, ſed confeſtim pœna committeretur, quia ſtatim conſtaret partem
contrauenire[2]. Hinc ergo adnotandum eſt, ex ſententia iniuſta pœnam committi, quoties
eius ſententiæ iniquitas allegari ampliùs nõ poteſt. quod ad Dini quæſtionẽ pertinere Bar.
cenſuit. Pone in compromiſſo cautum ne ab arbitratoris ſententia reclametur[3]. & qui con
fecerit, eámque ſecundum boni viri iudicium corrigi petierit, ſoluat pœnæ nomine c. vi-
ctus petiit, & ſententia à bono viro confirmata fuit, an commiſſa ſit pœna, an verò hoc iu-
dicio quo illa petitur poterit iterum allegari iniquè arbitratorem iudicaſſe, ſícque condi-
tionem quæ tacitè compromiſſo ineſt, non eueniſſe[4]. & Din. Bart. cæteri argumento legis
noſtræ commiſſum eſſe pœnam reſponderunt, & ſententiam à bono viro latam, etiam in
acceſſorio hoc & pœnali iudicio præiudium facere[5], quidni? cùm à tali ſententia amplius
nulla ſit prouocatio, vt Bartolus & plerique alij crebriore (vt videtur) calculo cenſuêre[6],
tametſi Alexand. adhuc concedi appellationem ex facto reſponderit[7]: & ideo non priùs
committi pœnam quàm in ſecunda quoque inſtantia fuerit boni viri ſententia confirma-
ta. ſit ergo concluſio, vt cõmitti pœnam dicamus, quoties de iniquitate ſentẽtiæ quicquam
I. ampliùs allegari non poteſt. Quod † in primis intelligendum, cùm ſentẽtia reductionis
7 confirmatum eſt arbitratoris laudatiuum, quia iuſtum, & æquum eſſet. tunc enim non po-
teſt ampliùs iniquũ dici, ne aduerſus rem iudicatam veniamus, quòd ſi nulla cauſa expreſ-
ſa eſſet, vel eſſet confirmatum, quia de eius iniquitate probari non potuiſſet, ſecùs eſt. nihil
enim obſtat quin iudicio hoc acceſſorio, quo de pœna quæritur probari iniquitas poſsit,
quod Bartol. Alex. Iaſ. cæteri tradiderunt[8]: vnde in lege noſtra haudquaquam otioſè adii-
citur fuiſſe iudicatum, quaſi de fideicommiſſo tranſactum eſſet: aliàs enim præſumeretur
iudicatum quia probari non potuiſſet, & ideo pœna non committeretur. nec me mouet
illorum ratio, qui idem eſſe aiunt ſiue cauſa ſit expreſſa, quia laudatiuum iuſtum, ſiue non
expreſſa, cùm præſumatur iuſtum[9]. Reſpondeo præſumptionẽ hanc non ſufficere, cùm
II. ex eo oriatur: quia non eſt probatum, vt ſuprà dixi. ídque maximè in pœnis[10]. Sed & vi-
deretur ſupraſcriptæ concluſioni locum non eſſe, cùm victus iuſtam reclamandi cauſam
8 habuiſſet, tũc enim tueri ope exceptionis ſe à pœna poteſt[11], quia iuſta cauſa à pœna* com
promiſsi excuſat. quod non pauci tradiderunt[12]. ſicut & ab expenſis excuſat[13]. & ab inte-
ritu ſpeciei[14], itémque à dolo[15]. Sed tamen in diuerſam partem tranſiit Iaſ. & ex facto re-
ſpondit Alex[16]. quia tunc iuſta cauſa excuſaret: cùm rei iudicatæ veritas in dubium non
verteretur[17]. ſecùs ſi verteretur, vt ex lege noſtra apparet, quam ſententiam & ego ſe-
III. quor[18]. Sed an ſaltem ſuccurratur victo, quando compromiſſum illud pœnale ex neceſ-
ſitate ſtatuti factum eſſet? & Baldus cenſuit ſuccurri, itémque Pontanus[19]: quamuis enim
aliàs iuſta cauſa non excuſet ab expenſis, quæ partium conuentione promiſſæ eſſent[20], ta-
men ab iis excuſat, quæ ex neceſsitate legis, ſeu ſtatuti deberentur[21]. Ego hoc caſu ſtatim
cùm quis reclamat, pœnam committi exiſtimo. vt idem de hoc iudicemus quod de arbi-
trio[22]: is enim, qui ex neceſsitate legis Municipalis eligitur, arbiter * iuris vocatur[23],
9 nec in eorum compromiſſo ſubauditur illa conditio, *Si iuſtè iudicauerit*[24]. vt meritò non ſit
IIII. de ea ſub bono viro diſputandum, ſed confeſtim cõmittatur pœna. Probabilior ergo
eſt illa limitatio, quando ſentẽtia reclamationis aduerſus abſentem à bono viro lata eſſet.
tunc enim præſumeretur propter contumaciam lata non quod abſens malam cauſam ha-
beret[25], ſícque arbitrator iuſtè iudicaſſet, quæ concluſio defendi poteſt, cùm victus non
in ſolo puncto ferendæ ſententiæ, ſed in vniuerſa litis proſequutione contumax fuiſſet[26].
V. Illud certius videtur ſupraſcriptę concluſioni inter eas duntaxat perſonas ſit locus, vt,
ſcilicet, victori ad pœnam agenti non poſsit victus excipere, ſi ſententia iniuſta non eſſet,
at alius ipſe cuius interſit, poterit[27], quod Raph. Paul. Alex. cæteri tradiderunt, ne ſcilicet
res inter alios acta aliis præiudicet[28]. nam & videmus ſententiam aduerſus filium adopti-
uum latam patri ex ſtipulatu ad pœnam agenti præiudicium non facere[29]. Et ſupraſcri-
pta quidem procedunt, cùm iniquitas ſententiæ arbitratoris allegatur. Quid ergo ſi dica-
tur nulla? & conſtat poſſe quenlibet ſimplici renuntiatione ius dicendi nullum renuntiare,
confirmabitúrque tali conuentione laudatiuum, adeò vt ſtatim pœna committatur, cùm
fuerit allegatum nullum, quod Bar. Ang. Alex. cæteri tradiderunt[30]. Nec enim conditio,
quæ tacitè arbitriis ineſt nullitatem (vt ita loquar) reſpicit, ſed iniquitatem[31].

PRONVNTIATVM EST. Et malè ſecundum communem interpretationem.
vnde adnotant Doct. ſententiam iniuſtam in rem iudicatã tranſire non ſolũ reſpectu prin-
cipalis, ſed etiam acceſsionum. Conſtituúntq; regulam, vt iudicatũ in vno iudicio amplùs
in alio nõ cõtrouertatur quod acceſſoriũ primi ſit[32]. Sed huic aduerſatur quod alibi Paul.
tradit, vt ſi rem venditam vendicanti venditori emptor exceptione doli obiecerit & ſuc-
cubuerit, tamen talis ſententia non obſtet, quin rurſus emptor ad pœnam duplæ agat[33].

1 l. cũ proponas. C. de trãſa.
2 l. vbi pactum. C. eod.
3 l. ſi libertus. de op. lib. ca. quintauallis. de iureiur.
4 d. l. ſi libertis.
5 l. & ex diuerſo. §. j. de rei vendic.
6 Bar. l. j. in fi. de leg. ij.
7 Alex. conſ. cvj. in iij.
8 Bart. l. Iulianus verũ debitorem. de cond. indeb.
9 c. cũ inter. in fi. de re iud.
10 l. in teſtamẽto. de cond. & demonſt.
11 l. tres fratres. vbi glo. in fin. de pact.
12 Bald. l. non ſolùm. de rei vend. Caſtr. d. l. Iulianus.
13 gl. l. iij. §. ſi rẽ. de leg. iij.
14 glo. l. in hac. de tritic. ac.
15 l. igitur. de lib. cau.
16 conſ. cxix. in ij.
17 l. de rebus. ſ. de arb.
18 Paul. Caſtren. in l. fi. ſ. de re iudi.
19 l. eos. §. cautione. de app. Rom. hîc.
20 gl. §. oportet. in auth. de iudicib. & in d. l. iij. §. ſi rẽ.
21 gl. l. ab executione. in fi. C. quorum appel.
22 l. diem. §. ſtari. de arb.
23 l. fi. vbi Doct. C. de iudi.
24 d. l. ſi libertus ita.
25 l. ſi ideo. de euic. Alex. l. ſæpe. de re iud.
26 Dec. conſ. xxxiiij.
27 c. ſuper eo. de offic. delegati. verſ. non tamen.
28 d. l. ſæpe.
29 l. quidam cùm filius. ſ. eod. verſ. ſed ſi ei.
30 d. l. vbi pactum. vbi Bar. Ang. cõſ. cc. Alex. conſ. xxxj. in ij.
31 d. l. ſi libertus ita.
32 l. & ex diuerſo. §. j. de rei ven. l. ſi deferente. quib. modis pig.
33 l. vendicãtem. cum l. ſequen. de euic.

Reſpondet Bar. ſecundo iudicio † ad diuerſum finẽ agi. Primo enim de re tractabatur, I.
quam emptor nolebat ſibi euinci, ſequenti vero, de pœna duplæ agebatur, quæ differen- 10
tia non placet. Nam & hîc primùm de principali, deinde de pœna tractatum fuit: nec diuerſus videtur finis, qui acceſſorius eſt, & etiam ſi diuerſus ſit, non tamen hoc impedit, quin obſtare debeat rei iudicatæ exceptio [1], vt Alexander docuit, & ipſemet Bartolus ali-
bi oſtendit [2]. Subiicit ergo Bartolus in lege noſtra pro excipiente aduerſus actorem II.
pronuntiatum fuiſſe. in Pauli reſponſo pro actore contra excipientem: fauetur enim magis excipienti, qui aduerſus actorem obtineat, cùm in eius poteſtate eſſet quando ageretur. Sed hanc ego ſolutionem non poſſum probare, cùm regulariter de actore ad reum argumentemur [3]: nec poteſtas hæc, quo tempore actor velit agendi, quicquam infert, vt ideo
ſententia ad acceſſiones non tranatur. Aliter ergo Alexander ipſe nodum hunc diſ- III.
ſoluit: negat enim in Pauli reſponſo primam ſententiam per ſecundum iudicium impugnari: cùm ſi res primùm non fuiſſet euicta, actio ad pœnam non competiiſſet [4], quod & Beſut. cenſuit hic & Iaſ. Sed (vt ego arbitror) non ſat rectè. cùm enim oppoſita eſſet exceptio, quia actor vendidiſſet, per iudicis ſententiam reprobata ſit, apparet manifeſta oppugnatio. Dicet enim is, qui ad duplam conuenietur, *aut vis dicere, me vendidiſſe, & non potes, quia ſi vendidiſſem, euincere eam rem non potuiſſem* [5], *& tamen ſententia iudicis hoc mihi ius com-*
*petere declarauit: aut non vendidi, & fruſtrà à me duplam petis.* Ego igitur aliter reſpondendum IIII.
cenſeo †, & id conſtituendũ quoties ſententia directò exceptioni propoſitæ aduerſatur 11
ſiue condemnatoria, ſiue abſolutoria ſit, ſemper præiudicium alij iudicio acceſſorio facere: & ideo, ſi in caſu Pauli ſuccubuiſſet in exceptione reus, iudicatúmque fuiſſet, adiecta cauſa: quia actor nõ vendidiſſet. dubio procul excluderetur emptor duplam petens [6], quòd ſi directò non aduerſetur, ſecus erit [7], oppoſita enim exceptione potuit reus ſuccumbere, quia nequiuiſſet approbare iudici ſe ab eo ipſo actore emiſſe, quod & in dubio præſumitur. & ideo in caſu legis noſtræ [8], ſi iudex ſimpliciter iudicaſſet, nec adieciſſet cauſam quaſi de fideicommiſſo tranſactum, adhuc potuiſſet in iudicio pœnali primæ ſententiæ veritas diſcuti, non ergo otioſè adiecta fuit in themate cauſa ſententiæ. Et ideo Scæuola reſpondi (inquit) ſecundum ea, quæ proponuntur. Hincque generaliter adtingunt Doctores quando iudicatum in vno iudicio rurſus poſſit verti in dubium in alio: Conſtituúntque regulam non poſſe, ſi de eadem re inter eaſdem perſonas agatur, idque non ſolùm ſi de principali agatur [9], ſed etiam ſi de acceſſorio, vt ſuprà vidimus [10]. Nec refert quòd quis primo iudicio ſit ſuper exceptione condemnatus: non enim poterit iure actionis in alio, rurſus ad idem, quod ſemel reprobatum ſit experiri [11], quia adhuc dicitur idem finis, licet per diuerſa media procedatur [12], cenſetúrque quis ſuper exceptione condemnatus, etiam ſi tacitè reiecta ſit, dum tamen illi ſententia di-
rectò repugnet [13]. Quod † ſi non directò, ſed implicitè ſolùm repugnet, ſuprà ex Pau- I.
li reſponſo docui non obſtare rei iudicatæ exceptionem [14], licet aliter illud reſponſum 12
perceperit Bartolus, vt, ſcilicet, procedat in ſententia condemnatoria quoties ad diuerſum finem ageretur, quæ limitatio communiter approbata eſt, tametſi reſponſo Pauli
non quadret. quod ſuprà oſtendi. Rurſus non obſtat rei iudicatæ exceptio, quando de II.
ſententia abſolutoria in plenario iudicio lata tractamus, in qua quid incidenter ſit deductum. Poterit enim illud in alio iudicio principaliter deduci [15], quod Paulus Caſtrenſis confeſſoriæ exemplo tradit, in qua dominium incidenter deducitur [16], quòd ſi principaliter deductum eſſet dominium, non poſſet iterum de eo quæri [17]. Veluti cùm rei vendicatione actum eſt, in ea enim principaliter de dominio tractatur, ideo ampliùs de eo non
quæritur [18]. Addit Bartolus nec tum rei iudicatæ exceptionem impedimento nouæ liti III.
eſſe cùm ſententia ſuper exceptione ſummariæ cognitionis lata eſſet [19]. poterit enim iterũ plenario iudicio veritas diſcerni, idque etiam ſi expreſsim in ſummario iudicio eſſet ſuper ea exceptione pronuntiatum vt appareat certius idem eſſe, ſi tacitè reiecta proponeretur [20]. Quod intelligendum de iudicio quod reſpectu probationum ſummarium ſit, ſi enim ratione proceſſus duntaxat ſummarium proponeretur, aliud eſſet [21], qua tamen in re alij aliter quoque diſtingunt [22]. quomodo autem hæc diſcernantur, alibi declaratum extat [23].

CAETERVM. Hiſce explicitis, quæ ad contextus explanationem faciunt, examinat Bartolus quaſdam quæſtiones, quas, quia quotidianæ ſunt, & ipſe non indili-
genter ſum tractaturus. In primis ergo quæritur, an per ſimplicem † inter cohæredes di- 13
uiſionem cenſeatur fideicommiſſo conditionali renuntiatum? & reſponſum ab omnibus extat non cenſeri [24]. quod & lege noſtra probatur, quatenus malè iudicatum hîc fuiſſe defendamus. non enim debet diuiſio ſiue auctoritate iudicis ſiue partium conſenſu fiat ad ius futurum trahi [25], quum ea ſit † diuiſionis natura, vt eam quis faciat, quo
ſuum ab alieno ſeparet, non autem vt donet, vel quicquam de iure futuro diſponat. 14

Nec refert

1 l. præſes. de plag.
2 Bar. l. ij. §. j. vi bono. rapt. verſ. quæro vtrum probationes. Alex. d. l. ſæpe.
3 l. j. de exce. l. de die. ſi quis cau. vbi not.
4 l. habere. de euict. ſ.
5 d. l. vendicantem.
6 arg. l. noſtræ. & l. quod in diem. de compenſatio. vbi Caſtrenſis.
7 d. l. vendicantẽ. & l. ſi autem. §. ſi de neg. geſt. vbi D.
8 Bart. d. l. Iul. verum debitorem.
9 l. de eadem. de excep. rei iudic.
10 d. l. & ex diuerſo.
11 d. l. quod in diem.
12 l. duobus. de excep. rei iudica.
13 l. j. C. ſi ex falſ. inſtrum. c. ſuborta. de re iud. ibi glo. in verbo reprobaſſe. Abb. c. fi. de iur. calum.
14 d. l. vendicantem. d. l. ſi autem. §. fin. gl. l. j. C. de ord. iudi.
15 l. ſed ſi ante. de excep.
16 l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ſi ſer. vendi.
17 l. fundũ. de except. Alex. l. naturaliter. §. j. de acq. poſ.
18 l. ſi quis cùm totum. §. ſi ancillam. §. planè. de except. rei iud.
19 l. à diuo. §. ſi ſuper. de re iudic.
20 l. pe. de his qui ſunt ſui. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. de lib. agnoſ. c. veniẽs. de teſtib.
21 Bart. d. l. pen. Dec. conſ. xcvi.
22 Bartol. l. j. in fin. quando pro ioc.
23 Bar. in extrauag. ad reprim. verb. ſummariè.
24 l. cùm pater. §. hæreditatem. de leg. ij.
25 l. non quemadmodum. de iudic.



I. Nec refert, an fideicommiſſum alteri duntaxat iniunctum, an vtrinq; reciprocum ſit. licet enim mutuum grauamen faciliùs remiſſum videri poſſit [1], quàm quod vni tantùm iniunctum ſit, quia non eſt veriſimile quemquam velle alij remittere, cùm ſibi nihil remit-
15 tatur [2], tamen † nec reciprocum quidem videri remiſſum aiunt [3], nec ad ius futurum trahi, vt copioſè hîc Iaſ. docet, & reſpondit Dec [4]. quod maximè dicendũ, cùm perſonæ, quibus fideicommiſſum incumberet, eſſent inæquales, vt quia alter ſenex & orbus: alter florens iuuenta, & proletarius, quod ex facto Raph. Com. reſpondit [5]. nunquã enim cenſebitur fi-
II. deicõmiſſum conditionale remiſſum, niſi verbis id ſignificãtibus actum appareat. Qua
16 ratione †, & ſi diuiſioni iuſiurandi religio acceſſerit, non tamen ideo renuntiatum fideicommiſſo cenſebitur: non enim ſupra vim verborum quicquam iuramentum operatur, nec diſpoſitionem, cui accedit ampliat [6]. quod ex facto Bal. reſpondit [7]. ſi tamen verba ad fideicommiſſum conditionale referentur, non eſſet probabilis allegatio eius, qui ignoraſſe tabulas teſtamenti diceret [8]: quoniam iuramenti vis facit, vt omnia videnda, peruidiſſe
III. hic credatur, iuriſque poſitiui impedimentum omne ſublatum cenſetur [9]. Sed quid ſi verba generalia ſint, vt quia promiſerint ſe nihil aduerſus diuiſionem facturos? & Bartol. hîc pluribus rationibus oſtendit hanc clauſulam non eſſe eius effectus, vt fideicommiſſi renuntiationem inducat: quia qui fideicommiſſum, cuius deinde conditio euenerit, petit, non ideo diuiſionem impugnet, & licet Angel. contendat rationes Bart. ſubuertere, acquieſcam ego Aret. & Iaſ. argumentis, qui eas tutantur. Fortiùs ſentit Imol. hoc procedere etiã ſi nulla alia contraueniendi cauſa, quam ex fideicommiſſo eſſet, ſatis enim eſt, quòd partes in genere potuerint cogitare, quòd alia quoque cauſa ſubeſſe poſſet [10]. quam ſententiam & ipſe ſequor, licet non careat ſcrupulo [11]. Sed quid ſi Notarius talem clauſulam ſoleret addere ratione futuri ſiue conditionalis fideicommiſſi? & tunc videri renuntiatum fideicom miſſo Aret. cenſuit [12]. quæ ſententia probabilis eſt, cùm dictio, *Et cætera*, adiecta proponere-
17 tur *, quam extendere tabellio ad hunc caſum ſoleret [13]. alias verò non eſt in dubio credendum de iis clauſulis rogatum eſſe notarium, quæ factum augent vel mutant [14], vel quæ
IIII. vniformiter non apponuntur [15]. Sed quid ſi verba vberius concepta ſint, putà quòd nullo vnquam tempore diuiſioni contrafaciet? & idẽ eſſe Bald. ait [16], quia qui fideicommiſſum petit non reſcindi diuiſionem, ſed illam partẽ ex iure quod ſuperuenit, ſibi dari poſtulat, quod Paul. Caſtr. vſq; eò procedere reſpondit, cùm dictum eſſet ſe aliqua ratione vel cauſa
V. non contrauenturũ. intelligitur enim præſenti nõ autẽ futura [17]. Sed quid ſi cohæres di-
18 xerit ſe * contentum pro omni hæreditate & iis quæ teſtamẽto ſunt ſibi relicta, an his verbis videatur fideicõmiſſo renuntiatum? & Bar. nõ videri cenſuit [18] tanquã huiuſmodi verborum generalitas ad ius præſens reſtringi debeat [19]. alij tamen ſpeciali fauore filię induci exiſtimant, vt illis verbis fideicommiſſum non cenſeatur renuntiatũ. quæ ex humanitate, & paterno voto, excluſo fiſco, admittitur: ſicq; cõmuniter ſolet Pauli reſponſum intelligi [20],
VI. vt appareat per argumentũ à ſpeciali aliud regulariter eſſe [21]. Sed quid ſi dictũ ſit, quòd partes renuntiant fideicommiſſo debito? & Bart. nõ cenſeri de hoc cõditionali actũ exiſti-
19 mauit [22], in huiuſmodi enim renuntiationibus * anguſtior fit interpretatio, debitũ autem ſub conditione vel in diẽ lata duntaxat ſignificatione dicitur debitum [23], quę ſẽtẽtia Bar. cõmunis & vera eſt [24], quoties in teſtamẽto paterno, & pura, & cõditionalia fideicõmiſſa eſſent. Satis enim eſt dictã renuntiationẽ reſpectu præſentiũ intelligi, aliàs, vt aliquid operaretur ad cõditionalia quoq; protraheretur [25] quod hîc latiùs Iaſ. adtingit. hincq; ſubiungi poteſt idẽ eſſe cùm indefinitè & ſimpliciter fideicõmiſſo renuntiatũ eſt vt intelligatur de fideicommiſſo præſente tantũ non de eo quod à futuro euẽtu pendet [26], & poſſet nõ deberi
VII. ſi fideicõmiſſarius grauato præcederet [27], ſicq; ſe habet cõmunis ſẽtẽtia [28]. Quid rurſus, ſi adiecta ſit diuiſioni clauſula, ꝙ remittũt ſibi inuicẽ omne ius quod habebunt vel habere ſperant? & iis verbis non cenſeri renuntiatũ fideicõmiſſo Bar. exiſtimauit. quẽ videntur (vt inquit Alex.) Doct. ſequi [29]. illa enim verba, *Ius quod habent vel habere ſperant*, intelliguntur de ſpe, quæ ex cauſa præſenti conſiſtat [30]. quæ ſẽtẽtia ſat ambigua eſt: quia qui ius fideicommiſſi cõditionalis habet, dicitur præſentẽ ſpem, & quidẽ probabilẽ habere [31]. poteſt tamẽ defendi Bar. opinio in diuiſione quæ ex neceſſitate ſẽtẽtiæ arbitri facta eſſet, ſicut enim arbitri in ſpecie ſtatuere de iure fideicõmiſſi nõ potuiſſent: quia eorũ poteſtas ad
20 ius futurum * non protrahitur [32], neq; ad ea, quæ coram ſe deducta nõ fuerint [33], ita nec diuiſio in laudatiui exequutionẽ facta ampliùs extendi debet, quod Bal. Ponta. Socin. reſponderunt [34]. Poteſt & defendi caſu, quo conſtaret iſtos ignoraſſe fideicõmiſſum [35], vel non in-
VIII. ſpectis cognitiſue teſtamenti verbis diuiſionem feciſſe [36]. qua de re infrà. Sed quid ſi adiectum diuiſioni proponatur, quòd alter alteri renũtiat omnia iura ſibi ſuper alterius parte competentia? & idem eſſe Bald. cenſuit [37], vt non ideo ius competiturum, ſeu futurũ contineatur. & licet ante euentum conditionis competat ius fideicõmiſſario, vt alibi Bartolus tradit [38], tamen non competit ſuper parte cùm adhuc nec hypotheca vlla nata ſit, nec res

1 l. de fideicommiſſo. C. de tranſac. l. ſi pater puellæ. C. de inoff. teſtam.
2 c. j. conſtitutiones Lotharij. vbi Bal.
3 Bar. hîc. Angel. l. qui cum tutoribus. ff. de tranſac.
4 Dec. conſ. lxxxvj. & conſ. cclxxxvij. in fi.
5 conſ. cxiij. dubio j.
6 glo. ſi. C. de non num. pe.
7 Bald. conſ. cccxlix. ſuper cod. in fin. in iij. dub.
8 l. de his. de tranſa. vbi D.
9 c. cùm cõtingat. de iureiu.
10 d. l. qui iure. de teſt. mil.
11 l. fundus qui locatus. de fun. inſtr.
12 ar. l. ſi. in ſi. C. de fideiuſ.
13 gl. l. ab executore. de appel. Doct. l. Gallus. §. ij. de liber. & poſth.
14 Bart. l. illa. de hæred. inſtitu. Bal. rub. C. de his qui in fraud. cred.
15 Bar. l. ſciendum. iiij. opp. ſ. eod. Alex. conſ. v. in iiij.
16 Bal. d. l. cùm pater. §. hæreditatem. ij.
17 Paul. Caſtr. conſ. cclxxxviij. in ij. quia dubia.
18 Bar. iij. opp. & q. vj.
19 l. Paulo. §. j. de leg. iij.
20 gl. Din. Pet. Iaco. Rayn. Alber. ibi. Ang. Imol. Alex. Iaſon.
21 l. j. in fin. ad municip.
22 Bart. q. iiij.
23 l. ſi ita ſcipſiſſet. de lega. ij. l. ſi ſtipulatus fuero. §. cũ ſtipulamur. ſ. eod.
24 l. debitor. de verb. ſig.
25 d. l. fundus, qui locatus.
26 arg. l. & vno. §. j. de acceptil.
27 l. j. ij. reſp. de cond. & de.
28 Socin. conſ. cclj. in ij.
29 Bar. q. vj. vbi Alex. & Iaſ.
30 l. ij. de ſtatulibe. l. quod Seruius. de cond. cau. da.
31 d. l. ij. Bar. l. is poteſt. de acquir. hæred.
32 d. l. non quemadmodũ. de iudic.
33 l. licet. C. de iudic.
34 Socin. d. conſ. Bal. conſ. cxcj. in ij. Rom. cccciij.
35 gl. l. tres fratres. de pact.
36 l. de his. ſ. de tranſac.
37 Bal. c. j. impera. Loth. in vſib. feud.
38 Bar. d. l. is poteſt. in ſi.

 vllo

vllo modo adſecta[1]. Sed quid ſi in diuiſione expreſsim data eſt inuicẽ facultas alienandi IX.
& diſponendi ad libitum ipſorum? & adhuc ſaluum eſſe ius fideicommiſsi infrà videbi-
mus. nempe ſi ſequuta non ſit alienatio[2], vel ſi ſecuta ſit, ad pretium ſaltem[3]. Idémque X.
dicendum, etiam ſi euictionis periculum inuicem clauſula generali ſit promiſſum. non ta-
men impedietur euictio, quæ iure fideicommiſsi fiat: nec eam præſtari in dubio cenſebitur
actum[4]. nemo enim de euictione ei tenetur, cuius facto vel auctoris ſui res fuerit euicta[5].
at hîc euincetur res propter fideicommiſſum ab auctore ipſo, ſeu teſtatore diſpoſitum,
quod Bartolus tradit, & ſequuntur cæteri. Sed quid in alio contractu, quàm diuiſionis? XI.
Pone ego ſciens emi rem mihi fideicommiſſo conditionali debitam, an videar renuntiaſ-
ſe fideicommiſſo? & Bartolus [6] concludit non videri[7], ſed eueniente conditione, age-
re me ad pretium poſſe tanquam illam rem mihi ipſi euicerim[8]. quæ ſententia ſcrupu-
lo non caret, vt infrà videbimus[9]. Illud conſtat quibuſcunque verbis concepta ſit XII.
diuiſio, etiam ſi futurum tempus reſpiceret, nunquam tamen renuntiationi locum ad-
uerſus ignorantem eſſe[10]. Nec enim is, qui fideicommiſſum * ſubeſſe ignorauit, poteſt 21
videri illi renunciaſſe[11]. quæ res latiorem interpretationem requirit, quam hîc Barto-
lus quæſtione tertia eleganter proſequitur, adducítque non paucas co niecturas ex qui-
bus ſcientia præſumitur. quas ego alibi diffuſiùs explicatas hîc non repeto[12]. Sed videre-
tur etiam in caſibus, quibus ſcientia præſumitur, adhuc tamen renuntiationem non va-
lere: niſi conſtaret, inſpectis cognitíſque teſtamenti verbis factum id eſſe. videtur enim
lex pro forma id requirere[13], & id quidem coniunctim, vt ſcilicet non ſufficiat cognitio,
niſi etiam accedat inſpectio[14]. & cùm ea verba conditionalia ſint, formam ſolennita-
témq; non leuem debet inducere[15]. maximè cùm verbũ, *Inſpectis*, ad oculum * corporis re- 22
feratur[16]. alioquin ſi diceremus ſcientiã ſufficere, ſuperfluò additũ videretur[17]. Sed tamẽ
aliter Bartol. tradidit, quem cæteri ſequuntur, & ſufficere extimant, ſi oculo intellectus
quandoque inſpexerit & cognouerit[18], ſiue per ſe, ſiue per alium[19], ſiue nunc, ſiue olim.
dictio enim illa participalis eſt præteriti temporis, hincque apparet inſpectionem illam
pro forma non requiri, ſed verba illa à Iuriſconſulto adiecta duntaxat eſſe pro ratione e-
dicti, quo prætor tabulas aperiri iubet[20]. Quapropter communi calculo receptum eſt, ſi
per nuncupationem teſtamentum ſit factum, inſpectionem illam minimè neceſſariam eſſe
quia edictum † prætoris loquitur de teſtamento quod in ſcriptis ſit celebratũ, qualecunque 23
tamen ſit teſtamentum, vt renuntiatio teneat, oportet cognitũ fuiſſe: cùm iuris, quod quis
ſibi competere ignorat, nulla ſit renuntiatio[21]. Sed qualis ſcientia erit neceſſaria, ſuffi-
ciétne quòd quis in genere, ſciat factum eſſe teſtamentum, an verò, vt fideicommiſſo re-
nuntiatum intelligatur neceſſum erit ſpecialiter * rem illi cognitam fuiſſe? & Bartolus 24
ſentit ſcientiam in ſpecie neceſſariam eſſe, ídque eſſe quod lex ait tranſigi non poſſe niſi
inſpectis cognitíſque verbis[22]. quod & Imol. Alexander Aretin. Iaſon probant. ideóque
inferunt, quòd ſi in diuiſione dictum ſit remittere eos ſibi inuicem omne ius præſens, ac
futurum tam ex teſtamento quàm ab inteſtato, tam ex cauſa fideicommiſsi, quàm alia
quauis, non tamen iis verbis renuntiatum fideicommiſſo cenſeri, quod teſtamenti pa-
terni tabulis contineatur[23]: quia effuſa hac verborum generalitate non arguitur ſciuiſſe
eos ſpecialiter quid tabulis paternis ſcriptum eſſet. Angelus tamen aliter videtur ſenſiſ-
ſe[24]: propter generalitatem enim verborum ſaltem in genere potuerunt cogitare, quale
illud fideicommiſſum eſſet[25]. vnde generalis liberatio ad illud quoque trahi debet[26]. Sed
hanc ſententiam Doctores non probant quoniam (vt dixi) id teſtamentis præcipui in-
dultum eſt, vt ius inde proueniens remitti nequeat, niſi ab eo qui ſpecialem notitiam ha-
buerit[27]. poteſt tamen Angeli ſententia quatuor caſibus defendi. Veluti quoties aliquæ I.
coniecturæ * adeſſent, quibus ſignificaretur etiam particularem teſtamenti cognitionem 25
eos huiuſce[28]. Idémque ſi renuntiatio eſſet iurata, habet enim iuramentum vim ſpe- II.
cialis conſenſus[29]. & propter religionem ſolennitas quod inſpectis verbis tranſigatur,
cenſetur reiecta, quod receptior habet ſententia, exceptò aduerſus eum qui ipſe tabulas
ſupprimeret[30]. Idem quoque dici poteſt quando in huius renuntiationis præmium ali- III.
quid æquipollens eſſet datum. cenſetur enim qui pecuniam hoc nomine recipit vice mu-
tua renuntiationem efficacem facere: ne aliàs ille, cum quo contrahit, decipiatur[31]. vnde
ex ſcientia in genere videtur ſpecialem quoque præſumendam. Sed huic ſententiæ aduer-
ſatur, quia Bartol. & Doctores videntur loqui in renuntiatione mutui fideicommiſsi inui-
cem facta, quo caſu renuntiatio alterius eſt præmiũ alterius. verùm reſpondetur eandem
incertitudinem in prœmio hoc eſſe, quæ & in renuntiatione eſt[32]. ſecùs ergo ſi conſtaret,
quid loco renuntiationis certi fuerit datum. Idem quoque defendi poteſt, cùm fidei- IIII.
commiſſum id non teſtamento in ſcriptis ſed per nuncupationem confecto iniunctum eſ-
ſet: quoniam in nuncupatiuis teſtamentis ſuprà diximus ſupraſcriptæ ſolennitati locum
non eſſe. quod Albericus, Fulgoſius, Iaſon tradiderunt. eſt enim quod imputetur ei qui à
tabellione

1 l. cedere. de verb. ſign. l. is cui. ſ. tit. j.
2 l. ſicut. §. ſi volũtate. quib. mod. pig.
3 l. ſi fundum. per fideicom. de leg. ij.
4 glo. l. ſi familiæ. C. fam. erciſcun.
5 l. fundum meũ. de euict. l. licet placeat. de dot. præle.
6 q. xij.
7 arg. l. fundo. ad l. Falcid.
8 l. planè. §. quod ſi rem. de leg. j.
9 l. cui res. de ac. emp.
10 d. l. tres fratres.
11 l. mater decedens. de inoff. teſtam.
12 l. pen. ſi cer. pet.
13 l. de his. ſ. de tranſac. l. j. quemad. teſtam. app.
14 l. ſi hæredi plures. de cõdit. inſtitut.
15 l. prætor. in prin. de coll. bonorum.
16 l. ij. §. inſpectio. quemad. teſtam.
17 l. ſi quando. de leg. j.
18 l. ſcire. l. inciuile. de ll.
19 d. l. j. quemad. teſtamẽ. l. j. de procur.
20 d. l. j. quemad. teſt. aperi.
21 d. l. mater decedens.
22 d. l. de his.
23 Bar. & Doct. q. v.
24 Ang. q. ij.
25 l. qui iure. de teſta. mil. l. ſi tu ex parte. de acq. hære.
26 l. plurib. de accep. l. fi. C. de dot. pro. in fi.
27 d. l. de his.
28 l. non eſt ferendus. de tranſact.
29 l. cùm pater. §. filius matrem. de legat. ij. c. quamuis. de pact. in vj.
30 Doct. d. l. de his. & d. l. j.
31 l. ſi quis domum. §. pen. loc. Bar. l. gerit. de acqui. hæreditate.
32 argu. l. iij. §. de illo. pro ſocio.



tabellione exemplum teſtamenti non accepit, qui veriſimiliter abſque mora dediſſet[1].
quod in teſtamento, in ſcriptis non procedit, id enim non niſi adhibitis ſolennitatibus pu
blicari poteſt[2], & facilius poteſt ſupprimi, vnde in ſupprimentis odium lex noluit tranſi-
I. gi poſſe niſi eo inſpecto. Supereſt ergo, vt † videamus, quando fideicommiſſo condi-
26 tionali renuntiatum ſit, & concludunt omnes, ſi verba ad ius futurum referantur, cen-
ſeri renuntiatum, præſuppoſita tamen ſpeciali ſcientia, vt ſi dictum ſi, *Renuntio fidei-
commiſſo mihi debendo*[3]. iis enim verbis compræhenditur ius futurum. Dixerit aliquis, cùm
ſuprà traditum ſit, eum, qui fideicommiſſum conditionale petit, non videri diuiſioni
contrafacere[4], ergo qui promiſerit aduerſus diuiſionem non venire cauſa fideicom-
miſsi debendi, non debet cenſeri illi renuntiaſſe? Sed reſponde ex fideicommiſsi deben-
di mentione ſatis apparere de ea contrauentione agi: quæ fieret res in diuiſione aſsigna-
tas euincendo[5], vt meritò hæc interpretatio ſit accipienda, fideicommiſſóque renun-
II. tiatum videatur, aliàs ea verba nullius eſſent effectus[6]. Addit Ioann. Andreæ & tunc
videri renuntiatum, ſi dictum ſit quod promiſit alter ab altero de dictis rebus diuiſis,
nihil vnquam petere aliqua ratione, vel cauſa, quæ dici aut excogitari poſſet. hæc enim
III. verba tractum habent, futurúmque tempus reſpiciunt[7]. Idem quoque Bartolus eſſe
cenſuit quando remiſſum eſſet omne ius tam ex teſtamẽto, quàm ab inteſtato, tam ex cau-
ſa fideicommiſsi, quàm alia quauis[8]. talibus enim verbis cenſetur renuntiatum fideicom-
miſſo conditionali, quando, ſcilicet, is, renuntiat fideicommiſsi ipſius notitiam vel ha-
IIII. beret, vel habere præſumeretur[9]. Idem cenſuit Raphaël ſi dictum ſit, quòd remittunt o-
mne ius quod alter habet vel habere ſperat ſuper portione alterius. talia enim verba ex-
tenſiua ſunt & futurum reſpiciunt[10], & ſpem probabilem habere dicitur qui ius fidei-
commiſsi conditionalis habet[11], vt meritò me non moueat Bartoli, qui huic ſententiæ
aduerſatur, ratio, dum intelligi ea verba ait. de ſpe, quæ ex cauſa præſenti conſiſtat[12].
Reſpondeo enim fideicommiſſarium à præſenti cauſa, id eſt, teſtamento, quod aditio-
ne confirmatum ſit probabilem ſpem habere[13]. Minúſque me mouet, quod generalia
illa verba non debent ad ea trahi, quæ ex teſtamento pendent[14], quia poſſet hoc pro-
cedere in eo, qui teſtamenti notitiam non habuiſſet. at nos loquimur de eo, qui habuit, &
quidem ſpecialem. quo caſu alia mentio inſpectionis tabularum neceſſaria non eſt[15], vt
ſuprà vidimus. quæ ſententia certius procederet, ſi nullum aliud ius eſſet vnde probaliter
ſperari poſſet quàm ex fideicommiſſo. nam tali caſu nec Bartolus quidem diſſentit, quin
V. illi renuntiatum cenſeatur[16]. Sed nunquid ſupraſcriptis verbis videatur † renuntiatum
27 iuri ſubſtitutionis pupillaris[17]? & vis verborum infert etiam de tali iure actum eſſe, quod
intelligendum in caſibus quibus renuntiari poteſt: cùm enim de hæreditate viuentis tra-
ctetur, regulariter non valet renuntiatio[18]. niſi ſit iurata[19], accedente ergo iuramento va
leret quod Alex. hîc tradit. Sed Ang. Iaſónque nec tum quoque valere exiſtimarunt: quia
ſicut pupillus teſtari non poteſt, ita nec teſtamentum ſibi à patre factum infirmare, eiúſq;
reuocationem acceptare. Sed hoc parum vrget, quia teſtamentũ pupilli non ideo reuoca-
tur, licet renuntians propter iuramentũ ſuum obligatus ſit non adire[20]. horum tamen ſen-
I. tentia quibuſdã caſibus defendi poteſt. Primus, cùm tali renuntiationi † non conſenſit
28 pupillus, vt enim eo conſentiente votum captandæ mortis ceſſat, ita non cõſentiente, præ-
II. matura eſt ſpes, & iure noſtro, reprobatus tractatus[21]. Secundus, cùm iuramentum in-
efficax eſſet, vt quia præſtitum ab impubere eſſet. lex enim ſacramẽta duntaxat puberum
confirmat[22]. vel quia ſcientiam teſtamenti non haberet is qui renuntiat. nec enim iura-
mentum ad ea trahitur, quæ ignorantur[23]. nec referret, quod ſupraſcripto caſu tutor ipſe
pro pupillo renuntiante iuraſſet: hoc enim non ſufficit, nec ideo pactum non ſuccedendi
confirmatur, ſicut nec ſufficit iuramentũ rectoris ſubſtitutioni pupillari renuntiantis, quę
ad eccleſiam ſuam pertineat, quod Ioañ. And. tradidit[24], & alij ſequuntur. Tertius, cùm
III. verba hoc non inferunt, vt quia dictum ſit, *Renuntio omni iuri quod habeo vel habere poßim ex
teſtamento patris*. ſubſtitutio enim pupillaris, pupilli potius teſtamentum eſt, quàm patris[25].
IIII. Quartus, cùm pupillus qui renuntiationem acceptaſſet, mutaret ſententiam, & vellet
talem renunciationem irritam eſſe: iuramentum enim non operatur, niſi pupillo in con-
V. ſenſu perſiſtente[26], quod Baldus tradidit[27]. Sed quid, ſi ſimpliciter quidem facta diui-
ſio proponatur, verùm facultas alienandi inuicem conceſſa ſit, an, ſequuta alienatione
cenſebitur renuntiatum fideicommiſſo[28]? & Bartol. reſpondit non quidem fideicommiſ-
ſo renuntiatum eſſe, ſed tamen, ſequuta alienatione, ſecurũ eſſe emptorem, tanquam con
ſentiente fideicommiſſario, emerit[29]: ſicut videmus & eum ſecurum eſſe, qui fundum be-
neficiarium vel emphyteuticum ab eo emit, qui pro ſe, & quibus daret conceſſum habe-
bat[30]. Quod & ex eo exemplo probatur, quo traditum eſt efficacem eſſe illius rei aliena-
tionem quæ fideicommiſſo ſubiecta ſit: dum tamen conſentiente fideicomiſſario fiat[31], &
ratio ſupraſcriptorum caſuum eſt, quia cùm in inſtrumento iſte licentiam alienandi dede-
rit, non

1 l. prætor ait. in prin. de ed.
2 d. l. j.
3 Bar. q. iiij.
4 Bar. ſ. q. xj. Bal. d. §. hæreditate. in ij.
5 d. l. vendicantem.
6 d. l. ſi quando.
7 Io. And. in Spec. de teſt. §. in primis. verſicu. quid ſi duo. Alex. & mod. hîc.
8 Bar. q. v.
9 l. & vno. §. j. de acceptil. cum glo.
10 l. ſi ita quis. de leg. ij.
11 Bar. d. l. is poteſt.
12 l. ſi vxor. §. diuus. de adul.
13 l. ij. de ſtatulib.
14 gl. d. l. tres fratres.
15 d. l. de his.
16 d. l. fundus qui locatus. Alex. conſ. ccviij.
17 Bar. q. 7.
18 l. pactum. C. de collat.
19 c. quãuis. de pa. lib. vj.
20 l. j. de iniuſto ruptóque.
21 l. ij. §. interdum. de vulg.
22 authent. ſacramenta. C. ſi aduer. vend.
23 c. clericus. de iureiur.
24 Io. And. c. graui. de dep. Alex. hîc. per glo. c. j. verbo, contractum. de re. iu. in integ. in vj.
25 l. patris & filij. de vulg.
26 d. l. fi. C. de pact.
27 Bald. c. ad noſtram. ij. de iureiur.
28 Bar. q. viij. & conſ. lxxij.
29 l. ſi fundum. per fideicõmiſſum. de leg. j.
30 c. j. de feud. nõ hab. prop. feud. nat.
31 d. l. nihil. §. omnibus. de leg. j. l. quoties. j. C. de fidei.

rit, non debet emptor decipi, qui eius licentiæ prætextu emit[1]: ſolùm ergo actio fideicom-
miſſario aduerſus hæredem competet, qua pretium reuocet: niſi tamen & huic expreſsè
vel tacitè renuntiatum ſit[2]. Sunt tamen † aliqui caſus, quibus fideicommiſſum ſaluum re- 29
manet, tametſi diuiſio cum ſupraſcripta clauſula facta ſit. Primus eſt, ſi res fideicom- I.
miſſo ſubiecta non fuerit alienata: cùm enim ea clauſula effectum non habuerit, nil ob-
ſtat fideicommiſſario[3], quod & ſuprà dixi. ſi enim hoc in pignore eſt quod faciliùs remit-
titur[4], in fideicommiſſo quoque admittendum eſt. nec refert, an alienatio facta non ſit,
an inutiliter ſit facta[5], quod Pontanus reſpondit[6]. Addit Iaſon idem eſſe, ſi teſtator qui
fideicommiſſum fecit, ipſemet dedit grauato alienandi licentiam, intelligitur enim fidei-
commiſsi obligationem reſtrinxiſſe eo duntaxat caſu, quo alienatio ſequuta non ſit[7].
qua tamen in re Curtius ſenior contrarium reſpondit. Ego tali caſu omni modo quar-
tam * fideicommiſſario deberi arbitror[8], maximè ſi hanc facultatem verbis arbitrium 30
boni viri denotantibus teſtator dederit, quod in Iaſoniano fuit caſu. Alius caſus eſt, II.
ſi ſupraſcripta clauſula ſimpliciter addita non ſit, ſed cum certa reſtrictione, putà quòd
poſsit rem vendere cum iuribus ſuis[9]. videtur enim ſentire Angelus[10]. tali caſu ſaluum
ius fideicommiſsi eſſe. quæ ſententia certior eſſet, ſi diceretur, bonis tranſeuntibus cum
onere ſuo[11]. Sed & ſi in inſtrumento adſcripta eſſet proteſtatio, quod fratres non in- III.
tendebant præiudicare aliquibus contentis in teſtamento videtur ſufficere, vt ius fidei-
commiſsi reſeruatum cenſeatur[12], qua tamen in re aliud Socino viſum eſt: quia talis re-
ſeruatio non debet ad clauſulam licentiæ referri[13], ne, ſcilicet, eam corrigat[14], & quia
generalis * clauſula non refertur ad ea, quæ ſpecialiter expreſſa ſunt[15]. Sed certè non 31
de correctione hîc agitur, ſed de reſtrictione ſecundum actus naturam, quæ etiam ad-
uerſus proprietatem verborum fieri ſolet[16], tantùm abeſt, vt in caſu noſtro facienda
non ſit, in quo verba hoc expreſsim dicunt. adde quòd tali caſu non poteſt emptor di-
cere ſe deceptum. Sed ſibi imputare debet qui non viderit quid iuris ex teſtamento po-
tuerit reſeruari[17]. Sed & ſi alienatio non titulo ſingulari, ſed iure ſucceſsionis in hæ IIII.
redem extraneum facta ſit, videtur actionem fideicommiſſario dandam. ſicuti enim,
ſi res penes grauatum extaret, non ſequuta alienatione repeti ab eo poſſet, ita & ab e-
ius hærede deberet poſſe reuocari[18], cùm teſtatoris perſonam repræſentet[19]. Cùm e-
nim omnes hîc fateantur in ſubſidium fideicommiſſario actionem ad pretium dari, quia
res eſt alienata, ſequitur, vt ſi apud hæredem ſit ab ipſo vendicari queat, nec ad ſubſi-
diarium remedium tranſeamus. Sed quid ſi fideicommiſſum illud cùm ab hæredibus V.
etiam cum iuramento approbatum eſſet, an ſi deinde in diuiſione adiiciatur ſupraſcri-
pta clauſula cenſebitur, ſequuta alienatione, fideicommiſſo renuntiatum? & Iaſon ex
facto conſultus reſpondit, non cenſeri[20], ne talis clauſula generalis ad diſpoſitiones
iuratas trahatur[21]. Ego tali clauſula mutuò remiſſum iuramentum magis credo[22]. Sed VI.
quid ſi is, qui licentiam conceſsit ignorantiæ prætextu ſe excuſet? & Bartolus non ideo
inquietari emptorem poſſe exiſtimauit: ſibi enim imputet, qui temerè licentiam dedit,
quia non debet hæc res emptori damno eſſe, qui aliàs deceptus remaneret[23]. cùm e-
nim eius affirmationem ſequutus emerit, doli mali exceptione tutus[24] eſt. Sed tamen
aliter ex facto reſpondit Baldus[25], quia talis clauſula ſecundum naturam actus intelligi
debet[26], vt, ſcilicet, operetur donec dies fideicommiſsi cedat[27]. quam rationem etiam
probat hîc Aretinus, additque non debere nos temerè à regula recedere ſecundum quam
eius, qui teſtamenti notitiam non habuerit, nulla eſt renuntiatio[28]: meritò ergo videtur
ignoranti ſuccurrendum, quæ rationes reſpectu ipſius grauati probabiles ſunt: non reſpe-
ctu tertij emptoris, qui aliàs deciperetur, addit idẽ Aret. clauſulam hanc licentiæ, tanquam
ad exequutionem actus pertinentem nõ debere huiuſmodi renuntiationẽ inducere[29]. ſed
mihi non videtur emptoris huius reſpectu clauſulã hanc executiuam eſſe, ſed principalem
potiùs[30]. Poteſt fortè Bal. Arét. q; ſentẽtia illo caſu videri probabilis, quo fideicõmiſſum re-
ciprocum nõ fuiſſet, ſed alteri duntaxat iniunctũ, ne, ſcilicet clauſula inæqualiter operetur
reſpectu vnius rei liberationem reſpectu alterius nugationem[31]. Illud conſtat, & ſuprà VII.
vidimus licet emptor inquietari non poſsit. ſaluum tamen fideicommiſſario ius ad pre-
tium aduerſus cohæredem eſſe[32]. cùm enim grauatus fideicommiſſo * duplici actione te- 32
neatur, ad rem ſi extet, vel ad eius æſtimationem, ſi facultatem dandi non habet[33]: hæc
clauſula licentiæ à petitione rei alienatæ liberans, non debet ad pretium extendi[34].
Quid ergo, ſi pretium nullum fuerit, vt quia ille donauerit? & licet is, qui donanti rem
ſuam conſentit, ad pretium regreſſum non habeat[35], tamen id duntaxat verum arbi-
trarer, cùm is, qui conſentit, ſcit rem donari. non enim poteſt regreſſum ad pretium
videri reſeruaſſe: cùm nullum interuenerit[36]. ſecùs ergo in caſu noſtro in quo virtu-
te illius clauſulæ generalis quædam licentia eſt data, quæ ad pretium referri non po-
teſt, vt meritò ſit adhuc præſtanda æſtimatio[37], ne aliàs arbitrarium grauato ſit.
quomodo

1 l. ſi cùm mihi, de dol. in fi. de leg. ij.
2 l. codicillis. §. j. de leg. ij. Corn. conſ. cccxxxix. in j.
3 l. ſicut. §. ſi volũtate. quib. mod. pig.
4 Bar. hic. quar. opp.
5 l. quoties. qui ſatiſd. cog.
6 Rom. conſ. xliij.
7 Iaſ. conſ. clxxiij. in ij.
8 auth. contra rogatus. ad Trebell.
9 l. fi. in fi. de contrah. emp.
10 Ang. q. v.
11 l. ij. de ſtatulib. Bal. conſ. clxxxixj. in ij.
12 glo. l. ſi debitor. j. quibus mod. pig.
13 Socin. conſ. xliij. in iiij.
14 glo. l. ſi idem. in fi. de iuriſd. om. iud.
15 l. doli. ſ. eod.
16 l. ſi vno. locat.
17 l. qui cũ alio. de reg. iur.
18 d. l. ſicut. §. ſi debitori. & l. peto. §. prædium. in glo. fi. de leg. ij.
19 §. j. auth. de iureiuran. à mor. præſtit. Curt. cõſ. lxiij.
20 conſ. clxxiij. in iiij.
21 gl. c. cùm non deceat. de elec. in vj. cle. dudum. in fin. de ſepul.
22 c. j. de iureiur. Io. Andr. in Spec. de iudi. §. ſequitur. Bart. & Iaſ. l. j. §. & poſt operis. de op. no. nunt.
23 d. l. ſi cum mihi.
24 l. j. §. cauſam. verſ. neque enim. de ædil. edic.
25 Bal. conſ. cccccxl. in iij.
26 l. per diuerſas. C. mand.
27 l. fi. §. ſin autem. C. com. de leg.
28 d. l. de his.
29 cle. j. in fi. de præben.
30 d. c. j. de feud. non hab.
31 ar. l. iã hoc iure. de vulg.
32 d. l. ſi fundum. & d. l. fi. in fi. de leg. ij.
33 l. non dubium. §. fi. de legatis iij.
34 l. ſi domus. de ſer. vrba. prædio.
35 l. in ædibus. §. j. de dona.
36 l. ad res. de ædil. edic.
37 d. l. non dubium.



quomodo fideicommiſſarium etiam reſpectu pretij eludat[1]. Sed quid ſi rem fideicom-
33 miſſo ſubiectam † permutauit, an ea res vice permutationis accepta loco fideicommiſ-
ſariæ ſuccedet? & Iaſon ex facto reſpondit ſuccedere[2], quæ ſententia in caſu ſuo ve-
ra eſt, in quo permutatio, conſentiente fideicommiſſario, facta erat[3], non enim videtur
tali conſenſu omnis prorſus fideicommiſsi ſpem remiſiſſe, quod & in caſu noſtro eſt,
quo aliàs pretium deberetur. Idémque, ſi teſtator ipſe alienandi licentiam dederit, vt
alia bona emantur. videtur enim voluiſſe ea in fideicommiſſo ſubrogari[4] quod & Bar-
tolus ſentit[5]. Idémque ſi alias fraus legi fieri poſſet[6], quibus caſibus exceptis non pu-
tarim à regula recedendum, vt in particularibus res loco rei non ſuccedat, & ideo a-
lienandi licentia rem prorſus liberet[7]. Quod & de eo reſponſum eſt qui clienti con-
ceſſerat, vt feudum venderet: nec pretium enim nec res ex eo empta beneficij iure am-
plius cenſebitur[8]. Sed quid ſi latiſsimis verbis concepta ea clauſula proponatur? putà,
quia dictum eſſet, data illa bona ad habendum tenendum & poſsidendum, & quic-
quid ipſis fratribus, & eorum hæredibus deinceps placuerit faciendum, & Crottus hîc
ait ſe ex facto reſpondiſſe fideicommiſſum videri ſimpliciter remiſſum quæ ſententia
aduerſus mentem cæterorum eſt[9]. cùm hæc licentia non operetur, niſi ſequuta aliena-
tione[10], & cùm verba nihil inferant reſpectu pretij, quod ſaluum eſſe fideicommiſſa-
VIII. rio debet. Addit Aretinus huiuſmodi licentiæ clauſulam in ea tantùm parte operari,
quam alienans à fratre ſuperſtite habuit, ſecùs reſpectu eius partis, quam iure ſuo con-
34 ſequutus eſt[11]. Sed hæc ſententia omnino reiicienda eſt: aut † enim fideicommiſſarius
actione perſonali aduerſus emptorem experitur, & non poterit: cùm ea actio poſſeſ-
ſorem non ſequatur[12], ídque etiam ſi portio hæreditatis ad eum titulo emptionis perue-
niſſet[13]: aut agit actione in rem, quæ poſt conditionis euentum aduerſus poſſeſſorem da-
tur[14], & adhuc obtinere non poteſt[15]: ius enim in rem, facta diuiſione, remanet pro indi-
uiſo ſuper tota re, ſicuti erat ante diuiſionem, quando is, qui tale ius habebat, diuiſioni
non conſenſit[16], ſecùs, ſi is ad quem ius pertinebat conſenſiſſet prout in caſu noſtro: tunc
enim in parte diuiſa conſolidatur[17], ſi ergo id ius conſolidatum eſt, dicendum videtur
clauſulam licentiæ ad omne illud referri nec conſtituendam partis à parte differentiam
VII. quod & Bartolus ſenſit, & cæteri approbauerunt. Supereſt, vt † videamus, quomodo
35 per promiſsionem euictionis cenſeatur in diuiſione renuntiatum fideicommiſſo condi-
tionali. quod vt apertiùs intelligi poſsit, prius tractandum eſt, quomodo euictio inter co-
hæredes præſtetur[18], & conſtituenda eſt regula, cohæredem re alteri euicta de euictio-
ne illi teneri[19], habet enim diuiſio inter cohæredes vim permutationis[20]: at in permu-
tatione clarum eſt præſtari euictionem, ſicut & in emptionis contractu. nec refert à par-
tibus ſit facta diuiſio an à iudice[21]. factum enim iudicis cenſetur ipſius partis factum[22].
quod maximè procedit, cùm ab eo appellari poteſt qui enim non appellat, conſenti-
I. re videtur[23]. Non eſt tamen perpetua ſupraſcripta regula. Et in primis † non proce-
36 dit, quando portio alterius eſt in eadem euictionis cauſa: licet enim adhuc euicta non
ſit, ſatis eſt ſubeſſe periculo, quod Gulielmus Baldus Caſtrenſis cenſuerunt, vt ſcilicet,
domini interim non euincentis negligentia lucro poſſeſſoris[24] cedat. Salicetus tamen
aliter ſentit, quoniam lex vult vt communis ſit fortuna, & ideo ſatis eſſe debet, quod
cohæredi ſuccurratur, ſequuta demum euictione[25]. Ego diſtinguendum arbitror, vt ſi
in limine iudicij euictio immineat, vera ſit Baldi ſententia, aliàs Salicetum ſequar.
II. Rurſus non procedit, cùm ij qui diuiſerunt ſciebant rem periculo euictionis ſubie-
ctam eſſe, inter ſcientes enim euictionis actio non datur[26]. quod intelligendum eſſet
pretij reſpectu vt rectè Bartolus tradit[27], quia videntur inuicem mutuum periculum
ſuſcepiſſe[28], & propter dubium euentum non dicitur quicquam alter alteri donaſſe,
ſed potius tranſegiſſe[29], quod in diuidentibus omnes probant. In emptionis verò con-
tractu aliud eſſet, quoniam lex tali caſu ſalua eſſe emptoris iure ad pretium iubet[30],
nec enim tunc poteſt videri emptor ſuſcepiſſe mutuum periculum. Vnde conſequens
eſſe Suzario Alexandróque viſum, vt in diuiſione quoque idem dicamus, quoties vni
aſsignata eſſent bona libera, alteri verò ea, quæ fideicommiſſo ſubiicerentur, nec enim
poteſt tali caſu videri quicquam actum de mutuo periculo, quæ ſententia & mihi placet:
dum tamen in hoc aduertatur, an qui bona fideicommiſſa accepit, id fecerit: quia in
præſentia eſſent vtiliora, volueritque eam vtilitatem: cùm futuri euentus periculo com-
III. penſare[31]. Rurſus quoque non procedit, cùm clarè conſtaret in diuiſione id actum,
vt euictio non præſtaretur[32]. Sed an tali caſu poſſet ſaltem agi, vt pretium reſtituere-
tur. etiam ſi res ex cauſa legati euicta eſſet, non eſt dubium actionem ad pretium dari[33].
maior ſubeſt difficultas, cùm ex alia cauſa euictio ſequuta proponeretur, videretur
enim idem dicendum[34]. Sed Accurſius & cæteri aliter ſentiunt, tanquam hoc caſu mu-
IIII. tuum periculum ſuſceptum videatur, quod ſuprà adtigi[35]. Quod proximè in diuiſione
x v dixi,

1 l. ſi quis rem. de arbit. l. ſtip. non valet. ſ. eod.
2 Iaſ. conſ. ccxxxj. in j. dub. Soc. conſ. xxxvj. in iij.
3 arg. l. ſi donatæ. §. j. de dona. in. vir.
4 l. filię. §. fi. de cõd. & dem. l. cùm id. §. ſi cui. de tranſac.
5 Bart. ij. quæſt. deciſ. Neap. cxciiij. no.
6 l. quod cõditionis. de do. cau. mor. Salic. l. j. C. de nat. lib.
7 l. fi. C. de remiſ. pig. l. cũ pater. §. quindecim. de leg. iij.
8 Doct. c. j. in fi. de feud. nõ hab.
9 Cornæus, conſ. cxxxix. in j. Iaſ. conſ. ccclxxiij. in iiij.
10 d. l. ſicut. §. ſi voluntate.
11 glo. hic iiij. ſolut.
12 l. fi. in fi. de cõtrah. emp.
13 l. ij. C. de hæred. vel ac. vend.
14 l. fi. §. ſin autem. C. communia de leg.
15 Bar. hîc. q. ix. Alex. conſ. lx. in iij. Socin. lxxv.
16 l. ſi cõſenſerim. §. fi. quibus mod. pig. l. is qui fundum. de vſufru. leg.
17 l. communi. §. ſi debitor. communi diuid.
18 Bar. q. xj.
19 l. ſi fratres. C. cõ. vtriuſque iud.
20 d. l. cùm pater. §. hæreditatem.
21 l. ſi familiæ. C. fam. ercif.
22 l. j. C. ſi in cauſ. iud. l. ob cauſam. C. de euic.
23 l. ab eo. C. quom. & quando iud.
24 Doct. d. l. ſi familiæ.
25 l. hæredes. §. pen. fam. ercif.
26 d. l. ſi fratres. & l. ſi fundum ſciens. C. de euic.
27 Bar. q. xj.
28 glo. d. l. ſi familiæ.
29 l. de fideicom. C. de trãſac. l. ſi pater. C. de inoffic. teſtam.
30 l. fi. §. fi. com. de leg.
31 arg. d. l. de fideicõmiſſo.
32 d. l. ſi familiæ.
33 d. l. fi. §. fi.
34 l. emptorem. §. fi. de ac. emp.
35 glo. d. l. ſi familiæ.

dixi, in qua cohæredes egerint, euictionem non præſtari, ad eam quoque extenditur
quam teſtator ipſe fecerit[1]: tacitè enim videtur actum ne euictio præſtetur[2]: quia diui-
ſio teſtatoris vim ſpecialis legati habet[3], pro ſpeciali autem legato non tenetur hæres
euictionis nomine, quia videtur id ius duntaxat teſtator legaſſe quod habebat[4]. Quòd
ſi ius integrum legaſſe cenſeretur, ſecus eſſet. vnde teſtator qui rem pignorauit cùm eam
legando videatur, non ſolùm ius, quod habet, reliquiſſe[5], ſed liberam legatario dari vel-
le, hæredem euictionis nomine obligat[6]: quia aliàs non luendo in culpa eſſet. Si ergo
iam euicta res ſit, conſuletur legatario per actionem, quòd ſi non ſit, ope duntaxat ex-
ceptionis interim ſuccurreretur[7], ſicut & cohæredibus coniunctis teſtatori, quibus ſingu-
lis aliquid prælegatum eſt, re euicta, conſulitur[8]. Cùm enim ſingulis aliquid prælega-
tum ſit, prætereàque coniunctio ſanguinis ſubſit, ea capitur interpretatio tanquam rem
liberam noluerit teſtator relinquere, vt, ſcilicet, æqualitas inter hos ſeruetur. Vnde & ge-
neraliter dici poteſt idem eſſe omnibus in caſibus, quibus pro legato ſpeciali de euictio-
ne hæres tenetur, quos alibi adnotant Doctores[9]. Cæterùm illud quoque ſciendum V.
eſt, quoties euictio ex facto diuidentis vel auctoris ſui procederet, nunquã cohæredi pręſta-
ri[10]. vnde receptum eſt in caſu legis noſtræ, quia fideicommiſſum ex facto teſtatoris de-
betur, re eo nomine euicta, cohæredem de euictione non teneri[11]. Cenſuit tamen Ia-
cobus Aretinúſque hoc caſu fratris præmortui hæredes, regreſſum euictionis nomine
ad pretium aduerſus fratrem ſuperſtitem habere, idque ſi is qui præmortuus eſt conſcius
fideicommiſſi fuiſſet[12]. quam ſententiam omnes improbant, ſcientia enim fideicom-
miſſi tantùm abeſt, vt faciat diuiſorem euictionis nomine teneri, vt contrarium potius
operetur: quia huiuſmodi auctoris ſui ſcientia prodeſſe illi debet, cùm ius auctori ſuper-
ueniens ſucceſſori prodeſſe ſoleat[13]. aliud ergo eſt in caſu noſtro in quo quis ſcit aucto-
rem ſuum ius habere, aliud quando quis ſciret tertium aliquem ius habere, tunc enim
ſalua actio ad pretium remaneret[14]. veriſsimáque ſunt hæc, quicquid Aretinus hîc in-
anibus argumenctis controuertat[15]. Quod tamen ſuprà dictum eſt, non præſtari * eui- 37
ctionem fideicommiſsi quod facto auctoris inducitur, limitandum eſt, niſi expreſsè actum
ſit, vt etiam iure fideicommiſsi re obtenta præſtetur euictio, tunc enim ſaltem iure ex-
ceptionis excluderetur actor, qui fideicommiſſum peteret[16]: quod Accurſius Iaſon Bar-
tolus cæteri tradiderunt, & ex facto reſponſum ab Alexandro extat[17], idque non ſo-
lum reſpectu eius partis, quam iure cohæredis quis poſsideret, ſed eius etiam quam iu-
re proprio, quod reprobata Azonis ſententia Bartolus tradidit, & nos ſuprà ſumus ſe-
quuti. Quid ergo ſi non expreſſe actum ſit, ſed coniecturis quibuſdam probabiliter
tacitè id appareat[18]. Verbi gratia, quando manifeſta læſio aliàs induceretur. vt quia
fratri qui veriſimiliter non eſſet liberos habiturus data in partem illa duntaxat bona fuiſ-
ſent, quæ fideicommiſſo ſubiicerentur, & alius habens liberos bona partis æſtimationis
reſtituiſſet? videretur hoc caſu præſtandam euictionem, quia ceſſat ea ratio quod mu-
tuum periculum ſuſcepiſſe videantur, vt ſupra dixi[19]. Suadet hoc & æqualitas, quæ in-
ter fratres ſeruari debet[20] & ne alter alterum decipiat[21]. quod ſi aliqua alia coniectura
accedat, putà confeſsio extra iudicialis[22] vel poſt euentum conditionis, decennalis
poſſeſsio[23], non dubitauerim fideicommiſſo renuntiatum videri. Poſtremò adtin- VIII.
gunt Doctores quomodo rei fideicommiſſæ emptione renuntiatum fideicommiſſo vi-
deatur, & concludunt tunc renuntiatum cenſeri, cùm ſcienter ab ipſo hærede rem ſi-
bi purè legatam legatarius emat[24]. Nam & videmus idem eſſe in iis, qui ſcienter ſimul
quid emant, quos conſtat cenſeri mutuò conſentire & pignus remittere[25]. Huc pertinet
quòd lex ei, qui ignorans emerit, conſuli actione ex empto ait, quaſi ſentiat ſcienti non
prouideri quia renuntiaſſe cenſeatur[26]. Nam & ſi legatarius hæredi rem alienanti con-
ſentiat, videtur plerunque repudiare legatum[27], ergo fortiùs id credendum eſt, ſi ille ipſe
emat. accedunt iis regulæ generales: Qui vult conſequens, idem & velle id cenſetur quod
neceſſario antecedit[28]. Et qui alterum ex iis quæ ſimul eſſe non poſſunt, eligit, alterum
repudiaſſe intelligitur[29]. Senſitque ita Din. cuius ſententia meruit communiter approba-
ri, tametſi Bar. dubitauerit, quoniam lex extraneo ſcienter emẽti, ſeruat actionem ad pre-
tium[30]. Sed reſponde, nõ ideo ſequi, vt idem ſit quando ipſemet legatarius emit, cùm emẽ-
do videatur conſenſum hæredi præſtare & legatum remittere[31]. Addit ſicut legatarius ab
extraneo aliquo emens non videtur hæredem à iure fideicommiſsi liberare, vt infra vi-
debimus, idem cenſendum, ſi ab ipſo hærede emat. Sed certè & hoc parum vrget, cùm
ſi ab extraneo emat, nihil id hæredi prodeſſe debeatur: nec enim veriſimile eſt id actum
eſſe[32], nec vlla eſt neceſsitas, quæ in id nos trahat. Sed cùm ab hærede emit aliud eſt, cùm
ab eodem non poſsit eadem res, & lucratiuo, & oneroſo titulo haberi. Pugnant enim
iſta, vt Aretinus hîc tradit. Nec mouet quòd renuntiatio legati non debet cenſeri fa-
cta, niſi inſpectis tabulis teſtamenti[33], quia ſupra concluſimus ſufficere ſcientiam, at
nos in

1 l. ſi cogitatione. C. fam. erciſ.
2 Bar. hîc. xiij. q.
3 l. qd ergo ij. §. fi. de leg. j.
4 l. ſi à ſubſtituto. in fi. de leg. j.
5 l. ſi res obligata. de leg. j.
6 l. ſi paterfam. §. fam. erciſ.
7 d. l. ſi pater familiàs.
8 l. cùm pater. §. euictis. de leg. ij.
9 doct. in l. cùm rem alienam. C. de leg. & in l. ſi domus. §. j. de leg. j.
10 l. fundum meũ. de euic. l. licet placeat. de dot. prælег.
11 Bar. §. ij. q.
12 d. l. fi. §. fi. com. de leg.
13 l. cùm vir. de vſucap.
14 d. l. fi. §. fi.
15 Aret. xj. q. Bar.
16 l. vendicantem. de euic.
17 Alex. conſi. xxj. in v.
18 Dec. conſ. lxxix. cclxvij.
19 Guid. de Suzar. Alexan. hic.
20 l. vt liberis. C. de collat.
21 l. tres fratres. de pac.
22 l. procula. de probat.
23 l. pen. vbi glo. C. com. diuid.
24 arg. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. verbo, ignorans. de leg. j.
25 l. titius. quib. mod. pig.
26 l. cui res. de ac. emp.
27 l. codicillis. §. j. de le. ij.
28 l. ad rem. de procur.
29 l. Clodius. l. illud. de acquir. hær.
30 l. fi. §. fi. com. de leg.
31 arg. l. ſi tamen ſciẽte. ad Maced.
32 arg. l. ſtipulatio. §. alteri. §. eo.
33 l. de his. §. de tranſac.



nos in ſciente loquimur, poſſet tamen Bart. ſententia eo in caſu defendi, quo fideicommiſ-
ſum eſſet vniuerſale, & is cui illud debebatur, particularem aliquam rem emiſſet. nõ enim
poteſt rei particularis emptione cenſeri repudiaſſe totum fideicommiſſum vt Alexan. &
Iaſ. hic rectè tradiderunt. Sed nunquid ſaltem reſpectu rei emptæ excludetur, & non pu-
to: quia pretium quod hæres habuit loco rei, propter vniuerſitatem ſucceſsit[1]. Illud er-
go ſimul cum reliquo fideicommiſſo debebitur, quod in eo qui ante euentum conditionis
38 emit receptiſsimum ex Ioan. Andreæ ſententia eſt[2]. Sed † maior eſt dubitatio quid iuris
cùm quis ſcienter ab ipſo hærede rem emit ſub conditione ſibi legatam, idque pendente
conditione, & tali caſu Bart. cæterique exiſtimant non videri fideicommiſſo renuntia-
tum: & ideo adueniente conditione, poterit pretium petere[3]: & ſicut expreſſa legati con-
ditionalis repudiatio non valet[4], ita nec tacita debet ſuſtineri: capiendáque in ambi-
guis hæc eſt interpretatio, ne quis renuntiare iuri ſuo, & temere quicquam donare cre-
datur[5]. Sed tamen hac in re ampliùs deliberandum eſt, & hoc enim caſu eædem ferè
rationes militant, quæ ſuperiore. videtur enim pugnare quòd quis titulo emptionis ha-
beat, quod & ex fideicommiſſo perſequi velit: & ſicut legato puro renuntiari poteſt, ita &
conditionali, dummodo non per ſimplicem repudiationem, ſed per pactum remiſsio fiat[6]:
at ſupraſcripto caſu videtur tacitè cum hærede paciſci. Mouet me pro hac ſententia
Vlpiani reſponſum[7]. cui re (is inquit) ſub conditione legata erat, ſi eam imprudens ab
hærede emit, actione ex empto conſequi poterit pretium. Quibus verbis indicatur aliud
forè, ſi ſciens emiſſet. Nec probabilis eſt aliquorum reſponſio, qui intelligi illud reſpon-
ſum aiunt, cum poſt euentum conditionis emptio celebrata eſt. Quorſum enim opus fuit
conditionis meminiſſe? cum quilibet actus poſt euentum conditionis cenſeatur purus[8].
atqui lex imprudens (inquit) emit rem ſub conditione legatam: ergo tempore emptionis
ſub conditione erat legata, non autem euanuerat conditio[9]. Minúſque me mouet, quod
alij dicunt non poſſe quidem emptorem ex empto propter ſcientiam agere, ſed ex teſta-
mento poſſe. pretiúmque hoc modo conſequi, tanquã ſibi res abſit: quia pretium abeſt[10].
Sed certè ſicut ſcientia actionem ex empto impedit, ita & ex teſtamento, quæ difficilius
ad pretium datur, cùm alternatim competat[11]: vnde vna ſublata, etiam alia extinguitur,
cum vtroque caſu obſtet ea ratio, quòd ſciens de euictione non agit[12]. In eãdem ſenten-
tiam etiam trahor Pomponij auctoritate, qui ſi ab ſubſtituto (inquit) pupilli ancillas
tibi legaſſem, eámque tu emiſſes, & antequam ſcires tibi legatas, alienaueris &c.[13]. qui-
bus verbis arguit aliud iuris eſſe, ſi iam ſciuiſſes. & Accur. qui ſubaudit maximè quid
aliud facit quàm quod legis verba violat? Concludo ergo videri ſupraſcripto caſu fideicõ-
39 miſſo renunciatum: † niſi tamen res duntaxat particularis empta proponantur. tunc enim
quod ſuprà dixi, non videtur vniuerſali fideicommiſſo renuntiatum, nec eius quidem
rei[14]. quod & Ioan. Andreæ ſenſit[15], niſi tamen dubij euentus ſeu ſpei pretij numera-
tum duntaxat proponeretur[16]. & ſupraſcripta quidem procedunt, cùm ab ipſo debitore
ſeu hærede quis ſciens emit. Quid ergo ſi à tertio aliquo emit, & hîc poteſt triplex incur-
rere ſpecies. Prima, cùm ipſius tertij res erat, altera cum teſtatoris, tertia cùm hæredis.
I. Primus † ergo caſus eſt, quando legatus eſt fundus alienus, & legatarius poſt mor-
40 tem teſtatoris emit ſcienter illum à domino, & tali caſu conſtat non cenſeri renuncia-
tum legato[17], cuius rei illa eſt ratio, quòd qui fundum alienum legat, eius pretium legaſ-
ſe cenſetur[18]. vnde qui rem emit, non cenſetur actum contrarium legato facere, & ideo
II. poterit ab hærede pretium conſequi. Alter eſt caſus, cùm quis ſciens poſt mortem te-
ſtatoris ab aliquo tertio rem ipſius teſtatoris ſibi legatam emit, & Din. Bartolúſque non
videri renuntiatum legato exiſtimant, quia lex generaliter ait, ſi rem ab alio emiſſem
vſque ad pretium quod mihi abeſt ex teſtamento agi[19], & licet rei legatæ dominium
ſtatim à morte teſtatoris in legatarium tranſeat[20], tamen valet hoc caſu rei ſuæ emptio[21],
cùm non ſecundum regulas iuriſgentium ſua ſit[22]. Sed ſola legis auctoritate[23] vel vt
alij dicunt, quia immutabiliter ſua non eſt[24], tradiditque hoc alicubi Alexan. Aretin.
Iaſ.[25]. licet idem Alexand. aliter hîc, & rectiùs, vt ego arbitror. quod enim lex ait, ſi
rem ab alio emiſſem, intelligit ipſe, rem quæ ipſius teſtatoris non eſſet, & in qua con-
ſiſteret emptio: aut enim vult hic emptor pretium à venditore repetere, & non poteſt,
quia qui ſciens rem ſuam emit, pretium non repetit[26]: aut ab hærede vult repetere, &
iniquè agit, quia emptione ſua non debet conditionem hæredis facere deteriorem, qui
ſolùm rem recuperare[27] tenebatur, & legatario tradere, recuperaſſet autem ſine pretio
vtpote hæreditariam. Veriùs eſt ergo ſupraſcripto caſu non dari legatario aduerſus
hæredem ad pretium actionem, quod & Accurſius ſenſit[28], à cuius auctoritate Ale-
xander hic ait ſe non audere recedere, quod & Baldus Imoláque tradiderunt. probátque
& id Raphael. imputet enim (inquit) ſibi legatarius, qui emendo fecit quominus hæ-
III. res dare poſſet[29]. Tertius eſt caſus, quando legata eſt res hæredis, quam legatarius
ſciens

1 l. Imperator. §. fin. de legat. ij.
2 d. §. qui ſeruũ. vbi Raph. Paul. Alex. Iaſ.
3 arg. l. fundo. ad l. Falcid.
4 l. ſi ita ſcriptum. §. j. de leg. ij.
5 l. cùm de indebito. de probat.
6 l. j. C. de pac. vbi doct.
7 l. cui res. de ac. emp.
8 l. fi. §. j. de vulg.
9 l. in delictis. §. ſi extraneus. de noxa.
10 l. planè. §. quod ſi rem. de leg. j.
11 d. §. qui ſeruũ. vbi Bar.
12 l. ſi fundum ſciens. C. de euic.
13 l. ſi ab ſubſtituto. de legat. j.
14 d. l. fundo. ad l. Falc.
15 in addit. ſpec. titul. de emp. §. tertio loco. ca. fi.
16 l. emptorem. in fi. de ac. emp.
17 §. ſi cui fundus. Inſtit. de leg.
18 l. non dubium. in fi. de leg. iij.
19 d. l. planè. §. quod ſi rem.
20 l. à Titio. de furt.
21 l. rei ſuę. de cõtrah. emp.
22 l. traditionibus. C. de pac.
23 arg. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. de capt.
24 glo. l. ei qui ita. de cõd. inſtit.
25 Alex. d. §. qui ſeruum. Aret. hic.
26 d. l. ſuæ rei.
27 d. l. ſi à ſubſtituto. in fi. l. idem Iulianus. in prin. eod. titul.
28 glo. j. in d. §. qui ſeruũ.
29 l. iure ciuili. de cond. & demonſt.

ſciens ab extraneo poſſeſſore poſt mortem teſtatoris emit & cùm dominium ipſo iure
quæſitum non ſit legatario [1], valet abſque dubio emptio, vt Baldus Raphaël Imola
cæteri tradiderunt. Sed tamen videtur † nihilominus legato renuntiaſſe. aut enim 41
pretium repetat à venditore tanquam ſibi ipſi euicerit, & reiicietur, quia ſciens emit [2]:
aut repetet ab hærede, & non ſubeſt æquitas cur hæres illi eius pretium numeret, quàm
ſi iſte non emiſſet, gratis à poſſeſſore vtpote ſuam fuiſſet vendicaturus. nam & ſi igno-
rans emiſſet, hæres ad pretium non ideo teneretur, ſed ad ſolam dominij tranſlatio-
nem [3]: ergo nec ampliùs teneri erga ſcientem debet, aliàs melior eſſet ſcientis, quàm igno-
rantis conditio, quod lex hoc caſu abſurdum exiſtimat [4]: probabilior ergo eſt Raph. opi-
nio [5], qui aduerſus Baldi Imolæque ſententiam exiſtimauit nullam pretij petitionem
huic legatario dari. Ego tamen arbitror tam hoc quàm proximo caſu agere quidem lega-
tarium ad pretium aduerſus hæredem poſſe, ſed hæredem ceſsione actionis, quam contra
poſſeſſorem habebat, liberari [6]. cùm enim tali alienatione fecerit poſſeſſor quominùs hæ-
res conſequi rem ſuam poſsit, debet ſubſidiali actione pretium reſtituere [7]. Sícque diſcor-
dantes ſententias conciliari †. Sanè illud conſtat, eum qui, viuente teſtatore, rem ſibi pu- 42
rè legatam à quocunque emit. Idémque & certiùs, ſi ſub conditione non cenſeri quicquam
repudiaſſe [8], quia non poteſt videri quiſquam iuri adhuc ſibi non competenti renunciaſ-
ſe. Idémque, ſi id factum ante aditam hæreditatem proponatur: cum enim teſtamentum
adhuc confirmatum non ſit [9], non videtur ei ius competere, quod extendunt alij etiam
poſt aditionem hæreditatis. dum tamen ante euentum conditionis ab extraneo emerit [10].
Illud quoque generaliter procedit, vt ignorans etiam ſi ab hærede emat quocunque caſu,
nunquam renuntiaſſe fideicommiſſo etiam ſi præſenti videatur [11]. Tandem Bart. non ſa-
tis ex re, aut ſubiecto argumento dubitauit, an eccleſiæ emphyteutæ poſsint rem emphy-
teuticam inter ſe diuidere, affirmátque id eis iure permitti [12], receptiſsimáque hæc eſt ſen-
tentia [13]. Sed quænam huius rei eſt ratio? & Iaſ. ſicut (inquit) emphyteutæ permutare
etiam eum extraneis abſque domini conſenſus poſſent [14], fortiùs inter ſe diuidere poſſe
debent: qui enim diuidit, cenſetur permutare [15]. quam rationem ego non probo, nec cæ-
teri doctores probant, alioquin frater diuidens, laudatiuum ſoluere domino deberet, ſi-
cut in permutatione ſoluitur [16], quod receptior habet ſententia, ſicut & in donatione [17]:
& tamen videntur ſentire doctores ex diuiſione, nullum * ius domino laudatiui eſſe. 43
Nam & ſi alter fratrum bona emphyteutica retineret, & vice mutua alteri pecuniam da-
ret, iam hæc non permutatio, ſed emptio eſſet [18], & tamen etiam talem diuiſionem fieri
poſſe receptius eſt. Verior ergo & menti doctorum magis conſentanea eſt ratio, quia pro-
hibitio alienationis emponematum, eò inducta eſt, quòd dominus aduerſus extraneum
emptorem nulla perſonali actione experiri poſſet [19]. Vnde voluit legiſlator ei ſuccur-
rere, alienationémque prohibuit, niſi quatenus ipſe conſentiret, vt arctaret emptorem ad
ſe recognoſcendum, * fiduciámque de manu ſua ſuſcipiendum poſſet [20], quæ ratio ceſ- 44
ſat: cùm de diuiſione inter plures emphyteutas agitur, qui omnino eum iam in domi-
num agnoſcunt, perſonalíque actione ſunt alligati [21], ídque certiſsimum eſt, cùm plures
emphyteutæ ſinguli inſolidum tenentur. Quid ergo erit cùm in viriles ſunt obligati?
quódquidem regulare eſt, cùm enim obligatio hæc ad dandum ſit, recipit diuiſionem [22].
ídque non ex perſona contrahentium tantum, ſed etiam hæredum [23]. & videntur Alex. [24].
Iaſónque ſentire non admittendam hanc diuiſionem, inconſulto domino, niſi pro por-
tione virili, & quatenus emphyteutæ prius tenebantur, ſed Bar. hîc & cæteri aliter ſentiunt
qui ſimpliciter ius faciunt emphyteutis, vt inter ſe quocunque titulo alienare poſsint [25].
Diſtinguendum igitur eſt ex Aretin. & Felin. ſententia, an eiuſmodi ſit emphyteuſis, in I.
qua † iuri accreſcendi ſit locus, & in ea verior ſit Bart. ſententia, vt abſque alio conſenſu 45
vel præmio valeat diuiſio, ſi enim teſtator plures inſtituiſſet, & omnes vno excepto repu-
diaſſent, teneretur eum dominus recognoſcere: idem ergo dicendum, ſi inter ſe ita diuiſe-
rint, & emphyteuſis vni remanſerit [26]. Nam & lex emphyteutica ſolùm iubet quinquage-
ſimam ab eo præſtari, qui nouus ſit emphyteuta, at hic nouus non eſt, ſed in prima conceſ-
ſione comprænhenſus meritò abſque domini conſenſu laudatiuóque aliquo conſtitui po-
teſt [27]. Nec Alexandri Iaſoníſque ratio me mouet: quia quamuis emphyteuta ipſo iure er-
ga dominium non, niſi pro rata, teneatur, tamen ad recognitionem etiam eius partis ra-
tione tenebitur, quam à cohærede accipit: quia in eum facta alienatio vicem cuiuſdam
repudiationis obtinet [28], vnde perinde is obligatur, ac ſi totum ius ſibi accreuiſſet [29].
cui rationi in quacunque alienatione locus eſt [30]. Nam & videmus non paucis exemplis
multa inter eiuſdem qualitatis homines concedi, quæ alienis denegantur [31]: vnde poteſt
patronus ius patronatus abſque epiſcopi conſenſu collegæ donare [32], cùm tamen extra-
neo non poſsit [33]: ſic agnatus poteſt ius luendi ex forma legis municipalis ſibi compe-
tens alteri inferioris gradus cedere [34], extraneo verò non poteſt. Fortiùs cenſuit Sa-
licetus

1 l. ſi hæredis ſeruus. de legat. j. vbi Bar.
2 l. ſi fundum ſciens. C. de euic.
3 l. ſi vendideris. de euic.
4 d. l. cui res. d. l. ſuæ rei.
5 Raph. d. l. ſi à ſubſtituto. Aret. hîc.
6 arg. l. in creditore. de euic.
7 l. ſi eum ſeruum. ſi cert. pet.
8 §. ſi res aliena. inſtit. de leg. & d. l. ſi vendideris.
9 l. ſi nemo. de teſtam. tut.
10 arg. l. cętera. §. j. de leg. j.
11 d. l. de his. d. l. iure decedens.
12 c. j. §. præterea ducatus. de prohib. feu. alie. per Fed.
13 Felin. c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu.
14 l. ſi. C. de iur. emphy. l. ſi domus. §. ſi. vbi Bal. de le. j. Dec. conſ. clx.
15 l. cōmuni. §. ſi debitor. com. di.
16 Iaſ. d. l. ſi.
17 Guid. pap. quæſt. xlviij. quæſt. xcij.
18 l. naturalis. §. j. de præſ. verb.
19 l. ſi. §. ſi. de cōtrah. empt.
20 d. l. ſi.
21 l. in conuentionibus. de verb. ſig.
22 il. §. & harum. ſ. eo.
23 gl. d. l. communi diuid.
24 Alex. d. l. ſi domus. §. ſi. Iaſ. hic. & d. l. ſi.
25 arg. l. voluntas. C. de fideicommiſ. Aret. hic Felin. d. c. quæ in eccl. verſ. ij. limitat.
26 l. j. §. j. verb. nam perſonæ cōditio. C. de impo. luc. deſc. lib. x.
27 gl. d. l. ſi. verb. accipere. Ana. conſ. xc. quia.
28 c. j. de ali. feud. pat. vbi Bal.
29 coniunctim. de leg. iij.
30 d. l. voluntas.
31 Alex. conſ. xxix. j.
32 gl. c. ex inſinuatione. de iur. pat. c. nemini. xvj. q. vij.
33 c. illud. eo. tit.
34 doct. l. ad officium. C. com. diuid. vbi Cin. Paul.



licetus ſupraſcriptæ concluſioni locum eſſe [1], etiam ſi emphyteutæ cum patrono pacti eſ-
ſent, ne eo inconſulto alienent, non intelligetur quicquam pactum eſſe, cùm alienatio in-
II. ter ipſos ſit [2]. Enimuerò † quoties emphyteuſis eiuſmodi eſt, vt in ea non ſit iuri accre-
46 ſcendi locus, tunc alia opinio erit verior, vt neceſſarius ſit domini conſenſus, veluti cùm
de noua emphyteuſi agitur, quæ pluribus conceſſa ſit [3], ſicque ſupraſcripta Alex. & Iaſo-
nis ſententia defendi poteſt, quod & in clientelarij fiducia Bald. cenſuit [4], quæ nouiter ac-
quiſita ſit. Sed quid reſpondebimus, ſi in diuiſione fratres ius in fundo emphyteutico com
petens vel competiturum remiſerunt, an ius id ex remiſsione quæ fieri non potuit com-
petens, eccleſiæ quæretur? & Bart. negat acquiri, quia pactum eò vſque duntaxat porrigi-
tur quoúſque paciſcentis intereſt [5]. Vnde & ius remiſſum apud renuntiantem remanet,
ſi paciſcenti quæri non poteſt [6], quod & in renuntiatione fiduciarij fundi receptum eſt &
enim illis ea prodeſt, ob quorum fauorem facta fuit [7]. Quapropter ſi filia hæreditati pa-
ternæ fauore fratrum renuntiauerit, illis fato functis nullius effectus talis renuntiatio erit [8].
47 Procedítque hoc etiam ſi alioquin ius ad eccleſiam pertineret, nec enim eccleſiæ * abſen-
ti acquiri poteſt, niſi quatenus aliquis pro ea acceptauerit [9], at in caſu noſtro hi fratres di-
I. uidēdo non id agebant, vt quicquam eccleſiæ acquireretur. Secùs ergo, ſi nomine eccle-
II. ſiæ tabellio vel alius eſſet ſtipulatus [10]. Secùs, quoque eſt in vſufructu, qui ſi * alteri abre-
48 nuntiatus ſit, ad dominum confeſtim redit [11], facillimè enim res ad naturam ſuam reuer-
titur: nec enim alteri cedi vſusfructus poteſt, quod ius ſeruitutis perſonalis eſt, at emphy-
teuſis ad coëmphyteutam tranſire prohibetur, non quod perſonæ cohæreat, ſed ſola le-
III. gis prohibitione, quæ hoc egit vt domino non noceretur, non vt ei lucrum afferret. Se-
cùs quoque videretur, ſi frater non ſolùm ius remiſiſſet, ſed etiam poſſeſsionem nouæ em-
49 phyteuſeos tranſtuliſſet, & enim executio facti pœnam * meretur [12] cùm dominus poſſeſ-
ſorem totius rei pro parte tantùm obligatum habeat, pro alia verò parte eadem ſubſit ra-
tio, quæ ſubeſſet, ſi prorſus extraneo eſſet alienatum, qua de re infrá [13].
QVASI DE HOC QVOQVE TRANSACTVM. Dictio, *Quaſi*. cùm
50 per modum cauſæ exprimatur, * veritatem ſignificat: quòd ſi per modū ſimilitudinis, tunc
ad fictionem refertur [14], quod Bal. hîc notat, procedítque hoc etiam in ſtatutis. Vnde ſi plu
res vulnus fecerit, & nō appareat cuius ictu quis perierit, lex ait omnes teneri, quaſi omnes
51 interfecerint [15], quod procedere etiam in materia ſtrictè interpretanda qualis legum * mu-
nicipalium Bar. ait [16]. Apparet igitur ex hoc contextu cauſam in ſententia exprimendā
eſſe, quod intelligendum non reſpectu valoris ſententiæ, ea enim etiam cauſa non expreſ-
ſa ſuſtinetur [17], ſed reſpectu aliorum effectuum, qui ex ſententia proueniunt, quos ponti-
ficij diſertè adducunt. nam in caſu noſtro niſi ſupraſcripta cauſa fuiſſet expreſſa, non com
mitteretur pœna: cùm potuiſſet ita fuiſſe iudicatum: quia fideicommiſſum non fuiſſet pro-
batum, ſicq; actori non ius, ſed factum defeciſſet, quod & in dubio præſumitur [18]. Vnde po
tuiſſet in iudicio pœnali rurſus probari, quod ſupra docui: aliàs ergo non eſt exprimenda
caua, ne calumniis viam iudex patefaciat [19], quod hîc omnes tradunt. Cæterùm cùm hîc
malè fuiſſe iudicatum doctores ſentiant, hinc adnotarunt falſam cauſam in ſententia ex-
preſſam eam ipſo iure non infirmare. Quę res paulo altiùs repetenda eſt, conſtituendáque
52 regula [20], vt † falſa cauſa expreſsim ſententię adiecta, eā ipſo iure infirmet, ſi falſitas in iure
I. ſit [21]. Vnde fortiùs idē concedendum, ſi in facto quoq; falſa ſit [22]. Nam & idē videmus
II. in diſpēſatione epiſcopi * quæ ex tali falſitate prorſus vitiatur [23]. ſicut & licentia, quā prę-
53 tor adoleſcēti concedit prædiū ſuum alienādi [24]. Generaliter idē eſt in quocunq; Iudicis
III. decreto, vt ex falſa cauſa ſit ipſo iure nullū [25]. Sed quid ſi expreſsim in ſentētia non adſit
IIII. ea cauſa, ſed per relationē? & ſi hęc relatio ad acta ſubſtātialia iudicij fiat idē eſt, vt ſentētia
V. ſit ipſo iure nulla [26]. Idémq; ſi cauſa iure cōmuni vera ſit, ſed ſecundū legem municipij
VI. falſa [27], vt ſi iudex ſic præferet, *Nos inſiſtētes ſtatuto, &c.* & ſtatutū aduerſaretur [28]. Idémq;
ſi cauſa nō ſit omnino contra ius, ſed in aliquo ſpeciali caſu poſsit eſſe vera, adhuc enim nō
ſuſtinetur ſententia, quod Matheſyllanus [29] tradidit: quoties enim aliquid aduerſus regu-
lam iuris ex certa ſpecialiq; cauſa fit, niſi ea cauſa in ſpecie exprimatur, actus non ſuſtine-
VII. tur [30], quod Oldr. Deciúſq; reſponderunt, nos alibi adtigimus [31]. Nec refert, quomodo ta
lis cauſa falſa expreſſa ſit, dolóne aduerſarij, an citra dolū: talis enim differentia procedit,
cū de ea cauſa loquimur, quæ ipſi iudici in facto ſuggeſta ſit [32], ſed quoties cauſa expreſſa in
ſentētia eſt ſi ſit in iure falſa indiſtinctè, reddit actū nullum, quod Bal. rectè tradidit: & hæc
I. quidem procedunt, cùm falſitas ad ius pertinet [33]. Quid ergo, ſi † cauſa in facto dunta-
54 xat falſa ſit? & receptum eſt tunc ſententiam valere [34]. Vnde in lege noſtra cùm non appa-
reat in iure erratum eſſe: quia verba renuntiationis fideicommiſsi in ſententia nō fuerunt
expreſſa conſequens eſt ſententiam valere, quod Raph. Alexand. Iaſ. diſertè tradiderunt.
II. Addit Bald. quod de facto dicitur, idem de iure controuerſo reſpondendum eſſe, ſi enim
expreſſa ſit cauſa, quæ aduerſus ius, propter ſtudioſorum opiniones, ambiguum ſit, valet
nihilominùs

1 l. Ariſt. ff. quæ res pig.
2 Salic. l. ea lege. C. de cōd. ob ca.
3 doct. l. ſi mihi & Titio. ſ. eodem.
4 Bal. d. l. voluntas. & in c. imperialē. in princ. de pro. feu. ali. per Fed.
5 l. & hæredi. §. ſi. de pact.
6 l. nec vtilem. ex quib. ca. ma. l. cum quis. §. ſi debitorem. de ſol.
7 c. j. de eo qui fin. fec. c. j. §. ſi. ſi de feu. fue. cont. inter do.
8 l. auus. de pact. vbi doc. l. ſi actionem. C. de pact.
9 gl. l. illud. C. de ſacroſan.
10 l. ſtip. §. ſi. ſ. eo.
11 §. finitur. inſt. de vſuſr. l. ſi vſufr. de iure dot.
12 l. quid ergo. §. cùm antē. de iis qui not. infa.
13 l. cōtinuus. §. cùm quis. ſ. eo. vbi dixi.
14 gl. l. ſi ante. ſol. ma. & c. gratū. de off. deleg. vbi Feli.
15 l. itē Mela. §. ſed ſi ſeruū. ad l. Aquil.
16 Bart. l. ſi quis in rixa. de ſica.
17 c. ſicut nobis. de re iud. vbi Fel. Car. c. in tīn. xxj. di.
18 Bar. d. l. Iulianus.
19 not. l. properandum. §. illo. C. de iud.
20 Bar. vj. opp.
21 l. ij. C. quan. prouoc.
22 l. qui teſtē. de exc. tut.
23 c. quia certa. de conſ. & aff.
24 l. magis. §. manet. l. quā uis. de reb. eorum.
25 l. ſeiæ egreſſæ. de tut. & cur. doct. l. ſi is ad quem. de acq. hæred.
26 Bald. l. i. C. de err. calc. Cor. ſingul. lxxj.
27 Bar. l. cùm prolatis. ſ. de re iud.
28 Bal. c. cum cauſa. de re iud.
29 no. 19. arg. gl. l. ij. in ſi. de appe. re. Dec. conſ. viij.
30 Oldr. cōſ. cccxxvj. quod articulus. Dec. xxviij. circa ſin.
31 Abb. c. j. de offic. ord. vbi dixi.
32 l. prætor. §. Marcellus. de iud. l. diuus. de iud. l. iij. C. ſi ex fal.
33 Bal. l. j. C. de iur. om. iud. l. error. C. de iur. & fact. ign.
34 l. ſi is ad quem. de acq. hæred. vbi Bart.

nihilominùs ſententia[1], quo caſu & legem noſtram Bar. intelligit quaſi doctorum noſtro-
rum altercationes, quando fideicommiſſum diuiſione tollatur, non hoc tantum tempore,
ſed & viuente Scæuola controuerterentur: quod ſanè diuinatorium eſt. Sed & ſi falſa cau-
ſa ſimul cum legitima expreſſa ſit, traditum eſt ſuſtineri ſententiam[2], quod intelligit Iac.
etiam ſi bona ratio ſimpliciter duntaxat exprimatur, vt ſi falſa ratio ſit expreſſa cum im-
plicatiua, *Maximè*[3]. quæ tamen opinio ſat ambigua eſt? non enim talis dictio includere de-
bet maiorem rationem[4]. Nam & Ant. Butrius cenſuit, ſi poſt falſam cauſam additum ſit,
& aliis rationibus animum noſtrum mouentibus non ſufficere, nec ideo ſuſtineri ſenten-
tiam[5], niſi tamen, quod aliqui hîc aiunt, ex actis alia ratio ſufficiens colligeretur. dicitur
autem legitima, ſeu ſufficiens cauſa, licet aduerſus ius litigatoris ſit, dum tamen iure ſubſi-
ſtat[6]. Sed hæc latiùs pontificiis diſputanda relinquamus[7]. Rurſus adnotarunt doctores
ſententiam * iniuſtam, vt quia aduerſus ius litigatoris lata, ſit, nihilominùs in rem iudica- 55
tam tranſire, nec de eius iniquitate amplius obiici quicquam poſſe[8]. Sed an idem ſit, etiam
ſi ſententia à iudice delegato lata proponatur? & videretur non eſſe idem: cùm enim ei
mandatum ſit, vt iuſtitiam faciat, ſi non facit, aduerſus formam mandati agit[9]: & ideo ipſo
iure ſententia non debuit valere. nam & Bar. ſententiam arbitri tali caſu nullam eſſe cen-
ſuit[10]. Sed tamen aliud frequentiùs receptum eſt[11], quòd illa verba, *Iuſtitiam facias.* quan-
dam potiùs admonitionem, quàm mandati formam inducant[12], quod & in clauſula, *Fine
debito terminetis.* reſponſum eſt[13], & in clauſula, *Si eſt idoneus.* in literis beneficialibus quæ
non conditionem ſed admonitionem inducit[14], nam & generaliter Innoc. auctoritate tra
ditum eſt, quoties hominis mandato id exprimitur quod iure communi ineſt, non videri
nouam formam dari[15], de iure autem communi dicitur ius reddere prætor, etiam cum
iniquè iudicat[16]. Accedit iis vulgaris regula, Quæ tacitè inſunt, expreſſa * nihil operan- 56
tur. Conſtat autem in mandato iudicis id tacitè ineſſe vt ſecundum ius pronuntiet[17],
quod ſecus eſt in mandato arbitri, quod ſecundum compromittentium pactionem ſolum
regitur[18], meritò ex dicta clauſula cenſuit Bart. arbitri ſententiam nullam eſſe (quod &
crebriore calculo receptum eſt[19], quicquid hîc recentiores atteſtentur) iudicis verò non
eſſe. ſententiæ enim arbitri paretur, non quia lex præſumat iuſtam ſed metu pœnæ[20],
ídq; etiam ſi arbiter iniquè & doloſè pronuntiauerit. Et hæc quidem hactenus. *Alc. Ticini.*

1 gl. in proœ. C. verb. certa. Bar. l. cũ de re iud. prolatis.
2 c. per tuas. qui filij ſint legit. vbi Abb. Alex. hic.
3 Iac. But. l. ij. §. ignominię. de his qui not. infa.
4 c. ſedes. de reſc.
5 But. c. ab excommunicato. de reſc.
6 c. cum inter. de re iudi. Card. & Imol. c. in præſentia. de prob.
7 Felin. c. j. de re iud. & c. ſicut. eo. tit. Iaſ. d. l. cum prolatis. d. l. ſi is apud quẽ. Dec. l. j. de error. calc.
8 c. cum inter. de re iud. l. res iud. de reg. iur.
9 l. diligenter. mand. c. cũ dilecta. de reſcr.
10 Bart. l. diem. §. ſtari. de arbit.
11 Felin. c. cauſamque. de re iud. c. in literis. de offic. deleg.
12 c. de cauſis. §. præterea. de off. del. vbi Felin.
13 c. cum ad ſedem. de reſt. ſpol.
14 c. ſi. de præſumpt.
15 Inn. c. prudentiam. de off. del. Bal. l. preſcriptione. C. ſi contra ius.
16 l. pen. de iuſt. & iur.
17 l. reſcripta. C. ſi contra ius.
18 l. non diſtinguemus. §. de officio. de arbit.
19 Felin. d. c. cùm delicta. Aret. conſ. lxviij. Barb. conſ. xliiij.
20 d. §. ſtari.

SVMMAE.

1 ☞ *Plagiarius, hominum ſubreptor.*
4 *Stipulatio flagitij nulla. 6. 11. 12.*
8 *L. Si plagij. ſenſus. 13.*
9 *Turpia donatione non validari: in tacitis contrà. 10.*
15 *Turpi cauſa teſtamenta vitiari.*
16 *Statutum turpe, nullum. ex cauſa contrà. 18.*
19 *Exulem latronémue necans iure tutus, peccat tamen.*

LEX CXXIII.

SI PLAGII. Promiſsio * ergo pro delicto faciendo, aut facto ipſo iu- 1
re eſt nulla. & licet lex de plagio loquatur, tamen idem in cæteris delictis
eſt. Dicitur autem plagium * exemplo Græci ſermonis quaſi doloſum: 2
cùm quis dolo malo hominem † liberum, aut ſeruum alienum celat & 3
ſupprimit, aut vinctum habet, & ſibi operari cogit[21], quod lege Fabia
itémque Senatuſconſulto prohibitum eſt, grauiſsimum crimen, in quod
etiam hodie domini triremium plerunque incidunt, dum ſub ſpecie inſpectionis allicefa-
ctos dolo malo circunueniunt, & ad remum dant. Quid ergo † ſi ſtipulatio leuis crimi- I.
nis cauſa concepta ſit? & videretur idem eſſe, maximè ſi ſecundum Etruſcas pandectas 4
non plagij, ſed flagitij legamus. Sunt autem flagitia * leuia delicta, quæ non atrocibus 5
pœnis, ſed flagris duntaxat apud veteres puniebantur, vt mollities, laſciuia, alea, petulan-
tia, ebrietas, luxuria, negligentia[22]. Si ergo † promiſero tibi vrnam illam argenteam, ſi 6
eam vna cœna exhauſeris, non videtur valere promiſsio, flagitium enim eſt homines
præmio ad nimiam potationem allici. huiuſmodi ergo actores audire prætor non de-
bet[23], ſicut nec qui inhumaniter hoſtem in ciuili bello captum tractant, & ad iniquius
redemptionis præmium compellunt[24]: eſt enim id quoddã quaſi plagium, quod alibi oſten
di, nec excuſatio eorum eſt prætextu expenſarum admittenda[25], ſibi enim imputent qui
quam primùm licita conuentione non dimiſerunt. Sed cur plagij facti cauſa concepta II.
ſtipulatio non valet? nec † enim hoc caſu cauſam delicto dediſſe videri poteſt, quod iam 7
perpetratum eſt, & aiunt non valere: quia videretur talis pecunia in mercedem facti de-
licti præſtari: intereſt autem publicè ſcelectos pœnis adfici non præmiis, aliàs audacia
& impunitas malorum augeretur quod aduerſus Petr. & Cinum receptius hîc eſt. Exi-
ſtimabant illi ſupraſcripto caſu valere ſtipulationem: quia proxima cauſa turpitudinis
ceſſabat[26], & quia etiam videmus dolum præteritum remitti poſſe, licet non futurum[27]:
& licet talis cauſa non ſit ſufficiens, vt detur efficax actio, tamen, tanquam ſcienter ſit
promiſſum,

21 l. ad l. Fab. de plag.
22 l. leuia. ff. de accuſ.
23 arg. l. j. de aleat.
24 glo. l. j. C. de epiſ. aud. vbi Bal.
25 l. fi. poſt prin. C. de cap. Lancel. Dec. l. ſenatus. §. j. de leg. j.
26 l. pen. §. de cond. ob tur. ca.
27 l. iuriſgen. §. ſi paciſcar. de pact.



8 promiſſum, videtur ex cauſa donationis ſuſtinenda promiſsio[1]. Et quod hîc † dicitur
ſtipulationem non valere cauſa plagij facti, intelligunt ad repetendum quod iam pla-
gio ablatum erat[2], vt ſi crimen iam patratum erat & res non reſtituta, non valeat ſti-
pulatio, ſecùs ſi res reſtituta: tunc enim non poteſt videri promiſsionem factam, vt re-
ſtituatur illud, quod turpiter ſtipulator retinebat. vnde ſumitur donationis coniectura,
quæ interpretatio legi noſtræ non quadrat, ſed verba eius violat: meritò crebriore calcu-
III. lo reiecta eſt. Fuerunt tamen, qui hanc ſententiam probarent, quando conſtaret, etiam
ſi talis cauſa turpis non ſubeſſet, donaturum fuiſſe promiſſorem, quod Iacob. Alberic.
Alexan. tradiderunt[3], vt ſtipulatio, quæ ex cauſa turpi ſuſtineri non poteſt, ex cauſa do-
nationis valeat, accipiatúrque interpretatio, quæ actum confirmet: ſicut videmus id quod
ex cauſa vſurarum retineri non poteſt, ex cauſa donationis confirmari[4]. nam † & ſen-
tentia ex duabus cauſis lata poteſt ex cauſa iuſta defendi, ſi alia iniuſta ſit[5]. Sed Imola
aliter ſentit, vt expreſsio turpis cauſæ arguat prætenſæ donationis fraudem, actúſque
9 ſit nullus[6]. Ego diſtinguendum † arbitror, vt expreſsio donationis ſupraſcripto caſu non
faciat, vt à principio ſtipulatio valeat, ſed fraus præſumatur, veráque ſit Imolæ ſenten-
tia. ex poſtfacto verò poſtquàm ſolutum ſit titulus donationis impediat repetitionem,
ídque exemplo vſurarum. Finge, mutuò à te accepi centum aureos, promitto me eos
centum reſtituturum prætereà decem alios donaturum, non valet donatio, ſed fraus
præſumitur[7]. quòd ſi iam ſoluerim, & proteſtatus ſim id ex donatione facere, impe-
10 dietur repetitio[8]. Quid ergo † ſi turpis cauſa expreſſa non ſit? & poteſt ſubeſſe etiam
alia non turpis, probabilius eſt ex cauſa iuſta ſtipulationem ſuſtineri[9], & hoc caſu Iacob.
Alberic. Alexan. ſententiam defendi. Nec me mouet, quòd Bartoli opinio recepta non
eſt, diſtinguentis, an cauſa turpis expreſſo ſit, vt ſtipulatio ſit ipſo iure nulla, an non ſit
expreſſa, vt tunc ipſo iure valeat, licet exceptione elidatur[10]. dum enim aiunt doctores
nihil differre, tacitum ab expreſſo, verum eſt, vbi tacitum neceſſariò ineſt, firmáque præ-
ſumptione innititur[11], ſed ſupraſcripto caſu ſi alia quoque cauſa iuſta ſubſit præſumptio
IIII. infirma eſt[12] vnde in meliorem partem erit coniectandum[13]. Sed quid ſi † non cauſa,
11. ſed conditio turpis, non contrahentes, ſed tertium aliquem reſpicit putà, *Promittis ſi Titius
plagium fecerit.* & receptum eſt idem eſſe, vt ſtipulatio non valeat, quoties ſtipulator ami-
cus eſſet Titio[14], qui veriſimiliter ei perſuadere poſſet, vt crimen perpetraret[15], quod ma-
12 ximè dicendum ſi in ſtipulatoris poteſtate Titius eſſet[16]: ſi * verò promiſſor ipſe Titio
amicus eſſet, tunc valeret ſtipulatio, dehortabitur enim illum ne delinquat, illéque abſtine
bit, ne amicus in pœnam incidat[17]. ſuntque hæc receptiſsima, ſed quid in dubio: & ſtatus
eſt coniecturalis, ex perſonarum qualitate diſcernendus. Quid ſi neutri contrahentium
Titius agnitus erat, ſed ſponſionis cuiuſdam cauſa ſic conuenerunt? tunc dubium non
erit valere ſtipulationem, perinde ac ſi ſub alia qualibet conditione concepta eſſet[18],
quod Caſtr. & Salic. rectè cenſuerunt: aliàs, hac coniectura ceſſante, receptior eſt eorum
13 ſententia, † qui ſtipulationem non valere exiſtiment, propter legis noſtræ verba, quæ ge-
neralia ſunt, & quia aliàs fieri fraus legi poſſet, & per ſubiectam perſonam ſicariis, & inſeſ-
ſoribus viarum faueri. quod Cin.[19]. Iacob. Salic. Imol. Alex. tradiderunt. Nec me mouet
quòd Titius recta via ex ſtipulatione non inuitatur ad delinquendum[20], ideóque non
videatur conſiderandum, quod poſsit delinquere, vt ſimili in caſu Alexan. reſpondit &
Iaſ. refert[21]. Reſpondeo ſtipulatorem ipſum inuitare, qui, vt lucrum faciat, Titium horta-
bitur, vel ope, & conſilio iuuabit, vt facinus aggrediatur. Quod ergo Accurſ. hîc ait in
ſupraſcripta quæſtione valere ſtipulationem, falſum eſt, exceptis quibuſdam caſibus, vt ſi
promiſſor Titij amicus eſſet, vel aliàs promiſsio pœnam delinquentis reſpiceret, vel non
de delicto faciendo, ſed iam facto tractaretur, ídque in cuiuſdam ſponſionis vim, vt ſuprà
dixi, vel ſtipulatio delictum non induceret, vt quia promiſerim centum, ſi Titius hoſtem
V. publicum occiderit. quod[22] Salic. Alex. cæteríq; probant. Sed quod hîc de ſtipulatione
14 dicitur, an ad teſtamenta quoque producemus? & non videretur: ſtipulatio enim * ex turpi
cauſa cenſetur impoſsibilis[23]: at in teſtamentis quod impoſsibile eſt, reiicitur, & diſpoſitio
15 tanquam pura remanet, effectúmque habet[24]. Paul. tamen Caſtr. ſimpliciter † cenſuit legi
noſtræ in teſtamentis quoque locum eſſe, vt diſpoſitio ſit nulla, quæ ſententia vera eſt, ſi de
diſpoſitione pura loquamur, quod enim impoſsibile diſpoſitioni ineſt, illam vitiat[25]. quòd
ſi ſola conditio ſit turpis, regula eſt, vt ipſa vitietur, non autem actum vitiet[26], niſi cum ad-
iectione huiuſmodi conditionis teſtamentum in forma ſubſtantiali deficeret[27], vel putaſ-
ſet teſtator licitam & poſsibilem talem conditionem eſſe[28], vel conditioni lex non re-
ſiſteret, ſed duntaxat ei non adſiſteret, veluti cùm conditio diſpoſitionem captatoriam
VI. reddit[29], ſed de hac re alibi. Sed quid in lege municipali reſpondebimus? & tradi-
16 tum eſt non valere ſtatutum, † quo præmium indiceretur alicui pro delicto iam com-
miſſo: nec enim præmiis, ſed pœnis adficiendi ſunt delinquentes; adeò, vt nec valeat
lex,

1 l. j. de cõd. indeb. vbi not.
2 l. fi. de cõd. ob tur. ca. Cin. rubr. C. eo. tit.
3 arg. l. ſi patronus. de donat.
4 gl. c. peccatum. verbo reſtituitur. de reg. iur. in vj.
5 doct. §. l. prox. §. fin.
6 l. expreſſa. de reg. iur.
7 l. eos. §. fi. C. de vſur.
8 gl. d. c. peccatũ. Alex. hîc.
9 l. meritò. pro ſocio. doct. c. auditis. de præſcript.
10 l. pen. de cõd. ob tur. ca. Bar. §. l. generaliter.
11 d. l. cùm quid. ſi cer. pet.
12 l. neque natales. C. de proba.
13 l. meritò. pro Soc. c. j. de reg. iur.
14 l. hæres meus. §. fi. de cõdit. & dem.
15 l. cõuenire. de pact. dot.
16 l. ij. §. de in ius voc.
17 l. ex ea. §. j. §. eo.
18 l. à Titio. §. eo.
19 Cy. Iaco. l. ex eo. C. de inut. ſtip.
20 l. fi. §. idem iuris. l. ij. §. verò. §. ad l. rhod. de iact.
21 Iaſ. l. nemo. de legat. j. ij. lect.
22 Salic. d. l. ex eo.
23 l. filius. de cond. inſt.
24 l. j. de cond. inſt.
25 §. fi. inſt. de lega. l. j. C. de iis quæ pœn. no.
26 l. repræhendenda. C. de inſt. & ſub.
27 d. l. filius.
28 arg. l. ſeruo manumiſſo. de cond. ind.
29 l. illa inſtitutio. l. ſi quis ſempr. de hæred. inſt.

lex, quæ graui delicto paruam pœnam imponit, nec enim tam facinoroſorum animos
abſterret, quàm prouocat [1]. Illud tamen receptiſsimum eſt non cenſeri * delictum illud, 17
quod lege permittente fit [2]: poteſt enim lex ex cauſa publica inducere, vt quis impune poſ-
ſit occidi, vt ſi hoſtis ſit publicus [3], vt ſi exul, quales bannitos vocamus [4], vt ſi publicus la-
tro, ſicut Iſaurici & Buccellarij [5], vt ſi pirata, inſeſſor viarum, deſertor militiæ, nocturnus
populator [6], & iis ſimiles. Vnde † receptum eſt valere ſtatutum quo cautum ſit, vt quiſquis 18
exul alium exulem occiderit, ciuitati reſtituatur [7], & liberationem pro præmio conſequa-
tur, nec diſtinguendum eſt, quomodo occiderit, proditoriè, per inſidias, an alio modo: ver-
ba enim generalia ſunt [8], licet aliàs ſoleat diſtingui [9]. Sed † an qui permiſsio legis exulem 19
vel latronem occidit, in foro conſcientiæ tutus ſit, & Alex. ait receptius eſſe, vt eo in foro
quoque ſit tutus [10], ſed Iaſon contrà [11], adductis aliquot auctoribus. Ego ad rationem le-
gis aduertendum cenſeo, vt ſi ea iuri naturali ſeu diuino conſentanea ſit, íſque qui legem
exequitur, non in vindictam, ſed iuſtitiæ zelo id agat, verior ſit Alex. ſententia, alioquin
Iaſoni accedam. Vnde ſi quis exulem ob æs alienum interficiat, proculdubio peccat. nec
enim ea cauſa ſufficit, vt quis occidatur [12]. Idem ſi propter contumaciam fuerit eiectus,
quamuis enim * contumacia non leue crimen ſit [13], non tamen adeo eſt graue, vt omni- 20
bus bonis multari debeat [14], tantum abeſt, vt ſupremo ſupplicio coërceri poſsit. Idem ar-
bitror, ſi quis proditorem occidat: naturalis enim æquitas, & fides, quam homo homini de-
bet, hoc in foro, ſtant contrá [15]. Vnde peccaret filius, qui patrem quamuis ſacerrimum oc-
cideret [16]. Cæterùm † ambigunt hîc doctores, an promiſsio in caſu legis noſtræ ſit ipſo
iure nulla, & aiunt eſſe: quia hîc dicitur ſtipulationem ab ipſo principio non valere. quòd ſi VII.
turpitudo ex ſolius ſtipulatoris parte ſubſit, exceptione infirmabitur [17]. qua de re ſuprá. 21

1 c. eſt iniuſta. xxiij. q. iiij. Alberic. in ſtat. lib. iij. cap. lxij.
2 l. Gracchus. de adult. C.
3 l. j. C. de bon. lib.
4 Bar. q. ſua. j. Lucanæ.
5 l. fi. C. ad l. Iul. de vi pub.
6 l. j. & ij. C. quando lic. vn. ſin. Iud. Bal. l. ij. C. quib⁹ ad lib. peruen.
7 l. non omnes. in fi. ǯ. de re mil.
8 Dec. c. quæ in eccleſiarũ. de conſt.
9 Ang. l. fi. C. de dol. lib. x.
10 Alberic. in ſtat. q. xvij. lib. iiij.
11 glo. xxxiij. q. ij. inter.
12 gloſſ. iiij. q. j. in ſumma. Can. d. c. quæ in eccleſ.
13 c. ij. de maior. & obed. l. omne. de re mil.
14 gl. l. j. §. fi. ſi quis ius dic.
15 l. bona fides. vbi dixi de poſ. xiij. diſt. c. nerui.
16 l. ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto. de adult. vbi doct.
17 l. pen. ǯ. de cõd. ob turp. cau. l. generaliter. ǯ. eod. vbi dixi.

SVMMAE.

1 ☞ *Stipulationem ante diem dictum non committi: ex cauſis diuerſum. 5. 6. 7.*
19 *Legum diſpoſita mitiùs, hominum ſeuerius explicanda: ex cauſis contrà. 15. 16. 17. 19. 20. 22.*
23 *Loci incertitudo vitiat.*

## LEX CXXIIII.

INSVLAM. Dies ſtipulationis facti † adiecta efficit, vt ante eius ad- 1
uentum ſtipulatio etiam ſi iudicialis ſit, ad id, quod intereſt non commit-
tatur: tametſi certum eſſe cœperit ante eam diem fieri nõ poſſe [18]. Cuius
rei illam rationem adfert Iuriſconſultus, quid cùm dies à principio ſit
certa fine adiectus ſemper * expectari debet, nec quicquam adtendi, an 2
ante eius aduentum conſtet rem fieri non poſſe: ſtatutus enim ab initio
terminus * ex poſt facto nequit immutari [19]: cùm ſicut in aliis contractibus [20], ita & in ſti- 3
pulationibus maximè ad id reſpiciamus quod eius initio actum eſt [21]: qualitas * enim, quæ 4
principio cœpit ineſſe vſque & vſque durat, & perſeuerat [22], quod Iaſ. hîc tradit. Quid I.
ergo † ſi aliter actum à contrahentibus ſit, vt quia dies non ſit adiecta: & ſi nullum ſit ex- 5
preſſum tempus, certum eſt non impediri ſtipulatorem, quin particulatim petat [23], quod
ſuo loco declaraui. Quid rurſus, ſi ſtipulationi non ſolùm † dies, ſed etiam conditio ad- II.
iecta ſit, quæ ab alterius facto pendeat, & hoc caſu receptum eſt, ſtatim agi poſſe: cùm ex- 6
ploratum eſt non poſſe conditionem impedimento actori eſſe [24], ſecùs ſi in conditione ali
quid deductum eſſet, quod ab ipſius promiſſoris facto penderet, vt ſuprà declaratum eſt [25].
Addunt aliqui † & in contractibus bonæ fidei diem non expectari, ſed ſtatim agi, quæ III.
ſententia vera non eſt, niſi cùm ante diem damnum irrogatur, quod interſit actoris prohi- 7
bere, dies verò alia fine adiectus ſit [26], quod ſuprà declaraui. Sed quid ſi ſtipulationi
non ſolùm dies, ſed etiam pœna appoſita eſt? & videretur idem eſſe: & enim in lege noſtra IIII.
committitur in id, quod intereſt ſtipulatio, & ſic ad pœnam legalem, ergo idem in conuen-
tionali: ſed tamen aliud communiter receptum ex Proculi epiſtola eſt [27]. quam ego ſuprà
diuerſa à cæteris ſententia ſum interpretatus, differentiæque illam aiunt eſſe rationem,
quod mitiùs cum lege, quàm cum homine agatur [28], diſpoſitio enim legis * quod certam 8
rationem habeat, ab ea regitur: at diſpoſitio hominis præfractè plerunque accipitur, quo-
niam in ea à * verbis rarò recedimus: cùm mens incerta ſit [29], quod quibuſdam exemplis 9
lib. de verb. ſig. iij. oſtendimus † ſic qui auctoritate legis ab officio ſuſpenſus * eſt, poteſt 10
nihilominùs legere [30]: nec à beneficio ſuſpenſus eſſe cenſebitur [31], & ſi operetur ſacris, 11
atque celebret non ideo deponitur [32], aut irregularis cenſetur [33]. quæ omnia ſunt contra-
ria, ſi ab homine quis ſuſpenſus ſit: latiùs enim eius verba accipimus. Sic is, quem lex abo-
minatur, ſacrúmque, ſeu excõmunicatum facit, aliquando tolerari adiuuaríque nihilomi-
nùs poteſt [34], à legato pontificio abſolui poteſt [35], quod aliter obſeruatur in eo, quem ſen-
tentia hominis damnauit: nam & lex ſi quicquam vetet ſub * excommunicationis pœna, 12
ſubaudimus, ferendæ: ſi homo, intelligimus latæ [36]. Sic qui renuntiat appellationi, etiam
iuſtæ

18 l. in illa. l. ſtipulat. nõ. §. ſi quis ita. l. exiſtimo. §. fi. ǯ. eod. l. ſed ſi deceſſerit. qui ſat. cog.
19 l. damni infecti. j. §. ſi is qui vicinus. de dam. infec.
20 l. ſi procuratorem. in princ. mand. l. clã. in princ. de acq. poſ.
21 l. continuus. §. cùm quis. in fi. ǯ. eo.
22 l. cum pater. §. xv. de leg. iij.
23 l. ſtipulationes non diuiduntur. §. fi. ǯ. eod.
24 l. hoc iure. ǯ. eo.
25 l. in illa. ǯ. eo.
26 l. ſi in lege. §. ſi domus. loc. dixi ǯ. l. in illa.
27 l. cum ſtipu. ǯ. eod.
28 Celſus. de arbit. l. ſi quis rem. §. voto. de pollicit. in gloſ.
29 in prin. tertij libri.
30 glo. c. ſi apoſtolicæ. de excep.
31 Abb. cl. cupientes. de pœnis.
32 c. vt clericorum. de vita & hon. cler.
33 Rota. dec. iij. de ſent. excom. in antiq.
34 Inn. c. fin. de proc. Barb. conſi. 50. in ij.
35 c. quod translationem. de off. leg.
36 gl. l. iij. diſt. c. Salonitane. c. j. de ſagitt.



13 iuſtæ renuntiaſſe intelligitur [1]: at lex appellationem * ſimpliciter ſummouens de iuſta non
14 intelligitur [2]. Et cùm aliquis alimenta * vxori legat, ſimpliciter præſtabuntur [3]: quòd ſi lex
iubeat ea præſtari, intelligitur, ſi tamen hæredibus mariti operetur [4]. Sic præſcriptio lega-
lis aduerſus militem non currit, at conuentionalis currit [5]. Sic ſolemus dicere, lex tibi ſuum
non tuum aufert auxilium [6]. Huc pertinet, quod traditum eſt, cum cohæredem, qui diſpoſi-
tioni legis contràfacit, ſolùm plecti [7]: at qui diſpoſitioni hominis aduerſatur, etiam cohæ-
I. redes in periculum trahere [8], quod alibi latius explicuimus. Non tamen † dubium eſt,
15 quantum ad infirmandi actus poteſtatẽ, fortiorem eſſe legis, quàm hominis vim [9], & quod
II. de lege dicitur, idem eſt in principe, quam legem viuam dicunt [10]. Sed & † quoties lex ſe-
16 cum executionem trahit, videtur duriùs agere: quia impeditur moræ purgatio [11]. tũc enim
clara eſt legis mens nullam alterius dilationem concedentis [12], quod ſuprà in tractatu pur-
III. gationis moræ vidimus. Qua † ratione in iis, quæ lex ex certa, & graui cauſa conſtituit,
17 duriùs cum ea agitur, & pleniſsimè prouiſum interpretamur: quod Matheſilanus adnota-
18 uit. vnde citationes * legum fortiùs [13] & perfectiùs coërcẽt, quàm iudicis vocatio [14]. Quæ
IIII. ſententia & tunc maximè procedit, cùm lex terminum, ſeu diem pro quadam forma indu
19 cit: ab eo enim recedere non poſſumus: vnde diem merè legalem non poteſt iudex muta-
re: licet eum, qui facto iudicis indiget arbitratu ſuo moderari poſsit [15]: quod receptior ha-
bet ſententia. Non facilè tamen credimus hanc formam à lege tanta cum duritie profer-
ri: niſi in iiſce dilationibus huiuſmodíque iudiciariis actis, quæ lex ad rigorem iuris conſer
uandum induxit [16]. aliàs enim in factis hominum faciliùs forma inducitur. Vnde traditum
eſt, ſi quis iuſſu legis cum alterius conſilio aliquid agere debet, non tamen aliter rem geſtã
V. infirmari, quod in iuſſu hominis eſt contrá [17]. Sed & † generaliter definiendũ eſt, quotieſ-
20 cunque aliqua ratio ſuadet, duriorem eſſe legis, quàm hominis diſpoſitionem, quod Salice.
VI. docuit [18]. Cæterùm dubium eſt. quod dixi, mitius agi cum lege, quàm cum homine, quo-
modo intelligendum ſit? & Docto. etiam de homine intelligunt miniſtro legis, putà iudice
21 vel arbitro [19], hodie enim arbiter cenſetur * miniſter legis: cùm ex eius ſententia oriatur
actio [20]. Et habet hæc ſententia rationem: quamuis enim debeat iudex legem imitari [21], ta-
men propter iuſsionis iterationem, nempe ſuam, quã legis auctoritate muniuit, debet for-
tior eius eſſe diſpoſitio: qui enim non paret, vtrumque offendit & legem, & iudicem [22]. Nec
negat Bar. quin hæc ratio vera ſit, licet non conuenire exemplo arbitri ſecundum tempo-
ra Digeſtorum arbitretur [23], quod, ſcilicet, arbitri tunc miniſtri legis non erant: ideóq; no-
22 tionem non iuriſdictionem habebant [24]. Quoties ergo iudicis iuſſus † vel hominis, auctori
tate legis non munietur, nõ erit duriùs accipiendus, quàm legalis diſpoſitio, credendúmq;
tunc de vno ad alium argumentari non poſſe. Vnde ego ſuprà cenſui, ſicut in pœna legali
expectandus eſt dies, vt in lege noſtra dicitur, ita & in pœna conuentionali, non autẽ ipſo
iure priùs committi, & exceptionem obſtare, qua de re videnda ſunt, quæ ſuprà ad Procu-
23 li epiſtolam ſcripſi [25]. Sanè adnotandum eſt, quod hîc † dicitur, *Inſulam illo loco*. vt enim ſti-
pulatio inſulæ valeat, oportet locum demonſtratum fuiſſe: aliàs propter incertitudinem
eſt nulla [26]. Addunt Doctores oportere etiam formam domus declarari [27], quod Ang. Imo.
& alij cenſuerunt, ſufficit tamen, ſi ex qualitate perſonarum vel conſuetudine regionis hu-
iuſmodíque coniecturis tollatur incertitudo [28].

1 l. ij. C. de appell. recipien. vbi Bal.
2 c. paſtoralis. §. fin. de offi. deleg. vbi Docto.
3 l. libertis quos. §. j. de ali. & cib.
4 l. j. §. exactio. vbi Salic. C. de rei vxor. act. gloſ. l. ſicut. de ope. lib.
5 gl. l. ſi cum militaribus. C. de teſt. mil.
6 glo. l. aſſiduis. C. qui pot. in pigno.
7 l. in depoſiti. vbi Paulus Caſtr. ff. depoſi.
8 l. iiij. §. Cato. ǯ. eod. in v. oppoſ. Barto.
9 l. ſi libertus pro nunc. de op. liber. l. non dubium. C. de legib.
10 Abb. capi. dilectus. ij. de præb. Fel. c. cæterum. de reſcript.
11 Innoc. c. cum in tua. qui matri. accu.
12 gl. l. ob commiſſa. C. de adult. ǯ. l. ſi inſulam. fall. ix.
13 nota. viij. Alex. l. tres. C. quom. & quan poſt Barto.
14 c. j. de electio. lib. vj. vbi Doctor.
15 Doct. l. ij. de re iud.
16 l. j. §. biduum. quando appell. ſit.
17 Hoſtien. c. cùm olim. de arbitr.
18 Sali. l. iij. q. iij. C. de ſtat.
19 d. l. Celſus.
20 Bar. l. iij. de leg. j.
21 c. ſuper literis. in fi. de officio deleg.
22 Rota deciſ. xx. de ſent. excommun.
23 Bar. l. amplius. rem rat. haberi.
24 l. ait prætor. de re iud.
25 d. l. cum ſtipulatus.
26 l. ij. §. ſi quis inſulam. de eo quod cer. loco.
27 arg. l. ſi domus. de legatis primo.
28 gl. c. j. verbo, ad fœnus. de vſur. in vj. Bar. l. cum plures. ad fin. prin. loc. Bal. l. ſicut. C. de actio. emp. ver. ſed quod dixi.

SVMMAE.

2 ☞ *Stipulationis vis ex re præſenti pendet. 3. ad futura plerunque relata. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11.*

## LEX CXXV.

1 CVM STIPVLAMVR. In ſtipulationibus verba * ſecundum
2 tempus ſuum intelliguntur: vnde præſens ad futurum † nõ trahitur. quod
adeò verum eſſe cenſet Bar. vt potiùs ſtipulatio ſit nulla. Si ergo promit-
to quicquid me dare oportet, ſi nihil omnino tunc debebam ſtipulatio eſt
nulla, licet nouo contractu cœperim deinde debere, quod & Caſtren. hîc
tradit, nimis enim magna digreſsio eſt, cùm verbum præſens ad futurum
ex nouo contractu trahimus [29]. Quod ſi iam ante debebatur, licet ſub conditione, ſecùs
eſt [30]: tunc enim appellatione debiti, ſi de præſenti accipi non poteſt, de conditionali vel in
diẽ intelligemus [31]. Súntque diuerſæ hæ ſententiæ non contrariæ, vt Iaſ. hîc credidit. Quid
ergo ſi non verbo præſenti ſed præterito imperfecto ſubiunctiui vel potentialis modi con
3 cepta ſit ſtipulatio? putà, *Promittis quicquid te dare facere oporteret?* & Bar. ſic legi † reſponſum no
ſtrum in aliquibus codicibus affirmat: & ideo ad præſens tantùm tempus tum quoque re-
ferri ſtipulationem cenſet, vt interpretatio cõtra ſtipulatorem fiat [32], dum tamen aliquod
præſens

29 l. ſi ſtipulatus fue. §. j. ǯ eodem.
30 Bald. l. ſi ita ſcripſiſſet. de leg. ij.
31 l. fundus, qui locatus. de fund. inſt.
32 d. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulat. & l. qui Romæ. §. Augerius. ǯ. eo.

pręſens debitum eſſet:quòd ſi nullum eſſet,tunc ad futurum produceretur[1]. Ego vereor, I.
ne hæc Bar.ſententia ita ſimpliciter accepta,vera nõ ſit,quia omnes antiqui codices in te-
xtu noſtro non,*Oporteret*.ſed,*Oportet*.habent. Durum quoq; eſt, vt id † verbum, *Oporteret*. II.
quod vim præſentis,atque futuri habet,ad præſens duntaxat reſtringatur†,cùmvtrunque 4
tempus vi ſermonis compręndat[2]. Senſit id alibi Bar.qui ſi clauſula codicillaris ſit con III.
cepta, *Si non valeret iure teſtamenti &c*.cenſuit vtrumque tempus comprændi ſiue in præſen- 5
tia non valeat,ſiue in futurum infirmabitur[3],quem Aret.hîc ſequitur,licet Ang.Pau.Alex.
Iaſ.ſecundũ ſupràſcripta diſtinguant,quos ego ſequi non poſſum: cùm mens teſtatoris re-
clamet,& quia Bart.hîc in contractibus loquitur:at in vltimis voluntatibus faciliùs verba
ad futurum tempus trahuntur [4]: tametſi( vt dixi )nec in contractibus quidem ſcrupulo ca-
reat. Vnde† pactum in tempus liberorũ conceptum,putà, *Si liberos ſuperſtites habuerit*. tam IIII.
iam natos,quàm naſcituros complectitur[5]. Accedat † iis & quod Iac. Butr[6].diſputando 6 V.
concluſit:dixerat teſtator,*Filiæ meæ,quæ maritata non fuerit,lego centum*.an ſoli illi debebuntur 7
centum, quæ innupta ſemper fuerat, an etiam ea admittatur, quæ tempore teſtamenti vi-
dua erat,ſicque permanſerat? & vtranque admitti reſpondit: quoniam verba illa, *Marita-
ta non fuerit*.vtrique conueniunt,vt ſatis ſit quod cedente die,&ſic in futurum non ſit nupta,
qua tamen in re ego ad mentem teſtatoris adtendendum arbitror,vt ex coniecturis diſcer
namus,an verba illa,*Non fuerit*.intelligantur, pro nunquam fuerit: quæ ſententia veriſimi-
lis eſt,ſi legatum dotis cauſa factum ſit,nec enim de vidua *intelligetur, quæ dotem ſuã ſal 8
uam habeat. Sed & in†reſcripto pontificis,quo mandatur vacaturum ſacerdotium Ti- VI.
tio dari compræhendi receptum eſt id quoque quod tunc vacabat[7]:huiuſmodi enim & in 9
futurum quoque vacat,quod ex mente principis veriſimile eſt[8],ſi tamen ignorabat vaca-
re,vt Imol.& Pau.tradiderunt[9], alioquin non eſt credẽdum diſpoſitionem in futurum ad
præſens trahi[10]. Huc pertinet† & quod traditum eſt, ſi teſtator cuilibet filiæ quæ vidua VII.
fuerit centum legaſſet,ſolum attendi an in futurum, id eſt, tempore mortis eſſet vidua[11]: 10
quod Bar.cenſuit,exiſtimátque Paul.Caſtr.verum eſſe non diſtinctò an poſt teſtamentũ[12]
viduata ſit,an etiam ante[13],quæ ſententia eſt vera,niſi cùm teſtator dixiſſet, *Lego centum ei,
quæ viduabitur*[14]. non enim hæc verba de præterito intelligi poſſunt, meritò debet condi-
tio in futurum adimpleri quod Imol.cenſuit & Alex. hîc probat. Sed pone,teſtator iuſ- VIII.
ſit†creditores ſuos omnes dimitti ex pecuniis quas apud Titium argentarium habebat,& 11
quod ſoluto aëre alieno reſtaret,Titio legauit,an id legatum cenſebitur,quod tempore te-
ſtamenti facto calculo reliquum erat,an quod tempore mortis? Et Aretinus & Iaſon,non
ad tempus præſens teſtamenti aduertendum eſſe tradiderunt, ſed ad tempus mortis quo
dimittendi erant creditores[15],maximè ſi interim ex lucris, * ſeu acceſsionibus ſors aucta 12
fuiſſet:de illis enim iudicamus quod de ſorte[16]Pau.tamen Caſt.ſe reſpondiſſe contrarium
ait:quia verbum,*Reſtaret*.cùm poſsit de præſenti intelligi,nõ debet ad futurum produci[17],
ſecundum ea,quæ hîc Bar.docet.Sed hanc Bar. ſententiã ego in vltimis voluntatibus non
procedere arbitror,in quibus ſemper propter naturã rei de futuro agitur[18]:ſicut†nec pro- 13
cedit,ſi præterito ſubiunctiui vſus eſſet teſtator:tunc enim & ipſe Paul.& cæteri[19] fatentur
omnino tempus futurum ſolùm comprẹhendi,veluti,ſi dictum eſſet,*Et quod reſtiterit*. ratio-
nem differentiæ eſſe: quia verbum(*Reſtaret*)eſt præſentis quoque temporis optatiui modi:
meritò faciliùs ad præſens refertur. Ego optatiuum modum nihil perpendi in ſupràſcri-
pta quæſtione ſcio.Sed ſubiunctiuum tantùm, ſeu potentialem, ita enim acutiores gram-
matici vocant.In contractibus verò Bartol.ſequor,quem alij quoque approbant, vt in eis
interpretatio contra ſtipulantem fiat: niſi aliud actum aliquibus verbis, vel coniecturis
appareat[20].

1 l.ſi debitor.§. veriſimile. de contrah.emp.
2 l.ij.ſi lib.ing.eſſe.Roma. conſi.cccxxxiij.quo ad primum.
3 Bart.l.j.q.vij.de iur.codi.
4 l.ſolemus.vbi Bartol.de cond.& dem.
5 l.ſi inter.de pact.dotalib. Imol.d.l.ſolemus.
6 Iac.q.quidam pater. Alexan.hic.Paul.l.ſi.C.de indiuiduit.
7 gl.cle.j.de conceſſ.præb.
8 l.ſi quis filio.§. irritũ. de iniuſt.irri.vbi Caſtr.
9 l.hæc conditio.in fine.de cond.& demon. Alex.hic.
10 c.ſi poſtquam.in glo.iij. de præb.vj. Oldr.conſ.cccx. thema.Felin.c.conſtitutus. de reſcrip.
11 arg.d.l.ſolemus.
12 Bar.l.hoc articulo.de hęred.inſtit.
13 l.Plotiana.de iure cod.
14 l.ſi ita legatum.ij. de legat.ij.vbi Imo.l.cùm vir.de cond.& demon.
15 argum.l. in delictis. §.ſi extraneus.de noxa.
16 l.ſi.§. ſi.de lib.lega.l.nomen in prin.de leg.iij.
17 Alex.hic.Feli.c.ad hæc. de reſcr.
18 d.l.ſolemus.in fin.
19 Alex.hic.
20 d.l.ſi inter.

SVMMAE.

3 ☞ *Annua ſi actum ſit, retrò trahi: ex cauſis contrà. 4. 6.*

LEX CXXVI.

SI ITA STIPVLATVS FVERO SI TITIVS.
Stipulatio ergo annua * trahitur retrò præſtationum reſpectu, ſi hoc 1
actum eſt[21]. Sed cur non trahitur retrò,etiam ſi nihil expreſſum ſit? vide-
mus enim ſtipulationes conditionales quibus vna præſtatio* inducitur, 2
retrò ad tempus contractus trahi, vt perinde habeatur, ac ſi à principio
cõtractus purè celebratus eſſet[22]:ergo idem in annua ſtipulatione dicen-
dum fuerat?Sed reſponde rationem differentiæ apertam eſſe.quod enim ſtipulatio condi-
tionalis retrò trahatur,non ideo durior fit promiſſoris conditio,cui vna tantùm præſtatio
incum

21 l.huiuſmodi.§.eod.
22 l.potior.l.qui balneum. §.qui pot.in pign.



incumbit,at ſi annua ſtipulatio traheretur retrò fieret durior: quia præſtationes multipli-
3 carentur:meritò non fit hæc interpretatio,niſi†expreſsè ſit actum, vt hîc dicitur,& Iaſ.do-
cet.Sed quomodo poſſunt partes facere, vt actus retrò trahatur, id enim nõ niſi per fictio-
nem fieri poteſt[1]: at fictio non hominis,ſed legis diſpoſitio eſt[2],reſpondeo, poſſunt partes
facere,non vt actus retrò trahatur,ſed vt ipſæ obligentur perinde ac ſi retrò celebratus eſ-
I. ſet: quo caſu non ex mora,ſed ex verbis ſtipulationis tenebuntur[3]. Niſi tamen†tali ca-
4 ſu aliquid aduerſus leges induceretur, vt quia legitimus vſurarum, modus excederetur[4],
II. quod ſuprà docui. Vel aliàs eis fraus fieret[5]. Idem ſi aliquid impoſsibile ſecundum le-
III. ges induceretur,quod Bar.eo exemplo prodidit,teſtator fundum Titio ſub conditione le-
gauit,adiecto quòd ea conditione eueniente ex præſenti tempore legabat,an,mortuo an-
te euentum conditionis Titio,fundus eius hęredibus debeatur?& Bar.[6] reſpondit,non de-
5 beri,quia ſpes legati *conditionalis ad hæredes nõ trãſmittitur[7], nec debet teſtator fictio-
nem inducere: cùm extremum à quo duceretur ſit inhabile, cùm præmortuus ſit Titius:
quam ſententiam & tandem Iaſ.ſequitur,vt pro hærede aduerſus legatarium fiat interpre
tatio[8].Sed tamen mihi verior videtur contraria ſententia quam Crotus,& Ruinus appro-
barunt: quoniam cùm teſtator ex præſenti die velit legatum cenſeri factum, non debet e-
ius generalis diſpoſitio ad ſolos fructus reſtringi,ſed generaliter quod ad omnem effectum
adtinet interpretari[9]. Nec dubium eſt poſſe teſtatorem facere, vt legatum aliàs non tranſ-
miſsibile,ad hæredem legatarij tranſeat[10].quòd ſi etiam tacitè & per coniecturas id indu-
citur, vt frequentiùs receptum eſt[11],quantò magis expreſsis verbis id poterit fieri?vt in ſu-
IIII. praſcriptæ quæſtionis caſu. Sed quid ſi non aliquid† impoſsibile, ſed duntaxat non ve-
6 riſimile induceretur?& traditum eſt talem clauſulam,*Ex præſenti tempore*.non operari[12],ve-
luti ſi compromiſſo adiectum ſit,partes ex nũc quicquid iudicatum fuerit, homologia ſua
approbare:reſpõdit Dinus non ideo impediri,quin boni viri arbitrio res ſubiiciatur, quia
V. homologiam oportet rei iam iudicatæ accedere, non autem præcedere[13]. Sed † quid ſi
7 iudicis præcepto adiectum ſit, *Si intra decem dies non parueris,ex nunc abominatus, & ſacer eſto?* &
reſponſum eſt perinde eſſe ac ſi dictum eſſet, *Tunc excommunicatus eſto*.in quam excommuni
cationem te incidiſſe ex præſenti die declaro[14], qua de re ſuprá.Sanè quod hîc Accurſ.in-
terpretatur dena,id eſt,decem ſuprà declaraui quemadmodum vox hæc ſit accipienda[15].
8 ſicut & illa verba poſt triennium *, intelligi perfectum, non autem incœptum vt Alexan.
hîc credidit[16], non repeto.

1 Bar.l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.
2 l.ſi fortè.de caſtr.pecul.
3 l.lecta.in fi.ſi cer.pet.
4 l.cùm quidam.de vſuris. dixi d.l.huiuſmodi.
5 d.l.ſi fortè.
6 Bar.d.l.ſi is,qui pro emptore.
7 l.j.§.ſinautem ſub cond. C.de cad.toll.
8 l.vnum.§.ſi rem.de legatis ij.
9 l.de pretio.de Publicia.
10 l.Lucius.ij.de hær.inſt. vbi dixi.
11 l.j.C.vt act.ab hær.Soci. l.hęredes.§.cùm ita.ad Trebellian.
12 Bart.l.ſocietatem. §.arbitrorum.pro ſoc.
13 Din.conſi.xiij.incip.Ptolemæus.
14 cle.j.de conceſ. præb.e.ettereà.ij.de appel.vbi doctor.d.l.huiuſmodi.§.eod.
15 l.ſtipulatio iſta. §.eum. qui.l.eum,qui.ij.§.eod.
16 dixi §. l.qui hoc anno.§. eodem.

SVMMAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 2 | ☞ *Solutione vnius ex duobus plerunq; liberamur.* | 10 | *§.Titius.ſenſus. 11.* |
| 3 | *Solutionem ex perſeuerantia accipi.ex cauſis diuerſum. 5.* | 12 | *Plenum ius non, niſi perfectum & liberum, dici. 13. 14.* |
| 7 | *Vſufr.ſoluto,proprietatem peti poſſe.* | 15 | *Seruitutem debens conſtitutione & patientia liberatur. 17.* |
| 8 | *Vſufru.ſoluto, liberatur promiſſor.* | | |

1 §.TITIVS. Qui duabus ſtipulationibus, nudam * proprietatem, itémque vſum
fructum promittit,altero ſoluto,eatenus liberatur: ſecùs, ſi vna ſtipulatione id factum ſit.
ſed quæ eſt primi dicti ratio? & conſtat eius ſolutione quod debetur liberari debitorem[17],
2 & ſi quis † duabus obligationibus ad res diuerſas teneatur, poſſe alteram per ſolutionem
perimere[18],quæ obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit ampliùs[19]. Vnde ſi,ſoluto vſufru-
ctu,ſtipulator eum non vtendo admittat,quo caſu ad proprietarium reuertitur[20],non te-
netur promiſſor ampliùs eum ſoluere,ſed nudam proprietatem ex altera ſtipulatione ſo-
lùm debet. Quid ergo,ſi hunc vſumfructum non amiſerim,ſed aliquis me deiecit?& pote-
rit debitor cui remanſit proprietas,illum obtinere,quia ( quod ad ſpoliatorem adtinet ) li-
I. beram rem ille habet[21]. Quid,ſi non tertius, ſed ipſemet debitor turbat ſtipulatorem?&
cenſuit Bart.ex ſtipulatu agi contra eum poſſe:quia non dicitur dediſſe vſumfructum, qui
non præſtat patientiam vt ille vtatur[22]. Ego ſolutione ſeu conſtitutione eum ab hac actio
ne liberatum magis arbitror:quia lex noſtra,*Ille*( inquit ) *liberatus eſt dando vſumfructum*. &
II. ideo aliis remediis fructuario conſulendum eſſe quod infrà diſputabo. Idque generali-
ter in cæteris quoque ſeruitutibus verum arbitror:per cõſtitutionem enim,& primam pa-
tientiã dicitur data ſeruitus,& conſequenter ſolutione eius,quod debuit,liberatus eſt pro-
III. miſſor,vt hîc dicitur[23]. Sed quid in hac quæſtione dicemus?Arbiter me†condemnauit,
3 vt talem librum tibi reſtituerẽ:reſtitui: deinde is liber rurſus ad me peruenit,an in pœnam
compromiſsi cadam?& Alberi.hîc legis noſtræ argumento ſentit me non cadere:at Iac.&
Bal.aliíque contrá[24].Dixerit aliquis Alberici ſententia vera eſt, ſi ex alia & quidem noua
cauſa liber ad me peruenerit[25],ſecùs,ſi ex cauſa vetere,quę ſentẽtia arbitri reprobata fue-
rit[26].Videtur autem ex cauſa vetere factum,quando incontinenti liber peruenit,ſiue aliis
ex coniecturis apparet fraudẽ ſententiæ arbitri factam[27].Idem ſi ſententia plenam execu
 y ij tionem

17 Inſt. quib.mod.tol.obl. in princ.
18 l.ij.ff.de ſolu.
19 l.qui res.§.aream.de ſolution.
20 l. corruptionem. C.de vſufruct.
21 glo.Bar.l. indebiti.in fi. de cond.indeb.
22 l.iij.§.dare.de vſufruct. Bar.l.ij.§.eo.d.l. corruptionem.
23 §.verb.liberatus.
24 l.Tirio centum.in prin. vbi Bald.de cond. & dem.
25 l.non eſt.in fi. §. de trãſactionib.
26 l.inter caſtellianum.de arbitr.
27 l.ſicut.§. ſuperuacuum. vbi Bar.quib. mod.pig.ſol.

tionem etiam acceſsionum reſpectu nondum habuiſſet[1]: nec enim dicitur*ſolutum quod 4
perfectè ſolutum non eſt.Secùs ergo ſi ſententia,vel iuſſus perfectè fuiſſent obſeruata:con
tingit enim liberatio[2].vnde ſi teſtator iuſsit hęredem compromittere ſub pœna facto,con
promiſſo liberatus eſt,quod ſi iuſsiſſet non ſolùm compromittere,ſed etiam parere ſenten
tiæ arbitri, non eſſet liberatus[3]. Ad verba igitur præcepti vel ſententiæ diligenter erit ad-
uertendum.Nam & receptum eſt in iis,quæ tractum temporis,ſeu cauſam ſucceſsiuam ha
bent,non ſufficere quid à principio factum eſſet, niſi perſeuerantia acceſſerit[4]. Quod ta-
men† non procedit,quando perſeuerantia alio, & quidem legitimo contractu defendere- 5
tur:tunc enim cenſebimus à priore liberationem contigiſſe: quod eo exemplo Bar.reſpon
dit[5],cùm arbiter condemnaſſet Titium ad locandum Seio fundum, adiecta magna pœna,
Titius locauit: deinde Seium poſt aliquod tēpus expulit, an cōmiſſa ſit pœna cōpromiſsi?
videretur commiſſam:locatio enim ſucceſsiuam cauſam tractúmq; temporis habet[6].con-
trarium cenſuit Bartolus receptiore calculo: locando enim fecit id, ad quod condemna-
tus eſt: & ideo à pœna compromiſsi eſt liberatus[7]. patientiáque ex contractu debetur non
ex compromiſſo. Fuêre tamen, qui contradicerent, vt Nicolaus à Neapolitano & Ioan-
nes ab Imola[8] quorum ſententia regulis iuris magis conſentanea eſt: quia arbiter, qui
condemnat ad locandum, cenſetur etiam condemnare ad patientiam præſtandam:
abſque qua nulla eſt locatio[9], niſi quod odio pœnarum ſatiùs eſt credere obligationem
ex arbitri laudatiuo per contractum locationis eſſe ſublatam[10], ſicque communem ſen-
tentiam defendendam.
NON IDEM CONTINGIT. Qui†ergo fundum pleno iure promi 6
ſit,ſoluendo vſumfructum in nulla parte liberatur,Nec refert ſi dicta verba,*Pleno iure.* non
adiecerit:idem enim adhuc eſt:quia, qui ſimpliciter fundū promittit, intelligitur proprie-
tatem & vſumfructum ei cauſæ iunctum promiſiſſe[11], nudáque ſolutione vſusfructus non
liberatur, ſed quænam eſt huius rei ratio? Videretur enim,†qui vſumfructum ſoluit,ea- I.
tenus liberari, vt ad nudam proprietatem in qua reliquator eſt, teneatur. Qua ratione 7
alibi traditum eſt ad nudam proprietatem eum conueniri poſſe non ad vſumfructum, qui II.
penes actorem eſt[12]. Quòd ſi is, † qui totum debet,ſolutione partis eius reſpectu libera- 8
tur[13]:ergo & idem in caſu noſtro:cùm vſusfructus pars ſit integralis fundi[14]. Et ſicut ſu- III.
periore reſponſo ſolutione vſusfructus formalis quatenus eſt ſeruitus,contingit liberatio: IIII.
ita & in hoc caſu, cùm formalis in cauſalem vertatur, & eadem ſimilitudine cenſeatur[15]:
vnde & vnus plerunque alteri accreſcit, propter rei coniunctionem, licet rerum diuerſa-
rum nulla ſit, re,coniunctio[16]. Accedit iis,quòd cùm ſtipulator volens hūc vſumfructum
acceperit,nulla eſt ratio,cur aliud pro alio,volēte creditore, ſolui non poſsit, ſequitúrque V.
liberatio[17]. Sed tamen aliud Iuriſconſulto viſum eſt: qui * enim partem numeralem, vel 9
quotatiuam ſoluit,pro ea liberatur[18]: non autem,qui partē integralem: etenim in ea pro-
priè pars non eſt: debet enim promiſſor fundū[19], at vſusfructus formalis pars fundi nō eſt,
ſed ſolùm vſusfructus cauſalis[20]: aliud ergo ſoluit,quàm debeat,nam cùm vſusfructus for-
malis ſit ſeruitus,pugnat cum cauſali,quia ſua res nemini ſeruire poteſt[21]:nec obſtat quòd
formalis in cauſalem quandoque vertatur, quia hoc in caſu noſtro procederet, poſtquam
ſoluta eſſet proprietas. Sed quæſtio noſtra eſt, quid,cum non ea adhuc ſoluta eſt,ſed vſus-
fructus tantum.Minùs obſtat quod Docto. aiunt,ſoluto vſufructu,promiſſorem ad nudam
proprietatem conueniri tantùm. Reſpondet Iaſon, non ideo non peti plenam proprieta-
tem: quia ab vſufructu liberatus ſit promiſſor, ſed quia cùm actor vſumfructum habeat,
non debet petere quod apud ſe eſt:ſolùm enim illud peti debet,quod apud actorem non ſit,
tametſi reus liberatus non ſit[22],quod Bartol.atque cæteri cenſuerunt[23].Nec eſt verum†a- 10
liud pro alio volenti creditori fuiſſe ſolutum: potuit enim creditor vſumfructum accipe-
re ea ſpe,quòd,quàm primum ſibi proprietas quoque ſolueretur,ſicque vſusfructus forma
lis in cauſalem verteretur, vt ergo in aliquo liberetur, oportet reliquū ſolui, ſicut cum qui
hominem debet,partem Stichi ſoluit,quamuis creditor ſponſo te accipiat, nec in illa qui-
dem parte debitorem liberat,niſi reliquo in eadem ſpecie perſoluto[24]: quod Aretin.& Iaſ.
hîc tradiderunt. Sed quid ſi in caſu legis noſtræ ſoluiſſet promiſſor nudam proprietatem,
an ſaltem tunc eius reſpectu liberabitur?& Doctores ſentiunt non liberari,ſicut,qui vſum
fructum ſoluit. Addit Iaſon hoc verbis legis noſtræ probari, dum dicitur, *Niſi pleno iure*
*fundum ſtipulatoris effecerit.* nulla parte obligationis exoneratur. Tu reſponde, † hæc verba 11
ſecundum præcedentia intelligi,quando priùs ſolutus fuerat vſusfructus,non quando pro
prietas: nec enim facile mutatio caſus eſt inducenda[25].vnde Raph.Com.liberari reſpectu
proprietatis credidit,quem ſuprà ſum ſecutus[26].
PLENO IVRE. Adnotat hîc Iaſon variis modis hæc verba accipi & ſecun-
dum ſubiectam materiam declarari, in lege noſtra videntur hæc verba & nudam pro- I.
prietatem, & vſumfructum compræhendere. Cui † igitur vſusfructus deeſt,non dicitur 12
plenum

1 l.ſi hæres.ff.de actio.em.
2 Bal.l.j.q.iiij.C.de iis,quę pœn.nom.
3 l.ſi pro patre.§.verſum.ſ.de in rem ver.C.l.l.ſi quis hæredem.C.de inſti.& ſubſtitutio.
4 l.inter Caſtellianum.de arbit.vbi Bar.
5 Bar.& Docto.l.ſi fideiuſſor.§.j.de leg.j.
6 l.ex cōducto.l.ſi quis domum.locati.
7 d.l.in numerationibus.in fi.de ſolut.l.Pomponius.§.ſed & is.de procu.
8 per d.l.ſi hæres.
9 l.ſciendum.ſ.eod.
10 argu.l.in teſtamento.ſ.de cond.& demon.
11 l.ſi alij.de vſufruc.leg.l.qui vſumfru.ſ.eod.
12 Bart.& Doct.l.eum,qui ita.§.pen.ſ.eod.
13 l.ſtipulatus.§.qui x.j.de ſolution.
14 Bar.d.l.qui vſumfruct.ſ.eodem.
15 l.mulieri.l.ſi tibi.de vſu fruct.accreſ.
16 d.l.ſi alii.& l.Sempronia.de vſuf.leg.
17 l.ij.§.j.vbi Docto.ſi certum petat.
18 d.§.qui x.
19 l.in executione.§.pro parte.ſ.eod.
20 l.rectè.vbi dixi.j.de verborum ſigni.
21 l.vti frui.ſi vſuf.pet.
22 l.ſi non ſortem.§.pen.de cond.indebi.
23 d.l.eum,qui.§.pen.
24 d.l.ij.§.j.ſ.eod.
25 gl.l.ſi is,qui pro.de vſucapio.
26 d.l.eum qui ita.§.fina.



II. plenum ius habere,quod Bal.& Aret.hîc tradunt[27]. Sic & qui iura vtilia tantùm habet,
vt fideicommiſſarius non dicitur pleno iure ſuccedere[2].quod Bar.& Ang. reſponderunt[3].
III. Et qui rem poſsidet ſuam,ſed alteri pignoris nomine ſuppoſitam,nō dicitur,pleno iure
IIII. eam habere,vt Alex.[4]reſpondit. Sed & qui rem ſuā alienare non poteſt,non dicitur ple
no iure eam habere[5],vt Bald.adnotauit:licet enim propriè ſit dominus, quia facultas alie-
V. nādi ad definitionem dominij nō pertinet[6] nō tamen videtur pleno iure rē habere. Sed
& qui propria auctoritate non poteſt rem habere, ſed debet de hæredis manu accipere,nō
VI. dicitur ad eum pleno iure[7] res pertinere, quod Bart. cenſuit & alij ſequuntur. Hincque
infertur, eum qui pleno iure ad rem agit, non ſolùm petitorium, ſed etiam poſſeſſorium
13 intendiſſe videri[8],†quoniam plenum ius illud dicitur quod integrum & abſque aliqua di-
VII. minutione eſt:quod Baldus reſpondit[9],& Iaſon hîc refert. Vnde,cùm teſtator poſt mor
tem omnium hæredum ſubſtituiſſet pleno iure, Antonium,reſponſum fuit,videri recipro-
cam ſubſtitutionem inter ipſos perinde factam, ac ſi in tota hæreditate ſcriptum eſſet[10],
VIII. quia illa verba,*Pleno iure.*intelliguntur, id eſt,in integra hæreditate[11]. Addit hîc Iaſon ſi
14 pontifex†aliquam eccleſiam donat pleno iure,videri tam temporalia,quàm ſpiritalia do
naſſe[12], nec epiſcopi quidē iure reſeruato[13]. Sed ego ad clauſulæ huius interpretationem
plurimùm ſubiectæ materiæ tribui arbitror: nam lex ei, qui xl. annis rem poſſederit, ple-
niſsimum ius concedit[14]: & tamen poſſe illi eam auferri per reſtitutionem in integrum ex
præſumpta ignorantia vulgò receptum eſt[15]. Sic & ſi teſtator verbis precariis ſubſtituit
cum clauſula, *Pleno iure.* non ideo tamen voluiſſe eum quartam Senatuſconſulto Trebel-
liano deductionem impedire plerique cenſuerunt[16]. Sed & qui hæres in omnibus bonis
pleno iure inſtitutus eſt, cum vſufructuario omnium bonorum concurret, vt quilibet di-
midiam habeat: nec tali clauſula ratio iuris accreſcendi impedietur[17], quod ex facto Ale
xander reſpondit.
ETENIM ILLE LIBERATVS EST. Probatur hîc eum, qui
15 vſumfructum debet,eo † conſtituto, eſſe liberatum. Sicut enim, qui rem corporalem de-
bet,eius traditione liberatur[18],ita in ſeruitutibus per conſtitutionem eius iuris debet libe-
rari: dum tamen caueat ſe non impediturum, quominus eo iure vtatur[19], vel præſtet pa-
tientiam, vt ille ſaltem ſemel vtatur: habet enim hic vſus vim traditionis[20] antequàm er-
go ſeruitus ſit ſupràſcripto modo quaſi tradita, nullum ius in rem creditori competit, ſed
actio duntaxat perſonalis per quam cogat promiſſorem ad conſtituendam ſeruitutem, &
eatenus præſtandam patientiam, quatenus traditio illius iuris poſsit videri facta[21]. Si igi-
tur promiſſor hoc præſtiterit, inquit hîc Iureconſultus eum eſſe liberatum. At alij diſſen-
tiunt affirmantes adhuc non liberari, ſed in futurum quoque perpetuò ex ſtipulatione te-
neri ad præſtandam patientiam, ideóque obligationem ſeruitutum mixtam eſſe ex dan-
16 di,faciendíque natura[22]:dare * dicitur, qui conſtituit[23]: facere qui patientiam præſtat[24]:
Hincque eſt quod vſufructuario lex ait actionem incerti dari[25]:&alibi in id quod intereſt,
fieri condemnationem[26]: Súntque qui hanc ſententiam receptiorem eſſe adfirmant, ſed
tamen contraria verior videtur, quæ legis noſtræ verbis adiuuatur, & pro qua pares ſunt
auctorum calculi. Sicut enim traditio in rebus còrporalibus non efficit, vt obligatio dan-
17 di quicquam facti contineat, ita & incorporalibus huiuſmodi patientia, † quæ in conſe-
quentiam, & iudicis officio venit[27]: quam ſatis eſt vel ſemel vel etiam circa præparato-
ria præſtitiſſe[28], vt promiſſor à ſtipulatione liberatus cenſeatur, qui ſi deinde turbet, ſeu
patientiam non præſtet, poterit vel ex interdictis vel confeſſoria conueniri[29]:nec verum
eſt vſumfructum actione incerti in id, quod intereſt peti, quia ſit facti, ſed quia ſui natu-
ra incertus eſt ratione præſtationis, & temporis[30], maximè ſi temporis præteriti vſusfru
ctus petatur, qui ex tempore variationem habet[31]. Vnde cùm amplius præſtari non poſ-
ſit, neceſſariò ad id, quod intereſt, deuenimus[32]. Concludendum igitur in ſeruitutibus
obligationem dandi eſſe: quoniam lex vbique promiſſorem ſeruitutis ad dandum tene-
ri ait[33], quoniam patientia illa prior quæ pro traditione in conſtitutione ſeruitutis eſt,
in conſequentiam tantum venit, licet facti ſit[34], poſterior verò & perpetua ex vi ſtipula-
tionis non venit: aliàs malediceret hîc Iuriſconſultus, promiſſorem, vſusfructus datio-
ne eſſe liberatum,quod alibi diffuſiùs diſputaui[35].

1 l.j.C.de reuocā.don.vbi Bal.l.mater.C.ad Tertyll.
2 authen.hæc vſus.C.de ſacroſan.eccl.
3 Bart.conſ.xvj.Ang.cxxv.
4 Alex.conſi.ccvij.ij.vol.
5 l.fœminæ.§.illud.C.de ſecund.nupt.
6 Bal.l.voluntas.in fi.C.de fideicommiſſ.
7 Bar.l.centurio.de vulg.
8 c.querelam.de elect.vbi Innocen.
9 Bald.conſ.ccxciij.in iiij.dub.ad fin.
10 l.Titia.§.Seia.de leg.ij.l.ſi pater impuberes.de vul.
11 l.diuortio.vbi glo.de negot.geſt.c.cum & plantare.§.j.de priuileg.
12 glo.c.conqueſtus.de foro compet.
13 Abb.capitu.cum inter.de re iud.
14 l.omnes.C.de præſcrip.xxx.ann.l.j.de fund.pat.lib.xj.C.
15 Doct.ſ.l.cùm filius.§.in hac.vbi dixi.
16 auth.ſed cum teſtator.C.ad l.falci.vbi Caſt.Rom.conſ.lxxv.& lxxix.Fel.c.auditis.de præſcr.
17 d.l.ſi alij.d.l.Sempronio.de vſufr.leg.Alexand.conſ.lvj.perlectis.lib.iij.
18 l.traditionibus.C.de pactis.
19 l.ratio.§.ſi iter.de actio.empti.
20 l.quoties vlt.ſ.de ſerui.
21 l.ſi partē.in prin.quemadmod.ſer.amitt.
22 Doc.l.ij.verb.viam.ſ.e.
23 l.iij.§.dare.de vſufruc.
24 l.ſi.cum gl.ſ.com.præ.
25 l.qui vſumfr.in fine.de vſufruc.
26 l.vbi autem.§.fundi.ſuprà eodem.
27 l.i.in fi.de ſer.ruſt.prǽd.
28 d.l.ſi partem.Are.l.quod meo.de acq.poſſ.
29 l.egi.l.harum.ff.ſi ſer.vend.
30 Bart.l.certi condictio.in prin.ſi cert.pet.
31 l.ſi vſuſfr.mihi in biennium.de vſufr.lega.
32 glo.l.ſi ſeruum.§.fin.
33 l.ſi vnus.§.fin.de ſeruit.ruſtic.præd.d.l.ij.in prin.l.cum vſusfruct.quemadmo.ſerui.amitt.
34 d.l.fina.
35 d.l.ij.ſ.eod.

SVMMAE.

1 ☞ *Utile inutili non vitiari. 26.*
3 *Subſignatione obligamur: ex cauſis contrà. 5.*
11 *Subſcribentem legiſſe ex re & perſona diiudicandum.*
12 *Syngraphæ & epiſtolæ diuerſa ſubſcriptio: ex eóque falſum argui.*
13 *Syngraphen ſine ſigno valere.*
14 *Actionem ex cautione, non numeratione naſci: ex cauſa. 19.*
15 *Tempus datæ ad inſtrumentum referri.*
16 *Stipulari alteri ex cauſis poſſe.*
20 *Abſenti ex numeratione non quæri.*

# And.Alc.in l.Si ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.

22 *Mutuum ciuile abſenti non quæri.*
23 *§. Chryſogonus. explicari. veriùs. 24. 30.*
27 *Confeſſione, irrito contractu, irritari ex cauſis cõtra.*
33 *Qualitatem repeti: ex cauſis contra. 34. 46.*
38 *Extenſionis conceſſæ, negatæq; loci.*
39 *Fratre offenſo pœnam non committi.*
40 *Perſonam extraneam ſubintelligi ex cauſis. 42.*
41 *Procuratorem etiam domino ſtipulatum intelligi.*
44 *Conditionem ſubaudiri.*
45 *Tempus perſonámque ſubintelligi.*
47 *L. Qui fundum. de contrah.em. ſenſus.*
48 *Diem plerunque non repeti. 49.*

§.CHRYSOGONVS. Stipulatio inutilis,quia † alteri,& quidem abſenti,fa- 1
cta non impedit, quin actio ex numeratione oriatur, & quin alia ſtipulatio acceſſoria im-
perſonaliter facta valeat, cùm ſibi non alteri factam interpretemur. Videbatur autem in
caſu legis noſtræ valere debuiſſe ſtipulationem patrono per libertum factam,ſiue quia hîc
libertus erat procurator,debuítque nobis licere per alterum,ſi procurator ſit,cõtrahere [1],
maximè cùm licet hîc appareat verba executiua abſentem reſpicere, non tamen conſtet
etiam obligatiua de abſente dicta eſſe,ſed potiùs imperſonaliter concepta. Vnde vt ſtipu-
latio valeat, debuit fieri interpretatio obligatiua verba ad ipſum libertum ſtipulatorem
referri,quo caſu valuiſſet contractus [2]. Sed tamen aliud Iuriſconſulto viſum eſt:quia regu
la eſt generalis, alteri per alterum * ex contractu ſtipulatoris acquiri non poſſe, adeò vt 2
nec libertus patrono, nec cliens aut ciuis aut ſubditus principi ſuo acquirere poſsint, vt
ſuprà vidimus [3], ſed id iuris ſolùm filiis fami. aut ſeruis propter vim patriæ ſeu dominicæ
poteſtatis competat, meritò ergo in caſu noſtro Zoſas libertus Quintiliano patrono non
potuit ſtipulari. Nec obſtat, quod procurator patroni eſſet, quia nec procurator quidem
ſtipulari domino poteſt [4], niſi verba obligatoria ad ſe referantur,puta ſi Zoſas hoc modo
ſtipulatus eſſet, *Promittis mihi,quòd dabis patrono meo,&c* [5]. Nec obſtat,quòd verba obligato-
ria hîc eſſent imperſonaliter prolata,ideóque debuerint ad ſtipulatorem referri, vt ſtipu-
latio valeat,nam reſpondet Bart.potiùs referri ad patronum, ad quem etiam verba exe-
cutiua directa ſunt, quod in hoc caſu verum eſt,cùm procuratoris pecuniariter non inter-
eſſet [6], quod Bal. Imol.Alex.Iaſ.hîc tradiderunt.
SVBSCRIBENTE. Adnotant † hic doctores, eum qui chirographo 3
manu aliena ſcripto ſubſcripſerit,perinde obligari,ac ſi totum ſcripſiſſet [7]. vis enim ſub-
ſcriptionis efficit vt omnia ſupraſcripta cenſeantur approbata [8]. Quod vſqueadeò ve-
rum eſſe Baldus cenſuit,vt lex pœnalis de eo loquens,qui propriam ſcripturam negauerit,
in eo quoque procedat, qui ſcripturam manu aliena ſcriptam negauerit, dum tamen ſit
propria manu ſubſcripta [9]. Subſcriptio enim efficit vt non aliena ſed propria ſcriptura
dicatur, quicquid ibi Salicetus aliter tradiderit, Addunt Angelus Imola Paulus Alexan.
cæteri idem eſſe in lege municipali, concedente executionem ſcripturis manu propria
debitoris factis,ſatis enim erit,vel ſola ſubſcriptio [10],quia ſcriptura propria dicitur, quam
ego ſubſcriptione mea propriam effeci, cùm ſit non ſolum mandato meo ſcripta [11].
Sed propriis digitis ſubſignata .nec obſtat,quòd * aliud ſit ſcribere, aliud ſubſcribere, & 4
quod ſubſcribens fictè dicatur ſcripſiſſe [12]:quia cùm tota vis approbationis in ſubſcriptio-
ne ſit, ſatis eſt illud in quo ſcriptura efficacia vertitur manu debitoris eſſe factum. nec
enim veriſimile eſt legiſlatores voluiſſe debitorẽ, ſcribæ manus ſubire, eúmque ſuper-
fluo labore onerare. Hæc quidem regulariter procedunt. aduertendum tamen eſt, ad
rationem legis. Quid enim,ſi neget debitor † ſe ſubſcripſiſſe,& ad comparationem lite- I.
rarum deueniatur [13], non putarim tali caſu locum eſſe ſtatuto: cùm facilius poſsit quis 5
imitari ſubſcriptionem, quàm totum chirographum falſare [14]. Quid rurſus.Si lex non II.
generali nomine ſcripturæ vtatur, ſed ſpeciali, puta ſi quis chirographum ſcripſerit, &
ego non chirographo, ſed libello ſubſcripſero, nec enim tunc propriè dicat legem obſer-
uaſſe [15]. Sed & lex Cornelia,quæ ſinit,vt teſtator propria manu leget,cui velit, prohibet III.
autem ſcriptoribus,ne ſibi legatum adſcribant,habebit locum aduerſus ſcriptores,quam-
uis teſtamentum ſubſcriptum ſit à teſtatore:nec ſubſcriptio teſtatoris liberabit illos [16]: cu-
ius rei illa eſt ratio, quia lex factum ipſum ſcribendi punit: non autem effectum conſenſus
inde reſultantem reſpicit. Quod ergo ad factum adtinet, aliud eſt ſcribere quàm ſubſcri-
bere,quod & Decius cenſuit. Nam & aliqua permittit quandoque lex per integram ſcri IIII.
pturam fieri,quæ ſola ſubſcriptione tranſmitti non patitur [17]: arguit enim ſola ſubſcriptio
quandam *negligentiam,veluti in iudice,qui libellis ſubſcribit, quod, cauſa cognita, de- 6
buit facere [18]:quod poſt Bald.Iaſ.hîc docet. Idémq; in doctoribus, qui ſola * ſubſcriptio- V.
ne contenti aliena reſponſa approbant [19] in quos illud eſt Laberij carmen. 7

*Caput abſque lingua pedaria eſt ſententia.*

Qua ratione & qui ſchedulæ non tanquam principalis ſubſcribit ſed tanquam teſtis, VI.
non cenſetur eam ſcripſiſſe,nec ſibi damnum aliquod tali ſubſcriptione facit [20],nec enim
id agitur [12],& officiũ *ſuum quod partibus præſtat ei damnoſum eſſe non debet [21], idémq; 8
in eo

1 l.huiuſmodi. in princ.de legat.j.
2 l.ſi ſeruus.iij. §.j.l. antepen.ſ.ti.ij.l.ſtipulatio iſta. verſ.ſi quis inſulam.ſ.eod.
3 d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ſ eod.
4 l.eum,qui.§. fin.de conſtitu. pecu.l.ſolutum.§.per liberam.de pig.actio.
5 d.l.huiuſmodi.
6 glo.in l.j.in prin. ſ.tit.ij.
7 l.emptor.§. Lucius. de pactis.
8 l.cùm antiquitas.§. cum autem.C.de teſta.vbi Doct.
9 Bald.Anch. auth. contra qui propriam.C. de non numer.pecun.
10 l.diuus. §. ſcribere. de falſis.
11 Domi. c. ſi pro te.de reſcrip.vj.
12 d.l. diuus. §. item ſenatus.& l.ſi ego.§.dotis.de iure dot.
13 l. comparationes.C.de fid.inſtrum.
14 Bar.l.nuda.de donat.
15 d.l.ſi.ego.§.dotis. Mod. auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.
16 d.§.item ſenatus.
17 l.ij.C.de aſſeſſ.l.ne quicquam.§. vbi decretũ.de officio proconſ.
18 l.iij.C.com.vel epiſ.
19 Bal.l.ſi.C.plus val.quod agitur.
20 l. Titia cum teſtamento.§.Lucio.de lega.ij.
21 glo.l.cuius.de pig.act.
22 l.ſicut.§. non videtur.ff. quib.mod.pig.ſol.



in eo qui tãquam tabellio ſubſcribit documento [1], vel in agnato qui in contractu mulieris
VII. auctoretur, & ſi qui ſimiles. Sed & quoties lex nominatim & expreſſe conſenſum requi-
9 reret,adeò vt per relationem *expediri non poſſet [2], exiſtimauit Decius ſolã ſubſcriptio-
VIII. nem non ſufficere quæ ſententia in ſubſcriptione generali defendi poſſet [3]. Sed an ſuffi-
cit ſubſcriptio generalis? & cõmuniter receptum eſt ſufficere [4],& aduerſus ſcribẽtem ope-
rari,qui ſibi imputare debet,ſi generaliter ſubſcripſit. Quæ ſententia receptiſsima eſt,ad-
uerſus Bar. [5] cuius tamẽ opinio ſupraſcripto caſu defenditur,cùm lex nominatim & expreſ
ſè conſenſum requirit: quia ſuſpectam habeat ſubſcribentis facilitatem, quem nolit facilè
poſſe decipi [6]. Hincq; conſequenter traditum eſt ita demũ ſubſcribentem cenſeri ſcripſiſ-
ſe,ſi legerit intellexerítque ea,quæ ſcriptura continentur [7], aliàs talis ſubſcriptio ei dãno-
ſa eſſe non debet [8],ſeu non trahetur ad id quod veriſimiliter ipſe ſubſcribens nõ fuiſſet ap-
probaturus: quod & Caſtrenſis ex facto reſpondit, ſolent enim & principes plerunque le-
gatis ſuis albas chartulas dare manu ſua ſubſcriptas, vt legati abſentes eis deinde inſcri-
bant quod commodum & ex re domini ſui eſſe contigerit. Cenſuit Innocent.quem cæteri
ſequuntur, non fieri damnum aliquod inde ſubſcribenti,quod ego intelligo niſi quatenus
10 procurator generalis poſſet [9]: videntur enim fiduciarij ij ſcriptores *ſimilitudine,quadam
cum procuratore generali cenſeri:item niſi princeps confeſtim,re intellecta, contradixe-
11 rit: ne aliàs ratum habere legati ſui factum cẽſeatur [10]. Sed quid in † dubio exiſtimabimus?
an ſubſcribens præſumatur omnia ſupraſcripta legiſſe?& credendum eſt non facile quen-
quam ei ſyngraphæ ſubſcribere,quam non legerit,& diligenter perpenderit [11], maximè ſi
eam aliquandiu apud ſe habuit [12],vel aliàs qui ſubſcripſit vir cautus & diligens in re dome-
ſtica eſſe conſueuerit [13]. qui igitur ſe non legiſſe conſenſiſſeque dicit,onere probandi graua
bitur [14] ídque omnium calculis receptum eſt. Addit tamen Imola,ſi is qui ſubſcripſit, vir ſit
notæ negligentiæ,in eo præſumi ignorantiam. Sed Alex [15]. contrarium ex facto reſpondit,
quem & Iaſ.hîc ſequitur. Ego Imolæ ſententiã defendi poſſe arbitror,ſi aliæ præterea con-
iecturæ acceſſerint,vt Aretin.& Claud. hîc tradunt: & enim ſtatus hic omnis coniectura-
lis eſt [16]: quid enim ſi probaretur ante ſubſcriptionem dixiſſe creditorem, vt ſyngraphæ
ſubſcriberet,in qua locatio contineretur,deinde appareret ſubſcriptũ venditioni [17]: quid
ſi tanta inter eos eſſet coniunctio, vt alter fiducia alterius in vtranque aurem dormiret?
qualis ſolet eſſe inter vnanimes ſocios,aut inter patrem,& filium [18]? quod ſi aliquæ conie-
cturæ doli mali adeſſent,quales multas alibi connumeraui [19]. Solebat prætor Rufinus,cum
12 præceptis ſubſignaret,ſolùm inſpicere, an clauſula, * quam vocãt iuſtificatiuã, adſcripta
eſſet [20]. cùm illuſus à tabulario,qui ſponſionem fecerat, præcepto ſubſcripſit, quo ipſemet
IX. in carcerem traheretur. Ex qualitate igitur rei & perſonarum diſcernendum. Scripſit ad
amicum Florentius elegantem epiſtolam, ſubſcripſerátque, *Tuus tanquam frater Florentius.*
interceperat aliquis has literas,& alba in particula quę inter epiſtolam & ſubſcriptionem
vacua manſerat ſyngrapham mutuatitiæ pecuniæ deſcripſit: dixi ſubeſſe claram doli
coniecturam [21]. nec enim huiuſmodi pecuniariis cautionibus ſolet ſubiici, *Tuus tanquam
frater.* Sed nudum nomen atteſtantis ſe ſubſcripſiſſe, & ſupraſcripta omnia obſeruatu-
rum. Ad hæc qui pecuniam petebat, notæ improbitatis erat [22], vt meritò Florentius fue-
X. rit abſolutus. Sed pone, ſubſcripſit Titius chirographo, interrogatus à iudice, an ma-
nu ſua ſubſcripſiſſet, reſpondit ſubſcripſiſſe, ſed quo tempore ſubſcripſerit nullam fuiſſe
diem in eo adſcriptam [23], quæ deinde ab ipſo creditore repetita fuerit [24]. Sícque ſcriptu-
ram agnoſcit, diem quæ ſeparatim in ſumma chartula adnotata erat,non agnoſcit. Et pu
tarim hoc quoque caſu probabilem eſſe Imolæ ſententiam [25], ſi dies, vel alia manu adſcri
pta appareat, vel ex atramenti diuerſitate videatur non eodem tempore adiecta, vel ſi-
gnum aliquod raſuræ adſit. Plurimùm igitur & hoc caſu arbitrio iudicis tribuendum erit.
XI. Rurſus † pone,exhiberi quidem apocham ſubſcriptam,ſed cui ſignum deſiit, an faciet
13 fidem? & in lege noſtra dicitur, *Subſcribente & aßignante.* quæ verba videntur oſtendere
neceſſariam quoque ſigni appoſitionem, quod chartis adiici ſolet [26], ídque ſecundum
quarundam regionum conſuetudinem [27], aliàs iure noſtro ſola ſubſcriptio ſufficit: ſi-
gnum verò ad maiorem certitudinem adiicitur, & omiſſum non vitiaret actum, quod
alibi adtigi [28].
ACCEPISSE. Incontinenti ante hanc ſcripturam [29]. Si enim diu anteà ac-
cepiſſet, non erat dubitandum, quin actio ex numeratione ſtatim orta fuiſſet, quæ per
ſtipulationem ex interuallo appoſitam ſiue vtiliter, ſiue inutiliter ſalua permanſiſſet [30],
& tamen lex noſtra [31] manifeſtè ſentit obligationem ex pecunia credita, & numerata
naſci atque ita nobis acquiri. ideo hîc ex numeratione agi: quia inutilis eſſet ſtipulatio.
Sequitur ergo ſtipulationem hanc in actu numerationis, ſeu incontinenti factam. Sed
14 cùm verbum † id præteriti pluſquam perfecti temporis ſit, cur etiam non intelligitur,
ſi anteà longo tempore accepiſſet? nam & in ambiguis ſolemus interpretationem aduer-
 ſus

1 l.ſi pater.C.de fideiuſſ.
2 c.l.appellanti.de appel.
3 d.l.diuus.§.item ſenatus. vbi Barto.
4 Ang.l.ſi duo.de admini. tut.Iaſ.hic.
5 Bar.d.§.item ſenatus.
6 d.§.item ſenatus.
7 l.tribunus.§.fin.de teſta. milit.
8 l.ſi.C. plus vale. quod agitur.
9 Inn.c.ij.de fid.inſtrum.
10 l. mandato generali.de procurator.
11 l.ſi filius.ij.ad Macedo.
12 l. non eſt ferendus l.de tranſact.
13 l.cum de indebito. de proba.
14 Bart.l.j.§.ſi quis neget. quemadmo.teſta.aper.
15 Alex.cxlvij.in ij.
16 Bartol.ſ.§.duo fratres. quæſt.ij.
17 d.l.ſi.C.plus vale.
18 l.data.C.de donat.
19 l.ſi maior.C.de tranſa.
20 l.de pupillo.§.meminiſſe.in gloſ.de ope.no.nunt.
21 l.dolum.C.de dolo.
22 l.ſi quis ex argentariis. §.j. de eden.
23 l.cùm tabernam.§.j. de pignor.
24 l.repetita.vbi Bar.de fide inſtrum. Alex. d.§. item Senatus.in apoſt.
25 Paulus de Caſtro conſil. cxxxiiij. in cauſa ſer Ludouici.volu.j.
26 l.ſi.C.de aſſeſſ.
27 Bart.l. ad teſtium. §.ij. de teſtam.
28 in rub.de oper.no.
29 Fel.c.cum P. de fide inſtrum.l.lecta.ſi cer.pet.
30 l.ſi ita fuer.ſtip.§.fin.de nouatio.
31 verſ.ſupereſt.

ſus eum, qui dicit, facere [1]: quia probationes neceſſariò concludere debent [2], non au-
tem ſequitur incontinenti factum, quod tali verbo acceptum probatur. Sed reſponde,
coniecturas ex eo quod veriſimile eſt adſumi: non autem veriſimile eſt voluiſſe quenquam
abſque cautione pecunias credere [3]. Vnde præſumitur, cùm cautio facta eſt, tum interue-
niſſe numeratio, & non priùs: nam & in dubiis fit aduerſus ſtipulatorem interpretatio [4],
meritò incontinenti accepiſſe dicemus, vt vna actio duntaxat ei detur, nempe ex ſtipula-
tu: cùm ſi ex interuallo factum eſſet, aliam quoque ex numeratione habuiſſet [5]. Addit
Bartolus † regulare eſſe, vt inſtrumenta verbo præteriti temporis concepta intelligan- 15
tur de eo, quod intontinenti præteriit: cùm ſemper ad id referantur, quod potuit tem-
pore inſtrumenti contigiſſe [6]. Vnde cùm notarius ſcribit, *Titius dedit, vendidit, & tradidit*.
intelligitur tempore confecti inſtrumenti [7]: vel, *Titius confeſſus eſt, quòd accepit &c* [8]. Quæ
ſententia certiſsima eſt: cùm aliàs actus non valeret, niſi incontinenti geſtum eſſet, vt
cùm gener confeſſus eſt ſe habuiſſe, & recepiſſe aureos mille à ſocero nomine dotis, quos
illi in caſum ſoluti matrimonij reſtituere promittit [9]. Si enim ex interuallo accepiſſet, non
poſſet pater actionem dotis ſibi & filiæ communem ſoli ſibi propriam efficere [10]: meritò in
telligemus accepiſſe eum tempore cautionis interpoſitæ. nec enim apparet quicquam fa-
ctum, niſi ex cautione, ergo ſecundum illius tempus accipi debet, vt Cardinalis Zaba-
rella reſpondit [11]. Cæterùm cùm ſupràſcripta ex præſumptione legis procedant, dubitan
dum non eſt, quin ſi aliæ ſint efficaciores præſumptiones, aliud ſit ſtatuendum [12]. quid e-
nim ſi teſtes dicant tunc nihil numeratum fuiſſe? intelligetur huiuſmodi verbum, *Accepiſſe*.
non nunc ſed anteà, & tabellio non ideo in falſi crimen incidet [13].

PER LIBERAM PERSONAM. Regula hîc generalis ponitur,
per liberam perſonam nobis ipſo iure quæri non poſſe [14]: quam regulam iuris ciuilis ri-
gor induxit, volentis vnumquenque ſibi ipſi acquirere, & contractus noſtros ex noſtra
perſona initium ſumere [15]. Vnde conſequens † eſt, vt hic libertus patrono ſuo non quæ- 16
ſiuerit ex ſtipulatu actionem, ſicque ſtipulatio ſit nulla. Aiunt tamen ipſi liberto natu- I.
raliter obligatum debitorem ad dandum patrono: quia hæc iuris ciuilis regula naturalem
hanc obligationem non impedit: qua de re ſuprá [16]. Rurſus aiunt Doctores, ſi verba obli II.
gatiua ad perſonam liberti reſpexiſſent, valuiſſe ſtipulationem, nec ſupràſcriptæ regulæ
fuiſſe locum: vt ſi ſcriptum eſſet, *Denaria mille quæ promitto Zoſæ me Quintiliano daturum &c.* [17]
Valet enim ſtipulatio, dum tamen Zoſæ intereſſet, vt quia fuiſſet procurator ſpecialis ad
hunc contractum conſtitutus, quo caſu dominium pecuniæ non ſuum ſed patroni erat [18],
& vt patrono pareret, tenebatur in debitorem transferre: meritò hîc dicitur, *Actor & a-
gens rem &c*. vt oſtenderet non ſpecialem, ſed generalem procuratorem fuiſſe. Sed & ſi III.
præſens fuiſſet Quintilianus patronus, videtur ſtipulationem potuiſſe valere, & etiam di-
rectas actiones domino acquiri tanquam non procurator, ſed nuntius, & interpres fuiſ-
ſet Zoſas [19]. Vnde hîc dicitur non quidem otioſè, abſentem fuiſſe Quintilianum. Sed & IIII.
ſi contractus hic non mutui ſed depoſiti fuiſſet, potuit valere ſtipulatio: quia poteſt quis de
re quæ ſua permanet, paciſci, vt aliquo caſu alteri reſtituatur, valétque ſtipulatio, & vtilis
actio illi ad reſtituendum datur [20]. Addit Bar. cùm actio omnino in caſu legis noſtræ ex V.
numeratione oriatur, videri etiam eam, quæ ex ſtipulatu fuit, ſuſtineri: idque hodie ex lege
noua Iuſtin [21]. quę hypothecam * abſenti acquiri permittit, vt ſicut ex numeratione actio 17
abſenti datur, ita etiam detur hypothecaria, quæ illi accedit. Ergo idē in ſtipulatione iſta
dicere debemus, quæ numerationi nō minùs quàm hypotheca accedit, vt lex illa limitato-
ria [22] ob rationis ſimilitudinem ad hunc caſum trahatur [23]. Sed hanc Bar. ſententiā omnes
improbant, per quā lex noſtra corrigeretur, negátq; eandem eſſe hypothecæ & ſtipulatio-
nis rationem: cùm ſtipulatio nō acceſſoria, ſed æquè principalis ſit [24], & ſecundū propriam
naturā regatur: quod ſuprà in rub. diſputaui [25]. Sanè adnotat hîc Acc. aliquot caſus, qui- VI.
bus ſupràſcriptę regulæ locus non eſt. Sed per liberam perſonam alteri acquiritur, vt cùm
extraneus dat dotem pro muliere, nec ſtipulatur eam ſibi reddi: acquiritur enim actio mu
lieri: quia cēſetur extraneus illi donaſſe [26], quod fauore dotis legiſlatoris humanitate indu
ctum eſt, qui ea ſibi reddi ſtipulatam fingit [27]: nam & quoties aliquis nomine mulieris dat
dotem, fingitur breui manu ab ipſa muliere datā [28]. Ego plures alios caſus ſuprà loco ſuo
adnumeraui [29]. Illud conſtat, quamuis actio non facilè alteri poſsit quæri, poſſe tamen VII.
iam acquiſitam faciliùs conſeruari [30], quoniam facilius quæſitum * ius conſeruatur, quàm 18
quæratur [31]: cuius rei plura ſunt in iure noſtro exempla. Addit Accur. etiam propter de VIII.
lictum quandoque alteri acquiri, vt ſi recipias pecuniam vt mihi calumniam facias. Sed
hoc alienum à ſupràſcripta regula eſt: quoniam non acquiris mihi quicquam ex contra-
ctu, ſed ex delicto tuo facis, vt actionem conſequar [32].

PLANE, SI LIBER. Alia † hîc regula à Iuriſconſulto adducitur, quod 19
ex numeratione pecuniæ nomine abſentis facta, quam illi reſtitui actum ſit, actio abſenti

quæ

1 l. veriùs. de proba.
2 l. non hoc. C. vnde legit.
3 l. ſi ſoluturus. de ſolut.
4 l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ſ. eod.
5 l. cum enim. de nouat.
6 l. j. C. de fid. inſtr. lib. x. & l. fin. C. de apo. pub. l. pen. C. de fund. patr. lib. xj.
7 l. prædia. de acq. poſſ.
8 l. ſi ex cautione. C. de non nume. pecu.
9 Bar. l. poſt dotem. j. q. ſol. matr. Card. conſ. xiiij.
10 l. quoties. ſolu. matrim.
11 cle. literas. de reſc. l. ſi de iuſſor. §. Lucius. de pign.
12 l. cùm de indebito. de proba. Alexan. conſ. clxxix. in vij.
13 Bart. l. ſingularia. ſi cert. petat.
14 l. j. C. per quas perſo.
15 l. quocunque. ſ. tit. j.
16 dixi. §. alteri. l. ſtipulatio iſta. ſ. eod.
17 d. l. huiuſmodi. de leg. j.
18 l. ſi ego. de neg. geſt. vbi Mart. & Pet. gl. c. ſi tibi abſenti. de præben. vj. Ci. Rai. l. qui mihi. de donat.
19 not. l. ſtipu. iſta. §. alteri. ſ. eodem.
20 l. Publia. depoſi. l. pe. C. ad exhiben.
21 l. ij. C. per quas perſonas. Barto. l. certi. §. ſi nummos. cōbinatione iij. ſi certum petat.
22 Alex. l. ſi pecuniam mi litis. ſi cert. pet.
23 Bart. l. ſi conſtante. ſoluto matrimo.
24 d. l. ſi ita ſu. d. l. cū enim.
25 d. l. certi. §. quoniam.
26 l. fin. C. de iure dot.
27 l. j. §. accedit. de rei vxo. actio. C.
28 l. iij. §. ſciendum. de donat. inter vir.
29 ſ. d. §. alteri. & ſeq.
30 l. ſi quis ſolutioni. in fi. de vſur. l. ſi ſeruum. §. nunc videmus. ſ. eod.
31 l. per procuratorem. de procurat.
32 l. generaliter. §. fi. de cal.



quæritur [1], non diſtinctè ſcierit an ignorauerit, ſua an aliena fuerit. Sed quæ huius rei eſt
ratio? & fuêre, qui crederent id ſpeciale in mutuo eſſe, ſeu propter ſingularia eius præce-
pta, ſiue propter frequentiam contractus. Sed hoc falſum eſt, quia etiam in aliis contra-
ctibus idem obſeruamus, vt in mandato [2], depoſito [3], dote [4], acquiſitione poſſeſsionis [5],
condictione [6], & ſimilibus. Receptior ergo eſt ſententia, id inductum, quia numeratio eſt
actus naturalis: at ea, quæ naturaliter acquiruntur, etiam abſentibus nobis acquiri poſ-
20 ſunt [7], quod & Iuriſconſultus hîc ſentit. Sunt tamen aliqui caſus, quibus † ex numeratio-
I. ne non abſenti, ſed præſenti quæritur. Veluti cùm abſens tale nomen approbare no-
II. luit, tunc actio ipſi numeranti quæreretur [8]. Idem cùm is, qui nomine alieno mutuat, er-
raſſet: quia exiſtimaſſet eius eſſe nummos, cùm ſui eſſent [9]: nec enim illi confirmatur
III. mutuum [10], ſed extantem pecuniam vendicare dominus poteſt. Idem, cùm debitor
eam pecuniam non abſentis, ſed numerantis nomine accepiſſet: nam tunc abſenti con-
dictio non quæretur. quod Iacob. ab Aret. [11] hîc cenſuit. licet enim numeraſſet Zozas tan-
quam actor Quintiliani, non tamen debitor eam acceperat vt Quintiliani, ſed ipſius Zo-
ſæ. Nec mouet ratio Rapha. Alexand. Aretinus & Iaſon. ex mentione officij exiſtiman-
tium cenſeri contractum procuratorio nomine [12]: quia etiam ſi id verum ſit, non ſequi-
tur, quin potuerit debitor pecuniam accipere tanquam ipſius Zoſæ eſſet. etenim procura-
21 tor generalis dominium pecuniæ ipſe habet [13], & ſolum ad * reddendas rationes domi-
no tenetur. Nihil ergo obſtat, quin debitor potuerit pecuniam accipere tanquam Zo-
ſæ, licet per ſtipulationem promiſerit reſtituere domino: procurator ergo generalis non
IIII. tam facilè nudum miniſteriū præſtare intelligitur, ſicut ſpecialis [14]. qua de re alibi. Idem
22 quoque cenſuit Bartolus, cùm verè nullam pecuniam † numeratam conſtat, ſed debi-
tor confeſſus eſt ſe recepiſſe: cùm enim mutuum id ciuile ſit [15] non autem naturale, non
poteſt abſenti quæri [16]. actio ergo ſolius præſentis eſt. quo caſu & lex noſtra intelligi po-
teſt. Híncque infertur, eum, qui ex numeratione & ſic ex mutuo naturali agit, non poſ-
ſe obtinere, ſi inſtrumentum duntaxat confeſsionis, & ſic mutui ciuilis exhibeat, ſicut hîc,
qui agit ex numeratione non obtineret, ſi ſtipulatio vtiliter adiecta fuiſſet, quoniam per
ſtipulationem ſublata eſſet cauſa numerationis [17]. quod tamen non procedere Alexan-
der cenſuit, quando cauſa ſecundum æquitatem tractaretur, vel ſola facti veritate inſpe-
cta. Vnde ſatis ſentiunt Doctores duram, rigidámque nimis ſupraſcriptam opinionem
eſſe. atqui omnes iudices iure noſtro, iurant ſe æquitatem omnem ſeruaturos, ſecun-
dum quod ipſis videbitur iuſtum [18]: ſublatæque ſunt hodie formulæ actionum [19], & ma-
ximè iure pontificio [20]. meritò ergo fuerunt, qui contràdicerent: & nihilominus debe-
re iudicem reum condemnare exiſtimarent [21], maximè cùm libellus aliquo modo quam-
uis impropriè acceptis verbis defendi poſsit. Sed hanc ego quæſtionem alibi adtigi [22]. eſt
enim vulgatiſsima, præſertim pontificiis [23].

SVPEREST IPSE QVI CONTRAXIT. Et ſic libertus,
23 ſed quomodo actio liberto quæri poteſt: cùm † nomine alieno numerauerit? atqui ab-
ſenti debuit quæri [24]? Et veteres intelligendum de iis caſibus exiſtimant, quibus non ab-
ſenti, ſed præſenti quæritur, quos proximè collegi. alij pronomen, *Ipſe*. non ad libertum, ſed
ad patronum referunt: videtur enim patronus ipſe numeraſſe miniſterio liberti [25], quod
Rapha. Paulus, Alexander, Iaſon probant. alij mutari caſum hîc arbitrantur, & Iuriſcon-
ſultum loqui, cùm libertus non patroni nomine, ſed ſuo numerauit. Sed videntur mi-
hi omnes iſtorum interpretationes in eundem finem corriuare, & Iacobum ab Aren.
non tres intellectus, ſed vnum hîc adſcripſiſſe. Siquidem licet in themate ſtipulatio con-
cepta ſit, vt domino detur: tamen non ſequitur etiam numerationem domini nomi-
ne factam eſſe [26]. Sed hoc à iure declarationem recipit: aut enim pecunia erat ipſius
liberti, (quod vt ſuprà dixi) præſumitur in eo, qui generalis procurator ſit, & vide-
tur nomine ſuo numeraſſe [27]: aut erat patroni quod in ſpeciali procuratore creden-
dum eſt, & videtur nomine quoque patroni numeratum [28]. meritò Iuriſconſultus ſim-
24 pliciter dixit ipſi, qui † contraxit dari actionem: quia cùm eſſet actor, & ſic genera-
lis procurator videbatur ſuo nomine numeraſſe, nec tamen negat, quin quo nomi-
ne numerauit, eo agat, quod expreſsiùs à Iuriſconſulto declaratum non fuit: quia in
hoc cardo quæſtionis non vertebatur. Sed maior eſt difficultas, quomodo in caſu le-
gis noſtræ agi ex numeratione poſsit, cùm de ea non conſtet, ſed ſola confeſsio interue-
nerit, quæ propter non numeratæ pecuniæ exceptionem inefficax videtur [29], incumbít-
que onus creditori, vt probet re ipſa numeratam fuiſſe pecuniam [30]. Reſpondent ali-
I. qui, intelligi hanc legem, cùm huiuſmodi exceptio obiecta non erat, ſiue quia conſta-
bat numeratam fuiſſe pecuniam, vt Angelus ait, ſiue quia lapſum eſſet biennium. quod
tempus huic exceptioni præfixum eſt, vt Rapha. mauult: ſiue quia aliter ei renuntia-
II. tum fuiſſet, quæ ſententia & diuinatoria eſt, & legi noſtræ non conueniens. Ange-

y v lus ergo

1 d. l. certi. §. ſi nummos.
2 l. ſi quis ab alio. de calun.
3 l. j. §. ſi te rog. depo.
4 l. licet. §. j. de iure dot.
5 l. ſolutum. §. per liberam. de pign. act.
6 l. indebitum. de cond. indeb. in d. l. ſi pe.
7 l. ea, quæ ciuiliter. de acquir. rer. domi.
8 l. iiij. C. ſi cer. pet.
9 l. iij. §. ſubtiliùs. de cond. ob cau. da.
10 l. ſi fur. ſi cer. pe.
11 verſi. ſupereſt. ij. intellectu.
12 l. ſi. de inſt. l. quæcunque. de procura.
13 gl. iij. d. c. ſi tibi. Ray. Ci. d. l. qui mihi. l. qui negotia. mand.
14 l. & licet. de conſt. pec. di xi. l. ſingularia. ad fin. ſi cer. petatur.
15 l. ij. ſ. fi. ſi cer. pet.
16 d. l. ea quæ ciuiliter.
17 d. l. cum enim.
18 §. fi. in authen. iuſiuran. à mor. præſt.
19 l. j. C. de formu.
20 c. dilecti. de iudi.
21 §. ſi minus. §. ſeq. inſti. de action.
22 d. §. ſi nummos.
23 Fel. c. ſi cautio. de fi. inſt. c. cum venerabilis. de exce.
24 d. §. quoniam.
25 d. l. & licet. de conſt. pec.
26 d. §. quoniam.
27 l. qui negotia. ſ. mand. dixi. l. ſingularia. ad fin. ſ. ſi cer. petatur.
28 d. l. & licet.
29 inſt. de liter. oblig. & l. j. C. de non numer. pecu.
30 l. iij. C. de non nu. pecu.

lus ergo aliter reſpondet. Sicut enim propter confeſsionis iterationem ceſſat hæc ex-
ceptio[1], ita & in caſu noſtro ceſſare exiſtimanda eſt, in quo in primis confeſsio ſer-
ui actoris adfuit, quæ per aliam ſubſequentem ipſius domini fuit approbata: nec hîc ar-
gui poteſt vlla debitoris ſpes, aut facilitas erga creditorem, quæ ratio eſt ſuprâſcriptæ ex-
ceptionis, ſed potiùs erga actorem ſuum, cuius factum dominus approbauit. Nec mo-
uet ratio Imolæ vnicuique propriam confeſsionem magis nocere affirmantis, quàm alie-
nam[2]: quia hoc in caſu & domini ipſius confeſsio acceſsit. Præterea etiam ſerui adteſta-
tio, quam & ſi aliàs infirmam, potuit dominus adprobare[3], vt quæ ſingula non proſunt,
coniuncta iuuent, quod non rarò fieri videmus[4]. Ego didici confeſsioni ſimplici obſta- III.
re exceptionem * non numeratæ pecuniæ, & onus probandi ad creditorem verti[5]: at quo- 25
ties ſtipulatio acceſsit, vti in caſu noſtro factum eſt, exceptionem in factum dari[6], quã is,
qui proponit probare ſecundum regulas iuris debetur, quia lex quæ onus probationum in
creditorem transfert, de hac in factum exceptione non loquitur[7]: præſumit autem lex
neminem ex ſtipulatione obligari, niſi verè rem acceperit: ideóque Iuſtinianus, licen-
tia nemini, (inquit) ſit cauſæ probationem ſtipulatorem exigere[8]. quam legem violant
doctores, qui de alia cauſa intelligunt quàm mutui[9], at qui lex illa maximè de mutuo, da-
tis pecuniis, loquitur. quam ſententiam & Nicolaus Abb. probat, & ego ſolitus ſum ſe-
qui[10]. ſuadétque ratio: nam ex ſimplici numeratione nemo poteſt in plus obligari, quàm
re ipſa peruenerit[11]. meritò ergo in obligatione, quæ re contrahitur, onus probandi ad
creditorem pertinet[12]. at in obligatione, quæ verbis contrahitur, poteſt quis vltrà obli-
gari[13], vt meritò grauari ſtipulator, non debeat, ſed verbis ſtandum interim ſit, quadrát-
que optimè hæc ſententia verbis noſtræ legis, & multas interpretum ambages extin-
guit, quas ipſi ad hanc exceptionem non numeratæ pecuniæ pertinentes hîc congeſſe-
runt, ego alibi loco ſuo diſputaui[14]. hincque infertur ſecundum ſuam naturam ſtipula-
tionem regi, non autem obligationis, quæ re contrahitur, naturam imitari: quamuis ei ac-
ceſſerit. quod & ſuprà in rubr. diffuſiùs oſtendi.

PLANE SI PRAECEDAT. Per ſtipulationem ergo † inutilem 26
non cenſetur quis à naturali obligatione recedere, quæ ex numeratione oritur. quæ ſen-
tentia quomodo intelligenda ſit, alibi Bartol. quatuor, (vt ipſe vocat) combinationi-
bus explicat[15]. quas iterum hîc inculcare non expedit. Subiicit idem Bartol. hoc pro-
cedere, etiam ſi de numeratione non conſtet, niſi ſola confeſsione, vt in legis noſtræ ca-
ſu. hincque infert generaliter, infirmato inutiliue contractu confeſsionem in eo factam
adhuc valere, & fidem aduerſus confitentem facere, quæ concluſio certiùs procedit cum
contractus à principio ſemel valuit: vnde confeſsio facta in actis adhuc ſuſtinetur:
quamuis lapſa ſit cauſæ inſtantia. quod Bald. & alij docuerunt[16]. Idem ſi actus ſaltem na-
turaliter valuit, vt in lege noſtra, vnde contractus inutilis à muliere non ſeruata ſtatu-
ti forma celebratus, cùm naturalem obligationem pariat, vtilem quoque confeſsionem
habet[17]. quod & Paulus Caſtrenſis, reſpondit & Iaſon hîc refert. Qua ratione & confeſ-
ſio in iudicio nullo facta tamen probat, dummodo iudex competens adfuerit[18]. nec enim
in confeſsionis cauſa iudiciarios proceſſus curamus[19]. Sanè † intelligenda eſt ſuprâ- I.
ſcripta Bartoli ſententia, vt confeſsio talis valeat, nec ab inutili contractu infirmetur: 27
ſi aliàs tamen de ſe ſit valida, vt quia per errorem non ſit facta, neque vi, aut metu expreſ-
ſa[20]. Sed & intelligenda eſt in confeſsione, quæ æquè principalis ſit, atque eſt contra- II.
ctus inutiliter celebratus: ſi enim acceſſoria ſit confeſsio, non poterit ſuſtineri, ſed natu-
ram ſui principalis ſeruabit[21]. quod Iaſon hîc pluribus exemplis docet: in indiuiduis e-
nim, vitiato principali, etiam acceſsiones vitiantur[22]. videtur autem acceſſoria, quan-
do in vim cauſæ contractus duntaxat adiecta eſſet, quod Bartol. ſuprà ſenſiſſe videtur[23].
Idem, ſi tacitè, & quadam ex conſequentia ſtipulationis ſolùm colligeretur[24]. Sed & ſi III.
cauſa confeſsionis ipſe contractus fuiſſet, vt quia aliàs debitor non fuiſſet confeſſurus, A-
lexander tradit eam non ſuſtineri, & ego alibi adtigi[25]. Videtur enim tali caſu detecta
contractus infirmitate confeſsio ceu ex cauſa erroris retractari poſſe[26]. Idémque cùm IIII.
eadem ratio, quæ contractum infirmat etiam confeſsioni obſtat. tunc enim qui * contra- 28
here prohibetur, etiam confiteri nequit[27]. quæ omnia alibi à me diffuſiùs explicata non
vlterius proſequor[28].

SEQVENS STIPVLATIO. Stipulatio ergo vſurarum imper-
ſonaliter concepta, in eum caſum intelligitur, quo valere poteſt, id eſt, non vt abſenti ſti-
pulatum ſit dari, ſed vt ipſi liberto præſenti. & quamuis aliàs in ſtipulatione acceſſo-
ria cenſeatur repetita * qualitas[29], vt infrà videbimus, non tamen cenſetur repetita per- 29
ſona abſentis, quæ actum vitiaret: nec enim vnquam talis repetitio creditur facta, quæ
ad actus infirmitatem pertineret[30]. Vnde ſolet dici, qualitatem quæ vitiat, non cenſeri re-
petitam[31]: & clauſulam * in fine poſitam, ad ea capitula non referri, quæ huiuſmodi re- 30
latione

1 Gloſſ. l. in contractibus. verb. penitus. eod. cap.
2 argu. l. id quod noſtrum. de reg. iur.
3 c. cum cauſam. in fine. de probatio.
4 l. j. §. iidem Cornelio. de quæſt. vbi Barto.
5 dicta l. iij.
6 l. cum vltra. C. eod.
7 dicta l. iij.
8 l. generaliter. C. eo. tit.
9 glo. in dict. l. generaliter. in verb. eámque. in princ. & ibi docto.
10 l. qui pecuniã. vbi dixi. ſi cer. pet. Abb. c. fi. de ſolut.
11 dict. l. cum vltrà.
12 dicta l. iij.
13 l. rogaſti. §. ſi tibi. vbi do cto. ſi cer. pet.
14 d. l. qui pecuniam. & d. l. ij. §. fi. ſi cer. pet.
15 d. §. ſi nũmos. vbi dixi.
16 Bald. l. properandum. ad fi. princ. C. de iudi. Abb. cap. penul. de iudi.
17 Bal. Ang. l. j. C. de præſc. xxx. ann.
18 l. ſi confeſſus. de cuſtod. reo. vbi Bar. c. at ſi clerici. de iudic.
19 c. fi. de reſt. ſpo. cle. conſti tutionem. in fi. de elect.
20 l. fi. ſ. de conſti. pec.
21 glo. l. ſi patronus. in fi. ſi quid in frau. patro. Bal. l. ex teſtamento. C. de fideicom.
22 doct. l. j. §. pe. ſ. eo.
23 Bar. l. j. §. ſi quis ita. in fi. ſ. eodem.
24 glo. c. j. de teſtib. in vj. vbi Domi. verſi. nota.
25 Alex. l. j. §. ſi vir. de acq. poſſ. vbi dixi.
26 Bart. l. poſt legatum. de iis quib. vt indign.
27 l. certum. §. pen. de confeſſis.
28 dixi d. §. ſi nummos.
29 l. ſi vt proponitur. de fideiuſſor.
30 l. ſi quis à filio. de leg. j.
31 l. ſeruo alieno. §. ſi ab impubere. de leg. j.



latione infirmarentur[1]. meritò ergo vt actus ſuſtineatur, fit interpretatio, vt ſtipula-
tio vſurarum in perſona liberti concepta ſit, quamuis ſtipulatio ſortis abſenti facta eſ-
ſet. Quid ergo ſi actus nihilominus ſuſtineretur, an repetita cenſebitur qualitas in ſti-
31 pulatione acceſſoria? & hîc † videtur probari cenſeri repetitam. Vnde ſicut in ſtipulatio-
ne ſortis Iulia. Zoſas procuratorio nomine ſtipulatus eſt, ita etiam in hac vſurarum clau
ſula illa procuratorio nomine repetita cenſetur, quod Bartolus[2], hîc generaliter ve-
rum eſſe exiſtimat, quotieſcunque procuratorio nomine quis ſemel agit: nec enim ne-
ceſſe eſt ſemper idem repeti, ſed ſatis eſt ſemel proteſtatum eſſe[3], nec facilè mutatio vo-
32 luntatis * præſumitur, quod alibi ego tractaui. Sic & videmus locum ſtipulationis prin-
cipalis in fideiuſſoria cenſeri repetitum[4]: & cùm de loco ad tempus, plerunque argu-
mentemur, conſequens eſt, vt dies quoque repetita cenſeatur, quod ex facto Decius[5] reſ-
33 pondit. Qua † ratione & qualitas appoſita perſonæ principali in adiecto quoque repe-
tita videtur, niſi ſpecialiter diuerſa qualitas fuerit adiecto ipſi iniuncta[6]. Procedúnt-
que hæc in caſu ſuo, videlicet, in ſtipulatione acceſſoria, qualis eſt fideiuſſoris, vel vſu-
I. rarum, vel adiecti. Quòd ſi † propriè acceſſoria non ſit, ſecùs eſt, qualis eſt ſtipula-
34 tio pœnalis, quam alibi oſtendi ex propria natura cenſeri[7]. vnde ſi promiſeris centum
certo loco mihi dare, & ſi non dares, promiſeris pœnam, non cenſebitur in ſtipulatione
pœnali repetitus locus, quod Imol. & Alexand. hîc tradunt[8] & ex facto reſponſum fuit.
II. Qua ratione prorogata iudicis iuriſdictione, ſi pars mutarit ſententiam, receptum
eſt ſub eo in id, quod intereſt conueniri pœnitentem non poſſe: quia prorogatio litis, quæ
35 factum continet, ad id, quod * intereſt non trahitur[9]: quoniam id æquè principaliter
III. ſubrogatur, non autem in conſequentiam facto accedit[10]. Sed & quandoq; propter an-
guſtam rei naturam repetitio, in obligatione acceſſoria non fit, vt cùm quis fideiubet, non
in omnem cauſam: non enim cenſetur quicquam de vſuris promiſiſſe[11], ſicut qui pro ma-
IIII. giſtratu municipali fideiubet, ad pœnam maleficij non tenetur[12]. Sanè in * materia cor-
36 rectoria receptum eſt, diſpoſitionem legis aliquid in vna acceſsione inducentis ad aliam
37 non trahi, & ideo cùm Iuſtinianus induxerit ius hypothecæ, quod * numerationi acce-
dit, abſenti acquiri poſſe[13], non cenſetur idem in ſtipulatione vſurarum conſtituiſ-
ſe, vt ſuprà dixi, ne, ſcilicet, lex noſtra correcta cenſeatur, quæ neceſſariam eſſe ceſ-
ſionem diſertè ait: & licet Bartolus aliter ſenſerit, eius tamen opinio recepta non eſt, vt
V. Iaſon hîc docet, & ego alibi diſputaui[14]. Hincque conſequens eſt, vt repetitio hæc etiam
in ſtipulatione acceſſoria locum non habeat, quoties aliquid iniquum improbúmue in-
duceretur. quod Nicolaus Abb. reſpondit[15]. nam ſi in lege noſtra non fit repetitio per-
ſonæ abſentis, ne actus ſit nullus, multò magis fieri non debet, ſi iniuſtum aliquid in-
duceretur.

PLERVNQVE ENIM. Adnotant hîc omnes, perſonam extrinſe-
cus ſubintelligendam non eſſe, faciliúſque tempus vel conditionem aſſumi, quàm per-
ſonam. nam quamuis ſæpenumerò de perſona ad tempus vel conditionem argumente-
mur[16], difficiliùs tamen ſubauditur perſona, vtpote quæ ad rei eſſentiam pertineat[17],
quàm huiuſmodi qualitates, quæ rei ipſius quædam acceſsiones ſunt. Hincque eſt, quod li
38 cet de re † ad rem, de caſu ad caſum plerunque argumentando procedamus[18], de per-
ſona tamen ad perſonam non fiat extenſio[19]: niſi ex magna cauſa, putà fauore libero-
rum, & ſuſtinendi actus, & iuſto impedimento[20], quod alibi declaraui. Hinc & actus,
qui ex defectu perſonæ non valet, nec in aliam quidem ſpeciem plerunque ſuſtinetur[21],
cùm tamen ſecùs ſit, ſi alia ratione vitiaretur[22]. Hinc, ſi in eadem clauſula de diuer-
ſis rebus coniunctim agatur, qualitas præcedentis repetita cenſetur[23]. quod tamen non
procedit, cùm de diuerſis perſonis agitur[24]. Nam & quod ſolet dici, eum, qui conſequens
velit, etiam ea velle, quæ neceſſariò antecedunt, non procedere Bald. cenſuit, cùm per-
ſonas extrinſecùs ſubaudienda eſſet[25]. Et licet ſubreptio non reddat inutile reſcriptum
quotieſcunque princeps aliàs eſſet conceſſurus, tamen ſecùs eſt, ſi ad aliam perſonam diſ-
poſitio traheretur[26]. Hinc verba ſententiæ, *Me, Titio, & Seio, & ſociis condemnatis*. po-
tiùs impropriè accipiuntur, quàm vt perſonæ ſociorum extrinſecus accipiantur, vt ex fa-
cto Chriſtophor. Caſtellio reſpondit[27]. Hinc infert Bartolus eum, qui † promiſit me non
39 offendere adiecta pœna, non incidere in eam, ſi fratrem meum offenderit, nec enim per-
ſona fratris intelligitur, niſi expreſſa ſit[28]. vnde ſi cliens fratrem domini occidat, non re-
uertetur ad dominũ beneficium[29], quod alioqui reuerteretur, ſi domino facta eſſet iniu-
ria[30]. eſtq; hæc ſententia cõmuniter approbata, pœna enim conuentionalis de iniuria ſpe-
cialiter mihi facta videtur accipienda, non quæ per mediam perſonam ad me pertineat[31].
Sed hæc alibi commodius. Rurſus infert Alb. lex lata eſt, vt Titius cenſeatur eſſe ex patri-
tiis Florentinis, qui eorum in Republic. deterioris ſunt conditionis, quàm plebeij, nunquid
ad perſonam quoque filiorum trahetur? & reſpondet non trahi: ne perſona ſubintelliga-
tur.

1 l. talis. ſ. de legat. j. l. cum vulgari. de dot. præleg.
2 Bar. q. antepe. Feli. c. cum M. de conſti.
3 l. qui ſeruum. in fin. de interrog. act.
4 d. l. ſi vt proponitur.
5 Dec. conſi. ij.
6 l. fi. §. fi. ſ. eo. vbi Are. iiij. not. iiij.
7 l. iiij. §. Cato. vbi oppoſi. Bar. ſ. eod.
8 arg. l. qui fundum. de contrah. emp. Mod. l. ſi conuenerit. de iuriſd. omn. iud.
9 Dec. c. j. de iudic.
10 l. per retentionem. C. de vſuris.
11 l. fideiuſſores magiſtratuum. in princ. & §. pro Aurelio. de fideiuſſor.
12 l. ſi fideiuſſor. C. de fideiuſſ. Alex. conſi. xxxiiij. in ij.
13 l. ij. C. per quas perſ.
14 dicto §. ſi nummos. in iij. caſu.
15 Abb. conſil. lxxv. in ij.
16 l. qui plures liberos. de vulg.
17 l. Pomponius. in fine. de acquir. poſſeſſ.
18 l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. & §. quid ſi is. vbi Are.
19 l. Titius. in prin. de libe. & poſthum. l. ſi ita quis. §. pen. de teſta. tut.
20 l. iij. C. de inoff. teſt.
21 l. multum. ſ. eod.
22 l. j. §. ſi quis ita. vbi Bar. ſ. eod.
23 l. Seia. §. Caio. de fun. inſtru. Dec. conſil. ccccl xxx.
24 l. fi. §. Seio. de leg. ij.
25 l. fi. C. de hæred. inſti. vbi Bal. opp. xvi.
26 Fel. c. ſuper literis. de reſcriptis.
27 in ſubſcri. conſi. vij. Rapha. Com.
28 l. ſi vnus. §. ante omnia. de pactis.
29 c. j. an ille qui interf.
30 c. j. §. cuique. §. præterea. quæ fuit prima cau. benefic. amit.
31 glo. l. iij. §. ſi tutor. de ſuſpect. tut.

tur[1]. quæ ſententia certior eſt in iis filiis, qui ante latam legem iam nati eſſent, nec enim
facilè eorum ius perimi debet[2]. Cæterùm aiunt doctores perpetuam non eſſe ſupràſcri-
ptam regulam,& quandoque perſonam extrinſecus ſubintelligi. Vt ſi aliàs, non † facta I.
huiuſmodi interpretatione, ſtipulatio eſſet nulla[3]. Vel ſi ex natura actus ſubauditio fie- II.
ret, putà in contractu ſocietatis[4]. Idémque ſi ex qualitate perſonæ hoc depræhendere- III.
tur, vt quia procurator meus ſimpliciter in cauſa ad me † pertinente ſtipulatus ſit, talem 41
ſiſti, & quanti ea res erit dari, intelligitur ad meam vtilitatem ſtipulatus[5], quod & Barto.
tradit,cùm procurator meus imperſonaliter ſtipulatur[6]. fit enim ſemper interpretatio ſe-
cundum id,quod veriſimiliter actum eſt[7],quod etiam ad procuratorem trahitur,qui nomi
ne ſuo rem receperit: videtur enim domini nomine feciſſe, ſi ſtatim poſt mandatum id fa-
ctum ſit[8]. Quare & fauore † dotis proditum eſt,perſonam extrinſecus accipi,cùm extra IIII.
neus,qui dotem dedit,ſimpliciter ſtipulatus eſt dotem reddi:intelligitur enim ſecundũ Bar. 42
mulieri reddi ſtipulatus[9], tametſi hac in re non immeritò Imola dubitauerit. Sed & pro V.
pter præcedentem interrogationem quandoque perſonã in reſponſione repetimus,vt ſi in-
terrogem,*Promittis dare mihi & Titio.* túq; reſpondeas,*Promitto*[10].dubium non eſt vtriq; pro-
miſſum cenſeri. Sed & ſi vnius perſona tantùm expreſſa ſit,adhuc de vtroque actũ exiſti VI.
mabitur, quoties rei *cõmunio, & rationis paritas hoc ſuaderet[11]. quod alibi declaraui[12]. 43

ENIMVERO. Quibus caſibus dixi repetitam cenſeri perſonam, multò magis
credendum eſt qualitates cæteras repetitas cenſeri, quæ, vt hic dicitur, faciliùs ſubintelli-
guntur. Vnde † ſi quis promiſerit accipere Caiam in vxorem, ſubauditur conditio, ſi VII.
tamen illa dotem dederit, nec enim veriſimile eſt id actum, vt indotatam ducat,quod Bal 44
dus docuit[13]. Quod maximè in cõditionibus dicendum, quæ ſecundum naturam actus VIII.
ſubaudiuntur, in iis enim non attendimus,quod diſpoſitio ſtricta ſit, & ad literam intelli-
genda: vnde & in iuramento quoque ſubintelliguntur[14]. Nam & † tempus ſubintelligi- IX.
tur, ſi veriſimilis teſtatoris, vel contrahentium mens ſuadeat[15], vt cùm teſtator ſeruum 45
intra triennium iubet eſſe liberum, ita vt præſtet hæredibus quod,ſe viuo,præſtabat,intel-
ligitur vt intra triennium tantùm præſtet[16]. cùm enim non præſtiterit niſi ſeruus, impoſi-
tióque diurni ſeruis iniungi non liberis ſoleat,credi potuit voluiſſe teſtatorem, intra illud
triennium onus coarctare,quod in qualibet alia qualitate quoq; dicendum eſt, ſi de mente
per aliqua verba appareat[17], vt Aretin.reſpondit. Et maximè dicendum eſt, ſi clauſula X.
aliqua adiecta proponatur, quæ vim repetitionis habeat[18], vt cùm in libro rationum ſcri-
ptum eſt, *Item recepi.* intelligitur à ſupràſcripta perſona, vt Alexand. cenſuit[19]. & non ab
ſimili caſu Aretin. quoque reſpondit[20]. Videtur autem contrahentium mens præcipuè XI.
dignoſci tum ex iis,quę in præfationibus dicta ſunt[21],tum etiam ex iis,quæ ſubſequuntur,
quæ res latiorem habet tractatum, quàm vt hîc referri poſsit[22]. Nam & præcedens v- XII.
tranque diſpoſitionem qualitas ad vtraque refertur[23], ſicut & quæ vtranque ſequitur, v-
tranque reſtringit[24]. quid verò in media clauſula ſit, alibi diſputandum eſt[25]. faciliùs au-
tem, quæ in principali diſpoſitione dicta ſunt, ad ſtipulationes acceſsionum trahi Bartol.
ſentit[26].& nos eius rei ſuprà aliquot exempla retulimus. Ceſſantibus autem ſupràſcriptis
coniecturis, videtur ſecundum Bartol. & cæteros,conſtituenda regula, vt qualitas præce-
dens non cenſeatur in ſequentibus repetita. tempus ergo, conditio, modus, & ſimilia, ſe-
cundum clauſulam, cui adhærent, intelligentur, ad aliam non trahentur. quod notabili
in caſu Alberic. ex facto ſe obtinuiſſe atteſtatur[27]. Quæ ſententia maximè procedit, ſi I.
de diuerſis orationibus agatur[28]: nec † enim qualitas cenſebitur repetita, cùm ſcilicet, vtra 46
que oratio æquè principalis eſt[29]. Item maximè eſt vera, cùm conditio vni perſonæ ad- II.
iuncta eſt, non enim trahetur ad aliam quamuis vna verborum conceptione ei coniun-
ctam[30]. putauerim tamen hoc caſu ſi non repeti qualitatem, aliquam ſaltem declaratio-
nem ex ſuperioribus ſumi. Vnde cùm pontifex iuſsiſſet mihi de ſacerdotio prouideri va-
cante per mortem Titij, vel alio modo,intellexerunt plerique, alio modo, ex perſona ta-
men Titij[31]. quòd ſi duplex eſſet verborum conceptio, vt quia ſubiectum fuiſſet, vel alio
modo vacet, tunc nullum Titij reſpectum eſſe[32], quod quadam diſputatione Calderinus
cenſuit. Addit Bartol. generaliter verum eſſe, vt quamuis vna verborum conceptione III.
qualitas contineretur, ſi tamen diſpoſitionem ipſam qualitas reſpiciat, nunquam repetita
cenſeatur[33]. vnde hæc ſtipulatio, *Decem tibi dabo, qua die petieris, & eorum vſuras in dies triginta.*
non efficit, vt repetita cẽſeatur clauſula[34], *Qua die petieris.* ſed vſuræ ex die ſtipulationis cur
runt[35]. verùm alia ratione ſupraſcripto caſu nulla fit repetitio, nempe quia clauſula illa,
***Ex die qua petieris.*** ferè pro non adiecta habetur, cùm admonitionẽ duntaxat, nec conditio-
nem cõtineat[36]. Meliùs ergo hanc ſententiã Alfeni reſponſum adiuuat, in quo hæc verba,
***Emptor in diebus triginta proximis fundum metiatur, & de modo agri renuntiet.*** non † intelliguntur, 47
vt renuntiatio quoque intra triginta dies fiat[37], ſed fortè id ex eo inducitur, quòd in re du-
bia interpretatio aduerſus venditorem fieri debeat[38]. Vnde infertur pone, ſcriptum
erat

1 c.pen.& fin.de offi. deleg.
2 Doct.l.iiij.C.de ſac. eccl.
3 l.Caius.ſol. mat.l. pen.ff. ſi quis caut.
4 l. ſi quis vni. ad fin. rem rat.hab.vbi Bald.
5 d.l.pen.ſi quis caut.
6 l.poſt dotem.ſol.mat.
7 l.iiij.§.j.de manumiſſ.
8 Bartol.l. qui mihi donat. de donat.
9 Bart.d.l. Caius.ad fin.
10 l.ſi mihi & Titio.ſ.eod.
11 l.j.C.de diuer.reſcrip.
12 l. j. §.ſi quis ſimpliciter. ſ.eod.
13 Bal.cap.iurauit.de præſumpt.
14 Glo.c. quemadmodum. de iureiur.
15 l. ſi quis ex argentariis. §.ſi initium.de eden.
16 l.Titius.de op.lib.C.Alberic.d.l.Titia.§.j.
17 l.prædiis.in prin.de leg. iij.Aret.conſil.ccxlix.
18 l.in repetẽdis.de leg.iij.
19 Alex.conſil.xxxvij.
20 Aret.conſil.cxxxv.
21 l.Titia.§.j.j. eod.l.item. de pact.
22 l.ſi ſeruus.§. fi. de leg.j.
23 l.fin.§.fin.j.eod.
24 l.mulieri.de cond.& de.
25 l. iij. §.filium. de lib. & poſt.& l.talis.de leg.j.
26 d.l.ſi, vt proponitur.
27 Alber.l.Titia.§.j.j.eod.
28 Aret.conſil.xvij.
29 Bart.conſil.iij.in fin.
30 l.fin. §. Seio. de leg. ij.l. Iulianus.de cond.& dem.
31 Car. conſi.xxx.Fel.c.in noſtra .iiij.fall.de reſ.
32 Lap.& doct.ca.ſuſceptũ. de reſcrip.in vj.
33 l.ſi neceſſaria.§.ſi annua. de pig.act.
34 Alexand.conſil.xij.in ij. Aretin. conſil.xcv.
35 l.ſi ita quis.j.eod.
36 l.ſi x.ſ.eod.
37 l. qui fundum. de contrah.empt.
38 l.veteres.de pact.



erat in inſtrumento, quemadmodum Titius alumen vendiderat,& promiſerat in portu Pi
ſano exoneratum tradere emptori, omni periculo expenſaque ſua quæſitum eſt, an & ve-
ctigal ad venditorem pertineret? & Alexander[1] reſpondit non pertinere: quia vectigal
non exonerationis, ſed ipſius contractus onus eſt[2], & clauſula illa. *Omni expenſa.* ad exone-
rationem refertur, non ad venditionis præcedens verbum. qua in re ego ambigo[3]. quia
poſterior clauſula ad vtrunque potius videtur referenda[4], & quia interpretatio in re du-
bia aduerſus venditorem fieri debuit. Rurſus infertur. Princeps beneficiarium caſtrum
mihi nomine meo,& Alexandri & Franciſci fratrum meorum recipienti conceſſerat, pro
nobis deſcendentibúſque noſtris maſculis,ſubiecerátque, *Ita quod vno ipſorum fratrum ſine li-
beris decedente, pars eius ad alium ſeu alios ſuperſtites perueniat.* quæſitum fuit. num non ſolùm filij in
partem ſuorum parentum admittantur,ſed etiam patruorum,vt ſi vnus, putà Franciſcus,
deceſſerit, filij aliorum fratrum ſuccedant? & Alexander[5] reſpondit non ſuccedere, ſed
eam partem ad principem ſeuerti:quia clauſula illa, *Ita quod vno &c.* ad fratres tantùm re-
fertur,non ad fratrum filios. Ego non video cur dictio, *Alios ſuperſtites.* non poſsit etiam fra
trum filios comprӕhendere[6]: & ideo reſponſum hoc non probo. & licet Alexander au-
IIII. ctoritate Bartoli hîc nitatur,non ſat perſpicio,quomodo eum Bartolus hîc adiuuet. Sa-
48 nè illud † receptiſsimum eſt diem conditioni adiectam, quæ in facto tertij conſiſtat, repeti-
tam etiam in eadem clauſula non cenſeri[7], vt ſi dictum ſit, *Si Titius ante Calen. Maias in Ita-
liam non venerit, decem dare ſpondes?* non fit repetitio, vt decem dari promiſſa ſint ante Calen.
V. Maias:licet ſecùs ſit, ſi conditio in facto promiſſoris cõſiſtat,quod ſuprà declaraui[8]. Cæ
49 terùm & quoties prior aliqua obligatio nouatur, proditum † eſt in dubio diem in ſtipula-
tione nouante repetitam non cenſeri[9]: niſi expreſſa ſit,vel niſi ſimpliciter dictum ſit. *Quod
mihi ex prima ſtipulatione debes, promittis*[10]? etenim tali caſu dies facit, vt minùs promiſſum vi-
deatur:qua de re ſuprà. Et hæc quidem in contractibus procedunt. quid verò ſit in legum,
vel ſtatutorum verbis? Barto.alibi adnotat[11]. Sicut & quid in teſtamentis ſit ſentiendũ[12].
Ego locum hunc omnem à ſtatu coniecturali pendere ſcio: & ideo certis regulis coarcta-
ri non poſſe,ſed ex qualitate facti præſumptionibúſque diſcernendum.

1 Alexan.conſil.lj.in iij.
2 Bald.l.j.qõ.iiij.C.de contrah.empt.
3 d.l.cum in plures.§.vehiculum.locati.
4 d.l.mulieri.& Titio.
5 Alexãd.conſil.cciiij.in ij.
6 l.fin.ad Trebell.
7 l.hoc iure.ſ.eod.
8 l.in illa.ſ.eod.
9 l.Stichum.§.j.de nouat.
10 l.qui ſic.ſ.eod. vbi dixi. l.aliam.de nou.vbi Bart.
11 l.iij.§.ij.vi bo.rapt.
12 l.licet Imp.de leg.j. d.§. Caio.

SVMMAE.

2 ☞ *Principalem acceſſione inutili non vitiari, ex cauſis contrà. 5.*

1 §. SI ITA STIPVLATVS. Stipulatio pœnalis *inutilis non vitiat princi-
palem ex ſe vtilem. vt cùm quis ſtipulatur. *Te ſiſti, & mihi ſteteris hippocentaurum dari*[13]. Síc-
2 que hîc † apparet id quod vtile eſt, non vitiari per inutilem pœnam[14]. Et quod de pœ-
I. na dicitur, idem quoque in vſuris conſtituendum eſt. numeraui tibi mutuos centum au-
reos,quos promiſiſti reſtituere Calendis,quòd ſi non faceres, in ſingulos menſes tot pro v-
3 ſuris,hæc ſtipulatio vſurarum* iure pontificio cenſetur impoſsibilis,meritò ſalua erit ſal-
tem petitio ſortis[15]. vnde ſi in foro ciuili ſic in omnem ſummã, tam ſortis quàm vſurarum
condemnatus non impediet epiſcopus, quin ſortem ſaltẽ exigam. Sed pro vſuris dunta-
II. xat obnuntiabit[16]. Cæterùm quod de ſtipulatione pœnali hîc dicitur, in alia quoque
quæ negotio contracto acceſſerit, recipiendum eſt. Finge, promiſiſti tyranno arcem il-
li intra triginta dies ædificare, operáſque tuas locaſti.acceſſit & ſtipulatio. clarum eſt eam
ſtipulationem, quæ ſtricti iuris eſt, propter anguſtiam temporis nullam eſſe[17]. nunquid
4 ſuſtinetur * ſaltem locationis contractus,qui bonæ fidei eſt[18], & dies de medio tolletur?&
III. Baldus reſpondit,contractum locationis ſuſtineri[19]: quod & Areti.[20] probat. Sed quid,
ſi alternatim concepta ſit ſtipulatio, puta te ſiſti, aut hippocentaurum dari? & adhuc eſſe
legi noſtræ locum verius eſt, vt pars alternatiuæ impoſsibilis pro non adiecta ſit, cenſea-
túrque pura ſtipulatio[21]. Et hæc quidem ſecundum legis noſtræ regulam procedunt, quæ
5 tamen perpetua non eſt.quid enim † ſi actum ſit, vt ſtipulatio illuſoria contrahatur[22]? qui
enim hippocentaurum promittit, non tam contrahere velle quàm illudere cenſendus eſt:
putarim itaque, ſi hoc appareat, nec primam quidem ſtipulationem valere. Dicetur au-
tem apparere, ſi proteſtatæ eſſent partes, ne ex prima ſtipulatione id, quod intereſt, pe-
ti poſſet, ſed pœna tantum. videntur enim tali caſu ſtipulationem validam per inuali-
dam voluiſſe nouare.

13 l.ſi ita ſtip.fu.ſ.eod.
14 v.§.prox.& l.j.§.pen.ſ.e.
15 l.ſi,vt allegas.C.de vſur.
16 Rodul.c.cõſuluit.quęſt. cxxxv.de vſur.
17 §.loca.inſt.eod.
18 l.inſulam.§.j.locati.
19 Bal.c.j.§.j.hîc finit lex.
20 Aret.l. continuus.§.illud.j.eod.
21 l.ſi Stichum.ſ.eod.
22 l.non ſolum.ſ.tit.j.

SVMMAE.

2 ☞ *Pupillus non conueniendus.*
3 *Moram ex cauſis ſine petitione fieri.*
5 *Fideiuſſores plerunq; in plus obligari. 9.*
8 *Fideiuſſor obligationi nulli accedere.*
12 *Fideiuſſoris, & expromiſſoris diſcrimen.*

LEX

## LEX CXXVII.

I PVPILLVS. Mora à pupillo,aduerſus*quẽ nulla petitio ſit,com 1
mitti non poteſt.ideóque ea fideiuſſoribus nõ nocet: niſi ex propria mo
ra ipſi conueniantur. Dicitur†autẽ aduerſus pupillum nullam eſſe peti 2
tionẽ,quoties naturaliter duntaxat obligatus eſt,quod quando contin-
gat,alibi declaraui [1].Idẽ ſi obligatus ſit, & ciuiliter & naturaliter,ſed ſo
lus citra tutorẽ ſit interpellatus [2]: nec enim aduerſus pupillũ ſolum vlla
eſt petitio[3],vt receptior ſe habet ſententia,quod Iaſ.hîc docet.Interpel
landus ergo eſt & tutor, itémq; conueniẽdus,quãuis aliud Bar.viſum ſit[4].Adnotãda igitur
hîc eſt iuris regula [5].Vbi nulla petitio ſit,ibi & nullã eſſe moram[6],& conſequenter nec pœ-
nam,cum pœna ex mora committatur[7]. Quod†intelligendum eſt,niſi actum ſit,vt pœ- I.
na ex euentu conditionis committatur. iuris enim interpretatione cenſetur ſubeſſe mo- 3
ra : quamuis nulla petitio adhuc fuerit[8]. Item intelligendum, vt quamuis mora non in- II.
ducatur, poſsit tamen iam inducta conſeruari, etiam ſi interim ceſſet petitio[9]. Sed & ſi III.
ratione rei ſubſit iuſta cauſa moræ, quamuis reſpectu perſonæ non ſit petitio, induce-
retur mora. vnde negotiorum* geſtor poteſt in mora conſtitui[10], quamuis aduerſus eum 4
nulla ſit actio, quod Bartolus & cæteri hîc tradiderunt. Sed quid ſi petitio quidem ſub- IIII.
ſit, ſed quæ exceptione excuſsionis declinari poſsit? & videtur moram induci. nam ſi pu-
pillus hîc fuiſſet legitimè in mora conſtitutus, ſentit Iuriſconſultus fideiuſſores obligatos
fuiſſe, & tamen conſtat eis exceptionem excuſsionis competere[11]. qua de re ſuprá.

FIDEIVSSOREM OBLIGATVM. Obligationi ergo naturali tan-
tùm poteſt accedere fideiuſſor,qui non naturaliter tãtùm, ſed etiam ciuiliter tenebitur[12],
Quod ergo vulgò dicitur,non poſſe in plus obligari fideiuſſorem,quàm principalis tenea
tur[13],verum eſt,ſi plus re,cauſa,tempore,loco intelligatur[14]. Poterit tamen†efficacius I.
obligari,vt ſupràſcripto caſu,quod Accur.& cæteri hîc tradiderunt. Nam etiam qui of- 5 II.
ficio iudicis ſolùm tenetur,propriè obligatus non eſt[15]:& tamen fideiuſſorem dare poteſt,
qui efficaciter tenebitur[16]. Poteſt quoque ex poſt facto fideiuſsio ſuſtineri,quãuis princi III.
palis obligatio ceſſauerit[17],ſicut & in pignore dicimus,*cuius obligatio non minùs acceſ 6
ſoria eſt,quàm fideiuſſoria[18]. Sanè & pupillus mutuã*pecuniam accipiens nec naturali- IIII.
ter quidem ex mutuo obligatur[19],& tamen†ſi fideiuſſorẽ dederit, valet fideiuſsio[20]:quia 7
cùm curare debuerit fideiuſſor,vt in rem pupilli ea pecunia vertatur,iuris interpretatione 8
cenſetur pupillus naturaliter obligatus fuiſſe:confirmatúrq; fideiuſſoris obligatio[21],quod
alibi declaraui[22]. Cæterùm & cum fideiuſſor†quod vulgò ſolet fieri,ſe principalem cõ- V.
ſtituit, non poteſt allegare ſe in duriorem cauſam adſtringi non potuiſſe.ſuæ enim facilita 9
ti imputet,qui tali cum clauſula contraxit[23]: quod intellige,niſi color ſit quæſitus,& iura-
mentum non acceſſerit[24]. Nam & poteſt fideiuſſor pœnã ex mora ſua promittere,quia VI.
in * ea principalis ipſe cenſetur[25]: quamuis reus ipſe nullam pœnam promiſerit. Vnde 10 VII.
receptum eſt, poſſe fideiuſſorem in plus obligari ratione acceſsionum putà vſurarum &
pœnarum[26].Sed & valet obligatio fideiuſſoris in qua poſsibile ſit plus exigi,quàm à princi
pali.exactio enim obligationem*non mutat[27]. Et hęc†quidem in fideiuſſore vera ſunt. 11 VIII.
expromiſſor verò,vel qui ex cauſa conſtituti obligatur:quia principales ſunt,in duriorem 12
cauſam obligari poſſunt[28].at fideiuſſoria obligatio acceſſoria eſt,& à principali prouenit,
vnde ſecundum eam regitur.Híncque notat Aret.Alber.& veteres,ſi aliquid per mediam
alterius perſonam transferendum eſt, ea perſona impedita, impediri tranſitum[29]: vnde
ſublata hîc in pupillo * mora, cenſetur etiam in fideiuſſore ſublata. ſicut videmus, fracto 13
ponte,impediri viam.& ſi medium habile nõ ſit,impediri fictionem[30]: quandoque tamen
de via non curamus, ſed de effectu[31]. & obſtruſo vno itinere, poteſt ad metam aliâ viâ
perueniri.vnde quoties tacitum aliunde conualeſcere poteſt, quàm quia ab expreſſo pen-
deat, vitiato * expreſſo, illud non vitiatur. quod alibi Docto. tradiderunt[32]. 14

1 l.pacta,que contra in fin. C.de pact.
2 l.ſi ex legati.ſ.eod.
3 l.neque impuberes. de in ius vo.Alexand.l. contrà.de re iud.
4 Bar.l.j.§.ſufficit.de ad.tu.
5 l.qui habet. §.ſi pupillus. ad fin.de tut.
6 l.nulla.de reg.iur.
7 l.ſi pœnæ.de neg.geſt.
8 l.nuda. C. de contrah. & com.ſtipul. non. l.ſi Titius. ſ.eod.
9 l.in fideicõmiſsi.in prin. de vſur.vbi glo.not.
10 l.ſi quis ſolutioni.in fin. de vſur.
11 Auth. præſente. C.de fideiuſſo.dixi. ſ.l. cum filius. in princ.ſ.eod.
12 l.j.§.ſi quis ita.ſ.eod.
13 l.Græcè.§.illud.l.ei qui. de fideiuſſ.
14 §.plus.inſt.de act.
15 l.qui per colluſionem.de act.empt.
16 l.cum quis.§.ſi quis pro. de ſolu.
17 Bart.l.fideiuſſor obligari.ſ.tit.iij.
18 ij.C.de luit.pign.
19 l.pupillus.ſ.tit.j.
20 l.fin.ff.de iureiur.
21 l.Marcellus.ſ. tit.iij.
22 d.l.pacta.quæ contra.in fin.C.de pact.
23 Arg.l.ſed & ſi cęteriori. de conſt.pec.
24 Bart.l.ij.qui.ſ.tit.iij.vbi Imol.in fin.
25 l.ſicut reus.ſ.tit.iij.
26 d.l.ij.qui.Bar.l.centum. de eo quod cer.lo.
27 l.& ſi fideiuſſor.de re iu.
28 d.l. ſed & ſi cæteriori. & l.& eleganter.§. ſeruus pactionis.de dol.l.in perſonã. §. qui pecuniam. de pact.
29 l.cum vnus.de bo. auct. iud.l.tria.de ſer. ruſt. præd.
30 l. j. §. cæterum. de acq. poſſ.vbi Caſt.
31 l.cum ſeruus.ſ.eo.
32 l.j.ſ.quib.mod.pig. ſol. l.iubemus.l.etiã. C.ad Vellei.Alber.d.l.iij.de ſer.ruſt.

### SVMMAE.

*1 ☞ Inutilia vtili non validari.*
*4 Inutile ad vtile trahi & valere ex cauſis.9.*
*10 L. Si duo. ſenſus.*
*11 Alternatas res vtraſque obligari ex cauſis. 13.*
*12 Adfectionis cauſæ.*
*14 Genere omnia obligari.*

## LEX CXXVIII.

I DVO REI. Perſona,vel res† in obligationem deducta ſed inu- 1
tiliter, non cenſetur ſolutioni vtiliter adiecta[33].quod variis exemplis Ac-
curſ.& alij hîc docent.cuius rei illa eſt ratio, quòd quando de obligatione
contrahenda agitur, actus * inutilis non ſuſtinetur alio modo, quo fieri 2
poſsit[34]. qua de re ſupra.quæ enim ad vnum finem inducta ſunt, ad alium
trahi non debent[35], & conſenſus certi effectus.cauſa adhibitus non eſt ad
diuerſum

33 ſ.eod.ſi ita.§.chryſogonus.verſ.ſed quod patrono.
34 l.j.§.eum qui.de conſti. pec.l.j.§. ſi quis ita.ſ.eod.
35 c. ad noſtram. de appel. cap.j.de iur.iu.in vj.



3 diuerſum producendus[1],ſic & clauſula* ob vnam cauſam adpoſita,ad aliam nõ extendi-
tur[2], vt hîc Iaſ.docet. qua ratione & iudicium aduerſus reum acceptum alteri non nocet,
quod Bal.cenſuit[3]. & confeſsio pro teſtimonio ab aliquo effutita non poteſt contra ipſum
I. tanquam partem principalem in alio iudicio induci[4]. Sanè † non videtur ad diuerſum
4 effectum res trahi,quando is continebatur in prioris finibus.vnde ſeruitus*ad viam indu
5 cta ſi inutiliter in via concepta ſit,ſuſtinebitur nihilominùs in vim itineris[5]:& enim in via
conſtat cõpræhendi.iter. Sic ſtipulatio inutilis plerunq; in vim pacti valet[6],in ſtipulatione
6 enim ſemper ineſt pactum ſic conſtitutum* nullum:quia debitum non præcedebat,in vim
pacti valebit[7].non enim minùs in conſtituto ineſt pactum,quàm in ſtipulatione ineſſet. ſic
7 donatio cauſa*mortis abſenti facta,in vim fideicommiſsi propter donatoris voluntatem
8 valebit[8]:& donatio*filiofamiliàs inutiliter à patre facta morte tanquam legatum confir-
mabitur[9]. etenim legatum vel fideicõmiſſum rectè donatio appellari poteſt[10]. Sed & pro-
miſsio ex cauſa dotis facta,quæ non valeat,quia dos recepta non ſit,in vim donationis de-
II. fenditur[11].nihil enim impedit ex cauſa donationis dotem conſtitutam eſſe. Addit Bart.
9 actum,qui ex perſonæ† vitio nullus eſt, nihilominùs eo,modo quo fieri poteſt, ſuſtineri, ſi
de fauore liberationis agatur[12].quæ ſententia legi noſtræ repugnat: alioquin debitor ſol-
uendo ei, qui inutiliter ſtipulatus eſt, debuit liberari tanquam adiecto ſoluiſſet. nec obſtat
quòd lex ait,quacunque ratione procurator tuus à me liberatus eſt,id tibi prodeſſe[13]: quia
intelligi debet, cùm procurator eſt liberatus, ſed per actum inutilem non poteſt dici libe-
III. ratus:quia lex, procurator, (inquit) acceptum ferre non poteſt[14]. Certior eſt illa decla
ratio cum partes egerunt expreſsè vel tacitè, vt actus ſuſtineatur eo modo quo fieri poſsit:
vnde ſi hîc actum fuiſſet,vt alterutri tanquam adiecto poſſet ſolui,proculdubio debitor ei
ſoluens,qui inutiliter ſtipulatus eſſet,liberaretur[15],quod Caſt.Alexan.Iaſ.hîc docuerunt.
Idem ſi tacitè, per legitimas tamen coniecturas hoc appareat[16]. Sed hîc latior eſt tracta-
10 tus, quàm vt vlteriùs ſit adtingendus. Sanè ſentit hoc † & Iuriſconſultus, qui ideo non li-
berari debitorem ait, quia ſolutio non propter obligationem validam facta eſt, ſed pro-
pter inualidam. vnde ſecùs eſſet, ſi actum ſit vt adiectus ſolutioni cenſeatur is, qui inutili-
ter contraxit. Quod ſi vtraque obligatio vtilis eſſet, dubium non eſt alteri ſoluentem ab
altero liberari[17].vtraque enim obligatio principalis eſt.quòd ſi altera eſſet acceſſoria,eius
ſolutione principalis non ipſo iure, ſed ope exceptionis tolleretur[18].

AD OBLIGATIONEM. Videtur hîc probari in alternatiua rerum vtrũ-
I. que cenſeri in obligatione eſſe[19]. Quod non † procedit in alternatiua ſummarum, ſeu
11 quantitatum:in quibus nulla probabilis eſt adfectio.Si enim electio in iis ſit debitoris, ſola
minor ſumma cenſetur in obligatione eſſe[20]. quòd ſi electio eſſet creditoris, vel probabi-
12 lis adfectio, †ratione loci,cauſæ aut perſonæ adeſſet[21],adhuc vtrunque in obligatione eſſe
II. cenſeretur,vt Bart.hîc docet,& nos ſuprà loco ſuo tradidimus. Sanè propriè loquendo,
13 vtrunque † in obligatione purè non eſt, ſed ſub conditione, vt ſi vnum datum non ſit, al-
terum detur[22]. & ideo alibi dicitur vnã eſſe obligationẽ, quæ duas partes habeat[23],& ali-
III. bi plures obligationes non eſſe,cum vna ſolutio ſufficiat[24]. In promiſsione quoque ge-
14 neris†putà hominis conſtat non omnes homines in obligatione cenſeri,licet quęlibet ſpe-
cies poſsit ſolui[25]. is verò, qui ſolutus fuerit,retrò præſumetur promiſſus: vnde ad ſolutio-
nis tempus in tali obligatione adtendimus: ſufficiet ergo, ſi tunc ſoluero Stichum, quam-
uis ſtipulatoris, tempore contractus fuiſſet[26]. quod in promiſsione alternatiua aliter ob-
ſeruari hîc dicitur. & nos alibi docuimus[27].

1 Bal.c.j.an agn.vel fil.
2 cle.j. §.ad hæc. de præbẽ. vbi Car.l.iij.oppo.
3 Bal.auth.nouo.in fi.C.de pœna iud.præpo.c.ſuper eo. iij.not.de eo,qui cogn.
4 Rot.deci.dccclv.quidam agebat.
5 l.ſi tam anguſti. de ſerui.
6 glo.l.iuriſgentium.§.ſed cùm nulla.de pactis.l.j.ſ. de noua.
7 l.hactenus.de conſti.pec. vbi docto.
8 Bar.l.i.de don.cau.mort.
9 Alex.l.ſi donatione.C.de colla.
10 l.legatum.de leg.ij.
11 l.ſi diuortio.ſ.eo.
12 Bar.d.§.ſi quis ita.& l.an inutilis. de acceptil.
13 l.quacunque. de procur.
14 l.& per iuſiurandum.§. tutor.de acceptil.
15 l.ſi quis ſtipulatus fuero decem in melle.de ſol.
16 arg.c.j.de deſpon.impu. libro vj.
17 l.ij.ſ. tit.j.
18 l. modeſtinus. l. Stichũ. §.ſi mandato.de ſolut.l.Papinianus.mand.
19 l.illud.de conſt.pecu.
20 l.ſi ita ſtipulatus fuero decem.ſ.eod.vbi dixi.
21 l.ſi is,cui.de nouat.
22 l.cùm ita.de opt.leg.
23 l.hæc ſcriptura.de cõdi. & demonſt.
24 l.cùm illud. quand.dies leg.l.ſi illud.de lega.ij.
25 l.cùm incertus. de leg.j. l.Mæuius.§.duorum. de legatis ij.
26 l. qui decẽ.§. Stichum. de ſolut.
27 l.ij.verſi.eiuſdem. ſ.eo.

### SVMMAE.

*1 ☞ Copulata omnia concurrant. 2. ex cauſis contrá.3. 6. 7. 13. 14.*
*5 Coniunctam variè accipi. 12.*
*15 Diſiunctorum alterum, niſi ex cauſis ſufficere.16.*

## LEX CXXIX.

1 I QVIS ITA STIPVLATVS. Coniuncta tam† adfirma-
tiuè,quàm negatiuè concepta requirit concurſum copulatorum:alternata
verò altero contenta eſt. Referuntur autem tria exempla, quibus plures
conditiones coniunctim adſcribuntur, & duo vltima quibus diſiunctim.
híncque apparet dictionem,*Nec*.&,*Neque*.negatiuam cum copula contine-
re[28],quod alibi à me teſtatũ eſt.Conſtituenda ergo in primis eſt concluſio,
2 ꝙ†in oratione coniuncta requiritur omnium copulatorũ concurſus[29],ſi affirmatiuè con-
cepta ſit,vt vtrunq; adſit:ſi negatiuè,vt vtrunq; non adſit.ſi enim vel alterum adſit,vitiatur
I. oratio[30]. Quod & ad clauſulã affirmatiuã producendũ eſt,quæ negatiuã contineat[31],vt
cùm lex vetat ep̃m eccleſiæ dari,quæ clero careat & populo, idẽ eſt, ac ſi ſcriptũ eſſet, quæ
nõ habeat clerũ,& populũ.Si ergo alterũ habeat, nõ erit legi locus,vt receptior eſt ſnĩa[32].
Qua rat

28 l.ſæpe.de verb.ſig.l.quidam teſtamento.de vulg.
29 l.ſi hæredi plures. de cõdit.inſtit.
30 l.ſi is qui ducẽta.§.cum ita.de reb.dub. Corn.conſi. cxcj.in ij.
31 l.ſi.§.ſi.de doli except.in glo.l.inter.in prin.ſ.eo.
32 gl.cl.in pleriſq;.de elec.

Qua ratione, ſi ſcripta ſit lex, *Si quis filio & filia caruerit ſuccedat frater.* intelligetur, vt ſi al-
ter adſit, non ſit locus legi, quod Bal.cenſuit [1] & Iaſ.hic refert. Procedétq; ſupraſcripta II.
regula, & in materia pœnali. vnde cùm lex duplicem pœnam coniunctim imponit, vtraq;
erit irroganda [2], niſi tamen alia ſit legiſlatoris mens. in dubio enim mitiorem interpreta-
tionem facimus, quod pontificij tradiderunt [3]. Rurſus procedit, quoties duo adiectiua III.
reſpectu vnius ſubſtantiui nominis ponuntur, quod non vno in loco Barto.cenſuit, vt cùm
dico, *Titius albus, & magnus.* oportet, vt vera ſit hæc pronuntiatio vtrunque concurrere, vn
de ſi lego ſeruos vernas, & textores, non compræhendetur legato, niſi qui vtranque artem
exerceat [4]: quod idẽ tradidit. & in re prorſus dubia probabile eſt: aliàs ex coniecturis aliter
quandoque erit iudicandum, quod infrà videbimus [5]. Illud certiùs eſt, quoties duæ ora- IIII.
tiones copulantur reſpectu alicuius accidentis, concurſum eſſe neceſſarium, quo caſu lo-
quitur lex noſtra [6]: ſecùs, ſi per ſe principaliter reſpectu vnius ſpeciei, vt infrà dicã. Sed V.
& idem Bartol. quoties copula inter duo ſubſtantiua nomina ponitur propriam naturam
ſeruare ait, & plures ad vnam diſpoſitionem reduci, vt cùm teſtator Titio, & Sempronio
legat fundũ [7]. Sed hoc caſu non eſt neceſſarius concurſus, vnde altero excluſo alter, totum
habet. Verius fortè exemplum in ſubſtitutione accipietur, in qua ſi duplex conditio ad- VI.
iecta ſit, oportet vtranque eueniſſe, ne ſubſtitutio euaneſcat. quod Anchar. & Pont. reſpon-
derunt [8], & nos infrà declarabimus. Idem Pont. etiam reſpondit venditis omnibus ter- VII.
ris quæ ſunt in comitatu, & villa, & vocabulo montis Alberici, de iis ſolum actum cenſeri
in quibus tria illa copulata concurrant [9]. quod & Iaſ. & Feli. probarunt. mihi copulari illa
ampliationis inculcationíſque cuiuſdam cauſa plerunque videntur [10]. Sed & cum ſtatu VIII.
tum loqueretur de patre, & filio ſimul, & in communione habitantibus, reſpondit Alexan.
vtrunque requiri [11], ſicut cùm teſtator pœnam priuationis ei indixiſſet, qui cum cohærede
in communione non manſerit, & diuiſionem petierit, reſpondit ille nõ committi pœnam,
ſi diuiſio petita non ſit. & hæc quidem ſecundum legis, noſtræ regulam procedunt, à qua ta
men Doctores pleroſque caſus excipiunt. Et in† primis, vt quoties inter contraria, vel I.
ea, quæ ſimul eſſe nequeunt, copula ponitur, amittat naturam ſuam, nec concurſum requi- 3
rat [12]. Idem, ſi inter ea ponatur, quæ non ſint diuerſa, ſed differant, vt genus & ſpecies, II.
tunc enim videtur coniuncta * pro expoſitiua accipi [13]. nec enim nouum eſt inter genus & 4
ſpeciem poni coniunctam, quo caſu quandoque notabiliorem † reddit ſpeciei ſignificatio- 5
nem [14], quandoque per ſpeciem reſtringit genus [15], quandoque electionem concedere vide-
tur [16]. Addit Feli. idẽ eſſe, quoties plura † in reſcripto, libello, articulis, copulantur circa III.
vnum effectum minimè ſecundum ius neceſſarium: tunc enim copula ipſa in diſiunctam 6
reſoluitur [17]. cuius rei illa eſt ratio, ne videatur quis ſuprà, quàm tenetur ſe arctaſſe. & quia
ſecundum diſpoſitionem legis verba ſunt accipienda [18]. de qua re diffuſiſsimè apud ipſum
tractatum extat. Vnde conſequẽs eſt idem eſſe † quoties natura rei, aut ſubiecta materia IIII.
ſuaderet vt talis interpretatio caperetur. quod variis caſibus oſtendi poteſt, vt cùm abſur- 7
dum aliquid ſequeretur, ſi concurſus fieret, vt quia hæredes extranei præferrentur ſuis [19],
vel filij quibus conſultum voluit teſtator ab hæreditate excluderentur [20]. Idem ſi aduerſus
paternæ charitatis ordinem præferretur filio nepos [21], vel ſi id alienaretur quod principa-
liter alienari non poteſt: vnde qui dicit * ſe vẽdere villam, & ius patronatus, intelligitur ac- 8
ceſſoriè, id eſt, cum iure patronatus [22]. Et generaliter fit hæc interpretatio, quoties mens te-
ſtatoris ſuadet. Vnde conditio in teſtamẽto adiecta, *Si hæres ſine maſculis deceſſerit, & fœmi-* V.
*nas reliquerit, lego pauperibus.* intelligitur etiam ſi fœminæ nullæ adſint [23]: quod Alex. ex facto
reſpondit. quam ſententiam, & Benedictus Capella ſequutus eſt, tanquam mẽtio fœmina-
rum quæ relictæ fuiſſent, ad aliam partem teſtamenti referretur, & ſingula ſingulis aptãda
eſſent [24]. Quod & multò magis dicendum, cùm mens legiſlatoris huiuſmodi cõcurſum VI.
veriſimiliter non requirit [25], veluti cùm verba legis ad eundem effectũ referuntur, vt cùm
dicitur, *Decernimus, & ſtatuimus* [26]. vel diſpoſitio legis ita ſuadeat, vt in iudicium ſententiis,
quæ * ſecundum ius interpretationem recipiunt [27], quod & Iaſon hîc tradit. Cæterùm & 9
mens legis illa videtur eſſe, vt in materia fauorabili non requiratur concurſus, ſed copula
ampliationis vim obtineat, licet ſecus ſit in pœnis. quod But. & Imo. docuerũt [28]. Addunt VII.
Doctores cenſeri eam legis eſſe mentem, quoties copula inter diuerſas orationes ponitur,
non reſpectu accidentis, ſed æquè principaliter, licet vnius diſpoſitionis contemplatione:
tunc enim * continuatiuè potiùs quàm copulatiuè accipitur [29]. Qua ratione & idem di- 10
cendum in vna oratione eſt quando adiectiua neutraliter copulantur vnius principalis VIII.
diſpoſitionis cauſa, vt cùm teſtator, *Lego*, inquit, *Empta & parata* [30]. debebuntur enim & quæ
empta tantùm vel parata ſint, quod vſque adeò procedit, vt idem ſit, etiam ſi dictum ſit, *Ve-*
*ſtem quæ eius cauſa empta & parata eſſet* [31]. Idémque, ſi & adiectiuum vim ſubſtantiui habeat, vt
cùm lex inquit, Ius eſt ars boni & æqui: etenim ius eſt * etiam, quod ab æquitate ſeparatum 11
eſt [32]. Nam & fuêre, qui aduerſus Bart. cùm teſtator legat ſeruos vernos & textores, hac IX.
ratione

1 Bal.c.j.in fi.de duob. fra. à capit.
2 l.nemo.ij.in fi. C.de epiſ. aud.gl.c.j.de re iud.vj.verb. & contra.
3 But.Imo.d.cl.in pleriſq;. Alex.conſi.cx.in iij.Soc.con ſil.xxxiij.in iij.
4 l.ſeruis vrb.in fi. de lega. iij.Bar.l.j.de iuſt.& iu. & d. §.cum ita.
5 arg.l.qui concubinam.de leg.iij.in princ.
6 d.l.ſi hæredi plures.de cõ dit.inſtitu.Alex.conſi.lvj.in ij.& conſi.lxxx.eo.lib.
7 l. huiuſmodi. §. ſi Titio. de lega.j.l.re coniuncti.vbi Barto.
8 Ancha. conſi.cclxvij.iſte magiſter.Ro.conſi.cxxxj. j. dubit. Ana.lxvj.viſis iis.
9 Rom conſi.clxvj. Feli.c. ij.de reſcr.verb.copula.
10 cap.monaſteria.de vi.& honeſt.cler. Fel.c.venerabi li.de offic.deleg. Alex.conſi. xx.in iij.
11 Alex. conſi.xlviij. in j.& not.iij.
12 l.ſi Titio fundus. de vſu-fru.leg.
13 l.j.de pactis. l.vbi. C. de tranſact. d.c.monaſteria. in fi.Bar.ad reprimen.verb.vi debitur.in fi.
14 glo.rub.C.de ſerui.
15 l.quæſitum.§.pe.de fun. inſtru.
16 l.fin. C.de codic.Roma. conſil.ccccclxxx.
17 c.cum iamdudũ. de præ ben.c.ſignificauit.de app.in gloſ.earum.
18 l.quidam.j.eod.Feli.d.c. ij.iij.fal.
19 Bart.l.Gallus.§.etiam ſi parente.de lib.& poſth.
20 Alex.conſil.lxxx.in j.
21 l.pen.C.de impuber.d.l. Gallus.§.j.vbi doctor.Deci. conſi.xcv.
22 Io.de Ana. c.querelam. in fi.de ſimo.Fel.d.c.ij.
23 argu.d.l.ſi is qui ducen-ta.§.itẽ ſi pater. conſi.cxxx. in fi.in ij.attentis.
24 Capra.conſil.lxj.
25 l. cum antiquioribus. vbi Bar.in prin.C.de iu.deli. l.vt vim.vbi Bart.de iuſti.& iu.d.l.ſæpe.in prin.
26 Cald.conſi.ij. de ver.ſig.
27 l.ſi.C.de ſent. glo.d.c.ij.
28 d.cl.in pleriſque.
29 l.j.de infa. l.j.de ſicar.l. lege Iulia.de teſtib.
30 l.ea tamen.de leg.iij.
31 l.qui concubinã.in prin. de leg.iij.
32 d.l.j.de iuſtit.& iure.vbi Barto.



ratione crederent vernas tantùm deberi [1]. Sed & ſi copula ſit inter duo ſubſtantiua, ad-
uerſus Bart. receptior eſt ſententia idẽ eſſe. vnde ſi teſtator alicui legat equos ſuos & arma,
habebit copula vim ampliationis, vt non equorum arma tantùm, ſed etiam equitãtis con-
tineantur [2]. qua ratione minimè neceſſarius erit concurſus. diſputauítque hoc Iac. Butrig.
& concluſit legatum artificibus lanariis, & mercatoribus factum, etiã ei deberi, qui artifex
tantùm vel mercator ſolùm eſt [3]. quod & Bal. in legato medicis, & doctoribus facto cẽſuit.
éſtque hæc receptiſsima ſententia [4]. Sed quæ eſt ratio, vt copula ſupràſcriptis caſibus non
requirat cõcurſum? & puto ex eius natura, hoc eſſe. vt enim à grammaticis didici, coniun-
12 cta † quandoque ſingularem habet ſenſum, quandoque compoſitum: ſingularem, vt, *Pom-*
*peius, & Cæſar Conſules fuerunt.* ſingularis hic eſt ſenſus, quia non ſimul conſules, ſed diuerſis
temporibus fuerunt. quod ſi dixero, *Cæſare, & Bibulo conſulibus.* copula ſenſum compoſitum
habet: ſicut cùm dico, Duo & tria cõficiunt quinque, & hic ſenſus compoſitus eſt. cùm ergo
dicit teſtator, *Lego empta, & parata.* ſi copula ad res referatur, habebit ſenſum compoſitum,
& requiret concurſum: ſi verò ad actum verbi, *Lego.* perinde erit ac ſi dictũ eſſet, *Lego empta*
*& lego parata.* & ſic in ſenſu ſingulari acciperetur [5]. quæ interpretatio in dubio éſt potiùs ca
pienda, quia amplior & nõ reſtricta ad cõcurſum. Vnde ſtatutum aduerſus debitores ceſ-
ſantes & fugitiuos editũ, intelligetur etiã in ceſſantibus vel fugitiuis tantùm, vt Pont. re-
ſpondit [6], niſi cùm aliquid odioſum induceret, pœnáſque augeret, quod Ang. [7] tradidit: vt ſi
lex pœnã nobilibus & ſpuriis irroget, non intelligetur, niſi de nobilium ſpuriis, vt plerique
cenſuerunt [8]. aliud ergo eſt in hiis quæ odio carent. Qua ratione cùm lex municipalis fœ-
minas excluderet extantibus filiis & ex eis cuiuſcunque gradus liberis maſculis, credide-
rim ſingulari ſenſu accipiendam copulam, vt ſufficiat filios extare: quamuis nulli nepotes
ſint ſuperſtites: nec enim eſt veriſimile, compoſito ſenſu, in ſtatuto nepotes cum filiis acci-
pi: cùm iure potior ſit cauſa filiorum, qui primum locum in ſucceſsione tenent, quamuis
aliter videatur ſenſiſſe Socinus [9]. Cæterùm ſubiicit hic Iaſ. in conditionibus quæ intrinſe-
cus ſubſtitutioni adhærent, coniunctorum concurſum nullum eſſe: vnde ſi dictum ſit,
*Si Titius & Seius hæredes non erunt, ſubſtituo Caium.* vel vno mortuo, ſeu repudiante Caius
13 admittetur [10], ſicq; ipſe legem † noſtram interpretatur: vt in cõditionibus, quæ ex acciden
ti adiiciuntur, ſolùm procedat, non in iis, quæ ſecũdum naturam rei inſunt. Quod ex com-
muni ſentẽtia intelligendũ in pupillari vel fideicõmiſſaria ſubſtitutione [11]: in vulgari enim
aliud eſſet: nam excludit cohæres ſubſtitutum, præfertúrque ius accreſcẽdi vulgari ſubſti-
tutioni [12]: tametſi fuerint, qui diſſenſerint, tali ratione: Titio repudiante, falſum eſt Titium,
& Seium eſſe hæredes, ergo verum, Titium, & Seium nõ eſſe hæredes [13], igitur euenit con-
ditio, qua ſubſtitutus vocatur. Sed reſponde tale argumentũ verum eſſe, ſi copulam ſenſu
compoſito acciperemus. quod ſupraſcripto caſu fieri nõ poteſt. verba enim inſtitutionis,
*Titius & Seius hæres eſto.* ſingulariter intelliguntur alioquin alter abſque altero adire nõ poſ-
ſet [14], quod aduerſus mẽtẽ teſtatoris induceretur [15]. cùm igitur copula in inſtitutione com-
poſitum ſenſum non habeat, ſequitur, vt nec in ſubſtitutione, quæ in contrariũ caſum con-
cipitur [16]. Sed hac de re alibi latiùs. Huc pertinet etiam, quod ſi dictum ſit, *Si Stichum & Ero*
*tem & Damam non ſteteris, promittis decem.* aliquo non ſtato cõmittitur ſtipulatio [17]: quæ tamen
non videtur concepta, niſi in caſum, quo omnes tres non ſiſtantur, vt in lege noſtra, cùm
quis promittit, *Si nec nauis nec Titius venerit.* &c. Sed reſponde in lege noſtra copulam ſenſu
compoſito accipi, quæ ad incertum quiddam accidens refertur, at ſuperiore in caſu ſingu-
lariter accipitur: eſt enim concepta in contrarium caſum, *Si Stichum non dederis, dabis decem: ſi*
*Erotem, ſi Damam* &c. [18] fitq; hæc interpretatio, quia per ſe principaliter hæ orationes, ſiue
hæ res, copulatæ ſunt, vt Barto. cenſuit, vel (vt ego arbitror) quia talis eſt contrahentium
mens ex contrario caſu tacitè percepta. Sed nunquid, ſicut † in clauſula coniuncta re-
X. quiritur concurſus, ita etiã qualitas præcedentis copulati repetita cenſeatur [19], & Felin. ne-
14 gat cenſeri repetitam, ſi qualitas vtrunque reſpicere non poteſt, vt cùm quis legat fundum
inſtructum, & centum [20]. Idem, ſi in diuerſis orationibus ſit adiecta [21], vt cùm quis legat de-
cem danda pauperibus, ſacerdotibus, & duos cereos, qui remaneant fratribus, non intelli-
guntur decem, fratribus ſacerdotibus relicta, vt ex facto reſponſum extat. Idẽ ſi inter per-
ſonas ſit poſita, inter quas æqualiter operari nequeat [22], quibus caſibus exceptis, videtur re
gulariter conſtituendum qualitatem repetitam cenſeri [23]. Sed diffuſior eſt hic articulus,
quàm vt in præſentia explicari debeat [24]: videtur enim ſecundum ſupradicta finiendus, vt
quibus caſibus copula ſenſu compoſito accipiatur, qualitates repetitæ cenſeantur, at quan
do ſingulariter accipitur, ſecùs ſit: qua tamen in re plurimum ad mentem teſtatoris adten-
dendum erit, & etiam ad ſcripturam, vt proximior qualitas repetita tantùm videatur [25].
Sed hæc ſatis, & ſuper.
15 AT SI SIC, DABIS &c. In diſiunctiuis igitur † ſufficit alterum eſſe verum [26]. Et
licet vtrunque alternatim promiſſum, in obligatione ſit, vt ſuprà lege proxima vidimus,

1 Soci.d.§.cum ita.
2 Bal.l.j.C. de verb.ſigni.
3 Bar.l.re coniuncti.verſic. iiij.doct.d.cle.in pleriſque.
4 Bald.d.l.j.de iuſt.& iure. vbi Iaſ.cum concord.
5 l.falſa.§. fin. de condi.& demonſt.
6 Rom.conſi.ciiij.
7 Ang.conſil.lxj.viſis.
8 Doct.d.cle.in pleriſque. vbi Imol.
9 Soci.conſi.xxxiij.in iij.
10 l.pen.cũ glo.C.de impu. vbi Doct.
11 Bart.l.hæredes mei.§.cũ ita.ad Treb.
12 l.quamuis.C.de impub. doct.l.j.de vulga.
13 d.l.ſi hæredi plures.
14 l.pen.in fi.de iniuſt.rup.
15 l.filio pater.de leg.j.
16 l.j.C.de impub.
17 d.l.ſi is qui ducẽta.verſi. vel vt propius.
18 d.l.falſa.in fin.de condi. & demonſtra.
19 Felin. d.c.j. verſicu. fallit.v.
20 l.cùm pater.§. cum imperfecta.de leg.ij.
21 l. qui fundũ.de cõtrah. empt.Card.conſil.lviij.
22 l.ſi.§.Scio.de leg.ij.
23 gl.l.ſi ſic.ff.;quemad.ſer. am.l.ſi legatarius.vbi Bart. de leg.iij.
24 l.Seiæ.§. Caio.de fundo inſtr.vbi Bart.conſi.cxxxix. in ij.ſocin.cõſi.cclxxx. Dec. conſi.xcij.& exc.
25 Feli.d.c.Tho. Faſtol.deciſi. Rotæ.xlvj.
26 c.j.alternatiuis.de reg. iuris.in vj.l.ſi ita quis ſtipuletur.§.eo.

1 l.cum illud.ſ.quãdo dies leg.ce.
2 l.vbi.§.qui illud.ſ.eo.
3 §.plus.Inſti.de act.
4 Abb.& Card.c.iiij.de reſcrip.
5 Imol.Alex.d.l.ſi ita quis ſtipulatur.Bart.d.l.ſi is ducenta.§.cum ita.& §.vtrum.
6 d.§.cùm ita.
7 d.l.ſi is qui ducenta.§.ſi quis autem.
8 l. emptorẽ.§.qui autem. de act.emp.
9 l.ſi ita qs.§.ea lege.ſ.eod. vbi Rap.& Iaſ. Alex.conſil. c. in iij.
10 l.cùm quid.ſi cert.pet.

vnum tamen duntaxat in ſolutione eſt,adeò vt vi ipſa vnum tantùm debeatur[1].Hinc eſt
quod ſtipulatio diſiunctim facta dicitur eſſe incerta[2]:& qui vnum ex alternato debito pe-
tit,plus petere dicitur[3],hæcque certiſsima ſunt,cùm alternatiua eſt per affirmationẽ con-
cepta. Quid ergo ſi negatiuè cõcepta proponatur?& hîc probatur † idem eſſe,ideſt ſuf- I.
ficere vnum non eſſe factum:& ita ſentiunt omnes[4].Aliqui tamen pontificij aliter tradide 16
runt,nempe ad veritatem alternatiuæ negatiuo modo conceptæ requiri neutrum factum
eſſe.vnde hæc ſtipulatio,*Promittis hominem aut fundum dare? ſi hominem,aut fundũ non dederis,pro-
mittis decem?* requirit neutrum fieri,vt committatur,quod Petrus Rain.Alberic.Iaſ.hîc cen-
ſuerũt[5]?Sed tu conſtitue regulam ſecundum legem noſtram,vt ſufficiat vnum non eſſe fa-
ctum[6].à qua in primis excipiendum eſt,cùm ſtipulatio conuentionalis non cõiunctim,ſed
diſiunctim præceſsit[7]:declaratur enim pœnalis negatiua ab illa,id eſt,in caſum cõtrarium
illius[8]:& ideo ſicut illa adimpletur vel vno dato,iſta committitur neutro dato †. Nec ar II.
bitror referre,an conuentio diſiuncta præcedẽs expreſsè concepta ſit,an tacitè[9]:par enim
eſt vtriuſque virtus[10].adtendendum ergo erit,quid priùs actum ſit,vt ſi alternatiuè debea-
tur,pœna ſubſequens non cõmittetur,niſi neutro facto,quòd ſi debitum nullum præceſſe-
rit,vel coniunctim prçceſſerit,à regula legis noſtræ non recedamus. Sed quid,ſi diſiũcta III.
miſta ſit coniunctæ ampliationis cauſa adſcriptæ?putà,*Dabis centum ſi nauis venit,aut etiam ſi
Titius conſul factus eſt*.& propter dictionẽ ampliatiuã nõ videtur ſufficere alterũ,ſed vtrũque
requiri,quod in dictione,*Seu*.traditum eſt[11].Barto.tamen negat hoc caſu in contractibus à
regula legis noſtrę recedendũ eſſe[12]:quia ſpeciale eſt in legatis,vt dictio,*Seu*.ſic accipiatur,
vimq; * ampliationis habeat,quod & aliqui probant[13].Vnde ſequeretur idẽ in quibuſcun- 17
que argumentis quæ latè acciperentur eſſe,qualia ſunt principum beneficia[14]:Idémque in
ſtatutis.ſiquidem ſtatuta magis vltimis voluntatibus,comparantur,quàm contractibus[15],
ídque reſpondit Socinus[16],& defendi in ſtatuto fauorabili poteſt,non autem ſi odio
ſum ſit,interpretationémque anguſtam recipiat[17]. Sanè,nec procedit regula in caſi- IIII.
bus,quibus diſpoſitio alternatiuæ vocabulo concepta eſt,ſi ea alternatiua * pro coniun- 18
cta accipiatur,quod inter perſonas honoratas dici ſolet[18],vel cùm mens teſtatoris hoc in-
ducit[19],vel quælibet alia coniectura.quarum multas alibi Doctores congeſſerũt[20],& nos
loco ſuo tractauimus.

11 l.ſi quis ita legauerit.de aur.& arg.vbi Bart.
12 d.l.ſi ita quis ſtipulatus.
13 Felin. d.c.iiij.
14 Alexan.cõſil.cxl.in ij.ex themate.
15 Bar.l.j. C. de iis, quib.vt indig.
16 Soc. conſi.lxiij. lib.xix.
17 Imol.conſi.xliiij.
18 l.cùm quidã.C.de verb. ſig.vbi Iaſ.
19 l.generaliter.C.de inſti. d.l.ſi is,qui.§.fi.l. Lucius.ij. de hæred.Inſti.vbi dixi.
20 Mod.d.c.iiij.

## SVMMAE.

2 *Patri directas quæri. 3.*
4 *L. Quod dicitur. ſenſus. 7. 11.*
5 *Patri ius non factum ſtipulamur. 8.*
10 *Facta patri non niſi ex cauſis ſtipulamur. 14.*
15 *Patri quod nobis quærimus, ſtipulamur.*
17 *L.Cum oportet. explicari.*
19 *Filio ſui iuris futuro ſtipulatur pater.*
20 *Emphyteuſin, repudiata hæreditate, capi poſſe.*
22 *Feudum vni ex filiis relinqui ex cauſis poſſe.*
23 *Emphyteuſis vni filiorum relinqui poteſt.*
25 *Hæredi maſculo conceſſa ad filios non hæredes, niſi fauor patris obſtet, pertinere. 26.*
27 *Feudi & emphyteuſis diſcrimen.*
2 *Patrem vt hæredibus, ex cauſis vt filiis ſtipulari. 29.*
30 *Matrem vt filiis ſtipulari: niſi in emphyteuſi priuati. 31.*
32 *Emphyteuſin conceptis à morte non cedere: ex cauſis contrà.*

## LEX CXXX.

QVOD DICITVR. Pater filio aliquid dari,vel fieri ſtipulans * cen- 1
ſetur dari,vel fieri ſibi ipſi ſtipulatus,ſi huiuſmodi ſit,quod ſibi quæri poſ-
ſit,vt quia tale factũ perſonæ filij non cohæreat è contrario filius patri ſti
pulatus illi acquirit,etiã ſi ſtipulatus ſit,quod patris perſonæ non cohæ-
reat,& quod aliàs ſibi ſtipulari non poſſet. Sed † an ex ſupraſcripta pa I.
tris ſtipulatione quæratur vtilis,an directa actio?& Iac.atque Ang.quæri 2
vtilem patri aiunt,& directam filio,cui pater eſt ſtipulatus:ſubeſt enim hîc illa fictio,quòd
vox † patris cenſeatur vox filij[21],adeò vt perinde ſit,ac ſi filius éſſet ipſe ſibi ſtipulatus:& li-
cet verè filius patri ſtipuletur,directa quoque patri quæratur[22]:tamen hoc caſu non idem 3
eſſe debet,quo per fictionem fit huiuſmodi acquiſitio[23]. Et hoc eſt quod lex hîc ait,patrem
filio vtiliter ſtipulari.Sed tamen Caſtr.Imol.Alex.Aret.Iaſ. † cæteríque diſſentiunt,& pa-
tri directam,filio nullam quęri aiunt,ſicut ſi ipſe filius patri ſtipulatus eſſet[24].ſubeſt enim 4
ſemper eadem ratio,quia filius non eſt capax dictæ actionis:cùm nihil proprium habere
poſsit[25],& lex noſtra de contractu ipſo loquatur,qui vtiliter,ſeu efficaciter inducitur[26],
non autem de actione ex cõtractu proueniente,an vtilis ſit an directa,imò cùm acquiſitio
hæc fiat legis ciuilis auctoritate,quæ filium tanquam organum,& tubam eſſe interpreta-
tur,conſequens eſt,vt omnino patri directa actio quæratur[27].Vnde ſi lex ſtatuat,vt alteri
per alterum acquiri poſsit,receptum eſt directas actiones acquiri,nec alia ceſsione opus II.
eſſe[28],vt Areti.hîc docet,& nos alibi adtigimus[29]. Subiicit Iuriſconſultus † regulam 5
procedere

21 §.ei verò,qui. inſtitu.de inutil.ſtip.
22 gl.in §.alteri.Iuſt.de inu. ſtipu.
23 gl.l.nec vllam. §. fin.de pet.hæred.l. metũ.§.ſed tamen.quod met.cauſa.
24 gl.§ alteri.Inſt.de inut. ſtipu.
25 Bart.l.cũ filio.in iij.parte.j. opp. de leg.j.
26 l.Gallus.in fin.verſicul. Porrò.de lib.& poſth.
27 l.ſed & ſi quis.§.ſi operas.de vſufru.glo.l.fin.in fi. de don. Doct.l.certi condictio.§.ſi nummos. ſi certũ peta.
28 Bar.l.j.§.ſublata.ad Trebel.Ang.conſi.cclxxx.ad fin.
29 d.§.ſi nummos.



procedere in his,quæ iuris ſunt.cùm enim hæc acquiſitio fiat iure paternæ poteſtatis,non
operatur niſi in iis,quæ ſunt iuris.quod intelligendum,etiam iuris ex facto prouenientis,
quando obligatio ad illud factum patri acquiri poteſt:vt cùm quis ſtipulatur filio ſuo rem
tradi,vel in ſeruitute eum non impediri,quominus iter habeat[1]:vnde & poteſt pater ſtipu
lari inſulam filio ædificari,vt Accur.ait,nec enim hoc eſt filij factum,ſed promiſſoris ipſi fi
6 lio præſtandum,vt alibi declaraui[2],& quod communicabile * eſt patri,id eſt,vt hîc dici-
tur,patri acquiri poteſt[3].Quod in profectitiis omnibus certũ eſt,in quibus hodie nihil im-
7 mutatum fuiſſe conſtat[4]:& ſecundũ hoc,dum Iuriſconſultus,vt patri acquiratur,duo † re-
quirit,vt ea ſtipuletur,quæ iuris ſunt,& vt eiuſmodi ſint,quę patri acquiri poſsint,potuiſſet
hoc vltimo eſſe cõtentus[5],ſicq; copula concurſum vtriuſque non deſiderat[6],ſed vim ex-
poſitiuæ habet[7],vel etiam ampliatiuæ[8],nec enim ſatis eſſet ſtipulari ea,quæ iuris ſunt,niſi
tale ius patri acquiri poſsit.Quidẽ enim,ſi ex cauſa dotis ſtipularetur,quo caſu filio ipſi ac
quiritur[9]:quid ſi ex cauſa aduentitia vel etiã caſtrenſi contraxiſſet[10]? quid ſi pater ipſe in-
capax qualibet ex cauſa talis iuris eſſet[11]? nec enim per filij perſonam efficeretur capax[12].
III. Cæterùm non † procedere ſupraſcriptam regulã hîc dicitur,cùm pater filio ſtipulatur,
8 quod meri facti eſt per ipſum filiũ explicandi[13]:vt ſi ſtipulatur quod ei tenere,vel ire agere
liceat,et enim id factũ perſonæ filij cohæret,nec ad perſonam patris iure patriæ poteſtatis
trãſit[14]: quia aliud eſt,& diuerſum quod filius teneat,aliud quod pater[15],ſicut enim ex tẽpo
9 re ita & ex perſonis huiuſmodi facta * mutãtur[16]: meritò ergo ait lex inutilem eſſe hanc
ſtipulationẽ:quod intelligendum,vt ſit inutilis ex eo capite quod iure patriæ poteſtatis ad
10 patrem tranſeat,de quo lex noſtra loquitur. Cæterùm,ſi interſit patris,vt † tale ius filio
ſuo permittatur,poterit ex hac ſtipulatione ſicut quilibet extraneus,qui alteri ſtipulatus
ſit agere[17].quid enim,ſi patris negotia agebat,filius,& neceſſe habebat ad fundum pater-
num per Titij fundũ tranſire,& pater ſtipulatus à Titio ſit ire filio licere per eum fundum?
Quod Bart.Raph.Paul.Alexã.Iaſ.tradiderunt,licet Beſutius nodum in ſcirpo quæſiuerit.
Rurſus intelligendum,non valere ſupraſcriptã ſtipulationem,quando conſtat id actũ fuiſ-
11 ſe,vt merum factũ perſonale in eũ deduceretur:& † ita lex noſtra loquitur:ſecùs ſi tale fa-
ctum huiuſmodi nõ eſſet[18].etenim poſſeſsio naturalis * nihil aliud eſt,quàm κατοχὴ,id eſt,
12 detentio.& pater ſtipulatus licere filio rẽ detinere,cenſetur de poſſeſsione egiſſe.dũmodò
cauſa legitima poſſeſsionis ſubſit[19],quod Bal.hîc tradit.Idem,ſi ſtipuletur ire agere licere:
cùm ad confirmationem ſeruitutis conſtitutæ,vel etiã promiſſæ talis ſponſio interceſsit[20].
qua de re ſuprà in rubricã cenſui,nec enim aliqua lege hoc ſatis probatur[21]:animo talis ſti-
pulatio ſecundũ naturam ſuam eſt accipienda.Sed cur ſtipulatio hæc,rem tenere licere,vt
actus valeat,indiſtinctè non intelligetur de poſſeſsione,non autem de facto,quod perſonæ
cohæreat[22]?& Iaſ.reſpondet,ne verbũ aſtrictioris ſignificationis ad ampliorem extenda-
13 tur[23].Plus enim eſt * poſsidere,quàm tenere.Ego in caſu claro verba legis noſtræ accipien
da arbitror:quid autem in dubio ſit,ſuprà explicaui[24].Addit Bart.& Ang.inutilẽ eſſe hanc
14 facti ſtipulationẽ,quando † conſtaret filio ſtipulatũ eſſe patrem,vt ſibi acquireretur.Sed ſi
ſimpliciter interpoſita ſit ſtipulatio,videri id actũ,vt filio dũtaxat ipſi quæreretur ideóque
vtilem actionem ei dandã[25].Sed Imol.& Iaſ.contrà:quia filius huiuſmodi acquiſitionis,vi
uente patre,nõ eſt capax[26].oportet ergo ſupraſcriptã ſententiã reſtringere ſecũdum leges
ab eis allegatas,quando actio poſt patris mortẽ filio quærenda eſt.Quæ ſententia vera eſt.
Poteſt tamen rectè defendi Bart.ſecundũ iura nouiſsima,vt acquiratur ex cõtractu patris
hodie filio actio vtilis,cenſeatúrque id ius aduentitiũ eſſe[27].quia patri acquiri non poteſt,
cùm filij perſonæ cohæreat.Illud conſtat hanc ſtipulationẽ quã filius ipſe conceperit,vti-
lem eſſe,ſicut in ſeruo quoque eſt proditũ,eius qui facti cõmoditatem ad patrem vel domi-
num pertinere[28].Sed cur quod filius per propriã vocem poteſt,per patris vocem non po-
teſt[29]?an quia hęc fictio ad ea quę facti perſonę cõſentiẽtis ſunt,nõ trahitur vt hic dicitur[30].
IIII. at è contrario ſumma ratione fit,filius ea patri aquirat[31],propter vim patriæ poteſtatis,
16 quæ nõ fictioni,ſed veritati legis innititur. Enimuero nec legi noſtræ eſt locus † in iis quæ
filius viuẽte patre acquirere poteſt[32],vt ſuprà dixi in dote,cuius filiafam.eſt capax[33]:vel in
bonis caſtrenſibus,vel cum pater tãquam legitimus adminiſtrator filij ſtipulatur[34].In ad-
uentitiis enim locus legi noſtræ nõ eſt:quia quod pater ex tali cauſa eſt ſtipulatus,ad filium
17 iure proprietatis pertinet.Nec obſtat,quod lex † nouella,quæ aduentitia patri acquiri ve-
tat,loquatur,cũ ea filius ipſe ſtipulatur,non cũ pater[35].reſpondeo non eſſe cõſiderandum,
quis ſtipulationem interpoſuerit,quia lex hoc beneficiũ non ſtipulationi,ſed cauſæ conce-
dit,ídque receptiſsimũ omnium calculo aduerſus Dinum eſt[36].ſane & illud aduentitium
18 cenſetur *,quod filius propter merita ſua acquiſiuit[37],quod certiſsimũ eſt,ſi de extraneo
filius ſit benemeritus,ideóque ab eo pater filio aliquid dari ſtipulatus ſit.Sed quid ſi pater
filio donationis cauſa ſtipulatur,quod ita de ſe filius meruerit?& Bar.cẽſuit videri patrem
filio tanquã extraneo ſtipulatũ.& ideo ſtipulationẽ non valere,nec aliquid filio deberi[38],

1 l.j.§.itẽ acquirimus.de acquirẽ.poſſ.l.ſi communis.j.j.tit.ij.
2 l.v.§.fi.ſ.de verb. ſignifi.
3 l.ſtipulatio iſta.§.ij. qui.ſ.eod.
4 Inſti. per quas perſonas. in prin.& igitur.
5 §.ei.Inſt.de inuti.ſtip.
6 ſ.l.proxima.
7 Bar.l.j.de iuſt. & iur.
8 l.ea tamen.de leg.iij.
9 l.vxorem.§. teſtamento. de leg.ij.l.Pomp.Philadelphus.fami.erciſ.
10 Inſtit.per quas perſo.§. igitur.l.j.C.de bo.mat.
11 l.j.C.ne Chr.manc.
12 l. ſi mihi.§. regula. de leg.j.
13 l.& hęredi.§.nos autem. de pact.
14 l.ſtipu.iſta.§. ſed ſi quis vti.ſ.eo.§.ſed cùm factum. inſtit.de ſtip.ſer.
15 l.ſeruus patroni.l.ſeq. de op.lib.
16 l.ſi nõ.§.libertus.de cõdict.inde.l.j.§.ne autem.C. de cad.tol.l.inter.in fi.j.de ſolut.
17 d.l.ſtip.iſta.§.ſi ſtipuler. & §.ſi quis inſulam.ſ.eo.
18 d.l.veteris.C.eod.
19 l.quod ſeruus.de acqui. poſſ.
20 d.l. ſtipulatio iſta.§. cũ verò.& §.ſeq. Soci. Mod.d. l.ii.ſ. eod.
21 d.l.ſtipulatio.§.j.verb.diſtractum.l.cũ fundo. de ſeruit.præd.
22 arg.l.quoties.ſ.eod.d.§. cum verò.& ſeq.
23 l.tutores.§.j.de ad.tut.
24 d.l.ſtip.§.hæc quoque.
25 l.ſi quis operas.l.cũ patronus.§.j.de op.lib.
26 d.l.placet.de acqui.hæred.d.§.nos autem.l.ſi tibi. §.ſi pactus.de pact.
27 l.filiæ.j. C.de coll. l. tamen.xv.de don.cau.mortis. Ioã.And.Spec.de inſtr.ædi. §.porro.verſic. quid ſi filiuſ.
28 §.ſed cũ factũ.inſtit.de ſtip.ſer. d.§.ei vero qui.
29 l.denique.in fi.ex quib. cau.mat. l.ij.ad maced.Bar. l.ſi maritus. §. legis Iuliæ. de adult.
30 in j.part.legis.
31 in vlt.par.leg.
32 d.§.& hæredi.§.nos autem.§.deinceps. in authen. de nupt.
33 d. l. vxorem. §.in teſtamento.de leg.iij.
34 l.ſi legati.ſ.de pign.
35 l.cum oportet. C.de bo. quæ lib.
36 Doct.l.ij.C. eo. & l.Dominus.ſ.eo.
37 gl.d.l.cum oportet.
38 gl.d.l.ſi tibi.§.ſi pactus.

quæ ſententia vt Alex.hîc ait communiter videtur recepta Iaſ.tamẽ pleriſque aliis aucto-
ribus innixus cenſuit,vt ſtipulatio valeat interpretandum eſſe tanquam filio nõ tanquam
extraneo ſtipulatum videri patrem,vt affectio ſanguinis propter obſequia & merita aucta
credatur [1]. quæ ſententia probabilis humaniſsimáque eſt, ne alioquin affirmatio merito-
rum quæ augere vim donationis debuit [2],eam infirmet minúſq; alligẽt duo vincula quàm
vnum [3],quod Bal.Imol.Raph.Caſtr.& Aret.itémque Beſutius hîc cenſuerũt [4].híncque in-
fertur,ſi pater ſtipulatus ſit domum in ſolo ſuo ipſi filio fabricari,ídque propter filij merita,
cenſeri ius hoc aduentitiũ,valebítque ſtipulatio [5],& patri remanebit ſolũ,filio quæſita cen
ſebitur ſuperficies [6].quòd ſi in ſolo filij domus ædificetur,non eſt dubitandũ tam domum,
quàm ſolũ iure proprietatis ad filium pertinere:cedit enim ſuperficies ſolo [7] ,quod hîc Iaſ.
latiùs explicat.Sed quid,ſi † pater filio ſtipuletur in tempus quo ſui iuris erit?& conſtat legi 19
noſtræ locũ non eſſe,& nihil patri acquiri,ſed filio,vbi euenerit conditio [8].ait enim lex vti
lem actionem filiæ dari,etiam ſi patri hæres non fuerit.Vnde apparet cenſeri tunc patrem
filio,non vt hæredi,ſed vt filio eſſe ſtipulatum.Idem,quotieſcunque aliquid filio ſtipuletur,
quod non niſi vt filio pertinere ad eum poſsit [9] .Vnde infert Bart.vt ſi pater † adeptus ab 20
eccleſia ſit emphyteuticũ fundum pro ſe & filiis,cùm filij non niſi poſt mortem patris ad-
mittantur [10],cenſebuntur vocati tanquã filij,& poterunt hæreditatem patris ſeu etiam bo-
na paterna repudiare,& emphyteuſin ex contractu paterno habere.huiuſmodi enim em-
phyteuſis ad extraneos hæredes tranſire nõ poteſt [11],& bonorũ paternorum appellatione
non continetur,cũ de eis diſponere pater nequeat,& filij iure proprio ex contractu ſibi ac-
quiſito ea habeant [12],ídque ab ipſa eccleſia non à patre,vt receptior ſe habet ſententia [13].
Vnde ſi pater vellet vni ex filiis totam * emphyteuſin prælegare,receptior eſt opinio non 21
eſſe ei hoc permittendũ [14],ne vt illis actio filiis acquiſita abſque eorum cõſenſu tollatur [15].
nam & idem videmus receptum in beneficiario fundo eſſe,qui patri & eius filiis conceſſus
ſit [16]:Fuêre tamen,qui aduerſarẽtur, vt contrariã ſententiam plurimis rationibus adſtrue-
rent vt Spec.Bal.Caſt.Imol.quibus & hic & alibi à recẽtioribus reſponſum extat [17] .Sed &
ſocinus poſſe patrem vni totũ legare cenſuit [18]. Quæ ſententia † probabilis eſt cũ cæteri I.
filij conſenſerint [19] , vt quia rem ſibi in eius compenſationem relictam acceptauerint [20]. 22
Idem videtur,ſi antequã filij patris contractum approbaſſent,pater ſententiam reuoca II.
uerit [21] , quod aliqui tradiderunt .Sed & hoc dubium eſt,ſubeſt enim ratio acquiſitæ vtilis
actionis quę auferri eis non poteſt [22].Quæ acquiſitio videtur ſtatim & ipſo iure fieri cum
auctoritate [23].Ego antequam filij nati ſint,reuocari poſſe arbitror cum iis qui nondum na-
ti aut concepti ſunt,nulla vtilis actio cõpetat.Si verò iam nati ſunt, ſubeſt ratio probatio-
nis. Idẽ quoque alij exiſtimant,ſi pater propria pecunia ex cauſa profectitia tale ius pro III.
ſe & filiis acquiſiuerit [24].videtur enim filiorum mentionem feciſſe,vt ceu ex cauſa peculij
profectitij haberent [25]:quod conſtat adimi arbitrio patris poſſe [26],ídque & Socinus reſpon
dit.quod tamen ego non temere affirmauerim [27]. Illud certius eſt in feudo nouo hoc de- IIII.
fendi poſſe:quia in tali ſicut delictum patris noceret filio,ita & pactio nocere debet [28],quod
And.ſic reſpondit,ſicq; nouũ ab antiquo diſtinguẽdum cenſet [29].etenim nouũ feudum ad
filios tanquam hæredes pertinet,qui factum patris obſeruare debent ,vt infra dicã. Sed V.
quid,ſi pater de conſenſu ipſius Domini reuocauit,& videretur valere,quia ſi habent filij à
Domino per mortis cauſa capionem [30],debet ei licere reuocare,vel aliam formã conceſ-
ſioni dare,quod aliqui cenſuerunt [31].ego nec Domino quidem hoc tribuẽdum arbitror,vt
ius filiorum infirmet [32] .forte nec ipſi Imperatori in terris fœderatis per pacem Conſtan-
tiæ [33] .nec enim in eis poteſt vti clauſula ſupremæ poteſtatis vel auferre ius tertij [34] :alli-
gatur,enim proprio contractu [35].Sanè & receptior eſt ſententia,filium,qui mala mente ex-
hæredatus ſit,ab huiuſmodi emphyteuſi ſummouendum eſſe,quod Bar.tradit,& exemplo
operarum Alex.hîc defendit [36],licet aliter Saliceto viſum ſit,cũ talis exhæredatio,conſoli
dationem dotis in filia non impediat [37],ſed potentius eſt filiæ ius,etiam viuẽte patre in do-
te,quàm in hac emphyteuſi. Cæterùm,ſi emphyteuſis † pro ſe,& filiis,& hæredibus ac- VI.
cepta fuerit,dubiũ non eſt,vni tantùm relinqui poſſe:quia cenſetur hęreditaria,& ex bonis 23
patris accipitur.quod Iaſ.tradidit [38],receptiſsimúmque eſt:dictio enim,*Et hæredibus*.coniun
ctim accipitur,vt non ſufficiat eſſe filiũ,niſi etiam ſit hæres,quod Bar.tradidit,& receptius
eſt [39].cùm enim in dubio quis pręſumatur filio tanquam hæredi ſtipulatus,vt infrà videbi-
mus,in ſupraſcripto caſu ( vt expreſsio hæredis aliquid operetur ) intelligemus rẽ alioqui
non tranſmiſsibilẽ in hæredes,factam eſſe hæreditariam,nec filiis permittemus,vt emphy-
teuſin habeant,niſi & iidẽ ſint hęredes ſaltẽ particulariter inſtituti [40]. Sed quid ſi conce- I.
pta ſint verba,*Pro ſe,& hæredibus?*& Caſtr.credidit de hæredibus ſanguinis intelligendũ [41].
quæ ſententia recepta nõ eſt ne omnino à proprietate dictionis, *Hæredibus*.recedamus.ipſo
etiam Caſtren.auctore,qui alibi contrarium reſpondit [42] .Idque maximè in feudis dicen- II.
dum [43]. Quid ſi dictum ſit,*Pro ſe, & ſuis*?& vario modo * poſſunt hæc verba intelligi [44], 24
tamen

1 l.tutor.§.quę tutorib.vbi Bal.de exe.tut.
2 gloſ.l. ſi donatione.C.de collat.
3 authen.itaque.C.com.de ſuc.
4 gl.l.iij.§.ſi emancipatus. de contratab.
5 gl.hic.in fin.
6 l.j.de ſuperfic.
7 l.ij.C.de rei vend.
8 l.quodcunque.§.j.ſ.eod. vbi dixi.
9 l.vt iuriſ.§.ſi liberi. de ope.lib.
10 l.gallus.§.j.de liberis & poſt.vbi dixi.
11 §.emphyteuſin. in auth. de non alien.
12 Iaſ.d.l. Gallus.§.j. Deci. d.l.ſi nõ.§.libertus.de cõdi. inde.
13 Bart.l.mortis cauſa capimus.de don.cau.mort.Cor. cõſi.xxxviij.iij. Dec.clxxxv.
14 Bar.d. §.ſi liberi. Deci. ccclxxxix.
15 l. id quod noſtrum. de reg.iur.
16 c.j. de ſuc. feu.in prin.
17 Alex.conſi.xij.v. Cor.lj.
18 arg.l.iij.C. de ſecũ.nup.
19 c.j.de al.feud.pat.
20 l.cum à matre.C.de rei vind.Bart.d.§.ſi liberi.
21 l.iij.de ſer.expor.
22 Alex.conſi.ciiij.
23 l.fiat.gl.l.j.de iis q ſunt ſui.dixi.§.ſi nummos.
24 Bald.auth.ſi quas.C.de ſac.ſan.eccle.
25 l.v.de iur.dot.
26 l.cum dominus.§.filius. de pec.leg.
27 l.quodcunque.§.j.
28 c.j.ſi de feu.def.cont.
29 Alex.conſi. liiij.
30 c.j.de duob.frat.
31 d.l.mortis.vbi Bart.& d. l.ſi mihi & Titio.d.c.j.de al. feu.pat.
32 d.c.j.de al.feud. pat.
33 extrauag. de pace conſtant.
34 l.non dubito.de capt.
35 d.c.j.de fid.inſtr.
36 l.ſi operarum.de op.lib. Bar.d.§.ſi liberi. Ang.d.§.ſi pactus.
37 l.j.§.videamns.vbi Sali. C.de rei vx.act.
38 Iaſ.l.ij.ad ſi.C.đ iu.emp. Alexã.conſi. xxviij.& cxiij. in v.
39 Bar.d.§.ſi liberi.
40 Bar.d.§.ſi liberi.
41 Paul.d.l.ex facto.§.ſi.ad Trebel. Iaſ. d. §.l. libertus. Treb.d.c.j.An.Agnat.
42 Conſil.xcii.in fin.in ij. d.l.ſi mihi & Titio.
43 d.c.j.Ang. Agna.
44 l.ſi fœmina.C.ad Turp.



tamen ſatiùs eſt de hæredibus actum credere ídque etiam extraneis ſi ſubiecta materia pa
tiatur quòd Iaſ.tradit & Imol.ex facto reſpondit [1] ,Bartolus vero hæredes intelligi ait,ſed
ſanguinis,non autem extraneos [2] ,cuius ſententia propter conſuetudinem ruſticorum,&
alias coniecturas in caſu ſuo eſt vera.Illud tamẽ conſtat feudum pro ſe,& ſuis acceptũ hæ-
reditarium eſſe [3].qua de re nos infrà.Sed quid ſi dictum ſit,*Concedo pro te,& hæredibus maſculis?*
& Ray.For.diſputauit dictionem illam,*Hæredibus*.de filiis ſpecialiter accipi [4]:quæ ſententia
receptiſsima eſt , quando dictio, *Maſculis*.arguit affectionem prolis maſculinæ,quæ verſus
extraneos non eſt [5].Sed an oportebit tali caſu filium eũdem,& hæredem eſſe?& non vide-
retur. cùm enim ſoli maſculi vocentur,apparet nõ habitã rationem ſucceſsionis,ad quam
æqualiter iure noſtro maſculi cùm fœminis ad emphyteuſin vocentur [6],merito igitur talis
conceſsio cenſebitur non eſſe hæreditaria,& tali caſu potuiſſet rectè loqui Decius [7].quod
& Afflictus ſcripſit [8],verúmque id eſt in emphyteuſi eccleſiæ,in qua tam maſculis quã fœ-
minis patet locus.Sed in feudo ſupraſcripta ratio non procedit,& ideo non pauci ab hac
ſententia diffident,quoniam quando dictum eſt, *Concedo feudum pro te,& hæredibus*.intelligi-
tur,id eſt,filiis,qui tamen ſint hæredes [9]:& illa dictio, *Maſculis*.( quod ad hãc rem pertinet )
nihil mutat.Nam & aliquando ipſe Decius diuerſa videtur ſenſiſſe vt conceſsio facta hæ-
redi maſculo intelligatur,filio , ſi hæres fuerit [10] .videtúrque hæc ſententia eſſe receptior
25 vt apud recentiores eſt relatum [11].Ego † diſtinguendum arbitror,an mentio hæredis ma-
ſculi facta ſit ob affectionem concedentis,& verior ſit prior ſententia,vt tale ius non cen-
ſeatur hæreditarium,ſicut cùm ſocer donat genero,& eius hęredibus maſculis [12] .par enim
eſt aui materni affectio in nepotes ſiue ſint hæredes patri ſiue non ſint,vel cùm teſtator re-
liquit Titio,& eius filiis & hæredibus prohibétque alienationem Titio.Apparet enim vo-
luiſſe conſulere filiis,qui ſi non admitterentur niſi tanquam,hæredes ratam habere aliena
tionem cogerentur aduerſus teſtatoris voluntatem,quod idẽ Decius reſpondit [13].Idémque
in feudis dicendum,quãdo apparet receſſum eſſe à regula ſucceſsionis,vt quia dictum eſt,
*Concedo tibi,& hæredibus tuis*.Ita quod primigenius ſemper præferatur,In ſucceſsione enim
26 paterna non eſt locus tali pręlationi [14].Aut facta † eſt conceſsio ob merita patris,tunc non
admittentur filij niſi ſint hæredes:& cenſebitur feudum hæreditariũ,quod & in dubio pręſ-
ſumitur etiam ſi mentio hæredum facta nõ ſit,multò magis ſi ſit facta,vel ſit dictum,*Pro ſe
hæredibus aut ſucceſſoribus*.quod Ang.reſpondit [15].vel ſi dictum ſit,*Pro ſe & hæredibus legitimis* [16].
vel,*Pro ſe,& ſuis*.intelligitur hæredibus,quod ſuprà dixi.Nec refert , quòd adiiciatur,cauſa
quę ſignificet habitum fuiſſe reſpectũ ad proſapiam & nobilitatem generis,nõ ideo infer-
tur quin oporteat tum eſſe hæredes.Sed rurſus,quid dicẽdum,ſi ſcriptum ſit,*Concedo emphy-
teuſin pro te & duobus tuis hæredibus,filiis aut nepotibus*.& videretur admitti filios,aut nepotes,etiã
ſi non ſint hæredes.His enim verbis vtitur Iuſtinianus in cõceſsione,quã eccleſiæ facit [17]:
& tamẽ receptiſsima eſt ſententia,in emphyteuſin eccleſiæ non eſſe neceſſarium,vt filius
ſit hæres patri.Hæc [18] ergo dictio,*Hæredibus*.præcedens reſtringitur ad hæreditatem ſan-
guinis propter ſubſequentia verba,*Filiis,aut nepotibus* [19] .Sed tamen contraria ſententia eſt
receptior,vt ea verborum forma oporteat filios omnino hæredes eſſe , quod Bartol.Bald.
Alexand.cenſuerunt [20],ſecùs,ſi dictio,*Hæredes*.adiecta non ſit : quæ ſententia ſat probabi-
lis eſt,duæ enim ſolutiones hîc à Iaſone relatæ ſatis friuolæ ſunt. Sed cur feudum mihi ſim
27 pliciter conceſſum,in filium meum † nõ tranſit,niſi idem quoque ſit hæres [21]:& tamen em-
phyteuſis ab eccleſia pro me ſimpliciter accepta poteſt à filio retineri,& citra nomen hære
dis [22].& Bart.non ſubeſſe certam rationem credit,ſed id totum conſuetudini quę in feudis
locum habet,tribuit:& alij nullam ſubeſſe rationẽ diuerſitatis exiſtiment:ideóque emphy-
teuſin hanc tanquam hæredibus deberi nõ tanquam filiis cenſuerunt vt Iac.Beſu. [23] Raph.
& Aret.hîc nec enim aliqua lege hæc Bartoli ſententia ſatis probatur [24]:& exemplum ope-
rarum liberti ſpeciali ratione innititur,& lex Iuſtiniani tanquam hæredibus concedi em-
phyteuſin, ſatis aperte indicat [25] .Sed aduerſus hos ſtat communis ſententiæ auctoritas.
vnde verius videtur non abſque ratione id inductũ eſſe. Eccleſia enim emphyteuſin con-
cedit,vt Canonem annuum cõſequatur ſpe conſolidationis ſalua:non ergo tunc agitur vt
filij tanquam hæredes ſuccedant:cũ accipiendo rem emphyteuticam ratum patris contra-
ctum habeant,& ad canonẽ obligentur [26] : at feudũ principis beneficio cõceditur,ob clien
tis merita:ſupra autẽ vidimus,quòd ob merita acquiritur,aduẽtitij peculij eſſe , vnde filius
clientis tanquam partem hæreditatis paternæ beneficiũ tale conſequetur,meritò oportet
hæredem eſſe [27]:niſi tamen alia appareat patris ſententia:vt quia pro ſe,& filiis acceperit,
nec hæredes dixerit.Idem,etiam ſi hæredes dixiſſet,ſed ex probabilibus cõiecturis conſta-
ret de hęredibus ſanguinis ſimpliciter intellexiſſe [28]:cuius ſignificationis aliqua ſunt exẽpla
alibi explicãda [29].& hæc quidẽ in his procedunt,quæ ad extraneos tranſmitti non poſſunt,
28 ſed ad filios pertinent.Quòd ſi pater filiis † ſit aliquid ſui natura ad hæredes trãſitoriũ ſtipu
latus,receptiſsima eſt opinio cẽſeri tanquã hæredibus ſtipulatum eſſe [30]:vt magis ſecũdum
ius

1 Iaſ. d.l. Gallus.§.etiam. Imol.hic.& conſil.xxj.
2 Bart.conſil.lij.
3 d.cap.j. an agn. vbi Bald. & Iſern.
4 capit. j. de eo qui ſibi & hæred.
5 Bald. l. Caius.ſolt. matr. d.§.etiam ſi parenti. Alexã. conſil.cv.in princ.
6 l. maximum vitiũ. C.de lib.præt.Bart.d.§.ſi lib.
7 cõſi.clxxxv.& cõſ.cccxcv.
8 Deciſ.Neap.cxl.
9 d.ca.j.an agn.cap.j.§.i.de ſucc.feud.vbi Iſer.Alexand. conſil. cxiij. in iij.& conſil. cxxiiij.in iiij.conſi.xix.in v.
10 d.conſil.lxxviij.
11 Bald. conſil. cccxxvj. & cccxxviii.ij. Card.d.capit.j. an agnat. ubi. d.l.Gallus. §.j.chart.xix.
12 Dec.conſil.ccxxxix.
13 conſil.xxxviij.
14 ca.quam periculoſum. vij.quæſt.j.ca.j.an agnãti.in vſib.feud.
15 Angel. conſil. clxxxiiij. Curt.Inn.conſil.lxxxij.
16 Alexand. conſil. cxiij.& cxxiiij.& xxvj. in v.
17 § emphyteuſin. in aut. de non alien.
18 Bart.d.§.ſi liberi.
19 l. ſed & poſteriores. de legi. l. mulieri. de cond. & demonſt.
20 Bart.d.§.ſi liberi. Bald. l.liberi.C.de oper.lib.,Alexand.hic.
21 d.c.j. an agn. gloſſ.ca.j. quib.mod.feud.
22 d.§.emphyteuſin.
23 in d.§.emphyteuſin.
24 Bart.d.§.ſi liberi.
25 d.§.emphyteuſin.
26 l. Caius. de manumiſ.l. ſin.C.ad Maced.Imol.& Alexand. hic & j. l.ſeq. §. qui fundum.
27 Bald.Iſer. doct.d. c.j.an agn.Iaſ.hic.
28 d.l.ex facto.§. ſi.ad Trebell.Bart.d.conſil.lij.
29 d.l.Gallus.§.etiam.
30 Glo.d.§.ſi pactus.

ius communeſtipulatus videatur,per quod vnicuique licitum eſt hæredi ſuo acquirere[1].
quàm ſecundum ius proprium ciuium Romanorum[2],quo propter patriã poteſtatem filiis
ſtipulari poſſunt[3],vtque filij tanquã hæredes actiones potius directas moueant,quàm vti-
les[4].conuenítque hæc interpretatio magis menti paternæ[5],conuenit & honori,vt pater
hæredem habeat[6],conuenit & ſaluti animæ,vt patris conſcientiam filius exoneret,&
æs alienum patris diſſoluat[7].vnde & in feudo ſimpliciter accepto ſuprà vidimus non ad-
mitti filium,niſi ſit hæres[8],vtilior quoque eſt ipſi concedenti,vt niſi filij ſint hæredes,reuer
tatur res ad dominũ:quo caſu iure clientis finito,ex meliorationibus ſatis faciendum erit
creditoribus[9],nec locupletabitur aliquis cũ aliena iactura[10].Cæterùm ex ſuperiùs dictis
conſequens eſt,vt filiorum mẽtio in contractu non maioris ſit momenti,quàm hęredum[11].
vnde & ſi inſtitutos proponamus filios vnà cũ extraneis,admittẽtur ſimul propter vim co-
pulæ,omnes pro portionibus hæreditariis[12],nec præferentur filij,quicquid hîc Alex.tradi-
derit[13]: cuius ſententia ſolum procederet in re ad extraneos non tranſitoria.Idem dicen-
dum,ſi ſolos extraneos inſtitutos ponamus: illi enim ſuccedent, filij excludentur[14], quod
Imol.hîc & Alex.aduerſus Salic.rectè exiſtimant.Nec me mouet,quod aduerſus ſupraſcri-
ptà concluſionem adducit hîc Imola:ait enim,ſi pater cenſeretur filio tanquã hæredi ſtipu
latus,appellatione filii in cõtractibus veniret nepos[15],quod tamẽ Bar.negat[16].ſed reſpon-
de,verum eſt non venire appellatione filij,ſed venit ex nomine hæredis,tacitè ſubintelle-
cto,nec enim loquitur Bart.quando nomen filij pro ſuperuacuo adiectum eſt. Addũt † ta- VI.
men hîc Doctores duos caſus,quibus pater non cẽſetur filio ſtipulari tanquam hęredi.Pri- 29
mus eſt,cùm pater ſtipulatur filio tanquam extraneo,tunc ſtipulatio non valet[17]:nec regu
læ legis noſtre eſt locus,vt cùm quis paciſcitur,ne à ſe,néue à filio petatur:pactũ enim iſtud
cohæret perſonæ,& aliud eſt à ſe, peti, aliud ab hærede[18].meritò non valet huiuſmodi pa-
ctum:ſicut nec in lege noſtra ſtipulatio,vt filio tenere liceat,niſi tamẽ,quatenus patris tem-
pore contractus intereſſet[19].aliàs ex poſtfacto non confirmatur, quod à principio nullum
eſt[20].Item niſi ſtipularetur pater rem non peti, quæ à filio ſuo tanquam hærede aliàs peti
potuiſſet,veriſimile eſt tunc tanquam hæredi ſtipulatũ fuiſſe[21]. Alius eſt caſus,cùm ſtipu II.
latur filio ſuo dari poſt mortem,cũ enim nihil ſibi dandum ſit, ſed obligatio poſt mortem
incipiat,non videtur tanquam hæredi ſtipulatus[22].Sed tali caſu facto patris quęritur actio
vtilis filio[23].Vnde inferri poteſt valere donationẽ quã pater filiofa.facit adiecta conditio-
ne poſt mortem ſuam[24].cũ enim tali tẽpore non ſit in poteſtate,ceſſant regulæ quæ dona-
tioni aduerſabantur,& ſicut poteſt pater rem alienam in tale tempus filio ſtipulari[25],mul-
tomagis ſuum:& ideo talis donatio non conferetur.Idémque cùm quis nomine filiæ ſuę res
emit quia enim ſe viuo filio eum eſt incapax,videtur poſt mortem donaſſe, ideóque filium
præcipuas habet[26].quòd ſi donatio poſt mortẽ collata[27] ſit,ſed pręſens fuerit,conſtat non
valere adeo,vt nec morte donantis confirmetur[28],niſi acceſſerit traditio,tunc enim con-
firmatur[29],& confirmatio recte trahit ad tempus rei traditæ[30].Sed ſi res donata & tradi-
ta eſſet alicuius ceſſat æquitas,quę fictionem retrotractionis ſuſtinebat[31].ſed nos huiuſmo-
di caſus & plures alios nos alibi commodius explicauimus. Sed quid ſi pater filio eman VII.
cipato ſtipuletur?& in iis quæ filio quæruntur tanquam filio, credendum eſt valere ſtipu-
lationem,vt in operis libertorum[32].Idem quandoque fauore dotis conſiliorum[33].Bartol.
tamen & cæteri generaliter permittendum id patri exiſtimant propter præcedentis patrię
poteſtatis reliquias[34]:at Pet.Beſ.non tantum reliquiis hiſce,ſicut rectæ cœnæ tribuendum
cenſet,eſt enim emancipatus patri ſuo extraneus[35],nec votũ patris,quo velit acquirere fi-
lio,ſufficit,niſi tempore apto hoc faciat,quam ſententiam & ego ſuprà ſum ſecutus[36].Nec
mouet quod poſsit pater filio ſtipulari in caſum quo ſit extra poteſtatem, quia ſat eſt tem-
pore ſtipulationis eum eſſe in poteſtate cùm in acquiſitionibus ad initium attendamus[37],
& facilius ſuſtinetur ſtipulatio quando alterum extremum repugnat, quam quandoque
vtrunque[38].vnde quod inquit Bart.in pari cauſa eſſe,quod tempore non apto fit, & quod
in tempus minùs idoneum confertur[39],nõ procedit,cùm cõfertur in tempus ſola quadam
ex benignitate idoneum[40],vt in caſu noſtro eſt,in quo lex ob hanc cauſam vtilem actio-
nem decernit[41],nec enim fit extenſio,quando vtrunque tempus aptum non eſt,ne ſcilicet,
quæ à iuris noſtri orbita recedunt, extendantur[42]. Sed quid in caſu contrario dicemus?
an filius emancipatus patri ſuo ſtipulari poterit? & omnes fatentur non poſſe[43], ſicut nec
libertus, quia extra domini poteſtatem factus eſt, illi ſtipulari poteſt[44]. Nec obſtat quod
ſuprà cenſuerit Bartolus patrem poſſe emancipato ſtipulari,quia reſpondent doctores vo
tum patris eſſe, vt filio acquirat, non contrá[45]. quæ ratio friuola eſt: nec enim deſiderium
cuiuſquam aduerſus iuris regulas adtenditur[46]: vnde ſatiùs eſt credere nec patri quidem
permitti, vt emancipato filio ſtipuletur, quando de poteſtate exiit quæ patria, vel domi-
nica poteſtas huius acquiſitionis eſt cardo[47].Sed an pater filio monacho ſtipulabitur? &
poſſe receptum eſt,nec enim monachus deſinit in poteſtate patris eorum reſpectu eſſe,quę
ſuam

1 l.ſi pactum.ſ.de probat. l.veteris.C.eod.
2 inſtit.de patr.pot.
3 d.§.ei,qui.
4 d.l.quodcunque.
5 l.ſcripto.in fi.vnde lib.
6 §.valde.Inſt.ex quib.cau.man.
7 c.tua.de vſur.ij.
8 d.c.j.an Agnat.
9 c.j.§.ſi vaſallus.hîc fini.lex.
10 Alexã.cõſi.cxxij.in ij.
11 l.eum qui ita.§.j.ſ.eo.
12 c.Rainaldus.de teſta.
13 Bal.l.j.C.de iur.emphy.
14 Bar,d.§,ſi liberi.
15 d.l.tale.§.fi.
16 Bar.l.liberorũ.de verbo.ſigni.
17 d.l.ſi tibi.§.ſi pactus.
18 l.qui in futurum.§.j.eo.titu.
19 d.§.nos autem.
20 d.l.ſtip.§.alteri.vbi dixi.
21 l.auus.de pact.
22 d.l.quodcunque.§.j.
23 l.ſi ita.de pa.do.
24 l.ſi.donatione.j.C.de col latio.
25 l.frater à fratre. de con. indebiti.
26 l.filius cuius.fami.erciſ.
27 d.l.quodcunque.§.j.
28 l. Papinianus. de dona. inter vir.
29 l.ij.C.de inoffi.donat.
30 l.antep.C.de dona.inter vir.l.ſequens.de leg.ij.
31 l.j.§.ſi pater.pro dona.
32 d.l.vt iuriſiurandi.
33 l.Caius.ſoluto matri.
34 l.talem.de hęred.inſtit.
35 l.j.C.de rei vx.
36 l.ſi genero.C.de iur.do.
37 l.ſi filius.ſ.eo.
38 l.ſi familia.de iuriſ.om.iud.
39 l.quod ſpõſæ.C.de don.ante nup.
40 gl.l.illa inſtitutio.ſ.de hæred.inſtit.
41 d.l.quodcunque.§.j.
42 c.quæ à iure.de reg.iur.in vj.
43 l.debitor.§.fi.ad Treb.
44 §.Chryſogonus.l.ſi ita.ſ.eo.
45 d.l ſcripto.in fi.
46 d.l.ſi genero.
47 Bal.l.executorem filius.C.de exe.rei iudic.



ſuam vtilitatẽ reſpiciunt[1]:licet aliàs cenſeatur in poteſtatẽ abbatis tranſire[2]: nec refert,
quod acquiratur tunc non ipſi,ſed potiùs monaſterio,nam & pater,qui operas libertorum
ſtipulari filio poteſt,vt ſupra vidimus,id ipſum facit,etiam ſi alteri vtilitas quæratur, puta
VIII. patri adoptiuo[3]. Sed quid in matre,nunquid lex noſtra tali caſu procedet?etiam cõſtat
non procedere,nec enim mater ſtipulari filio poteſt[4]:ſicut nec è contrario filius ſtipulatur
30 matri[5],niſi † tamen in iis caſibus quibus etiam extraneus alteri ſtipulari poſſet,puta fauo-
re dotis[6],vt aliqui ſentiunt,& nos ſupra diximus: vel quando mater ſtipularetur filio ſuper
re ipſius matris,& quæ ſua permanet[7].Idẽ ſi in caſu ſtipularetur,quo iam ſua eſſet[8],vt cùm
emphyteuſin pro ſe & ſuis filiis accipit:intelligitur enim primũ pro ſe accipere,deinde poſt
mortem ſuam pro filiis[9].ſtipulatur ergo filiis rem in id tempus, quo ſua eſſe deſinat, vt hic
Iaſ.ait.Cæterum hac in re perpendendi ſunt duo caſus.Primus,cùm emphyteuſis hæc eſt à
priuato accepta,& ideo tranſmitti in quoſcunque hęredes poteſt,& tunc,vt ſuprà diximus,
videtur filiis tanquam hæredibus ſtipulata,& huiuſmodi filiorum mentio pro ſuperuacua
31 eſt[10].Alter † eſt in emphyteuſi eccleſiaſtica,in qua filiis tanquam filiis ſtipulata cenſetur[11],
& tali caſu videtur permiſſum ei filiis ſtipulari,ſicut & pater filio emãcipato & in adoptio-
nem dato ſtipulatur[12]:nec enim hoc caſu quicquam ad patriã poteſtatem attẽdimus. Sanè
dubia eſt ſupraſcripta ratio,an videatur ſtipulari rem,quæ eſt ſua,filiis,quia cenſuit Ange.
Imol. Alex.Aret.Lancell.cũ quibuſdam aliis,tali caſu filios ſimul cũ matre admitti[13]:quia
non vt hæredes,ſed vt filij vocantur,à quibus tamen ego propter naturam emphyteuſeos,
quæ in duos deſcendẽtes poſt mortẽ primi emphyteutæ trãſit, hoc caſu diſſentio[14]. Quid
verò in beneficio clientelari ſit,alibi adtingitur[15], & quomodo illud per fratrem fratri ac-
IX. quiri valeat,ſuprà diſputauimus[16]. Poſtremùm dubitãt doctores,cùm † pater filio,& ne-
32 poti emphyteuſin vel quid ſimile ſtipulatur, an etiam iis ſtipulatus cenſeatur, qui poſt
mortem ſuam concepti ſint?videretur enim non cenſeri,quia tales nullo tempore coniun-
cti ſtipulatori fuiſſe exiſtimãtur,ideóque tanquã extranei ab hæreditate eius reiiciuntur[17],
quod Ang.Raph.Beſutiúſque hîc cenſuerunt.Sed tamen Bar.Imol. Alex.Iaſ. cæteriqúe re-
ceptiore calculo contrà: quoniam reſpectu legitimæ ſucceſsionis duntaxat pro nepotibus
non ſunt:eius enim dies à morte teſtatoris cedit[18].vnde ſi eo tempore nec nati, nec cõcepti
ſunt,excluduntur.Idémque reſpectu teſtamentariæ ſucceſsionis eſt dicendum:ſi enim filij,
vel nepotes purè inſtituti ſunt, non veniunt concepti poſt mortem teſtatoris, imò quod ad
eos adtinet, pro non ſcriptis ſunt[19], at in ſucceſsione conditionali non cedit dies à morte,
ſed ab euentu conditionis[20]: vnde ſatis eſt,ſi tali tempore nati,ſeu cõcepti ſint,quod etiam
in fideicommiſsis conditionalibus eſt receptum[21]:vnde in caſu noſtro cum ſtipulatio hæc
ordine ſucceſsiuo accipiatur[22],& habeat conditionem poſt proximioris mortem, ſatis eſt
eo tempore eſſe conceptum. Aut ergo ſtipulatus eſt pater filiis,& nepotibus tanquam hære
dibus, & clarum eſt nihil referre,quòd,viuo ſtipulatore,non ſint concepti:poteſt enim quis
ſtipulari hæredi ſuo & deinceps ſucceſsiuè, quamuis adhuc non ſint nati[23], aut ſtipulatus
eſt tanquam filiis,& tacita conditione poſt filiorum mortem nepotibus, & ſatis eſt ad tem-
pus euenientis conditionis adtendere, quod & in ſtipulatione operarum Paulus reſpondit
& certiſsimum eſt[24].

1 gl.§.j.auth.conſtit.quę de dig.Bar.
2 glo.l.ſi ex cauſa.§.papini anus.de min.
3 d.l.vt iuriſiurandi.§.fi.de op.liber.
4 l.pactum.l.pater.C.de pact.conuen.
5 d.l.debitor.§.fi.
6 l.Caius.ſol.mat.dixi.ſ.§.alteri.
7 l.Publia.in prin.depoſ.dixi.d.§.ſi nummos.
8 d.l.quod ſponſę.
9 d.l.Gallus.§.j.
10 l.tale pactum.in fin.de pact.l.eum qui ita.§.j.ſ.eo.
11 d.§.emphyteuſin. Bart.d.§.ſi liberi.
12 d.l.vt iuris.in fi.
13 Alex.d.§.j.verſic.& hoc puto.
14 d.§.emphyt.Bar.hic.
15 c.i.de feud.fœm.c.j.an maritus.
16 §.alteri.vbi dixi.
17 l.ſi Titius.de ſuis & legi.
18 Inſt.de hæred.ab int.in principio.
19 l.i.§.& cum triplici.de cad.tol.Dec.conſilio ccliij.
20 l.interuenit.de leg.pręſtit.l.eum qui poſt.de con.& dem.
21 Io.And.in ſpec.rubr.de teſta.Alex.conſi.xxvj.in iij.Dec.rubr.C.de ſucceſſ.edic.in principio.
22 d.l.Gallus.§.j.
23 l.hær dis.ſ.de verb.ſig.d.l.Gallus.§.etiã.l.eum qui ita.§.j.ſ.eodem.
24 l.Paulus.§.Paulus.j.de op.lib.Rom.ſing.ccxcv.Socinus conſilio x.in iii.Cror.rep §.diui.l.filiuſfa ff.de legatis j.

SVMMAE.

1 ☞ *Stipulatorem refert hæres.* 5 *Hæredes omiſſos non teneri. ex cauſis contrà. 6.*

LEX CXXXI.

1 IVLIANVS. Stipulatur † quis quandoque hæredi ſuo Titio quid
fieri, quandoque quid dari, ſi factum ſtipuletur,valet[25]: cùm enim facta
ſint indiuidua,quilibet hęredum in iis teſtatorem inſolidũ repręſentat[26].
vnde non poteſt videri aliqua ex parte extraneo ſtipulatus. Si verò dari
2 ſtipuletur,Titij mentio ſuperuacanea eſt[27]:quia obligatio dandi * inter
hæredes diuiditur pro hęreditariis portionibus. Sícq; Titius teſtatorem,
niſi pro rata parte,repręſentat[28], pro reliquis extraneus cenſetur, meritò non, niſi ratam
partem ipſe habebit,cohæredes reliquum,videbitúrque Titij facta mẽtio:quia cum ſolum
hæredem ſe habiturum crederet[29]. & hæc quidem diſtinctio ex parte ſtipulatoris eſt vera.
Sed quid ex parte promiſſoris, an poteſt quis vnum ex hæredibus duntaxat obligare?& in
obligatione dandi clarum eſt non poſſe:ſubeſt enim eadem ratio,quod ſuprà hęreditariam
3 portionem iſte extraneus eſt[30]. In obligatione verò faciendi, verius eſt * vnum tantum
obligari poſſe, ſi id actum ſit.hincque infertur ad legis noſtræ ſpeciem, *Promiſi neque per me*
*neque per Titium hæredem meum fieri quominus eas agas.* Titius impedit. an cæteri cohæredes ex
facto illius conuenientur? & hîc reſponſum eſt, conueniri, vt quatenus intereſt, quilibet

25 l.continuus.in fi.j.eo.l.auus.ſ.de pact.
26 l.in executione.§.quod ſi ſtipulatus.ſ.eo.
27 l.eum qui ita.§.j.ſ.eo.
28 l.cum à matre.C.de rei vend.
29 l.tale.in fi.de pact.
30 l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.de leg.iij.

 pro por-

pro portione hæreditaria,præſtet[1]: promiſit enim teſtator quòd Titius non faceret,quæ
obligatio inter hæredes reſpectu eius,quod intereſt, diuiditur[2].Sed quid ſi non Titius,ſed
alius cohæres impediat?an ex eius facto cõmittetur ſuprà ſcripta ſtipulatio?& Accur.ſentit
committi,tanquã Titij mentio ſit ſuperflua,quam ſententiã Dinus Iacob. Ang.Imol.Caſt.
probant,quoties Titij facta eſſet mentio: quia eum ſolũ teſtator credebat ſe hæredem ha-
biturum[3].ſed cũ in ſtipulationibus caſus * omiſſus pro omiſſo ſit[4],† verius eſt ſupraſcriptis 4
verbis cæteros non nominatos nõ teneri,vt Alex.& Iaſ.hîc tradunt,& Alibi Bar.ſenſit, & 5
non pauci alij[5]: & hoc in ſupraſcripta ſtipulatione, *Neque me neque hæredem meum*.quæ facti
eſt perſonæ cohæret,ad hæredémque nõ tranſit[6]. Quòd † ſi facti ſtipulatio ad hæredem I.
tranſmiſsibilis ſit,defendi alia ſententia poteſt,quia illa verba, *Neque me*.intelligẽtur & hæ- 6
redes meos[7].vnde vno impediente,cõmittetur ſtipulatio. Addit Paulus Caſt.ſi contra- II.
ctu bonæ fidei ſuprà ſcripta verborum forma cautũ ſit,ſolum Titiũ impedientẽ inſolidum
cõueniri poſſe,nec eius facto alios teneri[8].qua de re nos alibi loco ſuo. Addo ego Titium III.
etiam inſolidũ actione ex ſtipulatu conueniri poſſe[9]:quia ab eo incepit obligatio,licet co-
hæredes non niſi pro portione hæreditaria ipſi teneãtur: quia ex transfuſa à teſtatore obli
gatione ipſi conueniuntur,qua de re ſuprà[10].Cæterùm hac ex lege adnotandũ eſt,ſi aduer
ſus ſtipulationem perſona,de qua cautũ non ſit,faciat,eam non cõmitti[11]:quia caſus omiſ-
ſus pro omiſſo eſt[12], & quia vbi verba * deficiunt,ibi & diſpoſitio deficit[13], hîcque oritur 7
ſecundum Bal.illa cauſidicorum exceptio, *Si eſſem nominatus in inſtrumento &c.* quæ tamen in
hærede locum non habet[14],qui perſonam defuncti ſuſtinere creditur: Item nec in eo, qui
probabile ius prętendit,& ſua interſit[15].qua de re Iaſ.hic latiùs.

1 l.iiij.§.Cato.ſ.eo.
2 l.ſtipulationes non.verſi. Celſus.ſ.eo.
3 d.l.tale.in fi.
4 l.quicquid.ſ.eo.
5 Bar.d.l.continuus.§.fi.
6 l.ſi ſic.ſ.eo.l. ſtip.iſta.§.cũ verò.§.ſed ſi quis.ſ.eo.
7 l.ſi pactum.ſ.de probat. not.d.l.ſi ſic.
8 l.in depoſiti.ſ.depoſ.
9 l.hæredes.§. in ea.famil. erciſcũ.d.l.in executione.§. quod ſi ſtipulatus.
10 l.iiij.§.Cato.ſ.eod.
11 l.ſi binæ.ſ.de iniuſt.rup.
12 l.ſi cùm dotem.ſol.mat.
13 l.iiij.§. totiens. de dam. infect.
14 l.j.C. quorum lega. vbi Bal.d.l. poſtulante.ad Treb.
15 l.ſi cui legetur.de lega.j. vbi Bald.

SVMMAE.

4 ☞ *Cauere, qui ſoluit, cogendus. 5.*
6 *Arbitrariis, re ſoluta, intereſſe peti.*
8 *Soluto deteriorato, actionem pro contractu dari.*
9 *Rem viliorem & æſtimationem rectè peti.*
10 *Solutum, vt caueatur, petibile.*
11 *Cautionem, non rem, rectè peti.*
13 *Cautionis vtilitas multiplex.*
15 *Adiectum actione duplici conueniri: ex cauſis contrà. 18.*
17 *Adiectus non, niſi ſolutione, procurator ſit.*
19 *Donator non, niſi ex cauſis de euictione conueniendus. 21. 22.*
20 *Actionem vetitam natam valere.*
24 *Denuntiat ſucceſſor ſingularis.*

§.QVI FVNDVM. Qui ſpeciem * putà fundum adiecto ſoluerit,adhuc conueni- 1
ri ad eandem poteſt,vt euictionis cautionẽ præſtet:ſi tamen ſtipulatoris intereſt eam præ-
ſtari,vt quia adiecto non donauerit.Sed cùm fundus ſolutus ſit,nonne iam orta eſt eius ſo-
lutione liberatio[16]?quomodo ergo rurſus peti poteſt?& ſciendũ,eum, qui promittit * rem 2
dare,cenſeri promiſiſſe dominium transferre,ita,vt res euinci non poſsit[17],ídque etiam ſi
ex cauſa donationis promiſiſſet[18].quod autem debitor caueat,non verbis ſtipulationis in-
ducitur,ſed æquitate quadam,quæ officium iudicis * mercenariũ excitat,vt debitorem ad 3
id cogat:cùm ergo * iure actionis cogi ad præſtandã cautionem promiſſor non poſſet:quia 4
verbis ſtipulationis omiſſum hoc fuit[19],ſubſit tamẽ æquitas,maluit legiſlator permittere,
vt actio ad fundum inſtituatur,cui ſubſeruiẽs officiũ iudicis actori de cautione prouideat,
cùm alioquin huiuſmodi officium abſque actione non conſiſteret[20].atque ita Pet. Iac.Al-
ber.Caſtr.Alex.Iaſ.cenſuerunt,quæ ſententia nõ ſolum in ſtipulatione procedit,ſed etiam
in actione ex teſtamento[21].quæ licet quibuſdã caſibus inſtar bonæ fidei actionũ habeat[22],
quod tamen ad cautionem hanc pertinet, quæ extrinſecùs accidit,ſuam naturã ſeruat[23].
Hincque apparet * aliud fore,ſi ex contractu bonæ fidei hæc cautio eſſet præſtanda:tũc I.
enim non res peteretur,ſed actione ex illo contractu ageretur, vt cautio præſtaretur: non 5
enim officio iudicis tunc deberetur,ſed actionis iure[24].quæ ſentẽtia maximè in actione ex
vendito procedit,quæ facta ſolutione rei ſtatim extinguitur,vt ſuſcitari ampliùs nequeat:
cùm ea non ad dãdum ſed tradendũ ſit vt alibi Bar.[25] ſcripſit. In actionibus † quoque ar- II.
bitrariis:quia res certo loco ſoluta non ſit,mihi veriùs videtur ad id,quod interfuit tantum 6
agi,à reliquo verò liberationem obtigiſſe.& ideo totùm ampliùs peti non poſſe[26], tametſi
hac in re alij aliter aduerſus legis verba diſtinguant:arbitriũ enim * iudicis hoc caſu idem 7
operatur quod bonæ fidei natura[27]. Cæterùm † ſi non ideo agatur, quod cautũ non ſit, III.
ſed quia res deterior data ſit,in contractibus ſtricti iuris ſolet diſtingui,vt ſi dolo debitoris 8
id factũ ſit,actione de dolo agatur[28]:ſi culpa,actione in factũ[29].In contractibus verò bonæ
fidei,actione ex contractu res ipſa petatur[30].Quod & ad actionẽ ex teſtamento producũt.
quæ in hoc quoque naturã bonæ fidei imitatur[31]:quod hîc latiùs Alberic.diſputat,ſed cùm
hoc rei ipſius interiorẽ naturam reſpiciat,nõ autẽ quod extrinſecus accidit vt cautio, non
arbitror alieno loco hîc adtingendũ. Sed quid,cùm res debita † à die moræ vilior facta IIII.
eſt,an totam rẽ,ſeu æſtimationem petemus,an ſolũ rem,& quanti minoris res interim fa- 9
cta eſt?& Petrus Iac.& Alber.totam peti cenſuerunt,æſtimatio enim & ipſa extrà rem eſt.
& Bar.

16 Inſti.quib.mod.tol. obl. in princ.
17 l.ſi rem meam.ſ.de ſol.l. qui concubinam.§.ſi hæres. de leg.iij.
18 l.ij.C.de euict.
19 d.l.quicquid.ſ.eo.
20 l.iiij.depoſ.C.
21 l.etiam.de ſolut.
22 l.in minorum.C.de reſt. in inte.
23 l.fi.ad fi.de cõdi.ob tur. cau.
24 l.ex empto.§.etiã.ff.de act. emp.l.ij.ſ.de euict.l.qui rẽ. C.de euict.in glo.
25 Bart.l.ſi rem meam.l. ſi quis aliam. de ſolutio. l. Ariſto.§.j.de dona.
26 iij.§. Item Iulianus.de eo quod cer.loc.
27 §.præterea. Inſt. de act.
28 l.& eleganter.§.non ſolum.de dolo.
29 l.exhibitionis.C.ad exhiben.
30 l.iij.§.j. commod.l.j.§.ſi res.depo.
31 l. huiuſmodi.§. ædes. de leg.j.



V. & Bart.contrà:nempe damnum ipſum dũtaxat[1].qua de re nos alibi diſputauimus. Illud
10 magis ad rem facit.quod hîc Bart.tradit peti † quidẽ fundum ipſum, vt hîc dicitur,non vt
ſibi detur,cùm eum iam habeat,ſed adiecta clauſula, vt ſibi de euictione caueatur, quæ &
veterum opinio fuit[2].ne aliàs vnũ petatur aliud fiat,diſcrepétque à libello ſententia[3].Ego
ſatis eſſe arbitror,ſi in proſequutione cauſæ declaret actor ſe ea fine petere, vt cautionem
conſequatur[4],& ideo alibi lex ſimpliciter ait,rem repetendã, nec huius clauſulæ mentio-
VI. nem facit[5]. Sed pone aliquis cauſidicus † huius ſcrupuloſitatis ignarus porrexit iudici li
11 bellum,& rẽ non petiit,ſed ſimpliciter,vt cogeret reum ad cauendũ,an ſuſtinebitur inten-
tio?& videretur ſuſtineri ne ad formulas verborũ magis, quàm ad ius ipſum adtẽdamus[6].
Bart.tamen,& cæteri videntur aliud ſentire,quos ego minimè ſequerer, quoties vel ex re-
ſcripto principis,vel legis municipalis auctoritate iudex,facti veritate inſpecta,ius redde-
VII. re teneretur[7],nec enim ad huiuſmodi ambages eſſet attendendum. Sed cuius vtilitatis
erit hæc cautio:cũ enim is,qui dare promiſit,iuris diſpoſitione euictionem præſtare tenea-
tur[8],videtur fruſtrà agi vt caueat,cũ iam cautum ſit[9],maximè cũ hæc cautio citra fideiuſ-
12 ſionẽ præſtetur[10].reſpondent Imol.Alex.Iaſ.noſtra intereſſe plures habere * actiones[11].nã
13 & vtilis † eſt cautio,etiã ſi aliàs reus abſque ea fuiſſet obligatus[12]. ego in eo quoque vtilem
eſſe arbitror:quia hęc cautio cũ hypotheca bonorum fieri debet[13]:vnde ſemper actoris in-
tereſt habere pignus. In eo quoque vertitur vtilitas, quòd detrectante reo, cautionem fiet
ſtatim executio,cùm aliàs expectaretur tempus quo res euicta fuiſſet[14].
14 NAM INTEREST. Quod † ergo ſolutũ fuerit adiecto,poteſt actione mãdati ab
15 eo repeti,vnde apparet † adiectũ cenſeri ſtipulatoris procuratorem eſſe[15], quod doctores
intelligunt verum eſſe ſi adiectus ſtipulationi pręſens fuerit,præſentia enim & ſilentium ar
16 guunt tacitũ * mandatum[16].quod ſi abſens fuiſſe proponatur,tunc actione negotiorũ ge-
ſtorum potius conuenietur:quia lex ait adiectum non eſſe procuratorẽ[17].ſed cum lex gene
raliter loquatur,& adiectum actione mandati conueniri dicat,ídque & pleriſque aliis legi-
bus cautum ſit[18],non eſt hæc opinio facilè approbanda,vt meritò Mart.ſententia debeat
eſſe petior,quam Aret.Beſut.& Iaſ.hîc ſequuti ſunt[19].verum enim eſt adiectũ nõ eſſe pro-
17 curatorem,ſi principium adtendamus:at poſtquam † recepit pecuniam,cẽſetur fuiſſe pro-
curator:quia recipiẽdo,videtur approbare factum ſtipulatoris[20],ſicut ſuprà diximus, cùm
pater pro ſe,& filiis ſtipulatur emphyteuſin ab eccleſia,& filij hęreditatem patris repudiãt,
& emphyteuſin retinent,conuenientur actione perſonali ab eccleſia,tanquam pater pro-
curatorio nomine eorum contraxerit, ipsíq; raptũ habuerint,quod Imol. Alex.recentio-
réſque omnes tradiderunt.Et hæc quidem in dubio procedunt: nec enim accipitur ea con-
iectura,vt quis donare velit[21]. quòd ſi appareat id actum, vt donationis cauſa adiectum ſit
18 Titij nomen,tunc actione † mandati conueniri non poterit. quia donatarius non autem
procurator cenſebitur,& hoc caſu,quia non intereſt ſtipulatoris,nõ poterit agere,vt pro-
miſſor caueat hincque adnotant omnes, ſi res alicui ab emptore donata euincatur, actio-
nem de euictione aduerſus venditorem non concedi. Quod intelligendum, niſi † donato
19 huiuſmodi à conuentione cœpiſſet. cùm enim donans hoc caſu euictionem præſtet[22],
æquum eſt & illi aduerſus venditorem ſuccurri.Idem, ſi à traditione cœperit donatio ſed
actum ſit, vt donans euictionem præſtet[23].Idem quoque (inquit Iaſon) ſi ex cauſa remu
nerationis facta proponatur,tanquam interſit donantis ſalua eſſe hoc caſu iura ſua in ven-
ditorem[24].quæ cùm iam nata ſint,faciliùs conſeruantur,quàm à principio inducantur[25].
20 vnde † quamuis aliàs ex eo, quod adfectionis cauſa interſit,non detur actio[26], nec ideo
alteri ſtipulari quis poſsit[27]: tamen iam orta obligatio ſuſtinetur[28].& ita Iaſon ſenten-
tiam Bartoli,quæ & veterum fuit receptiſsimáque eſt, interpretatur. Sed illi donãti actio-
nem de euictione non concedunt, verùm donatario potiùs, cuius merita tali donatione
perſoluta cenſentur, ſicut & illi lex actionem mandati dat, non autem creditori, qui ac-
cepto tulit[29]. Et ideo conſequens eſſet non niſi eatenus dari hanc actionem, quatenus
meritorum æſtimatio compenſationi ſufficit[30], quod enim ſupra merita eſt,puræ,& ſim-
plicis donationis nomen habet[31]. Rurſus conſequens eſſet, vt idem quoque ſit, cùm em-
ptor alteri vendidit pro dato, & facto ſuo,& actum ſit,ne de euictione teneatur[32].quam-
21 uis enim nec quidem ad pretij reſtitutionem velit teneri[33], poterit † nihilominùs hic ſe-
cundus emptor aduerſus primum venditorem ex cauſa euictionis agere[34], vt quod in
donatario cauſa remunerationis operatur, id & numeratio pretij titulúſque oneroſus
poſsit. Quæ tamen omnia magis auctoritate doctorum, quàm certa lege probãtur: vt
enim ſingularis ſucceſſor primo actori denuntiare poſsit, lex ſibi ceſſas actiones eſſe
vult[35], hîc quoque non id quod donatarij intereſt perpenditur, ſed quod donantis, &
quidem non ex affectione, ſed quia fundum ſit recepturus. at vt fideiuſſor contra debi-
torem agat, ſatis eſt, ſi ſoluerit, & dicitur ſoluiſſe, cui merita compenſata ſunt[36].Subii-
22 cit ergo & certiùs Bart.tunc † donatario contra venditorem conſuli,cùm is donatarius à



1 l.vinum.vbi Bart.ſi cert. peta.
2 Cin.in d.l.exhibitionis.
3 l.vt fundus.com.diuid.
4 l.ſi quis intentione.de iu di.l.in delictis.§.ſi detracta. de noxa.
5 d.l.etiam. de ſolut.
6 l.j.C.de formul.
7 c.dilecti.de iudi. Alex.ſ. §.chryſogonus.Iaſ.l.certi cõditio.§.ſi nummos. ſi certũ peta.
8 d.l ſi rem.doct.d. l.ſi domus.§.j.de leg.j.
9 l.hæc ſtip.in fi. vt leg.no. ca.l.ſi vſusfruct⁹.§.denique. de vſufr.
10 l.ſancim⁹.C.de verb.ſig.
11 §.ſic itaque.inſt.de act.
12 gl.l.cogi.in prin.ad Tre. l.pen.C.depoſ.
13 l.filio.vt leg.no.Bart.l.ſi priùs.q.iij.ſ. de ope.no.vbi dixi.
14 l.ij.ſ.de euic.l.ex empto. §.fi.de act.emp.vbi Bart.
15 l.ſed & ſi quis.in princi. de vſufru.
16 l.qui patitur.ſ.manda.
17 l.vero.§.j.de ſolut.
18 l.qui res.§.qui ſtipulatur.in fi.eo.tit.§.ſi quis alij. inſtit.de inut.ſtip.
19 Paul. Caſtr.l. eũ,qui. in fi.ſ.eo.
20 l.fi.C.ad Maced.
21 l.cũ de indebito.de probat. Alberic.hic.
22 d.l.ij.C.de euict.l.Ariſt. §.j.vbi Bar.ff.de don.
23 Bart.d.l. Ariſto.§.j.
24 l.idémque.§.fi.manda.l. pater.ff.de euict.
25 l.patre. furioſo qui ſunt ſui.vel.
26 l.fideiuſſoris.ff.de pact.
27 l.quod dictũ.ſ.de pact.
28 l.in fundo.de rei vend.l. libertus qui.de bo.lib.l.ſi in emptione.de minorib.
29 d.l.idem.§.fi.
30 doct.l.ſi donatione.C.de coll.Dec.conſi.clxxiiij.
31 l.ſi ſponſus.verſi.enimuero.de dona.inter vir.
32 l.ſi ſeruus.de condi.furt. vbi doct.l.ſi cùm fundũ.de verb.ſig.
33 l.emptorem.in fi.de act. empt.
34 arg.d.l. idémque.in fin.
35 l.ſi res,quam à Titio. de euict.Dec.conſi.lxxiiij.
36 d.l.idem.in fi.

donante procurator in rem ſuam conſtitutus eſt, vt quia ius omne competens, & compe-
titurum in tali re, aut propter talem rem donauerit, vel ceſſerit[1]. habet enim ſingularis
ſucceſſor ius denuntiandi primo actori, cum ſibi à ſuo auctore ceſſum eſt nomen[2]. quod
communis habet ſententia & Alexander & Iaſon hîc probãt. Nec obſtat quòd in perſona
cedentis iſtud ius futurum ſit inutile, cùm ſua non interſit: quia ſatis eſt eſſe vtile in dona-
tario, cùm ſufficiat apud ceſsionarium purgatam eſſe cauſam, vnde actio cedenti inutilis
erat[3], maximè cum ius ipſum in perſona cedentis ſubeſſet, licet eius exercitatio impedi-
retur, vt aduerſus Raph. & Aretinus Iaſ. hîc docet. Quod tamen Ber. in ſtipulatione duplę
non procedere exiſtimat: cùm ea non committatur re ſingulari ſucceſſori euicta[4]. quia
talis ſtipulatio * non niſi ad hæredem tranſit, oportet ergo, vt committatur, vel ei, qui ſtipu 23
latus eſt, vel eius hæredi euictum eſſe: niſi euictione ſingulari ſucceſſori facta etiam ipſi eui-
ctum cẽſeatur, vt quia ius in re adhuc haberet, vt mulier in dote marito data[5], pater in dote
filiæ ad ſe quandoque reuerſura[6]. Sed nunquid † ſucceſſor ſingularis, cui ceſſa ſunt iura, po- 24
terit recta via denuntiare primo venditori? & non videtur: quia hodie excuſsio aduerſus
datorẽ ſuum præcedere debet[7]. Sed alij contrà, quando proximus auctor non eſt ſoluendo,
vel aliàs ipſe conueniri non poteſt, vt ſuprà dictũ eſt in donante, ſed verius eſt id iuris pro-
pter hypotecham huic concedi[8]: nec excuſsio hoc caſu erit neceſſaria, quam Iuſtinianus
pro pignorum poſſeſſoribus ad finiendas lites induxit. quæ ratio hoc caſu locum non ha-
bet quod Bartolus alibi docuit[9].

1 arg. d. l. ſi res quã à Titio.
2 Bal. l. j. C. de rerum pmut. l. j. C. de iur. dot.
3 l. cum is. de fideiuſ. l. & hærede. §. nos autẽ. de pact. vbi Iaſon.
4 l. ſi cum venditor. §. ſi ſecundus. de euict.
5 l. ſi pro re. §. j. de euict. l. quamuis in bonis. ꝺ iu. dot.
6 l. pater. de euict.
7 authenti. hoc ſi debitor. C. de pig. Cin. l. nomen. C. quæ res pig.
8 d. l. ſi res quam.
9 Bar. l. ſi cõuenerit. de pig. act.

## S V M M AE.

2 ☞ *Exhæredari ex cauſa extraneus poteſt.*
4 *Adoptione ſola quoſdam vt filios habemus.*
5 *Teſtato ſuccedet acceptus in filiũ: inteſtato non item.*
8 *Tractandi vt filium modus.*
11 *Tractandi in filium ius intranſmiſſibile.*
12 *Exhæredabilis eſt acceptus in filium impunè. 23.*
14 *Stipulationẽ tractandi vt filium ex cauſis cõmitti. 22.*
17 *L. Quidam. ſenſus. 20. 38.*
25 *Exhæredationis conceſſa ratio.*
27 *Defendere contra iniuſta, iuſta non item accipi.*
30 *Arbitrio pœnali ex cauſis non ſtari impune: ſi re nuntiatum ſit contrà. 31.*
33 *Arbitrij reductionem pacto tolli.*
35 *Adoptiuus non querelat: ex cauſis contrà.*
37 *Emancipatio & exhæredatio in extraneis inepta: in caſibus contrà.*
40 *Filiiſfamil. credita conditionalia non trahi retrò: in caſibus contrà. 41.*

## L E X CX·XXII.

QVIDAM CVM FILIVM. Qui aliquem tanquam * filium 1
tractare promittit, eo emancipato, vel exhæredato, non dicitur contrà
feciſſe, idque ſi vel de facto exhæredauerit: cum iure non poſſet, niſi eum
non exhæredare, ſeu non emancipare promiſiſſet: quo caſu cõmitteretur
pœna ſtipulatori, vel eius hæredi, etiam ſi is exhæredatus, ſtipulatoris
hæres fuiſſet, & in cauſa exhæredationis fuiſſet victus: nec enim altera
cauſa alteri præiudicialis eſt, ſicque iuriſconſultus naturam duarum ſtipulationum ex-
plicat. Videamus priùs de ea, qua quis promittit aliquem tractare vt filiũ, & ſi non fecerit,
promittit pœnam, & cõcludit oportere enim de facto ſaltem exhæredari, aliàs cõmittetur
ſtipulatio. Licet autem exhęredatio † in extraneo ſit ſuperflua, tamẽ hoc caſu ſecùs eſt, pro- 2
pter verba ſtipulationis, quibus iſte ad ſimilitudinem veri filij, quod ab obſeruationem ad
tinet, redactus eſt. Nec refert an ſtipulator ſit affectione aliqua, vel vinculo naturali erga I.
hunc puerum coniunctus[10], an id minùs, cùm enim de pœna committenda agatur, nõ quæ-
rimus, an aut qualiter interſit[11]. Nec rurſus refert, an promiſſor hunc puerum ſibi in filiũ II.
adoptauerit, an extraneum ſibi eſſe voluerit, adhuc committitur pœna ex euentu conditio
nis, æquiparatúrq; hoc caſu exhæredatio de facto exhæredationi iuris[12]. Nec etiã refert, III.
ſi adoptiuus hic puer de inofficioſo teſtamẽto egerit, & ſuccubuerit, quod intelligo, ſiue iu
ſtè ſiue iniuſtè ſuccubuerit. nec enim * hoc iudiciũ quo de meritis pueri quæritur, quicquàm 3
facit ad ſtipulatorem, & ſic ad iſtum tertium, cuius reſpectu ſolùm inſpicimus ad conditio-
nis pœnalis euentum[13], verum enim eſt, cum exhæredatus ſit, fuiſſe tanquam filium tracta
tum[14], cùm patres non omnes iuſtè filios exhæredent: aut ergo, vicit filius in querela, &
ſibi eſt rectè ꝓuiſum, aut ſuccubuit, & ſibi imputet: carebit eñ hoc remedio ex inofficioſi
querela ꝓueniẽte, nihílq; hoc ad ſtipulatorẽ pertinebit, qui nec ipſe ad pœnã aget quia eius
cõditio non enenit. Sed quæ eſt ratio dubitãdi in caſu ſupraſcripto? Et Acc. indubitatũ eſſe
hoc thema ait, an valeat ſupràſcripta ſtipulatio, hoc eñ (inquit) lippis & tonſoribus patet.
Dubitari tñ nõ abſurdè potuit, ꝓpter incertitudinẽ ſtipulationis, cũ eñ filij alij aliter à pa-
tribus ſuis tractẽtur[15], videbatur ex incertitudine ſtipulatiõ vitiari[16]. Sed & qua ratione nõ
valet iuſsio teſtatoris hęredẽ, vel legatariũ grauãtis, vt aliquẽ ſibi in filiũ adſumat[17], ita nec
debuit hæc ſtipulatio valere: quod † enim quis aliquẽ vt filiũ habeat, à iure publico pẽdet, 4
& non

10 l. fideiuſſoris. §. de pact.
11 l. ſtipulatio. §. alteri. ſ. eo.
12 arg. l. mulier. §. j. de con. inſt.
13 l. inter. §. quod ex facto. fami. erciſ. l. filiuſfam. §. cũ quis. de leg. j.
14 l. inter. ff. de lib. & poſt.
15 l. iiij. §. de inoff. teſt. l. in ſuis. ꝺ liberis & poſthumis.
16 l. j. C. de dot. promiſsi.
17 l. vxorẽ. §. hæres. ꝺ le. iij.



& non, niſi adoptione inducitur, quæ coram magiſtratu, apud quem legis actio ſit, ſolum
expediri poteſt[1]. Sed tamen iuriſconſultus valere ſtipulationem ait, nec ex incertitudine
vitiari: cum poſsit hæc dubitatio ad certitudinem reduci, vt ſcilicet iis verbis teneatur ſti-
5 pulator ea omnia huic præſtare, quæ patres erga filios tenentur, & in † primis, ſi teſtamen-
tum fecerit, tenetur eum inſtituere, vel exhæredare: quia hoc neceſſarium eſſet in veris fi-
6 liis[2], hodie verò adiecta cauſa * exhæredare debet[3], quod etiam Bart. tradit, inſtituere ve-
rò ſatis eſt, ſi in re particulari id faciat: nec ideo iſte, qui filius non eſt, agere ſuppletionis
cauſa poterit[4]. Quòd ſi inteſtatus deceſsiſſet, qui promiſit nõ committetur ſtipulatio, nec
7 aliquam partẽ hæreditatis vendicabit iſtæ, qui filius nõ eſt: nec enim * hæres tenetur eum
tractare, vt teſtatoris filiũ: cùm talis promiſsio perſonæ defuncti cohæreat, quod Bar. & cæ-
teri tradiderunt. Ad hæc, tenebitur promiſſor ad ea omnia, ad quæ parentes officio Iudicis
8 erga filios cogi poſſunt, nempe † vt ei alimenta congruè exhibeantur[5], vt diſciplinę cauſa
ad grammaticos mittatur. ſicut veros filios mittere deberet[6], vt domi eum retineat, nec
abſque cauſa expellat[7]. poteſt autẽ etiam extra domũ & ſeorſum nutrire eum, ſi arbitrio
iudicis ita viſum fuerit[8], vt quia iſte moroſus ſit, & querulus, vel ſi ſuſpecta eſſet eius conuer
9 ſatio, quod aliquibus exemplis Iaſ. hîc docet. Apparet igitur * iuris interpretatione ſatis
certam eſſe hanc ſtipulationem. Nec obſtat, quòd non poſsit quis grauari, vt aliquem in fi-
10 lium adſumat[9]: quia aliud eſt * aliquem adoptare, aliud tãquam filium tractare, vt in lege
noſtra dicitur. poteſt enim qui filius non eſt, tãquam filius tractari: ſicut municipes poſſunt
obligare ſe talem tractaturos tanquam ciuem, qui ciuis non ſit, quod Barto. infrà ait. Addit
Paul. Caſtren. licet non valeat huiuſmodi onus, ſequuta tamen adoptione, nihil impedire,
11 quin filium adoptiuum promittat quis tãquam filium tractare. Ego † non valere tale onus
arbitror ſecundum vulgares iuris regulas[10], ex æquitate tamen iudicis ſuſtineri[11]: etiam
ideo cõditionẽ adimplendã, vt frui re relicta quis poſsit[12], licet alij aliter. Sed quæ eſt ratio,
quòd ſi iſte puer, quãuis iniuſtè ſit exhæredatus, non cõmittatur ſtipulatio? at qui nõ tractat
tanquã filiũ qui iniuſtè eũ ſubmouet: nec ſolent patres iniuſtè filios exhæredare, vnde hæc
ſtipulatio ſecundũ id, quod fieri debuit, fuerat interpretãda[13], alioquin daretur occaſio pro
miſſori illuſoriã ſtipulationẽ reddere, hũc puerum iniuſtè exhæredando, vel eum in re cer
ta, putà, duobus aſsibus inſtituẽdo. Paul. Caſt. huic argumẽto dat manus, & nõ ſatis æquam
Iuriſconſulti deciſionem arbitratur, ſi tamen hoc dicere fas eſt, Are. & Iaſ. id inductum exi
ſtimant, ne melior ſit ipſius adoptiui, quàm iuſti filij conditio: iuſtus enim filius ſolam que-
relam, ſi iniuſtè exhæredatus ſit, eſt habiturus: at hic ex ſtipulatu quoque actionem, quæ re-
ſponſio primo exemplo non conuenit eius, qui adoptatus non eſt: nec enim ille habet que-
relam inofficioſi. non conuenit etiam exemplo adoptati, nec enim ſtipulatio ipſi commit-
titur, ſed ſtipulatori, qui fortè eſt extraneus. Ego neceſſariò ita reſpondendũ fuiſſe propter
vim verborũ ſtipulationis arbitror, à quibus non recedimus, & quæ ſtrictè accipi debent[14],
12 Promiſerat pœnã, ſi aliter, quã filiũ obſeruaſſet: at † exhęredatio qualiſcũque ſiue iuſta ſiue
iniuſta eſt, ſolis filiis cõuenit. qui ergo exhæredauit, aduerſus verba promiſsionis nõ fecit,
nec id iuſtè an iniuſtè factum ſit cũ ipſo ſtipulatore, quærendũ eſt, qui ſibi imputet, ſi legem
clarius non expreſsit. Dixerit aliquis, ſi exhęredatio iniuſta nõ facit, vt cõmittatur ſtipula
tio ergo & propulſio iniuſta nõ deberet ſufficere, & tamen Bartolus & cæteri diſtinguunt,
an ex iuſta cauſa propulſus ſit extra domum filius, an verò ex iniuſta[15]. Sed reſpõde exhæ-
redationem ſpecialiùs ad filios pertinere, quam propulſionem, quæ non ſolis filiis, ſed om-
nibus domeſticis conuenit. in illa ergo non diſtinguitur, quæ magis propriè filiis aptatur,
13 in hac diſtinguitur, quæ etiam in aliis, quàm filiis locum habet. Hincque apparet ad vim
I. verborum * promiſsionis ſemper adtendendum eſſe. Quid enim † ſi promiſerit teſtator
14 eum tractare, vt boni filij tractare ſolent? certè hoc caſu committetur ſtipulatio, ſi abſque
cauſa fuerit exhæredatus: defendetúrque tum Pauli Caſtrenſis ſententia. Vnde ſuprà
II. dixi hodie quoque committi ſtipulationem, exhæredato filio arrogato, niſi inſerta legi-
tima cauſa ſit exhæredatus[16], quod Bartolus hîc tradit, & ſequuntur alij. in adoptiuo verò
III. hodie alia exhæredatione non eſt opus[17]. Sed & ſi promiſerit eum honorificè tractare
tanquam filium, videtur committi ſtipulatio, ſi exhæredatus ſit: quia eum iniuriam adfe-
* rat exhæredatio[18], non dicetur honorificè tractatus, quod & à Baldo traditum extat: cùm
maritus promiſiſſet vxorem honorificè habere, intelligetur aliquantò honoratiùs, quam
IIII. aliàs etiam arbitrio iudicis potuiſſet[19], quod & Iaſon hîc refert. Quid ſi promiſit eum
vt filium bene tractare? & non arbitrarer dici bene tractatum, qui exhæredatus ſit, vel
cui obolus ſi in teſtamento relictus[20], meritò committetur & tunc ſtipulatio. Nam &
15 cùm maritus * iuraſſet vxorem in futurum bene tractare, ſicut veram vxorem decet, nec
eiicere è domo ſub certa pœna, reſpondi committi pœnam, ſi concubinam adiunxerit, vel
eam abſque cauſa verberauerit[21]. Quòd ſi non promiſiſſet bene tractare, ſed ſimpliciter
iuraſſet tenere in domo, nec expellere: ſecùs videretur, vt Iſernia[22] cẽſuit & Iaſ. hîc refert.
Sed quid

1 l. j. l. iiij. C. de adopt.
2 l. inter cætera. de libe. & poſth.
3 §. aliud quoque. in auth. vt cùm de appel.
4 l. omni modo. C. de inoſ. teſta.
5 l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de lib. agnoſ.
6 l. legatis. ꝺ ali. & cib. leg.
7 l. iij. & iiij. C. de pat. pot.
8 arg. l. pen. ff. vbi pup.
9 d. §. hæres.
10 arg. l. filiusfami. §. ſecundum. de leg. j.
11 l. ſi cui. de condi. & dem.
12 l. ſi quis in teſtamento. de condi. inſtit.
13 l. ſed Iulianus. §. quod dicitur in glo. ſolebat. ad Maced.
14 d. l. quicquid.
15 d. l. iij. & iiij. C. de pat. pot.
16 d. authen. non licet. C. de lib. præter.
17 pen. C. de adopt.
18 l. multi. vbi not. de libe. & poſthu.
19 Bal. c. ego. de iureiur.
20 l. ſi quis cõdixerit. loca.
21 l. conſenſu. in prin. C. de repud.
22 Iſer. c. j. quo temp. miles.

Sed quid in duobus amicis,qui fraternitatem contrahunt, & iurant ſe tanquam germa- V.
nos mutuò obſeruare? & conſtat talem conuentionem validam eſſe.Addit Imola. quòd
exhæredatus alter, vel præteritus turpi perſona inſtituta poterit inofficioſi teſtamenti
querelam deferre [1].quem Alexander,& Iaſon, hîc ſequuntur: ſed ego diſſentio: ſicut enim
non committitur hîc pœna exhæredato filio, ita nec ſupraſcripto caſu præterito ſocio,
cuius præteritio * vim exhæredationis habet, nec enim tali pacto efficiuntur illi fratres, 16
ſed ſolùm omnium bonorum ſocij [2], ſicut nec in lege noſtra tali pactione puer ille effici-
tur filius, niſi interuenerit adoptio. Sed quid, ſi promiſit tractare vt filium in iis quæ ad VI.
commodum eius pertinebunt, non quæ ad incommodum? & tunc certum eſt, non poſſe
eum exhæredari, id enim ad incommodum pertineret, & ideo, quod inquit Barto.licere
ciuitati,qua fœneratori promiſit tractare eum vt ciuem, concedere debitoribus morato-
riam [3], cæteráque onera imponere, quæ ſubiectis iniunguntur, non procederet, ſi reci-
piſſet in ciuem, eorum duntaxat reſpectu quæ vtilia fœneratori eſſent [4]. Certior ſanè VII.
eſt limitatio, vt committatur pœna per exhæredationem, quando expreſsè actum eſt cer-
tum quid dari,ſi exhæredaretur, vt hîc inquit Iuriſconſultus.quod mox explicabo.

QVARE SIC DEBVIT. Secunda pars † legis,in qua alia ſtipulatio ex- 17
plicatur, quando promittit quis pœnam, ſi filium hunc adoptiuum emanciparet, vel ex-
hæredaret: dicitúrque hîc committi propter verba ſtipulationis, ſed huic ſententiæ ob-
ſtant duæ rationes, prima quod cùm filius inuitus non poſsit emancipari [5], ſi conſenſit,
non debet pœna committi,cùm volenti non fiat iniuria, ſed facilitati ſuæ imputare de-
beat,qui conſenſit [6]. Reſpondet Baldus filium legitimum & naturalem inuitum * eman- 18
cipari non poſſe, ſed adoptiuum poſſe, quia vinculum ciuile non adeò adſtringit ſicut
quod naturali quoque coniungitur, verum differentia hæc non facilè videtur admitten-
da [7]? cùm regulariter id poſsit fictio in caſu ficto quod in vero veritas [8].Bartolus ergo &
alij crebriore calculo etiam inuitum emancipari filium poſſe aiunt, ſi iuſta cauſa ſubſit,
quæ aduerſus Accurſium,ſententia obtinuit: ſicut vidimus ex iuſta * cauſa concedi filio, 19
vt patrem cogat ad ſe emancipandum [9].vnde & vice mutua idem & patri permittendum
erga filium fuit.Ego nihil referre, quòd filius conſenſerit, arbitror: cùm ſtipulatio pœ-
nalis non ab ipſo,ſed ab alio ſit concepta.vnde eius conſenſus, nihil impedit, quin in alte
rius commodum committatur ſtipulatio, quod & Raphael, hîc ſentit.Secunda ratio.Ait
Iuriſconſultus † valere promiſsionem pœnalem, ſi pater adoptiuus filium exhæredaue- 20
rit, atqui iſtud non videtur verum: quia hoc modo metu pœnæ non audebit pater ado-
ptiuus eum exhæredare,ſicque non habebit liberam teſtamenti facultatem: ergo potiùs
ſtipulatio pœnalis infirmari debet [10].cogetur enim iam pater hunc inſtituere: at pactum
futurę * ſucceſsionis irritum eſt [11]: adde quod cogetur etiam delinquentem, & ingratum 21
inſtituere, ne pœnæ ſit locus, ſicque materia delinquendi filio præſtabitur, quod lex non
ſolet concedere [12].Sed huic rationi reſpondent doctores, aut promiſſor iuſtè hunc exhęre
dat,& non committitur pœna, eſt locus legi noſtræ: vnde falſum eſt cogi eum, vt inſtituat
ingratum, aut delinquentem. Item falſum eſt eius liberam poteſtatem reſtringi: cùm ex
iuſta cauſa poſsit eum nihilominùs exhæredare. Aut † iniuſtè pater exhæredat, & tunc 22
meritò committitur pœna: nec dicitur per ſtipulationem reſtringi ei poteſtatem iſtam
ſed per legem potiùs: quia lex prohibet filium iniuſtè exhæredari: ſicque Bartolus,& cæ-
teri exiſtimarunt. Sed mihi videtur hæc diſtinctio aduerſus legis noſtræ verba eſſe, quæ
ſimpliciter exhęredatione committi pœnam ait,ſentítque,etiam ſi iuſtè ſit filius exhęreda-
tus,violántque Accurſius [13] & alij communiter verba legis, quæ ad proxima potiùs re-
ferri quàm ad diſtantem verſum debent. Et ſicut ſuprà, quando † quis promiſsit tracta- 23
re vt filium, concluſimus iniuſta exhæredatione non committi ſtipulationem, quæ rece-
ptiſsima eſt opinio, ita quando quis non ſolùm promiſit tractare vt filium,ſed etiam pro-
miſit non exhæredare, videtur dicendum committi, etiam ſi iuſtè exhæredauerit, ádque
propter ſtipulationis verba,quæ clara ſunt,ſentit hoc & iuriſconſultus,dum victo(inquit)
filio. Si victus ergo, quia iuſtè erat exhæredatus, quid oportet hîc cominiſsi dictum eſſe
iniuriâ iudicis, quæ non præſumitur [14], vel defectu probationis: cùm non ad eum, ſed
ad hæredem probatio cauſæ pertineat [15], vel quia tempora ſint lapſa, & ſic exceptione
præſcriptionis [16]; cùm lex noſtra manifeſtè loquatur de tempore quo querela compete-
bat [17]. meritò ergo verius eſt committi pœnam etiam ſi iuſta exhæredatio fuiſſet.quod
Guid.Suz.Iac.Albericus Roſatius,Oldrad.Cyrillus,Homodeus,Iuo, Beſutius & Areti.hîc
cenſuerunt idque optima ratione à quibuſdã recẽtioribus probatum eſt.Sed & quodã con-
ſilio ſenſiſſe idem videtur Dinus [18],ídque propter verba conditionis,ad cuius euentũ reſpe-
ctu tertij iſtius ſtipulatoris ſolùm adtẽdimus [19]:cùm enim aut iuſtè,aut iniuſtè quis exhære-
detur durũ eſſet vt cõditio generalis, *Promittis ſi exhæredaueris &c.* ad caſum iniuſtũ dũtaxat
reſtringatur [20].Nec me mouet,quòd reſtringatur libera teſtandi facultas [21]:quia reſpondet
Accur.

1 l.fratres.C.de inoffi.teſt. Imo.l.lille autẽ.de hæredi. inſti.Alex.l.ſi pater.C.eo.ti.
2 l.licet.C.đ pact.vbi dixi.
3 l.quoties.C.de precibus Imp.off.Imol.Iaſ.hîc
4 arg.l. quod fauore. C. de legib.
5 l.nec auus.C.de emancip. lib.
6 l.ſi donationis.C.de trãſ.
7 l.fin.§.ex bonis.ff.de bo. dan.l.nec in ea.ff.de adulte.
8 l.ſi filius.ſi cer.pet.
9 §.fin.inſtit.quib.mod.ius pat.ſol.
10 l.ſtipulatio hoc modo.ſ. eodem.
11 l.ſi.C.de pact.
12 l.iiij.ſ.de pact.dot.l.iuriſcon.§.ſi paciſcar.de pact.
13 gl.verb.quæro.
14 l.Herennius.de euict.
15 l.omni modo.C.đ inof. teſt.
16 l.ſi quis filium.C.de inoff. teſt.
17 arg.c.j.de æta.& qualit.
18 Conſil.xiij. Ptolemæus. verſi.& contra.
19 arg.l.Mæuius.de condi. & demonſt.
20 l.de pretio.de Publicia.
21 d.l.ſtip.hoc modo.



Accur.aliud eſſe,cùm quis ſtipulatur, *Si me hæredem non inſtitueris*.aliud, *Si illum exhæredaueris*.
tacendo enim, vt Ray.inquit,euitatur pœna nec cõmittitur ſtipulatio ex eo capite, licet
ex alio poſsit cõmitti,nempe ex eo quod promiſſum ſit tractare vt filium quod Cyrillus,&
24 Albertus,hîc docent: at Imola poſſe reſtringi hanc teſtandi * facultatem ait,quia nõ prin-
cipaliter,ſed ex quadam conſequentia actus principaliter permiſsi id inducitur [1]: cũ enim
permittat concipi illam ſtipulationem, vt quis tractetur tanquam filius, neque exhærede-
tur,non curat deinde quòd aliqua ex parte libertas hæc teſtãdi reſtringatur,ídque & Aret.
probat, ego nõ reſtringi hac ſtipulatione facultatem teſtandi arbitror, ſed potiùs legis au-
ctoritate.Cùm enim loquatur Iuriſconſultus in filio adoptiuo,clarum eſt filium à paterna
hæreditate excludi nõ debere: vnde ſtipulatio videtur iuri communi cõformis [2], niſi quòd
generaliter ſecundum verba accipitur,nec dictionẽ cauſæ iuſtæ an iniuſtæ recipit ſicut lex
communis.Nec nouum eſt ſtipulationem propter vim verborum latiùs accipi,quàm ius
commune induceret [3].Nec etiam mouet,quòd hoc modo cogetur delinquentem & ingra-
tum inſtituere,& audaciam peccantis non plectere.Reſpondeo,poterit vel in nũmo inſti-
25 tuere,& eum iure patriæ poteſtatis alia via coërcere [4]: nec enim † exhæredationis ius pa-
tri conceditur,vt filij delicta vlciſcatur:cùm aliquæ cauſæ ſint, quæ in criminis nomen non
tranſeũt [5],ſed potiùs vt offenſis ſuis ipſe tali ratione ſatisfaciat: quæ cũ priuatim ad ſe per-
tineant,non autem iure publico coërceantur,poſſunt arbitrio ipſius remitti [6], vt Areti.&
Ia.exiſtimant.Cæterũ fortiùs obſtat,quòd verba huiuſmodi ſtipulationis, *Promitto non exhæ*
26 *redare,alioquin dabo centum*.viderentur * debere intelligi,Promitto non exhæredare iniuſtè,
non autem iuſtè,& ſi filius meruerit:quia videtur hæc tacita quædam eſſe conditio,quæ ſe-
I. cundum naturam actus ſubauditur. Vnde ſi † princeps promittat mihi caſtrum defen-
27 dere,intelligitur cũ iniuſtè vis mihi inferatur,non autem ſi iuſta ex cauſa [7]. Idémque,ſi
II. ſub protectionem ſuam res meas receperit,id eſt,fide ſua publica quod lex Longobarda,in
III. mundium,lex ſalica,in ſaluam guardiam regis vocat [8]. Sic & cliens beneficiarius *,qui
28 opem præſtare domino tenetur,eum adiuuabit bellũ iuſte inferentẽ,non ſi iniuſtè:niſi qua-
tenus ad defenſionẽ adtinet,quæ illi ſemper iuſta videri debet,nec enim rem tali caſu iudi
cij ſui eũ facere oportet,ſed domino credere [9].quod ſumma ratione Hortenſius,& Cata-
piſtus iuris feudalis auctores cenſuerunt,tametſi Iaſ.cum Bald.ceu verueces hoc nomine
eos dãnet,atqui hoc idem & veteribus placuit,vt cõment.belli ciuilis primo apud Iulium
IIII. Cęſarẽ legere eſt. Sic & in diplomatis pontificiis illa clauſula, *Contradictore * quolibet amoto*.
29 intelligitur in eum duntaxat ſcripta qui iniuſtè & de facto cõtradicat [10]. Sic ſi promitto
V. Titium conductorem non expellere, intelligitur,niſi in re malè verſetur,& penſionem ſol
VI. uere detrectent [11]. Sic Iuriſconſultus,qui promittit Seio patrocinari,cenſetur promiſiſſe
VII. quatenus ille iuſtã cauſam habeat [12]. Sic libertus promittens operas arbitratu patroni,in-
telligitur,dũ tamen patronus iuſtè arbitretur [13].quod & pluribus aliis exemplis demonſtra-
ri poſſet.Sed tamen ſupraſcripta legi noſtræ non obſtant,quę loquitur in conditione, *Si ex-*
*hæredaueris*.ad cuius conditionis euentum debet ſolùm adtendi [14], & cùm exhæredatio fiat
maximè ex iuſta cauſa,alioquin non valeat,videtur maximè de tali actu intelligendũ ídq;
huius tertij ſtipulatoris reſpectu [15].nam ſi cũ filio concepta eſſet ſtipulatio,& exhæredatio-
nis abolitio,non in conditione tantum,ſed etiam in diſpoſitione appoſita fuiſſet,fortè alij
30 ſententiæ eſſet locus [16].Hincque infert Dinus facto in † arbitratorẽ cõpromiſſo ſponde-
runt partes eius ſententiæ ſtare,nec ad arbitriũ boni viri recurrere ſub certa pœna,recurre
runt:quia iniquè arbitratus fuerat,an commiſſa ſit pœna?& conſultum extat nõ eſſe com-
miſſam: quia promiſsio illa tacitam habuit conditionem, ſi ille iuſtè eſſet arbitratus [17].
I. Quod intelligũt hîc Cyrillus,& Alberic.etiam ſi ampliſsimis verbis renuntiatum eſſet
cuicunque actioni,exceptioni,auxilio,remedio,quo reuideri,corrigi,reduci dictum arbi-
trium poſſet,etiam ſi partes hoc iuraſſent,recipit enim iuramentum quoque ipſum ſupra-
II. ſcriptam conditionem [18]. Idem quoque receptũ eſt,etiam ſi in ſpecie facta ſit talis renun
tiatio,& proteſtatum quod intẽdebant ſtare laudatiuo,etiam ſi iniquum fuiſſet,adhuc po-
terit reuideri:quia dolus futurus remitti non poteſt [19]:daretur enim arbitratori occaſio de-
linquendi, alterámque partium decipiendi [20]: ſicque Dinus reſpondit & receptum eſt.
Nec obſtat quòd veriſimiliter non committet dolum arbiter, cùm faciat litem ſuam, &
actione de dolo poſsit ipſe conueniri [21], nam non ideo debuit auferri ei,qui læſus eſt
alterum remedium exceptionis, & reuiſionis [22], cùm non parum interſit, retinere po-
tius, ſeu rem noſtram habere, quàm aduerſus tertium perſonalem actionem de indem-
nitate mouere [23]. Nec obſtat, quòd ſi ſupraſcripta ratio vera eſſet non liceret appella-
tioni renuntiare tanquam daretur iudici occaſio delinquendi,& tamen lex huiuſmodi pa
ctum approbat [24],reſpondent Doct.pro iudice magis præſumi,quã pro arbitratore, & pro
ſententia quæ iuri publico innititur,quã pro laudatiuo,quod partiũ volũtate ſolum defen-
III. ditur,quæ volũtas abeſſe creditur,ſi iniuſtè pronũtiauerit. Quid ergo,ſi lex municipalis
prohibeat

1 l.j.in fi.de auct.tut.
2 arg.l.ſi.C.ad le.Fal.l.miles.§.decem.de re iud.
3 l.damni infecti quidam. §.cũ parietem.verſi.ſed quo ni.ſ.ſ..de dam.infe.
4 d.l.iij.& iiij.C.de pat.po.
5 §.cauſas.in auth.vt cùm de appellatione.
6 l.j.§.vſque adeò.l.non ſolum.de iniur.
7 l.ſi quis in graui.§.j.vbi Ange.ad Sylla. Alex.conſil. cxiiij.iij.Soci.lxx.iij.& xxij. ad fin.iiij.
8 c. recepimus. de priuile. vbi not.
9 c.domino.hîc ſi.lex Cor. c.ego.verbo,mala.extra de iureiu.
10 gl.c pro illorũ.de præb. Doct.c. intimauit.de teſt.
11 l.quæro.ſ.loca.
12 l.rem non nouam.C.de iudi.
13 l.ſi libertus ita.de operis lib.
14 d.l.Mæuius.de condi.& demon.
15 l.ſi homo.vbi dixi.l.hoc iure.ſ. eo.
16 d.l.quæro.c.quemadmodum.de iureiur.
17 d.l.ſi libertus ita.Doct. l.qui Romæ.§.ſi.ſ.eod.
18 c.quintauallis.đ iureiu.
19 l.iuriſgen.§.ſi paciſcar. l.ſi auus.§.illud.đ pact.Din. reg.ſciẽti.de reg.iur.lib.vj.
20 l.vnde ſi Neruæ.ꝑ ſoc.
21 l.arbitrio.§.de eo.de arbit.
22 l.quoties.de reg.iur.
23 l.minùs.de reg.iur.
24 l.ſi.in ſi.C.de temp.app. l.j.§.ſi quis ante.à quib.app. non. vbi Doct.

prohibeat poſſe rem ab arbitrio deciſam ampliùs reuideri, aut boni viri arbitrio ſubiici,
& receptior quoque hoc caſu eſt ſententia, locum ei legi non eſſe, ſi pars enormi modo læ-
ſam ſe oſtendat [1]: vt quod in pacto, quod item in iuramento receptum eſt, etiam in ſtatuto
locum ſibi vendicet [2], quod hîc Iaſ. tradit. Recipiet ergo lex municipalis à iure communi
hanc declarationem, vt reclamari ab arbitratore nequeat, niſi tamen dolus arbitratoris
arguatur [3], quod vterque Raph. & alij reſpondere. Exiſtimauerim † tamē ſupràſcriptis I.
caſibus reſciſionē ſimpliciter concedendam nō eſſe, ſed cum petentis intentio in dolo arbi 31
tratoris fundetur, in primis articulum doli eſſe delibandum [4], nec petenti concedendum,
vt cauſam mutet, quæ ſola reuiſionis fundamētum præſtat [5], vnde, quamuis læſio appareat,
ſi tamen dolus arbitratoris nec ex propoſito, nec re ipſa arguatur, reuiſio aboleatur, ſerue
túrque lex compromiſſi, & ſuæ facilitati imputent, qui renuntiarunt [6]. Sanè fuerunt & qui
in hoc laborarint, vt cautelam aliquam inueniant, qua impediri hæc reductio poſſet [7], & ta
men hactenus nulla ſat probabilis inuenta eſt: exiſtimaui tamen quandoque ego poſſe obli
quo ductu impediri. Vt ſi actum ſit: ne reductio impetrari poſſit, niſi priùs depoſitis pe- II.
nes ſequeſtrum centum aureis, qui lucro victoris cedant [8], ídque exemplo ſponſionis, & ſa-
cramenti, quæ in vſu apud veteres erant, & quorum M. Varro meminit, aliíque auctores.

Vel ſi conuenerit per huiuſmodi petitionem non retardari laudatiui executionem [9], ſi- III.
cut videmus in iudicio poſſeſſorio olim factum fuiſſe [10]. Sed & ſi pro poſſeſſore arbitra- IIII.
tor iudicauerit, videtur æquius, vt victus de dolo contra * arbitrum agat [11], quàm vt victo- 32
rem aduerſus compromiſſi legem inquietet: nec enim immoderatè læditur, qui ſaluā actio
nem contra arbitrum habet [12], quíque non eſt priuatus poſſeſſione, quam nō habebat, nec
dolus impunitus manet: cùm ſalua contra doloſum ſit actio. Sed & ſi ante prolatam ſen- V.
tentiam partes proteſtentur ſcire ſe quid pronuntiaturus ſit arbitrator, omnéque illud ap-
probent [13], debet ſua confeſſio illis nocere [14]. nec enim ſcienti fit dolus, non audiētur ergo,
niſi probetur contrarium, id eſt, non priùs oſtenſum, nec relatum illi fuiſſe laudatiuū, quàm
pronuntiatum fuerit. Addunt hîc Cirillus †, Homodeus, & Alberic. ſi renuntiatum ſit VI.
reuiſioni, etiam ſi iniquum ſit laudatiuum, adiectæque clauſulæ efficaces, non poſſe eā am- 33
pliùs peti, niſi ob expreſſum arbitratoris dolum [15]. quòd ſi re ipſà dolus ſit non ideo arbitrio
boni viri ſubiicietur [16]. Procedit ergo Dini ſententia in dolo vero tantùm, non in eo, qui ex
immoderato damno præſumitur. quod & Iacobo Butrigario placuiſſe aiunt, & mihi nō di-
ſplicet: cùm receptum ſit dolo futuro * renuntiari poſſe, ſi non verus ſed præſumptus ſit [17], 34
ſicut & lata culpa in futurum committenda poteſt pacto remitti [18]: non ergo aut doli præ-
ſumpti, aut latæ culpæ prætextu corrigetur laudatiuum, ídq; iure verius eſt, licet aliud ſen-
tire Doctores videantur, vt ſupraſcriptis reſponſis vterque Raph. & Iaſ. hîc. Sed quid, ſi VII.
conuentum ſit, vt qui petiturus eſt reductionem, tantam pecuniam alicui tertio ſpondeat,
in quantam ſe iniuſtè læſum prętenderit, ſubſequutáque ſit ſtipulatio? & putauerim vtiliter
agi poſſe, ídque legis noſtræ exemplo, in qua valet ſtipulatio, ſi pater etiam iuſtè filium ex-
hæredet cētum Titio dari, nec reſpectu huius tertij poterit dolus arbitratoris deduci, ſicut
nec hîc cauſa vera exhæredationis quicquā ad eum pertinet, cùm ad ſolū cōditionis euen-
tum adtendamus [19]. Fortiùs videretur hoc procedere, etiā ſi nō tertius, ſed altera partium VIII.
ſtipulata ſit, ſicut videmus valere legatū, quo teſtator tutori legauerit quicquid occaſione
doli dānatus præſtiterit [20]. ſi enim proprij doli exceptio eū non excludit, multominùs alie-
ni, id eſt, eius doli, quem patraſſe arbitrator accuſatur. Et hæc quidem iure noſtro defendi
poſſunt, tametſi non ſoleant iudices tā ſcrupuloſè inquirere, ſed reuiſionem concedant, &
ſimpliciter Dinum ſequantur, quoties dolus etiam præſumptus, vel lata culpa arbitrato-
ris arguitur.

DE INOFFICIOSO. Hodie filius adoptiuus * aduerſus patris adoptan- 35
tis teſtamentum non habet querelam, vt Iuſtiniano placuit [21]. quòd ſi is filius à patre ſuo
emancipatus ſit, & in arrogationem ſe dederit, iura vetera ſunt incorrecta [22]: potéſtque
tali caſu probabiliter quæri, an ſi patri naturali commiſſa ſit ſtipulatio filiúſque in que-
rela inofficioſi aduerſus arrogatoris tabulas moti ſuccubuerit, agere ex ſtipulatu tan-
quam hæres patris naturalis poſſit. Et conſtat ſententiam in cauſa inofficioſi teſtamen-
ti latam ipſi filio non præiudicare [23]. Hîc enim eſt diuerſitas perſonarum: cùm filius non
ex perſona ſua, ſed patris naturalis agat [24]. eſt & diuerſitas cauſæ, cùm ſtipulatio commit-
tatur patri, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè filius ſit exhæredatus [25]: Vnde ſententia * in vno iudicio la- 36
ta alteri non aduerſatur, quod ſuprà loco ſuo explicaui [26].

RES IN EXTRANEO. Emancipatio † igitur res inepta in extraneo eſt, cùm 37
emancipare ſit de manu, id eſt, poteſtate dimittere: at extraneus nulli poteſtati ſubiicieba
tur: priuatio autē ſupponit habitū [27]. Idémque in exhæredatione eſt, quę priuatio legitimæ
hæreditatis eſt. meritò cui hæreditas legitima nō debetur, fruſtrà, & ineptè exhæredatur,
adeò, vt ſi deinde extraneus adoptetur, non tamen confirmetur exhæredatio [28]. Sanè in I.
filio

1 Raph. Com. cōſi. 50. Fulg. conſi. cxx. cxxiiij.
2 l. no veriſimile. ſ. de pact.
3 d. l. nō diſtinguemus. ſ. cū quidā. de arbi. Bal. l. cum antea. C. de arbi. Ange. conſil. clxxij. Ancha. ccviij. Roma. 50. Abb. xliiij. j. Ana. xvj. Alex. cxxxix. in vij.
4 c. Romana. §. ſi verò. de app.
5 cl. cauſam. de elect.
6 l. pluribus. de acceptilat.
7 Cæpo. Cautel. cxcvij. Ferrarius viij.
8 gl. d. l. cū anteà. verb. nomine.
9 c. debitores. de iureiur. l. j. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. vbi Bart.
10 l. j. C. ſi de mom. poſſeſſ.
11 l. ſi. ſi mēſ. fal. mod. l. pen. C. de pact. Socin. cōſil. ccxx.
12 d. l. arbitrio. §. pen.
13 d. l. j. § ſi quis ante. vbi Ange. de Periglis.
14 l. ſi dari. ſ. eo. vbi dixi.
15 vnde ſi Neruæ.
16 Signo. hîc.
17 Butri. Felin. c. fraternitatis. de teſtib. Iaſ. d. §. illud.
18 l. contractus. de reg. iur. l. j. C. de vſufru. l. cū tale. §. j. de condi. & demon.
19 d. l. Mæuius.
20 l. quidam decedēs. verſi. damnum. de ad. tut. l. actione. C. de tranſ. vbi dixi.
21 l. pen. §. ſed ne articulū. C. de adopt.
22 d. l. pen. §. ſi.
23 l. vindicantem. cū l. ſeq. de euict.
24 l. ſi. C. de euict. l. v. §. ſi. ſ. de diuer. & tem. præſcr.
25 l. ſi autem. §. ſi. de nego. geſt. l. quod in diem. vbi Caſtren. de compenſ.
26 dixi. ſ. d. l. qui Romæ. §. ſi. verb. pronuntiatum.
27 l. decem. ſ. eod.
28 l. non putauit. §. ſi quis exhæredatum. de cōtra tab.



filio emancipato non eſt res inepta exhæredatio: quia quamuis lege duodecim Tabu. pro
extraneo ſit. cùm tamen à prætore vocetur & hodie lege ciuili, oportet eum exhęredari, vt
II. excluſus cenſeatur [1]. Idem quoque dici aliquo modo poteſt in extraneo qui iam hæres
inſtitutus ſit, vt ea inſtitutione priuetur, oportet eum exhæredari [2], quod Bart. & Doctores
hîc tradiderunt, exhæredantur quoque de facto extranei ad euitādam pœnam, vt infrà di-
citur ſic enim fit, vt conditio ſtipulationis deficiat [3].

38 SED SI IS, QVI LEGITIME. Reuertitur † Iuriſconſultus ad thema ſuæ
quæſtionis, & cum decidit, illa ergo verba, *In eo qui hoc non facit.* intelligenda ſunt, qui nō ado
ptauit, ſed ſimpliciter promiſit tractare vt filiū, prout in themate dicitur, quíque eum non
exhæredauit, vel emancipauit: ſicq; intellexerunt Azo. Accur. Bart. & cæteri. éſtque rece-
ptiſſimus hic ſenſus. & ductui ſermonis rationíq; quadrat. quia cū priùs coniunctim loquu-
tus ſit, *In eo qui adoptauit, & exhæredauit, emācipauit ve.* ſubiiciēdo aduerſatiuā clauſulā, *In eo, qui
non fecit.* cenſetur cōiunctim quoque intelligere, *Non fecit.* id eſt, nō adoptauit, exhæredauítq;
vel emancipauit, ídque ſtante firmo themate, quod tamē promiſerit tractare, vt filium. Ac-
curſius alios intellectus, veterū Roglerij, Martini, Hugolini, recēſſet adeò ineptos, vt vix
illi credam eos ita ſenſiſſe, ſed ab eo male relatos, quod quandoque facit. Híncque adno-
tant Doctores, vt euitet pœnam, debere promiſſorem ſaltem de facto extraneum hunc,
quem tractare vt filium ſpopondit, exhæredare, emanciparéve, hoc enim videtur actum:
cùm de iure tractari vt filius non poſſet, qui filius non erat. Sed cur nō capimus potiùs eam
interpretationem, vt actum potiùs de iure ſit, quàm facto [4]? putà quòd cum adoptaret, ſed
tali caſu quod tacitè conſequeretur maius eſſet quàm quod expreſſum eſt: meritò hęc inter
pretatio non accipitur [5]: verba enim ſtipulationis ſignificant, non quòd ſit filius, & ſic quod
adoptetur, ſed quod tractetur vt filius. Aliud autē eſt eſſe, aliud tractari [6]. Sed cur non potiùs
dicamus teneri promiſſorem, vt priùs inſtituat, deinde exhæredet [7]? & non fuit reſtringen
da promiſſio ad hunc caſum tantum. Nam qua ratione dicitur exhæredatio, quia præceſ-
ſit inſtitutio, eadem & exhæredatio de facto dicitur, quia promiſſio tractandi vt filiū præ-
ceſſit, vtraque tamen impropriè eſt exhæredatio. Eſt ergo conſtituenda cōcluſio, vt verba
39 ſtipulationis * de iure intelligantur, & conditio de iure ſit adimplenda [8]: nec implemētum
facti curamus. vnde qui promiſit mihi dare ex cauſa lucratiua, ſi res ad me alio lucratiuo ti-
tulo peruenit, eſt liberatus, nec oportet eum vel de facto tradere [9], vt inquit hîc Bartolus, &
Iaſon, excipitur à ſupraſcripta concluſione caſus noſter, cùm conditio de iure impleri non
poteſt, & actum à partibus eſt, vt vel de facto impleatur [10], dum tamen tale implementum
turpe non ſit, ideóque ei lex non reſiſtat [11]: quod omnes hîc tradunt, & non alibi latiùs ad-
tingemus, & hæc quod ad interpretationem legis noſtræ pertinet, ſatis: Quæ enim de vita
Bartoli Iaſon hîc refert ſatis aliena ab argumēto legis noſtræ ſunt: nos quid de eo, itémq;
cæteris ſentiamus in libris parergōn quodam epigrammate ſumus teſtati.

FILIVSFAMILIAS. Quod igitur emancipatus credidit Titio, ad eius patrem
non pertinet: quamuis dū in poteſtate eſſet, promiſerit mutuare. ſed quæ eſt ratio, & vete-
40 res aiebant: quia actus ſequens neceſſaria † conſequentia primo nō iungitur: ideo non ad-
tendi tempus primi [12]. Sed clariùs Bar. & cæteri, quia ſtipulatio ſub conditione poteſtatiua
concepta eſt, vnde reſpectu acquiſitionis non trahitur retrò [13], ſed tempus, quo ipſa euenit
ſpectatur, cùm igitur principalis obligatio filio quæratur non patri, cōſequens eſt, vt idem
I. ſit in acceſſoria, quæ fideiuſſoris eſt [14]. Sed quid ſi filiusfam. obligaſſet ſe ad mutuandum
quo caſu potuit cogi, vt mutuaret, vel Titius ſe obligaſſet ad accipiendum tales pecunias,
quo caſu & ipſe cogi potuiſſet [15]? & tunc videtur conditio poteſtatiua non eſſe, ideóque eſ-
II. ſet ad tempus contractus retrahēda [16]. & ſic obligatio quæreretur patri. Sed quid, ſi con-
ditio reſpectu quidem ſtipulatoris eſſet poteſtatiua, reſpectu verò promiſſoris caſualis? &
tunc retròtrahi ad tempus contractus Paul. Caſtren. hîc ſenſuit [17]. vnde vidimus in gratia
conditionali, *Si voluerit acceptare &c.* locū eſſe retrotractioni, vt excludatur, qui interim bene
ficiū eſt adſequutus [18]: quam ſententiā & nos ſuprà ſumus ſequuti [19]. licet leuiter hîc diſſen-
tiat Aretinus, & alibi Imola, Nec me mouet quod quandoque Bartolus ſcripſit, ſi quis con-
demnatus ſit in centum, & niſi intra decem dies ſoluerit, in amputationem linguæ, lapſis
decem diebus & non ſoluta pecunia amputandam ei linguam, quamuis interim conſtitu-
tum fuerit omnes condemnatos corporaliter, ſoluendo viginti liberari: tempore enim hu-
ius conſtitutionis non erat is corporaliter condemnatus [20]: quia conditio, *Si non ſoluerit.* po-
teſtatiua eſt, quæ non trahitur retrò: & tamen reſpectu condemnati loquitur, qui inſtar cre
ditoris eſt: quia conſtitutionis beneficium ei debetur, ſed hæc Bartol. ſentētia recepta non
videtur, quod Angel. Raphaël, Iaſon, atteſtātur, & etiam ſi vera ſit, nihil Caſtrenſi obſtat,
qui de tali creditore non loquitur, neque de conditione negatiua, neque in diſpoſitione
legali, in qua difficiliùs hæc retrotractio fit, ſicut & in vltimis voluntatibus, quod ſuprà
diximus.

SVM

1 l. iij. §. ſi emancipatum. ſ. de contratab.
2 l. pater fam. teſt. de hęred. inſtit.
3 l. Mæuius. de conditio. & demonſt.
4 l. ſtipulatio. §. quæſitum. §. hi qui. ſ. eod.
5 l. pen. §. illo. C. de nec. ſeruis. Mod. l. ij. ſ. de iur. om. iudi.
6 l. mercis. ſ. de verb. ſigni. vbi Barto.
7 d. l. pater fam. teſtamēto.
8 d. §. quæſitum.
9 l. inter. §. ſi rem. ſ. eod.
10 d. l. mulier. §. pen. de cōdi. inſti. d. l. Mæuius in. prin. l. j. §. j. de feriis.
11 Bar. & Imol. l. j. de cōdi. inſtit. Card. conſil. lxxxv.
12 l. fin. ſ. quæ res pig. obli.
13 l. potior. l. qui balneum. ſ. qui pot. in pig.
14 l. ſi debitori. §. ſi. de fidei.
15 l. qui pecuniā. ſi cer. pet.
16 l. ſi filiusfami. ſ. eo.
17 l. j. l. Lucius Titius. qui pot. in pig. Din. conſi. iij.
18 arg. glo. cl. j. de conceſſ. præb. verb. executorem.
19 d. l. ſi filiusfami. Imol. d. cle. j.
20 Bar. l. ſi is q pro empto re. ſ. de vſucap.

SVMMAE.

2 L.fin.de verb.ſignific.C.ſenſus,& emendatio.
5 Negantis quandoque maiorem vim non eſſe, quam aientis.
7 Stipulationem non,niſi ob intereſſe,ſæpius, committi
10 Stipulatio trāſmiſſibilis.15.ex cauſis diuerſum.11.18.
20 L. Non ſolum. ij. §. tale. de lib. leg. ſenſus.

LEX CXXXIII.

SI SIC STIPVLATVS. Stipulatio *, *Nec per te nec per hæredem* 1
*vim fieri*.in perſona tui commiſſa,poterit rurſus ex perſona hæredis tui
committi,imò & ex perſona tua cōmittetur, ſi toties vim feceris.alio-
quin,ſi ad vnam vim tātum referretur,& ex perſona tua cōmiſſa eſſet,
ampliùs ex hæredis perſona non committeretur,quod falſum eſt: quia
illa † verba, *Neque per te, neque per hæredem*.per συνάφειαν id eſt,cōiunctio- 2
nem accipiuntur,vt primo incluſo.nō excludatur ſecundus, nō autem
accipiuntur ἀσυναπτῶς,id eſt,inconiunctim,vt commiſſa ſemel ampliùs committi ex perſo
na hæredis nequeat,Doctores noſtri dictionē gręcam non intelligentes latinas voces ſup-
poſuetunt,& pro dictione g.quod ſignificat græce.ſcripſerūt ergo & pro aſynaptos,ſi actū
ſit,ſanéque,ridiculè,alij nec græcam vocem,nec aliquid ſuppoſititiū habent, ſed ſimplici-
ter ſcriptum,*Ex hæredis facto cōmitti non poterit quaſi ex ipſius vi*.&c.vt admonet Accurſius,&
Norica editio habet,quæ minus inemendata lectio eſt,ſed ex veſtigiis antiqui codicis ad-
paret verius eſſe quod ego repoſui[1].Vtitur ea voce & Ariſtoteles libro tertio de animaliū
natura cap.vij.cuius ſignificationē Iuſtinianus,noſter ſic expreſsit in emendatis codici-
bus[2]..*Aut*.pro,*Et*.accipi,vt videatur copulatiuo modo eſſe prolata, & magis ſit συνάφεια vt
& primā perſonā inducat, & ſecundā non repellat. ἀσυναπτῶς ergo dictio, *Neque*.accipitur,
ſi prima perſona inducta,excluderetur ſequens,quod falſum eſt,vt hîc dicitur,coniunctio
enim,*Neque*.diſiunctim nō accipitur[3],& receptiſsima eſt ſentētia,licet diuus Auguſtinus in
grammaticis ſuis aliter ſenſerit,quod à me alibi relatum eſt[4].
VIM SAEPIVS FACTAM COMPLECTITVR. Cōmittitur ergo hæc
ſtipulatio,quoties vis facta fuerit,ſed nónne hîc confutatur,quod vulgò ſolemus dicere,ſer
monem ſimpliciter † prolatū de primo actu ſolum intelligi[5].Sed reſpondendū eſt hoc non 3
procedere in ſermone negatiuo,is enim ad primū actum non reſtringitur,ſed perſeueran-
tiam requirit[6]: vnde ſolet dici plus * negare negatiuā,quā ponat affirmatiua[7]: ideo inde- 4
finita adfirmatiuè non æquipollet vniuerſali ſecundum ſermonis proprietatem[8]:& tamen
negatiuè æquipollet[9]:& præcedente adfirmatione,dictio exceptiua actum ponit,at præce
dente negatione,& actum & potentiam negat[10].hincque eſt,quòd qualitas prohibitiua di
citur potentior,& ſtatutum negatiuè conceptū tanquam ſpecialius videtur eſſe præferen-
dum quod ex facto Decius[11],reſpondit. Quandoque † tamen non plus operatur negati I.
ua,ſed de primo actu intelligitur vt cū pontifices prohibent,vt qui ſpoliauit aduerſarium, 5
appellare non poſsit,reſtringitur hoc ad primum appellationis actum[12],ne,ſcilicet,facilè
alicui beneficiū iuris cōmunis auferatur meritò reſtringitur tunc pœna,vt Dec.cēſuit,vel
(vt ego arbitror)ne pœna excedat delictū. Sed & in ſummis & quātitatibus,cenſuit Pau. II.
Caſtr.non eſſe ſuprāſcriptæ concluſioni locū,vnde maior ſumma adfirmatiuè prolata cō-
pręhendit minorē etiā ex ſermonis proprietate,& tamen ſi negatiuè proferatur aliud eſt[13],
cuius rei rationē ſuprà loco ſuo explicuimus. Illud quoque regulariter credendū eſt,non III.
multum inter adfirmatiuā, & negatiuā clauſulā intereſſe:cum quælibet adfirmatio poſsit
negatiuis verbis concipi,& è cōtrario quælibet negatio affirmatiuis[14].Nec quicquā refert
an quis ſtipuletur, *Iter fieri ſiue (per te non fieri) quominus eam agam*. an ſtipuletur, *Habere licere*
*ſiue per te non fieri quominus habeam*[15].vnde & regula eſt generalis,quòd propoſitū * in propo- 6
ſito poteſt,id & oppoſitū in caſu oppoſito pollere[16],& clauſula quātūuis negatiua recipit.
tamē eam interpretationem,vt ſecundum mentē proferentis accipiatur[17],ſed hæc alibi à
nobis ſunt tractata[18].An ergo ſtipulatio poſsit † ſæpius cōmitti,non tam ex vi negationis, 7
quàm ex eo quod agitur diſcernendū eſt,& ideo cōſtituendū eſt,cùm ſtipulatio ad id quod
intereſt cōmittitur,toties committi,quoties aduerſus eam factam ſit[19],vnde in lege noſtra
cum delictum iterabile ſit,qui iterū vim facit,iterum plectitur, quia adhuc intereſt ſtipu-
latoris non turbari. Quòd ſi ſtipulatio ad id,quod principaliter in ſtipulatione deductū
eſt,cōmiſſa fuit, non poteſt ampliùs cōmitti[20], ne eiuſdem rei duplicem ſolutionem quis IIII.
habeat[21].Idem ſi cōmiſſa ſit ad omnem litis æſtimationē,etenim ſi totum, quod tua inte-
reſt,tibi perſoluero,iniquum eſſet ampliùs me inquietari[22].Idem ſi ad pœnam expreſsim
in contractu promiſſam commiſſa ſit, quæ contemptum vlciſcatur[23], vel etiam ſi loco
eius quod intereſt declarandi cauſa ſit adiecta, vlteriùs enim non committitur[24], quod
Imol.Iuo, Peruſ. Torquatus,& Aret.tradiderunt, ſalua tamen ſtipulatori remanet actio,
vt ſi

1 Aliter habent Pand.Flo.
2 l.pe.C.de verb.ſig.
3 l.ſi ita quis.§. proxima.
4 l.ſæpe ita.§. de verb.ſig.
5 l. boues. §. hoc ſermone. de verb.ſig.
6 l.hoc genus. de condi.& demonſt.Oldra.conſi.xvj.
7 gl.c.cū dilectus.de cōſuetudi.
8 l.ſi ſeruitus.de ſer. vrba. prædi.
9 gl.l.iuriſg.§. ſed ſi fraudandi.de pact.
10 l.Titia.§.fi.de man.teſt. doct.l.actione.C.de trāſact.
11 Dec.conſi.iij.
12 c.an ſit vbi gloſſ.& Decius in fi.de appellat.
13 Paul.l.j.§.ſi ſtipulanti. ſ.eod.
14 l.fi.in fi.de doli excep.in gloſſ.l.manifeſtę.vbi Iaſ.de iureiurando.
15 l.inter ſtip.in princ.vbi dixi.d.l.ſtipulatiōe.in prin.
16 l.fi.§.fi.de leg.iij.
17 Bar.l.ſi dubitetur. §.ita demū.in fi.ſ.tit.iij.Mod.l.ſicut.§.fi.de re iud.
18 d.l.boues.§.j.
19 l.ſi procurator.rem rat. habe.
20 l.ſi ita qs.ſ.eo.l.vēditor, extra de hæred.vel act.ven.
21 l.iij.§.quæſitū.§.cui plus, Aret.hic.
22 l.cū querebatur.iud.ſol. l.quod dicitur.de euict.
23 l.ſi duo.in fi.de arb.
24 arg.d.l.qd dicitur.in fi.



vt ſi plus ſua interſit,ex contractu agat,& pœnam receptam compenſet[1].ſunt tamen, qui
pœnam quoque ipſam tali caſu iterari ſentiant,& ita Bar. velle contendant:quod non pu-
to verum:pœna enim id quod in totum intereſt,declarat,non quod particulariter[2]. meri-
tò non poterit ſæpiùs committi:niſi tamen adiecta ſit clauſula,vt toties committatur,quo-
ties aduerſus ea factum ſit,quod & Bal.ſentire viſus eſt[3].ſed hac de re nos ſuprà diffuſiùs[4].
8 EX HAEREDIS FACTO. Diſputant hîc doctores,quomodo ſtipulatio*facti
ad hęredes tranſeat, & certiſsima eſt regula tranſire[5].cōuenit enim hoc cōſuetudini cōtra
9 hentiū,qui non ſolùm ſibi,ſed & hæredibus ſuis prouident[6].cōuenit & regulæ iuris, quæ *
repræſentari perſonam teſtatoris ab hærede ait[7],vt quod iuris de vno eſt,id & de alio cau-
10 tum cenſeatur[8].vnde conſequens eſt,vt ſicut † ſtipulator hæredi quoque ſuo cauiſſe intel-
ligitur,ita & promiſſor hæredem quoque ſuum obligaſſe[9], ſicque ſtipulatio vtrinque ad
hæredem tranſeat,& ſeruetur vtrinque æqualitas[10].Nec refert, an ſtipulatio adfirmatiuè
concepta ſit,an negatiuè:vtraque enim tranſiit:nec lex inter has formas diſtinguit: vnde
nec nos diſtinguere debemus,cum vt ſuprà diximus,omnis adfirmatio poſsit verbis nega-
tiuis proferri,& contra[11].Nec doctores noſtri effectu hac in re diſtinguunt,licet ſeparatim
I. vtranque diſputent. Non procedit † tamen concluſio in re ſui naturâ ad hæredes non
11 tranſmiſsibili,vt eſt ſtipulatio vſusfructus[12]:cohæret enim perſonæ id ius meritò non trāſ-
II. fertur. Sicut nec cum agimus de facultate merè perſonali,vt quia concedam tibi vt poſ
III. ſis in fundo meo lapidem cædere[13],vt poſsis ire agere[14]. Idē etiam ſi per verba iuris con
ceſsio concepta ſit,ſed indeterminatè ad fundum dominantem referatur[15].quod Bar. cen
IIII. ſuit,& nos alibi tractauimus. Idem ſi de operis*obſequialibus tractetur,& hæ enim per-
12 ſonæ ſtipulatoris cohærēt.ideóque ad hæredes non ranſeunt,niſi quatenus ſtipulatio ad id
V. quod intereſt,iam commiſſa fuiſſet[16]. Pecunia enim debebitur quæ perſonæ non cohæ-
ret[17]. Qua ratione nec cōtra hæredes promiſſoris tranſmittetur, quod eius perſonæ co-
VI. hæret[18],quod ſuprà loco ſuo adtigi. Idémque,inquit Bar.cum quis promiſit id facere,in
quo perſonæ ſuæ induſtria perpenſa principaliter fuerit[19]. ſed Ci.Imol. Raph. Iaſ.in hoc
diſſentiunt,quia magis reſpectus haberi debeat ad effectum obligationis, quàm ad perſo-
nam,licet inter perſonas ſit aliqua differentia[20].Ego Bar.ſequor,quoties ſola induſtria cau
ſam promiſsioni dediſſet,adeò vt aliàs ſtipulator non fuiſſet ſtipulaturus:obligationem ta-
men in hæredes tranſire cum cæteris ſentio,non vt ipſi faciant, ſed vt quod receptum eſt,
VII. cauſa non ſequuta reſtituant. Sed quid in priuilegiis immunitatis, an ad hæredes tranſ-
eant?& Iaſ.hîc reſpondit tranſire,ſi ex contractu huiuſmodi ius quæſitum ſit[21].Ego tamen
13 dubito:quia*natura immunitatis eſt,vt perſonalis ſit[22],& in tali priuilegio ſit ſtricta inter-
14 pretatio,vnde appellatione poſterorum*non continentur nati ex fœminis[23]: licet in alia
materia ſecùs ſit, & tale priuilegium dicitur eſſe aduerſus publicam vtilitatem: quia ex eo
aggrauantur alij[24].poteſt tamen defendi reſponſum Iaſonis,quando verba cōceſsionis eſ-
ſent in rem non in perſonam[25].alioquin ſi in perſonam ſint, etiam ſi ſit adiecta cauſa meri
torum,non ideo tranſmitterentur[26].nam & remunerationis cauſa non facilè ad ſucceſſo-
res pertinet[27],vt Bart.quandoque ſcripſit.poteſt & defendi ex cauſa contractus,vt quia di
ctum eſſet concedi propter amorem & honorem talis, & ob memoriam ipſius perpetuan-
dam.quod Bal.quandoque reſpondit[28].Idem ſi ob benemerita cōceſſum eſſet,appareréntque
ea tanta eſſe, vt perpetua remuneratione digna eſſent,vt Socin.ex facto reſpondit[29].
VIII. Fuêre & qui ſimpliciter ſtipulationem facti negatiuam cohærere perſonæ exiſtimarūt:
& ideo ad hæredes non tranſmitti[30],vt Cin.Pet.& pauci alij:ſed Accur.vbique cenſuit cō
trarium,quem Rain.Bar.& cæteri hîc ſequuntur,receptiórque hæc ſententia: quæ tamen
declaratione indiget. Et in primis † ſi huiuſmodi facti ſtipulatio cauſam iuris coniunctā
15 habeat,proculdubio ad hæredem ſecundum regulam trāſit,quod hîc Aret.rectè ſenſit.Vn
de promiſsio,qua quis confitetur te non teneri,ad hæredem tranſit, quia ad obligationem
II. iuris refertur[31]. Sic & ſtipulatio,*Habere licere vel per te non fieri quominus habere liceat*.quia &
III. ipſa iuris cauſam continet,ad hæredem tranſit[32]. Sic & pactum creditoris,*quod non li
16 ceat pignus vendere, niſi poſt tale tempus,ad hæredem tranſiit[33]. Sed & inquit Cin. &
IIII. Pet.ſequitur Bar.& cæteri,idem eſſe quoties ſtipulatio contractui acceſsit, qui ſui naturâ
ad hæredes tranſeat[34].Iaſon tamen hoc non contractui,ſed naturæ rei attribuit,ſecundum
quam ſtipulatio non ſimplex abnutiuum continet, ſed ad curam adhibēdam obligat quæ
V. per hæredes explicari poteſt. Qua ratione & ſtipulatio,*Dolum malum à contractu abeſſe*,ad
VI. hæredes tranſibit:quia & ad eos contractus tranſmittitur[35]. Sed & ſi ſtipulatio nullū cō-
modum adferret,ſi ad hæredes non tranſiret, veriſimile eſt id actum vt tranſeat. quæ ſen-
tentia rationem habet,licet lex à doctoribus,ducta alium ſenſum habeat, vt ſuprà oſten-
VII. di. Idem generaliter dicendum,cùm actum eſt,vt ſtipulatio quāuis perſonalis*ad hære-
17 dem tranſeat[37].in caſu enim claro non recurrimus ad coniecturas[38]. Et hæc quidem in iiſ-
ce ſtipulationibus procedunt, quæ ſimplex factum non continent & ad ius referūtur.ſed
quid

1 l.ſi quis à ſocio.ſ. pro ſoc.
2 l.fi. de præt. ſtip.l.ij.§.itē ſi in facto.ſ.eo.
3 Bal.l. qui fidem. de trāſa.
4 d.l.ſi ita quis.& l. ſtipulationes non diuid.ſ.fi.
5 l.veteris. C.de cōtrah. ſti.
6 l.ſi pactum.ſ.de prob.
7 in auth.de iur.à mor. præſtit.
8 l.hæredem. de reg. iur.
9 l.ſtip.iſta.§.ſicut.ſ.eo.
10 arg.l.ſi iudex.de minor.
11 gl.d.l.fi.de doli excep. dixi d.l.ſtip.§.nam ſi te ire.
12 d.l.ſtip. §.ſi quis ita.
13 l. apud Iul.§. ſi quis alicui.de leg.i.
14 l. quod dicitur. ſ. eod.§. ſed cum factū. Inſt. de ſtip. ſer.
15 l.pe.de ſer.ruſt.præd.l.pe. ſ.de ſer.leg.vbi Bar.
16 l.à duobus.l. fabriles. de op.lib.
17 l.Mela.§.j.de ali. leg.
18 l.centeſimis.§.j.ſ.eo.
19 l.inter.de ſol.
20 d.l.veteris.
21 Bal.conſ.cxij.in ij.
22 l.i.de iure im.l.iij. de cēſib.l. ſordidorum. C.de excuſ.mun.
23 l.ſi.de pollicit.iūcta d. l.j.
24 doct.l.ab omnibus.d.l.j. Alexā.l.quia perſonale.ſol. mat.
25 doct.d. §. ſi quis alicui.
26 l.j.in fi.de conſti.princ.
27 l.vel viuus. ſi qd in fraud. patr.Bar.l.ambitioſa.de decret.
28 Bal.conſi.ccclv.l.j.
29 Socin.cōſ.lxxxiiij. in iij.
30 l. qui in futurum. §.j. de pact.
31 l.tale.de pact.
32 d.l.ſtip. verſ. ſed ſi ſe.
33 l. ſi neceſſarias. §. pen.de pignor.actio.
34 l.emptorem.in fi.de act. empt.
35 d.l.ſtip. §. ſi quis dolum
36 l.ſi ita ſtipuler.ſ.eo.
37 l. inter ſtip.in prin.l.in illa.ij.ſ.eod.
38 l.iuriſgentium. §.pactorum.ſ.de pact.

quid ſi ſimplicis facti ſint? & tunc Ci. Petri, & qui eos ſequuntur, verior eſt ſententia. Vn- I.
de † ſtipulatio, *Vt mihi tenere*. vel, *Vt mihi ire agere liceat*. perſonæ cohæret, & ad hæredes non 18
transfertur[1]. Idémque ſi formula negatiuè concepta ſit, *Per te non fieri quominus mihi ire li-* II.
*ceat*. vnde ſolent Iuriſconſulti mentionem hæredis addere[2], idque tam ex parte ſtipulato-
ris, quàm promiſſoris, vt ſuprà oſtendi. Qua ratione & in lege noſtra hæc ſtipulatio, *Ne-* III
*que per te, neque per hæredem vim fieri*. expreſsim hæredis meminit alioquin ad eũ nõ tranſiſſet
vim enim facere* meri facti eſt: nec ad ius refertur. Idémq; in promiſsiõe, *Non offendendi*. in IIII.
quaſi mentio hæredis ſit adiecta, noua ſtipulatio ex perſona hæredis eſt, non autem tranſ- 19
fuſa, vt alibi Bar. docuit[3], licet hic ſtudio aduerſandi Cino præceptori ſuo, aliter ſentiat.

Idémq; ego arbitror in ſtipulatione, *Dolum malum à me abeſſe*. & ideo lex non otioſè hæ- V.
redis mentionem in hoc exemplo fecit.[4] Quod & eadem ratione in ſtipulatione, *Per te* VI.
*non fieri, quominus vindemiam mihi tollere liceat*. eſt dicendum, nam & tali caſu lex hæredis men-
tionem facit.[5] Sed quid in conuentione dicemus, qua quis promittit non petere: & Bar. VII.
diſtinguit, vt ſi perſona verbo promiſsiuo, vel obligatiuo adiiciatur, nihilominus pactũ in rem cenſeatur, & ad hæredem tranſeat, tanquam perſona adiecta cenſeatur demonſtrationis tantùm cauſa[6]: vt cùm dicimus, *Ego promitto non petere*. vel, *Promitto tibi non petere*. quod & Guil. & Iac. tradiderunt. Addit Bart. idem eſſe, etiã ſi perſona verbo executiuo adiecta ſit: dum modò ſit talis perſona, quæ contrahat, & quæ hæredem habere poſſit, vt ſi ego paterfamiliàs promittã tibi acceptanti non petere à te, intelligetur nec ab hæredibus tuis[7] Sed hoc, quod adiicit Bar. ſatis dubiũ eſt: quia lex pactum, *Ne à te petatur*. cohærere perſonæ ait[8], ſicut & pactum, quo auus paciſcitur, ne gener dotem à ſe petat[9]. Nec multùm referre videtur, an paciſcens nequeat habere hæredem, puta filiusfam. quia ſi perſonale non ſit, debuit tale ius ſaltem patri acquiri, & tamen potiùs pactum eſt nullum, quã vt patri acquiratur[10]: æquiparat enim lex, an pactum ad hæredem tranſeat, an ei quæratur, in cuius poteſtate paciſcens eſt[11]. Verior ergo videtur Guil. & Iac. ſententia, quam Cirillus, Imola,
Iuoq; ſequuntur. Nec me mouet Pomponij reſponſum, † quo traditur, teſtator cauit, ne 20
hæres à ſolo Titio petat. nõ poſſe ab hærede Titij petere[12]. Vnde ſentire videtur aliud eſſe ſi dictio taxatiua non fuiſſet adiecta. Reſpondeo, accipiendum tibi eſſe à contrario ſenſu argumentum: quia dictio taxatiua non eo fine eſt adiecta, vt per eam fieri liberationẽ perſonalẽ oſtenderetur: erat eñ etiã abſq; ea dictiõe ſed vt oſtẽderet, ſi cõtrà feciſſet hæres, nõ poſſe ampliùs eum ab hærede Titij petere, ſed iure ſuo cadere, tametſi taxatiua ſoli Titio conſuleret, non autẽ eius hæredi, pœnæ ergo commiſsio prodeſt hæredi Titij, quãuis principale legatum non prodeſſet. Imola Pomp. reſponſum ad vltimas voluntates reſtringit, in quibus ſit fauorabilior interpretatio, verum hanc ego reſponſionem non probo, & ſuperiorem ſequor. Sed hæc hactenus ſunt enim etiam alibi à me tractata[13].

1 l. quod dicitur. §. eo. d. l. in ter. in fi. de ſolut. Bar. d. §. ſi quis ita.
2 l. ij. §. ſi. §. eo. l. Iulianus. in prin. §. eo.
3 Bar. §. cato. vj. q. & d. §. ſi quis ita.
4 d. l. ſtip. §. ſi quis dolum. cum §. ſuæ.
5 d. l. ſi ita ſtipuler.
6 d. l. iuriſgen. §. pactorum. ij. reſponſ.
7 d. §. pactorum. Alex. cõſi. cxlviij. in v.
8 l. qui in futurum. §. j. de pact.
9 l. auus. eo. tit.
10 l. cõtra. §. ſi filius. eo. tit. l. acquiret. in fi. cum l. ſeq.
11 l. idem. §. j. eo. tit.
12 l. non ſolum. ij. §. tale. de liber. leg.
13 d. l. ſtip. in prin. & §. cùm vero. §. ſicut.

## SVMMAE.

4 ☞ *Iuramentum matrimonium inualidum non ualidat, niſi ex cauſa.*
5 *Promiſſionem non nubendi pœnalem non committi.*
6 *Pœnam ne nub. ſolutam condici.*
7 *Matrimonij pœnam non committi.*
8 *Matrimonia præmiis induci.*
10 *Matrimonia non coniuncti ſed extranei ſpondent.*
11 *Stipulationem curandi matrim. committi.*
12 *Nuptiarum libertatem arrhis tolli ex cauſis contrà. 13. 15. 17.*
14 *L. fin. de ſponſ. C. explicari. 16.*

## LEX CXXXIIII.

TITIA. Sponſalia à parentibus * pro filiis ſuis contracta, valent qui- 1
dem[14], ſed non ideo poſſunt cogi filij ad matrimonium[15], nec ſtipulatio pœnalis hoc nomine committitur tanquã contra bonos mores ſit concepta, idq; non ſolùm ſi pœna filiis infligeretur[16], ſed etiam ſi aduerſus eorum parentes eſſet committenda: debet enim ſumma* libertas eſſe in matrimonio[17], nec poſſunt augeri in eo pœnæ, ſed iis contenti eſſe debe-
mus, quæ à lege ſunt inductæ[18]. Sed † quomodo promiſsio talis cõtra bonos mores eſt, nec 2
enim delictum aliquod hinc inducitur, aut aliquid turpe fit? & puto id eſſe: quia ſublata libera voluntate contrahendi matrimonij, facillimè ſequeretur perpetua rixa inter coniuges, & inuicem mutuæ inſidiæ[19]. Vnde lex cenſuit futuris periculis occurrendum eſſe[20]

Et ideo exiſtimauit Bar. quem † cæteri hîc ſequuntur, huiuſmodi ſtipulationem iura- I.
mento non confirmari[21], quæ & receptiſsima eſt pontificiorum ſententia. Fuere tamen, 3
qui diſſentirent: quia lex noſtra ſimpliciter dicit non eſſe hanc ſtipulationem cõtra bonos mores: non enim ſequitur, ergo eſt contra bonos mores, cùm poſsit quidam medium dari &[22], etiam ſi eſſet aduerſus bonos mores ſecundum ius ciuile perpenſos, non tamen ideo minùs confirmaretur religione contractus[23], & ita à Cor. nuperrimè reſponſum extat[24]
ego, diſtinguendum † arbitror, vt ſi ſponſalia ab ipſis filiis iurata proponantur, ad nu- 4
ptias

14 c. ex literis. ij. c. Gemma. de ſponſ.
15 c. j. de deſpõ. impub. li. vj.
16 l. neque. C. de nupt.
17 c. cum locum. de ſponſ.
18 l. ſi ita ſtip.
19 c. requiſiuit. de ſponſa.
20 c. præterea. de ſponſ. c. de illis. de deſpõ. impu. vbi gl.
21 c. non eſt. de reg. iur. vj.
22 l. j. §. ſcientiã. de tribut. gl. l. iij. §. genera. de acq. poſ.
23 arg. c. cum contingat. de iureiur. dixi. l. pacta quæ cõtra. C. de pact.
24 Cor. cõſi. cccxiiij. in iiij.



ptias compelli poſsint, iuramẽtúmq; obſeruetur[1]: niſi iuſta aliqua cauſa ſuperueniens impediat[2]: nec enim inuiti hoc facere dici poſſunt, qui ſemel conſenſerunt[3]: quòd ſi ipſi non conſenſerunt, ſed eorum parentes, à periurio quidem parentes liberentur, dũ tamen quod in eis eſt, citra omnẽ vim, & terrorem curauerint iuramentum obſeruare[4], pœnam verò pecuniariam parentes ex ſtipulatu non refundant, & ita videtur ſenſiſſe doctores, crebrio-
II. re calculo. Sed quid † ſi mulier promiſit non nubere alicui ſub pœna, & nihilominùs nu-
5 pſit? & adhuc legi noſtræ eſt locus, ne pœna exigi poſsit[5]. quod Alberi. cenſuit. & licet in legatis diſtinguatur, an perpetua ſit prohibitio, an temporalis[6], & quandoq; an vidua promiſerit, an virgo[7] tamen in contractibus indiſtinctè ſeruanda eſt libera facultas nubendi.
III. Sed quid † ſi ſtipulatio pœnalis fuiſſet exacta, an dabitur repetitio? & nõ videretur ſicut
6 nec arrhæ reſtituuntur: quia rei traditione confirmatæ ſunt[8]: & ideo lex noſtra reo conſulit per exceptionem doli, non autem concedit actionem, & quia metus amiſsionis modicæ pecuniæ non inducit probabilem excuſationem[9], ſed tamen doctores ſentiunt contrariũ quia exceptio cuius meminit hic Iuriſconſultus, eſt exceptio facti: cùm enim ſtipulatio aduerſus bonos mores concepta ſit, apparet ipſo iure eſſe nullam. qua de re nos ſuprà[10]. Me-
IIII. ritò ergo dabitur repetitio. Sed quid ſi pœna adſcripta ſit, non vt priuigni in matrimonium coëant, ſed ſi diuorterint? & clarum eſt matrimonia debere à pœna eſſe libera, non ſolùm, cùm de eis contrahendis agitur, ſed etiam ſi de diſſoluendis tractatur[11], & quia pœnis legalibus contenti eſſe debemus[12]. Sed cùm hodie vetita ſint diuortia, videretur ſtipulatio pœnalis committi, & valere tanquàm iuri communi conformis ſit[13], qua de re ſuprà.
V. Sed † proceditne indiſtinctè omni iure lex noſtra? & quod libera debeant eſſe matrimo-
7 nia, etiam pontifices iuſſerunt[14]: at pontificij interpretes etiam iuris diuini id eſſe exiſtimarunt[15], vt meritò nec iuramento confirmetur ſtipulatio, quãdo ſuprà diximus, quæ ſententia ſi vera eſt, non valeret conſuetudo. aut ſtatutum, quod huiuſmodi pœna cõfirmaret[16]. & tamen olim lege Longobarda aliud erat, cõmittebatúrq; ſtipulatio pœnalis[17]: & hodie in multis locis videmus quotidie tales contractus celebrari, partibus obſeruatione dignos
VI. exiſtimantibus. Sed nunquid ſaltem pœna cõmittatur, quatenus intereſt ſtipulatoris? & Accur. quandoq; ſenſit committi[18], quod intelligebãt Dinus, Bal. & Beſu. quatenus ſtipulator damnum feciſſet, non quatenus lucrum ſibi auferretur: nec enim quod tali modò intereſt propriè pœna eſt[19]. Sed tamen Iac. Bar. cæteri diſſentiũt, propter legis noſtræ verba, & quia ſubeſt eadem ratio, ne libera matrimonij facultas reſtringatur. Poterit enim alter coniugum moneri, ne qualecũq; id damnum ſtipulatori reſarciat: ſatius ergo eſt, vt ſibi ſtipulator imputet, qui temere impenſas fecerit, cùm ſcire debuerit talem ſtipulationem infirmam, irritámq; eſſe[20], quæ ſententia vera eſt, etiam ſi phormio Terentianus neget. Si tamen dolus promiſſoris argueretur, nõ diſfitentur doctores noſtri actione de dolo ſuccurri ſtipulatori[21], & eatenus veram eſſe Dini opinionem. Et hæc quidem ſecũdum
I. legis noſtræ regulã procedunt. Videamus nunc caſus, qui à regula recedere videntur. Et
8 in primis † conſtat, licet metu pœnæ ad matrimonium adſtringi quis nequeat, ſpe tamen proemij ſolicitari poſſe[22], & ideo valet paternum teſtamẽtum, quo filias in triente legitimo inſtituat: & præterea in tota hæreditate, ſi nupſerint mercatoribus: quod Oldr. reſpõdit, & receptior eſt ſententia. Idem in cõditione[23], ſi nupſerit ciui non autem alienigenæ, vt Fulg. reſpondit: ſicut & valet beneficij conceſsio à principe clienti facta & eius filijs maſculis, & fœminis, dum tamen fœminæ nubant ſubiecto[24] idem ſi additum ſit, dum nubãt ex voluntate principis quod Iſernia in Conſtit. regni tradidit, & ex facto reſponſum vidi: licet enim principi talem legem rei ſuæ imponere, quod alibi tradidi[25]. Et hæc quidẽ in matrimonio procedũt, ad quod ſpe lucri poteſt quis inuitari atq; allici. In ingreſſu verò religionis aliud eſt, non ſolùm metu pœnæ, ſed nec ſpe præmij adduci ad eam quis debet, ne aliàs ſimoniaco ambitui ſit locus[26]. Quod & in hæredis inſtitutione receptum eſt:
9 voluntas enim* captatoria dicitur, quæ ſpe lucri ad inſtitutionem alliceret[27]: tantùm abeſt, vt metu pœnæ compelli quis poſsit, vt ſuprà vidimus[28]. ſanè nec in matrimonio quidẽ toleraretur hæc ſpes lucri, quoties ab altero coniugum alteri promiſſum eſſet, ne videatur matrimonia effici venalia[29], & aduerſus legem committatur donationem inter coniuges prohibentem, quod ſuprà docuimus. Nec (quod ad ſuprà ſcripta attinet) refert amiſsio magni lucri ſit an modici, quicquid hîc Iaſ. ſentiat, qui quæ de metu à doctoribus tradita
II. ſunt hîc impertinenter inculcat. Alter eſt caſus, cum ſtipulatio † non per parentes, aut
10 tutores, aut amicos eſt interpoſita, ſed per homines prorſus extraneos: valeret enim ſicut quelibet alia ſpõſio[30]: cùm veriſimile non ſit quemquã à matrimonio temperaturum, quia aliquis ſibi extraneus damnum faciat, quid id ad ſe pertinet? & ita Accur. cenſuit, quem Barto. & cæteri ſequuntur[31], ſi ergo non ſit extraneus, ſed ſanguine coniunctus, vt frater, vt patruus, vt conſanguineus, ſecùs eſſet[32]. Idem, ſi tutor, habet enim & vim, & poteſtatẽ in caput pupilli, quod Cin. & Bar. tradiderunt[33]. Idémq; aiunt, ſi plurimùm familiaris, atq; amicus

1 c. ex literis. ij. de ſponſ.
2 d. c. requiſiuit.
3 l. ſicut. de act. & obliga. C.
4 gl. c. Gẽma. eo. tit.
5 d. l. fi. vbi Alber.
6 l. cùm tale. §. Mæuiæ. de. cond. & dem.
7 l. j. C. de ind. vid. tol.
8 d. l. fi. C. de ſpon.
9 doct. c. Gemma. extra de ſponſa. Iaſ. hîc. no. iij.
10 l. & generaliter. l. ſi plagij. §. eo.
11 l. libera. C. de inut. ſtip.
12 d. l. ſi ita ſtipulatio.
13 glo. clem. ne Romani. verb. tolli. de elect.
14 d. c. cũ locũ. d. c. requiuit.
15 Ioã. And. c. ſtatutum. de hæret. in vj.
16 Calca. cõſ. iij. Aret. hic.
17 l j. de ſponſ. j. Lombar. Alberic. hic.
18 l. ij. §. de ſponſ.
19 l. ſi is cui. in fi. de furt.
20 l. ſi quis domũ. loca.
21 l. ſi cùm mihi. de dolo.
22 l. Titio centũ. §. j. & cond. & dem. l. ſi quis in teſtamẽto. de cond. inſti.
23 Oldr. cõſi. xvj. Ful. cõſil. lxj. Com. clxiij.
24 Bar. l. ij. C. quãdo & qui. quarta pars. & l. j. C. de muri. lib. xj.
25 l. cũ tale. §. reſcriptũ. de cõd. & dem. Feli. c. ex parte. de conſtitu.
26 doct. l. ij. C. de inſtitu. & ſubſt. Fel. c. cũ M. de cõſtit.
27 l. ille aũt. de hære. inſtit.
28 d. l. ſtip. hoc modo.
29 l. ſi ita ſtip. fu. te ſiſti. in fin. §. eod.
30 l. ſi rẽ. §. fi. de præſ. verb.
31 l. mulieri. de cõ. & dem.
32 l. hæres meus. §. fi. eo. ti.
33 Bar. conſi. xlv.

amicus ſit,etenim coniūctis perſonis ij comparantur,quod quibuſdam exemplis Iaſ. hîc
docet,ego ſuſpectum eſſe debere iudici hunc contractum arbitror:ne fortè clam,& tacita
pactione fecerit per extraneos fiduciarios fieri haſce promiſsiones, vt legi noſtræ fraus
fiat:tali enim caſu proculdubio non eſſet actio concedenda,quòd Raph.hîc cenſuit.[1]

Tertius eſt † caſus,cùm pœnalis ſtipulatio ita concepta non eſt,vt matrimonij neceſ- III.
ſitatem inducat,putà promiſerunt parentes curare,vt priuigni contrahant matrimoniū, 11
& ſi id minùs fecerint,promiſerunt pœnam:cùm enim liberentur ſimplici cura [2],arbitror
valere ſtipulationem,& committi:niſi probetur eos curā quod in ſe fuit adhibuiſſe,& citra
vim,aut terrorem voluiſſe eis perſuadere,vt hoc facerent,ſentit id & Accur.qui conditio
nis verba in lege noſtra,*Si quis eorum*. interpretatur priuignorum , non autem parentum,
Quòd ſi verba aliter concepta eſſent,vt quia promiſiſſent ſe facturos,vel promiſiſſent ſe
curaturos cū effectu , tunc eſſet ſecùs,non valeret hæc promiſsio : quia non liberarentur
ſimplici cura:ne factum alienū cenſerentur promiſiſſe,ſed ſuum [3]. An autē difficultas eos
excuſaret,alibi tractandum eſt[4],ſed quid ſi parentes tam modicam pœnam ſtipulationi
inſeruiſſent,vt minimè veriſimile ſit ea abſterritū iri quominùs arbitratu ſuo alias nuptias
celebrent?& videretur valere ſtipulationem,& ita Iac.Pet.Cin.exiſtimauit,quos & aliqui
pontificij ſequuti ſunt,ſed Bar.[5] hîc contrarium diſputauit,cuius ſententiam alij vno ore
probant:lex enim paruam à magna pœna nō diſtinguit [6],& ſi vel x.aurei,aut xx.promiſſi
ſint,quāuis hæc magna ſumma non ſit,actionem denegat [7],& ſemper ſubeſt illa ratio , vt
pœnis legalibus contenti ſimus [8].Poſſet tamen defendi hæc Petri Ciniq; ſententia,ſi iura-
mentum acceſsiſſet:nec enim eſt contra bonos mores promiſsio,perquā veriſimiliter non
reſtringitur matrimonij libera facultas,etiam ſi rigor iuris obſtet,quod religionis æquita-
te emendatur:in foro enim conſcientiæ ad naturales rationes adtendimus,non ad com-
mentitias [9]. Vltimus eſt caſus † vt licet ſtipulatio pœnalis non valeat,datio tamen arrha IIII.
rum ſuſtineatur,adeò vt qui detrectauerit nuptias,duplum refundat,vt lege nouella cau- 12
tum eſt [10].Sed quænam eſt ratio differentiæ,vt pœna nō valeat,pignus,ſeu arrha bo licitè
detur,vtrunq; enim æquè promiſsioni nuptiarum accedit[11]. Et Iac.Pet.Cin.arrhas mo I.
dicas eſſe pœnam grauem aiebant,nec ob rei modicæ amiſsionem libertatem matrimonij
impediri,quæ ſententia ſuprà reprobata eſt. Aliter ergo alij veteres ferè receptiore cal- II.
culo Guid.Sul.Oldra.Alberic.Bal.Ciril.Aret.à quibus nec pontificij Hoſti. Feder,Butr.[12]
diſsident,nempe pœnā promitti caſu,quo matrimonium non ſequatur , arrham dari pro
matrimonij perfectione,ſicq; in pœna eſſe conditionem,quæ nil ponit [13],in arrha eſſe prin
cipium contractus,vnde eſſentia futuri contractus ponitur [14]: lex ergo magis fauet con-
tractui iam cœpto,vt perficiatur ac arrharū datio habeat effectum,quàm contractui non-
dum cœpto,ſed qui fieri promiſſus ſit,& talem promiſsionem cū pœna infirmat. Addo III.
ego traditione rei cōfirmatas eſſe arrhas,difficiliùs autem lex actus facti infirmat [15],quàm
actionē impediat,& grauius eſt cuilibet ſoluere quod promiſit,quā perdere quod dedit [16]:
nam & datio arguit maiorem deliberationem atq; conſenſum quàm ſimplex promiſsio,
cum pleriq; promittāt , quod nunquam ſoluturos ſe credunt [17]. Bartolus non poſſe pœna
conuentionali reſtringi libertatem matrimonij fatetur,vt lege noſtra expreſſum eſt,poſſe
tamen pœna legali id fieri exiſtimat[18],eſſe autem arrharum amiſsionem pœnam legalem
ſiquidem ſciendum,qua ratione ſponſalitia largitas introducta eſt,eadem & dationem ar
rharum fuiſſe permiſſam [19]:& ſicut ſi non culpa mulieris nuptiæ exitum non habuiſſent,
eam largitatem lucrifaciebat [20],ita & æquum fuit arrhas lucrari,nec ideo videri liberta-
tem matrimonij conuentione reſtringi,ſed potiùs legis authoritate.Cur autem legis lato-
ri ita placuerit ex ſuprâſcriptis aliorum rationibus eſt colligendum. Híncq; infert † Bar. I.
non poſſe pœnam dupli vel quadrupli in arrhis conſtitutam,excedere quantitatem dotis 13
aut donationis propter nuptias [21] , ne ſcilicet,maior infligatur ei pœna , qui à ſponſali-
bus diſceſſerit,quàm ei qui veras nuptias diremerit,quæ ſententia æquitatem habet,licet
contraria receptior videatur. Rurſus infert non videri reſtringi facultatem matrimo- II.
nij ſi arrhæ re ipſa datæ ſint,ſecùs ſi promiſſæ tantum,tunc enim ſubeſt cauſa prohibitio-
nis,quæ in ſtipulatione pœnali rem infirmat:& quoties lex ſpecialiter aliquid numeratio-
ni concedit,non eſt ad ſimplicem promiſsionem trahenda [22] qua ratione & multa doti
datæ conceduntur,quæ duntaxat promiſſæ non permittuntur [23],licet aliàs in iis,quæ à re
gulis iuris non exorbitant,dare,& promittere æquiparētur [24]. Sed quid ſi ſimpliciter cō- III.
feſſa eſt mulier arrhas datas,an adhuc neceſſaria erit probatio corporaliter datas eſſe?&-
pro confeſsione præſumi Barto.ait[25],quod intelligendum eſt,niſi de caſu ageretur,quo
mulieri pe exceptionem non numeratæ peccuniæ[26],conſultum eſſet,vel allegaretur fraus
eſſentq; pro ea probabiles coniecturæ [27].Nec obſtat,quòd confeſsio inter perſonas pro-
hibitas eſt ſuſpecta [28].reſpondeo prohibitionem ſpecialem eſſe in promiſsione pœnæ,non
in receptione arrharum,vnde ſtabimus potius confeſsioni,& ſuſtinebitur contractus [29],
& licet

1 But.& Card.d.c.Gemma.
2 gl.& doct.c.ex reſcripto. de iure iur. gl.c. querelam. eo.tit.
3 l.ſi hæres iuſſus. de leg.j.
4 d.l.ſtip.verſ.at ſi quis ve lit.ſ.eod.
5 Io. And.d.c.Gemma.Fed. Sē.conſi.cxciiii.
6 l.noſtra.& d.l.ſi.
7 d.l. neque. d.l.ea quæ.de don.inter vi.
8 d.l.ſi ita ſtipulatio.
9 Bald.authē.ad hæc.C.de vſur.
10 d.l.ſi.C.de ſponſ.
11 gl.l.petens.C.de pact.
12 Hoſt.in ſum.But.d.c.Gē ma.Fed.conſi.clxix.
13 l.ſi quis ſub.ſ.ſi quis om. cau.
14 l.quod ſæpe.in princ.de contrah.empt.
15 l.denique. ex quib.cau. mai.l.ſed ſi ego.in ſi.ad vel.
16 l.centeſimis.in ſi.l.à Titio.in ſi.ſ.eo.
17 l.ſtichus ſi hæredi.de ſta tu lib.
18 d.l.ſi ita ſtipulatus.
19 l.cū veterum.C.de don. ante nupt.
20 d.l.cùm veterum. & l.ſi à ſponſo.
21 l.ex cōſenſu.l.iubemus. C.de repu.
22 l.ſi debitorem.de noua. l.ſi filius.in ſi.ſi cer.pet.
23 l.dotale.ſ.dotale.de fun. dot.
24 l.ſi.C.ad l.falc.l. omnia. ſi cer.pet.vbi dixi.
25 l.publia.depoſ.
26 Bald. l. deo. C. de epiſ. & cleri.
27 l.ſi quis poſt.verb.corpo raliter.C.de bo.proſcri.
28 l.qui teſtamētū.de prob.
29 l.cū de indebito. in fin. de probat.



14 Et licet † lex nouella de arrhis verè datis loquatur,& nihil attentari extra definitionem il
lius legis permittat[1], tamen propter confeſsionem cenſebuntur corporaliter datæ, & idē
poterit præſumptio legis quod veritas [2],quicquid aduerſus communem ſententiam Ang.
Imol.Caſt.ſenſerint,& nouiſsime reſpōderit Soci [3]. Sed quid ſi † vtrinq; datæ ſint arrhæ
IIII. 15 præſumetur ne fraus legi facta?Et ſi eadem prorſus ſumma vtrinq; interuenerit: quia tan-
tùm ſit datū quātū receptū cenſuit Bar.nihil videri datū [4].quæ ſententia probabilis eſt tā-
quàm vtriq; fiat compenſatio , quæ ex quantitatis paritate facilè inducitur [5]. Sed quid ſi
inæquales arrhæ ſint datæ,vt quia vir vxori centum dederit,vxor marito xl. & quatenus
ſumma conuenit,ſentit Bar.idem eſſe[6],ſubiicitq; generaliter non eſſe legi nouellæ locum
niſi caſu in ea expreſſo , ſcilicet cùm ex altera parte tantùm datæ ſint arrhæ quam ſenten-
tiam Ang.Caſt.& Iaſ.hîc probant,& ſequuntur pontificij[7],& in caſu dubio,cum non con
ſtat an vera arrharū numeratio acceſſerit eſt probabilis,& Aretino placet.Quod ſi conſta
ret de vera numeratione,verius videtur, vt valeat vtrinq; arrharū datio qđ Cin.Sali.Tor
quatus [8] & Bal.cenſuerunt. Nec obſtat,quòd non cenſetur datū, ſi quid confeſtim reſtitu-
tum eſt [9].reſpondeo hoc non procedere,cum id,qud reſtitutum eſt,non cauſa priorē obli-
gationem diſſoluendi,ſed nouam cōtrahendi numeratum fuit [10]. Nec rurſus obſtat,quòd
16 lex † nouella loquitur:cùm altera dūtaxat partiū dedit arrhas,nihílq; extra eius definitio-
nem ſit addendum,ne duplicetur pœna legis reſpondeo diſpoſitionem legis quamuis ex-
orbitantis:quæ in caſibus ſimplicibus loquitur,etiam mixtum continere [11],nec enim caſus
hic extra verba legis inducitur,vt Salic.oſtendit.Sed quid ſi vera numeratio nō probetur
ſed confeſsio vtrinq; adſit & quidem iurata?Et Soci.adhuc inutilem eſſe arrharum datio-
nem arbitratur [12],quam ſententiam propter vim iuramenti ego non probo. Nam & An-
gelus [13],non eſſe admittendam hanc exceptionem reſpōdit,ſi lege municipali executio in
promptu inſtrumentis præcepto chartularij munitis , data ſit tanquàm iudicis auctoritas
præſumptionem fraudis aut ſimulationis elidat,à quo tamen diſſentit Aretin. Ego in omni
fraudis ſuſpicione plurimùm ad ſigna,& coniecturas attendendum arbitror, multūq; hac
V. in re iudicis perſpicaciæ tribuendum. Sed † quid ſi datus ſit fundus pro arrhis?& Bart.
17 nihil agi exiſtimauit.Oportet enim arrhas in quantitate conſiſtere : quoniam ea propriè
duplari in pœnam deteſtantis poteſt,ſicq; lex nouella loquitur:fundus enim duplari non
poteſt,ſicut nec cæteræ ſpecies[14],ſed non videtur recepta hæc ſententia : quoniam arrha
nihil aliud eſt quàm pignus:at pignus vel maximè ſuper ſpeciebus conſtituitur[15]:aut ergo
is qui dedit fundum,mutat ſententiam,& detractat matrimonium:& nō eſt ratio,cur mu-
lier,quæ,accepit eū,non lucretur,aut ipſa detrectat,& cogetur eum reſtituere,itēq; æſtima
tionē ſicq; duplabitur fundus æſtimationis reſpectu [16],quod & aliis caſibus fieri videmus
& ita Bal.Salic.Imo.Rapha.Caſtren.Aret.Iaſ.cenſuerunt,quos & ipſe ſequor:oportet ta-
men corporaliter huiuſmodi fundum traditū eſſe[17],vt Bart.ſcribit.nec ſufficeret per clau-
ſulam conſtituti*tranſlatam eſſe poſſeſsionem.Ego ſicut ſufficere confeſsionem arrharū
18 ſuprà cum Bar.exiſtimaui,ita nunc & clauſulam conſtituti ſufficere arbitror [18], niſi ali-
quæ coniecturæ fraudis ſimulationis ne extrinſecus accedant,qua de re alibi [19].

1 d.l.fin.
2 l.ſi.de prob.
3 Soci.conſ.iij.
4 l.qui ſic.de ſolu.
5 l.cum quo.§.fin.ad l.Falcid.vbi not.
6 l.ab omnibus.§.ſi Titio. de leg.j.
7 But.Abb.alij.c. Gemma. Ang.conſ.cciij.
8 Cin.Bal.Sal.d.l.ſi.
9 d.l.qui ſic.
10 l.ſi tibi pecuniā.ſi cer.pe. l.qui duos.de ſolut.
11 l.vim paſsim.§. præſcriptione.ſ. de adult.in princ. ſ. eod.
12 Soci.conſ.iij.in ſ.
13 Ang.conſ.ccxxxiiij.
14 l.Lucius.§.impuberem. de leg.ij.l.planè.§.j. & ſeq. de leg.j.
15 glo.l.j.verb.& magis.de pig.act.
16 l.ſi cum exceptione.§.j. quod met. cā.l. ſenatus. de contrah.empt.
17 l.j.C.de ſuffra.l. ſicut.§. ſuperuacuum.ſ.quib. mod. pig.ſol.
18 l.quod meo.de ac.poſ.
19 l.poſt contractū.de don. vbi dixi.

SVMMAE.

2 ☞ *Repeti dicta videri: ex cauſis diuerſum. 9.*
12 *Repeti etiam ex interuallo poſſe.*
13 *§. Idem reſpond. j. ſenſus. 14.*

1 §. IDEM RESPONDIT. j. Quæ in*præfationibus conuenerunt, cenſen-
I. tur in ſtipulatione repetita[20]:nec enim facile ſit interpretatio,vt quis ſententiā mutarit [21].
2 Si igitur actum † ſit de tritico Africano mutuando,ſtipulatio deinde ſimpliciter inter-
II. poſita,de eo intelligitur,vt Iaſ.hîc ait. Si actum ſit,vt liceat venditori rem redimere,&
3 deinde quis emit ſimpliciter, intelligitur*tacita conditio redimendi, vt Alex.ex facto re-
ſpondit [22],& clauſula[3],*Saluo errore calculi*. de qua à principio conuentum ſit,intelligitur ta-
citè repetita in ſtipulatione quamuis purè cōceptum ſit eius obligationis documētū quod
Imo.reſpondit [23],generalis enim ob ligatio ſemper reſtringitur ſecundum præcedentem
IIII. præfationem. Et ſi dedero tibi fundū,nō intelligar inſolutum dediſſe,ſi in præfationibus
4 actū ſit,vt redderem te ſecurū, ſit enim quis ſecurus,vel ſola pignoris*datione vt Socin.
V. reſpondit [24]. Et quod de re dicitur,in loco quoq; obſeruandum eſt,vt ſtipulatio ſimpli-
5 citer*interpoſita ad locum reſtringatur,de quo in præfatione ſit actum,vt Iaſ.hîc docet.
VI. Nam & in perſona quoq; idem eſt. Vnde ſi mihi mandauerit Titius,vt aliquid faciam
deinde ego ſimpliciter fecero ,intelligar tamen eius nomine feciſſe [25] :quod à me alibi la-
VII. tiùs declaratum eſt [26]. Sed & in odioſis quoq; locum eſſe regulæ noſtræ ex eo apparet,
6 quod ſi actum ſit in præfationibus,ne ſors repetatur,donec vſuræ*ſoluantur,licet in ſtipu
lationc ſortem ſimpliciter ſpoponderim,tamen ſubaudictur conditio.*Niſi vſuras ſoluam*[27].

20 l.itē quia.§.ſi. de pact.§. ex hoc autē capite.Inſt. ad l.Aquil.
21 l.eum qui.de prob.
22 cōſ.cxxij.ij.& cxxvij.iij.
23 Im.cōſ.xix.& cōſi.xcv.
24 Soc.conſi.xciij.j.
25 l.qui in aliena.§.ſi is q. de acq.hære.Bal.cōſ. ccx. ij.
26 l.j.§.nūtiatio.de op.no. nunt.
27 d.l.itē quia.§.ſi.

Qua ratione & in delictis idem cenſebimus, ſi inter nos conuentum ſit, vt occideres
Titium, ſubſequuto delicto, cenſebitur vigore præcedẽtis tractatus eſſe factum [1], quod Iaſ.
hîc ait, & ego alibi recenſui. Addit Pontanus idem eſſe, etiam ſi quæ in præfatione dicta IX
ſunt, non omnino actui ſequenti cõueniant. vnde ſi conſtituerim procuratorem, vt me ad-
moneat de pretio tritici Siculi, & vt illud cum Rege quanti minimi moderetur, cenſebitur
repetitum, vt me quoq; priùs admoneat, quid cum Rege temperauerit [2]. Nã generalis eſt X.
regula ex præcedẽtibus * declarari ſequentia [3], & vnam clauſulam ad aliam trahi [4] & con
ditionem inſtitutioni adiectam, in legato repetitam cenſeri [5], & ſecundum inſtitutionis 7
præcedentis naturam ſubſequentem ſubſtitutionem accipi [6] & clauſulam ſequentẽ quam
uis generalem, ad rem & cauſam priùs ſpecialiter expreſſam reſtringi [7], & quæ prius dicta
ſunt, magis repetita in ſequentibus cenſeri, quàm cõtra. [8] Illud quoq; receptũ eſt, vt iiſce XI.
præfationibus magis credamus, quàm ei quod in ſtipulatione deductũ eſt, quoties de frau-
de aut ſimulatione detegenda tractatur. vnde ſi acceptis centum promiſerim vſurario da
re fundum pro pignore, quamuis deinde contractus venditionis celebretur, potius exiſti-
mabimus pignus eſſe [9], vt fructus ſorti imputẽtur, præualebítq; præfatio contractui, quod
Iaſ. hîc tradit, receptiſsimúmq; eſt, ego verum arbitror, ſi à principio dictũ eſſet: vt fundus
licet inſtrumentum venditionis fieret, tamen pignori eſſe intelligeretur, quòd ſi tũc nihil
de venditione actum eſt, æquius eſt credere mutaſſe eos ſententiam [10], & omiſſo contractu
illicito, ad licitum venditionis tranſiſſe, & fructus emptori lucrifieri, cuius intereſt pecuniã
ſuam otioſam non fuiſſe [11], vt ſic in meliorem partem præſumemus [12], quod & Ang. videtur
cenſiſſe: & quoties ex interuallo factum eſſet venditionis inſtrumentum, Bal [13] Caſtrenſis
cæteriq; approbant. Sanè & tunc legi noſtræ eſt locus, cùm id factum, quod ſecundum XII.
præfationes neceſſarium fuit, omiſſum eſt: licet enim ea quæ facti ſunt, lex non ſuppleat [14]
tamen propter præfationes datur actio, qua quis ad faciendum compellitur, vt cum quis
fundum ſimpliciter tradidit, cùm ſeruitutem excipere debuiſſet: [15] præſumitur enim error,
qui actione ex contractu diluitur [16], non autem ipſo iure ſeruitutem impoſitam lex inter-
pretatur, vt hîc Torquatus tradit, quod arbitror ego obſeruandum, etiam ſi traditio poſt
præfationes ex interuallo facta ſit [17]: nec enim lex diſtinguit, quicquid hîc commentetur
Bartolus. Sed an ſi ſtipulatio ex interuallo ſubſequuta ſit, adhuc ſecundum præfationes
intelligetur? & Bart. negat, tanquam potiùs videãtur partes diſceſsiſſe à priore tractatu [18]. XIII.
Sed hanc ego ſententiam non ſoleo ſequi: cum ſemper ſubſit illa ratio, quòd mutatio volũ
tatis * etiam ex interuallo non præſumitur [19], vnde dicta in codicillis ſecundum teſtamen- 8
ti verba accipiuntur, etiam ſi poſt multum tempus confecti ſint codicilli [20], & proteſtatio
per contrarium factum etiam ex interuallo ſubſequens regulariter nõ tollitur [21], maximè
ſi verba præfationum futurum tempus reſpiciant [22], vel natura contractus id ſuadeat, quod
pluribus exemplis alibi oſtendi [23], & ſentit hic Aret. qua de re infrà. Sed & ex cõtrario, XIIII.
quæ in vltima parte diſpoſitionis dicta ſunt, ad ea quæ in præfationibus acta apparet, poſ-
ſunt trahi [24], qua in re longuam hîc diſtinctionem impertinenter congeſsit Albericus: nos
locis ſuis reſeruamus. Cæterùm perpetua non eſt legis noſtræ † regula, indigétq; decla- I.
ratione in primis ſciendum, quòd hîc dicitur ſecundum præfationes intelligi contra- 9
ctum ſequentem, de præfationibus accipi debere, id eſt, conuentionibus firmis, & inter
partes ipſas conſtabilitis, alioquin ex ſimplici contractu qui in colloquio habitus ſit, nõ po
teſt reſtringi contractus ſimpliciter factus [25]: cũ videamus multa tractari, quæ ad conſum-
mationem non perducuntur [26]: & ideo à publico documento non facilè eſt recedendum,
& eatenus duntaxat actum eſſe credẽdum erit, quatenus ſcriptũ inuenietur [27], quod Bal.
tradidit & reſpondit Alex. & cæteri ſequuntur: nec enim à clara partium diſpoſitione re-
cedendum eſt [28]. Sed & ſi huiuſmodi præfationes nullæ ſint, aut tacitè reuocatæ, nihil ad
ſequentẽ actũ inferunt, quod Albe. & veteres docuerunt [19]. Vnde & ſi incertæ ſint, ſequẽ II.
tem contractum declarare non poſſunt, ſed potiùs propter omiſsionem eum nullum & in
firmum efficiunt, vnde ſi in præfationibus dictum ſit de die vel conditione contractui ad-
iicendis, deinde omiſſa hæc ſint, redditur per errorem contractus nullus [30], quod Aret. hîc
docet, & nos ſuprà vidimus. Sed & ſi inter aliquas perſonas conceptæ ſint præfationes, III.
inter alias nihil operari, Bar. hîc rectè cenſuit [31]: mutatione enim perſonarum * immuta 10
ta cenſetur rei ſubſtantia, & quod cum vno geſtum eſt, alteri nocere non debet. [32]. qua ra-
tione nec in alio contractu fit repetitio [33], vt Iaſ. hîc tradit. Nam & cùm actus ſubſequẽs IIII.
ab eo quod in præfatione conuentum eſt, prorſus alienus ſeparatúſq; eſt, non poteſt repe-
titio vlla cenſeri facta [34], quod Iac. Alberic. Rapha. hîc docuerunt, & alibi Pet. & Bal. diſer
tè tradiderunt [35], vt hîc Iac. refert: procedit ergo lex noſtra, cùm præfationes ſequentibus
coniuguntur. Sed & proteſtatio, quam caupo, vel horrearius fecerit, ad actum ſequen- V.
tis receptionis non pertinet [36], niſi hoſpes vel conductor expreſsim ei conceſſerint: taci-
turnitas * enim non ſufficeret [37], quoniã potuerunt non contradicere, quia ſcirent ius ſuum 11
durare

1 Bal. l. mulier intereſt. C. ſi quis alteri, vel ſibi.
2 Rom. conſi. ccccl xj. dec. conſi. xj.
3 l. ſi ſeruus plu. in ˜fi. de le. j. conſi. xij. ij.
4 l. continuus. in fin. ˜j. eod. quemadmodũ. in fi. ad l. Aq.
5 l. cũ ſeruus. de cond. inſti.
6 l. j. C. de impu. l. licet. de lega. j. l. j. §. pro ſecundo. de cad. tol.
7 l. ſi de certa. C. de tranſ.
8 l. quiſquis. de leg. iij. l. filium. quãdo di. leg. ced.
9 ar. l. iiij. §. ſi ab ignoto. de manum. Bar. & doct. l. pacta nouiſ. C. de pact.
10 glo. l. j. de iud. vbi Ange.
11 l. cum debitor. in quib. pau. pig.
12 c. eſtote. de reg. iur.
13 Bal. Paul. Mo. d. l. pacta nouiſsima.
14 traditionibus. C. de pac. d. l. item quia. §. fi.
15 d. l. ſi tibi liberum. de act. emp. l. ſi binarum. de ſer. vr. prędio.
16 l. ſed & ſi in me. in fi. de cond. inde.
17 Bal. d. l. itẽ q. §. fi. are. hic.
18 l. per retẽtionẽ. C. de vſu.
19 l. ſancimus. C. de teſta.
20 l. talis. in fi. de leg. j.
21 d. l. ſi verò. de eui. ˜j. l. Neſennius. de neg. geſt.
22 l. ſi ita ſtip. ij. de fideiuſ.
23 l. denuntiatio. de ver. ſig.
24 l. qui concubinam. §. cũ in teſtamento. de leg. iij. & xxxij. q. vij. apoſtoli.
25 l. ſciẽdũ. §. dictũ. de æd. ed.
26 l. eleganter. in prin. vbi Iaſ. de cond. indeb. Alex. cõſ. cxlviij. v.
27 c. dudũ. de conuerſ. cõiu.
28 l. licet. de leg. j.
29 l. ſeruo alieno. §. ſi ab impubere. de leg. j.
30 l. ſi ita ſtipulatus. ˜j. eo. l. quoties. §. tantũdẽ. de hæ. in.
31 gl. l. in repetẽdis. de leg. iij. l. legata ſub. de cõ. & de.
32 l. nõ debet alteri. de reg. iur.
33 l. ea lege. in prin. loc.
34 l. niſi. §. itẽ ſi ipſe ˜j. ſi cui pluſquam. per leg. Fal. & l. centurio. de teſta. mil.
35 l. Alberic. l. licet. de leg. j.
36 l. cũ in plures. §. locator. ff. loca.
37 l. fi. §. itẽ ſi prædixerint. ff. naut. caup. ſtab.



durare, habet etenim lex ſuſpecta cauponum & horreariorum ídque genus hominum in-
VI. genia, ne facilè cũ furibus coëant [1], quod alibi declaraui. Cæterùm ſubiicit hîc Bar. præ-
fationes quidem adtendi, ſi actus in continenti ſequutus ſit, quòd ſi ex interuallo acceſſe-
rit, non adtendi [2], quæ diſtinctio leges ſimpliciter loquentes violat, ſupráq; oſtendimus nõ
eſſe eam ſatis firmam, niſi quod faciliùs quis præſumitur ex interuallo ſe corrigere, & ſen-
tentiam mutare quàm in continenti [3]. videtur autem hoc feciſſe, cum actus, qui geritur,
ipſi præfationi contrarius eſt [4], vel aliter appareat mutaſſe contrahentes ſententiam [5],
vel actus cum alio geratur, quàm cum quo in præfationibus, actum eſt [6], quod à me in pro
12 teſtationum tractatu loco ſuo eſt † declaratum, quòd ſi actus non contrarius eſt, ſed ali-
quo modo, aut certa limitatione coniungi præfationi poteſt, tunc ſiue incontinenti ſiue
ex interuallo ſequatur, regulæ legis noſtræ erit locus [7], quod Aretinus hîc docet, &
multorum auctoritate receptum eſt. Nec me mouent à Bart. adductæ leges: quia aliis ra-
tionibus innituntur, quàm quod ex interuallo celebratus ſit contractus, quippe in eis nul-
13 lum eſt tarditatis huius verbum. ſciendum itaque eſt lege noſtra cenſeri † repetitas præ-
fationes, quatenus tamen verba præfationum ſignificant, non vltrá. Vnde ſi præfatio
limitata ſit, ſequens contractus ſupra eius limites non extendetur. Pone igitur, Dediſti mi-
hi pignus pro quincuncibus vſuris, deinde conuenit, vt præſtarem vſuras centeſimas,
num pro adiectione hac erit pignoris retentio? & conſtat non eſſe [8]. quia limitata fuit
datio pignoris prima conuentione [9]. Nec obſtat, quòd ſi quid in dote conuentum eſt, id
in eius quoque additamento conuentum cenſetur [10] quia dos titulus eſt vniuerſalis ſub ſe
augmentum omne continens, etiam ſi in futurum fiat talis acceſsio [11], quod iuris non eſt
VII. in particularibus. Addunt aliqui fauorabiliorem ſemper eſſe cauſam dotis, ídq; & Bald [12]
14 probat. Subiicit † Iuriſconſultus non procedere regulam ſuam, quoties repetitio actum
vitiaret, qualitas enim præcedens, quæ vitiat, non intelligitur repetita [13]: ſicut nec clau-
ſula in fine poſita refertur ad ea capitula, quæ ex relatione vitiarẽtur [14], quæ omnia fauore
actus ſuſtinendi inducta ſunt [15]. Vnde in teſtimoniis non eſt relationi locus, quando di-
ctum teſtis ex repugnantia deficeret [16], fieret enim relatio duntaxat quatenus ſecum ipſe
non pugnaret [17]: nam & quoties prauus intellectus ex tali repetitione acciperetur, non eſ-
ſet ei locus [18], quod Iac. Alberic. cæteri hic tradiderunt. Addit Iaſ. nec per ſubauditos intelle
ctus induci vnquam legum correctionem [19], ſic & alibi Bar. nunquã intelligi repetitum id
cenſuit quod vitiaret [20], qua de re & infrà [21]. Nam & è contrario cõditio præcedenti pactio
ni adiecta cenſetur repetita, ſi aliàs ſubſequens conuentio inutilis efficeretur [22]. & hæc qui-
dem quantum ad contractus adtinet, ſufficiant. quid verò in legibus, aut ſtatutis ſit, & quo-
modo repetitæ cenſeãtur præfationes, & huiuſmodi clauſulæ, alibi adtingitur [23], ſicut quid
in reſcriptis ſit obſeruandum [24]. quid item in ſententiis, in hac ſpecie diſputat Alberic. Iu-
dex diuerſis capitibus ſententia debitorem condemnauerat. primò adiecerat dilationem
anni ad ſoluendum, concludit non cenſeri repetitum illud tempus in cæteris capitibus,
ſed ſolam legalem diem victo ſupereſſe, quæ ſententia vera eſt [25].

1 l. j. eo. tit.
2 l. per retentionem. C. de vſur. d. l. binarũ. d. l. ſi tibi liberum.
3 l. nam ad ea. de cond. & demon. l. petens. C. de pact. vbi dixi.
4 glo. l. pacta nouiſsima.
5 l. diuus. §. & licet. de codi. l. ſi cui certam. de adi. leg.
6 c. j. quod met. cau.
7 arg. l. modeſtinus. de ſol. Alex. conſ. xciiij. in iij.
8 d. l. per retentionem. Iaſ. hîc.
9 l. age. C. de tranſact.
10 l. etiã. C. de iu. do. l. inter ſocerum. §. cum inter. de pact. dot.
11 l. iiij. l. ſi quomodo. ˜j. de pet. hæred.
12 Bal. d. l. etiam.
13 l. ſi quis à filio. de leg. j.
14 l. talis. de leg. j. l. cum vulgari. de dot. præleg.
15 l. quoties. ˜j. eo.
16 l. Iulianus. de hæred. inſtit. Alexã. conſil. cv. conſil. xxij. in ij.
17 l. ſi idem. in fi. de iur. om. iud.
18 l. & qui data. ij. reſpon. ex quib. cau. ma. l. & ſit forte. §. hæc autem. ſi ſer. vin.
19 gl. c. cupientes. §. quod ſi per xx. verb. petere. de ele. vj.
20 l. fi. ˜j. de fid. lib.
21 l. fi. §. pe. ˜j. eo.
22 l. cum pater. de pact. dot.
23 §. ex hoc capite. Inſt. ad l. Aquil. vbi Iac. Bel.
24 l. j. C. de diuerſ. reſcr.
25 l. qui fundum. de cont. empt. dixi ˜j. §. Chryſogonus.

SVMMAE.

2 ☞ *Promittere & ſpondere ſtipulatione accipi ex cauſis contrá. 3. 8.*

4 *Syngraphâ, epiſtoláue ſtipulationem argui.*

§. IDEM RESPONDIT CVM SEPTITIVS. Literæ, quibus ſcri
1 ptum eſt aliquem cauiſſe *, intelliguntur per ſtipulationem. nec enim ſatis ei cautum di-
ceretur, cui pacto nudo cautum eſſet [26]: meritò à vi verbi non recedimus, vt cautionis
2 nomine ſtipulationem intelligamus [27] quod & in verbo † promittendi Bar. hîc cenſet [28],
& nos ſuprà etiam in verbo ſpondendi docuimus, ſicut & cum ſcriptum eſt aliquem fide-
iuſsiſſe [29]. Procedit autem hæc interpretatio ex vi verborum. Vnde appellant doctores
hanc ſolennitatem intrinſecus prouenientem, quam cenſent ſemper præſumi. Quæ ta-
I. men concluſio multis modis declaranda, reſtringendáq; eſt. Et in † primis vt ei locus
3 ſit, oportet conſtare partes fuiſſe præſentes: cùm enim inter abſentes ſtipulatio contrahi
nequeat, niſi partes præſentes ſint, non præſumeretur. vt enim præſumptionibus ſit locus,
oportet priùs ſigna præcedere, quæ apta ſint inducendæ præſumptioni [30], meritò ergo lex
noſtra conditionem adiecit, *Si inter præſentes actum ſit.* &c. quod & Imp. Seuerus fecit, *Si res
inter præſentes geſta eſt.* &c. [31]. & Iuſtinianus, *Si inter præſentes partes res acta eſſe dicitur* &c. nec enim
credendum eſt hanc cõditionem temere aut otioſè fuiſſe adiectã, vt hîc Iaſ. rectè docet [32].
Si igitur appareat ſcripturam eſſe inter præſentes factam, putà, quia hoc in ea expreſsim
dictum ſit, credendum erit ſcripturæ [33]. Idem ſi nihil dictũ ſit, ſed ſcriptura, ſit talis, quę inter
4 præſentes confici ſoleat, qualis eſt apocha, aut ſyngrapha † quòd Ang. & Caſt. hîc cenſue-
runt. vt tali caſu probetur præſentia, eo ipſo, quòd lex eã præſumit, & conditio, ſi inter præ-
5 ſentes eſſentiam reſpiciat, non probationem [34]. Idem etiam putarim † in epiſtola, quæ
licet ſoleat

26 l. ſancimus. C. de verb. ſignifi.
27 l. j. C. de contrahen. & com. ſtip.
28 §. ſi ſcriptũ. Inſt. de inut. ſtip. l. iuriſgen. §. quod ferè. de pact.
29 l. Sciendum. ˜j. eo.
30 c. ſicut. ˜j. de ſimo.
31 d. l. j. C. eo. l. optimam. & d. §. ſi ſcriptum.
32 l. prætor. in princip. de coll. bon. doct. l. ij. §. prius. de vulg.
33 d. l. optimam.
34 Bal. l. neque natales. C. de probat. Aret. hic.

licet ſoleat & abſentes mitti, ſi tamen in ea ſit confeſsio, probabitur ſtipulatio, non tan-
quam tunc facta ſit,ſed tanquam alio tempore, quo præſentes erant, fuiſſet interpoſita[1],
quòd ſi non confeſsio rei geſtę,ſed verba tunc contractum inducentia contineantur,non
præſumemus ſtipulationem,cùm ea inter abſentes induci nequiuerit[2], quod Imol. Aret.
Iaſ.ſentiunt, etenim licet epiſtola etiam inter præſentes quandoque detur[3], tamen vt plu-
rimùm aliud eſt[4]. & præſentia extrinſecus * contractui accedit[5], ideóque non præſumi- 6
tur, niſi quatenùs verborum vi contineatur, vnde cum in inſtrumento diceretur, *Titius donauit Sempronio coram talibus teſtibus*.non ideo præſumitur ſempronij acceptatio,neque præ
ſentia,vt Caſtrenſis ſcripſit[6],cùm donatio etiam abſenti fieri poſsit:hincq; infertur, ſi ex-
hibeas epiſtolam meam iis verbis, *Petiiſti à me,vt centum tibi promittam,quo circa promitto.* non
erit probata ſtipulatio:cùm nec appareat verba prolata eſſe,ſola autem ſcriptura non con
ficitur ſtipulatio[7]. Sed ſi ſcripſero, *Petiiſti,vt centum promittam,ſcis autem me iam promiſiſſe*.quia
iis verbis non inducitur ſtipulatio, ſed inducta probatur nihil impediet,quin videantur o-
mnia ſolẽniter acta[8]. Addit Iaſon,nec in * ſcriptura priuata præſumi partis præſentiã: II.
ideóque nec ſtipulationem, videri conceptam fuiſſe, quæ ſententia defendi poteſt ſecun- 7
dum ſupraſcripta, quando in ſcriptura non confeſsio ſtipulationis adeſſet,ſed nouiter ſti-
pulatio induceretur,alioquin conſtat hanc priuatæ ſcripturæ diſtinctionẽ cõmuniter non
eſſe receptã[9]. Sane† vbi natura rei ſtipulationi repugnaret,ſatis arbitror verba hæc, *Pro-* III.
*mitto ſpondeo*. & ſimilia de ſimplici pacto accipienda potiùs eſſe,vt, ſcilicet, verba ſtipulatio- 8
nis ſecũdum ſubiectam materiam accipiantur[10]. cuius rei exemplum adfert Bal. cùm in
cõtractu innominato permutationis hæc verba adiecta proponerentur,quod tamen exẽ-
plum ego non ſoleo ſequi[11]. Addit Idem Baldus,tum quoque verbum, *Promitto*. ad ſti-
pulationem non trahi: cum contractus iure ſpeciali duntaxat ſuſtineretur[12]:quod ego nõ IIII.
probo, poſſet fortè defendi iure pontificio:cùm enim inter ſacerdotes pacta nuda* pariãt 9
actionem[13],nihil expedit magis ſtipulationem præſumere,quàm pactum,meritò ergo fiet
interpretatio naturali promiſsioni magis apta,& ſic vt de pacto potiùs intelligamus, quod
& in verbo, *Conuenire*. receptũ eſt[14]. Nam & fideiuſsione,quæ legis auctoritate inducta V.
ſit,nihil eſt opus ſtipulatione,& ideo ex fideiuſsione *legali nõ argui ſtipulationẽ Bar.cen- 10
ſuit[15]: quæ ſententia eſt recepta. poteſt enim lex ſi velit,inducere fideiuſsionem abſq; ſti-
pulatione,meritò tali caſu vi verborum non comprænderetur. In teſtimoniis quoq; re- VI.
ceptum eſt legi noſtræ nõ eſſe locum:quia*teſtes de mero facto teſtimonium perhibẽt,nec 11
ad eos pertinet verba iuris definire[16], vnde etiam ſi expreſsim dicant Titium promiſiſſe
per ſtipulationem ſempronio,non probant vt receptior eſt ſententia, licet Alex. diſſenſe-
rit,& alij teſtes peritos ab imperitis diſtinxerint[17].quòd ſi dicant Semproniũ interrogaſſe,
Titium reſpondiſſe,quia de facto dixerunt, præſumetur ſtipulatio:& ſic vtrunque præſen-
tem fuiſſe,& in continenti reſponſum: quod Aret. hîc tradit & receptum eſt[18]. In ver- VII.
bis quoque quæ de facto accipiuntur, huic ſolennitati intrinſecus prouenienti non eſt lo-
cus,vnde qui eum quem tractare vt filium promiſit,emancipat vel exhæredat,non videtur
fateri eſſe filium[19]. Sic qui emiſſe rem de facto dixit,non fatetur alienam fuiſſe, quamuis
res ſuą emi non poſsit[20]: ſic quandoque lex ſententiam appellat, quamuis nulla inte-
rior ſolennitas interuenerit[21], quod & aliis exemplis demonſtrari poſſet. Qua ratione VIII.
& qui abſolutum ſe dicit, plerumq; non videtur fateri ſe peccaſſe[22], & manumiſsio * non 12
arguit neceſſariò ſeruitutem[23], & remiſsio non ſupponit nuntiationem[24]: ídq; generali-
ter procedit iis caſibus,quibus priuatio habitum non ſupponit, quod eſt quotiens habitus
ſolum de facto,non autẽ legitimè adeſſet,quod alibi declaraui. Vnde licet qui petit ab- IX.
ſolutionem,per regulam legis noſtræ fateatur ſe excommunicatum, non tamen cenſetur
fateri ſe legitimè excommunicatum,vnde ſi pars velit contendere id iuſtè factũ eſſe, opor
tet vt alia ratione, quàm ex tacita illa confeſsione id probet[25]: híncq; conſequens eſt,vt
licet ex donatione inter virum,& vxorem præſumatur matrimonium[26],ſi tamen princi-
paliter de matrimonio agatur,illa probatio non ſufficiat[27],& ſi ſeruus in inſtrumento tan-
quam meus mihi ſtipulatus ſit,in cauſa ſtatus hæc confeſsio non concludet[28], quod aliis
quoque exemplis ſuprà oſtendi. Illud omnes fatentur, præſumptionem quæ* ex lege X.
noſtra oritur,poſſe per contrarias probationes elidi[29], addit Iaſ. hîc,etiam aliis præſum- 13
ptionibus, efficacioribus cedere,cùm vna præſumptio aliã tollat fortior minus validã[30].
Adiicit & illud Bar.eam ſolennitatem * præſumi,quæ certa vniformíſq; eſt,ſecus ſi in- XI.
certa: vnde pretium in venditione non præſumitur:quia incertum eſt[31], & ex licitantis af- 14
fectu modò intenditur,modò minuitur[32]. Qua ratione nec ſolennitates extrinſecus ac- XII.
cidentes regulariter præſumuntur[33]: qua de re ſuprà. Vnde quoties præſentia * extrinſe- 15
cus ad actũ requiritur,nunquã præſumitur,quod Are.reſpõdit[34], & recẽtiores tradiderũt.

1 l.tutor. §. fin.de vſur.l.ea, quæ.de don.int.vir. Bart.l.j. in prin.ſ.eo.
2 d.l.optimam.in fi.
3 l.Labeo cum glo.ꝺ pact.
4 l.j.§.ſancimus.§.ſed & ſi quis.C.de Lat.lib.toll.
5 l.ij.C. de ſtatuis. cum gl.
6 Paul.l.illud. C.de ſacroſ. eccle.
7 doct.l.j.ſ.eo.in prin.
8 d.l.tutor.§.fi.d. l.ea,que.
9 d.l.ſciendum. vbi Areti. & Alex.
10 l.ij.ſ.de ſpon.l.j.§.parui. de priuil.cred.l. qui id, qꝺ. de dona.
11 d.l.ſciendum.vbi dixi.
12 l.j.C.de dot.promiſ.
13 c.j.de pact.
14 l.lecta.ſi cer.pet.
15 Bar.l.reos.ſ.tit.j.
16 l.j.C.de vſur.
17 doct.d.l.ſciendum.
18 gl.l.ſi vnus.§.pactus no. de pact.
19. l.quidam.ſ.eo.
20 l. Labeo. j. l. Paulus. de verb.ſig.vbi dixi.
21 l.j.§.j.de feriis.
22 l.decem.ſ.eo.
23 l.ij.C.de ing.man.
24 l.j. verb. deinde. de op. no.vbi dixi.
25 ſ.l.decẽ.vbi dixi.
26 §.illud quoque.Auth. vt fratrum filij.
27 c.illud.de pręſumpt.vbi doct.
28 gl.d.l.optimam.
29 d.l.optimam.in fi.
30 l.cũ de indebito.de prob.
31 §.pretium.Inſt.de empt.
32 l.ſi voluntate. C. de reſci. vend.
33 l.quecunque. §. fi.de publici.
43 Aret.cõſi. cxxix. Felin.c. tuis.de teſtib. c. tenor.de re iud.

S V M M AE.

1 ☞ *Stipulationem pro rebus multiplicari in caſibus diuerſum*. 2. 5.

Pœnam



4 *Pœnam in arbitrio multiplici ſcindi.*
7 *Vectigal vnum ex contractibus deberi.*
8 *Furtum plurium rerum vnum*.
9 *Tutor plurium vnus.*

1 §.IDEM RESPONDIT. VLT. Generalis† ſtipulatio,pluribus rebus ſpeciali-
ter enumeratis,ſubiecta,facit, vt tot videantur ſtipulationes quot res[1]:cum enim ſuprà ſpe
cialiter res ſint enumeratæ,ſubſequens ſtipulatio ad eas relationem habet:quæ relatio nõ
I. ſolum ad ſubſtantiã,ſed etiam ad qualitates ſingulas refertur[2]. Quod† limitat hîc Aret.
2 niſi relatio aliquid contineret,quod qualitati præcedẽti repugnaret,ſi ex interuallo ſequa-
II. tur,nunquam cenſetur eam repetiiſſe, ídque nec verè nec fictè[3]. Addo ego certiùs limi-
tari,vt non procedat in ſtipulationibus prætoriis,quæ non ſecundum verba partium,ſed ſe
3 cundum prætoris mentem intelliguntur[4],ideóque ſtipulatio*legatorum ſeruãdorum cau-
III. ſa eſt vna,quamuis poſt enumerationem plurium legatorum concepta ſit[5]. Sed & quo-
tieſcunque lex pro forma requirit ſingularem expreſsionem,vt quia velit iurari omnia &
IIII. ſingula vera eſſe,non ſufficeret generale iuramentum[6]. Quid ergo† ſi plura ſint cõpro-
4 miſsi capita,& partes promiſerint omnia ea obſeruare ſub certa pœna? & reſponſum eſt,
tot eſſe ſtipulationis pœnalis diuiſiones,quot compromiſsi capita,& ideo ſolidam pœnam
nõ committi,ſed diuiſim reſpectu capitis aduerſus quod ſi factum[7].ſecùs,ſi promiſſa ſit pœ
na,ſi omnia & ſingula obſeruata non fuerint[8]:vel,ſi quid eorum non ſeruaretur &c.[9]. ſed
quid ſi dictum ſit,omnia obſeruari,aliàs ad pœnam qui contrafecerit, inſolidum teneri:&
adhuc puto nõ committi,niſi pro parte[10],tanquam inſolidum teneatur,ſi inſolidum,ideſt,
V. omnia capitula compromiſsi neglexerit, non ſi aliquod tantum. Sanè hîc† apparet ge-
5 neralem ſtipulationem,in ſingulas reſolui non propriè,ſed ex quadam iuris interpretatio
ne.quod indicant illa verba, *Perinde haberi,ac ſi ſingulæ ſpecies*.&c.dictio enim, *Perinde*. eſt no-
6 ta*ſimilitudinis,non autem veritatis[11].cenſuit tamen Bald.& Ange.tantam ſimilitudinem
ex ea induci,vt omni modo æquali iure dirimatur[12],quod Iaſ.hîc refert.Ego arbitror ſatis
eſſe,ſi notas ſimilitudinis eatenus intelligamus, quatenus ex ſubiecto argumento induci-
tur[13]:nam & S.C.Trebellianum quadrantem deduci iubet perinde ac ex lege Falcidia de
VI. ducitur[14]:& tamen conſtat non paucas eſſe differẽtias hac in re à lege inductas[15]. Quid
ergo in ſtatutis dicemus.iubet lex vectigalis, vt pro ſingulis contractibus ſoluatur certum
quid publico,& ſuprà diximus adhuc legi noſtræ locum eſſe[16].adiicit tamen Aret. ſi plures
7 contractus† ex aliqua cauſa pro vno habeantur,tunc vnum vectigal tantum eſſe præſtan
dum[17],vt cùm quis primò paciſcitur de vendendo certis conditionibus, deinde in prioris
8 contractus executionem vendit, duo quidem ſunt contractus, ſed qui† pro vno haben-
VII. tur[18]. Sed quid in delictis?& ſi vno tẽpore quis plures res furetur cõſtat vnũ eſſe furtũ,nõ
autem plura[19].Quæ ſententia in delictis nominatis vera eſt, non in iis quæ ſpeciali nomi-
VIII. ne non cenſentur[20]. Sed quid in tutelis dicemus?aliquis† eſt trium fratrum pupillorum
9 tutor,an tot habebit tutelas,quot perſonæ ſunt? & receptum eſt non ad perſonas adtendi,
ſed ad patrimonium,vt ſi indiuiſi ſint illi fratres,vna tutela cenſeatur[21].Sed quid in nego-
tiorum geſtore dicemus:an tot actiones erunt quot negotia geſſerit: & conſtat non eſſe[22].

1 l.pluribus.ſ.eo.
2 l.Iulianus.de hær. inſt.
3 l.ſcire.ver.ſtipulationem. ſ.eod.
4 l.in cõuentionalibus. ſ.e.
5 d.ver.ſtipulationem.
6 ca. vt.circa.de elec. in vj. in gl.vbi doct.Bal.l.ij. C.de probat.
7 Spec.tit.de arbit.§.ſequitur.Iaſ.hic.
8 Bald. in ſpec. de empt. & vend.
9 l.ſi is qui.§.verum.de reb. dub.
10 l.ad ea.§.fi.de reg. iur.
11 l.j.de recepta.vbi Bar.
12 l.ſed & ſi lege.§.perinde. de pet.hæred.
13 l.ſufficit.de cond. inde. l. creditor. de verb. ſig. vbi dixi.
14 §.ſed quia hæredes. Inſt. de fid. hæredit.
15 l.in quartam.ad l.Falcid.
16 l.fi.§.prętereà.vbi Bal.C. de iur.dot.
17 l.fin. §. diuus.de publica. vbi Bar.
18 l. cum dotem. C. de iur. dot.vbi Bald.
19 Bar.l. eum, qui. §. idem ait.de furt.Alberic.l. quicũque.C.de ſer.fug.
20 l. ſi familia. de iur.om. iu.l.antepe. de verb.ſig. vbi dixi.
21 l.ſi is.de exc. tut. §. item facit.Inſt.de excu.tut.
22 l.cũ aliquis.ſ.de neg.geſt.

S V M M AE.

1 ☞ *Stipulatio, qua die &c. pura eiuſque rei effectus: in caſibus contrà*. 2.
4 *Defendat expromiſſo requiſitus.*
5 *L. Si ita. ſenſus.*

## L E X CXXXV.

I SI ITA QVIS PROMISERIT. Hæc† verba, *Qua die petieris*.non
efficiunt,vt dandi promiſsio minùs pura cenſeatur[23], ideóque ſtatim inci-
pit deberi ſors, itémque vſuræ, quæ ſcilicet ex contractu, non autem ex
mora currunt[24], & ratio eſt, quia ſupràſcripta verba admonitionis
duntaxat cauſa videntur adiecta: cùm & tacitè ineſſent ex natura
actus[25]. nec enim facilè debitores ſoluunt niſi interpellati, nec refert
an dictum ſit, *Qua die*. an verò, *Cum petiero*. quo caſu tempus principaliter vi verborum
I. ſignificatur[26]: an verò, *Si petiero*. quæ coniunctio magis ad conditionem refertur: hoc
2 enim caſu idem eſſe ſuprà cum Iaſone cenſui. Excipitur tamen à † Iuriſconſulto ca-
ſus ille, quando aliud actum appareat: tunc enim omnino expectanda eſt mora, & ne-
II. ceſſaria interpellatio. Idémque dicendum, ſi natura rei id ſuadeat, vt cùm patronus
operas à liberto ſtipulatur cum popoſcerit[27]. nec enim alio die incipiunt operæ deberi,
III. quàm quo patronus voluerit. Qua ratione & idem in cliente ſeu beneficiario dicen-
dum eſt,qui ita demum domino adeſſe tenetur, ſi requiſitus eſt[28]. Vnde in eius iuramen-
to quo in fidem domini accipitur, illa verba, *Si fuero requiſitus*[29]. faciunt, vt non priùs
in mora cenſeatur, quamuis alias propter vim iuriſiurandi, citra interpellationem quis

23 l.ſi decem.ſ.eo.
24 l.huiuſmodi.ſ.eo.
25 l.iij.de leg.j.
26 l.ſi Titio. ſ. quando dies leg.ced.
27 l.cũ patronus. de op. lib.
28 c.j.§.vaſallus.verb.alij.ſi de feud.def.cont.fu.
29 c.j.de noua form.fid.

aa v moram

moram facere videatur, quod Bal. Iaſon cæteríque tradiderunt [1]. Sed nũquid in caſibus IIII.
quibus cliens iure communi etiam irrequiſitus domino officium præſtare debet [2], excuſe-
tur à periurio, ſi iurauerit ſe tunc præſtaturum, cum requiſitus fuerit: & putarim excuſari,
quia à forma verborum iuramenti recedendum non eſt [3]. Sanè in obligationibus facien- V.
di* quæ tacitam diem à lege habent, putarim legi noſtræ locum non eſſe: vnde ſi quis inſu- 3
lam ædificare promiſerit, licet lapſu diei quo commodè fieri potuit, in moram incidat [4], ta
men ſecus putarim, ſi promiſerit ædificare, cum ſtipulator poſceret: hîc enim aliter expri-
mitur quã tacitè ineſſet. Sed & quoties lex in vim conditionis hæc verba accipit, nec tũc VI.
ad ſolam admonitionem pertinent, vnde venditor etiam ſciens litẽ motam, non præſtat
emptori euictionem, niſi interpellatus re ipſa ſit [5], nec talis obligationis, aut venit, aut cedit
dies. Ex facto quoque † reſponſum extat, eum, qui defenſurum ſe promiſsit, nõ priùs ob- VII.
ligari, quàm ſit interpellatus, etiam ſi defenſione indigere ſtipulatorem ſciat [6]. Quo fit, vt 4
non ad ſolam monitionem interpellatio hæc pertineat: qui enim ſcit, vlteriùs certiorari
non debuiſſet [7]. & ex iis pluribus modis declaratur legis noſtræ regula. Illud tamen omittẽ
dum † non eſt alio quoque intellectu perceptam à veteribus fuiſſe, ſecundum quem Iacob. 5
& Alberic. hîc adnotant verba exactionem ſortis reſpicientia, ad vſurarum petitionem
differendam non repeti, quod & Barto. videtur ſentire. Sed is ſenſus nõ omnino verus eſt:
quia, dilata ſortis petitione etiam vſuræ videntur dilatæ [8], quod Accurſius hîc ait: & quia
cùm in eadem verborum ſtructura dies adiecta ſit, qua etiam vſuræ promiſſæ fuerunt, ſe-
quitur vt repetitio etiam earum reſpectu fieri debeat [9], quod ſuprà Barto. ait: veriùs eſt er-
go hic repetitam non cenſeri, quia ſuperfluè eſt adiecta dies, vt quæ admonitionis ſolũ cau-
ſa cenſeatur adſcripta. Vnde & Angel. hîc infert, ſi adiecta huic ſtipulationi eſſet pœna,
nihilominùs purgari moram poſſe: quia licet dies & pœna* purgationem huiuſmodi impe 6
diant [10]: tamen dies in lege noſtra naturam ſuam non ſeruat, ſed ad quandam admonitio-
nem duntaxat refertur [11]. quod & Imol. hic probat. Putarim tamen in iis, quæ ſimplicis fa- VIII.
cti ſint, videri talem obligationem habere diem [12]. qua de re ſuprà nos loco ſuo [13].

1 c. breui. c. querelam. de iureiur. c. j. §. licet. ſi de feud. defun. doct. l. quod te. ſi cer. pet.
2 ca. ad hæc. hic finit lex. & d. c. j. de noua. form. fid.
3 c. pen. de iureiur.
4 l. ſi ſtipulatus eſſe abſte. ſ. eod.
5 l. emptori. vbi Bald. C. de euict.
6 Abb. cõſi. xlix. in ij. Felin. c. ſi autem. de reſcrip.
7 c. eum, qui certus. de reg. iuris. vj.
8 l. lecta. ver. pen. ſi cer. pet.
9 l. Seiæ. §. Caio. de fund. inſtr. Bar. ſ. §. Chryſogonus.
10 l. magnam. C. eo. l. interdum. §. fi. ſ. eo. vbi dixi.
11 l. qui Romæ. §. Flauius. ſ. eod.
12 l. talis. verſ. quamuis. de leg. j.
13 l. liber homo. ij. §. j. ſ. eo.

## S V M M AE.

2 ☞ §. *Seia cauit. explanari. 3. 7. 10. 11.*
4 *Obligationem non, niſi exceptione, perimi.*
6 *Mora die dicta, etiam pro libertate impurgabilis.*
8 *Procuratorem ſibi quærere.*
9 *Procurator vendere cogendus.*

§. SEIA CAVIT. Etiam lapſa die, * poteſt actor experiri, & moram purgare: dum 1
rei non interſit, & intra modicum tempus id faciat. Sed qua actione experitur hîc actor? &
Imol. atque Caſtr. exiſtimant actione mandati, qua Seia tenebatur, quæ mãdatum ſuſce-
perat, & hortos emerat: licet nomine ſuo emiſſet [14]. Nec dubito ego, † quin talis actio potue 2
rit competere: ſed de ea lex noſtra non loquitur. Iuriſconſultus enim expreſsim de actio-
ne ex ſtipulatu verba facit. Rurſus ergo Imol. & Aretinus actione ex ſtipulatu agi faten-
tur. nec obſtat quod concepta eſſet ſub conditione, cum pretium omne cum vſuris rece-
piſſet: quia ea verba vim conditionis amittunt propter naturam mandati præceden-
tis [15]: ad modum igitur potiùs pertinent: nec ortum actionis impediunt. ſtipulatio ergo
conditionalis ſecundum naturam præcedentis contractus mandati intelligitur, & pro
conditionali non habetur [16]. ſed ego ſuprà in rubrica oſtendi ſtipulationem potiùs ex pro-
pria natura iudicari [17], nec conditionem in ea ſcriptam pro non adiecta haberi. Rectiùs
fortè Iaſon propter pactum incontinenti adiectum reformatam eſſe actionem, & ideo
actione ex ſtipulatu, quæ ex pacto oritur agi poſſe [18]: in pacto autem nulla eſt conditio,
quæ actionem impediat. Sed ego non ſoleo probare in contractibus ſtricti iuris propter
pacti cohærentiam, actionem ex pacto dari, quoniam lex id ius contractibus bonæ fi-
dei ſolum concedit [19]. Exiſtimandum itaque ex ſtipulatu hîc agi: cuius conditio per pa-
ctum dandi intra calend. Apriles reformata eſt, & quidem ipſo iure: cum pactum ad
ſubſtantiam non autem ad ſolum tempus limitandum conceptum ſit: quod alibi de-
claraui [20]. Quòd ſi ita † Iaſon intellexit, mihi videtur rectè ſenſiſſe. Sed quæ ratio ſuaſit,
vt aduerſus verba conuentionis adhuc agere mandator poſsit? conuenerat enim, vt in- 3
tra calendas Apriles vniuerſam ſummã præſtaret, ergo actum videtur, vt poſt calendas
ampliùs non audiatur, nec præſtare poſsit, quia diſpoſitio vſque ad certum tempus li-
mitata poſt illud tempus locum non habet [21], & pactum legis cõmiſſoriæ præterquã
in pignoribus receptum eſt [22]. Nam & ſi tibi promiſi rem retrouendere intra certam
diem, & tu permiſeris eam labi, iam amplius non tenebor [23], vt Angelus ex facto re-
ſpondit, & ſequitur hîc Iaſon & regulare eſt, vt obligatio ad diem lapſa die, reddatur
inutilis, ídque ſaltem exceptionis ope [24]. Sed reſpondendum purgationem moræ
ex æquitate

14 l. ita vt omnes. ad ſi. mãd.
15 l. prætereà. l. idémque. §. j. mand. l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. l. cum ab eo. de contrah. empt.
16 ar. l. ſi ſtipulatus. de vſur.
17 l. ſtipulatio iſta. §. j. ſ. eo.
18 l. petens. C. de pac. l. lecta. ſi cer. pet.
19 l. in bo. fid. C. de pact. vbi dixi.
20 d. l. lecta. verb. ineſſe.
21 l. ſi ita quis. ff. de vulg. l. ſtatus liberum. §. ſtichum. de leg. ij.
22 l. callipodius. de ſol. l. fi. C. de pact. pig. Angel. conſi. cxcix.
23 ar. l. ii. l. commiſſoriæ. de lega. cõ. l. Aemilius. de min.
24 l. obligationum. verſi. j. ſ. ti. j.



ex æquitate aduerſus ſtricti iuris rationes inductam eſſe [1], ſecundum quam quod poſt mo-
dicum tempus factum eſt, lex perinde habet, ac ſi tempore debito eſſet factum [2], cùm rei
non interſit: quòd ſi longius tempus lapſum ſit, aliud eſt. extinguitur enim ius actoris, &
4 obligatio † perſonalis euaneſcit, non quidem ipſo iure, ſed ope exceptionis vt ſuprà dixi [3],
quod intellige, quando tempus ad extinguendam obligationem adiectum eſt, quòd ſi ſo-
lùm ad conſtituendũ in mora adſcriptum ſit, tunc erit ſecùs, vnde ſi empto à te fundo pro-
miſerim intra certum tempus pretium ſoluere, & fuerim in mora, dubitant hîc doctores,
an receſſum à contractu videatur? & Rapha. atque Iaſ. exiſtimant receſſum eſſe [4]: ve-
rum Caſtr. atque Areti. contra, ſed peti pretium duntaxat poſſe [5]: cùm in contractibus no-
minatis detur actio etiã non implenti, licet executioni obſtet exceptio, ſi non adimpleas [6].
Ego ſi res ſit emptori tradita, non dubito veram eſſe Caſtr. & Aret. ſententiam: cùm enim
ius in re habeat, non poteſt ab eo nuda conuentione auferri [7], nec tali caſu loquitur Raph.
ſi vero tradita non ſit, probabilis eſt alia ſententia, quam & Torquatus hîc ſequitur, nec
enim non ſeruanti fidem debuit venditor ſeruare [8], & etiam in contractibus nominatis, ſi
ea pacta non obſeruentur, quæ cauſam contractui dederint reſpondit Bal. omnia infirma
ri [9]. Cæterùm & rurſus aduerſus legis noſtræ concluſionẽ deducitur, quòd cum dies hîc
adiecta eſſet, & vſuræ deberentur, non videbatur admittenda moræ purgatio: nec enim
5 ſolet admitti, cùm dies et pœna adpoſita ſunt [10]: vſuræ* autem pœnæ ſpeciẽ habent, & ſub
conditione debentur, ſi ſors perſoluta non ſit. Sed ſciendum eſt, vbi dies & pœna eſt impe-
diri moræ purgationẽ propter vim conditionis, quæ in pœnali ſtipulatione adeſt [11], putà,
*Si Calendis non dederis ſolues pœnam.* Si enim calendis datum non ſit, commiſſa eſt ſtipulatio pro
pter vim conditionis, ſed in caſu noſtro pœna ſeu vſura non erat promiſſa in caſum quo
intra calẽdas datum non fuiſſet, ſed tam ſors quàm ipſa vſura non conditionaliter, ſed di-
ſpoſitiuè intra calẽd. debebatur, meritò Bar. hîc ait vſurã tãquã ſortẽ fuiſſe debitã [12]. ideóq;
in huiuſmodi ſtipulatione ſolùm adeſt dies non autem pœna qui dies ſolus purgationi im
pediendæ non ſufficit [13]. Addit idem Bart. hîc de actione conſeruanda tractari, & ideo fa-
6 cilius † moræ purgationem admitti, quàm ſi tractaretur de eo liberando qui pœnam com-
miſſam euitare vellet, quæ ſententia, vt Raph. ait, ratione caret, niſi ſecundum primam
ſolutionem reſtringatur, quod Beſut. & Iaſ. hîc docent, & ego alibi diſputaui [14]. Nec enim
plus fauemus actori, vt actionem ſuam conſeruet, quàm reo, vt pœnam euitet, ſed totum
facit conditionis euẽtus, ad quam reſpicimus. Vnde nec fauore quidem libertatis poſt la-
pſum diei, qui in conditione poſitus ſit, admittitur moræ purgatio [15]: niſi quatenus verba
conditionis non repugnarent, vt quia dies continua non ſit in conditione poſita, ſed diui-
ſa & interpolata [16]: nam operas menſtruas præſtitiſſe dicitur non ſolùm, qui continuum
menſem præſtitit, ſed & qui xxx. diebus carptim in anno acceptis eſt operatus. Qua ra-
tione & cùm conditio eſſet concepta, ſi cõtinuo trienio ſeruiuiſſet, quãuis ſeruus aliquo tẽ-
pore in fuga fuerit: quia nihilominùs adhuc dicitur ſeruire, poſt finem temporis, ſi tot dies
reddat quot abſens fuerit, locus erit libertati [17], etenim nihil intereſt hæredis [18], & verba
conditionis non repugnant: fugitiuus enim verè, & legis interpretatione ſeruit, licet de
facto liberum agat. Angelus autem aliter hunc nodum extricat, & negat etiam actionis
conſeruandæ reſpectu moram purgari poſſe, niſi tamen aliqua pars debiti intra diem ſo-
7 luta fuerit [19]: ſicq; legem † noſtram intelligit: æquum enim eſt, vt humanius cum eo agatur
qui partẽ ſoluit, quàm cum eo, qui nihil prorſus dedit [20]. Sed hæc ſententia recepta non eſt
cùm enim impediatur purgatio propter euentum conditionis pœnalis [21], ita dicitur euc-
niſſe, ſi totum ſolutum non ſit, ac ſi nihil ſit datum [22]: conditio enim actum reddit indiui-
duum: at in indiuiduis nihil feciſſe cenſetur qui ſolam partẽ fecit [23] quod & ſuprà cenſui [24].
PROPRIETATEM TRANSLATVRAM. Sed cùm per pro-
curatorem acquiratur nobis dominium [25], quomodo promiſit transferre, quod iam tranſ
I. latum erat? Paul. Caſtr. Aret. atq; alij aiunt hîc dominiũ nõ mandatori ſed Seiæ acqui-
ſitum fuiſſe, quia Seia nomine ſuo non autem mãdantis emerat [26]. quæ opinio vera eſt, ſed
II. legem noſtrã reſtringit. Ego quoties procurator pecuniã ſuã numerat, etiã ſi nomine do
mini emat, tñ exiſtimarim in dubio actũ cenſeri, vt & dominiũ in ſe tranſeat [27]: quia nõ eſt
veriſimile propriã pecuniã expendiſſe, vt ſolã actionẽ perſonalẽ mãdãti acquirat [28] cũ tu-
tiùs ſit rei incũbere [29]: ne aliàs ſibi fructus in ſortẽ cõputẽtur, & abſq; pecunia dominus prę
diũ cõſequatur [30], & cùm veriſimilis hæc procuratoris mens ſit, cui nec vendẽtis opinio re-
ſiſtit, qui recepto pretio nõ curat in quẽ dominiũ tranſeat, videtur hæc ſentẽtia verior, &
verbis legis noſtræ aptior: ſecùs eñ eſſet, ſi vendens aliud ageret [31], vt in donatione quæ ob
III. affectionẽ dñi fit [32]. Sed & numerata pecunia ꝓcuratori generali exiſtimauerim dñium
in mãdatorem non trãſire [33], cũ ſatis ſic ſit tãtũdẽ in genere ſuo reſtituat vnde ad reddẽdas
rationes ſimpliciter tenetur, qđ aduerſus Bar. aliqui veteres cenſuerũt & ego alibi ſum ſe-
quutus

1 l. ſi ſeruũ. §. ſequitur. ſ. eo.
2 l. quod dicimus. de ſol.
3 d. l. obligationũ fere. l. eũ q ita. §. q ita. ſ. eod. vbi dixi.
4 arg. l. noſtræ.
5 l. ſi fundus. de le. comiſſ.
6 d. §. offerri.
7 l. traditionibus. vbi dixi. C. de pac. Ang. d. cõ. cxxlix.
8 l. cũ proponas. C. de pact.
9 l. cũ te. C. de pact. int. em. Bal. conſi. cccxxlv. in j.
10 l. magnã. C. eod. l. traiectitiæ. §. j. ſ. ti. j.
11 l. Thais. §. intra. de fid. lib. l. v. in fi. ſ. eo.
12 l. lucius. vbi Albe. de act. emp. l. idémque. §. ij. mend.
13 Bar. l. ſi inſulam. ſ. eo.
14 l. ſi ſuper. C. de tranſa.
15 d. l. Thais. §. intra.
16 l. ſeruus. §. ſeruus. de ſtatulib.
17 l. Paulus. §. fin. de lib. cã.
18 l. cũ hæres. in fi. de ſtatulib.
19 arg. d. l. ſeruus. §. ſeruus.
20 c. ſuam. de pœnis. d. l. ſi fundus. de le. commiſ.
21 d. §. intra.
22 d. l. v. §. fi. ſ. eo.
23 l. pe. in fi. C. de ijs quibus vt ind.
24 d. l. interdum. §. fi.
25 l. ſi procurator ſ. de acq. rerũ do. l. cõmunis. §. j. de ac qui. poſſ.
26 l. res ex mãdato. ff. de acq. rer. dom.
27 d. l. res ex mandato.
28 ar. l. epiſtola. §. j. de pact.
29 doct. l. ij. §. j. in fin. ſi cer. pet. vbi dixi.
30 l. idẽque. §. ij. mand. Bar. rubr. C. de cõt. em. q. xv.
31 l. falſus. §. j. de furt.
32 l. qui mihi donatũ. de dõ.
33 l. qui negotia. verſ. quia tunc nummi. mand. l. ſi ego. de neg. geſt.

quutus[1]. Quod etenim in certa ſpecie procuratori generali tradita procedit quando IIII.
domini captio eſſe poſſet[2]. Sed quid in caſu contrario? finge conſtitui procuratorem V.
ad vendendum rem meam meo nomine,is vendidit,vt ſuam,an tranſeat in emptorem
dominium,& puto non tranſire,ſed ſolam vſucapiendi facultatem: ideóque emptori da-
bitur publicianum iudicium[3],Angelus non videri tali caſu procuratorem fines mandati
exceſsiſſe ait:nihil enim domini intereſt,quod maluerit procurator publicianam quàm
rei vendicationem emptori acquiri:ideóque ſi quid procurator euictionis nomine præſti-
terit, nihilominus à domino recuperabit[4], quod & Iaſ.ſentit. Sanè ſi hic † fundus VI.
Seiæ pro aliqua parte priùs fuiſſet, & ea eius emendi mandatũ ſuſcepiſſet,cogeretur etiam 9
partem ſuam iuſto pretio mandatori vendere[5] quod ſpeciali iure receptum eſt, ne exem-
plum quod in aliis approbauit in ſe detrectet[6].

SOLVERE PARATVS. Videtur hîc† ſignificari,nudis verbis factam 10
fuiſſe hanc oblationem, ſicq; probaretur talẽ oblationẽ diluendæ moræ ſufficere, quod
& quandoque Barto.tradidit[7].Sed Iaſon hîc contra, ſicut enim debitor,qui adhuc morã
non commiſit,verbali oblatione non liberatur[8],multominùs iſte morator, qui iam deli-
quit,debet tali oblatione excuſari alioquin melior eſſet delinquentis, quàm innoxij con-
ditio[9].Sed ſciendum hac in lege non dubitari quomodo facta ſit oblatio,verum præſuppo
ni eſſe legitimè factã,quia quoties lex aliquid dubij determinat,reſpectu aliorum omnium
præſumitur habilitas[10]. Rurſus† ſciendũ,legem noſtram non de oblatione verbali lo-
qui ſed de ea,quæ facta ſit pecuniis coràm oſtenſis: tũc enim dicitur quis paratus ſoluere[11] 11
& talem ſufficere purgationi moræ receptum eſt, quod Imol.Raph.Caſtrenſis Pontanus
tradiderũt.& nos ſuprà ſecuti ſumus[12],& de tali non autem prorſus verbali loquitur Bar-
quæ ſententia vera eſt, nec verum eſt hoc modo meliorem eſſe conditionem moratoris.
nam ſufficeret hęc debitori quoque vt liberetur,quoties detrectat creditor accipere,vt re-
ceptiſsimum eſt[13],& ſuprà vidimus,nec rurſus fuit iuſta cauſa creditoris detrectandi,cùm
adhuc in termino purgationis moræ eſſet debitor.

SINON MVLTO POST OBTVLISSET. Si ergo multò poſt
obtuliſſet,non admitteretur purgatio moræ,quod videtur procedere,etiam ſi Seiæ non in
tereſſet:ratio enim,quòd interſit,ſeparata ab hac prima eſt,ſícque æquitas,quæ purgatio-
ni moræ ſufficit,per ſolum temporis curſum eliditur[14]. Quòd ſi ita eſt,de tempore*ad rẽ 12
procedendo,quod argumentum valet[15], ſi intereſſet Seiæ,non videretur adhuc purgatio
concedi tametſi actor offerret ſe id, quod eius intereſt reſtituturum,qua tamen in re aliud
receptum eſt[16]. Et procedunt hæc in dandi obligationibus. nam cùm quis facere tene-
tur,vſque ad litis conteſtationem purgare*moram poteſt[17],lex enim generaliter loqui- 13
tur,nec tunc diſtinguit,an ſtatim,an ſerò lis ſit conteſtata:damnum actor iam fecerit,an
id minùs:at in obligationibus dandi aliud eſt,præſertim cùm de mora actoris purganda
tractatur:is enim litis conteſtationẽ expectare non debet,quę non ſolet actori eſſe dãno[18].
Sed hæc omnia ſupra diffuſiùs loco ſuo tractata ſunt[19].

1 l.ſingularia.ſi cer.pet.
2 l.ſi rem.de vſucap.
3 l.ſi quis prohibuerit. de publici.
4 l.ſi cùm emptore.§.fin.de pact.
5 l.ſi fundum.& l.ſeq.mãd.
6 l.cũ in eo.ff.de pact.
7 Bar.l.acceptam.iij.oppo. C.de vſur.
8 d.l.acceptam.
9 l.Seruius. in fin.quod vi aut clam.
10 l.qui teſtamento.de teſt.
11 l.cũ ſeruus. de cõd.& de mon.vbi doct.
12 l.interdũ.§. fin.in prin. ſ.eod.
13 gl.c.paſtoralis. in fin.de off.ord.l.qui Romę.in prin. ſ.eo.vbi dixi.
14 l.obligationum.§.planè. ſ.tit.j.
15 l.vinum.ſi cer.pet.
16 arg. d. l. qui Romæ. in prin.cùm gl.
17 l.ſi inſulam.ſ.eo.
18 l.nõ ſolet.de reg.iur.
19 d.l.interdum.§. fi.d.l. ſi inſulam.

## SVMMAE.

3 ☞ *Promiſſor non vendere ſolus conueniendus.*
4 *Tertius poſſeſſor ex cauſis excutiendus. 6. 7. 9.*
5 *Hypotheca ſpecialis rem ſequitur.*
8 *Conſtituti effectus.*
11 *§. Ea lege. explicatio.*
12 *Alienationis vetitæ effectus.*
13 *Alienari vetita ſucceſſione transferri. 15. 16. 17. 18. 21.*

§. EA LEGE. Res à contrahentibus*ad Titium peruenire vetita,ſi perueniat etiã 1
titulo hæreditario,in id,quod intereſt, committitur ſtipulatio, dominij tamen tranſlatio
habet effectum.Sed cur aduerſus expreſſam pactionem transfertur dominium[20]?reſpon-
deo ſecũdum Accur.eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines,ſecundum quos dominij
tranſlatio*vel fieri,vel impediri poteſt.& ſicut pacto non tranfertur dominium,ſed requi 2
ritur actus naturalis traditionis[21], ita & pacto impediri tranſlatio non poteſt[22]. Is igitur,
in quem actu naturali facta ſit tranſlatio,potior erit:licet ſalua ſit actio ſtipulatori contra
promiſſorẽ,qui promiſit factum id eſt non alienare,quæ ſtipulatio in id,quod intereſt com-
mittitur[23].Aduerſus ergo tertiũ ſucceſſorẽ nulla erit ſtipulatoris actio,nõ perſonalis: quia
rem illa non ſequitur[24]:non in rem,quia ſtipulator dominus non eſt†ſed ad promiſſorem
tranſiit dominium,& ab eo in extraneum: ſequitur ergo vt contra promiſſorem ſolùm 3
agat actione perſonali,ideſt, condictione ob cauſam[25], per quam pretium rei conſeque-
tur,poſtquam rem ille dare non poteſt[26].poterit, & ſi quid extrinſecus ſua intereſt,con-
ſequi,vt quia pœnam promiſerit,ſi ad perſonam vetitam res perueniſſet[27], quod Rapha,
Iaſon

20 l.fi.C.de reb.alie.
21 l.traditionibus.C.de pac.
22 l.nemo.ſ.de pa.
23 l.ſtipulationes.verſ. Celſus.ſ.eod.
24 l.fi.§.fi.de cõtrahẽ.emp.
25 l.ea lege.C.de cõ.ob ca.
26 l.ſi cum.ff.ſi cer. pet. vbi dixi.
27 l.liber homo.in fi.ſ.eo.



1. Iaſ.Clau.hîc tradiderunt. Sed quid ſi† inanis ſit cõtra promiſſorẽ actio vt quia obæratus
4 & ſine hærede deceſſerit:& adhuc nõ ſubeſt æquitas,vt tertius poſſeſſor in ſubſidiũ inquie
tetur niſi fortè ſciens ſubeſſe prohibitionẽ & titulo lucratiuo habuerit[1]. Sed quid† ſi ſti-
II. pulator ius pignoris ſpecialis in rem ſibi retinuit?& receptum eſt poſſe eum aduerſus ſin-
5 gularem ſucceſſorem obtinere[2]:quia tali caſu lex ait nullam eſſe venditionem, receptiſ-
ſimáq; eſt hæc ſententia paucis diſſentientibus quod alibi diſputaui[3] dũ tñ ſpecialiter in
is bonis hypotecham ſibi acquiſitam habeat: in generali enim bonorum obligatione non
III. cenſeretur de ijs actum,quæ tunc alienantur[4],cùm ceu libera alienentur. Sed† quid,ſi
6 ſtipulator manus iniectionem ſibi retinuit?& videtur adhærere rei id pactum[5] quod Bar.
intelligit reſciſa prius iudice ordinario alienatione in tertium facta[6],quo caſu intelligi &
defendi Accurſij ſententia poteſt,qui poſſe ſtipulatorem appræhendere rem alienatam
IIII. ſcripſit[7]. Quid ſi expreſsim cauit†donator,ne donatarius alienare poſſet,& quod talis
7 alienatio eſſet nulla,& bona ipſo iure ad donãtẽ redeãt?& tum quoq; contra tertium poſ-
8 ſeſſorem agi poſſe Iaſ[8].reſpondit,quæ ſententia defendi poteſt,ſi cõſtituti† quoq; clauſula
donationi adiecta proponeretur,per quam eſſet actum nõ ſolùm alienatione in extraneũ
factam reſcindi,ſed etiam donationem,quæ tunc fieret,& in eum caſum conſtituerit dona
tarius nomine donãtis poſsidere[9].nec eñ ſufficit actũ eſſe,vt bona reuertãtur,cũ ſpecia-
le ſit in pacto legis cõmiſſorię,& adiectionis in diem vt ipſo iure contractus reſcindatur[10]:
Oportet ergo actũ eſſe, vt etiã donatio reſciſſa intelligat̃,& clauſula cõſtituti adſit.Poteſt
etiã defendi,cũ donator ipſe ex ſpeciali priuilegio dominiũ abſq; traditione acquirere
poſſet,puta eccleſia[11],quod Bal.& Imo.tradiderũt,& Iaſ.hîc refert,qđ intellige: dũmodò
actum ſit non ſolùm alienationem in extremum,ſed etiam donationem, quæ tunc fiebat,
ipſo iure in eum caſum nullas eſſe, & dominium in donantem reuerti[12]. Idem videretur,
ſi donator in caſu alienationis voluit bona ad alium pertinere,quæritur enim illi ſecun-
dum Spec.Alex.Decij ſententiam[13],ipſo iure vtilis rei vindicatio.Sed hoc ego facile non
V. affirmauerim, quia lex condictione agi non autem rei vendicatione ait. Addit Bat. †&
9 contra hunc tertium poſſe ſuccurri,cum aduerſus prohibitionem facta eſt alienatio aliàs
irreuocabilis:tunc enim non transferretur aliquod dominium.Vnde videmus non poſſe
ad libertatem perduci eum ſeruum,de quo actum eſt,ne manumittatur[14].ſed hoc ſpecia-
le in ſeruis eſt,quibus tali pactione hoc tantum caſu inſtar quidam dedititiæ libertatis in-
nuritur,vt magis illibata ſit dominorum in illis auctoritas[15].alioquin etiam ſi irretracta-
bilis ſit alienatio,receptum eſt ſolum actionem in id quod intereſt aduerſus contra facien
VI. tem eſſe[16]. Sanè in vltimis voluntatibus aliud eſt:quia cùm diſpoſitioni legis iuſſus te-
ſtatoris cõparetur, ſicut lex tranſlationem dominij impedire poteſt ita & teſtator.hoc ta-
men intereſt inter teſtatorẽ[17] & ſtipulatorem,quod ſtipulator,etiam ſi cauſam prohibitio
nis non adiecerit,tamen agit,quia ſua intereſt:at teſtator ſi cauſa non expreſſerit,vide-
10 tur nudum conſilium hæredi dediſſe,ideóq; nulla inde eſt actio tum ergo† demum impe-
ditur tranſlatio dominij,cum cauſa adiecta ita diſpoſuit teſtator,quod Raph.& Iaſ.hîc do-
cent,& nos alibi tradidimus.Sed quid ſupràſcriptis caſibus,quibus dominij tranſlatio im-
peditur,ſi is qui alienauit,donatori hæres extitit?& putauerim alienationem cõfirmari[18]

HAEREDES RELIQVIT. Non explicat Iuriſconſultus,ex teſtamen-
to,an ab inteſtato hæredes reliquerit,& cũ ſimpliciter loquatur,† ſimpliciter debet intel-
11 ligi quomodocunq; reliquerit.Et ratio eſt,quia etiã ab inteſtato videtur tacitè reliquiſſe[19],
& verbis ſtipulationis promiſerat,quòd ſeruus ad fratrem non perueniret:ergo non ſim-
plex abnutiuum videtur promiſiſſe,ſed quod curaret,ne perueniret[20].quod cùm non fe-
cerit,& aliis,quàm perſonis vetitis non reliquerit,meritò committitur ſtipulatio,ſed quid
ſi ſimpliciter promiſit non alienare ſeruum fratri? & videretur tali caſu non committi ſti-
pulationem,ſi ad eum ſeruus ab inteſtato peruenit[21],non enim ipſe alienauit ſed lex,quæ
hæreditatẽ ei detulit[22],probabiliſq; hæc eſt ſententia,niſi quod aliter viſum & Bar.& do
ctoribus eſt.ij tradiderunt quotieſcunq;†prohibitio alienationis in certas perſonas nomi-
12 natim vetitas facta eſt, cenſeri etiam ſucceſsionem titulo vniuerſali vetitam eſſe,tan-
quam nominatim facta prohibitio,arguat mente prohibentis eſſe,vt ille curet, ne res ad
eos perueniat[23],quæ ſententia certior eſſet,ſi hæc mens vi verborum oſtenderetur, vt in
caſu legis noſtræ cum actum eſt,ne perueniat,quod Suſarius,Cyrillus,Alberic.hîc tradunt
vel cum teſtator non ſolùm prohibuit,ne hæres relinqueret,ſed etiam ſubiecit quibus vo-
lebat relinqui[24]. Quòd ſi prohibitio in certum genus perſonarum non tamen nomina
tim facta ſit,putà. *Veto extra familiam alienari*.tunc non† cenſebitur prohibita ſucceſsio ab
13 inteſtato[25]quia,vt dixi,nõ is,qui vetitus eſt,alienat,ſed lex.Idẽ cenſent Raph.& Sali.[26] in
ſucceſsiõe teſtati, poterit eñ is,q vetitus eſt,extremũ ex teſtamẽto hæredẽ,inſtituere tãq̃
hæc nõ ꝓpriè ſit alienatio,ſed q̃dã in locũ ſui ſubrogatio[27],nec ex tali inſtitutiõe arguat̃
dolus,aut indeuotio erga prohibẽtẽ[28],ſed tñ Bar.& alij receptiore calculo diſſentiũt & nõ
poſſe

1 ar.l.certa.C.vt in poſ.leg. l.ait prætor.l.fin.§.j.quę in frau.cred.
2 l.creditor.§.fi.de diſt.pig.
3 dixi.l.filiusfam.§.diui.de leg.j.q.xij.
4 l.pen.§.fi.verb.ab alio.de pigno.
5 l.ſi quis ſub hac.de contra.emp.
6 Bar.l.iij.q.iiij.C.de pig.
7 gl.verb.licẽtiã.in auth.vt de cætero.in prin.Iaſ.hic.
8 Iaſ.conſi.xxij.ij.
9 Bar.l.qui abſenti.§.j.de acqui.poſ.
10 Bar.l.j.in fi.de don.doct. l.ab emptione.de pact.
11 gl.l.ſi ager.ff.de rei vend. Bal.l.Imol.peto.§.frater.v opp.de leg.ij.
12 Salic.d.l. ea lege.opp.ij. poſt Bal.ibi.
13 Ale.conſi. xxiiij.v. Dec. ccxxxix.
14 l.quoties.C.de dõ. q ſub mod.dixi.d.l.traditionibus
15 l.ea quidem.C.ſi man.l. Seruus hac lege. de manu.
16 l.ille Seruus.in fi.ff. qui & à quib.l.fi.C.qui non poſ. ad lib.
17 l.fin.vbi doct.C. de pact. inter empt.
18 l.filiusfa.§.diui.de leg.j.
19 l.ſi à Titio.de excep rei ven.l.cùm vir.de vſucap.
20 l.cõficiũtur.de iu.cod.ſ.
21 l.in illa ſtip.ſ.eo.l.in lege.ſ.locati.
22 l.cùm pater. §.cum inter.de leg.ij.
23 in auth. de reſtitu. fidei com.§.fi.§.nunc igitur.
24 Bar.hic.& d.§.fratre.
25 l.pen.§.matre.de leg.ii.
26 d.§.cùm inter.d.§. nunc igitur.
27 in auth. de iur. à mort. præſt.in prin.
28 l. ex hoc edicto. de ali. iud.mut.

poſſe extraneũ inſtitui hæredem aiunt[1]:nec enim tunc lex transfert aut alienat, ſed ipſe,
qui potuit aliquem non prohibitum inſtituere:& enim hæredis inſtitutio* alienatio eſt[2]: 14
& prohibitus chriſtianum mancipiũ Iudæo alienare,nec quidẽ per hæredis inſtitutionem
alienabit[3].q bus rationibus licet facile reſpõderi poſſet,tamẽ tutius eſt cedere ꝑpter mẽtẽ
teſtatoris,cui cõmunis ſententia magis conuenit.Addit Iaſ.quoties prohibitionis † verba 15
generalia & in rem ſunt,nec quidem ab inteſtato ſucceſſorem extraneum admitti[4].quod
ego verum arbitror & alibi diffuſius ſum ſecutus,tametſi aliud ex facto Alexander atq;
Ang. reſponderint. Et ex his infertur,ſi in contractu emphyteutico vetita eſt alienatio in
quaſdam perſonas,an poterint titulo vniuerſalis ſucceſsionis admitti?& ſi nominatim
vetitæ ſint,hic probatur non admitti. Quid ſi non nominatim,ſed certum duntaxat ge-
nus eſt prohibitum,puta ne in potentiores alienetur? & Accur.ait nihilominus † filium 16
admitti[5].qua ratione etiam eccleſia videretur admittenda,quæ filiorũ priuilegio vtitur[6],
qđ intelligendum,cũ eccleſia iure poteſtatis acquirit,vt quia monaſterio quis ſe dicauit[7].
Sed hæc Accur.ſententia recepta non eſt,& in primis ſciendum eſt ſi expreſsim actum ſit,
quæ perſonæ excludantur,in eas nec ex teſtamento nec ab inteſtato tale ius transferri poſ
ſe,quod argumento legis noſtræ traditum eſt:cùm in emphyteuſi etiam efficatior ſit pro-
hibitio:cùm enim dominus in re ius habeat,nec quidem dominium transferri poteſt[8]:me
ritò ergo nullo modo aduerſùs cõuentionẽ tranſibit. Quòd ſi ſpetialiter conuentum non
eſt,ſed ſimpliciter dictum,ne in potentiores res tranſeat,† videtur tunc ſecundum ſuprà- 17
dicta ab inteſtato transferri poſſe,ex teſtamento non poſſe,hæredémq; potẽtiorem in eis
bonis inſtitutum non admitti,& ita Barto.hic ſentit,quem Rapha. & Iaſ.ſequuntur, ego
potiùs Accur.ſequor,vt nec ab inteſtato potentior admittatur.quæ ſententia omnium ve
terum hîc fuit,efficatior enim eſt hæc prohibitio propter ius in re quod dominus habet[9],
& quia concurrit prohibitio contrahentium cum prohibitione legis[10].Cæterùm quia tali
caſu nulla indeuotio emphyteutæ arguitur, putarim quidem à meliorationibus non ca-
dere[11],ſed cogi eum ad transferendum in perſonam idoneam debere[12],quæ pro recogni-
tione laudatiuum domino pendet.ſed quid ſi alienatio in eccleſiã ſit facta?& ſentit Accur.
ſicut in filium quamuis potentiorem fieri poteſt,ita & in eccleſiam poſſe,At Dinus Barto.
Aret.Iaſ. diſtinguũt & in eccleſiam tranſire negant titulo inſtitutionis,quòd ſi emphy-
teuta monaſterium ingreſſus fuerit,ſecùs ſit.ſed Iacob. Ray. Cirill.Alberic. Imol. Raph.
nec quidem ſi religioni ſe addicat,acquiri monaſterio exiſtimant, quod alibi Barto. cen-
ſuit[13]:nec enim factum emphyteutæ nocere domino poteſt[14],cum curare debuerit,ne vl-
lo modo in potentiorem res trãſeat[15].quod & Claud.hîc ſentit,receptiúsq; videtur. Ego
Accur.† ſequor,vt tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato trãſeat emphyteuſis in eccleſiã, 18
nec ideo cadat emphyteuta à iure ſuo:quia non arguitur indeuotio.cæterùm teneatur ec-
cleſia,quàm primùm ſaltem intra annum[16] meliorationes in perſonam idoneam transfer
re[17],& dominus recepta auctoratione eum recipere.hócq; iure vtimur,vt Specul. & alij
rectè atteſtati ſunt[18].Nam & aliqua ex parte idem videmus in emphyteuſi eccleſiæ, quæ
iure ſucceſsionis in aliam eccleſiam transfertur,licet ea quæ ius directum habet ſi velit re-
uocare poſsit[19],quod alibi doctores diſputant.Sed quid ſi alienatio titulo ſingulari putà le
gati,vel donationis facta ſit?& Speculator ſentit idem eſſe:quia nõ arguitur hoc caſu do-
lus,vel culpa emphyteutæ[20],qui potiùs ob pietatem hoc feciſſe cenſetur, quàm quod vo-
luerit domino directo nocere,quæ ratio ceſſat,ſi vendidiſſet:tunc enim à iure ſuo caderet:
quia eccleſia inter perſonas vetitas ab emphyteuſi connumeratur[21], ſiue quia potentior
ob fori mutationem[22],ſiue quia multa priuilegia habet,& iudices aduerſus eam difficulter
pronuntiant[23],ſiue(quod magis puto,& veteres probauerunt) quia eccleſia non moritur
nec* facilè alienat: vnde domino & ſpes laudatiui & conſolidationis perimitur[24].Sed 19
quid ſi alienatio facta ſit clerico nomine ſuo,non autem eccleſiæ acquirenti: & doctores
ſentiunt etiam ipſum eſſe vetitum à tali emphyteuſi:tum quia ratione fori dicitur poten-
tior[25],cenſetur enim difficulter poſſe conueniri[26],tùm quia aduerſus eum non eſt facilis
executio[27],tum quia ſicut armatæ militiæ milites prohibentur[28], ita etiam iſtius celeſtis
vt enim conuenit militibus magis armis vacare,quàm prædiis,ita & clericis magis conue
nit orationibus,& piis actibus operam dare,quàm iiſce prophanis lucris[29].Fuêre tamen
qui contràdicerent.videtur enim durum aliquem ab emphyteuſi ipſo iure reiici quia cle-
ricus ſit[30],nam nec à beneficio clientelari rapellitur pro quo non militaris induſtria, ſed
pecunia præſtanda ſit[31],& veterũ ratio qui eccleſiam vetari aiunt propter laudatiui & cõ-
ſolidationis ſpem,tali caſu non habet locum,& Speculator[32] reiici clericos ait, quando
ita expreſsè pacto contrahentium cautum eſt,quaſi aliud ſentiat iure communi eſſe,&
exceptio quod difficilis ſit conuentione,ita demum locum habet ſi pars opponat[33], nam
& difficilior cõuẽtione formidabiliórq; eſt fiſcus: & tamen in emphyteuſi delinquẽtis ſuc-
cedit[34].Sed tamẽ à crebriore ſentẽtia facile recedendũ non eſt,vt transferri emphyteuſis
in

1 d.§.fratre.
2 l.ſi quis prioris.§.certũ. C.de ſec.nup.
3 gl.l.quemadmodũ.C.de agr.l.xj.
4 l.quidã teſtamento.§.j. de fid.lib. Aret.l. Pãtonius. §.j.de ac.hæred. Card. cõſi. cxxxv. Soci.cclj. Iaſ. Crot. Mod.d.§. diui.Alex.clv.ij.
5 arg.d.§.cũ inter ſecundũ. j.int.
6 §.ſed & hoc præſenti.in auth.de ſanct.epiſ.
7 c.in præſentia.de prob.
8 d.l.creditor.§.fi. de diſt. pigno.
9 d.l.creditor.§.fi.
10 §.ſanctiſsimas.in auth. de alien.& emphy.cap.j.de alien.feudi.
11 arg.d.l.ex hoc edicto.
12 arg. d.l. filiusfa.§. ſi qs alicui.de leg.j.Spec.titu.de loca.§.nũc aliqua.ver.cxvij.
13 Bar.auth.ingreſsi. C. de ſacroſ.eccle.
14 l.debitorum. C.de pact.
15 l.in lege.locati.
16 arg.c.j.§.præterea ſi qs. qđ proh.feu.ali.per fe.et xij. q.ij.longinquitate.
17 l.multũ.ſ.eo.vbi dixi.
18 Spec.d. verſ. cxvij.Iaſ.l. fi.C.de iure emph. not.xcj. Alex.cxx.j.& lxxxix.iiij.
19 §.j.in auth.de ali.& em phy. doct.d. auth. ingreſsi. Anch.conſi.ccccxx.
20 d.l.ex hoc edicto.
21 arg.c.j.de alien.feudi.
22 l.j.vbi Bar.de ali.iud.
23 l.oſſa.de relig. §.fi.inſt. quib.mod. teſta. infir.Bart. l.j.§.j.in fi.de appel.
24 d.l.fi.Alex.d.cõſ.cxx.in j.
25 d.l.j. vbi Bart.& l.j. C.de ijs,qui pot. not.Iaſ.in l.fin. not.xcv.
26 gl.l.ij.in prin.q ſa.cog.
27 c.Odoardus.de ſolut.
28 l.milites.C.de loca.
29 arg.c.j.§. qui clericus.ſi de feudo fu.cont.
30 c.j.de cle.qui inueſt. vbi no.& d.§.ſed hoc præſenti.
31 Bal.l.quisquis.C.de epiſ. & cl. Abb.d.c.in præſentia.
32 d.§.nũc aliqua.verſ.ccccc xvj.Ibi ſiue ſanctis clericis.
33 gl.l. vniuerſa. C.de pre. imp.off.Alua.c.j.§.j.de be. feu.
34 Bar.l.ſi finita.§.ſi de vectigal.de dam.inf.Alex.cõ ſil.xxiij.in j.



20 in *clericum inuito domino per cõtractum nequeat.arbitror tamen clericum hæredẽ in-
ſtitutũ:ſi e m̃ dñs obduret recognoſcere,in aliũ,q idoneus ſit,ius ſuũ trãsferre poſſe[1],nec in
caduci pœnã incidiſſe,quod ſuprà de eccleſia quoq; à nobis dictum fuit[2], excuſatur enim
à pœna alienanti conſtituta,qui hæredem inſtituit,cũ tali caſu non arguatur dolus, quod
Aret.Claudiuſq; hîc tradiderunt[3]. Nã etiam ſi dicamus hanc eſſe prohibitionem lègalẽ,
adhuc videtur non impediri ſucceſsionẽ[4].vnde ſi lege municipij non poſsint poſſeſsiones
transferri in alienigenam,tamen non cenſebitur prohibita hæredis inſtitutio[5], tamet ſi
is hæres deinde teneatur vendere municipibus,onera ſubeuntibus,qđ rectè Salic.cenſuit,
nec diſſentit in hoc Iaſ. & licet Bar. aliter ſentiat,& Raph.Imol. Aret. Iaſ.dicant hoc pro-
cedere,cùm verba ſtatuti prohibent alienationem per contractum, ſicq; conſtitutionem
Leonis intelligant[6]:tamen ea conſtitutio hunc intellectum non recipit,quia verba erant
generalia,nemini licere loca metrocomiæ transferre[7],nec mentio contractus ſuperiorẽ
regulam reſtringit[8].Sentit id etiam alibi Accur.dum valere legatum adſcriptitiorũ quã-
uis lex alienationem prohibeat ait,non vt ſerui ipſi effectu transferantur,ſed vt pretium
detur[9].Nec obſtat Bartoli concluſio dum ait,quoties prohibitio certum genus perſona-
rum reſpicit,tunc hæredis inſtitutione aduerſus eam prohibitionem fieri[10].reſpondeo, fit
21 effectu,non autẽ ipſo iure:vnde † prohibitus alienare fundum,vt in familia relinquat, in-
ſtituendo extraneum,etiam fundũ in eũ transfert[11]:licet actio ex fideicõmiſſo proximis
quibuſq; ſuperſit,& antequã Iuſtinianus legata fideicõmiſsis exæquaret,ſola actione per-
ſonali familiæ conſulebatur,licet hodie etiam rei vindicatio competat,& ita Ioannis Ac-
curſiiq; ſententia ſit intelligenda[12].Sic igitur & in caſu noſtro dicemus ipſo iure clericum
vel eccleſiam in emphyteuſi ſuccedere,licet alienare idoneis perſonis teneatur,& ſic effe-
ctu non remaneat res potentioribus.Sed quid ſi lex non quidẽ expreſsis verbis prohibeat
alienationem, ſed adfirmatiuis iubeat certæ perſonæ relinqui,vt cùm lex municipalis nõ
exiſtentibus liberis,iubet mulieri vt tertiam partem doris & aliorum bonorum fratri re-
linquat.& Alex.ex facto reſpõdit cenſeri vetitã alienationẽ quãcunq;,etiam ſi titulo one-
roſo in vita mulier diſtraxerit[13]. At Iaſ.contrarium ſenſit:quia lex quæ parentes cogit, vt
filiis relinquãt,non prohibet dum viuunt,quin arbitratu ſuo alienent[14],vnde & ius Fran-
cicũ,quo alibi natorum hæreditatẽ Rex vindicat,nihil impedit,quin dum viuunt arbitra
tu ſuo donent,& alienent[15]. Ego Iaſonis ſententiam veram eſſe arbitror,quatenus lex iu-
bet relinqui tertiam partem bonorum,intelligitur enim de bonis quæ tempore mortis ſu-
perſunt, aut dolo malo factum eſt quominus ſuperſint[16],nec ideo cenſetur impedita rei
22 ſuæ libera adminiſtratio mulieri[17],quia diſpoſitio limitata ad mortem * non trahitur ad
vitam[18],& de teſtamento loquens ad contractus non producitur[19],& ſpecialiter receptũ
in filiis eſt,vt ob inofficioſas donationes agere poſsint[20],ſed quatenus lex tertiam partem
dotis relinqui iubet,quia verba expreſsim dotẽ ipſam prohibitioni ſubiiciũt nec ad id qđ ſu
pereſt referri poſſunt,exiſtimarim rectè ab Alex.reſponſum fuiſſe[21].Et hæc quidem hacte
nus,cætera enim ad prohibitionem alienationis pertinentia ſuo loco à me tractata ſunt[22].

1 arg.l.murileguli.vbi Bar. C.de murileg.lib.xj.
2 Alex.d.cõſi.cxx.ver. põt.
3 gl.Bal.c.j.de prohi. feud. ali.per Fed.
4 l.quedã.de acq.rerum.do. l.j.de fun.do.
5 l.certa.C.de iur.fiſ. lib.x.
6 l.j.cum gl. C.non lic. ha bit.met.cau.vbi Bar.
7 doct l.j.ſi cer.per.
8 l.regula. §. ſi ſi quis ius.de iur.igno.
9 glo.l.quemadmodum.C. de ag.& cenſ.lib. x. vbi Io. de Plat.
10 l.peto.§.fratrẽ. de leg.ij.
11 l.huic ſcripturæ. ad legẽ Aquil.l.ſi heredis ſeruus.l.ſi fundũ ſub.§.ſi Titius.de le.j.
12 gl.d.§.fratre.verb.vel ex tero.
13 Alex.cõſi.lvj.
14 gl.c.de iis.de ſepult. Anc. conſi.c. Abb. c. requiſiſti. de teſta.
15 l.j.in prin.ver.quis enim. C.de lat.lib.toll.
16 l.Titius.ſ.ad Trebell.
17 l. in re mandata. C. de mand.
18 l.pater.§.fundum.de leg. iij.l.milites.de re mil.
19 d.l.j. C. non lic.habit. ſe cundũ Raph.Imo.doct.hic.
20 l.fi.ſ.ſi quid in frau pat.
21 d.l.j.& ij.C.ſi quid in fra. pat.
22 d.l.filius fam.§.diui.

S V M M AE.

3 ☞ *Tranſactionem non, niſi ex cauſis, ad incogitata porrigi. 4.*

1 §. FILIA QVAE. Stipulatio* cum doli claſula ex cauſa tranſactionis in querela in
2 officioſi facta ad falſi quæſtionem poſteà motam non pertinet,limitata enim * cauſa limi-
3 tatum parit effectum[23]:& † tranſactio nõ trahitur ad cauſam incogitatã,[24] vel quæ nuper
I. ſuperuenerit[25],ſic & ſententia ex vna cauſa lata in alia exceptionẽ non parit[26]. Pro-
ceditq; legis noſtræ regula etiam in caſu contrario,ſi ſuper falſo prius actum & tranſactũ
II. ſit,deinde inofficioſum teſtamentum dicatur[27]. Procedit rurſus,etiam ſi eodem tem-
pore vtrumq; iudicium intentatum fuerit,nam tranſactio in vno non impedit alterius pro
III. ſequutionem[28]. Addit Guil. & Salic.hoc adeò verum eſſe,vt etiam ſi verba prioris ſen-
tentiæ aduerſentur,nihilominùs ſecundo iudicio experiri poſsimus,veluti ſi in cauſa inof-
ficioſi non ſolùm pronuntiatum ſit filium rectè non agere,ſed vlteriùs ſit adiectum, hære-
ditatẽ ad ſcriptũ pertinere,poterit nihilominus filius falſi quæſtione mota cõtendere hære-
ditatem ad eum non pertinere[29]:cum enim mutata ſit cauſa,nihil obſtat prior ſentẽtia[30].
nec dubito,quin in iudiciis hoc ſit verum,quæ ſtrictiùs accipiuntur, quia contra inuitum
I. feruntur[31], meritò ſententia ſecundum acta reſtringitur. At † in conuentione partium
4 non videtur à generalitate verborum recedendum,& omni iuri renuntiatum cenſeri,de-
quo partes veriſimiliter cogitare potuerint[32].Vnde conſequens eſt,ſi in petitione hæredi-
tatis trãſegerim,& me fundũ Sẽpronianũ nõ petiturũ promiſerim,nec alia quidẽ ex cauſa
agentẽ me audiri,qđ Acc.cẽſuit[33],& ego ſum ſequutus:dũ tamẽ cauſa poſterior talis nõ ſit,
de qua veriſimiliter nõ cogitauerim,vt in caſu legis noſtræ,nec e m̃ veriſimile eſt,ſi cogitaſsẽ
teſtamentum

23 l.age.C.de tranſa.
24 l.cũ Aquiliana.de trãſ.ſ.
25 l.qui cum tutoribus.§.fi. ſ.de tranſ.
26 l.nõ minorẽ. C.de tranſ.
27 l.eum,qui.C.de inof.teſ.
28 l.contra. C.de inoff. teſt.
29 l.iij. C. de petit. hæred. vbi Guil.& Salic.
30 l.cum queritur.l.cum de hoc.de exc.rei iud.
31 l.inter.§.j.ſ.eo.
32 l. ſub prætextu. ij. C. de tranſa.l.emptor. §. Lucius. vbi not.ſ.de pact.
33 l.ſi de certa. vbi gl. C. de tranſ.

teſtamentum falſum eſſe, me querelam inofficioſi moturum fuiſſe. Quæ ſententia cer- II.
tior eſt, cùm verba tranſactionis adeò generalia ſunt, vt de falſo quoque tranſactum videri
poſsit[1]. quod Imol. Caſtr. & Aret. hîc ſentiunt: tunc enim proculdubio legi noſtræ non erit
locus. poſſunt enim partes expreſsim agere, vt ad caſus quoque incogitatos tranſactio pro
ducatur[2]. Sed quid ſi in caſu legis noſtræ non fuiſſet de inofficioſo actum, ſed conditio- III.
ne ex lege petitum fuiſſet legitimæ ſupplementum[3]: & ſi prius filia in quæſtione falſi ſuccu-
buiſſet, tanquam indigna etiam à ſupplemẽto reiiceretur[4], ſícque prior cauſa præiudicia-
lis ſequenti eſſet. Sed quid ſi ſtipulatio, & doli clauſula religione ſacramenti confirmata IIII.
eſſent? & videretur propter vim iuramenti de omni euentu cogitatum fuiſſe[5]. contrarium
reſpondit Aret. tanquam iuramentum ſolennitatem quidem ſuppleat, conſenſum * verò 5
non augeat[6]. Ego ad iuriſiurandi verba diligẽter aduertendum cenſeo, ne temere ea præ-
tergrediamur. qua de re alibi tractatum eſt[7].

1 l. pluribus. de acceptil.
2 Ang. l. tres fratres. ſ. de pact. Rom. l. ſicut. C. de teſt. mil. Alex. conſi. xj. in ij.
3 l. omni modo. C. de inof. teſta.
4 l. ſi patronus ex modica. ſ. de bo. libert. doct. d. l. eum qui.
5 Bal. auth. ex cauſa. q. vij. in fi. C. de lib. pręt. & in l. fi. C. de codicill.
6 Aret conſ. xxiij. l. ſi. C. de non nu. pec.
7 Bar ſ. l. ſciendum. & l. ij. C. de reſc. vend. dixi. l. j. §. ſi quis ita. ſ. eo.

## SVMMAE.

2 ☞ *Nominis diuerſitas actum ex cauſis vitiat.*

## LEX CXXXVI.

SI SVB VNA. Quòd alio * nomine ſtipulator, alio promiſſor rẽ in con 1
tractu deductam appellauerint, non ideo minùs valet ſtipulatio: vt ſi in-
terrogauerim, *Promittis xxx. aſſes.* tu reſponderis, *Promitto tres denarios.* qua de
re ſuprà ſatis & ſuper[8]. dummodò enim in re ipſa conſentiatur, ad ſuperfi-
ciem verborum non adtendimus[9]. Nec dubitãdum eſt, quin vera ſit ſuprà-
ſcripta concluſio, ſi conſtet eodem ſenſu vtranque vocem acceptam fuiſſe.
Sed † quid ſi alter contradicat? verbi gratia, *Promittis mihi drachmas argenteas decem? Promit-* I.
*to denarios decem.* contendátque promiſſor denarij appellatione non de x. aſsibus, ſed de obo 2
lo ex vulgari vſu intellexiſſe: alioquin (inquiet) reſpondiſſem ſimpliciter, *Promitto.* & videre
tur reſponſionem ſecundum interrogationẽ declarari[10]. Cõtra, hoc procederet, ſi dixiſſet
ſimpliciter, *Promitto.*[11]. vnde in dubio aduerſus ſtipulatorem videretur accipienda interpre
tatio[12]. Quæ ſententia certiùs procederet, cum natura rei ſeu contractus hoc ſuaderet, II.
veluti in ſponſionibus ludicris, quæ quotidie inter ſodales fiunt, in quibus non rarò acce-
dunt acutæ quædam verborum captiunculæ[13]. Sicut & cum quæſtio eſt pũcti, vt in Cur- III.
cul. Plauti, *Promittis ne facere ventum vt gaudeam? promitto facere ventum.* ſic & apud Albericum
*Promittis filium meum perpetuis temporibus domi tuæ ſuauiter alere? promitto ſua vi ter, domine*[14]. ſed hæc
ad amphiboliam pertinent, de qua ſuprà. Cæterùm cùm Leo * Imperator, qui anno ſalutis 3
noſtræ CCCCLX. ad imperium adſcitus eſt, primus verborum ſolennitatem in ſtipulatio-
nibus ſuſtulerit, & ſenſum conſonantémque intellectum duntaxat deſiderauerit[15], quomo
do credemus à Paulo hoc dictum fuiſſe, qui Leone plùs, minùs CC. annis antiquior fuit? ali
qui vt Thomas Dottius, reſpõdent poſt Paulum, atque Vlpianum Iuriſconſultos illam ſcru
puloſitatem inualuiſſe, quæ à Leone deinde ſublata ſit, Alij talem formulam in xij. Tabulis
fuiſſe inductam, Alij nõ quidem tempore Vlpiani fuiſſe[16], neque poſt generaliter inualuiſ
ſe, ſed certis quibuſdam caſibus duntaxat quos Leo ſuſtulit, Alij (vt Raph. & Socinus) emẽ
datos à Tribuniano Pauli & Vlp. locos, vt cum Leonina conſtitutione concordent[17]. Ego
differentiam in voce rei ſignificatiua ſolum fuiſſe hic video, quam nullo tempore ſtipula-
tioni obſtitiſſe arbitror: ſed quandoque formulam in verbis interrogatiuis, atque reſponſi-
uis conſtitutam fuiſſe non nego. cum ergo quis interrogat: *Promittis x.* ſi reſpondeatur, *Quid
ni,* ſubauditur verbum, *Promitto.* nulláque eſt in verbo differentia, ſícque nihil Leo corre-
xit quod à Paul. aut Vlp. priùs correctum fuiſſet[18], quamuis hac in re recentiores multa cõ-
miniſcantur. His legenda qui bonas horas malè collocare voluerint.

8 l. quæ extrinſecus. ſ. eod.
9 §. j. Inſt. eo.
10 l. ſi defenſor. §. j. de inter rog. act.
11 §. præterea. Inſt. de inut. ſtip.
12 l. ſtipulatio. §. in ſtipulationibus. ſ. eo.
13 arg. l. ſi rem. §. fi. de præſ. ver.
14 l. nemo. C. de iudę. vbi Alber. de Roſa.
15 §. j. Inſt. de verb. oblig. l. omnes. C. eo.
16 Ruin & ſen. ſ. l. j. §. ſi quis ita.
17 l. j. §. ſed & hoc ſtudioſum. C. de vet. iur. enuc.
18 Mod. rubr. ſ. eo. & in d. §. ſi quis ita.

## SVMMAE.

2 ☞ *Stipulatam ſeruitutem alienato fundo ſubſtare.*
4 *Seruitutis ceſſio ex cauſis nulla.*
6 *Seruitus emptori ceſsibilis.*

§. SI QVIS VIAM. Cùm ſeruitutes * ſint indiuiduæ, & à tota re toti fundo de- 1
beantur[19], ſi viam ad fundum meum ſim ſtipulatus, deinde partem fundi pro indiuiſo alie
nauero, euaneſcit ſtipulatio: quia ad eum caſum peruenit à quo incipere non poteſt[20], fun
do enim communi per vnum ex ſociis ſeruitus acquiri non poteſt, ſed omnium ſtipulatio
eſt neceſſaria[21]. Nec obſtat, quòd emptori videretur permittendum, vt conſentire conſtitu
tioni ſeruitutis poſſet, & ratam habere ſtipulationem meam pro parte ſua[22]. quia iſtud ius
conſentiendi in emptorem ſeu ſingularem ſucceſſorem non tranſit[23]. & quod ad eum atti-
net, promiſſor nullo iure adſtringitur[24]. Vnde conſequens † eſt, vt aliud ſit dicendum, ſi I.
fundus cui ſeruitus debetur, non titulo particulari, ſed vniuerſalis ſucceſsioni ſit alienatus 2
vt

19 l. via. §. quæcunque. de ſer. ruſtic.
20 l. ſi vnus ex ſociis. de ſer. ruſt.
21 l. proprium. com. præd.
22 arg. l fi. ſ. com. præd.
23 l. fi. §. fi. de cõtrahẽ. empt.
24 l. loci. §. pen. ſi ſer. vind. l. ſed & ſi quis. §. ſi operis. de vſufr.



vt quia deceſſerim relictis pluribus hæredibus: tunc enim (vt inquit Accurſ.) non euane-
3 ſcit ſtipulatio, ſed quia ſeruitus * indiuidua eſt, quilibet hæredum inſolidum aget[1], Rur-
II. ſus conſequens eſt, vt legi noſtre ſit locus, in promiſsione conſtituendæ ſeruitutis, quæ per-
ſonalis eſt, & ex qua actio ex ſtipulatu ad id, quod intereſt competit: ſecùs, ſi iam ſeruitus
ipſa ſit conſtituta, & ſic ius rei adhæreat: tunc enim ad quencunque fundus meus tranſibit,
ad eum & ſeruitus pertinebit[2], etiam ſi multi ſint quibus dederim: multiplicabuntur enim
ſeruitutes. Qua ratione ſi non promiſſa, ſed teſtamento legata ſit ſeruitus, quia ipſo iure
cenſetur conſtituta[3], videretur legem noſtram non procedere, quod Aret. ſentit, & ego
verum arbitror, ſi teſtator vſus ſit verbis directò ſeruitutem conſtituentibus, ſecùs ſi gra-
uauerit hæredem, vt viam mihi conſtituat: tunc enim opus eſt facto hæredis, nec ipſo iu-
III. re cenſetur tranſlata ſeruitus[4]. Rurſus infertur ſecundum Accur. vt ſuprascripta proce
dant, cùm fundi partem pro indiuiſo alienauero, quòd ſi pro diuiſo facta ſit alienatio, ſe-
cùs eſt, quia tenebitur promiſſor illi parti, quæ mea remanſit ſeruitutem conſtituere[5], ſicq;
ſeruitus non quidem diuidetur, ſed ad partem meam reſtringetur[6], quod fieri poſſe ſuprà
IIII. declaratum eſt[7]. Sed & ſi viam ad fundum meum promiſeris non iure ſeruitutis, ſed po
tiùs dominij[8], non eſt dubitandum non euaneſcere ſtipulationem: nec enim hîc de rei in-
diuiduæ promiſsione agitur. Quid ergo, ſi conuenerim, vt ſinas me viam facere per fun-
dum tuum ad meum, & conſtituta via metiamur quantum terreni occupet, ſoluámque ti-
bi eius pretium in ſingula iugera tot aureos: tali enim caſu non per tuum fundum, ſed per
meum ire cenſeor, cum ſemitam hanc etiam reſpectu proprietatis pecunia mea emerim[9],
V. ſecùs ſi ſolam facultatem ſeu ius eundi ſalua tibi proprietate comparaſſem[10]. Sanè
hæc in ſtipulatore procedunt: in promiſſore verò ſeruitutis omnes fatentur ſiue partem
fundi, ſiue totum alienet, in quo ſeruitutem conſtituere promiſit, minimè liberari: quia res
ad caſum, à quo incipere non poteſt, deueniſſe non videtur: cùm poſsit, qui fundum non
habet, ſeruitutem promittere[11]: & qui promittit rem, cuius commercium non habet, non
ideo liberatur, ſed ſibi imputet: ſatis enim eſt ſtipulatorem eius iuris capacem eſſe[12], quod
& ſuprà diximus, meritò ergo remanebit promiſſor obligatus, & cum eo actione ex ſti-
VI. pulatu, quæ in perſonam eſt, agi poterit[13], quod & Bar. hîc tradit. Sed quid, ſi ſtipulator
4 in alienatione fundi, etiam id ius † emptori ceſſerit quod aduerſus promiſſorem compete-
bat? & videretur fruſtrà id fieri: aut enim ceſsit antequàm dominium fundi transferret in
emptorem, & ceſsio eſt nulla: quia non habenti fundum ſeruitus prædialis deberi non po-
teſt[14]: aut ceſsit poſt tranſlationem dominij, & adhuc nulla eſt, quia ceſsit quod non habe-
bat[25]: trãſlatione enim dominij euanuerat ſtipulatio, vt hîc dicitur[16], & ita ſentit Accurſ.
conſentiúntque omnes: cùm de promiſsione agitur, quæ ſeruitutis, & ſic iuris prædialis cõ-
ſtituendæ cauſa celebrata eſt: deeſt enim tunc ſubſtantia ſtipulationis. Quòd ſi vitium al-
legetur ex eo, quòd non interſit, aliud eſſet. Vnde ſi ſtipulatio cauſa iuris perſonalis con-
ſtituendi ſit introducta, exiſtimant ſecùs eſſe, vt cum venditor priùs à vicino ſtipulatus
erat, per eum non fieri, quominùs aqua ſecundum domum ſuam fluere poſſet: tunc enim
ſimpliciter ceſsio valeret[17]: quia ius perſonale venditori ante celebratam emptionẽ com-
petens non ſolùm poteſt, ſed etiam debet emptori cedi. Sed Imol. poſſe quidem cedi fate-
tur, cogi verò ad cedendum non credit: ſi enim id ius ad reſtitutionem damni pertineret,
vtique æquitas ſuaderet cogi[18]. Idem, ſi lucrum reſpiceret, quod poſt venditionem antè
5 rem traditam ex cauſa rei ipſius perueniret[19]: ſicut enim * omne damnum ab eo tempore
eſt emptoris, ita & omne lucrum ad eum pertinere debet[20]. Idẽ ſi conſtaret tale ius in ven-
ditione deductum eſſe: vnde tenetur vẽditor ius exigendæ penſionis cedere pro tempore,
quod poſt venditionem currit[21]. Sed in caſu noſtro non conſtat hanc facultatem, quod
non impediretur curſus aquæ, venditam fuiſſe: ideo non eſt credendum venditorem ad
cedendum cogi poſſe. Quæ ſententia vera eſt: ſi non apparet venditam, id eſt, ſi non con-
ſtet admonitum fuiſſe emptorem id ius aquæ perſonali tantùm ſtipulatione venditori eſſe
permiſſum[22]. alioquin veriſimile eſt emptorem cariùs emiſſe, quia crederet illud aquæ fa-
cultatem ad ſe peruẽturam[23], vt meritò tali caſu compelli debeat vẽditor ad ceſsionem[24]
quod aduerſus Imolam diſputat Aret. & Iacob. Cirillus Alberic. tradiderunt & receptior
habet ſententia. Quid ergo, ſi ſtipulator non quidem vendidit domum ſed donauit? an
deinde poterit cogi vt cedat, & non putarim tali caſu cogi poſſe, túncque veram Imol.
ſententiam: nam & promiſſor agenti donatario poterit excipere infirmatam eſſe ſtipula-
tionem, quia donatione cœperat amplius non intereſſe ſtipulantis[25], quod Raphaël, &
Aretinus probant, ſícque ſtipulationem in perſona cedentis inutilem non debere exceſ-
ſionarij perſona conualeſcere[26], quod regulare eſt, licet quandoque aliud ſit[27]. Falſáque
eſt Caſtrenſis ratio exiſtimantis noſtra intereſſe, vt qui cauſam lucratiuam à nobis ha-
bet, pleniſsimum ius acquirat[28], neque enim videtur legiſlator eius, quod intereſt, ra-
tionem habere, niſi pecuniariter interſit, vt quia aliàs, qui alienauit euictionem præſtare
cogeretur

1 d. l. ſi vnus. & l. pluribus. de ſerui. ruſt.
2 d. l. via. §. quæcunque.
3 l. ſi partem. §. j. quem. ſer. am. l. ſi fundum ſub. §. qui fundum. de leg. j. l. j. de ſer. leg.
4 l. iij. ſ. de vſufru. l. ſeruũ filij. in fi. de leg. j. l. Dama. §. j. de vſuf. leg. l. j. verſ. ſed ſi vſusfr. ſ. ſi vſ. pet.
5 l. ſi quis duas. §. pen. com.
6 d. l. ad certam. de ſeruit.
7 l. ſtipulationes non. ſ. eo.
8 l. in concedendo. de aqu. plu. an.
9 l. item quamuis. §. ſi vſus. com. diuid.
10 l. certo generi. §. j. de ſer. ruſt. præd.
11 l. hæredes. §. an ea. fam. ercíſ.
12 l. multum. ſ. eo.
13 l. per fundũ. de ſer. ruſt.
14 d. l. hæredes. §. an ea. l. pecoris. de ſer. ruſt. præd. l. ij. ſ. com. præd.
15 l. traditio. de acqui. rer. dom.
16 d. l. pro parte.
17 l. fluminum. §. adiicitur. l. damni. §. emptor. de dam. infec. l. ſtip. verſic. cæterum. ſ. eo.
18 d. l. damni. ſ. emptor.
19 l. ſi ea res. ſ. de actio. empti.
20 l. eum, qui. l. ſi vendidero. de furt.
21 gl. l. Iul. §. ſi fructibus. de act. emp. Bar. l. fi. in fi. de iu. fiſci.
22 l. j. §. fi. de act. empt.
23 arg. l. in vendendo. §. j. de contrahen. emp.
24 l. ſi rem quem à Titio. de euict.
25 l. ex conuẽtione. C. de pact.
26 l. Modeſtinus. de ſolut.
27 l. fi. C. de iur. dot. l. Pap. mand.
28 l. ſi tibi. §. ſi pactus. in fi. de pact.

cogeretur[1]: quod & Aretin. hîc probat, qua de re nos ſuprà[2]. Sanè ſunt etiam aliqui ca- VII.
ſus, quibus ſtipulatio etiam ſeruitutis conſtituendæ cauſa cedi † emptori poteſt, nec legi 6
noſtræ eſſet locus. Primus eſt, quem Bart. hîc adducit, cum eodem momento, & alienatio
& ceſſio facta proponeretur: nec enim tunc poteſt videri, aut non domino facta, aut eo
tempore facta, quo euanuiſſet, ſed ego ſuprà hoc non probaui[3]. cum enim ordine intel-
lectus ſemper oporteat priùs factam eſſe alienationem, ſequitur tunc cedi ſtipulationem,
cùm euanuit[4]. quod & Pet. & aliqui veteres & nuperrimè Aretinus hic tradit. Alius eſt ca-
ſus, quem Imol. adfirmat, cum ceſſio poſt venditionem facta eſt ante tamen rei traditio-
nem, tanquam futuro domino ceſſum ius ad ſeruitutem ſit[5]. ſed nec hoc probat Aret. quia
qui dominus fundi nondum eſt, non poteſt illi purè ſeruitutem ſtipulari[6], addo ego, nec
conditionaliter, in caſum quo res ipſa deberet extingui[7]. quod & Hier. Torquatus hîc ſcri
ſit[8]. Tertius eſt caſus Torquati ipſius, ſi fundus ſit venditus cum omni iure, & actione ſibi
competente, quam ex nunc cedit conſtituendo emptorem procuratorem in rem ſuam ad
agendum contra quemlibet[9] & c. ſed nulla lege probat Torquatus hanc clauſulam ad ſti-
pulationes trahi, quæ illo actu extinguantur[10]: certior ergo eſt caſus, ſi venditor talem fa-
cultatem ſtipulatus non ſolùm pro ſe eſſet, ſed etiam pro quocunque cui illum fundum da
ret[11]. Nec enim videtur dubitandum, quin ſucceſſor ſingularis poſsit ratum habere, tan-
quam ipſe à principio ita ſtipulatus eſſet, quod non ab ſimili caſu ſuprà diſputauimus[12].

1 l. Iulianus. §. j. ſ. eod.
2 d. l. ſtipulatio iſta. verſiculo cæterum. ſ. eo.
3 ſ. l. ſtipulationes nō diuidūtur. in gloſſ.
4 l. j. in fi. cum leg. ſeq. de reb. eorum. Bar. l. quoties. §. ſi quis ita. de hæred. inſtit.
5 l. ſi ſeruitus. §. fin. de ſer. vrban. præd. l. Labeo de ſer. ruſt.
6 l. exiſtimo. ſ. eo.
7 l. ſi rem meam. in fi. ſ. eo. vbi dixi.
8 arg. l. ſi quis duas. §. j. cō. præd.
9 arg. not. in d. l. Iulianus. §. qui fundum. ſ. eo.
10 l. ſicut. §. pen. ſ. quibus mod. vſ. amit.
11 c. j. de feud. nō hab. prop. nat.
12 arg. l. proprium. ſ. com. præd. dixi ſ. d. l. ſtipulationes non diuid. verb. viæ.

SVMMAE.

3 ☞ *Agere aliud variè accipi.*
4 *Contractuum origo, & vis.*
8 *Contrahunt abſentes. 10.*
9 *Contrahimus licitando. 11.*
12 *Contractum anonymum ex interuallo fieri.*
15 *Continuationē certis actibus exigi: intermiſſiq; ruit.*
16 *L. Continuus. ſenſus.*
17 *Poſſeſſio ſuo iure ſtatim recuperanda.*

## LEX CXXXVII.

CONTINVVS. In ſtipulationibus reſponſio præſente animo, & * abſ- 1
que intermiſsione interrogationē ſequi debet. Continuus dicitur, quod
ſimul ſe tenet, ſicut contiguus quod ſe tangit[13]. vnde * continuò poſſe- 2
diſſe non dicitur, qui per interualla poſſedit[14]. poſsintque domus eſſe
vicinæ, nec tamen erunt contiguæ. Momentum eſt modicum ſpatium,
ſeu interuallum[15]. Boëtius & arithmetici horam minutis LX. conſtare
aiunt, at minuto momentum minus eſſe. dicitur autem momentum tanquam mouimen-
tum naturæ, ſeu temporis. Cominus à manu aduerbium formatur, & ſicut eminus ſignifi-
cat extra manum & longè[16], ita cominus, ideſt, continēter, & ſine intermiſsione[17]. Verg. j.
Georg. *Iacto qui ſemine cominus arua, inſequitur.* quod eo loco veteres Grammatici indi-
cant. Accur. cominus fieri exiſtimauit quod eodem die fit[18]. meliùs dixiſſet eadem die.
Dies enim fœminini generis tempus ſignificat, ſicque in lege noſtra accipitur, non pro die
xxiiij. horarum, qui maſculino genere proferri ſolet, vt Grammatici adnotauerunt. Aliud
agere † dicantur, non ſolùm qui actus diuerſos faciunt, ſed etiam qui intenti non ſunt, neq; 3
animo præſenti, vt cùm ſcholaſtici tigna gymnaſij numerant[19], Plauto, Ciceroni, cæte-
ris. hinc & Seneca: Magna pars vitæ elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus, to-
ta verò aliud agentibus. cuius loci interpretatio à Iureconſultis petenda eſt, apud quos ma
lè agit, qui nimis properat, & ante diem experitur: nihil agit, qui nondum natam inuti-
lémque actionem, nec ſibi competentem intendit[20]: aliud agit, qui animo abſens eſt, nec
intentus eſt: Terentius Eunucho. Iam conclamatum eſt, alias res agis, iſtuc ago quidem.
Hinc ergo probatur haud veram eſſe Bart. ſententiam exiſtimantis, ſi ego te manè interro
gem, tu veſperi reſpondeas contractam eſſe ſtipulationem, atqui continuus hic actus non
eſt, nec videtur cominus reſponſum, quod & ſuprà diſputaui[21]. Sed quæ ratio eſt, vt con-
tinuus actus debeat eſſe in ſtipulatione? & ſciendum, omnes † contractus ex conſenſu ori- 4
ri, & tum demum à lege vim, & fomentum ſuſcipere cùm vltrò & citro voluntatis * coniun 5
ctio facta eſt[22]: ante vero * voluntas ea, meræ facultatis eſt[23]. ideóque pœnitentiam reci- 6
pit[24], & ad hæredem non tranſmittitur: quia quæ meri facti ſunt, in hæredes non tran-
ſeunt[25]. Igitur in ſtipulatione quæ & conſenſum * requirit & verborum formam, oportet 7
vtrunque incontinenti fieri. actúmque continuum eſſe, in aliis † verò contractibus, in qui- 8
bus ad verborum formam non adtendimus, ſatis eſt quandocunque voluntates iungi: vn-
de per epiſtolam & nuntium poſſunt huiuſmodi contractus celebrari[26]. cùm enim mitten
do epiſtolam, vel nuntium ego conſentiam: cùm & durare conſenſus præſumatur[27], vbi
alter deinde acceptat, vel conſentit, vtriuſque animus concurrit, & ad effectū contractus
perducitur[28]. Qua † ratione in auctionibus, cùm res haſtæ ſubiicitur, & præco pronuntiat 9
rem illius fore, qui plus obtulerit: cenſemur cum incerta perſona contrahere. vnde aliquo
oblationem approbante, & plus offerente, perficitur contractus[29], incipítque eſſe certa li-
citatoris perſona. Sed pone, ego in † actis iudicis notario ſtipulanti omnium nomine, quo- 10
rum

13 c. j. de conſec. eccleſiæ. in vj. vbi doct.
14 xxij. diſt. c. ſacroſancta. vbi doct.
15 l. cum biſſextus. vbi not. de verb. ſig.
16 l. fi. C. de legib.
17 l. iij. ſ. de pign. act.
18 l. terminato. C. de fruct. & lit. exp.
19 gl. j. C. de ſtud. lib. xj.
20 l. j. in fi. quando dies vſ. ced. l. iiij. §. j. de pact.
21 l. j. §. j. ſ. eod.
22 l. in omnibus. ſ. tit. j.
23 l. fi. j. de leg. j. l. nō ſolū. §. morte. de op. no. nun.
24 l. iiij. de man. vind.
25 l. cum quis. ſ. eo. l. iij. de ſer. expor.
26 l. j. in fi. de cōtrah. empt.
27 l. eum, qui. de probat.
28 l. ſi ſtipuler. ſ. eo. Bart. l. quo enim. j. rem rat. dixi l. ij. C. de pact.
29 l. licitatio. vbi Bart. de publica.



rum intereſt, promiſi me diſſoluturum omne æs alienum, quod à filio meo cōtractum fuiſ-
ſet, nunquid potero conueniri à creditoribus, qui præſentes non fuerunt? & certū eſt poſſe
quoſlibet creditores hanc oblationem acceptare, & mecum agere, quod Alexander, & Si-
11 culus reſponderunt[1]. At Bal. Nouellus aliud reſpondiſſe traditur, tanquam exēplum † lici
tationis ſpecialiter procedat in republica vel eccleſia alienante, vel quando licitatio aut
contractus incertus eſt quadam neceſsitate toleratur, quæ ſententia probabilis non eſt[2].
Addit Corn. tum demum procedere ſupraſcriptum exemplum, cùm omnino etiam in rerū
natura incerta erat perſona cum qua contrahebatur: ſecùs, ſi certa eſſe potuit, vt in caſu no
ſtro creditores filij[3]. ſed nec hoc ego probo: ſatis enim eſt per acceptationem effici certū
quis contrahat. putarim itaque ſupraſcriptam Nouelli & Cornæi ſententiam, ſolùm defen
di poſſe, cùm notarius abſentibus non eſſet ſtipulatus[4], aut re integra, id eſt, ante accepta-
12 tionem mutauiſſem ſententiam[5]. Sed quid in contractibus innominatis? & idem † eſſe con
ſtat, ſi appareat mutuo reſpectu promiſsionem eſſe factā, vt ſi promittas pro me ire Romā,
& ego ex interuallo promittam tibi pro hoc centū, nihil impedit, quin contractus ſit, *Facio
vt des.* præſumitur autē mutuo reſpectu contractum fuiſſe, vel cùm expreſſè dictum eſt, vel
cùm vtraque promiſsio incontinenti facta eſt[6]. Quòd ſi ex interuallo altera poſt alteram
acceſsit, non videtur mutuo reſpectu facta, ideóq; in ſpeciem contractuū innominatorum
non caderet[7], ſed vtrinq; pactum nudum cenſeretur. Faciliùs enim quod vno ductu, & in-
continenti fit, mutuo reſpectu factum creditur[8]. Cæterùm annotant hîc doctores inconti-
13 nenti * videri factum, quod eodem die ſit factum: nec enim vnus dies longum interuallum
eſt, quod & Bar. tradit, & ego verum arbitror in iis, quæ à ſolo conſenſu pendent, & poſſunt
ex interuallo partium voluntate fieri, vt eſt duorum reorum conſtitutio[9]. quæ ſi partes ve
lint etiam & interuallo duntamen expreſſè agant, fieri poteſt[10]. dummodo enim eadē die
fiat, ſatis arguitur mens contrahentium vnam obligationem in vtroque inducentiū. Qua
ratione idem dicemus, cùm de fraude, aut ſimulatione dubitatur: quod enim eodem die fa-
ctum eſt faciliùs fraudem detegit, vt nuperrime à Socino reſponſum eſt[11]. Sic frater quam-
14 uis * dotando ſororem præſumatur donationis cauſa id facere[12], ſi tamen eadem die fece
rit ſibi hæreditatem paternam renuntiari, cenſebitur potiùs non donaſſe, ſed commutaſſe.
quod à Bal. reſpōſum extat, egóq; arbitror verum eſſe, etiam ſi nō eodem die id ſit factum.
Sic, vt dicta teſtium ſuſtineamus, interpretabimur ſimul factū, quod eodē die ſit factum[13]:
maximè cùm de operis agimus, quæ tractum temporis habent, adeò vt matutinæ cum ve-
ſpertinis coniungi poſsint[14]. Nam & in dubio, cùm non apparet, an interuallum adfuerit,
conſtat tamē eodem die quid factum. Cenſuit Bal. præſumi potius in continēti, ſeu eodem
I. contextu factum[15]. Non † procedunt ſupraſcripta, quoties lex pro fama requirit non ſo-
15 lùm iungi conſenſum, ſed etiā verba, vt quia velit actum continuum eſſe, quod † lex noſtra
16 probat, quæ ſic videtur intelligenda[16]. Nam & idem videmus in teſtamento pupillari,
II. quod vno contextu cum paterno explicari debet, & non ſufficit eodem die vtrunque fieri
III. ſed eadem hora oportet abſolui[17]. Sanè & cum prohibitoria qualitas à lege requiſita in
actu non affuit, ſuſtinetur actus, quamuis deinde vel eadem hora interuenerit[18]. vnde, qui
ſoluit antequàm condemnatus ſit, pœnam euitat: nec ideo fraudem legi municipali facere
IIII. videtur[19]. Sed & in limitatis, quibus ad momenta temporū adtendimus, nihil refert in-
continenti poſt aliquid eſſe factū[20], ſicut nec quando ad formā ſeu conditionem reſpici-
V. mus[21], quod eleganti quæſtione Bald. docuit. Sanè cùm quis directus de poſſeſsione eſt,
17 lex ait licere ei incontinenti poſſeſsionem † ſuam propria auctoritate recuperare[22], quod
Accurſius & Ioan. Fabr. intelligunt eodem die[23]. at Huguitio etiam poſt multos annos id
interpretatur: nec enim tempus currere incipit, niſi factis debitis præparationibus: cùm
tum conſtaret animum recuperandi, non deſiiſſe. & ideo ſignis princeps de ciuitate ſua
ſit expulſus, & interim, dum amicos colligit, dum pecuniam & belli neruos præparat,
dum cætera neceſſaria inſtruit, labuntur x. anni, dicetur tamen incontinenti recupera-
re velle. quod & Aret. hîc refert, & Socinus Fab. Iaſ. cæterique recentiores adprobant. At
mihi durum videtur, vt dictio, *Ex continenti.* ad decennium protrahatur, cùm in eodem loco
lex dictionem, *Confeſtim.* accipiat, in ipſo actu: cùm quis me armis deiicere vult, vt con
feſtim mihi liceat eum repellere[24]. Subiicit, ei qui iam deiectus ſit, recuperandi ius ex inter
uallo nō eſſe. quis dubitat decennium interuallū, & quidem longiſsimum eſſe. nam & cùm
lex hanc propriæ auctoritatis facultatē concedat tanquam expeditiorē, & citiùs parabilē,
18 quàm beneficiū interdicti ſit, quomodo durare decēnio credemus, quum ipſum * interdictū
nō niſi anno duret[25]? Nā & pontifices hāc facultatē concedūt quam primū innotuit[26], non
autem quam primum præparamenta ſint facta. nec lex vlla diſtinguit, an res vnde deiectus
ſum, facile, an difficulter recuperari poſsit, vt meritò nec nos diſtinguere debeamus. vix
eſt ergo, vt hoc Hugutionis dictum ego ſequar, quod veterum doctorum plerique aut non
probarunt[27], aut, nulla eius mentione facta, neglexerunt.

1 Cornæus. cōſ. xxix. in iiij. lib.
2 l. à Titio. ſ. eo.
3 l. cùm quidam. §. ſuū. de acq. hæred.
4 l. fi. ſ. de inter. act.
5 d. l. iiij. dixi l. qui Romę. §. Flauius. ſ. eo.
6 l. rogaſti. verſ. deinde. de præſ. verb.
7 l. cum fundū. ſ. de pact.
8 l. ſi ventri. §. fi. de priuil. cred. dixi. l. poſt contractū de donat.
9 l. ſi ex duobus. §. j. j. tit. j.
10 l. iij. in prin. j. tit. j.
11 l. qui ſic. de ſol. Socin. cōſilio cxxxv.
12 l. j. §. accedit. C. de rei vxo. act.
13 Anch. conſ. ccccłxxxvj. licet.
14 l. ſi operis. ff. loc. vbi Bar.
15 l. ſi duas. de exc. tut. vbi Bald.
16 l. duos. in fi. j. tit. j.
17 l. ſi quis eū. §. j. de vulg.
18 l. Seia. §. virgini. de don. inter vir.
19 Bar. l. iuſiurandum. ij. §. fin. de iureiu.
20 l. pen. C. de poſt. hæred.
21 l. Thais. §. intra. de fid. lib. Bal. c. cùm dilectus. de fid. inſt.
22 l. iij. §. eū igitur. ij. reſp. de vi, & vi arm.
23 glo. §. recuperandæ. inſt. de interd.
24 d. §. eum igitur. j. reſp.
25 d. l. j. in prin. eo. tit.
26 c. olim. j. de reſt. ſpoliat.
27 glo. Pet. Iac. Io. Fab. d. §. recuperandæ.

SVMMAE.

2 ☞ *Promiſſionem diſſentientis ex cauſis valere.* 4. 3 *Tertio confeſſio, declaratione non obeſt.*

§. SI HOMINEM. Cùm ſtipulatio non ſolùm ex * verborum forma,ſed ex con- 1
ſenſu conſiſtat [1], ſi circa rem promiſſam diſſenſum ſit,vitiatur [2]. Finge igitur, Promiſi tibi
Stichum ſeruum de Sticho albo intelligens, tu de Sticho nigro ſentiebas, nulla eſt ſtipula-
tio.quod ſuprà vidimus. Nec res hæc dubia eſt, quoties conſtat non de eodem partes ſen-
ſiſſe. Sed ſi hoc † admittamus,etiã ſi non conſtet,patefiet via fraudibus, negabit ſemper I.
promiſſor de eo ſe intellexiſſe de quo actor.Exiſtimarem itaq; in dubio cenſendum,de illo 2
actũ de quo promiſſor ſenſiſſe ſe adfirmet [3],ſi ei ſtipulator deinde aſſentiat.cui tali caſu con
cedẽda videtur variatio,ſicq; Alex.ſententiam defendi poſſe,vt actus valeat,& legi noſtræ
ſolùm eſſe locum, cùm de diſſenſu ipſo conſtet, vel iudici propter probabiles coniecturas
ita ſedeat. Sed quid,ſi ſtipulator cum promiſſore colludat,vt ſtipulationem nullam vide II.
ri faciant,in damnum fortè alicuius creditoris,cui omnia nomina ſtipulatoris ſint obliga-
ta?& videretur † eorũ confeſsioni ſtandum,ad quos principaliter res pertinet [4], cùm pro- 3
miſſori ex confeſsione ſtipulatoris ius quæratur [5], vt ſicut ſoluendo ante denuntiationem
ſibi à creditore factam liberaretur,ita & confitendo,quod non ab ſimili caſu Pont. reſpon
dit [6]. Sed tamen verius eſt,ſi verba clara ſint,non admittendam confeſsionem, quæ tene-
bras rei claræ iniiciat,in alterius fraudem.nam regulare eſt,vt declaratio,quæ verbis con-
ſona non eſt,in alterius damnum non admittatur [7], ſicut nec confeſsio cedentis in fraudẽ
ceſsionarij non admittitur [8]: Vnde nec legatarius voluntatem ſuam declarare poteſt, &
in alterius damnum adfirmare ſe repudiaſſe legatum [9]. Sicut nec contrahentium cõfeſsio
valet, ſi ex poſt facto diem chirographi mutare potuerunt,& præoccupare cæteros credi-
tores [10]. Qua ratione & debitor creditori ſoluens ex poſt facto cauſam adiicere nequit,in
quam ſolutum velit in alterius damnum [11]: quoties enim tertij fraus ſubeſt, deſinit res eſſe
integra,quod ſimili caſu Bart.atque Aret.tradiderunt [12]. Putarem diſtinguendum, vt poſt
denuntiationem tertij,nõ admittatur huiuſmodi confeſsio:alioquin admittatur [13], niſi res
eſſet clara & quæ nullis ambagibus offuſcari poſſet. Sed quid † in caſu legis noſtræ,cùm III.
homo in genere ſimpliciter eſt promiſſus, & ita fatetur ſtipulator, at reus de Sticho intelle 4
ctum adſeuerat? & non eſt probabilis rei exceptio:quia verba non ſpeciem, ſed genus ſi-
gnificant:non procederet ergo lex noſtra,niſi aliter quam ſimplici aſſertione ſua probaret
reus de certa ſpecie actum eſſe. Sed quid in vltimis voluntatibus reſpõdebimus? Teſta- IIII.
tor † Galeatio vicecomiti filio ſuo prohibuit,ne alienaret,& fideicommiſit,vt deſcenden- 5
tibus ſuis reſtitueret.agit Caius,& petit à poſſeſſore fideicommiſſum, probátque ſe filium
Galeatij. at poſſeſſor probat plures eo nomine fuiſſe in vicecomitum familia Galeatios,
præſumtúrne teſtes Caij de Galeatio loquutos eſſe eius qui fideicommiſſum fecit filio?&
videretur.nec enim facilè perſonarum * diuerſitas præſumitur [14]. ſed cùm conſtet plures
fuiſſe Galeatios, non eſt fundata Caij intentio, abſoluendúſque ex regula legis noſtræ eſt 6
poſſeſſor.

1 l.j.§.adeò.ſ.de pact.
2 l. inter ſtipulantem.§.j. ſ.eod.
3 l.ſtipulatio.§.in ſtipulationibus. ſ. eod. Alexand. d.l.inter.§.j.
4 arg. l. j. §. denuntiatori. de vent.inſpici.
5 l.iiij.C.quæ res pig.
6 Rom.conſi.lxv.& cccclxxxij.
7 Felin.capitul.cum olim. de re iud.
8 not.l.facta.§. ſi hæres. ad Trebel.
9 l.ſi partem.§. fin. quem. ſer.amit.
10 l.iij.ſ.de fid.inſt. l. ſcripturas.C.q pot.in pig.hab. Paul.conſi.cxxxiiij.j.
11 l.ij.& iij.de ſol. vbi Doctor.
12 l.hæredes.§.ſed & ſi notam.de teſtam.
13 d.l.iiij. C. quæ res pig.
14 c. in præſentia. de probat. Bart.l.ſi in rem. de rei vend.Dec.conſ.xiij.

SVMMAE.

1 ☞ *Moram non niſi die & pœna expreſſis fieri.*
6 *Oblatione moram tolli.*
7 *Loco dicto non ſoluens vbique cogendus.*
8 *§. Cum ita. ſenſus.*
9 *Dominicos dies itineranti non ſubduci.*
10 *Diplomata, eorúmque vſus.*
11 *Euectiones variè dici vetariq; inſcio principe.*
12 *Impuberem ducens & comprimens impunibilis.*
13 *Horas chartis ob peſtem inſeri.*
14 *Manſiones iuſtæ ſunto.*
16 *Legatiuũ certum etiã præter ſumptũ legatis cedere.*
17 *Lucrum ex circunſtantiis variè accipi.* 18.
19 *Vſurarum modus.*
22 *Coniecturis in certis plerunque locum eſſe.*

§. CVM ITA. Qui certo loco ſoluere * promiſit,tacitè intelligitur promiſiſſe, cùm 1
primum maturè & commodè eò peruenire potuerit, niſi citiùs putà per diſpoſitos equos
peruenerit.Sed quid ſi ſtipulator neminem habuit,cui pecuniam numerare in loco conſti
tuto promiſſor poſſet?& tunc non committi à promiſſore moram Bar.cenſuit [15]. neq; enim
imputare * alteri id poteſt, in quo ipſe ceſſauit [16]. Oportet ergo, vt ſtipulator in primis 2
probet ſe eo in loco † habuiſſe cui ſolui potuiſſet. Vt enim mora committatur,non ſufficit I.
ſtipulatori in locum acceſsiſſe, ſed oportet vt debitorem interpellet, abſque qua interpel- 3
latione nulla eſt promiſſoris mora [17], vt Iac.Grillus, Albericúſque hîc tradiderunt: neque
enim tacita hæc dies interpellat [18], quæ ſimpliciter ineſt, vt quis ad locum veniat,non au-
tem vt in mora conſtituatur. Sed quid ſi pœna ſtipulationi adiecta ſit? & iidem doctores
aiunt,ſi promiſſor eo non acceſſerit, pœnam committi. Ego, etiamſi acceſſerit,committi
poſſe arbitror:quia cùm promiſſor agat, vt ſe à mora, ſeu pœna excuſet,cùm locus ille ad
forum

15 l. arbiter ſi calendis. de arb.
16 l.ſi ſeruum. §. ſequitur. ſ.eod.
17 l.ſi ex legati.ſ.eod.
18 §.ſeq. vbi Aret.iiij. not.



4 forum vtriuſque pertineat, tenetur debitor perquirere * creditorem quod Bart. ſenſit [1].
I. Quòd ſi dies non tacita,ſed expreſſa eſſet,quo caſu propter adiectionem pœnæ impedi
retur moræ purgatio [2], exiſtimarem ad excuſationem debitoris ſufficere, quòd paratus
5 eſſet ad ſoluendum, ſi inueniret cui ſoluere poſſet [3]. Vt verò curſus vſurarum * impedia-
tur nec vlla quidem proteſtatio ſufficeret,ſed obſignatione opus eſſet [4], quæ & tunc neceſ-
ſaria eſt: cùm euitare iudicium quis velit [5]. qua de re latiùs ab Alexandro reſponſum ex-
II. tat [6]. Subiicit † Bart. ſi actum cum ſtipulatore ſit,vt mitteret eo loci cum promiſſore ali
6 quem pecuniæ recipiendæ cauſa, ſufficere ſi obtulerit ſe paratum mittere [7]. quæ ſententia
vera eſt,niſi promiſſor ipſe re ipſa iuit,& ſoluere voluit, non ſufficeret talis oblatio, ſed vi-
III. detur à mora, atque pœna promiſſor ipſe excuſandus. Sanè ſi promiſſor † loco conſtitu-
7 to ſoluere nolit,poterit in loco ſuo rectè conueniri: quia vbique ſoluere poteſt, vt hîc dici-
tur.quod intelligendum, vt nihilominùs cogi poſsit, vt id creditori ſoluat quod eius inter-
eſt: quia conſtituto loco non ſoluerit [8]. Sed & ſi locus, ipſius promiſſoris duntaxat gratia
adiectus fuiſſet,non eſt dubium poſſe eum fauori ſuo renuntiare,& in loco contractus, ſeu
domicilij ſoluere [9], quod Bald.tradidit, & Iaſ. ſequutus eſt.aliàs verò loco conſtituto ſem-
per eſt ſoluendum [10]: ſicut videmus eum, qui ad diem promiſit, etiam ante diem poſſe ſol-
uere, quoties dilatio ſolius rei fauore conceſſa eſſet. quod hîc aliqui adtingunt, ego ſuprà
IIII. loco ſuo declaraui [11]. Sed cur iuriſconſultus tempus † incertum iiſce contrahentibus de
8 dit,cùm alibi lex certum aſsignet,nempe in ſingulos dies viginti miliaria [12], & Accur. cen-
ſuit in iudiciis eam certitudinem adtendi,& legem noſtram in contractibus obſeruari.Sed
alij non temere conſtituendam differentiam inter contractus,& iudicia exiſtimarunt: ſed
legem noſtram intellexerunt cùm miliaria limitationem nullam habeant: etenim Ephe-
ſus tranſmarina ciuitas eſt ad quam poteſt & traiectu montium difficiliumq; ſaltuum per
Thraciæ oram accedi, poteſt & quod ferè frequentiùs fit naue adiri [13]. vt merito ei limita-
9 tioni locus eſſe nequeat.Sed nunquid † de ea limitatione ſubducentur dominici dies, tan-
quam debeat quiſque probæ conſcientiæ vir eo die diuinis rebus, non autem itineri facien
do operam dare [14]? & pontificij ſubducendos crediderunt [15]. vt ſicut ſabbato, ſeu ſeptimo
die quieſcunt ex lege Moſis Iudæi, ita & nos dominico die quieſcamus qui ſabbatis ſubro-
gatus eſt [16]. Ego cum Imola, & Aretin. ſentio, qui nulla lege id caueri aiunt,ſed diuerſum
potiùs [17]: ſuperſtitioſaque & pleriſque veterum irriſa eſt, Iudæorum obſeruatio, qui ſab-
V. batis ſuis adeò quieſcunt, vt iter facere eis religio ſit. Sane cum certus dies eſt conſtitu-
tus,quo quis peruenire debuit, minimè ad ſuprâſcriptam limitationẽ recurrimus [18]. quod
Imol.& Aret.hic tradunt,& nos alibi retulimus.
10 VT NEQVE DIPLOMATE. Diplomata ſunt † literæ patentes,principum
ſigno munitæ [19]. Habebantur autẽ publica iumenta certis manſionibus quorũ mutatione
11 quis celeriùs iter † faciebat,vulgò Poſtas à diſpoſitis equis appellamus, in iure curſus pu-
blicus dicitur [20]. Nemo olim eo modo iter facere poterat,cui non ſpecialiter tale diploma
princeps cõceſsiſſet.appellatur & tractoria,& euectio [21]. Eius cõſuetudinis meminit Plin.
epiſtola quadã ad Traianũ: meminit & Corn.Tacit.hiſtoriæ ſuæ lib.xviij. quod à nobis ali
bi diffuſiùs explicatũ eſt.Hincq; ex aliquorũ ſententia diſputauit Actius [22], an vir,qui cum
12 pupilla † nuptias celebrauit,& immaturã imminuit, ſit puniendus?& nõ videretur, tanquã
fœlici diſplomate vſus.contrariũ ipſe reſpondit.nec enim nupta dicitur,quæ virũ pati non
poteſt [23]. Exiſtimat itaque ceu ſtupratorem plectendũ eſſe [24]. cui ego non facile aſſenſero:
& enim affectu propenſiore magis, quàm dolo id factũ videri debet.quod nõ abſimili caſu
Iulianus reſpondit [25].Rurſus hinc infert Sannazarius:Licet regulariter hora inſtrumentis
13 neceſſariò † adiicienda non ſit [26]. tamen in chartulis, quæ tempore peſtis viatoribus dan-
tur quas vulgari voce buleras vocant, neceſſariò horam apponendam eſſe [27], vt hoſpites
perpendant, an interim ad ſuſpecta loca diuertere potuerint, nec ei credendum eſſe, qui
tranſacto tempore appulerit [28], vel diſpoſitis equis cucurriſſe allegauerit,cuius argumenti
plures apud Sannazarium quæſtiones leguntur tractatu de peſte,lib.pen.
14 NEQVE TAM DELICATE. Qui † ergo iuſſu legis, vel ex obligatione iter
facere tenentur, horas, aut tempora ducere non debeat, ſed commode itinerari. Vn-
15 de * milites,vel magiſtratus non poſſunt apud hoſpitem vltra diem remanere [29]: nec enim
eſſe illi graues debent.Sic & legati,qui à republica, vel principe mittuntur,iuſtis, & conſue
tis manſionibus ire debent [30]. quod Ang.Imol, Aret.hîc adnotant. Quid ergo ſi legatiuum
16 centum aureorum † conſtitutum ſit,& legatus ſola LXXX. impenderit, an reliquum red-
det?& Imol. atque Aret. cenſent non reddi. quia cùm proteſtatio certæ quantitatis ob cer-
tam cauſam fit,non limitatur ab ea cauſa lucrum [31]. Videntur enim illa centum dari, vt lo
co quidem impenſarum cedant, ſed & legatum incitent vt citiùs ſe explicet lucelli illius
conſequendi cauſa [32]. Quæ ſententia humanior eſt: niſi ea pecunia legato, ceu miniſtro
data ſit [33], & certos fines non habuit, ſed qualecunque impenderetur, reipublicæ eſſet im-
putandum

1 Bar. l.item illa. de conſt. pec.
2 l.magnam.C.eo.l. interdum.§.ſ.ſ.eo.vbi dixi.
3 l.iij.in fi. ſ. de lege com.
4 l.pecuniæ.in gl.verb.inculpatam.ſ.de vſur.
5 l.ſi reus.de proc.vbi Bar.
6 Alex.conſ. xcii.j. clxxij. ij.xlv.v.dixi.l.ad diem.ſ.eo.
7 l.qui Romæ. §. Callimachus.ſ. eo.l. traiectitiæ.§. j. ſ.tit.j.
8 l.qui Romę.in prin.ſ.eo.
9 arg.l.eum,qui.de an.leg.
10 l.is,qui.de eo quod cer. lo.
11 l.ſtipulatio.§. inter certam.ſ.eo.
12 l. i. ſi quis caut.l. iij. de verb.ſig.
13 l.obſeruare.§.pen.de officio.procon.
14 glo.c.cupiẽtes.de elect. lib.vj.verbo.commodè.
15 Felin.c.cum olim.de except.
16 c.licet.de feriis.
17 l.ſi cui.§.tandiu. ex qui. cau.ma.
18 glo.d.c.cupientes.Doct. l.ij.§. diximus.ſi quis caut.
19 l.eos.in fi.ſ.de falſ.
20 C.de cur.pub.lib.xij.
21 l.pe.C.de cur.pub.Rub. C.de tracta.
22 Azo in ſumma. de nup. gl.inſt.de nupt.in prin.
23 l.pen.quan.dies leg.ced.
24 l.ſi quis.ij.§. qui nondũ. de pœn.l.ſi ſtupri.ſ.de iniu.
25 l. pen. §. Iulianus.quod fal.tut.auct.
26 glo.l.generali.C.de tabula.lib.x.
27 c.ego.de iureiu.vbi Bal. & Felin.
28 l. euectiones.C. de cur. pub.
29 l.ductum. C. de meta. lib.xij.l.ſi.§.ſua etiam.de re mil.C.
30 arg.l.ſeruos.de pig.act.
31 l.Lucius.de alim.& cib. leg.vbi Bar.
32 l. creditor. §. ſi inter. ſ. mand.
33 l.ſi quis Titio. de leg.ij.

putandum. tunc enim quod ſupereſt, reſtituendum eſſe verius eſt. quod Ang. & alij tradiderunt, & non abſimili caſu cenſuit Bartolus [1].

EO TEMPORE QVO PLERIQVE EIVSDEM CONDITIONIS. Limitabitur ergo id tempus, habito ad eiuſdem, conditionis homines reſpectu. quod & in cæteris probationum generibus admitti ſolet. Vt ſi quatenus mea † intereſt, probare velim [2], vel quantùm mercator lucrari potuiſſet [3], vel quantum talis agri plaga valeat [4], vel quantum fructuum percipi potuerit [5], & ſi qua ſimilia. Quæ omnia † intelligenda ſunt, ſi ad tempus præſens probatio referatur: cùm variatione temporum varietur etiam conditio rerum. quod Iac. & Bald. tradiderunt [6], & ſequitur hîc Aret. Item intelligendum, cùm non de cōmuni æſtimatione tractaretur, ſed de caſu ageretur, in quo ad id quod particulariter intereſt, haberetur reſpectus, quod ſupra adnotaui [7]. Item eſt intelligendum, niſi conſuetudo iter facientis à cōmuni differret: quia videretur potius ſua attendenda [8]: & ideo ſi mercator, exhibitis rationibus, oſtēdat ſolitum ſe x. annua lucrari, debebit ei mo rator in eis x. condemnari, tametſi alij cōmuniter non niſi octo lucrifaciant. quod Aret. ſentit, exiſtimátque ſufficere, ſi proximis annis appareat in tantum aſcendiſſe id lucrum [9]. quæ res plurimùm in arbitrio iudicis ſedet. Ego ſcio id, quod intereſt, nunquàm adeò excreſcere, vt duplum excedat. † vnde ſi centum tibi debeam, & ſi morā per x l. annos fecerim, non potes vltra alia centum vſuræ nomine exigere. quod à L. Lucullo conſtitutū auctor eſt in eius vita Plutarchus. quæ ſententia deinde Antonino Imp. placuit [10], in correctis exemplaribus, deindéq; à Iuſtiniano ad id quod intereſt producta eſt [11], & nouella conſtitutione aucta vt particulares quoque ſolutiones per tempora factæ in id duplum imputentur [12]. debet ergo creditor omnino debitorem cōpellere, nec permittere, vt ſortem acceſſiones ſuperent. quæ ſententia vera eſt præterquam in pēſionibus ſeu annuis reditibus, qui excedere ſortem poſſunt [13], qua in re ſuam legem Iuſtinianus ipſe moderatus eſt.

17 (right margin)
I.
18
II.
III.
III.
19

CONFESTIM OBLIGATVS EST. Efficaciter: à die enim contractus oritur † obligatio licet inefficax: quia actio ſeu conductio non, niſi poſt diem [14], intendi poteſt, vt Bar. tradit, & receptior habet ſententia. nec enim dies ſiue certa ſiue incerta modus eſt tollendæ obligationis. de qua re ſuprà diximus. Hinq; adnotant doctores, ceſſante cauſa * dilationis, ipſam dilationem debitori indultam ceſſare [15]. quod verum eſt, cùm dilatio ex neceſſitate propter naturam rei ineſt. quòd ſi voluntariè ad commodum debitoris ſit data, ſecùs eſt [16]. nec enim medij temporis vtilitas facile ei auferenda eſt [17]. ei verò, qui ceu nudus miniſter electus eſt, non eſt veriſimile commoditatem hanc indultam eſſe, quod Bar. tradit [18], & alibi tractandum eſt. Rurſus † adnotant doctores, cùm res certa eſt, ad coniecturas non recurri [19], ſiue quia rei claræ fruſtrà additur demōſtratio [20], ſiue quia æquum eſt, vt dubia cedant certis, obſcura claris [21]. Hincque eſt, quòd alia præſumptio aliam conuincit [22], & aduerſus legum præſumptiones admittitur probatio. cùm enim præſumptio in re obſcura inducatur [23], debet probationibus * cedere, quibus res efficitur clara, adeò vt receptum ſit etiam aduerſus præſumptiones à iure confirmatas, quas iuris & de iure vocant, nihilominùs probationi locum eſſe, quæ ex propria confeſsione inducatur [24]. Hinq; infertur, vt lex municipij, quæ iubet inter cōiunctos fieri * compromiſſum, non habeat locum in re clara [25]. ſicut nec ea, quæ rem à prætore cōmitti fiduciario iudici mādet [26], quod Bar. tradit, & pluribus exemplis proſequutus alibi eſt Iaſon [27]. Quòd ſi verba eius legis generalia ſint, debet omnino rem fiduciario prætor mandare: quia non videntur legiſlatores prætoris iudicio credidiſſe, qui rem pro clara habere ſe dicat, quæ clara non ſit [28], vt Paul. Caſtr. ex facto reſpondit, & nos alibi probauimus.

20
21
22
23
24

1 l. Lucius. §. l. Lucius. ij. §. à te peto. de leg. ij. vbi Alber. Dec. conſ. lxxxj. in, vj. dubio.
2 l. j. ad fin. C. de ſent. quæ pro eo. vbi Ang.
3 l. nemo. vbi Ang. ſ. tit. j.
4 Bart. l. ij. in fi. C. de reſ. vend.
5 Bal. l. j. C. de fruct. & lit. expen.
6 Iaco. & Bald. d. l. fin. & l. fundus. C. de rei vend.
7 l. qui Romæ. §. cohæredes. ſ. eo.
8 l. ſi ſeruus pluriū. ſ. de legat. j. §. fin.
9 Cin. auth. ſed quæuis. C. de rei vx. act. Bald. d. l. ij. ad fin.
10 l. vſuræ. C. de vſur. l. ſi nō ſortè. in prin. de cond. inde.
11 d. l. j. C. de ſent. quæ pro eo.
12 in nouella conſt. cxij.
13 conſt. cvj.
14 l. interdum. l. cētēſimis. l. ſi ita. ij. vbi dixi. ſ. eo.
15 l. ſi quis hæres. vbi Bart. de acq. hær.
16 glo. l. Seius Saturninus. ad Trebel.
17 l. in illa ſtipulatione. j. ſ. eod.
18 l. ſi filia. §. j. ad Trebel.
19 l. j. in fine. de act. emp.
20 l. j. §. de do. præleg.
21 l. non aliter. de leg. iij.
22 l. cum de indebito. de prob. l. diuus. de in integ. reſt.
23 gl. l. j. §. accedit. C. de rei vx. act.
24 glo. l. in contractibus. verbo nullo modo. C. de nō nu. pec.
25 l. poſt rem. de tranſact. vbi Doct. Socinus conſ. iiij.
26 l. ille aut ille. in fin. de leg. iij. vbi Bar.
27 Iaſ. l. j. in prin. de op. no. nunt.
28 Pau. conſ. cxciiij. viſo puncto. in ij. dixi. l. ij. C. de tranſa.

SVMMAE.

1 ☞ *Opus promiſſum cures aut intereſſe ſoluas.*
2 *Vicini ſubſidiariè vocandi.*
3 *§. Item qui. ſenſus. 8.*
4 *Induſtria ex cauſis non ſpectanda & per alium exerceatur.*
5 *Plures variè accipi.*
9 *Stipulationis præcedentis obeſt multiplex.*

§. ITEM QVI INSVLAM. Qui opus † facere promittit, intelligitur cum modo, & ratione diligentiam ſe adhibiturum promiſiſſe. quòd ſi incipiat non facere, committitur ſtipulatio in id, quod particulariter intereſt, vt non ideo tamen moræ purgatio impediatur, iis ſcilicet, accedentibus, quæ ei purgandæ neceſſaria ſupra diximus. 1

CONQVISITIS VNDIQVE. Non ergo aliunde perquirendi ſunt operarij, & fabri, ſed ſatis eſt eos adhibere, qui in loco reperiuntur. Quod intelligunt doctores etiam ſi meliores † alibi reperirentur [29]. Quòd ſi nulli in loco adſint, tunc ex vicinis ſunt accercendi [30]. qua ratione ſi pauci adſint, erunt à vicinis locis vocandi quatenus ſufficiant [31]. Sed finge tradita eſt forma à lege municipij, vel à principe, vt pupillus poſſit talem domum 2

29 arg. §. quod autem. in auth. de non alien.
30 l. diuus. de tut. & curat.
31 c. ſi fortè. lxiij. diſt.



domum Romæ ſitam vendere accedente conſenſu proximioris agnati. intelligemúſne de proximiore agnato, qui Romæ inueniatur, an vocandus erit etiam ex alia vrbe, ſi verè ille ſit proximior? & ſecundum ſupradicta videretur ſatis eſſe, ſi is qui Romæ proximior inuenitur, conſenſerit [1]. nec enim credibile eſt voluiſſe legiſlatorem eo ab aliis locis accer-
3 ſiri abſentes, quod non niſi difficulter, & cum impenſa partium fieri poſſet [2]. Sanè † hîc probatur, eum, qui promittit inſulam fieri, non videri ſpopondiſſe à ſe fieri. & ideo ſuffice-
I. re, ſi per alios faciat, operarióſque, & fabros adhibeat. Quod † intelligendum ſecun-
4 dum Imol. & Aretin. quando qualitas perſonæ, aut operis oſtenderet non id eſſe actum, vt ipſe promiſſor faceret, putà quia non eſſet ædificandi peritus: vel opus adeò magnum eſſet
II. vt nō niſi adhibitis plurimis artificibus perfici poſſet. Addit Caſtr. etiam ſi electa ſit perſonæ induſtria, nihilominus permittendum promiſſori, vt operarios adducat: ſatis enim eſſe, ſi illis ipſe præcipiat, atq; docendo præeat, tametſi manū operi non adhibeat [3]. etenim videmus egregios architectos rarò operari, ſed operariis præcipere. artifex autem eſt, non
III. qui præcipit, ſed qui operatur [4]. qua de re nos alibi plura. Ego non videri vnquam electam eſſe induſtriam perſonæ arbitror, cùm quis impersonaliter promiſit inſulam fieri [5]. & ſi expreſſum eſſet à ſe fieri, non tamen adhuc iiſce verbis eſſet credendum induſtriam perſonæ eiectam [6], niſi aliæ quoque coniecturæ concurrerent [7]. de quibus alibi.

PLVRIMIS OPERARIIS. Cùm infrà in emendatis codicibus legatur, *Nec rur-*
5 *ſus vno aut altero contentus eſſe.* apparet plurimos dici, † quando numerus vnum aut alterum excedit. hæc enim vox non minus quàm tres compræhendit [8]. quod Ang. & Aret. tradide-
6 runt. Ego plures dici duos poſſe arbitror: quia pluralis locutio * duorum numero contenta eſt. Quòd ſi quis dixerit Titium pluribus, & pluribus vulneribus fuiſſe percuſſum exiſtimat Bar. propter iterationem quatuor intelligi poſſe [9].

7 ITEM SI NON INCHOETVR. Adnotant hîc omnes, ſtipulationem, * *Inſulam fieri.* etiam in id, quod particulariter ob ceſſationem temporalem intereſt, ſtatim cōmitti, & actionem ad id dari, nec expectari totius tēporis lapſum [10]. quæ ſententia ſat probabilis eſt, niſi quòd verba legis noſtræ vix poſſunt talem ſenſum admittere, vt illa verba,
8 *Id tantum æſtimetur, quod in illo interuallo effici poteſt.* intelligantur † æſtimari, non id quod effici potuit, ſed damnum quod ſtipulator fecit. quia res effecta non fuit. Vnde ego ſuprà exiſtimaui legem noſtram in caſu claro loqui, quando promiſerat quis quanti id opus eſſet quod effectum non fuiſſet [11]. Nec dubitandum eſt quin is ſenſus magis verbis quadret. Videtur tamen μετωνυμικῶς rem ipſam pro damno ex ea proueniente accipi, qua figura & damnum lex appellat ipſius damni æſtimationem, vt cùm damnum (inquit) reſtituatur [12]. ſicque defendi communem interpretationem aliquo modo poſſe. Sed quid ſi ſupraſcriptæ ſtipulationi ſubiecta ſit pœna, an adhuc particulariter committetur? & Din. Bart. Albericúſque
9 non committi exiſtimarunt: quia † cùm talis pœna præcedentem mouet [13], impeditur præcedens, ac ſi ſub contraria conditione cōcepta eſſet [14], vt meritò interim agi non poſſit [15]. quæ ratio non ſat efficax eſt: impeditur enim præcedens quatenus totum reſpicit cui pœna ſubrogata eſt, non autem quatenus ad particulare damnum refertur. nam ſicut commiſſa ſtipulatione particulariter nihilominus etiam ad totum committi poteſt, ita nihil videtur obeſſe, quin particulariter ad id, quod noſtra intereſt, ex illa ceſſatione petamus, & nihilominùs ſi mora in toto facta ſit, petamus pœnam. Addit Aret. tunc impediri præcedentem, quando ſequens æquæ principalis eſt, non autem ſi ſimpliciter pœnalis: vnde neceſſaria eſt
10 in præcedenti interpellatio, & mora, vt pœnæ locus eſſe poſſit [16]. Ego † & illud addo, impediri præcedentem, quando ex ſequenti alteri dandum eſſet, non ſi eidē perſonæ ex vtraq; daretur. qua de re alibi [17]. ſed quid ſi adiectione pœnæ nulla fieret nouatio? & iidem veteres cenſuerunt, nihil obſtare, quin legi noſtræ ſit locus, cùm adiectio pœnæ non impediat, quin principalis ſtipulatio committatur [18]. At Angelus contrà: tanquam partes adiiciendo pœnam videantur à prouiſione legis receſsiſſe, & particulari huic damno renuntiaſſe, quod & aliqui videntur alibi ſenſiſſe [19]. ſed Aret. negat ſtipulatione pœnali, quæ acceſſoria eſt, videri mutatam principalis obligationis naturam [20], vt ideo minus ad id quod intereſt: quia cœptum non ſit, committatur, quam priùs cōmitteretur. Arbitror itaque vtroq; caſu ſiue adiectione pœnæ facta ſit nouatio ſiue non, legi noſtræ locum eſſet, & nihilominus ob particularem ceſſationem agi poſſe.

11 LIBERETVR. Et ſic * moræ purgationi locus ſit. quod quomodo ſit intelligendum [21], & quæ tali purgationi neceſſaria ſint, ſuprà ſuis locis eſt diſputatum.

1 arg. l. vbi abſunt. de tut. & curat. dat. Bald. l. in coniunctione. C. de nup.
2 l. ſi quando. C. de teſtib.
3 ſ. eo. l. ſi ab eo.
4 c. j. de vit. & hon. cler. in vj. l. mercis. de verb. ſig. vbi dixi.
5 l. ſtip. §. ſi quis ita. ſ. eo.
6 l. j. in fi. ſ. eo.
7 l. centeſimis. §. j. ſ. eo.
8 §. & quod ſæpe. in auth. de trient. & ſem. vbi Ang.
9 Bar. l. ſi gemina. arb. fur. cæſ.
10 l. ſi ita ſtipulatus. ij. ſ. eo. vbi dixi.
11 l. ſtipulationes nō diuid. in fi. ſ. eo.
12 l. j. C. de ſent. quę pro eo. in fin.
13 l. obligationum ferè. §. fin. ſ. tit. j.
14 l. antep. de iu. dot.
15 l. pecuniam. ſi cer. pet.
16 l. j. de priuileg. Bar. l. ita ſtipulatus. ſ. eo.
17 d. l. pecuniam. vbi dixi.
18 l. reſcriptum. §. ſi pacto. de pac. l. prædia. de act. em.
19 Doct. d. l. ſtipulationes. §. fin.
20 l. nuda. C. eo.
21 d. l. ſi inſulam.

SVMMAE.

3 *Stipulatione ob anguſtiā vitiata, cōtractū ſubſiſtere. 4.*
5 *Teſtamentum non rumpit anguſtia.*
7 *Anguſtia non tollit, ſed differt.*
8 *Solutionis diem ex cauſa diſſundi. ex cauſis contrà. 9.*
10 *Diem humanitatis quibuſdam non obeſſe.*
11 *Difficultatem exactioni ex cauſis obeſſe.*
12 *Difficultate non, niſi in caſibus, moram pœnámque excuſari. 13. 14. 15.*



§. ILLVD.

§. ILLVD. Impoſsibilitas * quidem vitiat ſtipulationem[1], difficultas verò nec vi- 1
tiat, nec obligationem tardat[2]. illa rem reſpicit hæc perſonæ impedimentum[3]. illa à
rerum natura vel iuris cenſura oritur, hæc ex incommodo & impotentia promiſſoris[4]:
illa ſtipulatori certa exploratáq; eſt, hæc ipſi duntaxat promiſſori. Vnde potuit ſtipulator
credere aliquam rationem inuenturum promiſſorẽ, qua ſe extricaret, & fidem ſeruaret[5].
Habet autem is tractatus quatuor quæſtiones. Et in primis, an difficultas obligationẽ im-
pediat, deinde an exactionem tum an à mora excuſet, demum an a pœna. In prima autem
quæſtione conſtituendum eſt, difficultatem * hanc non obſtare, quominus obligatio oria- 2
tur, vt hîc dicitur[6], quod intelligit Bart. niſi huiuſmodi difficultas expreſſa in ſtipulatione
ſit: vt cùm ita ſtipuler, *Decem Chartagini hodie mihi dare ſpondes*[7]. Sed lex hanc ſtipulationem
non ex difficultate vitiari ait, verùm quia impoſsibilis eſt[8], vt merito Bart. alibi impoſsi-
bilem appellarit[9]. Addit Ang. hoc exemplo. nec ſtipulationem quidem valere, in qua dif-
ficultas manifeſta & ſtipulatori certiſsima adeſſet. quæ ſententia probabilis eſt, ſi talis dif-
ficultas impoſsibilitati cohæreat. alioquin Aretini ſententia, qui Angelo aduerſatus eſt,
verior. Sanè † quoties anguſtia temporis ab ipſa obligatione ſeparata eſt, tunc videtur I.
obligationi non obſtare, quia adiectio modi, quamuis impoſsibilis, præcedentem ſtipula- 3
tionem, quæ perfecta ſit, vitiare non debet[10]. quod Aret. cenſuit. Si igitur quis ita ſtipule-
tur, *Decem mihi dare promittis? ea decem hodie Chartagini dabis?* valebit prima ſtipulatio, licet ſe-
quens non valeat. quod & alij tradiderunt[11]. Sicut & videmus, quòd ſi ſtipulatio adiecta II.
ſit contractui bonæ fidei, licet ipſa propter huiuſmodi anguſtias vitietur, non tamen præ-
cedentem contractum infirmabit, ne quod vtile eſt, per adiectionem inutilem vitietur[12].
Qua ratione ſi præcepto iudicis anguſtior terminus ſit adpoſitus, ſolùm terminus rei- III.
cietur, præceptum in cæteris firmum erit[13]. Videntur enim duæ, & quidem ſeparatæ iuſ-
ſiones: altera, rem dari opus fieri: altera, intra talem diem fieri[14]. Cæterùm in contracti- IIII.
bus bonæ fidei receptum eſt anguſtiam termini non nocere, ſed die reiecta, arbitrio bo-
ni viri rem effici. ídque ex Labeonis reſponſo[15]. Verùm Imola Aretináſque diſſentiunt:
quoniam conditio impoſsibilis non ſolùm ſtricti iuris, ſed & bonæ fidei cõtractus vitiat[16]:
ergo idem & in modo, ſeu die impoſsibili. quod argumentum haud ſanè multum vrget,
cùm conditio cauſam, ſeu ſubſtantiam contractus reſpiciat[17], dies modum & appendi-
cem quandam. vnde & conditio quam teſtator falſò crediderat poſsibilem eſſe, etiam
vltimas voluntates vitiat[18], & tamen non ita eſt in modo, vt hic Aretinus diſputat. Ego
à † communi ſententia non arbitror recedendum: cùm enim in caſa Labeonis condu- 4
ctor opus fabricaſſet, licet non intra diem, quæ anguſtiſsima præfixa erit, iniquum fuiſ-
ſet id opus locatori gratis factum haberi[19], mentio ad arbitrium boni viri recurrimus,
& actio ex bonæ fidei contractu ſtat firma[20]. quæ interpretatio nõ tam facilè in ſtricti iu-
ris contractibus accipitur, in quibus à verbis non recedimus, tametſi & illud probabiliter
dici poſsit in caſu Labeonis ſeparatam fuiſſe diei adiectionem ab ipſo contractu: ideóque
faciliùs contractum ſuſtineri, & reſpectu diei bonum virum adiri. Illud quoque recep- V.
tum † eſt, in vltimis voluntatibus anguſtiam termini non obeſſe, quo minùs cùm pri- 5
mùm fieri poſsit executionem habeant[21]. licet enim actio ex teſtamento ſit ſtricti iuris,
habet tamen in pleriſque bonæ fidei naturam, ideóque ſuſtinetur legatum[22]. quod Bart.
hîc docet. Ego traditionem rei legatæ ab ipſo legato differre ſcio: & ideo diem traditio-
ni adiectum non pertinere ad infirmationem legati arbitror: ne aliàs breuitas dilatio-
nis, quæ fauorem legatarij reſpicit vertatur illi in damnum[23], & defuncti liberalitatè
infirmet: ídque credendum eſt, niſi aliam fuiſſe voluntatem teſtatoris appareat[24].

Sed & quoties de euitanda pœna agitur, exiſtimarunt aliqui anguſtiam * diei iuſtam VI.
excuſationi cauſam præſtare[25]. vnde ex facto reſpondit Bald. cùm redemptor promi- 6
ſiſſet tyranno arcem XXX. diebus ædificare, & ei fideiuſſoribus, & ſub pœna cauiſ-
ſet, eos à pœna propter anguſtiam temporis excuſari[26], quod & Iaſon probat. Ego
verò cum Raphaële diſſentio, cùm potuerit tot operarios adhibere, vt ars perficeretur:
nec enim temere à verbis promiſsionis recedere debemus.

SEQVENS quæſtio † eſt, an difficultas exactionem impediat? in qua hîc 7
videtur probari non impedire, ſed confeſtim debitorem teneri: concedenda tamen
erit promiſſori dilatio, vt ſi ſpecies promiſſa ſit remoto loco, ídque ſtipulatione expreſ-
ſum ſit, expectet donec eam promiſſor recipere poſsit, & tradere qua de re ſuprà proxi-
mè tractauimus[27]. videtúrque hæc dilatio à lege dari, & ideo ortum actionis impedit,
licet non obligationis, vt ſuprà docui. at ſi nihil expreſſum ſit, probabilis eſt ſtipulato-
ris allegatio, qui ſtatim ſibi dari velit, quo caſu ea duntaxat dilatio humanitatis cauſa
debitori à iudice dabitur, quæ conueniens videbitur[28]. ſtatim tamen id eſt cùm primum
traditio ab eo qui rem in promptu haberet, fieri potuit, & obligatio & actio orta eſt[29],
licet ex humanitate ne cum ſacco paratus creditor importunè veniat. arbitrio iudicis
dies ad

1 l.ſi homo.l.ſi plagij.ſ.eo.
2 l.ij.§.ex his.ſ.eo.
3 l.fi.de act.emp.
4 l.multum.ſ.eo.
5 l.hæredes.§.an ea.verſ.cõtra.fam.erciſ.
6 l.ij.§.ex iis.ſ.eo.
7 l.iij.§.ſi quis ita.de eo, quod cer.loc.
8 §.loca.inſt.eo.
9 Bar.l.j.de cond.inſtit.
10 l.per ſeruum.§.j.de vſu & hab.
11 Mod.d.l.ſi mihi.§.j.de leg.j.
12 l.certi.§.quoniã.ſi cert.petat.
13 Bal.l.j.x.q.C.de his, qui pœnæ nomi. Aret.hic.
14 Celſus.§.j.de rec.arb.
15 l.inſulam.§.j.locati.
16 l.non ſolum.ſ.tit.j.l.impoſsibilis.ſ.eo.
17 l.à Titio.ſ.eo.
18 l.ſeruo manumiſſo.de condi.ind.
19 d.l.inſulam.§.j.
20 l.ſi merce.in prin.loc. vbi Pau.Caſt.Doct.l.ſi quis arbitratu.ſ.eo.
21 l.ſi mihi.§.j.de leg.j.
22 l.in minorũ.C.in quib.ca.in inte.reſt.non eſt nec.
23 d.l.quod fauore.C.de legi.
24 l.cùm hæres.§.j.de ſtatu lib.
25 arg.l.multa.l.in teſtamento.de cond.& dem.
26 Bal.c.j.§.ad hæc.hic finitur lex Cor.Iaſ.d.§.j.
27 §.cum ita.ſ.ea.l.
28 l.ſi debitori.de iudi.
29 §.fi.inſt.de inut.ſtip.



dies ad ſatisfaciendum detur[1]. etenim recepta eſt illa ſententia, diem, qui humanitatis
cauſa debitoribus ad ſoluendum conſtituitur, arbitrarium iudici eſſe[2]. Nam & prius mo-
ra non committitur, quàm lapſus ſit breuis terminus, quo commodè ſolui potuerit[3]. eſt
tamen terminus hic à lege certis quibuſdam caſibus definitus, vt in conſtituta pecunia cui
I. x.dies præfixi ſunt[4]. Vnde † numularium, qui literas cambitionis, vt vocant, recepit,
8 oportere tali termino fidem ſuam abſoluere Bald. reſpondit. idem cenſuit talem diem in-
dulgeri, etiam ſi quis certa die ſoluturum ſe promiſerit: quia dies eius fauore expreſſa
II. non debet ei commodum legis auferre[5]. Alius eſt caſus in dotis reſtitutione, quæ olim
annua bima trima die facienda erat, hodie verò intra annum, niſi quod immobilia ſta-
tim reſtituenda ſunt[6]. Quòd ſi hæres facultatem ſoluendi etiam ante annum habeat, non
tamen cogitur, quia voluit legiſlator eius commodo interuſurium cedere, & interim vi-
duam alere, cùm terminum veterem in præiudicium hæredum mariti coarctauerit, in alio
voluit adiuuare[7], ne quamuis facultatem ſoluendi interim habeant, cogi poſsint, quod
III. in aliis caſibus non eſt. Tertius eſt caſus in confeſſo, cui ex conſuetudine x. dies dantur,
vt interim ſoluat[8]. mirúmque eſt id inoleuiſſe, cùm condemnato, & qui peruicaciter ad
ſententiam vſque obdurauit, maior dilatio detur, ſicque effectus ſit melioris conditio-
IIII. nis, qui improbus fuit, quàm qui bonam fidem confeſtim agnouit[9]. Quartus eſt caſus
in iudicato, etenim lex duodecim Tabularum iudicatis triginta dies iuſtos, id eſt, quibus
ius & executio ſiſteretur, eſſe iuſsit[10], vt Aulus Gell. lib. xx. cap. j. ſcribit: deinde conſtitu-
tionibus principum iudicato quatuor menſes indulti ſunt, poſt quos vſuræ centeſimæ cur-
rere incipiunt[11]. Diuus Pius, captis pignoribus, ſi intra duos menſes ſolutum non ſit ven-
I. ditionem fieri iuſsit[12]. Sanè receptum † eſt ei nullam dilationẽ dari, quem conſtet ſta-
9 tim poſſe ſoluere[13]. quod intelligendum exceptò cùm de dote intra annum reſtituẽda tra-
II. ctatur, vt ſuprà dixi. Qua ratione & idem ſentit hîc Bartolus in eo, qui rei vendicatio-
ne conuentus eſt. ſtatim enim eſt in dolo, cùm reſtituere detrectat: cùm facultatem reſti-
tuendi habeat[14]. Hincque infert Bartolus eadem eſſe executionis tempora, ſiue quanti-
tas ſiue ſpecies petatur[15]. cùm ſcilicet actione perſonali agit: at in rei vendicatione non
III. idem eſt[16]. Sed & ei qui hodie ſoluere promiſerit, non eſſe dandam dilationẽ Bald. Imo.
IIII. Alexander exiſtimarunt[17]: quæ res ſat ambigua eſt ſuprà à me diſputata[18]. Illud quo-
que traditum eſt, vt quis hanc dilationem conſequatur, ſatiſdare debere lapſa die ſe ſolu-
turum[19], quod Bartolus & Aretinus tradiderunt[20], & mihi placet, ſi actor talem cautio-
nem petierit[21]: & niſi reus immobilia poſsideat, ſatis tunc erit hypotheca bonorum ſuo-
rum creditorem reddere ſecurum[22]. quòd ſi nihil habeat, tunc iuratoriæ cautioni eſſet
V. locus[23]. Sed & quoties lex ſtatim vel abſque mora vel mox iubeat executionem fieri,
fuêre qui crediderunt huic dilationi locum non eſſe, tametſi alij aliter[24]. nos alibi ad-
VI. tigimus. Sicut & quid in arbitris ſit? an is dies ſicut iudicatis datur, ita & iis com-
VII. petit, qui ab arbitro ſunt damnati[25]. Sed quid intereſt, an quis diem ex humani-
tate conſequatur, an verò ex conuentione vel aliter habeat? & traditum eſt plurimùm
referre. is enim dies humanitatis cauſa indultus obligationi actioníue exercendæ im-
I. pedimento non eſt, ſed ſolùm exactionem differt. Quo duntaxat reſpectu † lex quan-
10 doque ait interim agi non poſſe[26]. quod ſecùs eſt in alia die, quæ quandoque non ſo-
II. lùm actionis, ſed etiam obligationis ortum impedit, vt ſuprà vidimus[27]. Hincque
eſt, quòd (vt Bart. hîc ait) dies humanitatis cauſa indultus compenſationem non impe-
III. dit[28], cùm aliud ſit in aliis diebus[29]. Sic & petenti quod poſt talem diem reſtituturus
eſſet, obſtat exceptio, *Dolo facis &c*[30]. quæ aliàs non obſtaret, ſi ratione interuſurij pe-
IIII. teretur[31]. qua de re alibi. Sic & talis dies initium præſcriptionis non impedit[32]. cùm a-
ctioni exercendæ non obſtet. cùm ſecùs ſit, quoties tempus ipſi obligationi adiectum eſt[33].

V. Sic & ante talis diei lapſum agenti non duplicantur induciæ[24], quod communiter re-
ceptum eſt. quod quidã intelligunt, quãdo ageretur vt ſuo die ſolueretur, ſecùs ſi vt in præ-
ſenti ſolueretur. qua de re nos alibi[35]. Sanè quoties is dies in ſentẽtia eſſet expreſſus, cenſe-
retur definitiuè ipſius pars, ideóq; mutari à iudice ampliùs non poſſet[36]. quod Aret. hîc do-
I. cet. Conſtituenda † igitur erit ex lege noſtra regula, vt difficultas exactionem non impe
diat: à qua excipiendũ in primis eſt, vt nõ ideo impediatur debitor, quin terminũ humani-
II. tatis cauſa cõdemnatis vel cõfeſsis indultũ conſequatur[37]. Rurſus excipiendũ eſt, vt de-
bitor ſpeciei, quæ loco remoto ſit, tantũ termini cõſequatur: vt eius ſoluendæ facultatẽ ha-
bere poſsit[38]. quod intelligendũ, niſi dolo malo debitor eam in longinquũ locũ differri fe-
cerit. tunc enim videtur ſtatim in æſtimatione cõdemnandus[39]. item intelligendũ niſi ſti-
pulator ignorabat eſſe procul, & promiſſor eũ certiorare eſſet obligatus. vt cũ quis vendit
ſeruum, quem emptor ignorat apud hoſtes eſſe, tenebitur enim ſtatim ad æſtimationem:
ſecùs ſi ſciebat, vt rectè Bartolus diſtinguit[40]. Fortiùs hîc cenſuit Caſtrenſis idem eſſe,
etiam ſi promiſſor non tenebatur eum certiorare. quod ego non ſatis probo: ſicut nec

1 §.j.inſt.de off.iud.
2 l.j.in fi.de iu.delib.
3 l.ratum.de ſol. glo.l.Aemilius.de min.
4 l.promiſſor.§.j.de conſtitut.pec.
5 argu.l.qui bona.§.ſi quis opus.de dam.infe.
6 l.j.§.exactio.C.de rei vx.actio.
7 l.eum, qui.de iureiur.
8 l.ſi debitori.in gl.de iud.
9 gl.c.ex hoc.de ſimon.
10 l.eum qui.j.§.quoties.ſ.eo.vbi dixi.Bar.l.ſi ita ſtipulatus.j.q.ſ.eod.
11 l.pe.l.fi.C.de vſur.re.iud.
12 l.debitoribus.de re iud.
13 gl.d.l.ſi debitori.
14 l.j.§.eſt autem.depoſ. vbi Caſt.
15 glo.l.ordo.C.de exe.rei iudic.
16 l.in fideicõmiſſi.de vſur.
17 d.§.j.inſt.de off.iud.
18 Bal.Imo.l.ſi in diem.§.j.de cond.& dem. Alex.l.iij.de leg.j.
19 d.l.iij.& l.liber homo.§.j.ſ.eod.
20 Bart.d.l.ſi debitori.& l.ſi conſtãte.§.quoties.ſo.ma.
21 l.vniuerſa.C.de prec.imper.offer.
22 Mod.l.j.qui ſat.cog.Felin.c.quod ad conf.de re iu.
23 §.ſed hodie.inſt.de ſatiſdation.
24 l.j.C.de ſuperexac.lib.x.l.j.§.j.ſ.eod.
25 l.interdum.§.fi.ſ.eod.
26 d.§.fi.l.intra.de re iudi.d.l.promiſſor.§.j.
27 d.l.centeſimis.d.l.ſi ita ſtipulatus.ij.
28 l.ſi cùm militi.in fin.de compen.
29 l.quod in diem.eod.tit.
30 l.nupta.§.fi.ſol.mat.
31 gl.l.cùm quis.C.de iur.& fac.ign.
32 l.in rebus.in fin.C.de iure dot.
33 l.cùm notiſsimi.§.illud.de præſ.xxx.vel xl.Alex.d.l.intra.
34 §.hodie.Inſt.de except.
35 l.pecuniam.ſ.ſi cer.pet.
36 l.iudex poſteaquam.ff.de re iudi.
37 d.l.debitoribus.de re iudicata.
38 l.prætor.in fi.cum l.ſeq.de eden.
39 argu.l.cùm res.verſ.itaque ſi ſtichus.de leg.iij.
40 l.fi.de act.emp.vbi Bar.

quod ſubiicit, ſi ſtipulator ſciebat eſſe alibi, cenſeri id actum, vt eo in loco ſolueretur vbi
eſſet [1] à quo Aretinus rectè diſſentit, cùm Doctores omnes aliter ſentiant. nempe dandam
dilationem, qua res commodè deferri in locum iudicij poſsit [2]. Item intelligendum, niſi
difficultas ſit adeò vehemens, vt lex vix & non niſi caſu fortuito credat ſpeciem in pote-
ſtatem debitoris peruenturam. tunc enim fruſtra expectaretur: & ideo ad æſtimationem
deueniendum eſſet [3]: quod in omnibus ſpeciebus receptum eſt, quæ deſierunt extare, cùm
tamen debitor non ſit liberatus [4], in hærede tamen, qui ad ſpeciem legatam teneatur, a-
liud eſt. nec enim aut euictionem ipſe præſtat, aut ſeruum legatum fugitiuum non eſſe [5],
ideóque liberatur expenſarum ſolutione & cautione, ſi in ſuam poteſtatem ſeruus vene-
rit ſe ſoluturum [6]. Cæterùm in quantitatibus eatenus excuſare difficultatem apparet, III.
vt cùm res aliter exitum habere non poteſt, cogatur creditor tantùm ex bonis inſolutum
accipere [7]. qua de re alibi. conſtat enim regulariter ob difficultatem non excuſari eum, qui
quantitatis aut generis debitor ſit: ſicut nec caſu fortuito liberatur, cùm genus perire ne-
queat [8], quod Bar. tradit, & cæteri probant.
TERTIA Quæſtio, an difficultas † excuſet à mora? & regula eſt, non committi 12
moram, niſi cùm debitor dare facere potuit, & nō fecit [9]. & ratio eſt, quia mora non com-
mittitur abſque dolo vel culpa. at qui extricare ſe propter impedimentum non poteſt, non
debet videri improbus [10]. vnde apparet ſupraſcripta de difficultate magna intelligi debe-
re, à qua ſua diligentia non potuerit debitor ſe expedire [11]. Item intelligenda ſunt de hu-
iuſmodi difficultate, quæ caſui fortuito comparetur [12], & quam veriſimiliter reus præui-
dere non potuit [13]. qui enim difficultatem præuidens nihilominus promiſit, non excuſare-
tur [14]. quod in eo traditum eſt, qui in iudicio præſentare aliquem promiſit. potuit enim
præuidere, ſe id promittere, quod alienæ facultatis erat [15]. Vnde conſequens eſt, vt qui
certum genus, aut pecuniam promiſit, rarò excuſetur. cùm enim genus perire non poſ-
ſit, vt ſuprà diximus, non erit audiendus debitor, ſi difficultatem alleget, quam vtique
præuidere potuerit [16]. idque Bartolus hîc tradit, & ſequuntur cæteri. veriſimúmque eſt,
niſi difficultatis hæc allegatio aliis coloribus adiuuetur [17]. Vt cùm † quis pecuniam ſo- I.
luturus, perferendam amico dedit, à quo deceptus fuerit, & ipſe deinde fortuita vi fuerit 13
impeditus, non eſt æquum ideò in commiſſoriæ leges damnum incidere [18]. quod in alio
debito minus odioſo fortè non procederet, quia tunc ei imputaretur, qui credulus fuit,
& ab amico proditus eſt [19], quod Aretinus hîc tradidit. Fuêre tamen qui crederent, ſi ad-
uerſus hunc amicum nequeat eſſe debitori conſultum, poſſe in ſubſidium prouideri, non
quidem vt debitor cenſeatur liberatus, ſed vt non cenſeatur morā feciſſe [20]. quæ ſententia
humanitate non caret. Sanè & ex culpa creditoris quandoque debitori conſulitur, vt ei II.
difficultas ſit auxilio, vt cùm oblatam pecuniam noluit creditor dolo accipere, ſuperue-
neritq; deinde difficultas [21], quod Caſt. cenſuit. Nam & idem videmus, cùm facto credito-
ris ſequeſtrata eſt pecunia, aliúdue impedimentū emerſerit [22]. ſic & videmus, mortuo cre-
ditore, eius hæreditate iacente non imputari debitori, quod nō ſoluerit [23]. nunquid tamen
teneatur proteſtari ſe paratum eſſe ad ſolutionem, ſi adeſſet, cui poſſet ſoluere? Caſtr. ait,
Aret. hîc negat [24]. ego ſuprà diſputaui [25]. Sed & ſi debitor promiſerit ſe ſoluturum cùm III.
poſſet, tali caſu propter verba promiſsionis ob difficultatem excuſaretur [26], vt Angel. hîc
tradit. Qua ratione conditio in teſtamento adiecta, *Si te promeruerint, tales ſeruos à creditoribus
luas, & manumittas.* non eſt ſtatim adimplenda. ſed ſatis eſt, ſi hæres cùm commodè poterit,
hoc faciat [27]: interímque difficultas eum excuſabit. quod Bart. ideo inductum arbitratur,
quia hæres non ſimpliciter ad ſolutionem pecuniæ, & ſic ad dandum eſt obligatus, ſeu ad
liberandum. quod facti eſt [28]. at Imol. & Aret. quia ibi tractatur de irregularis moræ excu-
ſatione, quæ ſine interpellatione in libertatibus induci ſolet [29]. Faciliùs autem quis ab hac
mora excuſari debet, quàm ab ea, quæ ſecundum iuris communis regulas inducitur [30]. ego
propter vim illorum verborum, *Si te promeruerint.* ita ſtatutum arbitror, non enim meri-
ta compenſari cum magno incommodo aut difficultate debent. Sed & quoties lex non IIII.
ſinit aliquem conueniri, niſi quatenus facere poſsit, eadem ratione eſt dicendum à mora
propter difficultatē excuſari [31]. quod maximè obſeruatur, cùm lex exactionē non niſi pro-
pter contemptum concedit [32]. nec enim contemnere dicitur, qui difficulter rei nummariæ
impeditus non ſoluit [33]. qua ratione & in foro conſcientiæ plerunque difficultas moræ excu-
ſat [34], cùm in eo maximè ad peccatum attendamus. quod ex contemptu ſolet duntaxat
induci. qua in re latiùs diſtinguunt, qui theologumena proſequuntur [35].
QVARTA QVAESTIO. An difficultas † excuſet à pœna? & hoc ex ſupraſcri- 14
ptis ſatis deciſum eſt. quibus enim caſibus excuſat à mora, iiſdem & à pœna, cùm pœna
non committatur abſque mora [36], exceptò cùm pœna ex euentu conditionis commit-
tatur, qua de re ſuprà [37]. Hincque infertur in obligationibus † faciendi difficulta- I.
tem hanc excuſare à pœna conuenta [38]. vnde, qui promiſit quòd Titius ratificabit ſub 15
certa pœ-

1 l. quod legatur. de iud.
2 d. l. cùm res. §. j.
3 l. non dubium. in fi. de legatis iij.
4 l. ſtipulationes non. vbi dixi.
5 l. ſi legati. de leg. j.
6 l. cùm ſeruus. de leg. j.
7 auth. hoc niſi. C. de ſolut.
8 l. incendiū. C. ſi cer. pet.
9 l. quod te. ſi cer. pe. l. ſciendum. de vſur.
10 l. non poteſt. de reg. iur.
11 l. ij. §. ſi quis. ſi quis caut.
12 arg. d. l. non dubium. in fin. c. breui. de iureiu.
13 l. qui commeatus. de re milita.
14 l. pen. de iu. dot.
15 l. Sancimus. C. de fideiuſ.
16 arg. l. fin. ſ. de naut. fœn.
17 d. l. ſciendum.
18 c. ſignificante. de pign.
19 gl. l. ſi quis vxori. §. apud Labeo. de iniur.
20 Abbas. c. breui. de iureiur. Alex. d. l. quod te.
21 l. ſi per emptorem. in fi. de act. empt. l. j. §. ſi reus. de eo per quem.
22 l. fi. de ann. leg. l. item illa. de conſt. pec.
23 l. pecuniæ. §. fin. de vſur.
24 arg. l. arbiter calendis. de arbit.
25 l. ad diem. §. eod.
26 l. nepos. de verb. ſig.
27 l. Thais. §. j. de fid. lib.
28 l. qui autē. §. j. de cōſt. pe.
29 l. cum vero. §. apparet. de fid. lib.
30 l. eum, qui. de iureiu.
31 l. diuortio. de nego. geſt. vbi glo.
32 gl. c. cupientes. §. quod ſi diſcor. de elect. in vj.
33 Card. clem. eos. de ſep.
34 c. cùm tu. de vſur.
35 ſumma Ang. verb. reſtitutio. in §. iiij.
36 d. l. ij. & l. Celſus. de arb.
37 l. in illa ſtipulatione. ſi Cal. ſ. eod.
38 l. fina. §. idem iuris. ad l. Rhod.



certa pœna, excuſandum ob difficultatem à pluribus reſponſum eſt [1]: niſi addidiſſet ſe
II. eum effectu id facturum. qua de re alibi. Quòd in pœna quoque legis procedit: vnde
III. qui ob paupertatem non appellauit, excuſatur [2]. Quod & ad pœnam mixtam legis &
hominis produci poteſt, vt in emphyteuta, qui ob difficultatem non ſoluit canonem.
IIII. qua de re Iaſon Socinúſque plura ſcripſerunt [3]. Sed & in iuramento quoque idem tra-
ditum eſt, vt ſcilicet excuſationē periurio præſtet. difficultas [4], adeò vt excuſato debitore
V. etiam ille qui cum eo cōtraxit, regulariter cenſeatur excuſatus [5]. Addunt aliqui non ſo-
lùm prodeſſe difficultatem, ne quis exigatur, ſed etiam vt agere poſsit, quamuis perfectè
propter difficultatem non impleuerit, quod ſecundū legis ſuæ caſum intelligendum eſt [6]:
procedítque concluſio generaliter, & in contractibus, & in iudiciis [7], & coram arbitris, vt
VI. alibi loco ſuo diſputaui. Quod tamen intelligendum ſecundum ſupraſcripta eſt. nempe
vt difficultas excuſet, niſi ſit modica [8], vel niſi culpa ipſi debitori imputari poſsit [9], ſi for-
tè facto ſuo ſibi ipſi tricas illas impoſuiſſet [10], vel præuiſas, cùm poſſet, non diſſoluiſſet, vn-
de videmus non excuſari eum, qui ad diem promiſit, quamuis deinde mortuus ſit. cùm
enim dies præuideri potuerit, imputandum ei eſt, qui in caſu mortis ſuæ, hæreditati non
conſuluerit [11]. Qua ratione Decij fratres, quoties mora ex diei adiectione committi-
tur non admitti excuſationem difficultatis tradiderunt. addunt Alexander Decius cæte-
ríque generaliter ob difficultatem ſuccurri, quoties iuſta cauſa iudici ſubeſſe videretur [12].
quæ omnia loco ſuo diffuſiùs tractantur.

1 Socin. conſ. cclxxxviij. Aret. conſ. cxliij. l. ſtip. iſta. in prin. ſ. eo. vbi dixi.
2 l. ſi procurator. §. ſi ignorantes. mand. l. j. §. ſi frater. de col. bon.
3 Socin. d. l. quod te. Iaſ. l. ij. C. de iur. emphyt. q. xxj.
4 l. ſi quis maior. C. de trāſ. Alex. conſ. xcij. in j.
5 c. ſicut. iij. de iureiu. vbi Abbas.
6 l. j. §. iubet. de col. bon.
7 d. l. ij. dixi. d. l. quod te.
8 d. c. breui.
9 d. l. fi. §. pen. Bartol. l. ij. §. quod diximus.
10 Bal. c. licet. ſi de feu. fue. contr. Felin. c. ex tranſmiſſa. de præſcrip.
11 l. ad diem. ſ. eod.
12 d. l. ſciendum. de vſuris. Doct. d. l. quod te.

S V M M AE.

2 ☞ *Promiſſa ab alio exequi poſſe.*
3 *Induſtria delecta, nō ſubſtituit: ex cauſis diuerſum.* 7.
8 *Subſtituit ſuo periculo induſtrius.*
9 *Induſtriæ munus nec cedi, nec tranſmitti.*

§. SI AB EO STIPVLATVS. Valet ſtipulatio, qua quis promittit quod * præ-
1 ſtare non poteſt: dummodò alius poſsit. Vnde ſi quis † mihi rem promittit cuius ipſe com-
2 mercium non habet, mihi habenti non nocet [13]. Sic, qui fundum non habet, ſeruitutē pro-
mittere habenti poteſt [14]. ſic, qui ſcribere neſcit, obligatur, ſi codicem ſe mihi ſcriptu-
rum promittit. quæ res dubia non eſt, cùm perſonæ induſtria electa non eſt. nec enim vi-
detur induſtriam ſcriptoris eligere, qui cum eo conuenit, qui neſciat ſcribere, & omni
careat induſtria [15]. Sed quid ſi ſtipulator ignorabat conditionem promiſſoris, exiſtima-
bátq; eum artē ſcribendi probè exercere? & Raph. Caſtrenſiſq; cenſuerūt hoc caſu ſtipula
tionem vitiari tanquā impoſsibilē. Aret. vitiari potiùs ex diſſenſu [16]: quia ſtipulator de vna
re, promiſſor de alia ſentit, ſtipulator manū rei deſiderabat, reus manū alterius ſubrogare
cogitur. Sed ſatiùs eſt legem noſtram non reſtringere, & in hoc quoque caſu interpretari,
tanquam non impoſsibilitas ſed difficultas ſit, cùm impedimentum perſonæ reſpiciat,
vt ſuprà vidimus, & cùm in ſtipulatione ſcribendi id, quod intereſt perpendamus [17], nul-
la erit diſcordia, ſi aut per idoneum ſcriptorem adimpleuerit, aut id quod intereſt ſolue-
rit. fiétque hoc modo interpretatio, vt actus valeat. nec enim audienda videtur promiſſo-
ris exceptio, qui vt ſtipulationem irritam efficiat, ſuam induſtriam electam alleget, quum
nullam prorſus habeat. Hincque infertur nihil intereſſe ad valorem ſtipulationis, quòd
electa ſit perſonæ induſtria: non enim ideo promiſſor præcisè tenetur [18]: ſed ſatis eſt, ſi ſti-
pulator id quod intereſt recipiat, quod tantò ampliùs æſtimabitur, quantò induſtria pro-
miſſoris erit maior [19]. Si † verò par ſit duorum promiſſorum ſolertia, poterunt & duo rei
3 debendi conſtitui [20]. eiuſdem enim eſt obligatio quantitatis: in caſibus verò, quibus quis
aliàs præcisè tenetur: tunc multùm refert, an electa ſit perſonæ induſtria, vt in eo quem
teſtatoris iuſſus perſonaliter arctauit [21], vel qui ex diſpoſitione legis eſt obligatus [22]. ſu-
praſcriptis enim caſibus non poteſt quis per alium operari [23], quia electa cenſetur eius in-
duſtria. quod maximè actum fuiſſe depræhenditur ex magnitudine demandati negotij,
vt in cauſa matrimoniali [24]. vnde compromiſſum ſub nomine dignitatis factum tali ca-
ſu in ſucceſſorem non tranſiret, quod Baldus cenſuit [25]. Sunt tamen aliqui caſus, qui-
I. bus per alterum expedire quis poteſt, quod induſtriæ ſuæ ſit commiſſum. Vt † in le-
4 gationis publico munere * quo pater excuſari per filium poteſt [26]. Vt cùm fauor re-
II. ligionis id ſuadet, clericóque * permittitur, vt per alium munera ruſticana ſubeat [27].
5 Qua ratione clericus, qui volente domino, vel aliàs ex verbis cōceſsionis ad clientelarem
6 fundum admittitur, per ſubſtitutū poterit deſeruire [28]. vt latè apud Curt. diſputatū extat.
III. Nā & receptū eſt poſſe dominū ſi velit permittere, vt cliens, qui perſonaliter ſubire mu-
nus deſeruiēdi tenetur, per alium id ipſum faciat [29]. vnde dominus, qui muto vel imperfe-
cto fiduciā cōcedit, videtur eſſe cōtentus, vt is cliens per aliū ſeruiat, quòd Din. hîc tradit,
IIII. & Aret. refert [30]. Cæterū & cū is, cuius electa eſt † induſtria impedimēto naturali nō ta-
7 men perpetuo occupatur, licitū ei videtur, vt aliū ſubſtituat [31]: quod ſecùs eſt, ſi impedimen
tum ſit

13 l. multum. ſ. eod.
14 l. hæredes. verſ. contra. famil. erciſc.
15 l. nemo. ij. reſp. vbi Bar. ſ. tit. j.
16 ſ. ea. l. §. j.
17 ſ. §. alteri.
18 d. l. ſtipulationes nō. verſic. Celſus. vbi dixi.
19 l. inter. de ſolut. Bart. l. ſi quis pro eo.
20 l. nemo. ſ. tit. j.
21 l. j. §. ne autem. C. de caduc. toll. l. centeſimis. §. j. ſ. eod. vbi dixi.
22 l. quiſquis. j. de epi. & cl.
23 l. in vſucapionibus. §. j. de diu. & temp.
24 c. fi. §. j. de procu. lib. vj.
25 Bal. l. fi. §. ſed & ſi quis. C. com. de leg.
26 l. iiij. §. legati. de legat.
27 l. quiſquis cenſibus. C. de epiſ. & cler.
28 glo. c. j. vbi Aluar. de beneſi. fœm. Alex. conſ. x. in v. Curt. iij. parte. q. x.
29 c. j. §. firmiter. de prohi. feu. ali. per Fed. c. j. §. ſi quis deceſsit. ſi de feu. fuer. cont.
30 Bal. c. j. epiſc. vel Abb. in §. fina.
31 auth. de colla. Bart. l. obſeruare. de offic. procons.

tum ſit perpetuũ, putà ægritudo diutiùs perſeueratura [1]? quandoq; tamen propter multo-
rum annorũ labores præteritos remanet ſalua ei dignitas, ſeu honor: licet munus per aliũ
exerceatur [2]: qua ratione & multa priuilegia veteranis conceſſa ſunt. Eadem ratione, v.
& propter ſuperuenientem dignitatem permittitur † ſubſtituti datio [3]. quod tamen intel- 8
ligendum, vt talis datio, ſit periculo ſubſtituentis, vt Angel. & Imola, hîc tradiderunt.
quod verùm ego arbitror, etiam ſi ſubſtituti perſona à iudice approbata ſit. nec enim tali
approbatione id agit iudex, vt ab obligatione legali ſubſtituentem eximat [4]. cenſetur e-
nim tanquam eius fideiuſſor: cùm eum loco ſuo poſuerit [5]. Quòd ſi ſubſtituens ſolùm cul-
pam ſuam, aut factum ſuum præſtare teneretur, ſatis eſſet ſi eum ſubſtituiſſet, qui com-
muni opinione probus vir exiſtimaretur [6]. quod Aretin. hîc & ante eum alij tradiderunt.
Sanè dubium non eſt ſpeciali principis licentia poſſe quemlibet alium ſubſtituere, ſiue
ſubſtituens adhuc nomine ſuo munus exerceat [7], ſiue omnino ſit excluſus & ſubſtitutus, VI.
proprio nomine officium tanquam ſuum adminiſtret [8]. & ex ſupraſcriptis infertur ad quę-
ſtionem, ſi conceſſus eſt in emphyteuſim vel clientelam fundus alicui aduocato, an per
alium aduocare poſſit? & concludit Bartolus non poſſe: quia videtur eius induſtriæ id da-
tum, ideóque per † ſubſtitutum ex regula non deſeruiet. Qua ratione nec in hæredem 9
transmittit. ſicut enim beneficium quod ad certum munus, putà, cuſtodiæ vel miniſterij
conceditur, ad hæredes non tranſit, ſed quandocunque poſt annum reuocari poteſt [9]: ita
& in hoc dicendum, quòd in mercedem aduocationis præſtandæ datum eſt. Quòd ſi ob
labores præteritos ſit conceſſum, vel iure proprietatis datum, vt quia ſic concepta ſint
verba, *Concedo tibi hunc fundum, vt ſis meus aduocatus.* tunc tanquam pleno iure ab aduo-
cato lucrifactus ad hæredes tranſmittitur. ſatis enim eſt aduocaſſe eum, dum potuit, id
eſt, dum vixit [10], niſi ex aliquibus coniecturis appareat conceſſionem illam vltra vitam
non extendi [11]. quod in dubio credendum Bart. ait, ſi ab eccleſia conceſſio facta ſit, quæ
non niſi ex cauſa & conſequenter quatenus ea durat alienare poteſt [12]. qua tamen in re
ex qualitate rei erit diſcernendum. quid enim ſi honorarium aduocati laboribus debi-
tum æquiualeat fundo?

1 l. ſi longiùs. de iudi.
2 l. iiij. C. de prin. ag. in rebus. lib. xij.
3 l. nullius. iij. C. de decur. lib. x.
4 l. decreto. in fi. de adm. tu.
5 l. neminem. C. de epiſc. & cler. l. j. C. de exact. trib. libro xij.
6 Com. Io. And. in Specul. Rubr. loc. in fin.
7 l. fi. C. de caſtrẽſia. lib. xij.
8 l. ſi quis ex. C. de murile. lib. xj.
9 c. j. de feudo guard. c. j. in fin. de cont. inter do. & vaſa. Alex conſ. cv. in iij.
10 l. j. C. de ſuff. l. j. §. diuus. de var. & extraor. cog.
11 l. iiij. ſ. de alim. leg.
12 glo. & Docto. C. cùm veniſſent. de inſtit.

## SVMMAE.

1 ☞ *Conditione impoſſibilium actum vitiari nec mutatione conualeſcere.*
2 *Principis voluntas non, niſi in caſibus, poſſibilis.* 3. 5.
4 *Fideicommitti in caſum reſtitutionis poſſe.*
6 *Pœnam facto, iuréque, niſi ex cauſis, committi.* 7. 9.
12 *Emphyteuſin non niſi traditione committi.* 12.
11 *Alienatio inutilis innocua.*
15 *Publicum priuatum facit rex, ciuitáſve.*
16 *Publica alienat ciuitas.*
17 *Viæ, inſcio Rege, immutabiles.*
18 *Viæ publicæ regales non ſunt.*

§. CVM QVIS SVB HAC. Conditio, ſi † rem ſacram, vel religioſam, vel I
publicum Titus vendiderit, tanquam impoſſibilis vitiat ſtipulationem [13]: nec conualeſcit,
quamuis ea res vel prophana, vel priuata effecta deinde fuerit [14]. quoniam ſecundum tem-
pus præſens æſtimatur ſtipulatio, nec ſperatur rem ſacram poſſe profanari: quoniam id
ſolus pontifex poteſt [15]. ſicut nec rem publicis vſibus deſtinatam in priuatos transferri,
nam & id principi aut reipubl. reſeruatum eſt, vt infrà videbimus. Vnde † infertur, ea I.
quæ à ſolius principis voluntate pendent, ceu impoſſibilia exiſtimari [16]. ideóque nemini 2
imputari, quòd princeps aditus non fuerit [17]. quæ ſententia receptiſſima eſt, niſi ea ſint
eiuſmodi, quæ princeps facilè ſoleat concedere [18]. vnde quæ non ob gratiam, ſed ex vi
iuſtitiæ à principe conceduntur, haudquaquam hoc tractatu continentur: cùm debeat
princeps omnino ea concedere: tantùm abeſt vt videri poſſint impoſſibilia [19]. Exce- II.
pit † quoque Baldus, niſi voluntas principis ſpecialiter in condemnatione poſita ſit, vt 3
cùm quis filium ſpurium inſtituit, ſi eum princeps natalibus reſtituerit [20]. Quapropter &
valet hæc conditio, qua relegatus teſtamento adiecerit, ſi quis ſibi à principe reſtitutio-
nem impetrauerit [21]. quod tamen intelligendum, vt talis conditio non trahatur retrò, ſed
ex die indulgentiæ obtineat. nam ſi conſanguinei contrahant matrimonium adiecta con-
ditione, ſi pontifex diſpenſabit, ex die diſpenſationis ſolùm valebit, ante cenſebitur nul-
lum [22]. Sic relicto fundo ſodalibus Franciſcanis, in quo monaſterium ædificent ſub condi-
tione ſi pontificis auctoritas acceſſerit, putauerim debere eos pontificẽ adire, & ſi diſpen-
ſationẽ obtinuerint, ex eo tempore legatũ cõfirmari. Bar [23]. tamen, & pontificij crebriore
calculo legatum, ceu purum valere aiunt, & cõditionem tanquam impoſſibilem reiici [24].
alij conditionem, ſeu onus adiectum in alium legitimum, & pium officiũ verti debere con-
tendunt [25]. ſed noſtra ſententia non ſolùm verior, ſed menti quoque teſtatoris aptior eſt.
vnde ſequitur, vt ſi quis, inſtituto extraneo hærede, & exhæredato filio proſcripto, ſic ſcri-
pſerit, *Si † filius meus in gratiam principis redeat, & reſtitutionem impetret, hæres meus illi hæreditatem* 4
*meam reſtituito.* valeat fideicõmiſſum, non autẽ ceu impoſſibile infirmetur [26]. quod fortè in
hoſte

13 l. impoſſibilis. ſ. eod.
14 l. inter. §. ſacram. ſ. eod.
15 c. ſemel Deo. de reg. iur. in vj. vbi Io. And.
16 l. apud. §. fin. de leg. j.
17 l. ij. §. tractari. ad Terty. l. iiij. in prin. & §. j. de fid. lib.
18 l. j. §. permittitur. de aq. quo. l. qui cũ maior. de op. li.
19 l. cùm quis. §. ſi pro reo de ſol. vbi Bar.
20 Bal. l. j. q. vj. C. de inſt. & ſubſtit.
21 l. quidam relegatus. de reb. dub.
22 c. ſuper eo. de cond. app. vbi Doct.
23 Bar. & Doct. d. §. fi. Fed. Sen. conſ. clxxvj.
24 c. j. de exceſ. prælat. lib. vj. l. j. de cond. inſt.
25 l. legatũ ciuitati. de vſufru. leg.
26 l. ſeruo. de cond. inde. d. §. fina.



hoſte publico non procederet, putà exule qui impune poſſit occidi [1]. nam cũ iis nulla vide-
tur eſſe teſtamenti factio, adeo vt nec purè, nec conditionaliter poſſit eis relinqui [2]. omnia
enim eorum iura publicãtur [3], & nulla ope eos proſequi poſſumus [4]. reſiſtítque lex initio,
5 adeò vt nec conditionaliter queant inſtitui [5]. qua tamen in re † ampliùs deliberandũ eſt.
III. Sane nec voluntas principis impoſſibilẽ rem efficit, quæ iam orta eſt, ſi de eius cõſerua-
tione agatur. vnde legatum conditionale non extinguitur, quamuis legatarius in inſulam
deportatus ſit. cùm enim poſſit principis iuſſu reſtitui, ſpes illa actũ ſuſtinet [6]. quod tamen
in damnato in metallum, aut ſeruo pœnæ non procedit, qui cùm pro mortuis ſint, ſi reſti-
tuantur, non iidem qui prius, ſed alij viri exiſtimantur [7].
6 IVRE IMPLERI. Vt ergo † committatur pœna, non ſufficit de facto fieri,
ſed oportet iure adimpletam eſſe conditionem [8]. etenim verba de iure potiùs accipienda
ſunt [9]: quia id demum poſſumus, quod de iure poſſumus [10]. & quia ea quæ facti ſunt, lex
I. pro nihilo habet [11]. Quæ concluſio non procedit, ſi inter partes actum ſit, vt ex contra-
7 uentione facti † cõmittatur ſtipulatio [12]. Sed nónne in caſu noſtro debuit credi id actum?
cùm enim non poſſet de iure committi, ergo veriſimile eſt voluiſſe partes, vt propter fa-
ctum committeretur. ſed reſponde hanc interpretationem pro omittenda pœna accipi
quidem poſſe [13], at pro ea committenda iniquum eſt accipi. Bartolus ideo non accipi hoc
caſu exiſtimat: quia venditio hæc facti nihil ſtipulatori obeſt: & licet alienatione facti
transferretur poſſeſſio [14]. tamen amiſſio hæc poſſeſſionis non à venditione procedit, ſed
à traditione. quæ ſententia non placet, quia vt pœna committatur, nihil reſpicimus, an
interſit, & an quod factum eſt noceat [15]. Item cùm traditio in executione venditionis fa-
cta ſit, ſatis videtur damnum ex ipſa venditione tanquam primitiua cauſa proficiſci [16].
8 Vnde qui mandatum * habet ad vendendum, is & tradere rem poteſt [17]: appendix enim
venditionis eſt ipſa traditio [18]. Paul. Caſtr. non videri hîc de venditione facti actum exi-
ſtimat: quia credebant partes poſſe alienationem de iure fieri. ſícque legem noſtram vio-
lat, vt reſtringatur, quando partes in iure errabant. Imola ſubtiliùs interpretatur, vt le-
gi noſtræ ſit locus, cùm ſtipulatio in fauorem vendentis, putà ab amico ipſius interpoſita
eſt. non enim debet lucrari ex tali venditione, quæ contra bonos mores eſt [19]. Sed & hoc
reſtringit legem, cùm veriſimilius ſit in pœnam alienantis eſſe interpoſitam. quo caſu ſe-
cundum bonos mores eſſet [20]. atque ita intelligit Accurſius, qui Titium præfectum eccle-
ſiæ interpretatur. Aretinus ideo de facto non intelligi ait: quia venditio facti nihil noce-
bat. videtúrque Bartolum ſequi, & in eo laborat, vt oſtendat ſtipulationem pœnalem
non committi, niſi interſit, quod falſum eſſe alibi oſtendi nec leges, quas pro ſua ſenten-
tia adducit, ad rem faciunt, habent enim apertam reſolutionem, vt meritò huiuſmodi
II. commenta otioſis relinquamus. Cæterùm † venditio, quæ aduerſus voluntatem teſta-
9 toris fit, non dicitur de facto fieri: licet enim ex ea non transferatur dominium [21], nihil ta-
men hoc impedit, quin venditio iuris ſit [22], ideóque committatur pœna, vt fideicommiſ-
ſo ſit locus ſecundum teſtatoris mentem [23]: quod omnes hic tradunt. Quod & videtur pro-
cedere in venditione liberi hominis vel rei ſacræ ab ignorante facta [24]: nec enim tunc
venditio de facto eſt, ideóque committeretur pœna nec legi noſtræ erit locus, quod & rece
III. ptiſſimum eſt. Sed pone †, emphyteuta, inconſulto domino, alienauit, an in pœnã cadu-
10 ci incidat? & ſi adhuc poſſeſſionem non tranſtulit, receptum eſt non incidere [25]: nec enim
damnum aliquod patitur dominus, vt Bartol. hîc ſentit, quod alia ratione Spec [26]. tradidit,
nempe quòd lex pœnam alienanti irrogans de eo intelligitur, qui cum effectu alienauerit,
id eſt, tradiderit. quę ratio receptior eſt, nam & lex pœnã impetrãti reſcriptũ imponens in-
11 telligitur ſi eo ſit vſus [27]. Quæ † ſententia certior eſt, ſi alienatio inutiliter facta ſit, vt quia
non ſeruatis ſolennibus [28]: ex alienatione enim inutili non committitur pœna [29]. Ego in-
utilem ſemper eſſe emphyteutæ alienationem, incõſulto domino factã arbitror: nec enim
ex ea dominium transfertur, cùm ipſo iure venditor cadat, vtilis tamen eſt reſpectu eui-
ctionis contractus, quia obligatur venditor, vt ſuprà in rei ſacræ alienatione inſcienter fa-
12 cta diximus. Arbitror † itaque, ſi ſecuta ſit traditio, pœnam committi: quia videtur domi-
num contempſiſſe [30]: & quia eum onerauit, vt aduerſus tertium poſſeſſorem vendicare
rem cogatur [31]: & quia ius caduci pœna legalis eſt, vnde & ipſo iure inducitur, & dominiũ
13 retrò transfert [32]: at pœnæ legales * etiam in eum procedunt, qui de facto contrà faciat [33],
maximè cùm in ea diſertè cautum ſit, ei pœnam irrogari, qui aliter verſatus ſit, quàm le-
ge ipſa ſit diſpoſitum, quæ verba ad merum factum referuntur. & licet lex loquens per
verba iuris, putà de ſententia, vel ceſſione, non intelligatur de ſententia vel ceſſione in-
utilis loqui [34], tamen ſecùs eſt ſi verbis facti vtatur [35]. Si tamen ex defectu ſolennium, nulla
ſit alienatio probabilis, eſt diuerſa ſententia: quæ & receptior eſt, tanquam non videatur
alienandi mentem habuiſſe, qui ſolennia omiſit [36]. & hæc quidem hîc dicta ſufficiant, cùm
à me alibi quoque tractatus hic articulus ſit [37], nec vno in loco ſint omnia congerenda.
NEC

1 Bar. in tract. q. j.
2 l. eius qui. in fin. de teſta.
3 l. j. C. de bon. lib.
4 l. iij. ſ. ad l. Iul. maieſt.
5 l. iij. de iis, quæ pro non ſcrip. l. nec apud. de hęr. inſt.
6 l. intercidit. de condit. & demonſtrat.
7 l. j. in fi. de contratab.
8 l. ſtip. iſta. §. quæſitũ. ſ. eo.
9 l. iij. de teſta. tut.
10 l. nepos. de verb. ſig.
11 l. non dubium. C. de leg.
12 l. Lucius. §. tres hęredes. ad Treb. l. fi. C. de act. empt.
13 l. quidã cùm filium. ſ. e.
14 l. j. §. ſi vir. de acq. poſſ.
15 l. ſtip. §. alteri. Bar. l. iiij. §. Cato. iiij. oppoſ.
16 l. emptor. de aq. plu. vbi Bartolus.
17 l. ſi quis prohibuerit. vbi Ang. de pub. l. fiſtulas. §. j. de contr. empt.
18 l. fundi. §. fin. de aq. poſſ.
19 Doct. ſ. d. l. quidam. in fi.
20 l. ex ea. §. ij. ſ. eod.
21 not. ſ. l. ita. §. ea lege.
22 l. rẽ alienã. de act. empt.
23 l. cùm pater. §. libertis. de leg. ij.
24 §. fi. inſt. de cont. empt.
25 l. fi. C. de iu. emphyt. vbi Salicetus.
26 Spec. tit. de loc. ver. xcj.
27 gl. c. diſpendioſa. verbo, impetrauerunt. de reſ. in vj.
28 l. iiij. §. condemnatũ. de re iudica.
29 Bal. l. ij. C. de epiſ. aud. Iaſ. d. l. fin.
30 gl. l. ſi quis rem. de arb.
31 Doct. l. ij. C. de iu. emph.
32 Bar. l. j. in fi. de donat.
33 l. quid ergo. §. cùm autem. de infam.
34 d. l. iiij. §. condemnatũ. l. filiũ. §. ſi quis. de lega. præſt.
35 gl. Bal. d. l. iij. de teſta. tu. l. j. §. ſed ſi mihi. ſ. e. vbi not.
36 l. j. C. de fi. inſt. lib. x. vbi Bartolus.
37 l. vbi pactum. in fi. C. de tranſ. l. fi. in prin. C. de in ius vocan.

NEC AD REM PERTINET. Quod ergo ſacrum* eſt, poteſt fieri profanum, 14
quod publicum, poteſt effici priuatum: ſed à quibus id fieri poteſt? & conſtat † princi- 15
pem poſſe [1], qui locum publicum poteſt ſacrum iure noſtro efficere, & per viam publicam
ius priuato aquæ ductus concedere [2], quod tamen eatenus indulget, quatenus, publicis
vſibus non incommodetur [3]. Poteſt hoc & quælibet ciuitas libera & nullius iuriſdictioni
ſubiecta. etenim talis domi ſuæ locum principis occupat [4], vt Venetiæ & aliquot, Etruriæ
ciuitates. Idem ſi non omnino libera ſit, ſed alicuius principis maieſtatem comiter obſer-
uet [5], vt Bononia, quæ pontifici Rom. ſe cõmendauit. Sed quid in prorſus ſubiecta? & olim
erant dedititij, qui omnia diuina humanáque in victoris poteſtatẽ dediderant, quæ condi-
tio hodie de rep. exoleuit [6]: ſed omnes vrbes fœderatę ſunt, quia fœdere in victoris poteſta
tem conceſſère, tranſiuerúntq; cum legibus ſuis [7], & ideo licere eis Bart. tradidit, lege lata
locũ publicũ † alienare: nec enim facultas hæc ei iure noſtro ſublata videtur [8]: quod & iure 16
pontifi. procedere arbitror. licet enim põtifices ſtrictiores habenas ſubiectis permittãt, nec
facultatem legis ferendę eis paſsim concedant [9], hoc tamen verũ eſt, ſi ſtatuere aliquid ad-
uerſus ius pontificium vellent: non autem in iis, quæ promiſcuũ vſum ciuitatis reſpiciunt,
& quæ nihil domino obſunt [10]. Fortius arbitror ad ius etiã citra legiſlationem reipub. tali
cõpetere per viam venditionis dum ex legitima cauſa faciat, & ſeruatis ſolẽnibus [11], quod
Aret. hîc tradit. etenim talis contractus vim legis habet, quod alibi Bart. ſentire videtur [12].
Non † putarim tamẽ vias militares & baſilicas mutare remp. poſſe incõſulto principe [13], 17
qualis eſt Flaminia, Aemilia, Appia, & ſi quæ ſimiles: etenim ſolũ earum publicũ eſt, id eſt,
pop. Romani, & conſequenter omniũ Chriſtianorũ Romã confluentiũ [14]. Sed finge, prin-
ceps cõceſsit caſtrũ Titio cum omni iuriſdictione. in eius agro eſt via publica militaris, in
qua occiſus eſt aliquis: Titius in ſuo occiſum contẽdit: fiſcus principis potiùs ad ſe pertine-
re vltionẽ arbitratur: vter fouet iuſtiorẽ cauſam? pro principe facit quòd talis via cẽſetur
inter regalia [15], & ideo nõ videtur conceſſa, pro Titio, quòd ipſe ad procurandam eius viæ
ſecuritatem tenetur [16]. quæ ſententia verior videtur †, nec viæ publicæ inter regalia com 18
putantur, niſi quod ad curam principis pertinent, vel eius quem princeps loco ſui impo-
ſuerit [17]. alioquin nec lege municipali in priuatum redigi poſſent [18], nec ædiles quibus re-
galia non creduntur, quicquam iuriſdictionis in eas exercerent [19].

1 l. ſacra. §. ſciendum. de rerum diuiſ.
2 l. ſeruitutes. ij. §. penul. de ſeruit.
3 l. ij. §. marito. ne quid in lo. public.
4 Bal. rub. ſ. de rer. diuiſ.
5 l. non dubito. de iur. fiſ.
6 l. j. de dedit. lib. tol. C.
7 l. ſi cõuenerit. ij. §. j. de pi. ac. vbi Bar. Fel. c. tranſlato. de conſtit.
8 l. prohibere. §. planè. q̃d vi aut clam.
9 ſ. c. duobus. §. fin. de app. vbi Doct.
10 gl. l. præſcriptione. C. ſi contra ius.
11 l. fin. C. de vend. reb. ciuit. lib. xj.
12 Bar. l. iiij. §. acta. de re iudic. l. ſicut. in princ. quod cuiuſque vniuerſ.
13 l. ij. §. viã. ne q̃d in lo. public. l. fin. de loc. & iti. publ. c. j. quæ ſint regal.
14 Bar. l. hoſtes. de capti.
15 c. j. quæ ſint rega.
16 Bar. l. ne q̃d. de incen. rui.
17 Pet. Iac. in libell. tit. de iuriſdict. baſſa.
18 d. §. planè.
19 l. fi. ff. de cloacis.

SVMMAE.

1 ☞ *Pœnæ conceptio varia.*
2 *Formam non, niſi verborum, mutari.*
4 *Teſtimonium epitomatico relatu valere.*

§. SI VT ALIQVID. Pœna † concipitur in caſum contrarium præcedentis ſtipu- 1
lationis: ſed breuiùs & æqualiùs cõciperetur, per dictionẽ alioquin, putà, *Promittis facere vel
non facere, alioquin &c.* quod ſuprà diximus [20]. Sed quid ſi facto adfirmatiuo ſubiiciatur, *ſi ad-
uerſus ea factum erit? &c.* & Aret. non committi hoc caſu ſtipulationem pœnalẽ ait, ſed Din.
Ray. Alberic. cæteri contrarium tradunt: quia hîc dicitur vſitatius eſſe & elegantiùs, non
autem neceſſarium. Nec eſt dubitandum, quin hæc ſententia ſit vera [21]. Híncque adnotan-
dum eſt, quãuis ſoleat dici † formæ nihil addi aut detrahi poſſe [22], hoc nõ procedere cùm 2
lex formam verborũ adſcribit, quia tũc ad vſum, & elegantiã magis reſpicit, & ideo poteſt
ei detrahi, & paucioribus enuntiari. ſic & conſiliũ * Galli Aquilij [23], quãuis formã verborũ 3
contineat [24], tamẽ à Cerbidio Scęuola longè breuiùs coarctatũ fuit. ſic in Aquiliana acce-
ptilatione adnotauit Accur. aliqua verba eſſe, quæ rectè omitti potuiſſent [25]: & ideo † ar- 4
bitrarer, ſi aliquis pro teſtimonio adfirmauerit Titiũ formalibus iiſce verbis vſum, alius
verò aliquibus nõ neceſſariis omiſsis eadem breuiùs referat, non videri pugnãtia dixiſſe,
probationíq; huiuſmodi teſtes ſufficere [26]: quamuis aliàs ſoleamus ſcrupuloſius inquirere,
cùm de formalibus agitur [27]. Rurſus adnotat hîc Aret. ſtipulationẽ pœnalẽ eſſe quæ in ca-
ſum contrariũ principalis præcedentis concepta eſt, tametſi adiectũ non ſit, *Pœnæ nomine
dari &c.* qua de re nos ſuprà [28]. ſed & adnotari rurſus poteſt, obligationẽ facti ab ea diſtin-
gui, quæ non facti eſt, quod à me quoq; ſuprà eſt tractatũ [29]. Illud quoque non omittendum
eſt, licet vulgò ſoleat induci differenria inter * ſtilum, & conſuetudinẽ, tanquã ſtilus pro- 5
priè ad ſcripturam pertineat [30]: tamen dum hîc dicitur vſitatiùs eſſe, ſatis probari conſue-
tudinis, vel vſus appellatione etiam eum contineri, qui ad ſcripturas notariorum contra-
ctus deſcribentium pertineat. & ideo dubium eſſe Decij conſultationem, qui ex facto re-
ſpondit ſtatutum de vſu aut conſuetudine loquens ad ſtilum non pertinere [31].

20 ſ. l. cùm quid.
21 l. ſi is. §. verùm. vbi Bart. j. oppoſ. de reb. dub.
22 l. ſi nõ ſunt. de ſtat. hom. Doct. l. j. de lib. & poſth.
23 l. Gallus. de lib. & poſth.
24 Bar. l. & vno. §. j. de acce.
25 d. l. & vno. §. j.
26 c. nihil. de verb. ſig. vbi Doctores.
27 l. quæ extrinſecus. ſ. eo. Bal. c. Bon. ij. de elect. Doct. c. cum eccleſia. §. j. de cauſa poſſeſ.
28 d. l. cùm quid.
29 l. vbi. §. qui id quod in faciendo. ſ. eo.
30 Bal. rubr. extra. de reſcr. Alberi. l. de quibus. de legi.
31 Dec. conſ. xj.

SVMMAE.

1 ☞ *Hæredi vno cauentem omnibus cauiſſe videri. ex cauſis contrà. 4. 5.*
6 *Hæredum vno faciendum ſtipulamur.*
7 *Datio à facto diſtat.*
8 *Facta non niſi tranſmiſſibilia hæreditaria.*
9 *Seruitutem non, niſi omnibus hæredibus quæri.*
10 *Facta omnibus hæredibus acquiri. 11. 12. 13.*
14 *Hæreditaria ſola pro parte grauabilia.*

§. Præterea



1 § PRAETEREA. Suprà vidimus, cùm † vnum ex hæredibus noſtris obliga-
mus ad dandum, omnes nihilominùs teneri [1]. hîc traditur idem eſſe, cùm vni tantùm
2 prouidemus * in obligatione dandi. omnibus enim acquiritur. ſubeſt enim eadem ratio,
3 nempe quòd obligatio * dandi diuidua eſt, & per legem duodecim Tabularum pro rata
parte in hæredes tranſit [2], qui eatenus teſtatorem repræſentant, cùm ſuprà portiones hæ-
reditarias habeantur pro extraneis [3]: ideóque eis ſtipulari teſtator nequeat [4], ſiue eis pro-
uidendo vt hîc dicitur, ſiue eos aggrauando, vt ſuprà dictum eſt. Quod procedit etiam ſi
obligatio ipſa ita concepta ſit, vt ab hærede incipiat [5], quod aduerſus Petrum Bartol. cen-
ſuit: etenim talis obligatio nihilominùs dicitur hæreditaria [6], nec eam poteſt teſtator hæ-
redi ſuo acquirere ſupra portionem hæreditatis [7]. ſubeſt enim ſemper illa ratio, quòd ex-
I. traneo ſtipulari non poteſt. Poteſt tamen Petri ſententia duobus caſibus defendi. Pri-
4 mus †, cùm ſtipulator vni hæredi prouidens id ageret, vt tale ius ad eum tanquam lega-
tarium pertinęret [8]. ceſſat enim Bartol. ratio, quia poteſt teſtator legatario ſtipulari [9]. Qua
de re Paradox. libro primo capite quarto diſputaui. Oportet autem cõſtare id actum eſſe
coram numero teſtium, qui vltimæ voluntati ſufficiat, quicquid hîc Aretinus commini-
II. ſcatur [10]. Alter cùm teſtator ſtipulatus eſt ſibi dari nomine Titij hæredis: tunc enim
III. cenſetur tanquam procurator ſtipulatus, potéſtque Titius ratum habere [11]. Cæterùm
& ſi lege municipij cautum ſit, vt alteri per alterum acquiri poſsit, videretur ceſſare ra-
tio Bartoli, & conſequenter ſoli hæredi prouiſum cenſeri [12], nec legi noſtræ locum eſſe.
IIII. Quod ſi verum eſt, illud quoque conſequitur, vt ſi ſtipulatus quis ſit confecto per ta-
bellionem documento, qui ita dari nomine Titij abſentis ſtipulatus & ipſe ſit, valeat con-
V. tractus, & ſoli Titio acquiratur [13]. Sed & ſi rem indiuiduam dari quis ſtipulatus ſit, ve-
rum eſt ſolidum hæredi nominato acquiri, vt ſi quis ſtipulatus ſit ſibi & Titio hæredi v-
ſum talis fundi. cùm enim vſus indiuiduus ſit [14], inſolidum ipſi Titio applicabitur [15], alij
ceu non nominati exceptione taciti pacti excludentur, quod ſecùs in vſufructu eſt, qui
diuiſionem recipit, & ideo ſolùm pro parte hæreditaria Titio acquireretur, reliquum
non quidem cohæredibus accreſceret, ſed extingueretur: quia vſusfructus niſi expreſsim
VI. hæredibus ſtipulatus morte extinguitur [16]: quod rectè Bartolus cenſuit. Sed nunquid
iure exceptionis vni ex hæredibus conſuli poteſt? & conſtat poſſe [17]: neque enim pacto
non petendi ex quo exceptio naſcitur, obligationis natura mutatur. quin ſecũdum legem
duodecim Tabul. transfundatur [18]: ſed duntaxat perſona cui conſultum voluit paciſcens,
defenſionem temporariam acquirit, quod Bartolus ſentit: licet Imol. Aret. nodum in ſcir-
VII. po quærant, apud quos maxima de nihilo naſcitur hiſtoria. Quæ ſentẽtia & ad tertium,
qui hæredi nominato ſoluerit, producitur. Pone ergo, teſtator in diuiſione (quæ vim ſpe-
cialis prælegati habet [19]) nomen debitoris Titio hæredi aſsignauit, ſuprà diximus id per-
mitti, nec legis noſtræ regulam obſtare [20], debitor ipſi Titio ſoluit: certè ſi inquietetur ab
aliis cohęredibus, habebit exceptionem [21]. cuius rei ratio ex ſupraſcriptis eſt euidens, licet
Accur. eam non viderit, quem receptum eſt hac in re, non meliùs ſed peius Ioanne ſenſiſſe.
VIII. Sed quid ſi ſtipulator expreſsim egerit, non ſolũ Titio ſoli acquiri, ſed etiã vetuerit ne
aliis hæredibus acquiratur? & ſecundũ iuris regulas nihilominùs cæteris acquiretur: quia
huiuſmodi obligatio perpetua eſt, & etiã inuitis cõtrahentibus in cohęredes trãſit [22]. Quod
intelligendũ, niſi teſtator id ius nominato tantũ prælegaſſet [23], vel de iis caſibus ageretur,
quibus ſuprà oſtẽdi potuiſſe teſtatorẽ illi ſoli ſtipulari [24]. quod & Bar. hic tradit. Addit Ac-
curſ. poſſe cohæredes exceptione repelli: quia contra voluntatẽ teſtatoris petunt [25]. Quæ
ſententia receptior eſt, quãdo teſtator expreſsè voluntatẽ ſuam declarauit, aliàs in rę am-
bigua à regula iuris non recedemus, vt nihilominùs obligatio in cohæredes tranſeat: quia
nõ videtur teſtator eis voluiſſe auferre, niſi quatenus ſoli nominato quęreretur [26], q̃d Bar.
tradit. qua de re & ſuprà diſputauimus. Híncque dirimitur conſequens quęſtio, qua hæſita-
tur, an ſi cohęredes exegerint, teneantur famil. erciſc. iudicio illi reſtituere, quem ſolùm te-
ſtator nominauit? Accur. teneri cenſuit, quod verum eſt ſupraſcriptis caſibus, quibus regu-
lam legis noſtræ limitaui, aliàs verius eſt non teneri, vt hîc Bar. ait. nec enim ex ſola ſtipu-
latione cenſetur teſtator prælegaſſe [27], aliàs lex noſtra in anguſtũ redigeretur. Sanè quibus
5 caſibus † ſuprà dixi aduerſus legis noſtræ regulam ſoli Titio in ſtipulatione nominato ac-
quiri, intelligendũ eſt, niſi teſtator tunc crediderit ſolũ illum ſibi hæredem fore. ſi enim mu
tauit ſententiam, vt alios quoque hæredes haberet, proculdubio omnibus acquiretur [28],
IX. quod omnes hîc rectè cenſuerunt. Supereſt vt de obligationibus faciendi videamus, &
6 hîc traditur † regula poſſe teſtatorem vni ex hæredibus ſtipulari. & ratio eſt, quia obliga-
tiones factorum indiuiduæ ſunt [29], & in hæredes ſingulos inſolidum transfunduntur [30]. nec
enim eas lex xij. Tabula. diuidit, cùm nec poſsit [31]: quilibet ergo hæredum in eis teſtato-
rem inſolidum repræſentat. vnde ſi teſtator Titio ſtipulatus ſit, non dicitur ſupra ratam
partem hæreditariam, nec extraneo, ſtipulatus, meritò ergo illi acquirit. Sed cur non

1 l. eum, qui ita. §. j. ſ. eod.
2 l. pacto ſucceſſorum. de pact. C.
3 l. cùm à matre. C. de rei vind.
4 ſ. l. ſtip. §. alteri.
5 l. j. C. vt act. ab hære.
6 l. hæreditarium. ſ. de bo. auct. iud.
7 d. l. cùm à matre.
8 l. ex legato. C. de lega. l. j. C. de excep.
9 l. fina. C. de fideicommiſ. Bar. l. nemo poteſt. ij. opp. de leg. j.
10 Bar. l. tale. in fi. de pact.
11 l. huiuſmodi. in prin. de legat. j.
12 l. pen. C. ad exhi. Bar. hîc.
13 l. iij. vbi Barto. rem pup. ſal. fo.
14 l. vſus pars. de vſu & ha.
15 l. ſtip. §. ſi quis ita. ſ. eod.
16 d. §. ſi quis ita.
17 l. auus pactus. de pac. do.
18 l. ſi vnus. §. pactus ne. de pactis.
19 l. quid ergo. ij. §. fi. de legat. j.
20 d. l. ex legato. d. l. fi.
21 l. j. C. de except.
22 l. oblig. ferè. §. placet. ſ. tit. j.
23 d. l. ex legato.
24 d. l. pen. C. ad exhib.
25 d. §. placet. gl. doct. l. nemo poteſt. de leg. j.
26 l. nec vtilem. ex quib. ca. maio.
27 l. ij. C. ſi quis alter. l. Papinianus. de don.
28 d. l. tale pactum. in fin. de pact.
29 d. l. ſtip. non diuiduntur.
30 l. ij. §. ex iis. ſ. eod.
31 l. hæredes. §. an ea. fami. erciſcund.

& aliis

& aliis acquirit,qui eum inſolidum ipſi quoque repræſentant?reſpondet Bartolus aliis non
acquiritur :quia eorum non intereſt. vnde ſi intereſſet, ſecùs eſſet [1]. quæ ſententia legem
noſtram coarctat,quæ de eo,quod intereſt,mentionem nullam facit, & ſtipulationis valo-
rem ſecundum regulas tranſmiſsionis declarat: non autem ad id quod intereſt refertur.
etenim vulgatiſsimum eſt ſtipulationẽ ei non prodeſſe,cuius nõ interſit [2]. Sciendum † itaq; 7
inter dandi & faciendi obligationes plurimum intereſſe,quia obligationes dandi in hære-
des indiſtinctè tranſeant,& quidem pro rata, vt ſuprà dixi: at obligationes faciendi pro-
priè non debuiſſent tranſire,cùm factum in perſonam teſtatoris non idem ſit in perſonam
hæredis [3]. & licet lex quandoque idem eſſe interpretetur,id facit cauſa ſtipulationis ſecun-
dum mentem partium adiuuandæ [4]. quòd ſi mens repugnet, ſecùs eſt.Igitur, ſi quis ſibi,&
Titio hæredi ſtipuletur aliquid fieri,ſi factum illud tranſmiſsibile non eſt, cenſetur duo di-
uerſa facta ſtipulatus, vnum in perſonam ſuam, aliud in perſonam Titij.quod in perſo-
nam ſuam ſtipulatus eſt,eius morte euaneſcit:quod in perſonam Titij, ipſum non egredi-
tur, nec ad cohæredes pertinet [5]. quòd ſi factum ſit tranſmiſsibile,alij cohæredes admitten
tur ex ſtipulatione, qua ſibi fieri teſtator ſtipulatus eſt, quæ in hæredes omnes pro portio-
nibus hæreditariis tranſmittitur,non autem ex ſtipulatione Titij cenſebuntur vocati. Igi-
tur ſecundum ſupraſcriptam interpretationem poteſt defendi Bartolus: vt dicamus aliis
cohæredibus non acquiri: quia eorum non intereſt, cùm non ſint à teſtatore vocati, po-
tuerítque ſtipulator facere,vt quod ad illos adtinet, ſtipulatio facti ſit perſonalis,nec per-
ſonam Titij nominati exeat. Sed nunquid talis ſtipulatio in perſona Titij ſit † hæredita- I.
ria? & Petrus cenſuit non eſſe, ſed incipere potiùs ab ipſo Titio [6]:nec mouet Bartoli ratio 8
atque auctoritas [7]: quia in obligationibus dandi procedit, non autem faciendi, vt noſtra
eſt quæſtio.poteſt & in obligationibus faciendi procedere, quæ ſui naturâ in hæredes trãſ-
eant [8], ſecùs ſi non tranſeant [9], ideóque neceſſaria fuerit hæredis mentio,hócque caſu Pe-
tri ſententiam & ipſe ſequor. Vnde tunc non hæredum contrafaciente committetur ſti-
pulatio pœnalis inſolidum [10], vt ſuprà diſputaui. cùm enim transfuſa non ſit, non poſſu-
mus dicere eſſe per legem duodecim tabularum diuiſam, quod ſecùs eſſet in obligatione
transfuſa; qualis, *Iter fieri &c.* [11] Hinc † colligitur ratio, cur teſtator ſeruitutem,quæ in-
diuidua eſt,vni ſoli hęredi acquirere non poteſt,ſed omnibus acquirit:tametſi ſinguli eum II.
inſolidum repræſentent. quod Imol. & Aretinus hîc tradunt. cùm enim iure transfuſionis 9
in eos tranſeat,etiam,inuito teſtatore,ad ſingulos pertinet,quod non ita in obligationibus
facti eſt,quæ incipere ab vno hærede poſſunt. Ex † his quoque decidi alia quæſtio poteſt. III.
Finge ſtipulatum aliquem ſibi fieri,& Titio hæredi, Titij non intereſt, an ſtipulatio in eos 10
cohæredes tranſibit quorum intereſt?& Bartol. cenſuit tranſire,& ſolidum ei quæri, cuius
interſit.quæ ſententia vera eſt, ſi de facto agatur, quod aliàs ſui natura in hæredes tranſ-
eat [12]. ſi verò perſonæ cohereat, putarim potiùs eſſe nullam, quod & Angelus hîc ſentit.
Sed quid † in obligationibus facti diuidui reſpondebimus, vt eſt, *Amplùs non agere, rem* IIII.
*ratam habere* [13]. & ſimilia? & Bartolus equiparari obligationibus dandi exiſtimauit:& ideo 11
non ſoli nominato,ſed cæteris quoque cohæredibus applicari.quæ ſententia vera eſt, qua-
tenus dictæ ſtipulationes ſunt diuiduæ, etenim in perſona principalis, indiuiduæ ſunt, ſi-
cut & in perſona eius qui actorem exceptione repellere non potuit, vt ſuo loco declara-
ui [14]. Sed quid † non ad factum agatur,ſed ad id, quod intereſt? & Bartolus cenſuit tunc V.
non ſoli nominato,ſed etiam aliis cohæredibus actionem dari [15]:at Imola,contrariũ eum, 12
qui nominatus eſt, inſolidum agere [16]: quæ ſententia & mihi placet.cùm enim cæteris co-
hæredibus factum non debeatur, conſequens eſt, vt nec eius æſtimatio ſit illis præſtanda,
ſed ſoli nominato: quod & aliis caſibus contigere ſuprà vidimus [17]. nec enim vſquam iure
reperitur eum cui factum ipſum præſtandum nunquam fuit ad id quod intereſt agere,nec
enim eius vnquam interfuit. Defendi † tamen Bartoli ſententia poteſt, cùm ex ſtipula- VI.
tione teſtatoris cæteri hæredes ad factum tenerentur, vt ſi ſtipulatus ſim neque per me, 13
neque per Titium hæredem meum fieri,quominùs ire agere tibi liceat. cùm enim promi-
ſerim quod Titius non faciet,eius facto cõmittitur ſtipulatio contra omnes cohæredes [18],
in id quod intereſt,quod ſuprà loco ſuo declaraui. Sed nunquid per viam vltimæ volun VII.
tatis poſsit vnum hæredem teſtator inſolidum honorare? & conſtat poſſe legando actio-
nem, ſeu per modum prælegati [19]. ſed an vnum tantùm grauare poterit? & conſtat poſſe
vnum tantùm in certa quantitate grauari [20]. Idémque ſi grauatus † ſit ſpeciem aliquam 14
præſtare, quæ hæreditaria non ſit [21], in ſpecie verò hæreditaria cenſetur pro rata hæredi-
tatis duntaxat grauaſſe [22], niſi onus iniunctum aliud ſuadeat, vt quia ſit indiuiduum [23],
vel verba teſtatoris adeò ſint clara vt ambiguitatem nullam habeant.tunc enim licet ipſo
iure adhuc onus pro rata tranſeat, tamen effectu familiæ erciſcundæ iudicio putauerim
aliis cohæredibus conſulendum eſſe [24]. Quod verò ad creditorem adtinet,eius actio con-
tra hæredes pro rata à lege duodecim tabularum diuiſa, non poteſt facto teſtatoris mu-
tari, vt

1 l. Iulianus. ſ. eod.
2 d. l. ſtip. §. alteri.
3 l. ſi non ſortem. §. libertus. de cond. indeb.
4 l. veteris. C. eod.
5 d. l. Iulianus.
6 l. j. C. vt act. ab hær.
7 d. l. hæreditarium.
8 l. inter. §. quod ex facto. famil. erciſ.
9 l. ſi ſic ſtip. ſ. eod.
10 l. hæredes. §. in illa. fam. erciſ. l. in exactione. §. j. ſ. e. vbi dixi.
11 l. iiij. §. Cato. ſ. eod.
12 d. l. ſi ſic ſtipulatus.
13 d. §. Cato. in fi.
14 l. v. §. fin. ſ. eod.
15 d. l. ſtipulationes nõ. verſic. Celſus.
16 l. ij. §. fi. ſ. eod.
17 d. l. ſtip. nõ. ver. ideóque.
18 d. l. Iulianus. in prin.
19 d. l. ex legato. d. l. j. C. de except.
20 l. ab omnibus. in princ. de leg. j.
21 l. ſi tibi homo. §. j. de legatis j.
22 l. ſi fundum ſub conditione. §. libertus. de leg. j.
23 l. cùm quaſi. §. ſi plures. de fid. lib.
24 gl. l. nemo poteſt. de legatis j.



tari, vt neceſſe habeat aduerſus vnum tantùm experiri [1]. quod tamen in dote non proce-
dit. qua de re nos alibi.

1 l. cùm ab vno. de leg. j. dixi. l. pacto ſucceſſorũ. C. de pact.

S V M M AE.

1 ☞ *Nundinarum diem vltimum ſpectari: ex cauſis diuerſum. 3. 4.*

LEX CXXXVIII.

1 EVM QVI CERTARVM. Qui † nundinis Lugdunenſibus, vel die-
bus nundinarum, promittit, poteſt ſolutionem differre in vltimum momen-
tum ipſarum nundinarum, ídque ex proculi ſententia, quæ regulæ generali
innititur, ſecundum quam dies ad fauorem promiſſoris reſpicit, & ideo non
prius, quàm eo finito, promiſſor tenetur [2]. Sunt tamẽ aliqui caſus, quibus Sa-
I. bini ſententia defendi poteſt, vt ſtatim peti poſsit. Et in primis, quia dies * non eſt mo-
2 dus tollendæ obligationis [3], fatentur doctores ſtatim obligationem actionémque ortam
eſſe [4], & ideo controuerſiam hanc Sabini & Proculi de affectu exactionis intelligendum
II. eſſe. Rurſus intelligit Accur. [5] confeſtim deberi, verámque Sabini eſſe ſententiã, quan-
do aliquibus verbis hoc ſit expreſſum, vt quia promiſsio ſit facta per dictionem, *Vſque*. putà
*Promittis mihi decem quæ expectabo vſque ad nundinas Rhenenſes*. tunc enim dictio, *Vſque*. videtur
intelligenda de nundinis cœptis, non autem finitis [6], ídque & Angel. hîc probat, ſed cæteri
improbant, & ſanè communiter recepta non eſt hæc ſententia, cùm dictio, *Vſque*. omnẽ ter-
minum cui adiecta eſt, includat [7]. Certior ergo eſt illa limitatio, † vt ſtatim peti poſſet,
III. cùm vterque hoc ſenſit [8], quãuis enim in cõtractu ſtricti iuris quod omiſſum eſt pro omiſſo
3 habeatur [9], & non facilè audiamus ſtipulatorem tacitè aliquid actum eſſe adfirmantem [10],
tamen nõ poteſt videri hoc omnino omiſſum eſſe, ſed potiùs verbis expreſſum, quæ quam-
uis ambigua ſint, debent ex eo quod actum eſt declarari: depræenditur autem quid actum
ſit ex præfationibus, & aliis argumentis de quibus alibi doctores diſputant [11]. Adiiciunt
IIII. hîc † Dinus, Pet. Cirillus, Albericus, Imola, Torquatus, ex qualitate quoque perſonæ accipi
4 hanc coniecturam [12], vt ſi ſtipulator eſſet negotiator, qui in illis nundinis ſoleret huiuſmo
di pecunias expendere, ídque promiſſor ſciret. Sed mihi videtur haudquaquam id ſuffice-
re etenim inde arguitur ita egiſſe ſtipulatorem: at hoc non ſufficit [13], niſi & à promiſſore
actum ſit, poteſt autem promiſſor allegare ſe nundinis promiſiſſe: quia ſperaret in illis pecu
niam ſe illam corraſurum, quod non poſſet niſi toto earũ tempore facere. Hodie Lugdu-
V. ni propter conſuetudinem mercatorum ceſſaret omnis dubitatio [14], habent enim ſub fi-
5 nem nundinarum * dies, quos ſolutionum vocant, nec priùs in mora conſtituuntur debito
6 res, nec literæ quas cambiorum * vocant, innouantur, aut eius quod intereſt initur æſti-
matio, ſecundum ergo eiuſmodi cõſuetudinem intelligitur promiſsio, quæ eò collata ſit [15].

2 l. qui hoc anno. ſ. eo.
3 l. oblig. §. placet. ſ. tit. j.
4 l. cẽteſimis. vbi dixi. ſ. eo.
5 gl. §. pen. Inſt. de inut. ſti. vbi Ang. de Aret.
6 arg. l. qui filium. §. Sabinus. ad Trebel.
7 l. patronus. §. ſempronia. de leg. iij. vbi Bart.
8 l. eum, qui calendis. ſ. eo.
9 l. quicquid. ſ. eo.
10 glo. l. cũ quid. ſi cert. pet.
11 ſ. d. l. cum quid. vbi dixi.
12 l. plenum. §. equitij. de vſu & ha.
13 l. repetendi. C. de condi. ob cau.
14 l. certi cõdictio. §. ſi num mos. vbi Mod. ſi cert. pet.
15 l. hæres abſens. in fin. de iudi.

S V M M AE.

2 ☞ *§. Cùm purè ſenſus multiplex. 3. 4. 5. 6. 7. 11.*
10 *Tacitam & expreſſam voluntatẽ electione differre.*
14 *Alternatim promittens quandocunque exceptis caſibus poteſt.*
18 *A diecto ſolutum condici.*
20 *Adiecto ſolui vetare poſſum.*

§. CVM PVRE. Promiſſor qui in diſiunctiua † obligatione electionem à lege habet
1 poteſt quoties volet mutare ſententiam. Sed cùm infinitas vitanda ſit [16], & circulares quæ-
ſtiones quantum fieri poteſt dirimendæ [17], abſurdum videretur perpetuo id promiſſori per
mitti, vt dum alteram daturum ſe allegat, neutram rem det: ideóque lex noſtra doctorum
I. interpretatione reſtricta eſt. In primis † Irnerius vſque ad litis conteſtationem hanc va
2 riationem ſolùm permittebat [18], cùm enim ( vt fatentur hîc omnes ) videatur reus per fu-
turum indicatiui promiſiſſe, conſequens eſt, vt lite cõteſtata finiatur hæc poteſtas. Nec lex
noſtra differentiam cõſtituit, an electio ſtipulatoris, an promiſſoris ſit: ſed an expreſsim, an
verò tacitè competat. Sed hũc intellectum Ioannes Accur. cæteríque meritò reprobarũt [19],
legis enim noſtræ verba nimis violat, quæ manifeſtè indicant vſque ad ſolutionem ſeu exe
II. cutionem variari poſſe. Aliter † ergo Bart. vt vſque ad ſecũdam mutationem poſsit hæc
3 facultas protendi, tertiò verò non permittatur [20], ſicut nec tertiò appellare permittitur, ſed
& hic intellectus legi noſtræ repugnat, quæ diſertè permittit promiſſori, vt quoties velit
mutet voluntatem, ídque etiam ſi millies mutet, vt Dinus & Caſtrenſ. tradiderunt: & ideo
receptus non eſt [21]. quomodo enim quoties vult mutat, qui iterum tantùm mutat [22]? nam &
alibi expreſſe dicitur, licitam eſſe mutationem donec res tradita ſit, ideóque interim impen
denti eſſe ſolutionem [23]. & licet ex iteratione arguatur, magis certus conſultúſque conſen-
ſus [24], pluréſque alios effectus habeat iteratio [25], non tamen ideo debet auferri beneficium
variationis à lege indultum, ſicut & quamuis ne res in infinitum procedat, & hæres ſupra
modum

16 l. qui bona. §. fi. vbi Alex. de dam. infect.
17 l. Claudius Felix. q. pot. in pig.
18 l. ſi quis ſtip. ſit ſtichum. ſ. eod.
19 arg. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. de leg. iij. & l. ſi mulier. C. ad Velleia.
20 l. ſi. in fi. de bo. auct. iud. poſſ.
21 Bal. ang. Imol. Tor. Aret.
22 l. ſicut. in prin. quib. mo. vſusf. am.
23 l. qui ex pluribus. in fin. de legatis j.
24 d. l. ſi mulier.
25 l. Baliſta. ad Trebel.

modum grauetur, legatum iterum tantum præſtatur[1]: non tamen conſequens eſt, vt idem
in caſu noſtro dicamus, in quo aliter prouiſum eſſe ſtipulatori poteſt. Rectiùs † ergo ſe- III.
cundum Angelum & Torquatum defenditur hęc Bartoli ſententia, quando iudex poſt ite- 4
ratam in eadem re electionem interpoſuiſſet decretum, quo vetuiſſet reo ampliùs variare,
nec enim decretum iudicis illuſorium eſſe debet[2]. quod & cæteri hîc tradiderunt. Sed cùm
lex permittat reo mutationis beneficium, non debet prætor decreto ſuo indultum illi iuris
auctoritate commodum interuertere[3], & ideo beneficiũ appellationis erit reſcindendum.
Qua ratione † & Petri quoque intellectum ego non poſſum probare, qui permittendam IIII.
variationem ſecundum legem noſtram concedit, niſi prætor diem illi aſsignauerit, qua 5
irreuocabiliter eligat[4]. nã vt rectè Iacobus ab Arena Cirillus Homodeus Albericus Ro-
ſatus aiunt, timendum eſt. ne ſic iniuria promiſſori fiat, cui beneficium iuris aufertur, vt
meritò Ioannes ab Imola Iuo, Petrus & Hier. Torquatus ab hac ſententia diſceſſerint, &
legibus pro ea adductis rectè reſponderint, nec enim dubiũ eſt, quin quãdoque iudex poſsit
hoc facere[5], ſicut & electionem in contumaciæ pœnam ad aduerſarium transferre[6]. quod
variis exemplis poſſet oſtendi, ſed negatur id in caſu noſtro permittendũ aduerſus eum qui
beneficio iuris vtitur. Eodem † verbo & Rayn. intellectus laborat, qui debere iudicem V.
antequam ſententiam ferat, interrogare promiſſorem ait, vtram rem ſit daturus[7], & in 6
ea condemnare, nec erit amplius variationi locus, falſum hoc eſt, cùm ſemper prius, quam
dederit, res ſit integra atque ideo cõcedatur ex legis noſtræ verbis mutatio, hincq; apparet
hanc legem à doctoribus noſtris nõ rectè interpretatam eſſe. Quid † ergo dicendum? & VI.
ſuprà vidimus eum, qui alternatiuè promiſit, quoties ipſe electionem habet, cenſeri incer- 7
tum promiſiſſe[8]: & ideo non certi cõdictione, ſed actionem ex ſtipulatu conueniri debere,
cuius hæc eſt natura non vt ad res condemnet, ſed vt id, quod intereſt, præſtetur[9]. Poterit
ergo reus etiam poſt ſententiam arbitratu ſuo variare, ſed actor id, quod ſua intereſt, con-
ſequatur, niſi citra variationem alteram rem ſoluerit: nulla ergo erit infinitas nec cenſe-
bitur in circulo res eſſe. Et hoc eſt, quod veteres, quos primo loco Accurſius refert, cenſue-
runt, qui æſtimationem litis præſtari hoc caſu crediderunt, æſtimationem pro eo, quod in-
tereſt accipiente, non tam quod executio ſit impoſsibilis[10], quàm quod in eo, quod intereſt
ſit facienda, & in hoc differt promiſſor à ſtipulatore, quoties enim electio eſt ſtipulatoris,
tunc certi condictione agendum eſt[11]: ideóque diſtinguimus, an dixerit, *Cum volam*. an, *Cum
voluero*. vt nunquam tamen poſt litis conteſtationẽ mutatio ei concedatur[12], quoties enim
certi condictio competit, oportet rem litis conteſtatæ tempore eſſe certã: quoniam ad illud
refertur ſententia qua de re alibi[13]. Sed quænam eſt legis noſtræ ratio? videtur enim abſur-
dum, vt toties permittatur hæc variatio, cùm regulariter qui electionem habet, eam primo 8
actu conſumat[14], & quod ſemel placuit *, amplius diſplicere non debeat[15], nec permitten-
dum cuiquam ſit, vt in alterius fruſtrationem mutet ſententiam[16], maximè cùm variatio
hæc fraudem quandam arguat[17]: at quoties lex fraudem ſubeſſe ſuſpicatur, ſolet mutatio-
ni reſiſtere[18] quid igitur cẽſendum? & lex noſtra adducit rationem, quia (inquit) diuerſa
cauſa * eſt voluntatis expreſſæ, & eius quæ ineſt, quæ ratio per quàm obſcura eſt, vnde ſic 9
videtur declaranda, vt dicamus electionem ad debitorem pertinere diſpoſitione † legis[19], 10
ex diſpoſitione verò hominis ad ſtipulatorẽ pertinere poteſt, quo caſu volũtas eſt expreſ-
ſa, ideóque ad vim verborum adtendimus, an dictum ſit, *Quem voluero*. an verò, *Quem volam*.
vt tamen facultas variandi litis conteſtatione finiatur[20]: quia actor petendo debet eligere:
& ideo per litis conteſtationem ſibi præiudicat: at in tacita voluntate, id eſt, in reo qui di-
ſpoſitione legis habet electionem, non ita eſt, quia ipſe non cogitur eligere, nec tempore
conteſtationis, nec ſententiæ, ſed ſolùm ad tempus ſolutionis, id eſt, executionis adtẽditur,
& ita Petr. Iacob. Oldr. Bart. cæteri declarant, & probabilis eſt hæc interpretatio, non vide
tur tamen verbis legis cõuenire, quibus non fit differentia inter ſtipulatorem & promiſſo-
rem, ſed duntaxat inter voluntatem quæ tacitè ineſt, & expreſſam, nec eſt veriſimile muta
ri à Iuriſconſulto caſum, & cùm thema quæſtionis ſit in promiſſore, ad ſtipulatorem eum
tranſiſſe, cùm deciſiones iuris debeant intelligi præſuppoſitis prioribus terminis. Alia II.
ergo † fuit quædam veterum interpretatio exiſtimantium, ſi nihil dictum eſſet, tunc diſpo 11
ſitionem legis ſuccedere, quæ promiſſori poteſtatem facit variandi vſque ad ſolutionem,
quòd ſi expreſsim electio verbis contrahentium data promiſſori ſit, tunc vltra litis conte-
ſtationem variationem non admitti, ſicut nec in ſtipulatore admittitur. Sed Bart. & alij cre
briore calculo, hoc reprobant, ſi enim promiſſori conceſſa ſit electio per verbum, *Quem vo-
lam*. videtur id expreſſum quod tacitè ineſt: & ideo nihil operatur[21]: poterit ergo vſque ad
ſolutionem variare, licet aliud in ſtipulatore ſit: reprobãt ergo doctores hunc intellectum:
niſi quando dictum eſſet, quem voluerit, tunc enim cenſebitur primo actu conſumpta ele-
ctio, ſubeſſétque tunc differentia inter expreſſam, & tacitam voluntatem, ſed & hîc intelle-
ctus non cõuenit verbis legis, quæ minimè diſtinguit, dictum ſit quem volet, an verò quem
voluerit

1 d.§.ſi quis decem.
2 l.ſi prætor.in prin.de iud.
3 c.indultũ.de reg.iur.in vj.
4 l.mancipiorũ.de op.leg.
5 l.fi.§.pen.C.de iur.delib. l.ſtatuliberũ.§.ſi ſtichum. de leg.ij.
6 l.legatario.§.ſi duo.de fid.libertat.l.cum quidam. de leg.ij.
7 gl.ſi quando.§.hæres.de leg.j.glo.l.j.de act.empt.
8 l.vbi autem.§.qui illud. ſ.eo.
9 l.ſi quis certum.ſ.ſi cert. pet.vbi dixi.
10 l.qui ſeruum.§.fi.l.proxi.§.cùm ita.
11 d.§.qui illud.
12 d.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.
13 l.certi condictio.vbi dixi.ſi cert.pet.
14 l.cuius.de cur.fur.
15 c.quod ſemel.de reg.iu. in vj.
16 c.mutare.eo.tit.
17 l.fi.in fi.de bo.aut.iud.
18 c.ij.in fi.de reſcrip.
19 l.plerũque.in fi.de iur.dot.c.in alternatiuis.de reg.iur.in vj.
20 d.l.ſi quis ſtip.ſit ſtichũ.
21 l.iij.de leg.j.



III. voluerit. Ego † igitur diſputauerim ſimpliciter eſſe diſtinguendum, vt cùm promiſſor
12 tacitè habet à lege electionem, variare vſque ad ſolutionem poſsit, quia ad incertum tene-
tur, & id, quod intereſt, ſoluendo liberaretur[1]. vnde ſi rem præſtet, quandocunque audien-
dus eſt: at quoties expreſsè electio illi data eſt ſiue verbo futuri ſimplicis, ſiue futuri exacti,
ſiue per hæc verba, *Ad electionem tuam*. ſiue, *Vtrum eligeris, optaueris, dare volueris &c.* videtur ſti
pulatio eſſe certa, ídque actum eſſe, vt res ipſa nõ autem id, quod intereſt præſtetur, & ideo
mutationem vſque ad ſolutionem non eſſe, ſed poſtquàm ſemel elegerit, amplius mutare
non poſſe, ſiue ante ſententiam ſiue poſt elegerit, vt ea verba ad primum actum referãtur[2].
& non facilè ei concedamus mutare ſententiam[3]. Nec obſtat, quod aliter in ſtipulatore di-
ſtinguamus, qui variare vſque ad litis conteſtationem poteſt: quia id ei tribuitur ex regula
generali, qua emendatio libelli ad illud vſque tempus conceditur[4], at reus qui poſt ſenten-
tiam duntaxat eligit, non tam facilè debet mutare, & hîc quidẽ intellectus verbis iuriſcon-
13 ſulti mirum in modum quadrat, ideóque à me probatur. Conſtituenda † ergo eſt regula, vt
promiſſor in alternatiuis variare etiam poſt ſententiam poſsit, ídque vt Dinus & Caſtren.
I. aiunt, etiamſi millies variauerit[5]. Quod non procedit † cùm electio illi expreſsim data
14 eſt per verbum futuri exacti puta, *Quem voluero*. vt cõmuniter doctores ſentiunt. Ego verò
ampliùs dico idem eſſe etiam ſi futuro ſimplici vſus ſit promiſſor, qua tamẽ in re adhuc eſt
II. deliberandum. Non procedit rurſus in ſtipulatorem, cui ſic data ſit electio: nam is vſque
ad litis conteſtationem tantùm, hanc facultatem habet, habita etiam diſtinctione, an fu-
turo ſimplici, an exacto ſit concepta ſtipulatio[6]. Sed quæ ratio differentiæ? & Oldr. ait, quia
plus promiſſori fauemus, quàm ſtipulatori, cùm proniores ſimus ad liberandum[7]. At Pet.
Iac. quia mitiùs cum lege agitur, quàm cum homine[8]. Cyrillus verò & Alberic. quia pro-
miſſori ſecundùm naturã alternatiuæ obligationis electio competit[9], at ſtipulatori ex con-
uentione duntaxat competit, ídque contra iuris regulas, ideóque anguſtior fit inrerprota-
tio[10]. At ego quia cùm electio ſtipulatoris eſt, certi condictione agitur, alterúmque omni-
no dandum eſt, cùm promiſſoris, actio ex ſtipulatu[11] intenditur quæ incerta eſt, qua de re
III. ſuprà. Sanè nec tũc procedit, cùm dies adiecta eſſet intra quã electio ſit facienda[12]. Vnde
15 cùm quis hypothecaria * conuentus, damnatus eſſet, aut rem intra decem dies reſtituere,
aut viginti dare, lapſis decem diebus, nõ poterit ampliùs rem reſtituere, ſed omnino vigin-
IIII. ti præſtabit, quod hîc Albericus cenſuit, & probabilis eſt ſententia. Planè procedit regu
la, vt dixi, in alternatiuis, in quibus vtrunque eſt in obligatione, vt ſuprà vidimus[13]. quòd
ſi vnum in obligatione, alterum in ſolutione ſit, aliud eſſet, poſtquàm enim actor ſemel ele-
V. giſſet, ampliùs variare non poſſet[14], quod hîc Barto. tradit. Qua ratione & tali caſu non
permittitur, vt poſt litis conteſtationem quis variet[15], cùm, ſcilicet, vnum in obligatione,
aliud in ſolutione ex contractu eſt. quod ſi ex diſpoſitione legis ſit, aliud eſt: poterit enim
VI. vſque ad executionem aliud pro alio ſolui[16], qua de re alibi. Addit Aret. quoties de me-
ra legis diſpoſitione agitur, primo actu conſumi electionem[17], quod in electione remedio-
rum defendi poteſt, vel cùm fraus fieri legi poſſet[18]. Vnde infertur quoties reo ex legis di-
ſpoſitione electio pœnarum cõpetit, non eſſe ei indulgendam variationem[19]. Sed amplior
VII. hæc eſt quęſtio, quàm vt hîc tractari debeat. In vltimis quoque volũtatibus: quia electio
16 executionem * ſecũ trahit, licitam non eſſe variationem receptum eſt[20], quod hîc Barto.
VIII. tradit & nos loco ſuo tractauimus. Sed & quoties non de electione, ſed voluntatis * de-
17 claratione agitur, conſtat eam non niſi ſemel fieri poſſe[21], quod nos ſuprà attigimus. vnde
IX. inquit hîc Bart. in voluntatis ambiguæ declaratione non permitti variationẽ. Sed nun-
quid qui poteſtatem eligendi habet, ſi inutiliter eligat, iterum admittatur? & conſtat inuti-
lem actum nihil obſtare quin rurſus eligi poſsit[22]. quod Alberic. hîc legis noſtræ argumen
to cenſuit, & crebriore calculo receptum eſt[23]: dum tamen iure proprio quis illum repetat,
non ſi alieno vt quia delegatus aut compromiſſarius[24]. Item dum verba, quibus electio in-
dulgetur vberiora ſint, & ad ſequentem quoque actum trahi poſsint[25]. Item dum, cognito
X. errore, quis re electa abſtinuerit, non ſi ſcienter approbauerit[26]. Sanè conſtat quando-
que actum nullum impedimento variationi eſſe, ſi partium conſenſu confirmatus ſit[27], vel
aliàs perinde ac validus effectum ſit cõſequutus[28]: vt quia qui vinum optare debuit re ipſa
acetum habuerit, & illud in ſuos vſus verterit, quod & Aret. alibi docuit. Idem ſi tali ele-
ctione cenſeretur quis viæ competenti renuntiaſſe[29], vel aliàs lex variationem hanc ab-
horreat, & ſuſpectam habeat[30]. quæ omnia alibi diligenter à pontificiis tractata non exiſti
maui hic diffuſiùs explicanda, tametſi ea Alberic. hic non incurioſe diſputauerit, ſed finge
18 aliquis ſtipulatus † eſt ſibi aut Titio dari, promiſſor elegit potiùs adiecto ſoluere, & illi
pignus dedit, nunquid mutare poſsit ſententiam & ſtipulatori ſoluere? & conſtat poſſe, pi-
XI. gnoríſque repetitioni locũ eſſe[31]. Quod non arbitror procedere, ſi ſibi aut Titio ſatiſfie-
19 ri ſtipulatio eſſet, etenim datio * pignoris ſatisfactio eſt[32], ideóque mutare volũtatem poſt
20 ſolutionem ei non liceret. Subiicit † hîc Accur. eum, qui ſibi Aut Titio ſtipulatus ſit, poſſe
prohibere

1 d.§.qui illud.
2 l.boues.§.j.de verb.ſigni.
3 d.c.mutare.d.c.quod ſemel.
4 l.edita.C.de eden.
5 l.ſi ſterilis.§.fi.de act.em.
6 d.l.ſi quis ſtipulatus.l.ij.§.generaliter.de eo quod cert.loco.
7 l.fauorabiliores.de regu.iuris.
8 l.Celſus de arbit.
9 d.c.in alternatiuis.
10 l.Centurio.de vulg.
11 d.§.qui illud.
12 d.l.Celſus.d.l.ſi ſterilis.in fine.
13 l.ſi duo.ſ.eo.
14 l.ſi plurib⁹.in fi.de leg.j.
15 l.ſi quis ſtip.fue.x.in mel le.ſ.de ſol.
16 l.item veniunt.§.idem rectè.de per.hæred.l.miles.§.j.de re iud.
17 l.cuius.de cur.fur.
18 d.c.ij.de reſc.in vj.
19 Cin.l.quicunque.C.de ſer.fugi.
20 l.apud Aufidium.de op.leg.l.ſerui electione.de leg.j.vbi dixi.
21 l.quicquid.l.qui ex pluribus.ſ.eod.
22 l.ij.de opt.leg.Bar.l.hęc conditio.de condi.& demõ.
23 Felin.in c.ex tenore.de reſcrip.
24 l.iiij.C.quomodo.& quã.iud.c.ſi cõpromiſ.de elect.in vj.
25 d.c.ne captãdæ.de elect.vj.vbi doct.
26 c.ſi beneficia.de præb.in vj.Roma.conſil.cccxxix.
27 l.nihil.§.ſi cum filius.de inof.teſt.
28 d.l.ij.Aret.d.l.ſerui.
29 l.filium emãcip.de acq.hered.glo.c.cum in multis.de reſ.in vj.
30 c.quia propter.de elect.
31 l.antepen.ſ.de pign.
32 l.itẽ.§.j.quib.mod.pig.ſolu.

prohibere ne Titio ſoluatur:quia tacitum mandatum hîc adiectus habet, quod reuocari à
ſtipulatore poteſt,quam ſententiam doctores improbant[1],ſed Caſtrẽſis defendit,cùm non
animo donandi,ſed tanquam procurator eſt adhibitus,& probabilis eſt eius ſentẽtia,ſi vo-
lente debitore id fiat[2],aliàs eo inuito non poteſt ſtipulator formam ſtipulationi datam im-
mutare[3],quod Aret.rectè cenſuit.Item probabilis eſt,ſi conſtet ſolius creditoris fauore ad-
iectum fuiſſe Titij nomen[4].Et hæc quidem ſatis:nam quæ ſubiicit Accur.quandoque non
idem pollere tacitum & expreſſum,alibi explicandum eſt,ſicut & nõ terminus,qui iudica-
tis à lege datus eſt,ſi ab arbitro ſit conſtitutus,deſinat legalis eſſe?& enim receptum eſt,non
legis,ſed hominis terminum cenſeri[5].Sed hæc omnia loco ſuo[6].

1 l.ante pe.§.de ſol.
2 l.idémque.§.ſi cui mand. Bart.l.ſi cum emptore.in fi. de pact.
3 l.verò.§.de ſolut.ver.alia.
4 l.hoc iure.§.ſi quis dederit.de dona.
5 l.iij.de leg.j.vbi dixi.
6 l.interdum.§.fi.§.eod.vbi dixi.

## SVMMAE.

*3 L.Cum ex cauſa.ſenſus. 6.*
*4 Exceptiones hæreditariæ diuiduæ.*
*5 L.Si rem.de euict.explanari.*
*6 L.Pœnales.§.fi.ad l.fal.ſenſus.*
*7 Venditori ſcienti lis nuntianda:ex cauſis contrà.8.*

## LEX CXXXIX.

CVM EX CAVSA DVPLAE. In cauſa euictionis * contra ven- 1
ditoris hæredes denũtiatio,& petitio inſolidum fit,ex actio verò pro por-
tionibus hæreditariis diuiditur[7].Sed quæ huius rei eſt ratio?& ſciendum
eſt,ipſum quidem venditorem * ſemper inſolidum emptori teneri[8],cæ- 2
terùm,mortuo venditore,relictis pluribus hæredibus,per legem xij.Tab.
iura teſtatoris ſiue in agendo,ſiue in excipiendo conſiſtant,pro partibus
hæreditariis diuiduntur[9].Pone ergo,emi domum à Titio,Seius eam ad ſe pertinere con-
tendit,& in rem aduerſus me agit,quomodo mihi aduerſus hæredes Titij conſuletur,& ſi-
cut Titius à me conueniri potuit vt rem defendat[10],ita & eius hæredes conuenientur. Sed
quomodo conuenientur?& hîc dicitur † inſolidum cõueniri,licet enim iura defenſionum 3
aduerſus Seium inter ipſos pro parte hæreditaria ſint diuiſa:quod tamen ad me adtinet,
inſolidum tenentur,quia rem ego pro parte non emiſſam:ideóque venditionis natura hîc
dicitur indiuiſa.Sed poterit ne vnus hæredum rem inſolidum defendere? & hîc probatur,
non poſſe:imo ( vt hîc dicitur ) vno deficiẽte,cæteris ſubſiſtere nihil prodeſt:cùm enim re-
ſpectu iſtius actoris iura ſint inter cohæredes diuiſa,non poteſt vnus de alieno iure experi-
ri,& cùm totam rem defendere nequeat.in fauorem emptoris ſtipulatio inſolidum cõmit-
tetur,alioquin cæteri hæredes hîc non ex contumacia alterius,ſed ex facto ſuo tenerentur,
qui cùm poſſent,totam rem non defendiſſent[11].Standum igitur eſt regulæ,vt in cõſortibus
eiuſdem litis ſententia pro vno eorum lata alteri non proſit, niſi quatenus mandatum aut
ratihabitio acceſſerit[12].cæterũ Din.Iac.Oldr.Bar.Caſtr.cæteri vno ore aduerſus expreſſa
legis noſtrę verba aliter ſentiunt,nempe non poſſe aliquos ex hęredibus ſe defendere,quin
& abſentes defendant,noſtrámque legem reſtringunt:cùm qui præſentes erant,nõ quidem
defenderunt,ſed ceu victi pro parte ſua litis æſtimationẽ ſoluerunt[13],vel hypothecam pro
parte tantum ſua liberarunt[14].Quam ſententiam ceu legi noſtræ repugnantẽ ego non ſe-
quor,etenim ( vt ſuprà dixi ) exceptiones venditori † pro rei defenſione competentes per 4
legem xij.Tab.diuiſæ ſunt:ideóque ſolidũ defendere ſinguli nequeunt:quod ſecùs eſt,ſi di-
uiſæ non eſſent,ceu de ipſis principalibus ageretur[15].Itẽ ſecùs eſt ipſius emptoris reſpectu,
qui eos inſolidũ conuenit,vt defendãt,cùm ipſe partem non fuiſſet empturus:& ideo ſi em-
ptor vnum vincat vel ab vno vincatur,cæteris vel damnũ vel vtilitatẽ inſolidum parat[16],
ſicque Celſus Iuriſconſultus † loquitur,de lite,ſcilicet,quæ emptori cũ cohæredibus eſt,vt 5
defendant,non de ea quæ ab actore euincente inſtituta eſt.Poteſt tamen cõmunis ſentẽtia
defendi,quando actor exceptione facti ſeu intentionis prorſus excluſus eſſet, vt quia non
ſimpliciter feciſſet pactum non petendi ipſi venditori & ſucceſſoribus eius, ſed acceptila-
tione eum liberaſſet[17],nec enim poteſt acceptilationem allegare,quæ non cæteris cohære
dibus proſit.Idémque cùm emptor non quidẽ conuenit cohæredes,vt defendant,qui eſt ca-
ſus legis noſtræ,ſed ſimpliciter denũtiauit eis motam litẽ,incitauítque,vt adeſſent iudicio,
prout loquuntur doctores,cùm enim lis cũ ipſo emptore ſit[18],non poteſt ad vnius adſiſten-
tis ſibi inſtantiam eiuſmodi acceptilationem aduerſus actorem adducere, quin & cæteris
proſit[19],quod & Aret.hîc tradit,& ex ſupraſciptis apparet in lege † noſtra verbum, *Intendi-* 6
*mus*.& verbum, *Conueniendi*.de actione intelligenda eſſe non de ſimplici denuntiatione,vt
Accur.ſenſit,quod & alibi fecit,vbique ea verba aduerſus ſermonis proprietatem violan-
do[20].tenetur enim venditor eiúſque hæres ad defendendũ,etiam pendente iudicio:alio-
quin in id,quod intereſt,ſeu ex penſis litis condemnatur,quod ſuprà diſputaui[21].Addit hîc
Bart.non eſſe legi noſtræ locũ cũ ſeruus eſt venditus,& ex ea cauſa facta eſt denuntiatio,vt
euictio pręſtetur,etenim ſtipulatio duplæ,quę pro ſeruo vẽdito interponitur,prętoria eſt[22].
in prætoriis

7 l.in executione.§.inſolidum.§.eod.
8 §.l.iiij.§.Cato.in fi.
9 l.pacto ſucceſſorũ.C.de pact.l.j.C.ſi cert.pet.
10 l.ſi plus.§.mota.de euic. Bart.l.venditores.§.eod.
11 l.antepen.ſi ex nox.cau.
12 l.ij.C.de conſor.eiuſdẽ lit.vbi Bald.in fi.
13 Ang.l.fi.§.j de reſ.vendi.
14 l.rem hæreditariam.de euict.
15 d.l.antepen.
16 l.ſi rem quã.de euict.§.j.
17 l.vt reſponſum.C.de tranſact.
18 l.venditor.§.de iud.
19 l.ſi pro luſorio.§.j.de appella.Aret.hic.
20 d.l.ſi plus.§.mota.
21 l.vẽditores.§.eo.vbi Bar.
22 l.emptori.de euict.



in prætoriis autem ſtipulationibus receptum eſt ex Iuliani authoritate ſtipulationem inſo-
lidum non committi,ſed aduerſus eum duntaxat qui contrãfecit[1].quę ſententia à me ſuprà
6 reprobata eſt:quia Iuliani † reſponſum de obligatione in hæredes transfuſa non loquitur,
ſed de ea quæ à principio diuiſim ſingulis quæſita fuit.Item de obligatione pœnali non in-
telligitur,ſed de ea quæ quanti res eſt,ideſt ad id quod intereſt committitur, vt ipſe Barto-
lus, & omnes veteres ante eum ſcripſerunt[2].Et hæc quidem hîc ſufficiant,quandoqui-
dem hæc materia & ſuprà à nobis eſt tractata[3].ſanè Angelus, & Imola, vulgarem illam
7 quæſtionem hîc tractant, an venditori litem † motam ſcienti denuntiandum ab emptore
ſit, vt euictionis cauſa illi ſalua ſit, in quo articulo receptiſsima eſt ſententia omnino de-
nuntiandum eſſe[4],quia talis denuntiatio non ſolùm admonitionis & ſcientiæ cauſa fit,
ſed etiam vt venditor incitetur, vt liti adſiſtat, emptorémque defendat[5], alioquin pro-
babiliter credere poteſt propriis iuribus confidere emptorem,nec ſuo auxilio indigere[6],
meritò igitur eum incitatio neceſſaria ſit, non ſufficit ſola ſcientia, ſed requiritur denun-
tiatio[7],ſicut nec ſufficit ſola debitoris ceſsi ſcientia,quominus principali ſoluat,ſed neceſ-
ſaria eſt ceſsionarij denũtiatio,quoties principalis periculo facta eſt ceſsio[8].Ego ex exem-
ptionis natura id eſſe ſcio,vt venditor,vel dominium transferat,vel vſucapiendi conditio
nem[9].Vnde rei alienæ venditio valet[10],nec venditor vltra tenetur,quàm vt emptori habe
re liceat[11],& ideo ſi emptor timeat, ne ſibi habere liceat,id eſt,res euincatur,venditorẽ ad-
monere debet:quia qui tenetur ad defendendum,conditionaliter tenetur,ſi in tempore re-
quiſitus fuerit[12],nihil ergo refert,quòd venditor ſciat moueri litem,ſicut nec debitor ideo
in mora cõſtituitur,quia ſciat creditorem ſuum pecunia indigere ſed neceſſariò appellan-
I. dus eſt[13]. Si † tamen aliud actũ ſit,tunc ſecùs eſſet,vt quia denuntiationis exceptionem,
8 venditoris pacto remiſſam proponeretur[14]. Vel qui emit pupillus ſit,& eiuſmodi qui vel
II. tacendo in mora irregulari debitorem conſtituat[15]. Idem ſi venditor promiſerit ſtatim
III. mota lite ſuſcipere defenſionem,& ita iuraſſet quod hîc Alexan.diſputat,& ego alibi diffu-
IIII. ſiùs adtigi[16]. Idem cùm manifeſtum,ſeu( vt aliqui dicunt ) notoriũ eſſet malam eſſe ven-
V. ditoris cauſam[17]. Ideo ex facto reſponſum apud Fulgoſium extat,ſi omnino res,quam-
uis denuntianti fuiſſet euicta,vt quia ex actis appareat nullam venditori competere defen
ſionem,tunc exceptionẽ hanc emptori non obſtare[18].ſed tamen hanc ſententiam ego fa-
cilè non ſequar:quia ſi conſtet manifeſtè bonam actoris cauſam,licet non teneatur emptor
litigare,ſed bonam fidẽ agnoſcere poſsit,venditori tamen denuntiare,ſententiéque euen-
tum expectare debet[19].Vnde receptior eſt ſententia notorium quidẽ à proſequutione cau-
VI ſæ excuſare,à denũtiatione verò non excuſare[20]. Solum igitur Fulgoſij reſponſum ſe-
querer,quoties venditor ſciens alienam rem eſſe nihilominus vendidiſſet,tunc enim quia
dolo egiſſe videtur emptori ſuccurrendũ eſt[21],prę́ſumeretúrque ſciuiſſe in re notoria quo-
ties coniecturæ retro inferrent,tempúſque contractus reſpicerent.Idem ſi mala fide docu-
menta ſuppreſsiſſet,vnde emptor ipſe inſtrui nõ poſſet,quod hoc caſu Bal.rectè cenſuit[22].
VII. Sed & ſi abſens venditor fuerit,vt ei denuntiari non potuerit,nihil eſt quod emptori im-
putetur, ſaluáque illi ideo erit euictionis actio[23].nec arbitror tali caſu alia proteſtatione
VIII. opus eſſe,cũ impedimentum ex ipſius venditoris facto proueniat[24]. Illud quoque con-
ſtat,ſi tam emptor,quàm venditor ſimul cõuenti ſunt,aliã denuntiationem neceſſariã non
eſſe[25].Nec refert quod venditor iudicio noluerit adſiſtere,quia tum maximè teneri debet,
propter propriã contumaciã,quæ victoriæ cauſam videtur dediſſe[26],licet diuerſus in hoc
iuerit Socin.Addunt & recentiores alios caſus,quibus nõ eſſe neceſſariam denũtiationem
arbitrantur,ſed quia eos ego non probo,minimè referendos exiſtimaui.

1 l.pœnales.§.fi.ad l.Falci. Bart.§.Cato.q.ij.
2 Din.Old.Iac.Ray.Bart. d.l.pœnales.
3 l.iiij.§.fi.d.l.in executione.§.eod.
4 l.qui abſentem.de proc. vbi Bart.
5 l.j.C.de peric.& cõmod. rei vend.vbi Bal.
6 Bar.l.emptor.C.de euict.
7 l.denuntiaſſe.de adulte.
8 l.iij.C.de nouat.Bart.l.ſi cum emptore.de pact.Bald. d.l.j.
9 l.exempto.de act.empt.
10 l.rem alienã.de cõtrah. emp.
11 l.habere.de euict.
12 c.breui.de iureiur.Abb. conſil.xlix.in ij.
13 l.ſi ex legati.de verb.ob.
14 l.herennius.de euict.
15 l.in minorũ.C.in quib. ca.in inte.
16 l.quod te.ſi cert.pet.
17 Rom.Alex.l.nõ ſolum. §.morte.Imol.Barb.c.fi.de empt.
18 gl.in l.ij.C.de cõtr.iud. tut.l.ij.§.quòd de frumẽto. de admi.re.ad ci.
19 l.emptorem.vbi gloſ.& Bar.de act.emp.l.at,qui.§.cum me.vbi Abb.de neg.
20 c.deci.conſi.lxxiiij.
21 l.ſeruus quẽ.§.fi.de act. emp.Bal.d.l.j.
22 l.Titius.ij.de act.empt. Bald.d.l.ij.
23 l.ſi ideo.§.præſenti.l.ſi fundo.§.fi.de euict.
24 l.quibus diebus.in princip.de condi.& demon.l.ij. vbi doct.ſi quis caut.
25 l.ſi dictum.§.pe.eo.tit.
26 arg.d.l.ſi ideo.in prin.

## SVMMAE.

*2 Genus ſpeciebus cenſeri 4.6.*

## LEX CXL.

I PLVRIBVS. Stipulatio * generalibus verbis concepta † ſecundum
2 ſpeciales conuentiones præcedentes multiplicatur,quæ in eam deductæ
ſunt,ſpecialis ergo mentio in præfationibus facta,cenſetur & in ſtipula-
tione generali repetita[27],& ( vt relatio * cum ſuis qualitatibus facta vi-
3 deatur ) ſiue hæ qualitates effectum reſpiciãt[28],ſiue verborum formam.
Sed quid ſi aliquod pactum prius ſcriptũ inutile eſſet,nunquid confir-
I. mabitur ex ſequenti ſtipulationis clauſula?& Alber.[29] cenſuit confirmari,adhúcque eſſe le
II. gi noſtræ locum. Quid † ſi clauſula ſtipulationis non in fine poſita,ſed in principio eſſet.
4 & videretur nihil referre[30].ſicut & videmus nihil intereſſe, an quis ſubſcriptione ſua ſyn-
graphen aliquam approbarit,an ſupraſcriptione,quod Alexander[31] ex facto reſpondit.
III. Quid ſi ex interuallo ſtipulatio hæc acceſſerit,vt quia hodie cõuentum inter nos pactis

27 l.Titia.§.fi.§.eod.
28 Tor.hic.
29 Alberic.d.l.Titia.in fin.
30 arg.l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium.de eden.
31 Alex.conſi.cxlvij.ij.

nudis eſt,& poſt quindecim dies interponimus ſtipulationem generalẽ,*Ea vti ſcripta eſſent,*
*dari fieri ſpondes.*[1] & cùm lex noſtra nõ diſtinguat,nec nos diſtinguamus. Sed quid ſi dictio IIII.
ſupraſcripta non ſit ſtipulationi adiecta?& non eſt dubium talem dictionem ad omnia ſu-
praſcripta cum ſuis qualitatibus referri[2].dum tamen commodè poſsit, alioquin ad proxi
ma ſolùm refertur[3].Ego tamen puto idem eſſe, ſi ea dictio non adſit,vt quia ſcriptum ſim
pliciter ſit,*Hæc omnia dari.*vel, *Quæ pacta ſunt dari.*& ſimilia. Sed nunquid ex proprietate V.
ſermonis procedat legis noſtræ regula?& exiſtimant doctores procedere,quia hîc dicitur,
*Et proprius eſt.*id eſt,magis proprium: ergo verò comparatiuum à dictione, prope,eſſe arbi-
tror,vt ſit propius, id eſt propinquius veritati[4]. Sed nunquid hæ ſtipulationes,quæ hac VI.
generali continentur,dicentur expreſſæ an tacitę?& Aret.ait cenſeri expreſſas in genere[5].
Ego in ſpecie quoque expreſſas arbitror,nõ quidem fictæ vt ille credidit,ſed iuris interpre-
tatione,quæ in ijſce rebus vere diſponit[6]. Hincque infert Angel.vt minor, qui iurat ſe VII.
maiorem *, cenſeatur in integrum reſtitutioni renuntiaſſe,oportet eum tactis corporali- 5
ter ſcripturis iuraſſe[7].Finge ergo,in inſtrumento tabellionis ſimpliciter ſcriptum eſt eum
iuraſſe,deinde adiecta ſunt multa pacta,demum in fine ſubiecta eſt clauſula, *Quæ omnia, &*
*ſingula iurant partes,tactis ſcripturis,adtendere & obſeruare.*&c.nũquid videbitur etiã tetigiſſe ſcri
pturas,cùm iurauerit ſe maiorem? & Angelus exiſtimat † cenſeri tetigiſſe,ídque legis no- 6
ſtræ argumento,vt clauſula ſequẽs generalis ad ſupràſcripta ſpecialiter ſcripta referatur[8].
ſed Imola & Aret.hîc diſſentiunt,quia clauſula generalis in fine poſita nõ debet ad ea ex-
tendi,quæ ſuprà ſpecialiter ſcripta ſunt[9],quod verum eſſet,ſi talis clauſula non eſſet eo fine
adiecta, vt quæ ſpecialiter dicta ſunt confirmaret[10],quod Torquatus hic ait.Addit Imola.
non eſſe credendum bis iuratum eſſe[11],ideóque ſecundum iuramentum * ad primam cau 7.
ſam trahendum non eſſe,quod ſane,quàm friuolum eſt,verba enim clara ſunt,& ſupràſcri-
pta omnia comprahendunt,eum ad ea commodè referri poſsint[12].

1 l.petens.C.de pact. l.iuriſgentium.§.quod ferè.eo.tit.
2 l.ſi idem.§.fi.de iuriſdic.om.iudi.Deci.conſi.clxxxij.in fin.
3 l.j.§.penul.de poſtul. vbi doct.
4 l.cum ſtipulatus.verbo.propemodum.ſ.eo.
5 l.quod dicitur.vbi dixi.ſ.eod.
6 l.mercis appell.de verb.ſigni.vbi Bar.l.ſi maritus.§.j.de adult.
7 l.ſi alterius. C.ſi min.ſe ma.dixerit.
8 arg.no.in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vendi.pig.
9 l.doli clauſula.ſ.eod.
10 l.ſi ſeruum.§.inquit lex.ad l.Aquil. Doct.l.j.§.j.de op.no.nunt.
11 c.& ſi expreſſa.de iureiu.
12 d.l.j.§.pen.de poſtul.vbi Bart.

S V M M AE.

1 ☞ *Stipulationem annis multiplicari.*
3 *Promiſſio annua bima &c.diſtribuitur in annos.*
5 *Fructuum in annos venditio multiplex eſt.*

§.DE HAC STIPVLATIONE. Licet annua † ſtipulatio vna ſit,nõ autem ſe- 1
cundum annorum numerum multiplicetur,vt ſupra vidimus[13], tamen aliud hic reſpon-
ſum eſt,cum ſub hac forma cõcepta eſſet,*Promittis talem pecuniam annua bima trima die, & quo-*
*que die dare.*cenſentur enim tres ſtipulationes,cùm tribus annis facienda ſit ſolutio,ſed quæ
eſt huius rei ratio,nec enim videtur quicquam referre,an ea verborum forma ſtipulemur,
an dicamus in ſingulos annos,cùm diſtributio ſingulis annis facta æquipollere illi tempo-
rum enumerationi videatur[14].& Angelus iterationi diſtributiuæ clauſulæ hoc tribuit,non
enim ſolùm promiſsio concepta eſt,*Annua bima trima die.*ſed adiectum.*Quaque die.*& quam-
uis dictio Quiſque,collectiua ſit[15]: quia tamen ſingulariter partes tribuit, vim etiam diſtri
butiuæ habet.eſt autem geminatio plerunque non parui effectus in iure noſtro[16],ſed hæc
ſententia recepta non eſt: nec enim credendum eſt legi noſtræ locum non eſſe ſi dictio,
*Quaque.*appoſita non fuiſſet.& plerunque idem ſimplex clauſula poteſt,quod iterata opera
retur: neque enim verborum * multiplicatio ius mutat[17].Verior ergo,& receptior ſenten- 2
tia eſt,vt id tribuamus expreſſa temporũ dinumerationi,ſi quidem idem eſt dicere †, *Pro-* 3
*mittis annua bima trima die?*quod primo & ſecundo & tertio anno, quoquo anno æquas por-
tiones[18],vt ſi ſumma promiſſa ſit triginta,videãtur decem,item decem,item decem,pro-
miſſa, quo caſu certum eſt eſſe tres ſtipulationes[19], quod multo magis procederet, ſi
adiectũ eſſet[20],in æquis portionibus.Quamuis ergo promiſsio in ſingulos annos quemli-
bet diſtributiuè contineat,non tamen expreſsè & nominatim continet.at in ſtipulationi-
bus maximè ad vim verborum attendimus.Addit hîc Albericus,cum qui triginta ſtipula-
tus ſit annua bima trima die,lapſo primo anno non poſſe decem petere,ſed expectandum
eſſe triennium,ídque ex Pomponij reſponſo[21], quæ ſententia falſa eſt, nec enim ita ſentit
Pompo.ſed differentiam circa venditionem pignoris conſtituit, an dictum ſit, niſi ſua
quaque die pecunia ſoluta eſſet, an pecunia quæque ſoluta eſſet,vt primo caſu expectetur
triennium, hoc ſecundo non expectetur, cùm * dictio, *Quæque.* pecuniæ adiecta particu- 4
lariter diſtribuat quamlibet ſummam, quod non eſt, cùm non pecuniæ,ſed diei adiicitur.
Sed pone,Fiduciarius cliens, vt æs alienum diſſoluat vẽdit fructus † fundi per trienniũ, & 5
eo finito,per aliud triennium, an tot erunt venditiones,quot ſunt temporum enumeratio-
nes? & hîc probatur eſſe quod Baldus cenſuit[22]. Qua ratione idem eſt dicendum, cùm
quis fundum in nouennium locat, deinde in aliud nouennium, & ſic deinceps,tot erunt
locationes quot nouennia, valétque hic contractus: dum tamen in fraudem legis non fiat,
quæ

13 l.ſtichũ.§.ſtip.ſ.eod.l.ſenatus.in fi.de don.cau.mor.
14 l.ſicut.in prin.quib.mo.vſ.am.l. huiuſmodi. §. pen. de leg.j.
15 l.hoc articulo.de hæred.inſti.l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.de pig.act.
16 l.baliſta.ad Trebell.
17 l.pediculis. §. Labeo.de auro,& argen.lega.
18 l.iij.ſ.de ann.leg.
19 l.ſcire.in gl.ſ.eod.
20 d.l.iij.
21 d.§.ſi annua.
22 Bald.l.voluntas.C.de fideicommiſsis. Alex.conſil.50.lib.v.in fi.



quæ alienationem prohibeat[1].quod Dinus Oldradus Albericus,hîc tradiderunt.quo caſu
cum plures ſint locationes,non vitiabitur prima vtilis, per alias inutiles[2]. Fortiùs ego ar-
bitror indiſtinctè valere etiam ſi de re alienari prohibita fiat:dum tamen id agatur,ne vti-
le dominium in huiuſmodi conductorem tranſeat[3],quod in dubio eſt credendum,vt actus
6 valeat, nec enim prohibita * alienatione cenſetur prohibita locatio[4], etiam ad longum
tempus,dum actum ſit,ne vtile dominium transferatur[5], ſicut nec venditio fructuũ etiam
ad vitam alienantis prohibita cenſetur[6], & lex hãc renouationem in emphyteuſi prohi-
bet, quæ propter tranſlationem vtilis dominij propriè eſt alienatio[7]: de locatione verò
non loquitur,ex qua ius perſonale tantùm tranſfertur.ergo permiſſum cenſebimus, quod
prohibitum non reperitur,probántque hoc non aduocati ſolum,quorum vt Albericus ait,
fuit hæc cautela, ſed etiam multarum vrbium vſus,quicquid Alexander, alíique recẽtiores
conſilijs ſuis commenti ſint[8].

1 §.neque illud.quod hactenus in authen.de non alien. vbi Ange.
2 l.j.§.ſi ſtipulanti. ſ. eod. Bald.conſi.ccccclxxv.j.
3 l.j.§.qui in perpetuum.ſi ag.vect.
4 gl.l. codicillis.§. inſtituto.de leg.ij.
5 Bald.Imol.l.ſi domus.in fi.de lega.j.l.j.aut ſi libellario.in fi.quib.mo.feu. amit.
6 Bar.l. vſufructu.ſol. mat. Iaſ.§.diui.verſ.xij. limita.
7 d.§.neque illud.
8 Alex.cõſil.clxv.in ij.ciiij. in iij.Iaſ.l.manumiſsiones.de iuſt.& iu.

S V M M AE.

2 ☞ *Contractum mutato rei ſtatu irritari.*
3 *Contractum initio valido ex cauſis ſubſiſtere.4.5.*
6 *Ceſſante cauſa, actum ſubſiſtere: ex cauſis diuerſum.11.*

§.ET SI PLACEAT. Adfert hic iuriſconſultus regulam cui ſubiicit duas exceptio-
1 nes. Regula eſt, vt obligatio * quæ ad caſum peruenit,à quo incipere non poteſt, vitietur
vt[9], cùm res promiſſa efficitur ſacra[10],vel ſeruus promiſſus citra † moram debitoris deſi-
2 nit eſſe in rerum natura[11]: vel cùm quis legat ſeruo alieno quem deinde redimit[12]:vel cùm
is ſeruus qui læthaliter vulneratus eſt,liber efficitur.ceſſat enim legis Acquiliæ actio[13]:vel
cùm is,cum quo litem conteſtatus eram,arrogatur:iudicium enim ſoluitur[14]:vel cùm fun
dum,cui ſeruitutem dari ſtipulatus eram,in totum,vel pro parte alienauero[15]:vel cùm ſa-
cerdos ſecundas nuptias contrahit,cadit enim iure ciuili à ſacerdotio[16]:vel cùm is ſeruus,
qui furtum nihil fecit,incipit ad dominium meum pertinere[17] & ſiqua ſimilia.Sed quæ ra-
tio eſt regulæ?an quòd,quæ impediunt facienda,eadem plerunq; etiam facta infirmant[18]?
an quid ſicut,ceſtante cauſa,ceſſat diſpoſitio[19],ita ceſſante per ſuperuenientem caſum ra-
I. tione,quæ contractũ ſuſtinebat,etiam contractus ipſe infirmatur[20]. Excipitur † hîc à Iu-
3 riſconſulto primus caſus,cùm verè quidem ad caſum peruenit,à quo incipere non poteſt,
ſed iuris interpretatione ſecùs eſt[21]:tunc enim actus ſuſtinetur:vnde ſi quis ſtipulatus viam
fundo cõmuni deceſſerit,relictis duobus hæredibus,ſuſtinetur ſtipulatio[22]:quia licet vere
quilibet hæredum pro dimidia repræſentet teſtatorem[23], iuris tamen interpretatione
propter rei indiuiduæ naturam cenſetur quilibet inſolidum repræſentare[24]. at dubium
non eſt duobus inſolidum ſeruitutem deberi poſſe[25], quod ex quadam neceſsitate lex
induxit[26]: durum enim eſt, vt ſeruitus vni promiſſa quodammodo multiplicetur,
II. & duobus inſolidum deberi incipiat, ſed aliter conſtitui non potuit. Sanè fortiùs
ſuſtinetur actus, quando nec iuris quidem interpretatione ad caſum peruentum eſt,
quo res incipere nequeat[27]: vnde ſi alteri ex duobus reis promittendi creditor ſucceſ-
ſerit, alter reus non liberatur: quia quod ad eum adtinet, nulla eſt obligationis cõ-
III. fuſio[28]. Sed & quoties † lex ad principium duntaxat attendit, ſatis eſt tunc valuiſſe
4 nec ex poſt facto actus vitiabitur cenſetur autem ad initium ſolum adtendere, cùm
eundem finem cauſa impediens & impedita reſpiciunt[29]. Vnde valet legatum credi-
tori factum, ſi legatum ſit purè, debitum verò conditionale, quamuis deinde euene-
rit viuo teſtatore conditio, vtraque enim cauſa & legati & debiti eò reſpicit, vt cre-
ditori ſatisfiat. Sed ego non arbitror ſufficere, quòd vtraque cauſa ad eundem finem
tendat[30], niſi & nihil debitoris interſit quod prima cauſa ſtet firma, quod Aretinus hic
IIII. ſentit. Quod & tunc dicendum eſt,cùm † impedimentum ex perſona prouenit abſque
5 tamen illius[31] delicto, tunc lex mitiùs interpretatur & ſatis habet rem tempore habili
eſſe confectam[32], initiumqúe reſpicit, quod deinde ſubſecutum eſt non curat[33]. Alter
eſt caſus, quem Iuriſconſultus excipit, quoties actus iam perfectus conſummatúſque
eſt,tunc enim ex cauſa noua non facilè infirmatur[34]. Sicut & videmus ceſſante cauſa
non ceſſare effectum, qui iam conſummatus ſit[35]. Vnde ſi mihi ſeruitutem † in fundo
I. 6 tuo ad fundum meum promiſeris, eámque obligationem abſolueris, id eſt, ſeruitutem
conſtitueris, ſiue partem fundi ſeruientis alienes, ſiue ego partem fundi dominantis,
non vitiatur conſtitutio[36]. Sic & matrimonium conſummatum durat, tametſi impe-
II. dimentum in perſona ſuperueniat[37]. Sic cæcus iudex permanet, qui à principio eligi
III. non potuit[38]. Sic faciliùs res iam orta conſeruatur, quam à principio produci va-
IIII. V. leat quod plurimis exemplis Iaſ. oſtendit[39]. Sic eius teſtimonium * qui quo tempore
7 habilis erat, interrogatus fuit, etiam in futurum ſuſtinetur, quamuis infamis fuerit, de
inde pronuntiatus[40].quod intelligunt doctores, etiam ſi ex cauſa notatus ſit quæ retrò

9 l.exiſtimo.ſ.eo.l.pen. de ſuſp.tut.l. Vranius. verſic. ſi duo.ſ.de fideiuſ.
10 l.inter.§.ſacram.ſ.eo.
11 l.ſi ſeruum.ſ.eo.
12 l.iij.in fi.de iis.
13 l.quia.ad leg.Aquil.
14 l.ſi à me.de iudi.
15 l.ſi quis ſub vna.§.j.ſ.eo.
16 verſi.ſed neque eum.in auth.quo.opor.epiſ.
17 l.falus.§.fi.de furt.
18 l.non diſting.§.ſacerdotio.de arb.l.ſi pecuniæ.in fi. vt in poſ.leg.no.
19 c.cùm ceſſante. de app.
20 l.fi.ſ.vnde.ib.
21 l.nemo.j.§.j.ſ.eod.d.l.ſi ſeruum.
22 l.ſi vnius.in fi.de ſer.ru.
23 l.pacto ſucceſ. C.de pac.
24 l.ij.§.ex iis.ſ.eo.
25 l. via.§. quæcunque. de ſer.ruſt.
26 l.hæredes. §.an ea.fam. erciſ.
27 gl.d.l.ſi ſub vna.vbi dixi l.damni.§.emptor. de dam. infecto.
28 d.l. Vranius.§. ſed cum duo.ff.de fideiuſ.
29 §.è cõtrario.inſt. de leg. l.nec iis.ad l.fal.
30 Bart.l.iij. §.fi.de adult.
31 d.l.iij. de iis quæ pro no.ſer.
32 l.is cui lege.de teſta.
33 l. ſi qua.ff. de ritu nupt.
34 c.factum legit. de reg. iur.in vj.l.qui iuſſu.ſ.de iis, qui not.infa.
35 l.fi.ſ.vnde. lib.vbi Bart.
36 d.l.via.§.quæcũque.l. vt pomum.in fi.de ſeruit.
37 l. patre furi. de iis qui ſunt ſui.
38 l.cæcus de iudi.
39 Iaſ.d.l.patre furioſo. d. l.ſi qua.
40 c.j.an remoueri deb.in feud. & per doct.c.teſtimonium.de teſt.

trahatur [1] vt etiam Aret.hîc docet. Sic actus ſemel legitimè factus nõ infirmatur,quam- VI.
uis lex noua aliam deinde formam tradiderit [2].Nec enim talis lex ad caſus iam cõſumma-
tos ſeu etiam pendentes trahitur. Idque ſecundum Aretin.etiam ſi teſtator poſt legem po-
tuerit teſtamentum mutare,nec fecerit [3]. Sic ſententia à iudice ex certa cauſa * dicta lo- VII.
cum habet etiã ſi ea cauſa deinde ceſſauerit,idq; propter rei iudicatæ auctoritatem [4],quod 8
& in quolibet alio actu procedit, qui in iudicio geſtus & à iudice ſit approbatus [5].Vnde ſi
propter viri inopiam * reſtituta ſit dos vxori,iſque deinde efficiatur diues,firmam tamen 9
manere reſtitutionem ſemel facta Bartol.ait [6].Sed nunquid ex ſuperueniẽte cauſa debeat
iudex iterum rem actam agere,& viro dari iubere?& putarim id viro concedendum eſſe,
quod aliqui & nouiſſ.Iaſ. cenſuerunt [7]. Nam & fideiuſſor *,qui actionẽ mandati aduer-
ſus reum dilapidatorem habet, eo ad ſanos mores reuerſo, amplius non agit,& quamuis VIII.
ius ei quæſitum eſſet,tamen aduerſus regulas communes,& extra ordinem erat quæſitum, 10
ideóque facillimè tollitur,quod Bald.cenſuit [8], quod & in reſtitutione dotis ob inopiã ma-
riti eſt,aduerſus enim communes regulas fit,nec tamen reſtitutio,quàm ſequeſtratio quæ-
dam eſt. Hincque apparet † ſupraſcriptæ cõcluſioni locum non eſſe,quando actus con- I.
ſumatus eſt,ſeu ius quæſitum ſed extraordinarium ſeu irregulare [9]. Rurſus non proce- 11
dit quando in pœnam eius qui legis iuſsioni aduerſatur,actus * conſummatus infirmatur, II.
quod ſuprà in ſacerdote bigamo tradidi [10]. Idémq; tradit Aret.cùm caſus ſuperueniens 12
eſt * adeò efficax,vt actum præcedentem quamuis conſummatum perimat [11], veluti cùm III.
qui teſtamentum facit,ſe in alicuius arrogationem dat:infirmatur enim omnino teſtamen 13
tum,quamuis aliàs perfectum [12].Ego hoc caſu actum non eſſe perfectum arbitror: quia in
teſtamentis tria tempora * conſiderantur,& ante mortem teſtatoris atque aditionem non
poteſt dici confirmatum eſſe teſtamentum [13]. Addunt aliqui etiã ſi actus quidem ſit con- 14 IIII.
ſummatus,dum tamen tractum aliquem habeat,non procedere ſupraſcriptam concluſio-
nem. Vnde immunitas cõceſſa habenti duodecim liberos,licet perfectè ſit acquiſita,aliqui-
bus tamen decendentibus vitiatur [14].habet enim tractum ſucceſsiuum,nempe vt filij poſ-
ſint commodius aliquod Alexan.tradidit,licet alij crebriore calculo diſſentiant.qua de re
ego lib.Præſumpti diffuſiùs [15]. Huc pertinet & quod aliqui tradunt,ſi rem venditam poſ- V.
ſit agnatus ex lege municipij redimere, iſque, pendente lite * extraneo hærede inſtituto 15
moriatur,reum abſoluendum [16],tanquam res ad caſum deuenerit à quo nequeat incipere,
nec obſtat quod ius perfectè quæſitum erat agnato [17]: quia tale ius ſpecialiter aduerſus ius
commune inductum debet obſeruari,ſi perſeueret & duret,non ſi momẽto extinguatur [18],
nam & videmus ius principi eſſe permutare cum eccleſia:dummodo rem ſibi retineat,non
ſi in alium alienare velit,imo tũc actus quãuis perfectus reſcinderetur [19],ſed tamen ſatiùs
eſt ſupraſcripto caſu concluſioni adhærere,vt ius perfectum quamuis momento duret ad-
tendatur, quod variis exemplis alibi docui [20]. Sane quandoque caſus * ſuperueniens VI.
adeò efficax eſt,vt præcedentem actum omnino infirmet, huiúſque rei cauſa lex actiones 16
reſciſſorias concedat, qualis eſt querela inoff.teſtamenti actio,quod metus cauſa,in inte-
grum reſtitutio,& ſimiles,ſed hic articulus ( vt Bart.rectè ait ) ad ſupraſcriptam regulam
non pertinet,ideóq; omitti debuit.cõgruis enim tractatibus explicãdas res eſſe ex Hermo
geniani [21] ſententia & verbis colligi poteſt.Illud fortaſſe non incõmodè ex Baldo [22],adiice
re poſſemus caſum ſuperuenientem ( ſic enim ipſe loquitur,& notat ) in perſona promiſſo
ris extinguere ius quæſitum actori vſque adeo vt aduerſus hæredem iniuriarum agi non
poſsit etiam ſi is,qui adfecit iniuriâ,promiſerit iudicio ſe ſtaturum: quia ( vt ait Paulus [23] )
tales ſtipulationes propter rem dantur:ideo cum re extingui debent.

1 l.furti.§.j.vbi Bar. de iis, qui not.
2 l.iubemus.in fi.C.de teſt.
3 §.prouinciarum. in auth. vt fa.no. conſtit. vbi Ange. contra.
4 d.c.cum ceſſante.
5 l.ſciẽdum. §.ſi.qui ſatiſd. cogant.
6 Barto.hic.
7 glo.l. vbi. de iure dot.C. Iaſ.d.l.ſi conſtante.
8 l.ſi pro ea.q.viij.C. mãd.
9 l.j.§.tandiu.de cur. fur.l. fin.C.de ſent.paſ.
10 d.§.ſed neque eũ.d.l.iij.
11 d. l.falſus.§.fi.
12 l.qui ex liberis.§. teſtamento.ſ.de ſecund.tab.
13 l.ſi nemo.de teſtam. tut.
14 Alex.l.ſi cum dotem. §. ſi maritus.ſol.mat.
15 verſi.xxxvj.
16 Io.fabr.d.§. è contrario.
17 l. poſthumus. in fin. de inoff.teſt.
18 Salice.l.fin.q.vlti. C. de adult.
19 auth. vt decætero. com. vtr. Guid.pap.q.ccccij.
20 dixi l.ſi tibi pecuniam. ſi cer.pet.
21 l.ij.de ſta.ho.
22 l.ſi eum.ſ.ſi quis caut.
23 d.l.ſi eum.

## SVMMAE.

2 ☞ *Electio perſonalis & intranſmiſſibilis: ex cauſis contrá.3.5.6.*
4 *Teſtamentorum & contractuum diſcrimen.*
8 *Electionem ad alium ex cauſis tranſire.*

## LEX CXLI.

SI SERVVS AVT FILIVSF. Facultas eligendi * cohæret perſo-
næ [24],& ideo,ſi ſeruus,vel filius ſtipulati ſint,vtrum velint,ius eligendi † ad I.
eos,non autem ad patremfami. pertinet.quæ enim veri facti ſunt,ad eũ non 2
tranſeunt [25].Sed quid,ſi filius,vel ſeruus eligere non poſſunt?&ſi ſint mortui,
poterit paterfami.ipſe eligere. Quia factum iſtud tanquam acceſſorium I.
ſequitur † naturã principalis.Vnde pater in quem ius ſtipulationis trãſiit eliget [26]. Idem, 3
ſi ſeruus,vel filiusfamilias ſit manumiſſus [27]: ne fortè contumacia horum, qui extra pote- II.
ſtatem meam facti ſunt, mihi noceat,& ius mihi ex ſtipulatione acquiſitum perimat,quod
Imola Caſtrenſis,Aretinus hîc tradiderunt,& ego ſupra adtigi. Sed & filiofamil.ego
exiſtimarim,licet electio ad eum pertineat, ſi tamen ad eam iure legati admittatur,neceſ- III.
ſarium

24 l.ſi ſtipu.fue. illud.ſ.eo.
25 l.qui hæredi.de cond.& demonſt.
26 d.l.ſi ſtip.fuerim.
27 l.ſi pãphilo.de opt. leg.



ſarium eſſe patris iuſſum [1]: licet aliud in contractibus ſit, ſed quæ eſt ratio differentiæ? &
4 puto hanc eſſe: in † contractibus enim, quorum ſubſtantia à conſenſu ipſo pendet,legiti-
ma eſt filij perſona [2]: quia in his quæ iuriſgentium ſunt, patriam poteſtatẽ non reſpici-
mus [3],at enim in inſtitutionibus, & legatis, quæ iuris ciuilis beneficio inducuntur [4], non
eſt legitima ſolius filij perſona, niſi quatenus iuſſu paterno adiuuetur, ideóque non poteſt
iure ciuili filius abſque iuſſu patris adire [5], nec etiam ſeruum legatum optare [6],nec ſuffice-
ret ratihabitio, cùm ſerui optio in pendenti eſſe nequeat [7]. Qua ratione & in voto neceſ-
ſaria eſt patris auctoritas [8], quia votum, non ſecundum ius gentium executionem habet,
ſed ſecundum ius publicum, quod in ſacris & magiſtratibus conſiſtit, & iuris ciuilis pars
eſt [9].ideóque filium non habent pro integra perſona pontifices, cùm ipſe ſacra nõ habeat,
IIII. ſed in paternis ſacris ſit [10].Et ita ego ſentio. Alij tamen † aliter, è quibus aliqui veteres
5 vt Petrus,Cinus,& nouiſsimè Aretinus,legem noſtram ſecundum Iuliani reſponſum ac-
cipiendam arbitrantur, vt filius vel ſeruus eligant quidem ipſi, ſed præcedere tamen de-
beat patrisfamiliàs iuſſus [11].quæ ſententia communiter reiecta eſt, nec ſat verbis legis no-
ſtræ applaudit, at Barto.inter optionem, & electionem diſtinguendum cenſuit: in electio
ne enim vtrunque in obligatione eſt,at in optione nemo [12],ſed & hoc plerique nõ probant,
& Aret.hîc nõ placet,nec mihi lex enim vbique de obligatione alternatiua ad obligationẽ
6 generis argumẽtatur [13],nec vlla eſt probabilis differentię ratio hoc caſu.Accur.† quẽ cre-
briore calculo alij ſequuntur,inter legata,&cõtractus diſtinguit,vt in legatis ſit neceſſarius
patris famil.iuſſus [14], cùm ea citra vllã induſtriã ignorantibus acquirantur [15]: at in contra-
ctibus ſecus eſt,quæ operã filij vel ſerui exigunt [16],vnde quod induſtria ſua acquiſiuerunt,
veriſimile eſt etiam cauta, & pendente electione conſeruaturos [17], qua ratione ſecundum
7 Bartolum etiã * ſolui filiofami.poteſt,quod ipſe ſuo contractu patri acquiſiuit [18].Sed hanc
rationem Areti.hîc & alibi recentiores oppugnant: ego verò ſecundum ea, quæ ſuprà di-
xi,defendendam arbitror nec operæpretium eſt omnes hîc argutias referre,& pluribus ar-
gumentis confutare, pertinet id magis ad ſophiſtam vitilitigatorémque,quàm ad interpre
tem & iurecõſultum,tametſi plerique noſtratium,qui ſua admirantur,hac in re plurimum
ſibi placet. Ego hanc docendi methodum nunquam probaui, & inutilem ſtudioſis eſſe
arbitror,niſi intra modum fiat.

EXTRANEI QVOQVE. Arbitratore igitur non eligente,euaneſcit obliga-
I. tio,cùm nulla petitio ſit [19]. Quod † tamen in legatis humanitate legis nouellæ tempera
8 tum eſt:ne factum tertij legatario noceat.Vnde ſi Titius per annum ſit negligens,& eligere
detrectet,ius hoc ad ipſum legatarium tranſit,qui tamen tãquam bonus vir eligere debet,
II. & mediocrem accipere [20],qua de re loco ſuo. Addit Iaſ.ſi non vni tantùm, ſed duobus
delata ſit electio, altero negligente,ſeu contumace,alterum ſolum poſſe eligere [21].quæ ſen
tentia vera eſt,cùm hæredibus mandata eſt electio qui tenentur teſtatoris iuſsioni parere,
non ſi aliquibus extraneis, qui nuda voluntate poſſunt id onus detrectare [22],nec ideo aut
III. latitare aut contumaces eſſe exiſtimantur. Hincque fit,vt ſi alicui executori commiſſa,
ſit à teſtatore electio, iſque non nudus ſit executor, ſed aliquam partem lucri agnouerit,
IIII. cogatur eligere, ídque munus etiã in hæredem tranſmittat [23]. Sed & is qui facultatem
ſoluendi vnum pro alio habet, vt quia centum, vel ſeruum noxæ dedere ſit condemna-
tus, non ſolùm in hæredem, ſed etiam in ſingularem ſucceſſorem tale ius tranſmittere po
V. teſt [24]. Quod & generaliter recipi poteſt, quoties quis non mandato alterius ſed iure
proprio electionis ius habet [25], vt ſi promiſiſti mihi riuum arbitratu meo purgare [26], qua
ratione enim ex contractu principali ius in quemlibet transferri poteſt, ita vt talis electio
tranſit [27], quod Aretinus,hîc docet.Addunt Iacobus ab Aren.Cirill. Albericus, veteréſ-
que, ſi facultas eligendi alicui ſub nomine dignitatis ſit delata, nec tunc legi noſtræ lo-
cum eſſe, ſed ad ſucceſſorem in dignitate rem deuolui [28], quæ res multas difficultates
habet, & receptior eſt ſententia compromiſſum ſub nomine dignitatis factum in ſucceſ-
VII. ſorem non tranſire [29]. Sanè, ſi electio Titio demandata eſſet, expreſsè acto vt tanquam
bonus vir eligeret, exiſtimauit Accurſius,huiuſmodi compromiſſum perſonam egredi [30]:
quæ ſententia ſecundum legem ab ipſo adductam eſt intelligenda, cùm ſcilicet, quid ex-
VIII. trinſecus accidens alteri ex contractibus eſt iniuſtum [31],qua de re ſupra .Poteſt & in vl-
timis voluntatibus procedere, cùm hæredi legatũ ea forma iniungitur [32], non ſi iniun-
ctum ſit verbis nudam voluntatem ſignificantibus,puta,*Dato ſi volueris*.niſi tamẽ ſubaudia-
IX. tur arbitrari [33], quem intellectum ſuprà ego non ſum ſequutus. Poteſt tamen defendi in
hac verborum forma,*Hæres ſi volueris,fidei tuæ cõmitto,vt Stichum manumittas* [34].qui enim com-
mittit fidei,non committit liberæ voluntati:& aliud eſt, *Manumitte,ſi volueris*. aliud, *Commit-
to tibi ſi volueris*.quaſi ſentiat ſi non volueris,alteri cõmittam,qui manumittet:atque ita ego
ſentio,licet alij aliter [35].Sed hæc hactenus: pleraque enim alia hoc in argumento ſupra à
me tractata ſunt [36].

1 l.Iulianus.de leg.j.
2 l.filiusfa.ij.ſ.ti.j.
3 Inſt.de pat. pot.in princ.
4 gl.l.illa inſtitutio.de hæred.inſt.l.iij.ſ.de teſta.
5 l.qui in aliena.de acqui. hæredit.
6 d.l.Iulianus.
7 l.actus.de reg.iur.
8 l.iij.§.voto.de pollicit.
9 l.j.in prin. de iuſt. & iur.
10 l.filiæ.ij.C.de colla.
11 d.l.Iulianus.
12 Mod.d.l.Iulianus.
13 l.ij.§.j.ſ.eo.vbi dixi.
14 arg.l.eum qui ita.§. qui ſibi.ſ.eod.
15 l.cùm pater.§.ſurdo. de lega.ij.
16 gl.l.ſi vxorem.C. de cõ. inſert.
17 l.cũ hi.§.planè de trãſ.
18 l.quod ſeruus.ſ.de ſolut.
19 l.ſi quis arbitratu.ſ.eod.
20 l.ſi.§.ſed & ſi.C.com.de leg.
21 l.ſi legatario. §.j. de fid. liber.Bal.l.j.q.xij.C. quãdo non pet.par.
22 l.iij.§.j.de arbit.
23 l.à filio.l.alimenta.ſ. de ali.& cib.leg.
24 l.ſi quando.§. hæres. de leg.j.
25 l.illud.de ope.leg.
26 l.ſi ſic. §.ſi quis ita. vbi Bal.ſ.de leg.j.
27 l.in hoc iudicio.§.j.cõ. diuid.
28 cap.quoniam Abbas.de off.deleg.
29 l.qui liberis.§.j. de vul. vbi Bar.& doct.
30 gloſ.l.in cõpromiſsis.de arbit.
31 l.hæc venditio.ſ.de contrah.empt.
32 d.l.ſi ſic.l. fideicommiſſa.§. quanquam. de leg. iij.
33 gl.iij.in l.j.de leg.ij.
34 l. fideicommiſſaria. de fid.lib.
35 Iaſ.l.captatorias. in fi.C. qui teſta.fac.
36 l.ſi quis arbitratu.ſ.eod

SVMMAE.

2 ☞ *Impuberem etiam in aduentitiis nec auctore patre obligari.*
4 *Adminiſtratoris officium.*
5 *Impubes patre auctore hæreditatem adit.*
6 *Filiusfa.ex cauſis inobligabilis.*
10 *Filiofa.curatorem non dari.*

§.PVPILLVS. Filiusfam.impubes nec auctore* quidem patre,obligari poteſt,ſed I. cùm ſui iuris eſſet,tutore auctore obligaretur [1], cur nō & patris auctoritas ſufficit? & Accur.& alij noſtrates tradiderunt facilius id iuris permitti tutori,aduerſus quē pupillo conſultum actione tutelæ eſt,quàm patri,qui nulla actione à filio conueniri poteſt [2]. Alij vt Iac. Pet.Alberic.filium hunc non poſſe obligari aiunt: quia hoc iure nihil ſibi acquirit, ſed omnia ad patrem transferuntur [3].vnde iniquum fuit acquiſitiones patris eſſe,obligationes illi cohærere.hinque inferunt hodie aliud eſſe cum filius aduētitiorum ſit capax, patérque ſit legitimus eorum adminiſtrator [4] meritò eius auctoritate poterit hodie obligari: ſicque lex noſtra corrigitur.Idque & Barto.quem cæteri ſequuntur,aliquatenus probat,nempe in iis in quibus pater habet legitimam adminiſtrationem, quia proprietas filio vſusfructus ſibi quæratur [5]. Sed ego non facilè † crediderim corrigi legem noſtram. Nec patris I.
facultatem qua adeundo pro filio hæreditatem eum obligat,reſtringendam cenſeo, cùm 2
patri vſusfructus quæritur,lex enim expreſsè repugnat,quæ id iuris patri concedit, etiam II.
ſi filio emancipato * delata ſit hæreditas [6],nec enim tunc vllus eſt patris vſusfructus imò perinde rationes reddere tenetur atque ſi extraneus aut quilibet alius eſſet [7]. Nam & Pe. 3
& alij quos Aret. hîc ſequitur, patrem eſſe legitimum adminiſtratorem in aduentitiis filij III.
aiunt,quamuis vſufructu ſit priuatus [8],quæ tamen ſententia aliquibus modis temperāda eſt vt infra dicam [9]. Ego adminiſtrationem † hanc legitimā patris in hoc verſari arbitror, IIII.
vt filij aduentitia procuret & tueatur [10], non vt ipſum obligare poſsit. Et ideo generaliter 4
legis noſtræ regulam ſequor,vt auctore patre filius impubes obligari nequeat, quia ei aduerſus patrem nulla actione eſt ſuccurſum,ſpecialéque eſt,vt adire hæreditatem † ei delatam pater poſsit [11],tum quia aditio hæreditatis poteſt & lucroſa eſſe,nec directò ad obligationem reſpicit, vt Bartolus & cæteri tradiderunt, tum quia cùm iure veteri omnino iuſſus patris eſſet neceſſarius [12], ſuadente propter filij ætatem neceſsitate non exiſtimauit legiſlator abſurdum,vt qui iubere debuit,idem & facere poſsit. 5

PVBES VERO. Filiusfami. igitur ex omnibus cauſis obligatur,ex quibus & is qui I.
ſui iuris ſit [13], præterquam † ex mutuo, quoniam Senatusconſultum Macedonianū * pro- 6
hibet [14]. Itémque ex voto,quia mitius agitur cū Deo quàm cū hominibus [15].vel quia vo- 7
tum ad ius ſacrorum pertinet, in quo filius non habet integram perſonam,vt ſupra princi- II.
pio legis dixi. Excipitur & donatio * cauſa mortis,quam non niſi permittente patre fa- III.
cere poteſt [16], quoniam mixtam naturam contractus & legati habet,vt Iaco.Butri.& So- 8
cinus tradiderunt [17]:quia contractus,poteſt à filio celebrari:quia legatum,non poteſt, niſi eius perſonā pater ſuppleat. Excipitur & factio teſtamenti, quæ iuris publici ciuiliſque IIII.
eſt [18], at filiusfamil.cum in aliena poteſtate ſit,eius non eſt capax [19]. Excipitur denique V.
& aditio hæreditatis , quam vt habeat , oportet iuſſum paternum præceſsiſſe [20].qua de re ſupra. Sanè & illud certum eſt,non poſſe * filium fami.in iudicio eſſe abſque patris conſenſu [21],niſi tamen in ſpirituali cauſa,cùm in iiſſe non attendamus ad patriā poteſtatem [22]. VI. 9
Cenſuit tamen hic Bartol.ſi de actione perſonali agatur vel in cauſa criminali,non ſufficere patris auctoritatem,quia eatenus cenſetur legitimus adminiſtrator, quatenus de re tractetur, cuius vſusfructus ad ſe pertineat [23],at iis caſibus nullus eſt vſusfructus,dandus ergo erit filiofam.curator [24] .mihi durum † videtur, vt habenti patrem detur curator [25], cùm 10
nulla ſuſpicio parentis arguatur, & lex plus parenti tribuat,quàm curatori [26]. Vnde videmus,quòd ſi filius ſit minor,vel non ſanè mentis,pater tamen eius legitimus adminiſtrator eſt,tametſi de re agatur in qua nullus ſibi vſusfructus debeatur [27],idem ergo & in caſu noſtro dicendum.Sed an ſolus pater procuratorem in aduētitiis filij conſtituet abſque filij conſenſu? & receptum eſt conſtituere [28], in proſequutione tamē cauſæ neceſſarius erit deinde conſenſus [29], vt ferè receptius eſt propter verba legis,quæ aliàs nimium violarentur, vt Imol.& Areti.hic tradunt.Cæterùm quod hîc ſubiicitur idem in filiafam.eſſe, adnotandum eſt ſecundum Aretin. in materia non odioſa, quod de maſculis * dicitur,in fœminis 11
quoque procedere,tametſi iure veteri aliquæ eſſent inter filios maſculos & fœminas differentiæ [30].maximè quod fœmina non tam facilè ſe poterat obligare,ſicut maſculus, ſed ne priuatam quidem rem agere fœminas ſine auctore maiores voluerunt,in manúque parentum fratrū virorúmq; eſſe,vt M.Cato apud T. Liuium.lib.xxxiiii.ait [31],hodiéque in plurimis ciuitatibus conſtitutum eſt,in obligationibus mulierum neceſſarium eſſe agnati conſenſum [32]:iure tamen noſtro ſicut pubes ex omnibus cauſis obligatur, ita & fœmina, ſed hæc ego alibi [33].

1 Inſt.de auct.tut.
2 l.lis nulla.de iud.
3 l.placet.de acq.hæred.
4 l.j.C.de bon.ma.l.fin. C de bo.quæ lib.
5 l.ſi infanti.C.de iur.deli.
6 d.l.ſi infanti.verſ.ea verò.
7 l.litis.§.fi.de neg.geſt.
8 d.l.fi.§.ſi autem.in ij.& §.pe.verſ.ſi verò pater.
9 Cor.auth.ſed excipitur. C.eod.tit.
10 d.l.j.C.de bo.mat.
11 d.l.ſi infanti.Iac.Oldra. Cyril.Alberi.hic.
12 d.l.qui in aliena.
13 l.filiusfam.ij.§.tit.j.
14 l.j.ad Maced.
15 l.iij.§.ſi quis rem.de pollicit.l.iij.C.de reb.cred.
16 l.tā is.§.j.de dō.ca.mor.
17 l.ij.de leg.j.
18 l.iij.de teſta.
19 l.q in poteſtate.de teſt.
20 d.l.qui in aliena.
21 d.l.fi.§.neceſsitate.
22 c.fi.in fine.de iud.l.nam quod.vbi doct.ad Trebel.
23 aut.excipitur.C.de bon. quæ lib.
24 l.pen.C.de auct.præſt.
25 Inſt.de tutel.in prin.
26 Bal.& doct.l.præſes. C. de tranſ.
27 d.§.ſi autem.in ij.& l. fin.C.de cur.fur.Cor.d.aut. ſed excipitur.
28 l.j.C.de bon.mat.
29 l.fin.§.vbi autem.C.de bo.quę li.& ibi Pau.& Cor.
30 Inſt.de exhæ.li. in prin.
31 d.l.iudex.C.de nup.§.j.
32 Alex.l.apud Iul.§.ſi pupillus.ex qui.cau.in poſ. ea. §.omnium.de act.
33 l.trāſactione.C.de trāſ. Iaſ.l.ſi vnus.§. pactus ne. de pact.

SVM



SVMMAE.

3 ☞ *Alternatio rerum,perſonarum non item vitiat.*
7 *Adiecto ſolui non vetitus.*
8 *Poſitioni ſub conditione reſponderi:niſi vetetur.*

I §.SI ITA STIPVLATVS FVERO. Omiſsio * adiecti in reſponſione facta non vitiat ſtipulationem:adiectus enim quod ad obligationem attinet pro ſuperuacuo eſt [1].at quæ ſuperfluunt *,non vitiant ſcripturas, Plurimū itaque refert,an alternatio † in-
2 ter res,an inter perſonas ſit.ſi inter res ſit,diuerſitas ſtipulationem vitiat [2]:quia vtraque res
3 ad obligationem adiicitur [3]: ſi inter perſonas,quia alteri ſtipulari nemo poteſt non cenſetur alter ad obligationem adiectus,ideóque nulla in obligatione eſt diuerſitas & valet ſtipulatio,licet adiecto ſolui poſsit:quod Dinus & veteres tradiderunt.ſed quomodo ſpeciem facti hîc formabimus? Pone,interrogaui te, *Promittis mihi aut Titio centum*.tu reſpōdes, *Promitto*. tunc non eſt dubiū rectè reſponſum & per omnia eſſe, vt reſponſio ſecundùm interrogationem accipiatur [4]. Rurſus pone te reſpondiſſe, *Tibi dabo centum*.& Bartol.cenſuit non videri promiſſorem in perſona adiecti conſenſiſſe,quia perſonaliter promiſit,& certè reſpectu obligationis verum eſt non cenſeri promiſſorem quicquam adiecto ſpopōdiſſe [5]. Aret.
4 hîc contrariæ ſententiæ aſſertor eſt.quoniam pronomen, *Tibi*.* non adeò perſonale eſt,vt excludat domini procuratorem [6] qualis adiectus eſt,nam & videmus quandoque huiuſmodi pronomina vim ſimplicis demonſtrationis habere,nec reſtrictionis cauſa adiici [7]. Ego hanc ſententiam propter legis noſtrę verba ſequor,quæ ſimpliciter dicit ad interrogationem te reſpondere.quod ſimpliciter quoque intelligendum,tam quo ad ſubſtantiam obli-
5 gationis,quàm quo ad adiecti perſonam.Mouet me & illa ratio, quòd adiectus * ipſius ſti-
6 pulantis ad ſolutionem recipiendā procurator eſt [8], at procurator ſola ſtipulantis * voluntate conſtitui poteſt [9],quæ ex verbis interrogatiuis ſatis oſtenditur, nam & aliàs videmus
7 ex adiecti mentione inutiliter factū mandatum tamen induci [10]: poterit ergo debitor † illi ſoluere,dū tamen non ſit à ſtipulatore vetitus: qui enim in adiecto non conſenſit expreſsè promiſſor,non videtur certam formam à principio ſtipulationem accepiſſe [11].& ideo licebit ſtipulatori talem procuratorem reuocare [12], idque & Accur.hîc ſentit & Imola, Aretin. Torquatúſque tradiderunt,licet Cirillus & Caſtren.diſſentiant.Cęterùm hîc probatur adiecti mentionem in interrogatione factam nō efficere quia promiſſor qui ſtipulatori ſe daturum ſpopondit,videatur rectè ad interrogatum reſpondiſſe,quamuis adiecti mentio fue-
8 rit ſuperflua. Quid ergo † in poſitionibus dicemus? interrogo te an habueris centum,tu reſpondes non habuiſſe,& quatenus appareat,te in commodum meū eam pecuniam vertiſſe, an nō ſit rectè reſponſum? & Raph.Paul.atque aliqui recentiores aiunt rectè reſpōſum eſſe: quia adiectio illa quatenus appareat &c.eſt ſuperflua,& ideo non vitiat reſponſionē [13], quæ ſentētia probabilis eſt niſi cū ſtatutū iuberet poſitionibus ſimpliciter reſponderi, nec enim talis reſponſio ſimplex eſt.vt Bart.ait quoniam cæteri crebriore calculo ſequuntur [14] .nos ſupra tractauimus.

1 j.in fi.legis.
2 l.inter ſtip.§.ſi ſtipulāte.§.eod.
3 l.ſi duo.§.eod.
4 l.defenſor.§.qui interrogatus.de int.act.
5 l.duos reos.iij.reſp.§.tit.j.
6 l.ſi tibi.in fi.cum l. ſeq.& l.hæredi.de pact.
7 l.ſi ita.§.qui filio.de ſecūdum tab.
8 l.Iulianus.§.eod.
9 l.j.de procur.
10 l.ſi cū Corneli*.de ſolut.
11 l.vero.§.de ſolut.
12 l.iij.C.eod.
13 arg.l.qui mutuā.manda.
14 Bar.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.§.eo.

SVMMAE.

1 ☞ *Anguſtiam ex cauſis non vitiare.4.5.6.*

§.SI INTER EOS. Anguſtia ergo temporis vitiat ſtipulationem. Quod regulare
I. in contractibus ſtricti iuris eſt [15]. Subiicitur † hîc exceptio,ſi caſus ille prima facie im-
1 poſsibilis nihilominùs cōtingat,vt quia promiſeram hodie dare Chartagini,& iam admonueram procuratorem,quem ibi habebam,vt tuo procuratori daret,ſed nunquid vt ſtipulatio valeat, præſumamus hanc admonitionē pro tempore acto præceſsiſſe? & videretur præſumendum [16], ſi tamē ſtipulator hoc allegauerit:nec enim præſumptiones facilè cum
2 adiuuant,qui eas adfirmatione ſua non approbet [17]. Ego contrà, vt aduerſus * ſtipulatorem interpretemur,qui pecuniarum ſuarum atque huius admonitionis nullam in contractu mentionem fecerit [18],etenim hæc facti ſunt,ideóque non temere præſumenda [19].Puta rim tamen,ſi coniecturæ alij adfirmationi ſtipulatoris fidem adſtruant.ſecùs eſſe [20],& tunc legem noſtram locum habere.quod verum arbitror, etiam ſi aliàs huiuſmodi coniectu-
3 ræ plenæ * probationi non ſufficerent [21], iungentur enim nihilominus præſumptioni,quæ pro valore ſtipulationis eſt.quod omne in æſtimatione iudicis erit [22], prout & cæteri ſta-
II. tus coniecturales [23], vt alibi declaraui. Hincque † adnotandum eſt anguſtiam tempo-
4 ris non nocere contractui, ſi præſentia procuratorum abſentiam ſtipulantium ſuppleat. ſicut nec nocet, quotieſcunque ſuperueniens caſus citra culpam debitoris interuenit,iuſta enim tunc ſubeſt excuſationis cauſa [24], etiam ſi de tali impedimento proteſtatio non
III. 5 ſit facta [25], qua in re alij aliter diſtinguunt. Sed & quoties † de damno quis agit,æquum
IIII. eſt propter anguſtias temporis ei ſuccurri [26],nec illud tempus imputabitur, dum ſarcinulas
6 componit,hoſpitium quærit,aduocatum & perductorem expectat [27]. Sed & ſi † de lucro

faciendo

15 l.continuus.§.illud.§.eo. §.loca.inſt.de inut.ſtip.
16 l.quoties.ij.§.eo.gl.l.ſtipulatio.§.in ſtipulationibus.§.eod.
17 l.ſi adulterij cū.§.iidem Pollioni.in fi.de adult.
18 d.§.in ſtipulationibus.
19 l.in bello.§.factę.de cap.
20 l.cū quid.ſi cert.pet.vbi dixi.
21 Bal.l.iubemus.ij.C.de ſacroſ.eccle. Salice.l.ſi mater.C.de cont.emptio.Deci. conſi.ccxj.
22 l.etiā.§.j.de mand.vind. Abbas.c.quamuis.de re iud.
23 dixi.lib.j.præſump.verſ. xvj.
24 l.ij.§.ſi qs.& ſeq.ſi quis cau.ij.
25 d.l.ij.§.quod diximus. vbi Iaſ.Ripa.tract.de peſte. verſ.vj.in parte ij.partis.
26 l.hoc amplius.in princ. de dam.infe.
27 l.ab hoſtibus.in fin.ex quib.cau.ma.

faciendo quis agat,vt quia à fiſco aliquid commodi citra vllius iacturam captet,idem erit,
vt anguſtiæ non noceant[1].quod ſecùs eſt,ſi de aliena iactura tractetur[2],vt Cirillus Homo-
deus hîc tradit,nos ſuprà quæ hac in re ſatis ſint,adtigimus[3].

1 l.edicto.§.item diui.de iur.fiſ.
2 l.item illa.de conſt.pec.
3 d.l.continuus.§.illud.

## SVMMAE.

1 ☞ *Adiecto etiam diuerſum, ſolui, & liberari.5.* — 11 *Agi in correum purum ante cõditionem alterius.6.*
7 *Vſuram, adiecta etiam perſona, committi.8.* — 12 *Purificatum ex cauſis purum non dici.13.*

§.CVM MIHI, AVT TITIO. Diuerſitas † rei,temporis,qualitatiſve non im- 1
pedit,quin adiecto ſolui poſsit[4],dum tamen principalis obligationis dies ceſſerit,ſed quæ
ratio eſt?& ſciendum,neminem alteri * ſtipulari poſſe, ideóque ſtipulationẽ vt quis Titio 2
hominem ſoluat,nullam obligationẽ parere[5].vt tamẽ actus ſuſtineatur quo fieri poſsit mo
do,ad ſolutionem proficit[6],perinde ac ſi dictum eſſet,*Niſi Titio hominem ſolueris,promittis mihi
dare*[7].cùm ergo promiſsionis verbum & ſubſtantia de obligatione mihi facta accipiatur,
cenſetur ea principalis,& facultas dandi adiecto eſſe acceſſoria[8].igitur vt acceſſoria effe-
ctum habeat,oportet principalem valere,quia * vitiato principali vitiatur acceſſorium[9], 3
non contrà.Sed cur ſoluto homine ipſi adiecto,non tollitur obligatio ipſo iure?& Accur.
ideo non tolli ait,quia ſolutio fit alteri,quàm ipſi creditori[10], & licet non multùm referat,
an mihi ſoluas,an alteri me cõſentiente[11],tamen in caſu noſtro refert,quia alia res eſt quæ
mihi debetur,alia quæ alteri ſoluitur[12],nec poteſt videri vnam rem pro alia ſolui,cùm ſolu-
tio quæ adiecto * fit,iure cuiuſdam electionis fiat,nõ autem ſubrogationis[13].nec enim ho- 4
mo adiecto ſolutus loco illorum decẽ ſubrogatur,ſed ideo ſoluitur,vt euentu conditionis
decem promiſſa incipiant non deberi:quod & Pet Iac.Cirill.atque alij communiter tradi-
derunt.At Bart.[14] ideo ipſo iure non liberari promiſſorem ait: quia ſolutio etiam eo inui-
to fieri adiecto poteſt[15].quæ ratio legẽ noſtram reſtringit,vt tum demũ ope exceptionis li-
beretur,cùm creditor contradicit,vel cùm ipſius creditoris fauore tãtùm non fuiſſet adie-
cti nomen ſtipulationi inſertum[16].Aret.adiectum proprie nõ eſſe creditoris procuratorem
ait,ſed ſolùm ex quadã legis æquitate & præſumptione,ideóque ſolutionem ei factã ipſo iu
re non perimere obligationem.quæ ratio,ſi vera eſt,nihil referret,an idẽ adiuncto ſoluen-
dum eſſet,an diuerſum: & tamen lex hac † in re aliquid intereſſe exiſtimauit. Ego ab Ac- 5
cur.ſententia non arbitror recedendum,quæ & receptior eſt,nec exiſtimo operæpretium
eſſe hac in re multùm torqueri,cùm parũ referat,quis ipſo iure,an per exceptionem ſit libe
ratus[17],& alibi iuriſconſultus ſimpliciter dicit ſolutione adiecto facta liberari promiſſo-
rem[18],non credens expedire,vt ſubtiliùs diſcerneret,quomodo liberetur.

4 l.qui res.§.mihi decẽ.cũ ſeq.de ſolut.
5 l.ſtip.§.alteri.ſ.eod.
6 l.eũ qui.§.qui ſibi.ſ.eod.
7 d.l.qui res.§.q ſtipulatur.
8 arg.l. Iulianus.§.j.ſ. eod.
9 l.in pupillari.de vulg.
10 l.ſi cũ fundũ.vbi Bart.ſ. de pact.
11 §.ſi quis alij.inſt.de inut. ſtipu.
12 arg.l.ij. §.idẽ Iul. de eo quod cert.lo.l. quia aliæ.de ope.lib.
13 d.l. qui res.§.mihi Romæ.in fi.
14 Bar.hic.& l.ſi hæres generaliter.de leg.j.
15 l.verò.l.aliud.de ſolut.
16 l.hoc iure. §. ſi quis dederit.vbi Bart.ſ.de dona.
17 l.nihil intereſt.j.de reg. iuris.
18 d.§.mihi Romę.& l.qui hominem.§.ſtipulatus.eod. tit.de ſolu.l.ſeruus patroni. in fi.de op.lib.

TEMPORA. Valet ergo ſtipulatio,*Mihi calendis Februarijs,aut Titio calendis Ianuarijs da-
re ſpondes?*Sed obſtat,quod cùm pars adiecti ſit neceſſaria,non videtur in duriorem cauſam,
ſeu in breuiorem diem cõcipi poſſe,ſicut & de fideiuſſoris obligatione dicimus[19].ſed aliud
eſt * in fideiuſſore,qui obligationi adpoſitus eſt,aliud in eo,qui ſolutioni duntaxat adijci- 6
tur: & ideo alibi dicitur,ex cauſa leuiore vel grauiore non vitiari adiectionem[20],quod &
hîc probatur,ſed rurſus obſtat,quod non videbatur calendis Ianuariis ſolui Titio poſſe,
cùm adhuc ſtipulationis principalis dies non venerit,nec executio acceſſoriæ obligatio-
nis fieri ante principalem debet[21].ſed reſpõde † in principali ortam eſſe obligationem & 7
actionem[22],quia dies non eſt modus tollendæ obligationis:ideóque potuiſſe ab ea acceſ-
ſoriam confirmari,hincque inferunt aliqui,conditionem quæ executioni obligationis
adiecta ſit,non eſſe impedimento quominus obligatio ex principali oriatur[23].Rurſus in-
ferri poteſt,Promiſi tibi † ſoluere centum calendis proximis,aut cxx.Titio hinc ad an- 8
num,an contractus labe fœneratitia notetur?& Bartolus negat,quia quod detur Titio,
eſt facti[24],& pœna adiecta facto non arguit legis fœnebris fraudem[25].Idque & Imol.pro-
bat niſi creditor ſolitus ſit fœnerari[26],nec enim ſolutio extraneo facienda arguit talem
fraudem,cùm non ſoleant fœneratores cuiquam credere,fidémque alienam ex ſua me-
tiantur[27].ſed ego diſſentio:cùm enim adiectus tanquam procurator ipſius ſtipulatoris
ſit[28],nihil refert quod illi aut ſibi ſit ſtipulatus[29],imo & ſi procurator non eſſet,veriſimi-
le eſt fraudem legi de perſona ad perſonam factam eſſe[30].vnde & Iuſtinianus † maximè 9
interpoſitionem perſonarum ſuſpectam habuit,ne aduerſus legem ſuã machinarentur[31],
( fingit enim lex eos,qui alium interponun',rem geſsiſſe:nã qui per alium facit,perinde eſt,
ac ſi per ſeipſum faceret, vulgata iuris Pontificij regula ) vt meritò huiuſmodi doctorum
ſententia ſit reijcienda[32].

19 l.ij,qui acceſsionis.de fideiuſ.
20 d.§.ſi mihi decem.
21 j.verſi.ſed rurſus.
22 l.centeſimis.ſ.eod.
23 l.ex iis. C. quando dies leg. ced.
24 l.ſi pœnã.l.liber homo. ſ.eod.
25 l.cùm allegas.C.de vſur. l.ſtip.§.alteri.ſ.eod.
26 c.illo vos.de pign.
27 l.quidam cùm filiũ. de hæred.inſtit.
28 d.l.Iulia.§.j.vbi dixi.
29 l.huiuſmodi.de leg.i.
30 l.iij.§.nõ tantũ.de don. inter vir.l.non licet.de contrahen. empt.
31 l.eos.in fi.C.de vſur.
32 arg.auth.quibuſcunque. C.de ſacroſan.eccleſ. c.conſtitutus.de conceſ.præb.

SED RVRSVS. Poſſum ergo mihi purè,adiecto * ſub conditione ſtipulari,ſed an 10
ſtatim agere potero, vt debitor mihi ſoluat? & Bartolus poſſe cenſuit[33].Ego verò con-
trà: cùm enim electio ſit debitoris vtri mihi an adiecto velit ſoluere, non poteſt ſtatim
agi,ne

33 arg.l.ex duobus.j. eod.



agi ne ei auferatur hæc facultas[1]. Defendi igitur Bartoli ſententia eo caſu poſſet quo ele-
11 ctio debitoris non eſſet, ſicque lex quam ipſe adducit, intelligitur. Ex † duobus reis pro-
mittendi alter purè, alter conditionaliter promiſit, non impeditur ſtipulatio, quin ſta-
tim agere contra eum, qui purè obligatus eſt poſſit: nec enim is, qui conuentus eſt, vllam
habet electionem, nec allegare poteſt, vt alium expectet[2]. Quid autem ſit hodie propter
beneficium diuiſionis, alibi Bartolus diſputat[3]. qua ratione putauerim, ſi quis duobus reis
credendi promiſerit centum alteri purè, alteri ſub cõditione, poſſe aduerſus eum, cui purè
promiſit ſe tueri exceptione, & conditionis exitum expectare, quod ſua interſit ſaluum
ſibi eſſe ius; alteri potiùs ſoluere[4]. lex enim, quam Bartolus adducit, in reis promittendi
loquitur non credendi. Sanè hinc adnotant doctores ſtipulationem conditionalem poſt-
quàm conditio euenit, pro pura eſſe[5], ideóque tunc poterit adiecto, vt hîc dicitur ſolui,
I. Hincque infertur, quod vulgò ſolet dici, puri & purificati idem eſſe iudicium[6]. Quod
12 intelligit † Imola, ſecundum legis fictionem procedere: ideóque in ſtatutis non obſer-
uari, quæ ſententia Aretino & Iaſoni meritò diſplicuit, quod enim conditio trahatur re-
trò, ſecundum fictionem eſt[7]: at quòd in futurum poſtquam euenit contractus cenſeatur
II. purus, nulla eſt fictio. Rurſus intelligit † Alexander hoc non procedere: cùm verba ſta-
13 tuti de inſtrumento puro loquuntur: inſtrumentum enim dicitur quatenus oculis legi po-
teſt[8], & conditionis purificatio extrinſecus ab inſtrumento prouenit[9]: Sed & in hoc Areti.
& Iaſon diſſentiunt: adtendenda enim eſt qualitas ſecundum tempus quod agitur[10]: vnde
ſatis eſt tunc eueniſſe conditionem, dum tamen legitimè conſtet iudici eam eueniſſe, quod
& Baldus cenſuit[11]. Satiſque dicetur inſtrumentum purum, quod conſiderato præſenti
III. tempore non ſuſpenditur, quia conditio euenerit[12]. Cæterum alibi Baldus non proce-
14 dere hanc regulam in iudiciariis libellis exiſtimauit. vnde ſi quis ex debito puro * agat, ait
ipſe non poſſe obtinere, ſi de conditionali probet, quamuis purificato[13]. Quam ſenten-
tiam & Aretinus hîc non probat: niſi cum actor ſe reſtrinxiſſet ad debitum à principio
IIII. purum. Certior ergo eſt declaratio, vt puri quidem, & * purificati idem ſit iudicium,
15 niſi in iis, in quibus ad principium adtendimus, verum enim eſt ſecundum formam prin-
V. cipij hæc diſtare: attendimus autem, quoties de mero facto agitur[14]. Nam & procedit re-
gula, vt idem ſit iudicium eorum reſpectu quæ poſt purificationem contingunt, non autem
ante, tunc enim diſtinguitur, an talis ſit conditio quæ trahatur retro, an id minus[15], & hoc
eſt quod ſenſit Imola, quem ſuprà adduxi[16].
16 HOC TAMEN. Qualitas ergo perſonæ ſtipulatoris * adpoſita cenſetur in
adiecti perſona repetita: cùm vtraque diſpoſitio ad eundem effectum tendat, & circa ean-
dem rem ſit[17]. Quod intelligendum, niſi adiecto eſſet ſub alia conditione diuerſa ſtipu-
latum: ſpecialis enim prouiſio eum ab alia qualitate eximeret, vt infrà dicitur quod Aret.
hîc tradit. Ego tum quoque perpendendum arbitror, an potiùs vtriq; ſit locus ſpeciali quia
expreſsim adſcripta eſt, alteri, quia repetita cenſetur. Sed hac de re ſuprà[18].

*Alciatus Bononiæ hactenus dictabat.*

1 l.Titio vſuff.ſ.de vſu.leg.
2 §.ſi.inſt.de duobus reis.
3 l.ſi ex duobus.§.ſi à Titio. j.tit.j.
4 d.l.Titio.
5 l.ſi pupillus. §. j. de cond. inſti.l.ſi.§..de vulga.
6 l. qui de inofficioſo. ſ. de inoff.teſt.l.ſed & ſi de ſua.de acquirenda hæreditate.
7 l.potior.qui pot.in pig.
8 l.j.de iis quę in teſt.
9 Bar.l.ſi.C.de fal.ca.l.j. §. interdum.quod vi aut clã.
10 l.Titius.de teſt.mil.
11 Bal.l.cum teſtamento.C. de man.teſt.
12 l.quanquam.C.ad l.Fal.
13 Bal.l.edita.C.de ed. rep. pad.
14 l. à Titio. §. nulla. & l. quoties in diem.vbi Tor.& Iaſ.ſ.eo.
15 l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus. vbi Bart.& Iaſ.de leg.j.
16 per d.l.potior.l.qui balneum.
17 l. ſi vt proponitur. j. de fideiuſ.
18 l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.

## *DE APPELLATIONIBVS RVBRICA.*

## SVMMAE.

1 ☞ *Appellationem variè definiri. verius. 6.* — 7 *Appellationem variè cenſeri.*

1 BARTOLVS in l.j.ſ.eod.† refert plures definitiones appel-
lationis,& in quantum reprobat definitionem Placentini,qui dixit,
quòd appellare,eſt iudicis ſentẽtiam aduerſus ſe latam dicere ini-
quam,& de ea querimoniam proponere,impugnat eam Bar.quia
definit actum appellandi,non ipſam appellationem.Sed poteſt re-
2 ſponderi,quòd quando ex aliquo actu ſequitur neceſſariò * ius de-
finiens actum intelligitur definire ius.l.imperium.ff.de iuriſd.om-
nium iudi.Nam dum modò definitio conuertatur cùm ſuo defini
3 to,ſatis eſt.l.j.§.dolum.ff.de dolo.nam ſicut videmus,quòd quando ſunt * duæ cauſæ,& ſe-
cunda ſit neceſſariò conſequens ad primam,adtenditur prima,vt dicit Bald.in c.imperia-
lem.§.illud.de prohibita feu.alien.per Feder.ita videtur dicendum de actu reſpectu effectus
ad quod adde definitionem bonorũ poſſeſsionis de qua per glo.in rub.C.qui admitti.Item
definitionem ſtipulationis de qua in l.v.§.ſtipulatio.ff.de verborum obligationibus.Secun
4 da definitio eſt Azonis,ex qua nota,quòd cùm verba definitionis * ſint de ſubſtantia rei.
vt eſt textus in dicto §.j.& notant Aretinus & Iaſon in l.moribus.in principio.ff.de vulga
ri,& pupillari.voluit Azo,quòd de ſubſtantia appellationis ſit,vt prouocetur ad maiorem.
Propterea infertur,quòd conſuetudo,vel lex in contrarium eſſet irrationabilis,& nihil va
leret.quam opinionem tenet gloſſa in cap.ij.de conſuetudine.Nec obſtat impugnatio Bar.
hîc in j.queſt.verſi.ſed hęc definitio.quia licet definiat effectũ reſultantem ex appellatione,
iſtud

iſtud non eſt abſurdum per definitionem Iuriſconſulti in d.l.iij.de bonorum poſſeſsio.titu. generali. Tertia diffinitio eſt Gofredi,quem dum Bartol.impugnat, quia per nouationem ſuſpēditur* ſeu tollitur effectus ſententiæ.l.iiij.§.ſi ex conuentione.ff.de re iud.iſtud eſt nihil: 5
quia per nouationem non imploratur maior iudex,& poteſt fieri,etiam ſi non conquerantur partes de iniquitate ſententiæ,in quibus caſibus loquitur Goffre. Quarta definitio eſt vera.& miror,quòd Bartolus voluerit ſcire plùs, quàm textus Iuris canon.eſt † igitur ap- 6
pellatio à minori ad maiorem iudicem prouocatio.c.placuit.ij.quæſtio.vj.Prouocatio igitur propriè eſt in iudicio: & propterea fundamenta Bartol.non obſtant. Quinta definitio eſt Bartoli, vt hîc per eum.aliam ponit Baldus in Rubrica.C.eodem, ſed omnes tendunt ad idem.Quærit Bartolus vtrū † appellatio ſit actio,vel officium iudicis.& cōcludit,quòd 7
eſt quoddam ius diſtinctum de per ſe,vt hîc per eum. in contrarium facit, quia appellatio eſt * mixti imperij,vt concludunt doctores in l.j.§.ſolent.ſ.quan.appel.ſit.ergo eſt officium 8
iudicis.l.imperium.vbi Bartol.& Iaſon.ff.de iuriſdictione omnium iudicum diſtingue, appellatio *quo ad iudicem à quo,eſt ius de per ſe,quo ad iudicem ad quem,eſt officiū iudicis. 9

### *DE VERBORVM, ET RERVM SIGNIFICATIONE RVBRICA.*

SVMMAE.


2 *Verborum acceptio multiplex.*
4 *Proprietatis cauſæ res,perſona,negotium & figuræ.*
5 *Limitationum cauſæ.*
7 *Figurarum genera,& vſus.*
15 *Verba potentialiter plerunque accipi.*
16 *Subaudienda,reiicienda que quandoque verba.*
19 *Verba peritorum vſu in quouis actu accipi.*
21 *Abuſui non,niſi ex cauſis,locum eſſe.*
24 *Interpretamur ex mente leges : hominum actus non item,niſi ex cauſis.*
26 *Argumenta ad interpretationem referri.*
28 *Res ſignáque plerunque ſignificant.*
30 *Verbi,dictionis,reique diſcrimen.*
32 *Verba voce,dictionem ſenſu intelligi.*
33 *Significationes pro perſonis & rebus ſumendæ.*


DE VERBORVM. Cùm inuēta ſint verba* vt dicentis intentionem exprimant,meritò eius voluntas in primis ſpectanda eſt. 1
Cognoſcitur autem ex eo, quod verba ipſa indicant.Ea quatuor modis † accipiuntur : ex proprietate,ex vſu,ex abuſione,& per interpretationem.Prima ſpecies ita intelligitur,vt in quacunque ma- 2
teria,etiam pœnali,verba * eatenus capiantur,quatenus proprietas ſermonis ferre poteſt[1],niſi non ita voluiſſe autorem,præſuma- 3
mus : tunc enim ex coniectura reſtringuntur.Ea variis † ex cauſis aſſumitur.Ex re.Quid enim ſi de re tam modica vel leui agatur, vt 4
operæpretiū non ſit diſpoſitionē legis generaliter in ea ſeruari?Ex perſona,vt cùm lex imponit certam pœnam delicto,& iniquum eſſet,ſi ampliſsimi gradus homines ea coërcerentur[2].Nam † ex amicitia, adfinitate,odio,paupertate,maxima excellentia,multa cōſtituta 5
ſunt, quibus à generalibus regulis receſſum eſt. Ex negotij qualitate, vt ſi neceſsitas ſuadeat,vel periculum ſit in mora,vel abſurdum aliquid conſequatur,téue ad eum caſum deueniat,quem maximè autor abominetur,& ſi qua ſimilia.In hac parte etiam continentur, quæ figuratè dicuntur:quoniam figuræ ad ornatum orationis pertinēt,& * proprietati co- 6
hærent : poſſéntque ferè omniū tam quæ à Grammaticis,quàm quæ ab oratoribus traduntur exempla,apud Iuriſconſultos reperiri,ſed ſatis ſit pauca admonendi cauſa in medium attuliſſe.Et † in primis latiſsima ea eſt ſpecies,quæ † per trāſlationē fit : vt cùm domus pro 7
familia,ciuitas pro ciuibus,venter pro eo qui adhuc in vtero eſt,ponitur.Parricida nō qui 8
patrem* ſolùm occiderit,ſed & qui cæteros coniunctos,quorū lex Pompeia meminit,intel 9
legitur.Cuſtodia pro ipſis cuſtoditis,ſeu carcere incluſis[3] accipitur.Sic cùm lex noxium in ære puniri mandat,in bonis patrimonióue exercendam vltionem interpretamur.Sic & ſi is qui apud ſe fugitiuū * receperit,plecti mandetur[4],non de eo qui iuxta ſe tenuerit,ſimpli 10
citer accipimus,ſed qui refugium pręſtiterit in domo ſua,vel aliena,idq; occultandi cauſa.

AD HANC cognitionem etiam pertinent alia figurarum genera, vt quod affectionem* vocamus : veluti cùm in lege quandoque adulter, fur, aleator dicitur, qui hæc 11
crimina affectat,quamuis non perfecerit.Et fugitiuus,qui conſilium fugiendi habuit[5],licet adhuc fugam non arripuerit.Huic nō abſimilis eſt anticipatio ſeu prolepſis *, cùm id no- 12
men quod poſterius res ſumpſit,ante tempus deſcribitur.Qua ratione litem* quandoque 13
appellamus antequam conteſtetur,tametſi propriè poſt iudicium acceptum, hoc nomen habeat.Sic & pecuniam[6] mutuam * dicimus,quæ adhuc mutuò non data eſt, ſed ea deſti- 14
natione habetur, vt mutuetur. Huic figuræ ea eloquutio contraria eſt, qua rē ea appellatione

1 l.cùm lege.ſ.de teſta.
2 Roma.rep.§.de viro.l.ſi vero.ſ.ſol.mar.
3 l.cuſtodias.ſ.de pub.iud.
4 l.j.§.j.ſ.de ſer.fug.
5 l.fugitiuus.ſ.eod.
6 l.malum.§.ij.ſ.eod.



tione ſignamus,quam olim habuit licet in præſentia non habeat:vt cùm Proculus inſulam appellauit eū agrum,qui olim inſula fuit,licet hodie propter alienationē deſierit. Sic & in inſtrumentis[1],etiā Titio mortuo aliquis ſe filiū Titij appellat:ſuntq; plurima id genus ſimi
15 lia.Adſcribi † ſchematis quoque poteſt,cùm verbū actus ſignificatiuum de potētia intelligimus:vt in lege XII.tabul.ſi aqua pluuia nocet,id eſt,nocere poterit.Et apud Labeonē[2],ſi
16 rationes tractaſſe videbitur,id eſt,videri poterit.Eſt & † frequēs in iure ſubauditio,vt cùm dicimus,Iuriſdictio eſt[3] iudicis dandi licentia,pro in licentia.Sic & quandoque taxatiuam dictionem ſubaudimus,quandoque è conuerſo augmentatiuam maximè, quandoque di-
17 ctionē reiicimus,vt cùm duplex negatio*pro vnica ponitur,qui duodecimus eſt ſolœciſmi modus:quandoque vnam coniunctionem pro alia addimus.Sed in his omnibus id generaliter traditum ſit,vt quoties figura vel ornatus,vel neceſsitatis,vel emphaſeos cauſa apponitur,ſemper de ea cenſeamus,quod & de proprietate iudicandum eſt:alioquin ad abuſum potiùs vel interpretationem pertineat,de quibus inferiùs dicetur.Sícque explicitus ſit primus tractatus.

18 SEQVENS articulus de communi * loquendi vſu erit:is etiam proprietate po-
19 tentior eſt[4].Tametſi quod * ex prudentum conſuetudine obtinuit,non dubitē propter eorum authoritatem propriè dici:alioquin tyrannus impropriè de malo principe diceretur,
20 cùm olim ſui natura qualemcunque ſignificaret.quod & de religioſo, & deuoto * dicēdum eſſet:cùm olim hæ voces in malam partem ſolùm acciperentur : at hodie ſolùm in bonam. Is vſus variè accipitur.In teſtamentis patriſfamilias conſuetudo ſpectanda : in cōtractibus ipſorum contrahentium:in priuilegiis eius qui concedit. præſumitúrque ſecundum eum vſum,qui cōmuniter in ciuitate obſeruatur,quemlibet agere niſi de contraria obſeruatione probatum ſit,vel ille vſus nuper & citra decennium inualuerit:nec enim veriſimile eſt,tam
21 citò omnes in eius obſeruantiam conſenſiſſe.Per abuſum† verba regulariter non accipiuntur,niſi aliter actus vel periret[5],vel eluſorius redderetur. Idem & ſi eadem ratio nos inducat,vt quod ex proprio ſenſu dictum eſt,ad improprium trahamus:nam ex præſumpta mēte diſponentis huiuſmodi etiam in ſtatutis &correctoriis diſpoſitionibus admittetur.Hócque caſu nihil nos deterrebit,quò minus perſonam de vniuerſitate dicamus, teſtamentum
22 de codicillis,curatorem * pro tutore[6]. Idem & tunc dicendum erit, cum aliter verba legis
23 captarentur,fraúſve illi fieret.Quapropter ſi lege*municipali triticum extra territorium
24 abſportare nemini liceat[7],nec farinam deferri cōceſſum erit.Ex interpretatione † quæ admittuntur,ſi extra vim verborum veniant,ſolíque menti innitantur,nec in contractibus, nec in teſtamentis obſeruantur[8]:quoniam in eis licet primum locum mens obtineat attamen eam oportet aliquo modo verbis ſaltē impropriis exprimi.Non ita eſt in legibus,quoniam vel ſola mens legis obligat[9]: quapropter in eis argumentum de ſimilibus ad ſimilia
25 paſsim ſeruatur:&(ſi eadem ratio ſubſit) vna lex *ad aliam trahitur : niſi correctiones,vel pœnalia,odioſáue aliqua inducerentur.Quę nō ita generaliter in contractibus & teſtamētis locum habent,ſi verba aliquo modo non patiantur, niſi vel natura rei,vel conſuetudo
26 adiuuet.Idem ſi aliqua alia ratione ſuadeatur.Et ad hanc † ſpeciem pertinent plura argumentorum genera,vt quod à contrario ſenſu dicitur, & quod à connexis : ſitque per interpretationem,vt quod commune eſt,dicatur meum, vt verbum maioris ſummæ ſignificatiuum minorem contineat,vt quod per me nō poſſum per alios facere prohibear.vt in vno capite dicta,in ſequens repetita videantur,vt in ſimplicibus mixtum contineatur : aliáque quàm plurima argumenta,quorum exempla in Topicis Cicero refert.
27 RERVM. Verba * ſignificant,res ſignificantur:tametſi & res † quandoque etiam ſi-
28 gnificent,vt hieroglyphica apud Horum,& Chæremonem,cuius argumenti & nos carmine libellum cōpoſuimus, cui titulus eſt, Emblemata.Sed & ex certis ſignis præſumptiones oriuntur,verùm hæc minimè ad hunc tractatum pertinent. Capitur hîc ergo ſignificatio
29 & in actionis & in paſsionis ſenſu,ſicut & teſtamēti *factio[10].Poteſt & hic locus ex dialecticorum traditionibus interpretationem aſſumere, qui ( vt Fortunatianus tradit ) hanc dif-
30 ferētiam † inter verbum,dictionem, & rem, conſtituunt,vt verbum ſit quod ex ſe & materialiter ( vt vulgò loquimur ) prolatum eſt:dictio, verbi ipſius ſenſum habet,qui in proferentis animo cùm latuiſſet,per verbi expreſsionem exiit : ſic verbum cum ſenſu dictio eſt.
31 Res eſt,quæ exprimitur,& ex verbo * dictionéque declaratur : vt ſi interrogem,verbum Si
32 quis,quid compræhendit? Si quis † quatenus nudam pronuntiationem propter ſe reſpicit, verbum eſt:quatenus ſenſum habet, quē ego antè animo concepi, dictio eſt:maſculi verò & fœminæ ex eo verbo ſignificati,res ſunt.Quam rem ſic Vergilius explicuit:

*Litera rem geſtam loquitur,res ipſa medullam*
*Verbi, quam viuax mens videt,intus habet.*

Sanè in antiquis codicibus aliqui negant verbum, RERVM, reperiri, ſimpliciterque ſcriptam rubricam,De verborum ſignificatione.

Signifi

1 l.eius, qui.ſ.ſi cert.pet.
2 l.Labeo.de ſtatulib.
3 l.imperium.ſ.de iuriſdi. omnium iudi.
4 l.anniculus.l.in vſu.ſ.eo.
5 l.cum filio.ſ.de leg.iij.
6 Alex.l.ij.ſ.de lega.j.
7 c.ſi ciuitas.de ſen.excom. in vj.
8 l. quidem cum filium.ſ. de hæredi. inſti.
9 c.certū.de reg.iur.in vj.
10 l.filiusfam.ſ.de teſtam.

SIGNIFICATIONE.) Sumitur † hæc ſignificatio variis modis:nunc habito reſ- 33
pectu ad ipſum proferẽtem,vt ſi vir imperitus ſit,craſſa minerua accipiantur verba : nunc
conſiderata eius perſona,ad quem verba diriguntur:plerunque & ſecundùm naturam eius
rei de qua ſermo habetur,vel quæ in contractum deducitur: accipitúrque huiuſmodi de-
claratio,etiam ſi præciſa,indefinita,generalia verba ſint:quoniam nihil impedit, quin ad
habilem veriſimilémque caſum retrahantur,& boni viri arbitratu intelligantur,qui con-
ſuetudini * loquentis multum tribuit,ex proximis clauſulis mentem coniectabit, quando- 34
que & diſtantium rationem ducet,interpretabimúrque, vt cùm effectu prolata ſint, vt ſe-
cundum dubium ordinem,vt actus potius ſuſtineatur,quàm pereat [1], vt non ſuperuacua
ſint,ſed aliquid operentur,vt in potiorem ſenſum diſponant, vt ad ampliationem * indu- 35
cta non diminuant,ad liberationem non obligent,ad fauorem non noceant,vt naturalem
ſenſum potius quàm ciuilem admittant,vt ſimpliciter prolata,prima vice officio ſuo fun-
gantur,vt ad id quod principaliter geſtum eſt,potius referantur, quàm ad acceſſoria, vel
demonſtratiua,vt captioſa non proſint, vt clara nõ offuſcentur,vt ſuperflua non noceant,
vt mitiora velint,odioſa abhorreant, poſsibilia inducant, vt ad maiora * expreſsis non 36
trahantur.

1 l.quoties.ij.ſ.de reb.dub.

## SVMMAE.

1 ☞ *Si quis verbo etiam fœminas teneri:ex cauſis contrá. 5. contrá.*
2 *Appellatiuo mari fœminas non contineri ex cauſis*
4 *Fœminas virile verbum excludit.*
9 *Filiis fœminas contineri in ſtatutis & contractibus.*

## LEX I.

VERBVM. Quia † articulus hîc refertur ad hominem, quæ dictio eſt 1
communis,meritò etiam ex ſermonis proprietate fœminas compræhen-
dit:alioquin maſculina † appellatiua,vt filius,cubicularius, æquus, ado- 2
ptiuus,non propriè eas compræhenderent,ſed per extenſionem eámque
communi vſu approbatam,vt Baldus ſcripſit [2] : vel ( vt Ancharano vi-
ſum eſt)per expoſitionem ex legis mente deductam [3]. Quod verò con-
formis nominis non eſt,vt frater,non niſi ex interpretatione ad ſororem traheretur [4]:qua
ratione nec auunculi appellatio ad materteram, ſicut nec patris ad matrem pertinebit [5],
ídque vſus probat, licet alij cõtrà [6], præterquàm cùm in numero plurali quis de fratribus
dixerit:* nam & ſoror eorum,hac appellatione veniet [7]. 3

2 Bald.c.ad audientiam.de reſcript.
3 Anch.conſil.cxij.
4 Capra.conſil.lxij.
5 Corn.cõſil.cclxxi.in iiij.
6 Deci.l.fœminæ.ſ.tit.j.
7 Paul.in l.tres fratres.de pactis.

MASCVLOS.† Vnde ſi expreſſa mentio facta eſt de maſculis,fœminæ excludentur. 4
Idem,ſi de viro: nam & id nomen nullo modo poteſt ad fœminas pertinere.

COMPLECTITVR.† Niſi aliter ſenſiſſe auctorem apareat [8],vel ex coniecturis, 5
vt cùm ſeparatim de vtroque ſexu actum eſt [9],vel quia diſpoſitio non bene fœminis con-
ueniat.Quid enim, ſi teſtator * filios tutores,vel etiam executores * conſtituat? ſi lex pro- 6
pinquorum conſilium requirat?Certè hæc fœminis non conueniunt. Quid ſi filiis * feudũ 7
acquiratur?ab his enim fœminæ excluduntur.Quid ſi hæreditatem relinquat, à qua fœmi 8
næ ex lege municipali,exiſtentib.maſculis reiiciuntur [10] ? Quid ſi ei qui primus naſcetur,
caſtrum dono promiſſum ſit?non enim conſueuêre hæc donari fœminis [11]. Idem & ſi lex
perquàm dura ſimúlque pœnalis ſit [12], vel teſtatoris diſpoſitio odioſa eſt, vt cùm filium
ſuum exhæredat [13]. Idem & in contractibus, vt ſi pater ſibi & filiis aliquid acquirat: ſibi
enim imputet qui legem apertiùs non dixit. Et id communi conſenſu traditum eſt, quod
mihi nunquam placuit.Satis † enim manifeſtè loquitur,qui iuris regulam ſequutus eſt:quæ 9
ſi in edicto prætoris pœnali locum habet,quantò magis in contractibus ſeruanda eſt ? qua
propter & in lege municipali ſeruabitur:niſi correctoria ſit,vel odioſa, vel niſi cautum ſit,
vt in ea ad literam verba accipiantur,quod Baldus & Cornæus exiſtimant [14]. Sanè & cùm
pater filiis tanquam hæredibus ſtipulatus ſit, tunc dubio procul etiam fœminæ admitten-
tur,nec communis ſententia,( vt ego arbitror)reclamabit,quod & aliqui hîc dixerunt.

8 l.Lucius.§.quęſitum.ſ.de leg.iij.
9 l.ſi ita.de libe.& poſthu.
10 Iaſ.l.ſi quis id quod.ſ.de iuriſd.om.iud.
11 Guido Pap.quęſt.cccccv.
12 l.quiſquis.C.ad l.Iu.ma.
13 l.j.§.quare.ſ.de vent.in poſſ.mit.
14 Bald.conſil.ccccl x.in v. Cor.xiiij.in ij.

## SVMMAE.

1 ☞ *Mœnibus cincto continentia ex cauſis intelligi.*
3 *Ciuitatem pro ciuibus & vicariis dici.*
6 *Roma continentia comprehendi:in adiectiuo cõtrá. idem in aliis.*
8 *Patriam variè accipi.*
9 *Vrbem,ambitu aucto,dici.*

## LEX II.

VRBIS. Idem † in ciuitate, caſtro, villa, oppido [15]. Nam hæ dictiones id 1
propriè ſignificant, quod ambitu murorum continetur. Quod tamen non
admittitur,vbi aliam mentem proferentis coniiceremus,vt ſi diſpoſitio elu
ſoria redderetur.Sed & in * beneficiis principum tam anguſta interpreta- 2
tio minimè eſſet admittenda [16]. Quinetiam ſi quis caſtrum vendat,de omni
iuriſdictione actum intelligetur,quatenus in eius agro exerceri cõſueuit [17]. Sed & † ciuitas 3
quandoque

15 c.ſi ciuitas.de ſent.excõ. in vj.
16 l.j.§.cum vrbẽ.ſ.de offi. præfe.vrb.
17 l.ſi quando.C.de bonis vac.lib.x.



quandoque non pro loco,ſed pro ciuibus accipitur:vt cùm quis ciuitati vel ciuibus aliquid
mandat.Et tunc etiam eos compræhendi,qui ex vicis,oppidíſue eius vrbis ſint,Bartol.cre
didit [1]. Alexander diſſentit,ſi de ciuibus dictum ſit:quoniam vicani non propriè ciues [2] ſint.
Id ego non probo:cùm latiorem plerunque habeat ſignificationem quod de ciuibus dici-
tur,quàm de ciuitate [3]. Vnde in Hiſpania,Gallia,cæteríſque prouinciis erant pleraque op-
4 pida,quorum incolæ ciues* Romani dicebantur,vt eſt apud Liuium, Pliniúmque, & Stra-
bonem,qui tamen ipſi in Italiam nunquam venerant,nec idcirco vrbs ſua Romana dice-
batur.Quapropter communem ſententiam ſequor [4],vt nihil interſit, ſiue de ciuitate, ſiue
5 de ciuibus agatur.Et in* priuilegiis ſimilíſque argumenti actibus, incolæ tantum ciuitatis
ſub vrbiorúmque continebuntur ciuium appellatione.alioquin etiam vicani admittentur
niſi forte vel vſus loquendi,vel qualitas negocij aliud indicent.

1 l.qui ex vico.ſ.ad municip.
2 §.ſi quis igitur.in authẽ. qui.mœnat.effi.ſui.
3 l.j.§.procul.C.de lat.lib. toll.
4 Alex.in rubr.ſol.mat.

## SVMMAE.

1 ☞ *Diei acceptio varia.*
3 *Horarum genera.7.10.notæ.11.*
6 *L.Vrbis.ſenſus.*
8 *Dies pars longior ob operas,manè.*

1 §.ROMAE. Quid ſi dictum ſit † vrbis Romanæ ? & aiunt idem ac ſi Romæ, quoniam
vrbs de Romana accipitur.Et ideo videtur adiectio ampliationis cauſa facta.In quo diſſen
tio,cùm veriſimilius ſit propter declarationem acceſsiſſe.Nec enim vrbs propriè de Roma
ſolùm dicitur,ſed per ſubauditionẽ, vel potiùs κατ' ἐξοχὴν [5]. Quid item ſi dixerim,in ciuita
te Peruſina?& traditur id tantùm contineri,quod muris clauditur:ſi verò è conuerſo,Peru
ſinam ciuitatem appellauerim,etiam de continentibus ædificiis agi:vt id ſit obſeruandum
2 quod priore loco fuerit pronuntiatum [6]. Quod ipſe nequaquam probo, cùm * adiectiuum
demonſtrationis loco ſubſtantiuo accedere grammatici fateantur. Quapropter ſi vrbs
Roma dictum ſit,cùm nullum adiectiuum hîc proponatur,perinde habebitur, ac ſi Roma
3 ſimpliciter dictum eſſet [7]. Sanè patriæ † quoque lata ſignificatio eſt, nec ſolis mœnibus ter-
minatur [8]:quin & quandoque patriam de prouincia dicimus,vt Bald.probat [9]. Quod ergo
hîc de Roma dicitur,id & in cæteris vrbibus obſeruandum eſt, ſi continentia quoque ædi-
ficia habeant,quamuis ferè omnes abſque ſuburbiis ſint,& murotenus claudantur [10].

5 §.ij.Inſtit.de iur.nat.
6 l.ſi ſeruus communis.de ſtip.ſer.
7 l.nã quod.in fi.de pe.leg.
8 l.vxorem.§.legauerat.de lega.iij.
9 Bal.auth.ſed omnino.C.ne vxor pro ma.
10 d.l.nam quod.

4 FINITVR. Quid † ſi ampliora mœnia maioríſque ambitus nuper conſtructa fue-
rint?Et quod eis continebitur,vrbs erit.Nec refert,vt Bartolus ſentit,hîc dubitare,poſsint
ne populi ſua ſponte ciuitatem condere : quia etiam ſi non poſsint ( quod tamen iure gen-
5 tium falſum eſt)iam conditam ampliorem * munitiorémque reddere non prohibentur.

6 CVIVSQVE DIEI. Tribus † modis dies accipitur. Primo ſecundum Romanæ
eccleſiæ morem [11],qui & Athenienſium fuit,vt ab occaſu ſolis incipiat,& in ſequentem oc-
7 caſum finiat:& hoc vulgò vtimur.Eſt &* dies ciuilis [12],qui à media nocte incipit,& ſequen-
tis noctis media finitur.is in præſentia apud Gallos, Germanóſque pleríſque in locis eſt in
vſu.Eſt etiam naturalis ab ortu ad occaſum ſolis,vt Cenſorinus autor eſt.Is vulgò ſemper
horarum duodecim erat [13],quæ cum ipſa luce vel augebantur,vel minuebantur, cuius ho-
8 rologij rationem lib.vltimo explicat M.Vitruuius.† Quapropter huiuſmodi horæ καιρικαὶ,
9 ſiue(ſi mâlis) καιρίαι id eſt,temporales* vulgaréſue appellatæ ſunt.Huius meminêre Palla-
dius rei ruſticæ autor,Aſconiúſque Pedianus, & Plautus cùm horam æſtiuam pro longa di
10 xit.Sic & Vergilius tardos menſes* appellauit Iunium,& Iulium, quòd horæ tunc ſint lon-
11 giſsimæ.Hinc & in Euãgelio habetur,Nónne duodecim ſunt horæ diei?De † hoc à Iuriſcõ
ſulto hîc agi plerique crediderunt:quamuis de eo intelligi quoque poſsit, qui imparibus fit
12 horis,† quas Græci ἰσημερινὰς vocãt:nam & in Italia & in prouinciis,maximus dies eſt quin
decim horarum,quod ex Ptolemæo,Proclíque in ſphæram commentariis facilè dignoſci
13 poteſt:vt † meritò ſequens pars, licet longior, tamen minor à Iuriſconſulto exiſtimata ſit,
quòd veſperè non ita vegeti promptíque ſicut manè ſimus. Vergilius,nono.

*Nunc adeò melior quoniam pars acta diei.*

Heſiodus quoque,qui maturius manè operetur,tertiam partem operis conficere ait:

ἠὼς γάρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν

14 Qui ergo à meridie ad occaſum opus faciet, dimidiam operam * præſtitiſſe non dicetur,
15 nec diurnæ mercedis dimidium meritò conſequetur.Sanè Martialis † quodam epigram-
mate de vulgaribus horis loquens, prima diei parte ſolitos Romanos ſeriis rebus va-
care oſtendit, reliquum verò palæſtræ, toro, conuiuiis, iocíſque tribui : vt meritò Iuriſ-
conſultus maiorem partem diei eſſe primarum ſeptem dicat, quo ſeriis negotiis incum-
bebant, non poſtremarum, quo tempore iocis & conuiuiis operam dabant. Carmen
poëtæ hoc eſt:

*Prima ſalutantes atque altera continet hora.*
*Exercet raucos tertia cauſidicos.*

11 c.ij.de feriis.
12 l.more.ſ.de fer.
13 l.j.ſ.de manumiſ.

*In quinta varios exercet Roma labores.*
*Sexta quies laſsis, ſeptima finis erit.*

& quæ ſequuntur. Extat etiam græcè ſimilis argumenti diſtichon:

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται, αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
γράμμασι δεικνύμεναι ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

*In ſextam labor vſque horam, nam quæ inde notantur*
*Litterulis, vitæ commoda habere iubent.*

Cuius epigrammatis ratio eſt, quoniam ſeptima† hora per Ζ ſignificatur, ſicut octaua per 16
Η, nona per Θ, decima per iota. Quæ literæ coniunctæ ζῆθι conficiunt, quod eſt, veſci, vt vi-
uas. Sanè Victorinus in Rethorica Ciceronis, primum Trimegiſtum diem in duodecim
horas diuiſiſſe tradit, cùm ſacrum Serapidi animal duodecies* vrinam feciſſe quadam die 17
obſeruaſſet, pari ſemper tempore interpoſito: id animal Horus Cynocephalum eſſe com-
mantariis prodidit.

SVMMAE.

1 ☞ *Iter ex cauſis arbitrabitur vir bonus. 2.*
4 *Via conſueta tutáque eundum.*
6 *L. in itinere. ex cauſis ceſſare.*

LEX III.

1 in tract. de inſul.

IN ITINERE. Quid ſi nauigandum eſt? & Barto.[1] quinquaginta mi-
liaria minus eſſe iuſta diei nauigatione arbitratus eſt. † Ego nihil certum 1
propter ventorum, & mollitiei incertitudinem conſtitui poſſe cēſeo, ſed bo-
nus vir arbitrabitur. Hinc Cato, quò pedib. contendi poſsit, mari minimè
eundum cenſuit: quod etiam Iuriſconſulti probant[2].

2 l.ij. §.pen. ſ. ſi quis caut.
3 l. continuus. §. cum ita. de verborum oblig.

VIGINTI. Atqui† & hoc videtur arbitrio boni viri relinquendum[3]: quod verum 2
eſt, cum certa milliaria conſtituta non ſunt, alioquin hæc cōputatio ſeruabitur: vt in eo qui
abſens in ius vocatus eſt[4]: vt in tutore qui ſe excuſat, & vltra centeſimum lapidem abeſt[5]:
vt in eo qui ad præſidem tendit bonorum poſſeſsionem ſibi decerni poſtulaturus[6]. Sed &
ſi lex non ipſum iter, ſed certam menſuram reſpiciat, intercapedo non per millia paſſuum
humi menſa accipitur, ſed ex aëre, ratione Aſtrologis peculiari: ídque pleriſque viſum eſt,
cùm municipes conſtituiſſent, ne qui per quinquaginta milliaria vicinus eſſet, Prætor deſi
gnaretur. Sed hoc Paulus Caſtrenſis, Alex. & Iaſon non admiſerunt[7], cùm vſus* repugnet, 3
conſtitutióque ipſa homines reſpiciat, qui ipſi minimè per aëra volitant: quod & nos pro-
bamus: cùm enim de paſſuum numero agatur, quid hîc ad rem facit aëris menſura?

4 l. ſi quis caut.
5 §. qui autem. de excuſ. tut.
6 l.ij. §. penult. quis ord.
7 in d.l.j.

PASSVVM. Per eam ſcilicet viam, per quam iter fieri conſueuit[8]. ſi varia eſt cōſue- 4
tudo, præferetur quæ in planitie, etiam ſi alia breuior reperiretur[9]. quapropter Bononienſis
Romam vocatus, per Flaminiam & Picenum ibit, licet per Hetruriam citiùs peruenire poſ
ſit. Idem ſi longiore itinere tutius quis iter faciat: nam id potiſsimum deligendum eſt[10].

8 l.j. §. j. de his qui deiec.
9 Archi. c. ſtatutum. de reſcrip. in vj.
10 l. final. §. cum enim. C. de iure delib.

INTEGRVM DIEM. Singulis tamen ſeptem diebus vnum habebit, in quo re-
quieſcat, íſque erit dominicus dies, quod plerique crediderunt[11]: nos iure * non probari 5
id ſcimus, nec vſquam lectum eſt prohiberi quenquam eo die iter facere.

11 Felinus c. cum olim. de exc.

CONVENIAT. Nam† tunc ſeruanda eſt fides. Idem ſi vt certo die adſis, principis 6
edicto, vel legis iuſſu compellaris: tunc enim minimè ad hanc computationem recurren-
dum eſt[12].

12 Imol. d. §. cum ita.

SVMMAE.

1 ☞ *Hæreditatem captiui non dici.*
4 *Hæreditas non, niſi ex cauſis, ſeruorum eſt.*

§. EIVS QVI. Non poteſt. Ex ſummo iure, vt Accurſius ſentit: nam ex bono & æquo
aliter. lex Cornelia conſtituit, quæ antequàm caperetur, mortuum fingit[13]: quæ inter-
pretatio vt vera ſit, vniuerſali tamen negatiuæ non conuenit. Ego † generaliter dixe- 1
rim, hæreditatem eius, qui apud hoſtes deceſsit, nullo modo poſſe dici, licet ex lege Corne-
lia hæreditatem eius qui captus eſt, dicere poſsimus, quoniam hæc captura* in ea lege vice 2
mortis ſucceſsit.

13 l. lex Cornelia. ſ. de vulg.

SERVVS. Nam hæreditas* eſt ſucceſsio in ius defuncti: at ſerui nullum ius habent. 3
In his† verò caſibus cùm lex pro liberis eos habet, hæreditas eorum rectè dicetur[14]: vt cùm 4
ideo non fuit aliquis manumiſſus, quia tabulæ teſtamenti, quibus libertas relinquebatur,
ex S.C. Sylleiano aperiri non potuerunt. Sunt & ali j caſus quos enumerare operæpretium
non eſt[15].

14 l. penult. C. de his quibus.
15 l. ſeruus. C. com. de ſuc.

SVMMAE.

2 ☞ *Res in l. pecunia. j. opum nota.*

LEX



LEX IIII.

1 PECVNIAE. Rem *id eſt, ſubſtantiam: nec enim eſt veriſimile Pro
2 culum, cùm hoc dixit, generaliter rem accepiſſe † ſed in eum tantum-
3 modò ſenſum, quo facultates cenſúsque ſignificantur: nam * pecuniā
antiqui à pecore deduxerunt, quòd vniuerſa eorum facultas in peco-
4 rum fructu eſſet, vt Grammatici aiunt: qua ratione, & peculium* dictum
quod quis ſua induſtria acquirit, vt Valla exiſtimat.

SVMMAE.

☞ *Rem variè accipi.*
1 *L. Rei. ſenſus varius. verior. 5.*
2 *Opus non niſi perfectum, dici: ex cauſis contrà.*
7
8 *Ἀποτελεσμάτων acceptio duplex.*
9 *Aſtrologia vana damnanda.*

LEX V.

1 REI. Rei† appellatio latiſsima eſt, & corporalia incorpoliáque cōplecti-
tur, & ad omnē obligationē contractúmq; pertinet. Hinc æquitatē neceſ-
ſitatémue aliquando ſignificat quandoque & veritatē, plerunque & admi-
niſtrationem: ſed & pro iudicio, controuerſia, ſententia, accipitur: habet
etiam negotij ſignificatum: pro rei quoque ipſius æſtimatione nunc acci-
2 pitur, nunc pro eo, quod intereſt: homines* quoque rerum appellatione
contineri dubium non eſt[1], ſicut & delicta, cæteráque quæ in facto conſiſtunt: ſed & officia
res appellantur. [Res quoque vtilitatem ſignificat, quo ſignificatu vſus eſt Vlpianus[2]. Vo
luptatem quandoq; ſonat quale eſt apud Terentium[3]. His rebus finem præſcripſi pater. ſæ-
piſsimè litem, Res apud Prætorem agitur:] reſtringitur autem ex ſubiecta materia, quod
alibi diſſeram.

1 l. omnia. in fi. de leg. ij.
2 l.j. de reb. cred. ſ.
3 in And.

3 EXTRA COMPVTATIONEM. Accurſius † quatuor interpretationes af-
fert, vt vel de his, quæ in patrimonio noſtro non ſunt, ſed eſſe poſsint, accipiamus: vt hære-
ditas iacens: vel de ſeruitutib. quæ nec in noſtro patrimonio, nec extra habentur[4]: vel de
actionibus, quaſi hæ pecuniæ appellatione nō compræhendantur: vel de rebus ſacris, quo-
4 niam in nullius bonis ſint: & hanc probat, cùm ſacra * vendi & in pecuniam redigi nō poſ-
5 ſint, quod in aliis rebus eſt. † Sed profectò Iuriſconſultus haud ita ſenſit, ſed latius accipi rē,
quàm pecuniam ait, cùm res mea dicetur, etiam quæ in patrimonio non computetur: vt ſi
de filio vel conſanguineo ſentiens commendem tibi res meas, vel cùm de capite periclitās
dicam rem meam agi, quod minimè ei ſignificationi conuenit, quam habet pecunia. Au-
ſonius poëta.

4 l.j. de vſufr. leg.

*Imperium, litem, venerem, cur vna notat res?*
Horatius.
*Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet.*

& Plau. in Pœnulo: Tenetis rē? Vix quidē hercle: nā ita pauxilla eſt, digitulis primoribus &c.

OPERE LEGATO. Alij codices habent locato, vtrunque rectè: cùm enim de o-
6 pere dicimus, de eo intelligimus, quod veri operis formam habeat: quæ quidem forma* nō
7 niſi ex conſummatione, contingit[5]: quapropter † qui opus debet, partem faciēdo nihil agit.
I. & hæc eſt ratio cur facti obligatio indiuidua ſit[6], licet alij aliter ſenſerint. Sanè mens lo-
quentis quandoque aliud ſuadet, vt cùm quis argētum factum legat, nam & id veniet, quod
elaborari cœptum ſit, licet adhuc non perfectum[7]: non enim in obligatione ipſum facere
II. hoc caſu vertitur, ſed res ipſa præſtatur. Qua ratione & ſi quis partem parietis, foueæ,
vel maceriei fecerit, opus illi nouum nuntiari poterit[8]: quia non debet damnum alicui, ne-
III. que ex parte idem operis inferri. Idem & cùm de opere certam formam non habente
loquimur, vt paries, fouea, maceries, & ſimilia: nā etiam ſi ſolùm incœpta ſint, dicitur opus
factum eſſe: ſecùs, ſi certi termini, vel menſura addita proponatur[9].

5 l. ſi is qui cccc. §. j. ad l. fal.
6 l. in exec. ver. ij. de verbo. obl.
7 l. & ſi. §. quid ergo. de auro leg.
8 l. ſtipula. §. opus. ſ. de ope. no. nunt.
9 l. ſtipul non diuiduntur. ſ. de verb. oblig.

8 GRAECI ἀποτέλεσμα. † Nomē id à perfectione, abſolutionéque deducitur: qua ratio
ne Homerus quandoque τετελεσμένον ἔργον dixit eodem ſenſu. Sed & ἀποτελέσματα mathe-
maticorum reſponſa dicuntur, edidítque hoc titulo Ptolemæus librum, qui vulgò Quadri
partitus appellatur. meminit etiam huius ſignificationis Euſtathius in Iliados primo, vbi
9 Genethliacorum curioſitatem † damnat, qui omnia ſubiecerint planetarum poteſtati: &
proculdubio ridiculum eſt reſponſa ſua hoc nomine eos appellare, quibus nihil imperfe-
10 ctius, vanius, ſtultius excogitari poteſt: ars enim illa ab Aſtrologis * conficta fuit, vt cùm
ſua profeſsione nihil lucrarentur, à curioſis rerum futurarum principibus, hoc nomine pe-
cunias æruſcarent: & ideo antiquis, ſapientioribúſque Philoſophis damnata, Chriſtianæ
legi contraria, ab Imperatoribus[10] etiam capitali vltione coërcita: aduerſus quam M. Ci-
cero, Origenes, Phauorinus, & nouiſsimè Ioannes Picus XII. libris diſſertauit. Quòd ſi

10 l.iij. & v. C. de maleſ. & mathemat.

quis eorum (quanquam hæc rara auis) qualis Thraſyllus aut Aſcletarion quandoque vera prædixerit, id non aſtrorum ſciẽtia, ſed cacodæmonum aliquo impellente, vel falſo prædicta ad euentum perducente, factum eſt, quorum maximè intereſt, huic impoſturæ fidem omnino non abrogari: vt mirum ſit, cur domini rerum, qui Chriſtianis imperant, impunè doceri diuulgaríque huiuſmodi apoteleſmata permittant, quibus, ſingulis annis, ipſi efferuntur, belláque, tumultus, & rerum mutationes, ad hæc, diluuia, grandines, terræ motus, huiuſmodíque terriculamenta portenduntur, ſícque nocentium animos, vel in ſpem alicuius facinoris incitant, vel innocentium metu, & deſperatione comminuunt, in cauſáque ſunt, vt à malis geniis multa mala id homines inuehantur, ne mentiti videri poſsint.

### S V M M AE.

1 ☞ *Nominis ſignificatio multiplex.*
3 *Iura non, niſi ex cauſis, rebus comprahendi.*
5 *Immunitate ſubditos iuuari.*
8 *Reos variè accipi.*
9 *Voti reos obligari.*

## L E X VI.

NOMINIS. Nomen † hîc pro obligatione debitoris accipitur, ſicut cùm 1
dicimus, vendo nomen, lego, obligo, do in ſolutum. alioquin & alias ſignificationes habet: ſic enim cauſam, ſic accepti expenſíque titulum [1], ſic ſingula in conficiendis rationibus negotia appellamus. Sed & in S. C. dicitur incertis nominibus pecuniam à Macedone filiisfamil. credi ſolitam [2]. Sic & Horat. epiſt. lib. I I.

*Cautos nominibus certis expendere numos.*

Quandoq; & agnationem ſignificat, vt cùm prohibemus fundũ de nomine noſtro exire [3].

1 l. pen. & fin. C. de conueni. fiſ. deb. lib. x.
2 l. j. ad Maced.
3 l. is qui. de lega. iij.

REI. Licet hæc vox generaliter intelligatur, quandoque* tamen ſpeciali ſignificatio 2
ne accipienda eſt; vt † cum in rem quis agit: ſpecies enim deſignari tunc debet [4], nam & iu- 3
ra non vendicantur [5]. Idem ſi res omnes meas legauero: iura enim non continentur, quia nec poſsidentur: pronomẽ autem meas poſſeſsiuum eſt: atque ita Baldus ſenſit [6], quod ego non probo, cùm grammatici in eam ſignificationem poſſeſsiuum non accipiant, in quam Baldus exiſtimauit: quapropter & cum rem alienam dicimus, etiam de iuribus intelligimus [7]. Verius ergo eſt id legatum per illam adiectionem ſolùm ad ea coarctari, quæ in dominio noſtro habemus [8]. Sanè & cùm res, quas in illo fundo habeo, tibi promittam, iura nõ
debentur, quoniam eo loco non continentur [9]. Dubium autem non eſt, quin verba* etiam 4
generaliſsima per adiectionem reſtringãtur. Sed finge † princeps mihi vniuerſíſque rebus 5
meis pleniſsimam immunitatem conceſsit, an ſubditi quoque immunes ſint? & eſſe reſponſum eſt: ſed quoniam ob mei fauorem hæc conceſsio facta eſt, nõ poterunt in domini dam-
num ea vti: & ad me pertinebit* declaratio, quos velim immunes eſſe, vt belliſsimè And. Si 6
culus reſpondit [10]. Sanè poſſumus & genitiuum hoc etiam à reo, id eſt, obligato inflectere,
vt reus* debendi dicatur, ex quocunque contractu, vel obligatione quis debeat. Nam & ve 7
teres (vt Cic. libro I I. de Oratore inquit) † reos appellabant non eos modò qui arguuntur 8
ſed omnes quorum de re diſceptatur. Hínceque eſt, quòd reus non ſolùm debendi dicitur, ſed etiam credendi, & ipſe quoque per acceptilationem à nexu liberari cenſetur: oblatam
enim pecuniam non poteſt non accipere [11]. Dicitur & reus voti is † qui diis in euentum con- 9
ditionis promittit: at vbi conditio euenit, tum etiam damnatus eſt voti: quod oſtẽdit T. Liuius lib. V I I. de bello Punico, & Vergil. Damnabis tu quoque votis. quod & Seruius ſentit:
vt non parum mirer, cur Macrobius* voti damnatos interpretetur, qui vota ſoluerint, & 10
non potius idcirco obligatos ad obſeruationem voti, quia quod petierant impetrauiſſent. In qua re Nonij quoque Marcelli diligentiam non ſatis probo, tametſi ſciam ex recentioribus pleróſque Macrobium ſequi.

4 l. ſi in rem. §. de rei vend.
5 l. vendicatio. eod. tit.
6 l. j. de ſtat. ho.
7 c. fin. de præſcrip.
8 l. Quintus. §. argẽ. de aur. leg.
9 l. Caius. de lega. ij.
10 conſi. xxvj. in ij.
11 l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de legatis iij.

### S V M M AE.

1 ☞ *Mentis virtus.*
2 *Mente comprahenſa exprimi.*
3 *Mentem certam ratione & argumento argui.*
5 *Extenditur lex interpretatione.*
6 *Vtiles actiones ex tacita, veriſimilique mente naſci.*
7 *Rationum vna ceſſante niſi ex cauſa, legem ceſſare.*
10 *Extenſio, reſtrictióve ex ratione oriuntur.*
11 *Mens, non verba, ſpectanda ex cauſis.*

§. VERBVM EX LEGIBVS. Quod † mens vnà cum verbis legis poſſunt, id 1
ſola eius mens poteſt, dum de ea conſtet. Dum † ergo certa eſt legis ſententia, etiam ſi verba 2
eam non exprimant, expreſſus à lege is caſus dici poteſt [12]: & propterea nihil refert, etiam ſi materia pœnalis vel odioſa ſit [13], cùm non per extenſionem, ſed per expreſsionem caſus
cenſeatur explicatus. Tunc † autem mens dicitur certa, cùm vel in l. exprimitur, vel vni- 3
ca tan

12 l. prætor. de ope. no. nun.
13 l. cũ mulier. la j. ſol. matr.



ca tantùm ratione, ita quòd nulla alia adduci poſsit, colligitur [1]: vel per argumentum ne-
4 ceſſariò & euidentiſsimè concludens, ita ſenſiſſe legiſlatorem infertur [2]. Et in his * caſibus
5 actio in lege directa oritur. Quòd ſi de mente non conſtet, ſed per † interpretationem Iuriſconſultorum lex ad eum caſum porrigatur, rem tacitè deciſam dicitur, túncque potiſsimũ de legum extenſione tractamus. Hoc autem caſu actio quæ conceditur, non directa, ſed vtilis eſt [3]: quoniam ex mente legis præſumpta propter vtilitatem recipitur. Sed & ſi de aliquo caſu nihil actum ſit, cùm veriſimile eſt legiſlatorem, ſi de eo cogitaſſet, idem quod de alio ſimili diſpoſiturum, vtiliter ex ea lege agetur [4].

6 SENTENTIA. Eadem videtur* eſſe mens, ſeu ſententia, & ratio legis, vt plerique omnes aiunt: aliqua tamen differentia eſt, quia ex ratione deducitur ſententia, & propter
7 ea nunquam legis deciſionem protrahimus, vbi non æquè tanta ratio ſit, quo fit, vt † ſi ex duabus rationibus aliquid ſit introductum, ſi altera tãtùm adferri poſsit, diſpoſitio locum ſibi non vendicet [5], niſi clarè conſtet ex mente legis vel alteram ſufficere [6]: qua ratione & tunc ad caſum ſimilem, ſi mens hoc velit, fiet extenſio, tametſi non æquè tanta ratio ea fie-
8 ri ſuadeat, quod Socinus adnotauit [7]. Hinc etiam eſt, quòd correcta legis ratione* lex ſublata cenſetur [8], ſi tamen huiuſmodi ratio concludens, non autem impulſiua ſit [9].

9 VERBIS. Ea* tamen præſumitur legis ſententia, quam verba oſtendunt [10]: quapropter temerè ab eis non eſt recedendum: quoniam plerunque fallimur, dum legis rationem per coniecturas nos adſecutos credimus. quòd ſi de ea conſtet, non eſt dubium, quin & in-
10 de coarctatio † inducatur, & ſi res ſuadet, extẽſio, quod aliàs admonui. quapropter non tã
11 ta eſt verborum vis, vt ſi quis aduerſus † ſententiam legis faciat, quamuis in eius verba nõ committat, poſsit idcirco euadere, atqui eodem punietur modo [11], ac ſi verba quoque violaſſet. quapropter qui triticum vel oleum filiofamiliâs credit, in S. C. Macedonianum incidet [12]: & mulier cùm intercedere pro alio vellet, ſi principaliter in ſe obligationem ſuſceperit, ex S. C. Velleiano iuuabitur [13]. Idem cùm prohibitus donare, viliori pretio vendat, vel interpoſita per fiduciam amico donet [14]. Non ita in eo eſt, qui aduerſus verba committit, ſententiam ſeruat: nam id impunè licet.

1 gl. l. quãuis. de fideicom.
2 Felin. c. in noſtra. de reſcr.
3 l. curatoris. C. de neg. geſt.
4 l. tale. in fin. de pact.
5 l. ſi idem. §. de iur. om.
6 §. adfinitatis. de nupt.
7 l. ij. .ex his. §. de verb. ob.
8 l. j. §. de leg. tut.
9 §. fœminæ. Inſtit. de nupt.
10 l. proſpexit. §. qui & à quib.
11 l. non dubiũ. C. de legib.
12 l. ſed Iulianus. §. mutui. §. ad Mac.
13 l. quamuis. §. ſi cùm. §. ad Velleia.
14 Din. c. fin. de reg. iur.

### S V M M AE.

1 ☞ *Sponſio variè accipitur.* 5.
3 *L. j. C. de ſuffrag. ſenſus.*
7 *L. Sponſio. explicari verius.* 8.
9 *Pactorum formulæ explanatio.*
10 *Promiſſionis ſtipulationis, pactique notæ.*

## L E X VII.

1 SPONSIO. Sponſio † videtur ſolùm de ſtipulatione dici: quod ex eo probatur, cùm promiſſum lex ait accipi, quod nuda promiſsione, vel polli-
2 citatione, vel ſponſione debetur [15]. Hinc &* ſponſalia [16] dicta, quòd veteribus moris fuerit per ſtipulationem ea contrahere. quapropter cùm lex ait [17], eos obligari qui ſponſione propter ſuffragium contraxerint, de ſtipu
3 latione † ego intellexerim, vt qui mihi apud principem ſuffragatus ſit, vt diſpenſationem aliquam obtinerem, non tamen ad promiſſum ſibi pacto nudo præmium agere poſsit: licet noſtrates Iuriſconſulti eam legem non intelligentes contraria opinentur: cuius etiam libro X X I I. Ammianus Marcellinus mentionem facit. Nec quicquam nos mouet quòd hîc dicitur, omnis ſtipulatio promiſsióque: quaſi hoc ſenſu alterum ſuperflue-
4 ret: nam coniunctiua* oſtẽdit pro maiore declaratione id à Iuriſconſulto dictum, quòd du-
5 bitari potuit, ne ſtipulatio de ſola interrogatione diceretur [18]. Sanè † & alio ſignificatu ſponſio accipitur, nimirum cùm quis, interpoſita ſtipulatione, certam pecuniam promittebat, ni ita eſſet, ſicut adfirmabat: quo ſenſu Ciceroni, Quintiliano, Valerio Maximo, cæteríſq;
6 veteribus vbique capitur, nec ex Iuriſconſultis quidam abſtinuere [19]. Hinc *& ſponſor dicitur: quamuis Accurſius ſponſorem eum tantummodo dici crediderit, qui ſpontè à nemine rogatus pro aliena obligatione intercedat [20].

7 SPONSI. Quidã † interpretantur, id eſt, promiſsi: quod non conuenit, cùm promiſ-
8 ſionis interrogatio non fiat, ſed ideo interrogemus, vt promittatur: verius ergo eſt † vt de ſponſalia cõtrahente intelligamus. cùm igitur exemplum hoc Iuriſcõſultus adducat, apertè oſtendit ſponſionem tantummodo de ſtipulatione dici, alioquin, ſi quamlibet pactionẽ ſponſionis appellatione comprahendi, (prout communis eſt ſententia) voluiſſet, non erat
9 de vna ſpecie ſtipulationis ſolum hîc exempli cauſa loquendum. Nec obſtat [21], quòd † ſi in nouiſsima parte pactorum ſcriptum ſit, Titius rogauit, ſpopondit Meuius, hæc verba non tantùm pactionis loco accipiuntur, ſed etiam ſtipulationis, quia pacti vim habent, non ex verbo ſpopondit, ſed quia iam in modum pacti promiſsio præceſſerat, & ideo lex in nouiſſima pactorum parte ita ſcriptum ait.

15 l. ſciendum, §. de ædi. ed.
16 l. ij. de ſponſ.
17 l. j. C. de ſuffr.
18 glo. in l. j. de verb.
19 l. ſi rem, §. de præſcri. ver.
20 gl. in rubr. in auth. de fid.
21 l. iuriſgentium. §. quod ſe rè. de pact.

PROMISSIOQVE. In † ſcriptura promiſsio [1] videtur pro ſtipulatione accipi, 10 quod tamen in teſtimoniis nō eſt, quoniam verba teſtium ambigua aduerſus eum, qui produxit, interpretantur: id autem verbum ambiguum eſſe certum eſt, cùm etiam ſimplex pactio promiſsio dici poſsit.

1 l.j.C.de vſur.l.titia.§.pe. ſ.de verb.obl.

SVMMAE.

1 ☞ Oportebit, etiam præſentis nota. 6 Futurum ad alia tempora non referri: ex cauſis diuerſum.
2 Præſens ad alia tempora non, niſi ex cauſis, trahi. 5.
4 Pigneratio ad futura porrigitur. 7 Futuri, & præſentis enallage.

LEX VIII.

VERBVM OPORTEBIT. Exemplum legis eſt, cùm quis promittit, quicquid dare, facere † oportebit: nam etiam ex vi ſermonis præſens 1 compræhenditur, cùm qui dare facere debet tempore contractus, etiam poſt contractum dare facere teneatur: nec enim per eum contractum extinguitur præſens obligatio.

PRAESENS. Tempus † præſens ad præteritum non refertur, niſi 2 adiunctum participium id ſuadeat [2], vt cum dicimus, Troia capta eſt: aut cùm id præteritū etiam nunc durat [3]. Qua ratione futurum quoque non compræhendit [4], niſi natura actus aliud inducatur: vt cùm lex punit eum, qui delinquit: futuris enim * negotiis lex prouidet. 3 Idē in teſtatore qui dixerit, quas pecunias legaui, vel lego ſine diei appoſitione, deberi annua, bima, trima die volo: referetur enim hæc clauſula etiam ad ea legata, quæ deinde vel in codicillis faciet [5] nam hæc voluntas durare præſumitur. Sed & diſpoſitio de re præſenti facta, ad futuram actionem trahetur [6]. Quapropter † & qui res ad ſe pertinentes pignori 4 ſuppoſuerit, de acquirendis quoque egiſſe videbitur: quoniam, cùm obligatio duret, cenſetur acquirenda ex præſumpta contrahentium voluntate loco acceſsionis cæterorum bonorum eſſe [7], licet aliam rationem Bartol. adduxerit. Cæterùm & ſi † præſenti tempori ad- 5 dita ſint verba habentia tractum, non eſt dubium, quin futurum compræhendant [8]. Idem & ſi de futuris actum eſſe alia ratione præſumamus.

2 l.verbum erit.ſ.eod.
3 l.is qui in puteum.§.ait.ſ.quod vi.
4 l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cū ſtipulamur.ſ.de verb.obl.
5 l.talis.de leg.j.
6 l.fin.§.fin.de lib.leg.
7 l.ſi.C.quæ res pig.l.ſi quis ſocietatem.in fi.pro ſoc.
8 l.ſi ita quis.de leg.j.

FVTVRVM. Id tempus † regulariter nec ad præſens, neque ad præteritum refertur: 6 niſi diſpoſitio tractum habeat, vt quia in futurum quoque duret: veluti ſi promittam, quòd dolus malus aberit [9], intelligetur etiam vt in præſenti non adſit: cùm, qui hodie dolus adeſt, etiam in poſterum perſeueret: & qui confirmat quod in codicillis ſcriptum erit, etiam quod codicillis iam factis legauit, confirmaſſe creditur [10]. Sed † & cùm materia 7 ita ſuadet, præſens pro futuro, & futurum pro præſenti ſumitur [11].

9 l.nouiſsima.§.iudic.ſol.
10 l.plotiana.§. de iure cod.
11 xxxij.q.v.ſi Paulus.

SVMMAE.

3 ☞ Agunt καταχρηστικῶς excipiens & appellans. 4 Exceptiones omnes excludunt.

§. ACTIONIS. Actionis † verbo impropriè accepto contineri exceptionem dubiū 1 non eſt [12], quia excipiens agere dicitur: quod tanto magis procedit, cùm de eo excipitur, quod in formam actionis deduci potuiſſet: vt ſi quis compenſet: ſed Bartolus huiuſmodi exceptionem propriè actionis verbo contineri credidit, cui non aſſentio: quia lex videri eum agere dixit [13], & propterea eùm cui ſacris interdictum ſit, licet agere * prohibeatur, cōpenſare tamen poſſe exiſtimo [14]: 2 quæ ſententia humanior eſt. Cæterum & is prouocator, cui iudex ex officio ſuccurrit, non propriè agere dicetur, ſicut nec reus eo caſu excipere, quod pleriq; omnes ſentiūt [15]: qui verò * replicationē obiicit, actionē intēdere ꝓculdubio dicit [16]. 3

EXCEPTIO. Eius enim deſcriptio repugnat † cùm exceptio ſit actionis excluſio, 4 tametſi dilatoriæ & ſolius intentionis excluſiones, propriè quoque exceptiones dicātur [17]: verbum enim generale eſt, idémque quod præſcriptio ſignificat. Fortunatianus tamē rhetor. Præſcriptio * inquit, actionem excludit, tranſlatio differt. 5

12 l.j.§.de excep.
13 l.amplius.in fi.§.rem rat.
14 c.cum inter.de except.
15 in l.j.§.de iuriſ. om.iud.
16 Inſtit.de repli.in prin.
17 Abb.rub. extra de excep.

SVMMAE.

1 ☞ Rapere, multipliciter accipi. 5 Rumpit, qui frangit & igne vaſtat.
2 Furis manifeſti raptoris pœna.

LEX IX.

MARCELLVS RAPVISSE. Hoc † clariùs locum ſibi vendicat, 1 cùm quis ſcindit, frangítue vi adhibita, vel eo animo, vt ſi prohibeatur, vim adhibeat [18]: alioquin rapere, eſt etiam de manibus auferre [19]: & qui verbis puellam ſeducit, eam rapuiſſe dicitur [20]. Sed & furari rapere eſt [21], improbior tamen fure quamuis manifeſto eſt raptor. Quod † cùm ita ſit, 2 cur leuius punitur? manifeſtarius enim fur quadruplum cùm rem ablatam infert damnatur raptor triplū [22]: an quòd fur potuit dominum latere, raptor minimè, vnde

18 l.iij.§.non ſolum.ſ.de incend.
19 l.iiij.§.ne quis eum, qui.
20 c.fin.xxxvj.q.j.
21 l.ſi quis ex domo.ſ.d̄ fur.
22 §.ex maleficiis.de actio. Inſt.



vnde ex furto potuit maius damnum domino inferri, qui, niſi noxium depræhendiſſet, ne-
3 ſciuiſſet aduerſus quem ius ſuum perſequeretur? Quapropter cùm vterque * manifeſtus ſit grauius fur, quàm raptor plectitur: alij tamen aliter ſentiunt.

4 SCISSVM. Laceratum * fractum, quaſſatum. Sanè & verbo corrupiſſe, ſciſſum, fractúmque contineri in lege Aquilia dicitur: quapropter ſunt, qui hîc rupiſſe legant, non ra-
5 puiſſe. Subdit † huius reſponſi argumento Dinus, ſi lex municipalis certa pœna mulctet eū, qui de domo vicini aliquid rapuerit [1], qui vel ſolas fores effregerit, contineri. Quid ſi igne adhibito corruperit? & idem dici poſſe ego exiſtimauerim.

1 Alex.conſi.ciij.in j.

SVMMAE.

2 ☞ Debitor eſt rem reddere debens. 8 Creditores conditionales, creditores dici.
3 Perſecutionis vis. 11 Naturalis ſimplex in l.creditores accipienda.
4 Ciuiles contractus, eorúmque origo. 12 Naturalis obligationis genera, & effectus.
5 Exceptionis effectus. 13 Donationis renumeratoriæ virtutes.
7 Extraordinarij iuris vis.

LEX X.

1 CREDITORES ACTIONE. Non * tamen reali, cùm qui rei ven-
2 dicatione conuenitur † impropriè debitor dicatur, vt Accurſius & cæteri exiſtimant [2], quod ego non probo: quia negari non poteſt, qui rem meam poſsideat, reſtituere eam mihi debere. nec nos mouet, quòd lex [3] eum nullo iure teneri dicat, quia & ex additione pronominis, & ex narrationis argumento apparet nullo iure perſonam ipſam obligari: ſed non ideo cōſequens eſt, ratione rei debitorem non eſſe.

2 Inſti.de act.in prin.& §.j.
3 §.omnium.Inſtit. de act.

3 PERSEQVVTIONE. Quam † vulgò officium iudicis merum appellamus, ea cauſæ omnes mixti imperij abſoluuntur [4].

4 l.pec.§.j.ſ.eod.

4 IVRE CIVILI. Hoc † iure ſtipulatio inuēta eſt, & emphyteoſis, literarúmque obligatio, & quæ ex ſponſalitia largitate, vel tutela prouenit: nam & hæc x i i. tabularum verbis inuenta eſt. Sanè & iure ciuili debetur, quod ex iuris gentium contractib. debetur: id enim ius Quirites approbauēre [5].

5 l.iuris gent.§.de pact.

5 SINE VLLA. Qui † ergo ipſo iure tenetur, ſi exceptione perpetua puta pacti de nō
6 petendo, tutus ſit, debitor non eſt: nec quid ipſo iure ſit, curamus, ſed quid * in effectu.

7 EXTRAORDINARIO. Cum † deficiente ciuili actione ſuggerēte æquitate in cauſis iuriſdictionis officium ſuum prætor impertit, vt cum filiumfam. tuetur, qui viaticū ſuum alteri mutuauerit [6], & quoſdā caſus ſuprà habemus ſub rubr. de va. & extraor. cogni.

6 l.cùm filius.§.ſi cert.pet.

8 SVB CONDITIONE. Si omnino † ſit extitura, dubium non eſt, vt Pont. ait [7], eſſe creditorem. Si verò incerta ſit, non eſt creditor, niſi ex larga ſignificatione: at vbi euenerit etiam retrò, videbitur propriè fuiſſe creditor [8]: quod in legatis non eſt, nec enim in eis re-
9 gulariter * conditiones trahuntur retrò [9].

7 in l.j.§.ſi cer.pet.
8 l.is cui.§.de actio.& obli.
9 l.j.§.ſerui.ad Syllan.

10 NATVRA. De naturali * obligatione, quam lex ciuilis fouet, hîc non agitur: quia de ea ſuperiùs actum eſt, cùm de iure ciuili dixit [10]. multò minùs verò de ea intelligendum eſt,
11 quam lex ciuilis reprobat: quoniam hoc caſu creditor dici non poteſt. Supereſt † ergo, vt de
12 ſimplici naturali obligatione loquamur, quā ius noſtrum nec tuetur, nec infirmat. Ea † duplex eſt [11]: altera iure naturæ efficax, quæ ideo actionem nō parit, quoniam iuris ciuilis ſunt actiones: exceptioni verò ſufficit, & compenſationi & pignoris retentioni, quoniam id nō eſt alium impetere, ſed ſe tueri, quæ naturalis defenſionis ſpecies eſt. In hac creditor propriè non dicitur, quia actionem hac ex cauſa nullam habet: largius tamen accepto ſermone dici creditor poterit, & ideo fideiuſſor illi accedit [12]. Altera verò quæ ad antidora, id eſt, remunerationem pertinet: nec eo quidem iure ex ſe efficax eſt. Quapropter ex ea debitor
13 nullo modo dicitur: iuncta tamen alij actui plurimum poteſt. Hinc † eſt, quòd remuneratoria donatio inſinuatione non indiget: ex ingratitudine, vel filiis deinde natis, non reuocatur: inter virum & vxorem permittitur, quapropter cauſam ſufficientem contractui præſtat: in bono viro præſumitur: alienationem rei ad eccleſiam, vel minorem pertinētis, alioquin reuocabilem, confirmat [13].

10 l.legitima.de pact.
11 Bar.l.ex hoc.§.de iuſti.& iur.
12 l.fideiuſſo.oblig.§.ij.§.de fideiuſſ.
13 Iaſ.in d.Lex hoc.

14 SED CONTRACTVS. Subaudi * quilibet alius. Ipſe caſtigatius in antiquo codice ſcriptum inueni, ſeu contractus, quod magis placet.

SVMMAE.

1 ☞ Creditorem variè accipi. 3 L. Creditorum explanari.

## LEX XI.

CREDITORVM PECVNIAM. Videbatur enim ita † tantum 1
accipiendum,cùm credere dicamur cuicunque rei aſſentiamus, alterius
fidem ſecuti:ſed tamẽ communis vſus peritorum creditorem generalius
accipit,quacunque ex cauſa quicquam debeatur:meritò ergo vſum ma-
gis quàm etymologiam attendemus. Quamuis tamen de creditore ita
dicamus,non idem erit de verbo credere,vel nomine creditũ:hæc*enim 2
ſolum indicant,qui alterius fidem ſequutus ſit,vt Bar.ſenſit,atque alij plerique. Tenent Sa
licetus,Fulgoſius,Pontanus contrá[1].
CAVSA. Puta delicto,vt ait Accurſius.Sed † hîc ego generaliter malim quacunque 3
ex cauſa, non ſolùm contractu, ſed etiam quaſi contractu. Qua ratione & ceſsionarium
propriè*creditorem eſſe cæteris conſenſerim[2]. 4

1 l.j.§.ſi cer.pet.
2 in d.l.j.

### SVMMAE.

1 ☞ Creditoris loco eſt in quẽ delictũ eſt, cuiue relictũ. 3 Popularis actionis effectus.

## LEX XII.

SI CVI EX DELICTO. Id†dubium erat,cùm delinquentis fi 1
dem ſequutus videri non poſsit creditor:tamen idem, quod in cæteris
cauſis eſt: quoniam delinquens videtur pœnæ ſemet obligaſſe. Idém-
que eſt in eo,cui quid ex legato fideíue commiſſo debeatur:nam hæres
adeundo illi promittere cenſetur[3].Propriè ergo creditores hi propter
vſum auctoritatémque prudentium dicentur, quamuis huic ſignifica-
tioni legis fictio cauſam dederit.Hinc eſt, quod hîc dicitur, creditoris
loco eſſe:& alibi,legatum*quaſi æs alienum ſolui [4]:alibíque lex non ſolum creditorib. ſed 2
etiam legatariis prouidere ſe dicit[5].
EX POPVLARI. Intellige†in actione,qua principaliter iniuriam publicam,ſeu 3
ius populi proſequimur:nam ante litem conteſtatam locupletiores nõ ſumus[6],nec fideiuſ-
ſor nobis obligatur[7]:ſed ſi*principaliter aliquis ſit læſus,puta quia violatũ eius ſepulchrũ, 4
videtur etiam ante litis conteſtationem creditoris loco eſſe:quapropter & tunc procura-
torem conſtituit[8],& alius nemo admittitur,ſi ipſe agere velit[9]:& hoc Accurſius probat.

3 l. apud Iul. §. ſi. quib. ex cau.in poſſ.ea.
4 l.j.C.de bon.aut.iud.
5 l.fi.§.licentiam. C.de iur. delib.
6 l. penult.ſ.de pop. act.
7 l. ſi quis pro.in fin. de fid.
8 l.licet.de procurat.
9 l.iij. ſ. de ſepulchro viol.

### SVMMAE.

2 ☞ Soluens tardens,minus ſoluit. 4 Plus tempore,petentis pœna.
3 Obſignantem non liberari. 5 §.Minus.ex cauſis locum non eſſe.

§.MINVS SOLVIT. Id eſt,ſoluere vult,vt Iacob.Bar.& Alber.interpretantur: nã
ſic creditor(quamuis poſt tempus ſolutionem recepiſſet)non poſſet ampliùs illam*acceſ- 1
ſionem,quæ ex mora orta eſt,petere[10].Ipſe hanc expoſitionem non probo:quia†quamuis 2
creditor amplius petere non poſsit,non tamen ſequitur,quin minus ſit ſolutum, licet ideo
non petat,quia recipiendo ſine proteſtatione videtur remiſiſſe:faciliterque remiſsio huius
acceſsionis præſumitur,cùm non niſi iudicis officio debeatur.Quapropter ſi†creditor no 3
lit recipere,& debitor debitam ſummam ſine temporis acceſsione deponat, obſignétque,
non liberatur:quod omnes hîc probant[11].
TEMPORE. Eadem†ratione dicitur etiam quis plus tempore petere,quando ante 4
tempus petit, & propterea in pœnam duplicantur illi induciæ[12]. Sed nunquid cùm vſuræ
hodie†omnino ſint prohibitæ,locum habeat hæc lex?& ſi creditoris nihil interſit eſſe tar- 5
dius ſolutum, vt quia non eſt mercator, nec qui propter hanc moram quicquam damni
ſubiuerit,non procedere mihi videtur verius.

10 l.iiij.C.de poſ.
11 l.obligatione.& ibi nota. C.de ſolut.
12 §.plus.de act.Inſtit.

### SVMMAE.

1 ☞ Mulier quæuis dicenda,ſexu non ſpectato contrá.

## LEX XIII.

MVLIERIS VIRIPOTENS. Et hoc†ſi verba propriè accipiantur, 1
alioquin ex lata interpretatione etiam nõ viripotens mulier eſt,nimirum
quia muliebris eſt ſexus[13]:nec etymologia repugnat,cùm*à mollitie dica- 2
tur,vt Varro,& Lactantius aiunt.Sanè ſi fœminam empturo venditor di-
xerit,nõ eſſe mulierem,de corrupta*intelligemus[14]:nec enim de ſexu ve- 3
riſimile eſt tunc fuiſſe dubitatum[15].Et M.Cicero,cùm obiurgaretur,quòd
virginem ſenex vxorem duxiſſet,cras,inquit,mulierem reddam.

13 l.argumento.§.muliebri. ff.de aur.& arg.leg.
14 l.alioquin.de cõtrah.em.
15 l.quæritur.§.mulierem. de ædil.

### SVMMAE.

1 ☞ Forma mutata,non ſatiſfieri.ex cauſis contrá. 13. 9 Subſtantiæ latè patentis vis.
8 Cauſæ rerum variæ: eæque definitæ. 10 Subſtantia mutata,rem repeti ob extrinſecũ nõ item.

§.RES



1 §.RES ABESSE. Et propterea†non videtur exhiberi,quod,mutata forma, exhibe-
tur[1]:nec commodatum,depoſitúmue reddi,niſi in eadem cauſa reddatur[2].
2 FORMA. Ex forma*enim res ipſa nomen adſumit.Quapropter & vbi ea deeſt, rei
quoque nomen deficit,niſi quid minimum de forma mutatum proponatur[3].Sanè materia,
3 ſubſtãtia,† forma,ſolennitas,ſimul differunt.Materia eſt,vnde quid cõficitur, vt in ſcypho
4 metallum,in contractu*conſenſus.Subſtantia eſt,per quam materia in certam ſpeciem de
5 ducitur,vt in vaſis,vel veſtibus artificium,in emptionis * contractu pretium. Forma † eſt,
6 quæ certæ illi ſpeciei nomen dat.In iurib.verò pro forma id requiri dicitur, quod ordinem
7 reſpicit,vt in ſtipulatione*quod præcedat interrogatio,incontinenti reſponſio ſequatur[4].
8 Solennitas*actui perfecto extrinſecus accedit, vt autoritas tutoris in pupillorum, agnati
conſenſus in mulierum contractibus.Promiſcuè tamen hæc Doct. quandoque accipiunt[5],
9 ſubſtantiáque † generaliter definitur,quæ ad rei eſſentiam neceſſariò requiritur: quapro-
pter materiam,formam,ſolennitatémque compræhendit.
10 VIDERI ABESSE. Et†propterea res ipſa rurſus ſimpliciter petetur, tanquam ſi
nihil reſtitutum ſit[6].Secùs,ſi ideo petatur,quia aliquid illi extrinſecus deſit: putà cùm quis
dedit fundum,nec de euictione cauit.non enim ſimpliciter fundum petet, ſed addita cau-
11 ſa,vt de euictione*caueatur[7].
12 IN manus*pretio,id eſt,artis.Verg.
*Artificúmque manus inter ſe,operúmque labores Miratur.*
13 Julius Solinus: Ea ædes manus Dædali oſtendebat. Sed † quid, ſi per huiuſmodi mutatio-
nem res facta ſit pretioſior?Et ratio Iuriſconſulti oſtendit tunc rem non abeſſe: non pote-
rit tamen is,qui reſtituit,expenſas repetere[8]:quia ſibi non licuit in re, quam alienam ſcie-
bat,eſſe tam ingenioſum.

1 l.Iul.§.ſi quis.ſ. ad exhib.
2 l.iij.§.ſi reddita.ſ.cõmod.
3 l.j.in fi.ſ.de vent.inſpi.
4 Bal.in c.j.de no.form.fid.
5 l. in venditionibus. de cõ trahen.empt.
6 l.etiam.ſ.de ſolut.
7 l.Iulianus. §. j. ſ. de verb. oblig.
8 §. ſi quis in aliena.Inſtit. de rer.diuiſ.

### SVMMAE.

1 ☞ Furtiuum,niſi rediit non vſucapi. 2 Attiniæ legis ſenſus.
2 Abeſſe deſinere,ſcio domino,reuerſum. 4 Poſſeſſionem à domino ex cauſis condici.

1 §.DESINERE. Lex†Attinia furtiuam rem vſucapi prohibebat[9], niſi ea in poteſta-
2 tem domini reuerſa eſſet,deſiiſſétque res abeſſe.Declarat†Iuriſconſultus deſiiſſe abeſſe, ſi
in domini poteſtatem liberam eſſet reuerſa:quod intellige,dummodò dominus, qui ſciuit
rem fuiſſe ſibi ſubtractam,ſciat etiam reuerſam[10]:nam & tunc,ſi rurſus contrectetur,noua
actio furti dabitur[11].Verba eius legis hæc à Gellio commemorantur libro XVII. QVOD
3 SVBRECTVM†ERIT EIVS REI AETERNA AVTORITAS ESTO: id eſt,æternum
tempus ad vſucapiendum,vt alibi declarabimus.
4 POSSIMVS. Sed†quomodo dominus poſſeſsionem rei ſuæ amittere poteſt?& ſi ipſe
eam per vim recuperauerit,dubium non eſt,poſſe ab eo auferri,quoniam in interdicto re-
5 cuperandæ exceptio dominij reiicitur[12].Sed & ſi non * furi, ſed ſucceſſori eius particulari
abſtulerit,etiam per triticariam condictionem reſtituere poſſeſsionem compelli poteſt, vt
Accurſius ait[13].Idémque eſt,ſi dominus ipſe ſpontè rem habuerit ab eo,qui violenter à poſ
6 ſeſſore rapuerit:nam ſi dominus hoc ſciebat,ex æquitate iuris canonici poſſeſſori*ſuccur-
7 ritur[14]:cui nec lex ciuilis aduerſatur,vt aliqui ſentiũt[15].Sed & illud expeditum eſt*redinte
grandæ poſſeſsionis beneficio huic prouiſum eſſe[16],quod ex communi ſentẽtia etiam ma-
læfidei poſſeſſori competit aduerſus eum, qui vel titulo poſsideat[17], quoniam recens hæc
poſſeſsio clandeſtina,& vitioſa præſumitur[18]. Vbicunque ergo aliquo huiuſmodi interdi
8 cto abſtrahi à domino poſſeſsio poſſet, res non deſinere*abeſſe videtur.

9 l.ſequitur.§.quod autem. ſ.de vſucap.
10 l.qui fundum.§.pe.ſ. pro emp.
11 l.inter omnes. in fin.ſ.de furt.
12 l.ſi quis. C. ad l.Iul.de vi. publ.vel pri.
13 l.ij.in fi.ſ.de trit.
14 c.ſæpe. de reſt. ſpol.
15 l.ſi coloni.C.de agr.& cẽ. lib.x.
16 iij.q.j.c. redintegranda.
17 l.rẽ quæ nobis.ſ.de acq. poſſeſſ.
18 c.licet.extra de prob.

### SVMMAE.

1 ☞ Abſentem variè & pro re accipi.

1 §.ABEST. Abeſſe verbum plurifariam in iure accipitur.In† ſtipulationibus abſentes
2 ſunt,qui inuicem ſe exaudire nequeũt:in præſcriptionibus[19] *qui in eadem prouincia, ſeu
3 territorio nõ ſunt.In iudiciis abſens eſt,qui ad eum*,de quo quæritur, actũ nõ eſt citatus[20],
vel quamuis citatus,non adeſt[21].Idem & in eo, quem citare difficile eſt. In legum diſpoſi-
4 tione abſens*eſt,qui longè abeſt vt cenſuit Baldus[22]:ſi verò propè ſit,non videtur abſens,
ſed expectari debet.Illud dubium non eſt,qui mortui ſunt,abſentes eſſe,vel quia mortui nõ
ſunt,vt Atticus apud Cicer.in Tuſcul.diſputat.vel ( quod verius eſt ) quia reuerti & adeſſe
5 amplius non poſſunt[ſaltem quãtum ad actus humanos gerendos]Hinc iudex datus*do-
6 nec præſes abſit[23],procedet etiam eo mortuo:quia non ſolùm abeſt, qui ad tempus*ſed &
qui perpetuò abſens eſt. Cum ergo hæc dictio variis modis accipiatur, prudens iudex ex
ſubiecta materia quæ interpretatio capienda ſit,diiudicare debebit.

19 gloſſ.Inſtit. de vſucap. in prin.
20 l.aut qui.ſ.quod vi.
21 l.iiij.§.prætor.ver.abeſſe. ſ.de dam.infe.
22 l. fin. §.vbi autem. C.de bo.quæ lib.
23 c.ſi delegatus. de off. de- leg.in vj.

 SVM

SVMMAE.

2 Solutione ex cauſſis non liberamur.
4 Soluentem ad intereſſe ſolum quandoque teneri.
5 Soluti intereſſe variis pro re actionibus peti.
6 Abeſt domino emptum præterquam à fure. 13.
7 Legato emptione renuntiari.
9 Legato præter empta inutiliter empta non cedere.
11 Pretium rei etiã in particularibus ex cauſis ſuffici.
12 Emens ſuum pretium aut rem repetat.

LEX XIIII.

LABEO ET SABINVS. Videri rem abeſſe. Et propterea adhuc
res * petetur nec ideo aliquis liberatur, quòd ita ſoluerit. † Quamuis er- 1
go ſolutione eius, quod debetur, liberationem conſequamur, non tamen 2
generaliter hoc verum eſt. Nam & ſi res ſoluta * poteſt auferri, vt quia al 3
teri pignorata[1], vel ſub conditione legata[2], nõ videtur ſoluta. Idem ſi ali-
quod ius extrinſecus deficiat, vt quia de euictione cautum non ſit[3]. Sed &
ſi non eo titulo habuerim, quo mihi debebatur, ſed pretium præſtiterim, abeſſe videtur. Sa-
nè † in noſtro caſu, ſi rei debitæ forma immutata non eſt, & pretium in ſubſtantia, non in 4
arte poſitum ſit, quale eſt in vulgaribus indumentis, videretur rem peti non poſſe, ſed in id,
quod intereſt rem non fuiſſe diminutam, agendum[4]: in qua tamen re aliter † ſolet diſtin- 5
gui, vt in contractibus bonæ fidei actione prima ad rem ipſam agatur[5]: idémque in actione
ex teſtamento, quæ bonæ fidei naturam imitatur[6]: in ſtricti verò iuris contractib. actione
de dolo agi in id quod intereſt, oporteret[7].

1 l. ſi rem. l. qui res. ff. de ſol.
2 l. non quocũque. ff. de leg. j.
3 l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verb. obliga.
4 l. exhibitionis. C. ad exhi.
5 l. iij. §. ſi reddita. ff. cõmod.
6 l. Meuius. §. in fundo. ff. de lega. j.
7 l. & eleganter. §. non ſolũ. ff. de dol.

IGNORANS. Quid † ſi ſciens? & ſi ab alio emat, idem eſt: quia nõ ideo videtur fu- 6
rem liberaſſe, quin ab eo rem petere poſsit. Si verò ab ipſo fure emat, hîc videtur probari
tunc rem non abeſſe, quod probo. Sed quid ſi † huiuſmodi res ſibi purè legata eſſet, nũquid 7
eam ab hærede emendo cenſeretur legato renuntiare? Et Bar. non renuntiatum credidit[8]:
quapropter & hoc caſu res videretur abeſſe: ſed contra Bar. crebrior eſt ſententia.

8 Bar. in §. duo fratres. in xij. quæſtio. l. qui Romæ. de verb. oblig.

EMERIT. De facto: nam iure * rei ſuæ ſiue ſciens, ſiue ignorans, emptor nemo eſt[9]: li 8
cet pretiũ ſolus repetat, qui ignorans emit. Et hinc colligitur, ſi quis † Titio prędia leget præ 9
ter ea, quæ à Sempronio emit, tametſi emptio ipſo iure nulla fuerit, excepta tamen videri.
Licet enim in effectu emptio nulla * non ſit emptio, appellationem tamen iſtam de facto 10
ſortitur, ídque ſatis eſt.

9 l. ſuæ. ff. de contrah. empt.

QVIA VIDETVR. Et † ſic pretium loco rei ſuccedit, quod in vniuerſalibus ve- 11
rum eſt[10], vt in hæreditate vel dote[11]: in particularibus minimè[12], niſi cùm quis ideo conue
nitur, quia locupletior ſit factus[13]: non enim minimus locuples eſt, qui pretium, quàm qui rẽ
habet: niſi item contra eum agatur, qui debuit id agere vt rem actor ſine precij alicuius ſo-
lutione haberet: nam ſi id non fecerit, pretium quod actori abeſt reſtituet, vt hîc in fure, &
alibi in hærede, qui rem legatam ſoluere debuit[14].

10 l. imper. §. ſi. ff. de leg. ij.
11 l. res in dotem. ff. de iur. doti.
12 l. venditor. ff. de hæred. vend.
13 l. ſi ipſa. quòd met. cauſ.
14 l. planè. §. quod ſi rem. de leg. j.

CVI PRETIVM ABEST. Si à fure † ipſo ignorãs emerim, rem ipſam ab eo pe 12
tam, vel etiam ipſum pretium, ſi ita mihi magis placeat: nam qui rem ab eo emit, qui abſq;
pretio dare tenetur, vel ipſam rem rurſus petit, vel pretium quod ſibi abeſt[15]: ídque crebrio
re calculo receptum eſt, licet alij rem in obligatione, æſtimationem in ſolutione eſſe credi-
derint[16]. Sed † quid ſi ab alio ignorans emerim? Et non videretur rem abeſſe, quia tunc pre 13
tium non abeſt: cùm enim rei meæ emptio non valuerit, pretium repetam. Nec dicitur ei
abeſſe pretium, qui ad illud conſequẽdum actionem habet: ſed cùm electionem domini eſ-
ſe ſupra dixerim, ſi contra furem agere maluerit, verius eſt videri rem abeſſe: & ita Iuriſ-
conſultus hîc intelligi debet.

15 l. ſi filio. §. j. l. illud. ff. de do. cau. mor.
16 d. §. quòd ſi rem.

SVMMAE.

1 §. Rem amiſiſſe. ſenſus & reſtrictio. 4.
3 Abeſſe dicitur dandum.

§. REM AMISISSE VIDETVR. Hoc † verbum proprietatem hîc denotat: ſi 1
enim anulus mihi in mare elapſus ſit, non ſolùm iuris interpretatione, ſed etiam verè eum
dicor amiſiſſe.
ACTIONEM. Nam qui * actionem habet, rem habere videtur. Ergo † quod nos al 2
teri dare, vel perſonali actione cogimur[17], abeſſe à nobis dicitur: & hoc iuris interpretatio-
ne verum eſt, alioquin in † executione facti aliud eſt, tum propter litis fruſtrationes, & du- 3
bios euentus, tum quia tutius eſt rei incumbere. quapropter lex municipalis quæ in rei ſuæ 4
venditore aliquid corrigat, in eo non ſeruaretur, qui ſibi debitam rem venderet[18]: & ideo
minus * eſt actionem habere quàm rem, vt in regula iuris habetur. 5

17 l. ſi quis mandato Titij, ff. de neg. geſt.
18 Doct. in l. Gallus. §. vidẽdum. ff. de lib. & poſth.

SVMMAE.

2 Publica, etiam quarumcũque ciuitatum communia, dici.
3 Reges delectu etiam à Gallis creatos fuiſſe.
6 Gallici regni ex cauſis mutatio.

LEX



LEX XV.

1 BONA CIVITATIS. Ius * imperij Romani ad populum pertine-
bat[1], donec per legem Rhemniam populus in Auguſtũ Cæſarẽ ius omne
2 tranſtulit: meritò ergo quæ ad rem pub. Romanam * pertinebant, publica
dicta ſunt, quaſi populica. Ad Romanorum tamen ſimilitudinem, & quæ
in aliis ciuitatibus communia vniuerſorũ erant, publica dici cœpta ſunt:
ſemper enim apud quaſcunque nationes ius ſupremum populi fuit, ídque
vel legis diuinæ inſtituto oſtẽditur. Nam cùm hominẽ creauit Deus, illi in cætera quidem
3 animantia ius, & dominiũ conceſsit, hominũ autẽ vt alteri alter ſeruiret, non indixit. Vn-
de † principio rerũ nõ diuina iuſsione, ſed ex populi conſenſu Reges adſumpti ſunt: quod
4 & poſt Romani imperij occaſum ſeruatũ fuit, cùm Carolus * Magnus à populo Rom. Au-
5 guſtus electus eſt, & à pontifice Leone ſacro oleo inunctus, quod ius populi * hodie Grego-
6 riana lege, in ſeptem Germaniæ primates tranſlatũ eſt[2]. Sic † & Franci Chilperico eiecto,
quod regno idoneus non eſſet, Pipinũ πανκελτικῷ concilio ſubſtituerunt. Et cùm Pipini pro-
les à maioribus degeneraſſet, rurſus Odonem, mox eius fratrem Robertum, & deinde Ro-
berti nepotẽ Hugonem ad ſummum faſtigium euexerunt: is Hugo eſt qui vulgò Capetus
dicebatur, vnde oriundi ſunt qui etiamnum Francorum rebus moderantur. & quod de ma
ximis hiſce regibus, nimirum Romano, & Franco, dictum eſt, idem & in inferioribus obſer
uatum fuiſſe, qui hiſtoricos legerit, deprehendet vt meritò cenſeam diuina lege eum iuſtum
7 principẽ * eſſe, qui ex populi conſenſu regnet, quod & Ariſtot. tradit: qui verò inuitis domi-
8 netur, eum * tyrãnum eſſe, etiãſi Cæſar ſit, à Septemuiris electus, vel quaqua alia ratione ci-
uili iure potentiam ſuam tueatur. Vnde cùm magna regna non ex ſubditorum conſenſu,
9 ſed per violentiã * primò conſtituta ſint, meritò diuus Auguſtinus lib. de ciuitate Dei IIII.
magna latrocinia eſſe dixit, adducto etiam piratæ cuiuſdam exemplo, qui compræhenſus
& ante Alexandrum Magnum adductus, cùm interrogaretur, qua cauſa mare haberet in-
feſtum. Quid tibi, inquit, vt orbem terrarum habeas infeſtum? ſed quia id ego exiguo naui
gio facio, latro vocor: tu quia magna claſſe, Imperator.

1 l. j. ff. de conſtitu. princ.
2 c. venerabilẽ. de electio.

SVMMAE.

1 Vectigalis definiti cauſa.
3 Vectigales fundos ob cenſum locari.
5 Publicanos pro repub. non abeſſe.
7 Fiſcus priuato ex cauſis priuilegiatior.

LEX XVI.

1 EVM QVI. Vectigal † eſt, quod pro rebus ciuitati inuecti, vel euectis
2 publico ſoluitur: ea eſt octaua pars[3], Vnde Octonarij quandoque * dicti exa-
3 ctores: ſicut & Vigeſimarij, & Ducenarij. Sũt & fundi † vectigales, qui ciuita
tum ſunt, & mancipibus ita locantur, vt certum vectigal Reipublicæ pen-
dant: quod in Diſpunctionibus à me adnotatum eſt lib. III. cap. x.
4 PVBLICANVM. Quod publicum redimat: ſimpliciter enim publicum * accipi
tur pro vectigali M. Cicer. Tranquillo, & Tacito. Iabolenus: Qui operas, inquit, in publi-
5 co † quod vectigalium cauſa locatum eſt dat, Reipublicæ cauſa non abeſt[4].
6 CIVITATES. At qui regulariter * quod iuris de fiſco ſtatuimus, etiã de priuatis cõ
ſtitutum cenſetur, & è conuerſo[5], quapropter licet verbum, publicè, propriè ad fiſcum per-
7 tineat, non tamen idcirco differentia iuris aliqua inducitur. Sunt tamen † quidã caſus, qui-
bus plus tributũ eſt fiſco, quàm cæteris ciuitatibus, vt in lege Iulia peculatus, vt aliqui ſen-
tiunt: item in redhibitione rei morboſæ, quæ ex ædilitio edicto fit[6]. Sunt & alij, cùm ciuitati
bus omnibus pluſquàm priuatis conceditur, vt in præſcriptione, vel vſucapione, quæ vel
longiori tempore[7], vel nullo modo conceditur[8]: idem ſi mancipiũ furto illis ſit ſubtractũ[9],
atque id genus multa ſimilia[10]. Sed nunquid ciuitatibus concedenda ſit reſtitutio in inte-
grum? & cõmuniter concedi aiunt[11]: quoniam cùm per adminiſtratores regantur, ſi in con
tractu vel iudicio læſæ ſint, iuſta eſt cauſa reſtitutionis: idémque in oppidis, huiuſmodíque
vniuerſitatibus[12]: quod vel maximè procedit, ſi in eis ſint & pupilli, & furioſi, & viduæ, &
id genus, qui aliàs iure communi reſtituuntur.

3 l. ex præſtatione. C. de vectig.
4 l. miles. §. j. ff. ex quib. cau. ma.
5 l. itẽ veniunt. §. in priuatorũ. ff. de petit. hæred.
6 l. j. §. illud. eo. tit.
7 l. fin. C. de ſac. ſan. eccleſ.
8 l. vſucapionẽ. ff. de vſucap.
9 l. mancipia. C. de ſer. fug.
10 l. ciuitas. ff. ſi cert. pet.
11 l. rempu. C. de iure reip. lib. xj.
12 l. reſpub. C. quib. ex cau. ma.

SVMMAE.

2 L. Inter explicari.
5 Fiſci cenſus. & commoda varia.
9 Sal piſcéſque mancipes ſoli vendunt.

LEX XVII.

1 INTER PVBLICA. Publicæ * res proprio ſermone ſunt, quæ populi
2 Romani ſunt. Sed & quæ † ciuitatum in vſu publico ſunt, per ſimilitudinem
publicæ dicuntur[13]. latiſsima verò ſignificatione, etiam ſi in publico vſu non
ſint, ita tamẽ appellantur[14]: quem ſenſum iuriſconſultus hîc ſequutus eſt, &
propterea non publica hæc eſſe, ſed inter publica haberi ait. Sanè & quæ
iure

13 l. ſed Celſus. ff. de contrahen. emp.
14 l. in tantum. §. vniuerſitatis. de rer. diuiſio.

iure naturali communia * ſunt, eorum vſus iure gentium eſt publicus [1], & occupanti con- 3
ceditur:quod non eſt in his,quæ iure ciuili plublica ſunt,de quibus hîc agitur.
FISCVS. Aerarium populi * erat,fiſcus principis, donec omnia princeps in fiſcum 4
ſuum transtulit.Conſtat † autem ( vt Pedianus ait ) canone,indictione,oblatione. Canon 5
ordinarios * principum reditus ſignificat, vt portoria & eiuſmodi,quæ in vrbium exitu,vel 6
ingreſſu ſoluuntur.Oblatio * nomen ſumpſit,quòd à popularibus olim oblatum principi id 7
munus ſit:eo continentur octaua,vel vigeſima,vel quicquid ex conſuetudine de rebus pro
mercalibus ſolet pendi, quarum mentio hîc habetur.Indictio eſt * quod edicto principis 8
ſubditis indicitur,quod vt plurimùm certam quantitatem non complectitur.Sed hæc quo
modo in iure aliter diſtinguantur,infrà diſſeram.
VENALIVM. Hæc eſt octaua pars,ſicut metallorum decima [2].In † ſalinis verò ea 9
eſt vectigalis natura,vt ſoli mancipes [3],hoc eſt,qui à fiſco hoc ius emerunt,ſal vendāt: idq;
principis monopolium eſt,quod antiquis quoque inſtitutum fuit:quapropter Liuius Salina
tor dictus. Idémque in piſcariis,ſecundum regionum quarundam morem obſeruatum eſt.

SVMMAE.

- 1 ☞ *Munus variè accipi.& 2.*
- 4 *Munerum perſonalium genera varia.& 6.& 9.12.*
- 5 *Munera pro perſonis,rebúſve indici.*
- 8 *Decaprotiorum officium,& periculum.*
- 11 *Immunitatem ad inopinata non trahi.*

LEX XVIII.

MVNVS DONVM. Cum † munus pro largitione accipitur, tanquã 1
ſpecies doni eſt,ſignificátque quod ex aliqua cauſa fit donum : cùm verò,
non habito ad largitionem reſpectu ſumitur, tunc generaliter quælibet
munera compræhendit:atque ita hîc accipiendum eſt.
ALTERO ONVS. Et † hoc ſenſu tripliciter accipitur : eſt enim 2
munus * patrimoniale,quod ideo ſic dicitur,quia cum ſumptu fit, patrimo 3
niúmque diminuit.Id quandoque † perſonæ imponitur, nulla facultatum ratione habita, 4
vt eſt * capitatio.quandoque ſecundum fortunam ſoluentis imponitur, vt quam collectam 5
dicimus, vel indictum,ſuperindictúmue. aliquando nullo perſonæ reſpectu rei ipſi incum-
bit, vt tributum,& cenſus:ſubitúrque vel in ipſa re, vt cùm hoſpitem recipimus : vel ex re,
vt cùm certam partem fructuum pendimus: vel propter rem, vt ſi pecuniam pro cenſu præ
ſtamus. Eſt & † munus perſonale,id nunc dignitati adnectitur, & honor appellatur : nunc 6
ſordidum eſt, vt calcem coquere,arenam fodere : nunc nec honorificum, nec vile aliquid
in ſe habet, vt cùm ſubire curam publicæ pecuniæ aliquis compellitur. Eſt & munus * mi- 7
xtum, vt decaprotiæ [4],id eſt,decēprimatus:erant enim Decēprimi † ex decurionibus exa- 8
ctores tributorũ,qui fiſcalia detrimēta de ſuo ipſi reſarciebãt,publicanis mãcipibúſue non
multum abſimiles. Ex † his aliqua ordinaria ſunt,aliqua extraordinaria.quę ordinaria ſunt 9
ſic definiri Bar.ait [5], vt ea ſint quę à lege,principéue impoſita ſunt,& certam formã habent.
IMMVNITATEM. Ea à patrimonialibus * muneribus nunquam conceſſa vide- 10
tur [6]: nec qui à perſonalibus immunis eſt,ab honore excuſatus cenſetur [7]: ſed & † ſi immu- 11
nitas per amplisſima verba cuiquam conceſſa ſit,non trahetur ad onus ex improuiſo,ino
pinatóque caſu impoſitum:vt ſi bellum ſuperueniat: publicè enim intereſt huiuſmodi con-
ceſsiones tunc negligi [8].
MVNIFICOS. Munera † militaria ſunt excubiæ,angariæ,geſtationes in vſum 12
belli,decurſio campi,erectio valli,atque id genus ſimilia : qui ab his muneribus immunes
erant beneficiarij dicebantur:qui ſubibant,munifices.Feſtus autor eſt.
MVNICIPES. Qui ſint,infrà latiùs oſtendetur [9].

SVMMAE.

- 1 ☞ *Stipulationem, donationem, remisſionéſve contractus non eſſe:ex cauſis contrà.*
- 2 *Hæreditatem adiens non contrahit.*
- 6 *L.Iuriſgen.de pact.explicari.*
- 7 *L.v.§.quod ſi.de præſcr.verb.ſenſus.*
- 8 *Συναλλάγματος etymologia.*
- 11 *Actionis actus.*
- 13 *Obligatio ſine contractu eiúſque remedium.*
- 14 *Obligationum genera.*
- 16 *Geſta ad quoſuis actus referri.*

LEX XIX.

LABEO. PRAETORIS VRBANI. Sic aliquem ex libris ſuis
inſcripſit Labeo.
ACTVM. Hinc ergo † apparet, ſtipulationem propriè contractum 1
non eſſe:licet in ea tam reus credendi,quàm debendi dicatur [10]:ſicut nec
donationem,neque liberationem, aut pactũ refutatorium, ídque genus
remiſsionis,contractuúmque diſſolutiones:nam in his viciſsim obligatio
non oritur. quapropter, ſi lex municipalis de contractu verba faciat, hi minimè con-
tinebuntur, ídque receptius eſt [11] : niſi eadem ratio quæ in cæteris contractibus pro-
cedit,

1 §.j.de rer.diuiſ. Inſtit.
2 l.cuncti.C.de metall.li.xj.
3 l.ſi quis.de vectig.
4 l.ſi.§.de munerib.
5 Bar.l.j. C. de mune.& hono.non conti.lib.x.
6 l.his onerib.§. de muner.
7 l.cui muneris.§. illo tit.
8 Doct.in l. ſi ex toto. §. de leg.j.
9 §.eod.l.municeps.
10 l.v.§.de verb.oblig.
11 l.ſiue apud.C.de tranſ.



cedit, in his quoque locum habeat:nam cùm ex lata ſignificatione etiam hi contractus di-
cãtur [1],quamuis diſpoſitio odioſa ſit,à ratione interpretationem ſumet.Quapropter, ſi lex
vetat ſine agnati conſenſu ex contractu mulierem obligari,nec debitorem liberare pote-
rit [2]:conſtitutum enim ita eſt, vt mulieris imbecilli conſilio ſuccurratur : at tunc vel maxi-
2 mè ſuccurrendum eſt,cùm donare,vel debitorem liberare mulier cupit.Sed nunquid * hæ-
reditatem adire prohibetur?& aiunt communiter non prohiberi [3]:aditio enim hæreditatis
etiam ex lata ſignificatione contractus non cõtinetur,licet lex interpretetur eum, qui ad-
3 eat,quaſi contrahere cum creditoribus hæreditariis.Nam quamuis diſpoſitio de * contra-
ctu loquens,etiam de diſtractu intelligatur [4],tamen hoc ita accipitur, ſi verè geſtus eſt ille
quaſi contractus,non ſi fictè [5], vt in propoſita eſt quæſtione.Plerunque enim lex,non obſer
4 uatis verbis,ex aliqua ratione,idem iuris conſtituit de * quibuſcũque obligationibus,quod
de contractibus [6] : ſed non ideo conſequens eſt, vt in municipalibus ſtatutis,quæ non,niſi
ex vi verborum,ductam interpretationem accipiunt,idem obſeruetur.
5 CONTRACTVM. Quod Græci συνάλλαγμα * vocant.Sic dicitur,cùm vltra ver-
6 ba contractus,aliquid vtrinque agitur.quapropter alibi Vlpianus [7], † Iulianum,inquit,pu
tò rectè à Mauritiano repræhẽſum in hoc,dedi tibi Stichum, vt Pamphilum manumittas,
manumiſiſti, euictus eſt Stichus:Iulianus ſcribit in factum actionem à prætore dandam,il-
le ait ciuilem incertam [8] actionem,id eſt,præſcriptis verbis ſufficere: eſſe enim contractum
Ariſto adiicit συνάλλαγμα, vnde hæc naſcitur actio : ita enim repoſita in Tuſco codice eſt
hæc dictio,hoc ſenſu:cum præſcriptis verbis actio detur quoties ex vtriuſque parte aliquid
factum eſt,quo vterque ſit obligatus:meritò in caſu noſtro ea competet,quia viciſsim quę-
dam quaſi permutatio Stichi,Pamphilíque, vt manumitteretur, interuenit. Et hæc ratio
7 eſt † cur in contractu innominato,Si faciam, vt des,& poſteà quàm feci,ceſſas dare,præſcri
ptis verbis nõ agatur,ſed de dolo [9]:nam hîc non eſt συνάλλαγμα, id eſt,mutuum factum ob-
ligatorium:potuit enim factum tuum explicari abſque meo,& ideo præſcriptis verbis non
agitur:quod non eſt in contractu,Do vt facias,vel do vt des,cùm dare ſit dominium tranſ-
ferre,quod non niſi in conſentientem transferri poteſt. cùm ergo tibi dederim, & conſe-
quenter vtriuſque factum interuenerit,mei transferentis,& tui dominium acceptantis,me
ritò præſcriptis verbis agetur.Dixerit aliquis:Si ratio hæc vera eſſet,cùm traderem, vt des
(traditio enim facta eſt)de dolo agi non poſſet:nõ enim tradere poſſum, quin tu accipias.
ſed & ſi facerem, vt faceres de dolo agendum eſſet [10].quod præter Iuriſconſulti mẽtem vi-
detur eſſe.Cui ego reſponderim:cùm traditionem acceptans nullum ius acquirat, merum
id factum lex tradenti potiùs imputat.in cuius facti executionem venit:in cõtractu verò,
Cùm facio, vt facias,ideo ſemper præſcriptis verbis agitur,quia vltra promiſsionem vide
tur vtrinque interpoſitum mandatum.& ſecundum hanc declarationem accipienda ſunt
8 quæ Paradoxorum libro v.cap.v I I.latiùs diſſerui.† Sanè συνάλλαγμα græcè à σωὼ, quod eſt
ſimul,& ἀλλήλως viciſsim,& verbo ἀλλάττω deſcendit,quod mutare vulgò ſignificat:ſed eius
origo eſt ab ἄττω verbo antiquo eodémque polyſimo quod deducitur ab ἀίσσω & atticè ἀίττω
Significat autem ἄττω,impello,conuenio,tracto:qua ratione & contractum dici probabile
eſt,quaſi contra,ſeu viciſsim actum id enim hęc vox ſignificat.Vnde Vergilius Homericũ
illud, τὸν δ' ἀπαμειβόμενος:tranſtulit,quem contra.ſic & contrahere, erit viciſsim & mutuò
9 trahere.Eſt & ἄλλαγμα * pro pretio & munere,quod ab aliquo capitur, vt interpretatur Hie-
10 ronymus I I.in prophetam Amos commẽtario.ἀντάλλαγμα quoque * in Euangelio Matthæi
cap.x v I.pro re accipitur,quæ iuxta veterum commercia in permutationem datur.Inter-
pres retributionem vertit : Quam dabit homo retributionem, &c.vulgatiore vocabulo.
Græci contractum συμβόλαιον vocant.
11 OBLIGATIONEM. Ex † contractu enim oritur obligatio, ex obligatione
12 actio [11] : Quapropter ex contractu actionem * dari, ex obligatione naſci dicimus. Sanè
13 & † quædam eſt obligatio, quæ ex contractu non naſcitur, ſed ex quadam æquitate da-
14 tur : ex ea non actione, ſed officio iudicis ſuccurritur [12]. Planè & † obligationis verbum
generale eſt, & tam ciuilem quàm naturalem continet. Quapropter mulier, quæ obliga-
15 re * ſe prohibetur ſine agnati conſenſu, neque pactum facere debitori de non petendo
poterit [13] : quoniam ex eo naturaliter non petere obligaretur. Sed nunquid ſimpliciter
liberare poſsit ? & ex verbis dicendum eſt poſſe, niſi ratio legis aliud induceret [14], vt ſu-
prà dixi.
16 GESTVM. Cùm rem † ſine verbis factam ſignificet,ad extraiudicialia tantùm tra-
hi Accurſius credidit:reprobántque inde quidam eam petitionem, qua quis in iudicio geſ-
ſiſſe negotia alicuius ſe adſerebat.Sed hæc meritò non recipiuntur,cùm ex ſubiecto argu-
mento,geſtum etiam accipiatur,ſiue ex contractu,ſiue aliter quid factum ſit [15].Caius etiam
infra tanquam leuem hanc differentiam inter geſta,& facta negligit. Nec dubium ex com
muni loquendi vſu nihil hæc differre,quod Bart.adnotauit [16].

SVM

1 l. ſi donationis. C. de his, quæ vi,met.cauſa.
2 Bart. §.pactus ne peteret. l.ſi vnus.§.de pact.
3 l.more.§.de acq.hæred.
4 l.ſi ad reſoluendam.C.de præd.min.
5 l.de eo.§.de iudi.
6 l.omnem.§.de iudi.
7 l.iuriſgentium.§.de pact.
8 incerti in pand.Flor.
9 l. naturalis. §. quod ſi faciam.§.de præſcri.verb.
10 l.cũ proponas.C.de dolo.
11 l.licet.§.de procur.
12 l. qui per colluſionem. §. de actio.emp.in fi.
13 Bart.d. §. pactus ne peteret.
14 Bal.in rub.C.de pact.
15 l.ait prætor.§.de min.
16 l.j.de offic.proc.cæſ.

SVMMAE.

1 ☞ *Teſtamentum reſtitutione non dilui.*
2 *Alienare vetitum teſtari.*
3 *Authentica ſacramenta. in teſtamentis ceſſare.*
4 *L. Finali. C. de ſen. paſ. reſtringi.*
5 *Teſtamenta ſucceſſionéſque cōtractus inſtar habent.*
8 *Stipulamur in teſtamentis.*
10 *Donatio cauſa mortis contractibus & vltimis voluntatibus ſimilis idque varié.*

## LEX XX.

VERBA CONTRAXERVNT. Si† minor teſtamentum condat 1
aduerſus eius confectionem reſtitui non poteſt: quoniam edictum præto-
ris de eo quod geſtum eſt, loquitur [1]: quæ verba teſtamentum non compre
hendunt: atque hoc omnes probant [2]: ſi tamen dolo fuit inductus, ſuccur-
retur legitimis hæredibus per actionem de dolo [3]. Eadem ratione † adole- 2
ſcens, qui curatorem habeat, contrahendo res ſuas immobiles ſine decre
to alienare prohibetur, & tamen teſtando non ſolùm ipſe poteſt, ſed & concedere cui velit
vt alienet [4]. Eodem † modo lex quæ contractus minorum propter iuriſiurandi religionem 3
corroborat, in eorum teſtamentis locum non habet [5]. Hinc & conſtitutio † quæ à filio de- 4
portati ante patris reſtitutionem geſta confirmat [6], in teſtamento non intelligitur: ſúntque
id genus plura ſimilia [7]. Quandoque † tamen videtur in lege receptum, vt pro contractu 5
etiam teſtamentum accipiatur: quod ideo eſt, quoniam olim per imaginariam quandam
venditionem teſtamenta concipiebantur, quod ex Caij inſtitutionib. in Topica Cicero-
nis Boëthius explicat. Sunt enim & quædam ſucceſsiones in contractuum locum ſubroga-
tæ, vt bonorum poſſeſſ. in bonis liberti, quam imago ſocietatis induxit [8]. Nam & de contra
ctibus* ad teſtamenta plerunque argumentamur, ídque argumentum valet, niſi rationis 6
diuerſitas aliud ſuadeat. Ea colligitur pluribus cauſis, tum quòd teſtamenta fauorabiliorē
interpretationem recipiunt, tum quòd ambulatoria à teſtatoris voluntate pendent, tum
quòd in eis non facilè quis vel falſus vel fallendi conſilium habuiſſe præſumitur [9], tū quòd
eorum robur ab aditione hæredis incipit. Cæterum & in teſtamentis contrahi poſſe * du- 7
bium non eſt. Quapropter & ab † hærede ſtipulari legatario in teſtamento quis poteſt [10]: et 8
ſatis erit, ſi duobus teſtibus hoc probetur, vt plerique ſentiunt. cùm verò ex teſtamento hæ-
reditas aditur, non ipſe teſtator, ſed hæres quaſi contrahere cum creditoribus hæreditariis
cenſetur [11], atque id Albericus probat: nam ita proxima * contractuum naturæ eſt vltima 9
voluntas, vt † de donatione cauſa mortis dubitatum ſit, vtri magis aſsimiletur, & eſſe cōtra 10
ctum & ſimilem donationi ſimplici omnes fatentur [12]: quantum verò ad efficaciam effe-
ctúmue, vltimæ voluntatis naturam imitari [13]. Sed cùm ita ſit, mirum eſt cur, conſentiente
patre, filiusfamil. teſtari nequeat, & tamen cauſa mortis donare poſsit [14].

1 ad l. ait prætor.
2 l. j. §. fuit. ſ. ad Trebell.
3 l. Lucius. §. Sempronia. de leg. ij. l. non eſt enim. de inoff. teſta.
4 Bald. l. ij. C. quando decr.
5 Doct. in auth. ſacramenta. C. ſi aduer. vendit.
6 l. fi. C. de ſent. paſſ.
7 Iaſ. in l. quæ delegato. ſ. de leg. j.
8 l. j. ſ. de bon. liber.
9 Bar. l. ſi is, qui. de vulg.
10 l. fi. C. de fideicom.
11 l. fi. ſ. ex quib. cauſ. in poſ.
12 glo. l. j. ſ. de do. præleg.
13 Doct. l. ij. ſ. de leg. j.
14 l. tā is. ſ. de don. cau. mor.

SVMMAE.

1 ☞ *Actiones ex conceſſione actiuè paſſiuéque dari mente perſpecta ex rebus. & 4.*
5 *Reſtitutionem cum fructibus ad onera præterita trahi.*

## LEX XXI.

PRINCEPS. OBLIGATIONES. Id dubium non eſt, cùm † is, 1
cui bona conceduntur, etiam ea petere poſsit, quæ alius debet: actiones
enim in bonis ſunt. Sed quid ſi ſuper illis bonis aliquid alteri debeatur? &
idem eſſe Accurſius ex hoc reſponſo exiſtimauit, rationémque adfert, quo
niam* in beneficiis Principū fit pleniſsima interpretatio [15]: quæ ratio mi- 2
hi non placet: fit enim pleniſsima interpretatio in eius fauorem, cui prin-
ceps aliquid indulget: Sed in propoſita quæſtione damnum eſt impetrantis, vt obligationes
ſuſcipere compellatur: quare ipſe ita exiſtimauerim, bonorū appellatione * ære alieno de- 3
ducto, intelligendam, ídque ex ſermonis proprietate. Ex mente tamen † diſponentis aliter 4
quandoque cenſendum: ea ſic præſumitur, cùm aliàs aliquid abſurdum induceretur [16], ve-
luti quòd quis pro parte tantùm eſſet hæres [17], vel quòd omnia onera ad aliquem pertine-
rent, ad alium verò omne lucrum [18]. Idem eſt in reſtitutione facta à principe, qua omnia
bona alicui concedit. Intelligitur etiam de obligationibus quia aliàs is, qui reſtituitur, me-
lioris fieret conditionis, quàm priùs eſſet [19]. Idē eſt ſi publicata bona alicui donat, nec enim
veriſimile eſt voluiſſe eum in hoc ærarium ſuum aggrauare, vt æs alienum ſoluat, omni lu-
cro ad alium ſpectante. Sed pone † publicatis alicuius bonis, indicta & exacta à principe eſt 5
aliqua pecuniaria collectio, deinde ad bona ſua exul reſtitutus eſt, nunquid in eorum reſti
tutione deducendum eſt, quod ex ea indictione ad eum ſoluere pertinuiſſet? Et Alber. de-
ducēdum ait. Idem & ipſe ſentio, ſi ad fructus quoque interim perceptos ſit reſtitutus: quod
in dubio non eſt dicendum [20]: nam ſi fructus non ſint reſtituti, non debemus à proprietate
verborum recedere, cùm ſatis ſit, ſi interim fiſcus fructus ipſos lucratus eſt.

15 l. ſi quando. C. de bon. vac. lib. x.
16 l. ſi quis ſeruo. §. fi. de leg. ij.
17 l. iij. ſ. de bon. poſſeſſ.
18 l. cogi. ad Trebell.
19 l. j. C. de ſenten. paſſ.
20 auth. idem. C. de hæret

SVM



SVMMAE.

2 ☞ *Exhibitio, vendicationis præparatio.*
3 *Interdicti exhibitorij vis.*
5 *Fructus perceptos non, niſi ex cauſis, reſtituendi.*
7 *Deportato reſtituto alienata nō niſi ex cauſis reddi.*
9 *Reſtituere verbi acceptio multiplex & vis.*

## LEX XXII.

1 PLVS EST IN RESTITVTIONE. Exhibere * rem dicitur,
2 qui in præſentiam affert [1]: quapropter actio † ad exhibendum, vendicatio
nes prægreditur, mobiliáque priùs exhibentur, deinde à domino vendi-
3 cantur. Hinc & dicta ſunt interdicta † exhibitoria, vt cùm prætor, niſi ta-
bulæ teſtamenti, vel liber homo, vel liberi exhibeantur, interdicit [2]: quod
intelligitur, vt videri, tangi, agnoſcíque poſsint [3].
4 RESTITVERE eſt generalius verbum, quod etiam* ad fructus refertur, quod ac-
cipiunt Oldradus Albericúſque, cùm verbum id à lege profertur [4], alioquin ſi ab homine,
fructus non contineri [5]: quod defendi poteſt, ſi alia ratio ſit in fructibus, quàm in re ipſa.
5 Ego diſtinguendum putauerim † ſi fructus bona fide ſint percepti, nec reſtitutionis cauſa
retrò inferat, tunc non reſtituantur [6]. quam ob cauſam, ſi princeps deportatum de damna-
tis eximit, & ex indulgentia bona ei mandat reſtitui, interim acquiſiti fructus non reſtitu-
entur [7]: ſi verò mala fide percepti ſint dubium non ſit, quin reſtitui debeant. Idem, ſi reſtitu
tionis cauſa repetita die aſſumatur, vt cùm quis in fraudem creditorum alienat: prætor e-
nim eum contractum perinde ab ipſo principio irritum eſſe vult, ac ſi nihil alienatum fo-
6 ret [8]. Sanè & à principe reſtitutio * facta, alteri damnum afferre non debet: Quapropter
7 ad ea bona nō extendetur †, quæ interim alienata ſunt [9], niſi de apertiſsima principis mē-
te conſtet, vt cùm condemnationem, publicationémq; pro infecta haberi velit [10]. Idem ſi
publicæ vtilitatis ratio hoc ſuadeat: vel ſi ideo quis reſtitutus ſit, quia iniuſtè ſit condemna
tus [11]: nā in his caſibus damnum afferre alteri princeps nō dicitur, cùm pretium reſtituere
illi debeat: ex facto enim ſuo ſecuta eſt euictio: & ideo non priùs reſtitui bona exiſtimarim,
quia pretium emptori redditum fuerit: nimis enim graue illi eſſet, rem cuius poſſeſsioni in-
cumbebat reſtituere, deinde diuerſus fiſcum experiri.
8 RESTITVTIONIS VERBO. Nam* non ſolum fructus cōtinentur, ſed etiam
cauſa vſucapionis [12]: habétq; ex iuris interpretatione hæc vox amplam ſignificationē [13].
9 Sanè & † reſtituere princeps dicitur, cùm ordini & dignitati reſtituit [14], itemq; famæ [15],
vt cùm quis infamia notatus, hoc ex principali indulgentia impetrat, quo caſu infamia fa-
cti non aboletur, nec eius effectus: non enim poteſt princeps facere, quòminùs alicuius opi-
nio apud graues bonóſq; viros notata ſit [16], reſtituuntur & natalibus qui ſerui nati ſunt,
ingenuitatiſq; iura acquirunt. Reſtituuntur & in integrum minores, & qui iuſtam cauſam,
vnde reſtitui eos æquum ſit, prætori probauerunt. Reſtituitur & dos ſoluto matrimonio:
Reſtituitur ex S. C. Trebelliano hæreditas: Reſtituitur poſſeſsio ex interdictis.

1 l. ij. ad exhiben.
2 l. deinde. de liber. exhibē.
3 l. quod & lex. §. ait prętor. de lib. ho. extra.
4 l. in condemnatione. ſ. titulum j.
5 l. qui excubias. ſ. de re mil.
6 l. & ex diuerſo. §. j. ſ. de rei vend.
7 auth. idem. C. de hæret.
8 l. videamus. ſ. de vſur.
9 c. quāuis. de reſcrip. in vj.
10 Car. c. quia diligētia. de elect.
11 l. quòd ſi minor. §. Scæuola. ſ. de minor.
12 l. reſtituere. ſ. eodem.
13 l. fi. ſ. eodem.
14 l. j. C. de ſententia. paſſ.
15 l. j. §. de qua. de poſtul.
16 Felin. c. teſtimonium. de teſtibus.

SVMMAE.

1 ☞ *Rem cum cauſa accipi ex cauſis contrà.*
3 *Iudicia generalia.*
4 *Seruitutes petitas cum fundo intelligi: in caſibus diuerſum.*
6 *L. Rei appellatione. ſenſus.*

## LEX XXIII.

1 REI APPELLATIONE. Accurſius † ita intelligit, vt qui rei mentio-
nem facit, etiam de eius cauſis, iuribúſque intellexiſſe credatur, veluti cum
quis generaliter res ſuas petat: quod exemplum in ſupplicatione principi
2 porrecta procedere poteſt: item in libello* qui in iudicio vniuerſali, genera-
3 liue datus ſit, vt † in petitione hæreditatis, tutelæ, vel pro ſocio actione [17], alio
quin in particulari iudicio libellus generalis, parte opponente, non valet. Nunquid ergo ſi
4 fundum † petierim, ei quoque debitas ſeruitutes petiiſſe videar? & ſi petitus ſit cum his quæ
ad eum pertinent, dubium non eſt etiam de ſeruitutibus actum, & de his omnib. quæ ex cō-
ſuetudine rei emptæ ſolent accedere [18]. Si verò ſimpliciter fundus petitus eſt, aut per actio-
nem perſonalem, & ſeruitutes non debentur: cùm enim ius id in re ſit, actione perſonali cō
ſequi illud nō poſſumus. Aut per rei vendicationē, & verius eſt deberi [19]. Aut non cōſtat quę
actio ſit intentata, & humanius eſt etiā de ſeruitutibus actū intelligi, vt hîc habetur, nec
5 diſſentit Bald. [20] Nā & rem vendens, eam cum ſeruitute † impoſita diſtraxiſſe exiſtima-
tur [21]: & rei præſcriptio ad ſeruitutes quoq;, huiuſmodiq; acceſsiōes trahitur [22] qđ & de eius
6 interruptiōe dicendū eſt [23]. Alij hanc legē aliter † interpretātur, vt appellatiōe rei cōtineā
tur cauſæ, id eſt, dn̄ia: vt ſi quis rē legat, eius dominiū legaſſe, videatur, ſi eſt dn̄s, alioquin
id ius qđ in re habet [24]: quē ſenſum ſi reciperemus, naturā ſuam coniunctiua non ſeruaret.

17 glo. l. j. ſ. de eden.
18 Innocent. c. cum ad ſedē. de reſtitut. ſpoliat.
19 l. via. §. ſi fundū. ſ. de ſer. ruſticorum.
20 l. ij. de conditio. inſtitu.
21 l. ſi aqua. de contrahend. empti.
22 l. ſi aliena. §. hoc iure. de vſucap.
23 l. fin. C. de annal. excep.
24 l. ſi domus. in fi. ſ. de legat. j.

SVM

SVMMAE.

1 L.Nihil.ſenſus multiplex.verior.5.13.
8 Hæreditas ad res referenda.
9 Hæreditas vniuerſum reſpicit & vacat.
11 Teſtetur alienari vetitus.
12 Hæreditas etiam ſine corporibus ſubſiſtit.
15 Hæreditatem excluſus fratri ſuccedet.
16 Hæreditas dicitur etiam adita idque ex cauſis.18.
22 Hæreditatem iuriſgentium,& ciuilis eſſe.
25 Hæreditas ſpurijs ex cauſa dabilis.
26 Legitimam tolli ſtatuto:in alimentis contrà.
28 Hæredem non facto inuentario eorum, quæ habuit ſolùm foro poteſt teneri.

LEX XXIIII.

NIHIL. Refertur hîc hæreditatis definitio,quam ita plerique intellexe
runt,vt poſt defuncti mortem ante aditam hæreditatem quoddam ius in
terim ſubrogari exiſtimarint,quod loco defuncti ſuccedit*eúmque repræ 1.
ſentat,id hæreditatem appellari [1].Exponitur†itaque hîc ſucceſsio, id eſt, 2
ius ſuccedens.Sed vix eſt vt hanc ego interpretationem ſimpliciter ap-
probem:dictio enim verbalis,ſucceſsio*rem ipſam in vim nominis ſigni 3
ficat:non autem ad participium refertur,quod vim verbi aſſumit,vt Grammatici tradide
runt.Etymologia quoque huic ſententiæ repugnat:cùm enim hæres idem ſit*quod domi 4
nus [2],ſequitur,vt hæreditas†ſit rerum ipſarum dominium,non autem ius ſuccedens.Idem 5
etiam ex eo confirmatur, quòd hæreditas per quotas partes in rebus diuiſionem recipit [3],
quæ vix eſt,vt congruè iuri huic ſuccedēti quadrare poſsit:cum enim diuiſio illa de re ipſa
dicatur,conſequens eſt, vt & quod integrum eſt,ad eam rem referatur. Nam & ſi ius hoc
ſuccederet,non in multis,ſed generaliter*hæreditas perſonam defuncti ſuſtinere deberet [4] 6
& tamen in his,quæ facti ſunt,non ſuſtinet,nempe quia quæ facti ſunt [5].Ad res igitur potiùs
referenda eſt definitio.Accedit his,quòd Iuriſconſultus [6],cùm de hæreditate ad bonorum
poſſeſsionem*argumētatus eſſet,bonáque definiret, ſucceſsionem dixit eſſe vniuerſalem 7
in ius mortui.Vnde † credendum non eſt eadem verba hîc de iure ſuccedente, alibi de re- 8
bus ipſis intelligi. Nam & veteres Iuriſconſulti hæreditatem in rebus ipſis intellexerunt,
quod ex ea finitione apparet,quam M.Cicero ad Trebatium in Topicis refert: Hæreditas
(inquit)eſt pecunia quæ morte alicuius ad quempiam iure peruenit, nec ea aut teſtamen-
to legata,aut poſſeſsione detenta,confecta eſt.Meritò igitur†ſciendum eſt,quoties paterfa 9
miliâs moritur,omnia eius bona,itémque iura ſine domino remanere:ea ſimul iuncta qua
dam vniuerſitate compræhenſa,id ius conſtituunt,quod hæreditas dicitur, id defunctum
repræſentat,& vbi per hæredem [7] acquiſitum fuerit,fictione legis abuſque principio in eius
bonis fuiſſe cenſetur. Quapropter rectè Bart. [8] quandoque docuit dum ſucceſsionem hâc
pro* ipſo patrimonio interpretatus eſt:quod de vniuerſali iurium nominúmque collectio 10
ne,non de particulari intelligendum eſt.Vnde†cùm lex municipalis,matrifamiliâs bono 11
rum mobilium immobiliúmque alienationem interdiceret,reſponſum eſt [9],poſſe nihilomi
nus eam teſtari, & extraneum hæredem inſtituere. Cùm enim hæreditas ſit ſucceſsio in
vniuerſum ius,& à bonis differat,non videtur duram huiuſmodi legem ad hunc caſum pro
trahendam:iure igitur hoc caſu hæres vniuerſali in iure ſuccedet,licet†particulariter mo 12
bilia vel immobilia conſequi nequeat,ſed tamen non ideo minus hæres erit [10], tum quia
etiam abſque corporibus hæreditariis hæreditas ſibi conſtat, tum quia iura & debitorum
nomina conſequetur,quæ legis prohibitione non compræhenduntur. Et ex hac definitio-
ne apparet,†propriè hæreditatem dici,cùm adhuc adita non eſt:alioquin*vbi ab hærede 13
agnita fuerit,non ampliùs hæreditas,ſed hæredis patrimonium eſt [11]. Quam ob rem cùm 14
plebiſcito†municipali,ſtantibus maſculis, fœmina ab hæreditate patris excluderetur, & 15
frater poſt patris agnitam hæreditatem ſtatim deceſsiſſet,crebriùs reſponſum eſt,ſororem
non excludi,cùm non amplius patris hæreditas,ſed fratris patrimonium eſſet [12]. Idémque
traditum fuit,cùm filia patris hæreditati renuntiaſſet,vt ad hanc fraternam extendi abdi-
catio illa non debeat [13]. Sed tamen ſcrupuloſa ea eſt ſententia,videmúſque plerunque hæ
reditatem appellari quæ adita ſit. Vnde† lex falcidia, quæ de hæreditate quartam partem 16
deducit [14], de adita intelligitur: imò etiam in peculio*locum ſibi vendicat, quod à ſubſti- 17
tuto tanquam hæreditas accipitur.Sic & in S. conſulto Tertylliano hæreditatem [15] ex vi
nominis dici Iuriſconſultus ait, quæ adita ſemel fuit,licet deinde in integrum hæres reſti-
tutus fuerit.Idem & in plurimis legibus probatur,quibus hæreditatem vendi,cedi, reſtitui
dicitur, & de adita intelliguntur, abſurdúmque eſſet toties improprie loquutos Iuriſcon-
ſultos credere. Ciceronis quoque definitio, etiam ſi adita ſit hæreditas, locum ſibi vide-
tur vendicare.Sed ego à creberrima noſtratium ſententia recedendum non arbitror,quæ
tamen quibuſdam caſibus declaranda ſit. Et in primis plerunque in † iure hæreditas ap- 18
pellatur ἀναφορικῶς ad id quod fuit [16],licet ampliùs non ſit. quod autem per relationem dici
tur,figuratè dicitur,nec figura omnino à proprietate diſsidet.Sic & quandoque inſulā *di- 19
cimus [17],quæ non eſt,ſed quæ inſula fuit.Item propter adiunctum grauamē, vt poſsit de eo
ſecundum

1 Bar.rubr.de acquir.hære.
2 §.fi.Iuſtit.de hæred. qual.
3 l.ſeruum.§.fi.de hæred.inſtit.
4 l. hæreditas. de acq. rer. dom.
5 l.vſusfr.de ſtipul.ſer.
6 l.iij.de bon.poſſ.
7 l. hæres quoque. de acq. hæred.
8 Bart.d.l.iij.
9 Corn.conſi.ciiij.in ij.
10 l.hæreditas. de pet. hær.
11 l.ſed ſi plures. §.filio.de vulg.
12 l.j.§.veteres. de acq. poſſ.
13 Socin.conſi.lxxiiij.in iij.
14 l.filiusfam. ad l.falcid.
15 l.j.§.ſi quis adita. ad Tertyll.
16 arg.l.item prætor.§.j.de ſuis & legit.
17 l.inſula.de acqui. rer.do.



ſecundum legis diſpoſitionem prouideri,adita hæreditas nomen hæreditatis ſeruat, quod
in ſupraſcripto legis falcidiæ exemplo apparet. Rurſus quoties de hæreditate ipſa diſpo-
nendum eſt,vel iuſſu legis,vel quod ita ex vſu ſit [1], de adita intelligemus:antè enim, quàm
20 adeatur, de ea diſponere hæres non poteſt. Quapropter cùm Mediolani ſit lex, ne * vlla
mulier cum hæreditate extra territorium nubat, de adita intelligetur, alioquin non cum
hæreditate nuberet,ſed cum adeundi iure [2]: præpoſitio enim illa,Cum,de habente intelli-
gitur. Adde quòd ratio legis hoc ſuadet, ne facultates ciuium in alienigenas transferātur,
cùm & alioquin facilimè eluderetur lex, ſi ante aditam hæreditatem nubere non poſſet [3].
Atqui contrarium ex vi verborum videretur dicendum, ante aditam ſcilicet nubere non
prohiberi:verba enim legis cum hæreditate dicunt,non cum iure adeundi [4]. Sed tamen &
hoc caſu legi locum eſſe vero propius eſt,tum ex vulgari loquendi vſu,quo eam habere hæ
21 reditatem dicimus,quam adire, quoties velit, poteſt, cum idem exiſtimetur,ſiue quis * ha-
beat [5], ſiue habere ſtatim poſsit:tum quia ius adeundi modus eſt per quem hæreditas acqui
ritur: vnde prohibito effectu [6], modus quoq; vetitus cenſeri debet. Et hinc ſumitur etiam
alia declaratio,vt,ſcilicet,ex communi vſu loquendi hæreditatem dicamus,etiam quæ adi
ta ſit.Sunt qui idem exiſtiment, etiam ſi adita ſit, dum tamen rerum hæreditariarū poſſeſ-
ſio adhuc non fuerit appræhenſa:propriè enim tum hæreditatem dici,ídq; eo argumento,
quòd lex hæreditatis petitionē tum aduerſus poſſeſſores concedat [7]. Qua ratione prodi-
tum eſt,eam formulam non competere ei, qui ſemel poſſeſsionem apprehēderit, ſicut nec
ei quorum bonorum [8] interdicto prætorem ſuccurrere. Sed ipſe non arbitror rerum ap-
præhenſione ſignificationem hæreditatis variari, cùm per ſolam aditionem patrimonio
hæredis accreſcat,dominiúmq; ſtatim transferatur [9]. Illud generaliter fatendum,quoties
coniectura aliqua ſuadeat,de adita actum eſſe,ſemper eam interpretationem accipiēdam,
dum titulo hæreditario acquiſita ſit: quod in propoſita ſpecie exiſtimaui. Legauerat teſta-
tor omnem hæreditatem patris, & matris ſibi obuentam:reſponderat Decius [10] de ea quo-
que actum cenſeri,quam in ſolutum à fratre acceperat.Ego cōtrà,cùm titulo hæreditario [11]
eam non acceperit,ſed ex contractu. Ex eadem quoq; definitione creditur iuris ciuilis hæ-
reditatem eſſe, cùm hoc à lege inductum ſit, vt id ius ipſi defuncto ſuccedere cenſeatur.
Sunt tamen qui potius iuris gentium ſucceſsiones eſſe exiſtiment, cùm in Bibliis, & apud
Diog. Laërtium appareat vſum teſtamentorum apud alias gentes,quàm Romanos fuiſſe,
22 & ex eis hæreditates deferri ſolitas.Sed eò † deuentum eſt, vt exiſtimemus origine [12] qui-
dem tam teſtamenta quàm hæreditates gentium iuris fuiſſe,naturalíq; ratione,& æquitate
inductas. Sed cùm deinde Quiritium legibus alia teſtamentorum forma conſtituta ſit,
aliúſque hæreditatum deferendarum modus, iuris ciuilis eſſe cœperunt. Quapropter qui
23 iura ciuilia amittunt,vt deportati,* nullam teſtamenti factionem habent [13]. Hínque com-
24 ſequens eſt, vt legibus municipalibus & dari, & adimi hæreditates * poſsint, & quoquo
modo legiſlatoribus placuerit, immutari:quoniam ea quæ iuris ciuilis ſunt,contrario mu-
25 nicipum iure eorum arbitratu ſubuerti poſſunt [14]. Qua ratione cùm † ſupremus princeps
ſpurium filium inſtituiſſet, reſpondit Bald. [15] iure ei hæreditatem deferri, quoniam prohi-
bitio ſucceſsionis in ſpurio iuris ciuilis eſt,quæ à principe potuit conuelli. Quòd ſi is prin-
26 ceps legibus ſolutus non eſſet [16], aliud dicendum fuerat.Eadem ratione † & illud receptius
eſt, poſſe legem municipalem filiis, vel parentibus legitimam ex Iuſtiniani conſtitutione
debitam auferre,quoniam inſtitutionis titulo præſtatur,& hæreditatis pars eſt:vſque verò
ad alimentorum ſummam non poſſe [17],cùm iure naturæ ea debeantur,quòd ciuilibus ſan-
27 ctionibus immutari nequit. Quo circa etiam deportato * alimenta relinquenda ſunt: ea
enim in publicationem bonorum non rediguntur [18]. Hinc quoque à pleriſque illud dedu-
28 citur, in foro, quod conſcientiæ vocant,† hæredem tametſi inuentarium non confecerit,
vltra vires hæreditarias non obligari:iure enim ciuili obligatur, quia perſonam defuncti
repræſentat [19]: at iure naturali, vel diuino hæres non ideo tenetur, quod autoris perſonam
ſuſtineat,ſed quia ad eum bona peruenerunt, meritò eatenus ſolùm obligabitur,quatenus
peruenerint [20]: quæ ſententia receptiſsima eſt.Eum enim qui repertorium non fecerit,id-
29 circo lex inſolidum obligat, quòd ſubtraxiſſe hæreditarias res * præſumit: at in foro con-
ſcientiæ præſumptiones huiuſmodi legum nullius momenti ſunt,ſoláque veritas obſerua-
tur.Quapropter ſi conſtet legatarios,creditorésve veritatis huius conſcios eſſe, eo in foro
non vltrà conſequentur,quàm ad hæredem peruenerit.

1 Bal.conſi.cccxciij.in v.
2 Doct.d.§. veteres. in l. j. de pecul.
3 c. ſi ciuitas. de ſent. exc. in vj.
4 Socin.d.cōſ.lxxiiij.in iij.
5 Ang.l.item.§.petitam.de petit.hæred.
6 l.oratione.de rit.nup.
7 l. ij. vbi Bar.de fid.hære. pet.
8 Alex.conſ.xciiij. in ij.
9 d.§.filio.l. cum hæredes. de acquir.poſſ.
10 Dec.conſ.lxix.
11 l.ij.§. ſicuti. de hæredit. vend.Aret.conſ.cxlviij. Angel.xxx.
12 l. teſtamenti factio. de teſtam.
13 l.j.C.de hæred.inſtit.
14 Alex.conſ.ij. in ij.in fin.
15 Bal.conſ.cclxij.in j.
16 Bal.conſ.ccclxj.in v.
17 Doct. c. Raynutius. de teſta.
18 l. legatum. de cap.dim.
19 l.fi.C.de iur.delib.
20 In d.rubr.

SVMMAE.

1 Vſufructus genera:vnum eſſe verius. 2.
3 Vſufr.legato fundo,diuiduus.
5 Vſufr.legato proprietatem ex cauſis intelligi.
6 Vſufr. ex cauſis inſeparabilis.
8 Vſufruct.cauſalis & formalis diſcrimen.
9 L.Rectè.ſenſus.
11 Seruitutes ex cauſa accepto ferri nequeunt.
13 L.iiij.de vſufr.explicari.

## LEX XXV.

RECTE. Duplicem † eſſe vſumfructum noſtrates Doctores prodide- 1
runt,eum, qui ſeruitus ſit, quem formalem appellant,iſq; nullo modo ad
dominum rei pertinet: quia cùm de ſeruitutum ſpecie ſit, ſeruire illi res
ſua non poteſt [1]. alium qui cauſam dominij habeat,vnde cauſalis dicitur
commoditas enim ea domini eſt, vt re ſua vtatur, fruatúrve. Sed ego
hanc † commoditatem non memini in iure legiſſe propriè vſusfructus 2
nomine appellari:quamuis enim lex [2] eum,qui fundum,deinde vſumfructum ſtipulatus ſit
ei ſimilem dicat,qui totum,deinde partem ſtipulatus eſt,non tamen de hoc vſufructu intel
ligi poteſt,qui non ſimilis parti, ſed verè dominij pars eſt: vnde de ſeruitute accipiendum
eſt,quæ in eo eſt ſimilis parti:quia integram vtilitatem non adfert, diuerſáq; eſt ab eo fun-
do:ideóque ea ſtipulatio,vt aliqui exiſtimant [3],valet:tametſi qui totum, deinde partem ſti-
pulatur, ſecunda ſtipulatione nihil agat. Non tamen negauerim aliquam ſimilitudinem
inter hanc domini commoditatem,& vſumfructũ eſſe. Quapropter ſi tibi † fundum,alteri 3
eius fundi vſumfructum legauero,vſusfructus iſte communicabitur [4], & tu fructuum dimi
dij fundi perceptionem,alter dimidij vſumfructum habebit. Eadem quoq; ratione factum
eſt,vt quandoque alter alteri accreſcat:vt ſi,liberis * hæredibus inſtitutis,vſumfructum fun 4
di vxori cum liberis legauero:nam in liberorum perſona vſusfructus tanquam ſeruitus nõ
conſtabit:cùm enim ſint hæredes & domini, illis res ſua non ſeruit:& tamẽ mortuis liberis
accreſcet vſusfr. vxori,& è cõuerſo,mortua vxore, accreſcet filiis [5]. Cùm ergo etiã domi-
nus vſumfr.cauſę ipſi,id eſt,dominio cohærentẽ habere dicatur, † plerũq; accidit,vt vſuſ- 5
fructus appellationẽ de proprietate intelligamus vt ſi,legato vſufructu,prohibeat teſtator
alienationẽ [6]: nam de proprietate eũ intellexiſſe prohibitio alienationis arguit. Idem,ſi is,
cui vſusfr. pecuniæ legatus eſt,grauetur alteri reſtituere:cùm enim ipſe, nõ hæres, reſtitue
re grauatus ſit,veriſimile eſt de proprietate actũ [7]. Idem ſi re † legata,modus additus ſit,vt 6
ea legatarius vti poſsit [8]. quod & in donatione obſeruatur [9]: cùm enim res ad vſum dona-
tur, non fit ea interpretatio, vt ab vſu proprietas ſeparata cenſeatur. Sed & ſi duo inſtru-
menta exhibeantur,quorũ altero habere proprietatem,altero * vſumfructum dicat, non 7
ideo inuicem aduerſantia produxiſſe exiſtimandus ſum:quoniam de vſufructu cauſali (vt
Iaſ.& Socin.exiſtimant [10]) intelligi poteſt.

DOMINI. Si de † cauſali accipimus,dubium non eſt eſſe partem,ſicut paries pars eſt 8
domus:vſusfructus enim ille,vnà cum proprietate plenarium dominij ius conſtituunt.Sed
Iuriſconſultus † de formali hîc intellexit,qui licet in ſe dominiũ habeat (fructuarius enim 9
illius iuris dominus eſt [11]) non tamen quicquam habet commune cum eius rei dominio,
in qua vſusfructus conſtitutus eſt,imò penitus ab eo diſsidet:nec ſimul eſſe * poſſunt. Qua- 10
propter,ſi in libello actor ſe dominũ dixerit, & de vſufructu tantùm probet, obtinebit [12],
quia interpretabimur,eum de ipſius vſusfructus dominio intellexiſſe: ſed ſi fundi dominiũ
dixerit, non obtinebit:quod plerique adſerunt:& ego generaliter verum eſſe probauerim:
quoniam aliàs reus rectè certioratus non eſſet [13].

SERVITVTIS. Quapropter † qui fundum ſtipulatus vſumfructum accepto tulit, 11
nihil agit [14]: quoniam hæc acceptilatio de re, vel parte rei non eſt:quod & in qualibet alia
ſeruitute procedit:differentia tamen eſt aliqua, quoniam vſusfructus portionis inſtar obti
net [15], quod in cæteris ſeruitutibus non eſt:& ideo lex ait,in multis caſibus vſumfructũ * par 12
tem dominij eſſe [16], quod intelligendũ † per interpretationem, non quòd verè pars domi- 13
nij ſit.fit autem hæc interpretatio ſuadente æquitate, vt in fideiuſſore pro eo vſumfructum
promittente, qui proprietatem dare obligatus ſit [17]: iniquum enim eſſet, deciperetúrque
creditor, qui ſolius rei fidem ſequi noluit, ſi ex hac ſubtilitate fideiuſſoris obligatio nulla
eſſet. Idem ſi alia ratione veriſimile ſit à partibus id actum [18], vt vſusfructus * pars domi- 14
nij ſit.

1 l.vti frui.§.ſi vſufr.pet.
2 l. qui vſumfr. §. de verb. oblig.
3 Raph.ibid.
4 l.ſi alij.§.de vſufr.leg.
5 l.ſi mulieri.de vſu acc.
6 l.Proculus.de vſufr.
7 l.fin.de vſufr.ear.rer.
8 l.ſpecies.de aur.& arg.
9 l.donationes.§.j.de don.
10 d.l.qui vſumfr.
11 d.l.vti frui.
12 Alex.§.nihil commune naturaliter.de acq.poſſ.
13 l.j.de eden.
14 l.& per iuſiurandum.de acceptil.
15 l.cum filius.§.dominus. de legatis ij. l. Meuius. §. fundo.eod.tit.
16 l.iiij.de vſufruct.
17 l.ſi à reo.§. ij. §. de fideiuſ.
18 d.l.Meuius.

### SVMMAE.

*1 ☞ Pars ſeiuncta totum dici partémve. 2.*
*3 Partem voluntate conſtitui.*
*4 Partem vendit, ſeiungitque ſocius.*

§. QVOD QVINTVS. Sententia † Mutij fuit, vt qui pro diuiſo poſsideret, non 1
partem poſsidere,ſed totum diceretur. Seruius etiam hoc † caſu appellari partem poſſe di 2
cit:quod dubium non eſt,ſi ad id tempus relatio habeatur,quo adhuc nihil diuiſum erat [19].
Idem,ſi in re, † cuius conſtitutio à domini voluntate pendeat,appareat eum velle, vt pars 3
ſit [20], cuius rei exemplum in fundo accipi poteſt.Quapropter conſtat vnum fundum dici,
qui pro diuiſo à pluribus poſsideatur, ſi ita ipſi velint [21]. Idem in domo, vt ſi tu cœnacula
omnia, ego inferiora poſsideam:erit enim vna domus [22]. Sed dubitari poteſt, ſi ex lege
municipali,

19 l. inſulam. in fi. de acq. re.do.
20 l.Caius.de lega.ij.
21 Bart.l.ſtip. non diuid.j. quæſt.de verb.oblig.
22 Alex.conſ.xxiiij.in iiij.



4 municipali, † qui partem domus habet,inconſulto ſocio,vendere prohibeatur,an cõſtru-
cto pariete,partem ſuam ſeparare poſsit, vt non pars, ſed alia domus videatur? Et poſſe
ego exiſtimauerim, nec in hoc Seruij ſententia nobis aduerſatur, quæ tunc non procedit,
cùm partium voluntas reclamat [1], legíſq; ratio non repugnat. Sanè & fundum, cuius pars
5 pro * indiuiſo ſit mea, fundum meum appellare poſſum [2], cùm iuris intellectu non diuiſio-
ne corporum in eo partes habeam [3].

1 l.magis.§.fin.de reb.eor.
2 l.pupillus.in fin.§.eod.
3 d.l.Meuius.§.duorum.

### SVMMAE.

*1 ☞ Partum furtiui,niſi ex cauſis,vſucapi.*

## LEX XXVI.

1 PARTVM. Cùm partus † rei furtiuæ pars non ſit, ſequitur vt vſucapi à
bonæ fidei poſſeſſore poſsit [4]: quod intelligendum eſt, niſi apud furem
2 conceptus ſit [5]: matrem * enim contrectando, & eum contrectaſſe, qui
eius viſcerum portio eſt,videtur:quod in furis hærede non eſt [6]: licet ipſe
3 propter autoris * ſui malam fidem vſucapere nequeat [7]: tollitúrque hinc
illa dubitatio, cuius innominatus poëta apud Græcos Diodorum iuriſ-
peritum illudens,meminit hoc epigrammate:

Ῥήτορα πρὸς Διόδωρον ἀνὴρ δειλαῖος ἀπελθὼν,
  Ἤρετό μιν τοίης ἀμφὶ δικασπολίης.
Ἡμετέρη θεράπαινα φυγοῦσά ποτε, τὴν δ' ἕλες εὑρὼν,
  Ἀλλοτρίην τ' ἦν λάτριν ἐπιστάμενος.
Ζεῦξεν ἑῷ θεράποντι, τέκεν δ' ὑπὸ παῖδας ἐκείνῳ,
  Καὶ τίνι δουλεύειν εἰσὶ δικαιότεροι;
Ὃς δ' ὅτε μορμήριξε, καὶ ἔδρακε βίβλον ἑκάστην,
  Εἶπεν ἐπιστρέψας γυρὸν ἐπισκύνιον,
Ἢ σοὶ τοῦ ἑλόντι τὴν θεράπαιναν ἀνάγκη,
  Δουλεύειν κείνους ὧν χάριν ἐξερέεις,
Δίζεο δ' εὐμενέοντα δικασπόλον αἶψα, δ' ἀποίσει
  Ψῆφον ἀρειοτέρην εἴ γε δίκαια λέγοις.

Quod epigrãma vtcunq; latinè reddidimus, quo eius ſenſus qualicũq; lectori ſit apertior:

*Rhetora vir quondam pauper Diodoron adiuit,*
*  Sciret vt hac ſpecie quid ſibi iura velint.*
*Serua mihi aufugit,captam quam repperit olim*
*  Neſcio quis, famulam conſcius eſſe meam,*
*Atque ſuo iunxit ſeruo,quæ fœta puellos*
*  Edidit,ánne mei pignora iuris erunt?*
*Ille anceps,raptus per multa volumina,tandem*
*  Suſtulit hac vetulum voce ſupercilium:*
*Hos opus eſt vernas tibi vel ſeruire,vel illi*
*  Qui tenet ancillam non ſine fraude tuam.*
*Sed tibi fac iudex ſit amicus,dummodo iuſtam*
*  Cauſam habeas,punctum protinus omne feres.*

4 l.qui vas.§. ſi ancilla. de fur.
5 l.ſi aliena.§.fi. de vſucap.
6 l. ſi ego. §. partus.de publici.
7 l. ſequitur.§. hæres. de vſucap.

### SVMMAE.

*3 ☞ Agri acceptio multiplex.*

## LEX XXVII.

AGER. Ager * ab agendo dicitur M.Varroni:ſicut villa,domus ruſtica,à
1 vehendo, * quòd in eam fructus aruorum vehantur. Ex mente † tamen
2 teſtatoris quandoq; fit plenior interpretatio. Paulus receptarum ſenten-
3 tiarum [8] lib. iij. Villis (inquit) vel agris ſeparatim legatis, alterum alteri
cedit.Bar.villam dicit,quæ ſine muris ſit.Subdunt alij,quaſi vallem valla
tam appellari, quod ridiculum, & ineptum eſt. Sanè & ager pro territo-
rio vrbis, & quem Comitatum vulgò appellamus, accipitur. Quare non exiſtimauerim
agri Auenionenſis dici caſtrum, cuius iuriſdictio ad alios, quàm Auenionenſes pertineat,
quamuis intra ipſorum fines conſtitutum ſit.Refertur & ager ad longitudinem, vt cùm di-
xit Horatius: *Mille pedes in fronte,trecentos cippus in agrum.*

8 tit.ix.de vſufr.

### SVMMAE.

*1 ☞ Stipendij nomina, modúſve.*
*2 Cor.Taciti explanatus locus.*
*3 Gallicorum tributorum æſtimatio.*

§. STIPENDIVM. Sic † merces militũ dicitur,ſicut & ſalarium:ea erat denarius in 1
ſingulos dies Tacito lib.j.qui vnciæ argenti octaua pars eſt.Tributum etiam appe llari
Pomponius ait:ſed Tacitus lib.xx.tributum accipit,quod prouinciales ipſi præſtant:ſtipen
dium,cùm militibus datur.Neque quies(inquit)gentium ſine armis,neq; arma ſine ſtipen-
diis,neq; ſtipendia ſine tributis haberi queunt. Loquitur † autẽ de tributis Galliæ,quæ cùm 2
à Iulio Cęſare in prouincię formam eſſet redacta,impoſitum illi vniuerſæ fuit ſtipendium.
(Seſtertij nota eſt Voluſio Mætiano.H-S.) quadringenties,quæ † ſumma eſt decies centena 3
millia aureorum, cùm hodie ter tantùm de Francia, quæ Galliæ pars eſt,reges accipiant.
Stipendiariæ * autem omnes prouinciæ [1] populi Rom. erant, Italia non erat, & ſi quæ vr- 4
bes ius Italicum haberent,vel fœderatæ eſſent.

1 l. fin. C. ſine cenſ.l.j. ſ. de cenſ.

S V M M AE.

1 ☞ *Alienationem variè accipi:eiúſque effectus & ad quamlibet diſpoſitionem refertur.*
3 *Alienare vetita non pignoranda.*
4 *Dominij pignore tranſlati argumenta.*
7 *Alienari vetita non, niſi ex cauſis,vſucapi.*
9 *Patientiam in vſucapione obeſſe.*
14 *Hæreditatis & legati diſcrimen.*
16 *Repudiãs creditores non fraudat: quãdoq; cõtrà. 18.*
17 *Tit.quæ in frau.cred.explicari.*

## L E X XXVIII.

ALIENATIONIS. Alienationis † verbum latè patet:nam ad directi 1
& vtilis dominij tranſlationem,ad vſucapionem, ad pignoris nexum re-
fertur [2], ídq; ſiue à lege,ſiue in contractu,teſtamẽtóve prohibita ſit [3]. Sed
hoc quidam intelligunt,cùm id nominis largè ſumitur, alioquin propriè
alienationem * eſſe cùm directa dominia transferũtur [4]. Et ideo ſi in ali- 2
quo argumento odioſo,vel pœnali,vel alioquin propriè accipiendo, alie
nationis mentio fiat,pignoris quod veriſimiliter luẽdum ſit nexus [5], vel hypotheca, vſuſ-
fructúſve conſtitutio non prohibebitur [6]. Ego & iſtis † caſibus propriè alienationem fieri 3
non dubitauerim:cùm enim de iure rei diminuatur,in aliúmq; transferatur, quod tranſla-
tum eſt negari non poteſt eſſe alienatum. Sed in eo vertetur coniectura † an de huiuſmodi 4
tranſlatione partes egerint,ídq; ex ratione legis [7]: vel cauſa contractus diſcernitur, ita vt
in dubio à verbis non recedamus. Finge duos tyrannos ita conueniſſe, ne aliquid de terri-
torio alterius in alterum alienari, acquiríq; poſsit, de iure hypothecæ interim actum non
cenſebitur [8]: quoniam huius pactionis veriſimile eſt eam fuiſſe rationem, quòd more aqui
larum vicini eſſe nollent:quæ ratio in ſimplici hypotheca nõ procedit,niſi cum iure pigno
ris dominium impetraretur [9]. Quapropter licebit creditori id ius * alteri cedere,ne verbis 5
pactionis teneatur.Nam & prohibita alienatione, permutatio quandoq; permittitur:cùm
cauſa prohibitionis ſola fuit,ne quis facultatibus laberetur [10]: ceſſat enim ratio, cùm tan-
tundem ex permutatione conſequuturus ſit. Idem ſi rerum particularis affectio nulla fue-
rit [11]. Sed nunquid quod de alienatione dicitur,locum ſibi vendicet,ſi lex emptionis vendi
tioníſq; verbo vtatur? Et idem eſſe traditum eſt [12], quoniam lex xij.tabularum * emptionis 6
verbo omnem alienationem complectitur [13]: ſed in ea lege id erat,quoniam quælibet alie-
natio per imaginariam emptionem,ſicut & hæredis inſtitutio, & emancipatio celebraba-
tur. Obſeruabimus itaq;,an ratio legis generaliter procedat [14], vel in ea tantùm contra-
ctus ſpecie [15].

VSVCAPIONEM. Quod † ergo alienare prohibemur, vſucapi quoq; nõ poterit [16], 7
vt nemo nõ fatetur. Sed quãdoq; non procedere videtur:nã minor alienare immobilia nõ
poteſt,ea tamẽ hoc iure præſcribi poterant [17]: in quo magna eſt altercatio.Ipſe negauerim
eorũ alienationẽ ſimpliciter prohiberi : oratio enim diui Seueri ſolũ ſe interdicere tutori-
bus * & curatoribus,ne ea diſtrahant ſine cauſæ cognitione,adſerit [18]. Nec obeſt, ꝙ adole- 8
ſcentes ipſi etiã alienare prohibeantur,quia hoc non eſt propter res ipſas introductum:ſed
quia in his quæ ſecũ geruntur,præſumuntur propter facilitatẽ labi [19]: quæ ratio in præſcri-
bente,qui nihil cũ eis agit,locũ non habet.Sanè & res litigioſa alienari nõ poteſt,& tamen
præſcribi poteſt [20]:quod ideo eſſe Accurſius tradit,quoniam vitium hoc rem ipſam nõ ad-
ficit. Ego accepi,licet id vitiũ,perempta inſtantia,duret, nõ tamen alienationem rei factã,
irritam eſſe [21]. Quapropter nec præſcriptionẽ.Et ex hoc conſequens eſt,vt quibus caſibus
prohibitio alienationis nõ efficit,quò minus diſtractus valeat, vſucapio * quoq; ꝓcedat [22]. 9

VIX EST. Interpretatur enim lex,qui patitur vſucapi, * eum alienare:quæ interpre- 10
tatio cũ ex iuris antiqui æquiparatione proueniat, generaliter etiã in correctoriis locũ ha-
bebit. Hinc eſt,quòd ſi * ex forma legis municipalis non poſsit ſentẽtia dici nulla,niſi intra 11
triduum,eo lapſo, nõ poterit neq; excipi,tanquam iuriſdictio in iudice non eſſet:qui enim
terminũ labi permiſit, magis ex facto ſuo,quàm ex iudicis ſententia videtur excluſus, nec
vlterius erit audiẽdus,vt Paulus Caſtren. [23] reſpondit, cuius ſententiã etiam alij probant.

2 l.fin.C.de rebus ali.
3 c.nulli.de reb.eccleſ.
4 l.j.C.de fun.dot.
5 l.qui habebat.de leg.iij.
6 l.non alienat.ſ.tit.j.
7 l.ex hoc.§.j.ſ.de alie.iud. mut.
8 l.in quorum.ſ.de pig.
9 l.j.C.de iure dom.impe.
10 l.fin.ſ.de iur.dot.
11 l.peto.§.fi.de leg.ij.
12 Bart.d.l.in quorum.
13 l. ſtatuliber.§. Quintus. ſ.de ſtatulib.
14 l.fi.C.de præd.decur. libro x.
15 Iaſ.l.fin.C. de iur.emph.
16 l.vbi.ſ.de vſucap.
17 l. fin. C. in quib. cauſ.in integ.
18 l.j.ſ.de rebus eor.
19 l.iij. C. de in integ. reſtit.mi.
20 l. j. C. de long. temp. præſcr.
21 Bart. l. cenſemus. C. de litig.
22 l ea lege. C. de cond.ob cauſ.
23 Conſ.cccxxix. Alex. cv. in v.Calcan.conſ.xv.

NON



12 NON VTENDO. Alij codices, * abutendo : ſed communis lectio magis conue-
13 nit.Hincque argumentum ſumitur, * idem eſſe ſiue expreſſè quis alienet,ſiue tacitè per la-
pſum temporis:quandoque tamen tacita hæc alienatio efficacior eſt [1].
14 NON INTELLIGITVR. Meritò lex † in hæreditate exemplum poſuit, quo-
15 niam ea non niſi adeunti acquiritur : in legatis aliud eſt, quæ ipſo iure in legatarij * domi-
nium tranſeunt [2]: vnde ſi repudiat, dominium ſibi iam quæſitum abdicat, meritò alienare
cenſetur [3]. Sed finge Titio legatam quartam partem bonorum, cùm in hoc legato ipſo iu
re dominium non tranſeat [4], repudians alienare non videbitur.In edicto tamen quo præ-
16 tor † in fraudem creditorum geſta reuocat,non compræhendetur,qui legatum repudiat [5],
17 quoniam alienationis verbo † prætor vſus non eſt,ſed ſimpliciter non permittit fraudatio-
nem,quæ minimè interueniſſe videtur in eo,qui id repudiat,quòd ex concedentis intentio
ne arbitrarium ſibi fuit,acciperet,an non acciperet:nec enim hoc egit teſtator,vt credito-
18 ribus prodeſſet. Planè ſi quis † ex natura contractus acquirere mihi teneatur, in eo quod
dolo malo fecit,ne acquireret, condemnabitur [6]. Idem ſi non ex natura contractus tenea-
tur,ſed vt fraudi lex obuiam eat,in eius rei reſtitutionem aliquem grauauerit, quæ non ſo-
lùm peruenit,ſed peruenire ad eum potuit [7].
19 OPTIONEM. Quod priùs * mente optauimus, re ipſa eligimus:quapropter pro-
miſcuè optio,electióque aſſumuntur.

1 l.j.C.qui ad.
2 l.à Titio.de furt.
3 l.magis.§.fundum.de rebus eorum.
4 l. ſi quis bonorum. de leg.j.
5 l.qui autem.quæ in frau. cred.
6 l.ij.§.non tantùm. de hæred.vend.
7 l.ſed ſi.§. perinde.ſ.de petit.hæred.

S V M M AE.

2 ☞ *Oratio ſine coniunctione cõiunctim accipienda.*

1 §. ORATIO. Coniunctiua * dictio vtriuſque rei concurſum requirit,diſiunctiua al-
2 terutrius.Finge † ergo me ita ſtipulatum, *Titium, Pamphilum, Seium dabis?* ſi de mente
contrahentium non conſtet, diſiunctiuè deberi Iacobus ſenſit, vt ad minimã ſummam in-
terpretatio redigatur.Accurſius idem hoc caſu arbitratur, vt aduerſus eum, qui ea verba
protulit, fiat interpretatio:tametſi ceſſantibus coniecturis non neget ea coniunctim prola
ta potiùs videri. Ipſe à verbis non recederem,quæ in coniunctam erunt:nam & ſimili caſu
3 quandoque Accurſius apponendum punctum affirmat, * quod coniunctionis loco ſit.

S V M M AE.

2 ☞ *Coniuncta quandoque diſiungit.*
3 *Diſiuncta plerunque iungunt.*
5 *Patre & filio inſtitutis,illum ſolum ſuccedere.*
8 *Obligationes ex æquo diuiſæ.*
9 *L.Coniunctionem.ſenſu.*

## L E X XXIX.

CONIVNCTIONEM. Grammatici * coniunctionem ſimpliciter
1 vocant etiam quæ diſiuncta eſt:quapropter † Iuſtinianus [8], coniunctionẽ
2 (inquit) Aut,pro Et,accipi, vt videatur copulatiuo modo eſſe prolata, vt
magis ſit συνάφεια, vt & primam perſonam, &c. Ita enim legendum, &
vox græca ex antiquis codicibus reſtituenda : ſicut vice verſa rhetores
diſiunctam † orationem vocant, etſi concurſum enuntiatorum requirat,
3 dummodò κῶλα, id eſt, membra orationis ſeparatim proferantur : cuius rei Aquila Roma-
nus autor eſt.Sed Iuriſconſulti aliter accipiunt, & diſiunctionem appellant, * quam vulgò
4 alternatiuam dicimus,de qua inferiùs latiùs dicetur.
PRO DISIVNCTIONE. Quapropter † ſi pater filium,& ex eo nepotes in po-
5 teſtate habens ita inſtituat, *Filium & nepotes inſtituo.* coniunctio naturam ſuam non ſeruat:
6 quoniam * ordo charitatis, adfectioníſque, neque non inſtitutionis neceſsitas ſuadent,vt
donec pater viuat, filij non admittantur, ſed ipſe ſolus hæres ſit, vt communiter traditum
eſt [9]. quod ſi neceſsitas hæc vel adfectio non ſubſit,à natura verborum non recedemus.
MEO. Atqui mẽtio hæredis videtur ſuperfluè addi,cùm quis dari ſibi ſtipulatur [10], vtiq;
7 hæredi * quoq; ſtipulatur,imò ſi alteri ex hæredibus tantũ ſtipulari vellet,non poſſet:quo-
8 niam cùm lex xij.tabul. † obligationes æquis portionibus inter hæredes diuidat,ſupra con-
tingentem portionem cenſentur extranei, & alteri extraneo nemo ſtipulari poteſt. Sanè
illa ſtipulatio, *Mihi hæredique meo.* non ſemper diſiunctiuè accipitur,verúmque eſt Labeo-
9 nis exemplum, † cùm in ſtipulationem id deductum non eſt quod tractum habeat: vt ſi mi-
hi,hæredíque meo centum promittas:ſed ſi per te [11], hæredémque tuum habere licere pro-
mittas,ite[illegible]per te hæredémque tuum [12] vim non fieri, coniunctionis vim attendemus : in-
fráque latiùs hæc adtingentur.

8 l.cum quidam.C.eod.
9 l. Gallus. §. j. ſ. de lib.& poſt.
10 l.eum qui.§.j.ſ.de verb. oblig.
11 l. ſtipul. iſta.§. j. ſ. de verb.
12 l.ſi ſic ſtipulatus.ſ.princ. ſ.illo tit.

S V M M AE.

1 ☞ *Arborum genera & diſcrimina. 4.*
2 *Caduarum arborum ſpecies.*
3 *Caduas non,niſi vſu,accipi.*
6 *Arboribus fructiferis,aut non caduis,non niſi ex cauſis vtendum:in emphyteuſi contrà.8.*
7 *Arbores grandes variè accipi.*


Stirpium

*9 Stirpium definitarum vſus.*
*10 Culmus definire vſus.*
*11 L. Sylua.emendari,& explanari.*
*12 Spicilegium & racematio permiſſa.*

LEX XXX.

SYLVA. Arborum † aliæ fructiferæ ſunt,aliæ cæduæ,aliæ nõ cæduæ.Cæ- 1
duas † eſſe hîc apparet,quæ exciſæ repullulant, ſiue ab eodem ſtipite,ſiue 2
ex ſtirpibus,vt ſalix,arundo,ornus,fraxinus,laurus,alnus,bætula, ſambu
cus,populus,æſculus,quercus [1], multæq; id genus ſpecies:quod † ita intel- 3
ligendum eſt:ſi in eum vſum haberentur vt cæderentur,ſiue materiæ cau
ſa,ſeu lignorum [2]: alioquin,ſi in eum vſum habitæ non ſint,ex prima,quæ
hîc refertur, opinione, pro cæduis non erunt. Quid enim, ſi animi recreandi cauſa plata-
num,vlmum,fagum,fraxinum, ilicem educauerim?quid ſi ſyluam antiquam eandémque
glandiferã habeam,quam nunquam cędedere ſolitus ſim,ſed ſubulcis locare?an ſola arbo
rum cupreſſus non cædua erit,quia ſola non repullulat?quod Aretinus & Picus[3]ſenſerunt.
Sed dubio procul malè. Inter hæc arborum genera non leuis differentia eſt:† nam fructife- 4
ras fructuarius * non cædit [4], niſi vetuſtate conſumptas [5]. quòd ſi vi † ventorum deiectæ 5
ſint, in vſum ſuum, vel villæ, ſi aliunde non habeat, accipere poteſt [6]: reliquum ei auferre 6
extra agrum,ne ſolo officiant,permittitur [7], ad dominum tamen pertinebit.Cæduis verò
ſicut paterfamiliâs cædebat, vti, vel perfrondatores ramos decutere poteſt, pedamentáq;
( ſunt hi pali teretes vitium ſuſtinendarum cauſa ) conficere [8], & etiam alteri vendere. In
non cæduis id ſolum conceditur,quod pro ipſius vineę vſu neceſſarium ſit:dum fundus de-
terior ea cauſa non fiat,vel arbores grandes non ſint:huiuſmodi enim voluptatis cauſa ſo-
lùm habentur, quàm, decuſſa coma, amitterent [9]. harum & M.Varro rei ruſticæ lib. iij.
cap.iiij.meminit,† videtúrque grandes arbores intelligere, quæ in ſylua cædua relinquun- 7
tur,nec vnà cum cæteris amputantur;poſſunt tamen etiam intelligi grandes arbores, quæ
decacuminationem,(quam Gręci ἐπισκόπτλω vocant)non ferunt:vt picea,pinus,abies,pal-
ma, addunt aliqui cupreſſum, & cedrum. Quid ſi grandem arborem intelligamus, quam
Græci ἀξιολογώτατον vocant,videlicet prægrandibus ramis,ordinatis,paribúſque numero
qualis fraxinus,ſorbus,picea?In † conductore emphyteutáque aliud dicendum eſt : fructi- 8
feras enim demortuas vt lucretur,ſubſtituere alias debet [10]: quod etiam in non cæduis opi
nor [11]: cæduas indiſtinctè cædit [12]: modo ex conſuetudine regionis, vel patrisfamiliâs lo-
catoris,ſi aliud actum non præſumatur,accepto : non minus enim, quàm fructuarij horum
eſt ius.

1 l.cum manu, §. ſylua. de contrah.emp.
2 l.item,§.fi.de vſufruct.
3 rep.§.Titia.q.xxxvj.
4 l.æquiſsimum.§.fructuarius.de vſufr.
5 l.agri.eo.tit.
6 l.arboribus.eo.tit,
7 l.Proculus.eo.tit.
8 l.ex ſylua.eo.tit,
9 d.l.ex ſylua,
10 l.in fraudem. §. pen. de iur.fiſ.
11 l. diuortio. §. puto. ſol. matr.
12 d.l.cum manu,

STIRPIVS. Sunt ſtirpes * ferulæ, ſeu virgulta, quæ de radicibus naſcuntur: ea 9
& germina dicuntur, hinc & germinalis arbor [13]. Accurſius quæ ſtirpes ſunt pedamenta
eſſe arbitratur, contra M. Varronis, & Columellæ, cæterorúmque antiquorum autori-
tatem.

13 d.§.puto.

STIPVLA ILLECTA. Culmus † eſt, cum ſpica non collectus, ſed in metendo 10
derelictus,quem,cum otium adeſt,ruſtici deinde metunt.Et quod dicitur † deiectæ,melius 11
quadraret relictæ ſecundo caſu,quamuis & illud defendi poſsit. Sanè ex lege veteri,quæ in
Deuteronomio habetur,præceptum eſt,† ne ſtipulam illectam,oliuas relictas,racemóſque 12
remanentes dominus colligat,ſed aduenæ, & pupillo, & viduæ permittat, vnde ſpicilegiũ,
racemationémque facere poſsint:quod præceptum etiam in præſentia à pleriſque obſerua
tur.Aduertendum tamen,ne non vacauerint,hîc legendum ſit,ſed occauerint,quòd ruſti-
ci primò meſſes faciant, deinde occent, fodiántque vineas,quo opere tanquam magis ne-
ceſſario perfecto,ſpicilegium faciant:ſolere enim poſt meſſes occari vineas,autor eſt Palla
dius lib.vij.& viij.

SVMMAE.

*1 Noualem variè accipi.*
*4 Integra terra, non depaſta.*

§. NOVALIS. Græci † νεαλω (vel vt in pandectis græcis νεᾶτιν) ſeu vt alij νέομα vocant: 1
& duplici ſignificatione accipitur, vt terra ſit, quæ anno ceſſat, quod Paul.hîc ait,itémque
ager nunc primùm coli cœptus [14], cùm priùs ſylua eſſet, vel alio modo incultus: atque ita
etiam Hieronymus interpretatur [15]. Addit Appianus lib. j. decimam * partem fructuum 2
reipublicæ ſoli tam pendi pro vectigali eorum agrorum, qui deſerti ad culturam redige-
rentur: hincque apparet inculta loca * in dubio præſumi reipublicæ, nec fieri occupantis: 3
quod & alij tradiderunt [16]. Sanè proſciſſa * dicitur terra,quæ primùm aratrum experta eſt 4
grandioribus glebis relictis,Catoni,Plinio,cæteriſque.

14 l.fin.in fin.de ter.mo.
15 c.j.c.quid ſit terra.eod.
16 l.j.de acquir.poſſeſſ.

INTEGRA. Vt ſi quis † vendat terram integram, intelligetur nondum à pecore de- 5
paſtam:licet Accurſius paſcendi verbum hîc pro pinguefaciendi, contra rationem ſermo-
nis intellexerit [17].

17 l.j.de glan.leg.

SVM



SVMMAE.

*2 Caduca caſum minantia.*

§. GLANS CADVCA, QVAE EX ARBORE CECIDIT. Vnde in-
1 terdictum * de glande legenda competit. Sanè hæc expoſitio ex proprietate ſermonis non
2 eſt:quoniam caducus † non qui cecidit,ſed qui facilè caſurus eſt,ruinámque minatur, ſigni
ficat:vnde & paries caducus.

SVMMAE.

*2 Paſcentia pecora non niſi ex cauſis retineri, ſed de damno agi.*

1 §. PASCVA SYLVA. In qua ius eſt * paſcendi cauſa pecora mittere.† Sed finge de
2 præhendiſſe me pecora vicini in agro meo, quo iure mihi prouiſum eſt? & lege Aquilia
agendum eſt [1], non autem iure pignoris pecus retinendum,niſi illud diu aluerim [2], cùm do
minium ignorarem: videtur enim,quia in rei vtilitatem alimenta verſa ſunt,eorum ratio-
ne retineri pecus poſſe [3].

1 l.quamuis.ad leg. Aquil.
2 l. hoc ampliùs.§. de his. de damno infect.
3 l.ſi non ſortem.§.ſi centũ. ſ.de condict.indeb.

SVMMAE.

*1 Pratum fructu, conſtitutionéque ſine impenſa paratum.*
*2 Prato inculta non paſcua contineri.*
*4 Arborum prato ſatarum cæſio ad id non referri.*

LEX XXXI.

1 PRATVM. Pratum † quaſi paratum ( vt Vlpianus ) ad fructuum per-
ceptionem, vel ( vt Varro ) ad conſtitutionem:modico enim opere pra-
2 tuum fit,vt quod nec aratro,nec annua ſemente indigeat. Et hinc † pro-
batur,legatis pratis etiam inculta contineri, vnde tamen aliquid fœni te
ſtator colligeret:ſecùs ſi in eis pecuaſcere tantummodò ſolebat, nam ea
3 non prata,ſed paſcua * dicetur ; quæ ſi ad pagum aliquem in vniuerſum
pertineant,vulgò vicanalia appellantur: Vicani enim ruſtici ſunt. Sed an prati appellatio
4 ne, arbores,quæ in eo ſunt,contineantur, vt in † eis damnum inferens ea pœna adficiatur,
quam lex municipij in eos conſtituit,qui in prato damnum fecerint? Et quibuſdam vide-
5 tur [4], tanquam arbores pars fundi ſint. Sed ego rationem * legis conſiderandam arbitror;
ex vi enim verborum non videtur,qui arbores inciderit,damnum prato feciſſe,

4 Alb.in dictionario.

SVMMAE.

*1 Minùs, quæ vox quãdoq; negat, quãdoq; cõparat.*
*2 Minus exigi tranſigens, qui nihil exigit.*

LEX XXXII.

1 MINVS. In ſermone † latino hæc dictio quandoque vim comparatiui non
habet: vnde quod non recepi, rectè dixero, minùs recepiſſe:& minus tri-
buere videtur [5], qui nihil tribuit:quod & infrà videbimus. Hinc argumen
2 tum colligitur, ſi in tranſactione [6] annuos † ciuilium annonarum reditus
tibi conceſſerim,addita lege, vt ſi plùs, vel minùs exigeretur tuo periculo
eſſet,quãuis nihil exigatur,me non teneri. Verum eſt enim te minùs exige
re,ſi nihil exigis:id tamẽ ex proprietate ſermonis nõ eſt,ſed ex interpretatione. Vnde ſi aliã
mentem contrahentiũ fuiſſe præſumamus,à proprietate comparationis non diſcedemus.

5 l.illud.§.j.de tribut.
6 l. verbum amplius. & l. ſi ita.§.eod.

SVMMAE.

*1 Palàm variè fieri.14.*
*3 Clarorum genera & effectus.15.*
*4 Notorium variè fit: eiuſque vis.*
*8 Manifeſtum definitum probandum.*
*10 Liquidi faciundi inſtrumenta.*
*11 Filiationis probandæ argumenta.*
*13 Clari probatio.*
*16 Palàm, & publicè differe effectu.*

LEX XXXIII.

1 PALAM. Palàm † quid fieri variis modis accipitur: palàm nuncupa-
2 tus hæres dicitur,ſi teſtes exaudiuerint,palàm * quæſtum facit mulier
quæ paſsim,& ſine delectu ſtuprari ſe ſinit [7]. palàm ſpurio reliquiſſe vi
detur,qui apertis verbis vſus,nec hæredis fidem tacitè ſecutus eſt [8]. pa-
3 làm quoque rem eſſe dicimus,de qua conſtat. Hic † tractatus ſolet qua
drupliciter accipi:aut enim res euidens eſt, quod vulgò notorium dici
4 mus:aut ſimpliciter manifeſta,aut liquida,aut tantũmodo clarà.† No
torium eſt,quod omnibus conſtare poteſt,& colore nullo offuſcatur, nec probatione indi-
get [9]: vt palatiũ in vrbe eſſe. Idem de re, quam per inſpectionẽ iudex depræhendit: vt cùm
quis accuſatur occidiſſe Seium,& Seius viuus exhibetur.& talis allegatio quandocunq; fie
5 ri poteſt:vnde etiam ſi in cauſa * concluſum ſit,debent iudices accedere in rẽ præſentem [10];
6 huiuſmodi enim * probatio præualet omnibus,imò hac ex cauſa res iudicata nullius mo-

7 l.palàm.de ritu nupt.
8 l.non intelligitur. de iure fiſci.
9 l.ciues.C.de appell.
10 l.ſi irruptione.ſi.reg.fid.

 ee iiij menti

1 c.fraternitatis.de frigid.
menti erit[1]:res enim iudicata(quãuis hac in ſpecie cõtineatur,& quod ex ea conſtat,ſit eui
dentiſsimum)id tamen non verè,ſed præſumptione legis eſt,quam præſumptionẽ notoriæ
huic* veritati cedere æquiſsimũ eſt.Manifeſtũ eſt,quòd allegari, probaríq; oportet:vt Ti- 7
tium coram populo occiſum, Seium publicè fœnus reprobũ exercere,atq; id genus multa,
quæ pontificij iuris interpretes notoria*quoq; dici contendunt qua in re ego non multùm 8
operæ poſuerim,qui ſciã verborum hanc differentiam plerunq; confundi:de re ipſa igitur,
non de verbis diſputandũ eſt.Ego hac in ſpecie id cõtineri arbitror,quod probabili aliqua
excuſatione obtegi poteſt, quod regulariter in his rebus procedit, quæ facti permanentis
non ſunt,& ideo ſententia aduerſus*huiuſmodi perſpicuitatem lata ipſo iure valeret,pro- 9
2 d.l.ciues.
uocandíq; remedium ſolùm ſupereſſet[2]. Liquidum † dicitur id,quod iudici exactis liquet: 10
3 Card.c.veſtra.vij.& xxxj.q.de cohab.cle.& muli.
id enim propriè manifeſtum dici non poteſt[3],tametſi iuris interpretatione non multum ab
eo differat. Hac†in ſpecie videntur cõtineri,quæ per inſtrumentũ vel cõfeſsionem in actis 11
conſtat:ſi enim huic inſtrumẽto vel confeſsioni nihil probabile obiiciatur, ſi itẽ confeſsio-
4 c.ſi eo.tit.
nis error nõ adducatur,cenſebitur res liquida[4].Sed & acta ipſa rem faciunt iudici liquidã:
ſic & atteſtationes:hæc autem nõ ſimpliciter rem faciunt liquidam,ſed ipſi iudici tantùm,
5 c.ſignificauerunt. de teſtib.
indéq; aliqui effectus iuris oriuntur[5]. Quapropter,ſi† filius,vel vxor cõtra patrem,vel ma 12
ritum agant, hícq; negent filium, vxorémve eſſe, ſufficiẽt huiuſmodi teſtimonia,etiã ante
6 c.ex parte.de accuſ.
publicationem, vt iudex decernat, eis interim alimenta deberi,itémq; expenſas litis[6]. Id
enim eſt liquidũ,quod ſine moroſa difficultate iudici probatur.& ideo ſi conſtitutũ ſit,cau-
7 l.poſt rem.de tranſact.
ſas inter†agnatos cõpromitti,non intelligetur de his,quæ hoc modo liquẽt[7].Clarum gene 13
raliter accipi poteſt, vt ſupraſcriptos*caſus cõpræhendat:ſed inter ipſas partes id clarum 14
fuiſſe iudex arbitrabitur,quod inter eas geſtum ex inſtrumẽto viderit:quod interim nõ mo
8 Bart.l.j.in j.q. de op.no.nun.
dicæ vtilitatis eſt[8]. Sed & quoties ſola admonitio ſufficit,ne quis dolo denũtiare videatur,
9 Bar.d.l.j.q.xj.
ex inſtrumẽti extra iudiciũ oſtenſione,res palàm facta exiſtimatur[9]. Sed cùm omnino in
iudiciis expectanda ſit ſententia,quæ rem iudicatam inducat,quorſum adtinet tam ſcrupu
loſè perquirere,an res notoria manifeſta,clara,liquidáve ſit? Verum † his ego reſpõdeo,in 15
10 Fed.conſi.viij.
eo verſari vtilitatem,quod in euidenti & manifeſto lata ſentẽtia præſumatur[10],retrò quoq;
rem fuiſſe euidẽtem, & manifeſtam:quod in aliis caſibus nõ ita eſt.Sed hæc hactenus. Illud
nõ prætereundum, † differentiam eſſe quid palàm factum dicatur, an publicè:quandoqui- 16
dem palàm fieri dicitur,quod coram pluribus, putà duobus fit: at publicè quod coram po-
pulo.Inde ſi teſtis aſſeruit publicè ita adfirmari in vrbe, perinde erit, ac ſi extare publicam
11 Salic.l.ea quidem. C. de accuſ.
famam dixiſſet, quod quidam reſponderunt,licet alij hac in re controuertant[11].

S V M M AE.

1 *Perſecutionis deſinitæ natura,effectus.2.4.* 5 *Perſequuntur quibus agere non licet.*

LEX XXXIIII.

ACTIONIS VERBO. Perſecutio eſt † imploratio officij iudicis, 1
quod nobile vulgò appellant, éſtq; extraordinariũ remedium:ſicut enim
actiones aduerſus eos,qui ex facto ſuo, vel alia iuſta obligatione tenẽtur,
cõpetunt,ita perſecutiones aduerſus eos dãtur,qui ſola æquitate, & quod
dicitur de bono & æquo,ſunt obnoxij:quare harũ adiectionum inſtar ha-
12 l. actionis. de actio. & oblig.
bent perſecutiones[12]: & vbi de ſtricto iure nulla actio datur, ex æquitate
officiũ iudicis imploramus. Quandoq;† autem huiuſmodi imploratio vim actionis habet 2
13 l.plenè.de petit.hæred.
quandoq; exceptionis[13]. Non tamen dubium eſt,quin ex larga ſignificatione * perſecutio 3
actionis verbo cõpræhẽdatur:ideóq; ſi eadẽ ratio ſubſit,quod in† actione diſpoſitum eſt,in 4
14 Alex.l.j. de iuriſd. om. iud.
hac perſecutione etiã in ſtricta materia obſeruabitur[14]. ꝙ ſi nõ eadẽ ratio ſubſit,aliud erit:
15 l.Quintus.de an.leg.
verbi gratia:Nõ poſſunt † cœnobitæ minores actionibus in iudicio experiri, æquum eſt vt 5
16 Gl.l.j.C.qui admit.
ſaltẽ officio iudicis eis ſuccurratur[15]:quod etiã in filiofam.aduerſus patrẽ cõcedendũ eſt[16].

S V M M AE.

1 *Reſtitutionem rei ad omnem cauſam referri: eiúſque vis.* 5 *L.Reſtituere.ſenſus.*
4 *Litis conteſt.effectus.* 6 *Vſurarius fructus,niſi liciti ſint, reddat.*

LEX XXXV.

RESTITVERE.Qui† rem vt reſtituat, cõdemnatus eſt,is & fructus reſti- 1
17 l.præterea. de rei vend.
tuere debet,à tẽpore litis conteſtatę perceptos[17],& actorem in eam cauſam
18 l.cũ fundus. ſi cert.peta.
ponere, quã habiturus eſſet,ſi ſtatim ante litis cõteſtationem reſtituiſſet[18]:
vnde ſi ideo actor * non vſucapit, quia eo tempore res ſibi reſtituta non ſit, 2
19 l.Iulianus.§.fi.ad exhib.
reus quanti ea res erit tenebitur[19].
20 l.is qui ſe obtulit.de rei vend.
IVDICII ACCEPTI. Id eſt,litis*conteſtatę[20]: tunc†enim iudex iuris dicendi 3
poteſtatem accipit,cum antè definitiuè cõdemnari nemo poſsit.ſolebant autẽ tunc partes 4
quibuſdam verbis ſolennib.vti,quibus de eo negotio iudicandi poteſtatem faciebãt, vt ex
M. Varrone



5 M.Varrone lib.v.de lingua latina colligi poteſt. Sanè quod † hîc dicitur, procedit in his
caſibus,in quibus à tempore lit.conte.fructus reſtituendi ſunt,quod in obligationibus dan-
di regulare eſt:in eo autem,qui tradere tenetur,aliud eſt,quippe is à tempore moræ fructus
1 l.videamus.de vſur.
6 perceptos reſtituere debet[1]. Sed † quid in vſurario? & lucrum ſeu fructus quos ſola indu-
ſtria ſua acquirit, nunquam reſtituere debet, quales ſunt, ſi qui ex ipſa pecunia licitè pro-
ueniunt: cæteros reſtituere tenetur, damnúmque omne illi reſarcire, cui fœnora oxtor-
2 Anch.reg.peccatũ.in vj.
ſit: atque ita etiam Theologi ſentiunt[2].

S V M M AE.

2 *Litem variè accipi.* 4 *Lis,& quæſtio eodem iure cenſentur:ſuntq; ſynonyma.*

LEX XXXVI.

1 LITIS. Litem † poſt conteſtationem ſolùm dici, cauſam verò etiã ante,
3 l.cauſas.C.de tranſact.
Doct.ferè crediderunt[3]: quod ipſe non negauerim, quoties ſubiecta ar-
4 l.poſtquam.C.de pact.
gumenti ratio hoc fert, vt pro inſtantia cauſæ lis accipiatur[4]: alioquin
2 propriè † etiam ante iudicium acceptum litem eſſe Iuriſconſ. hîc oſten-
dit, qui actionem ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit,ſignificari ait:nam &
cùm litem conteſtatam eſſe dicimus,verba indicant quãdo adhuc con-
teſtata non erat,nihilominùs litem fuiſſe. Eandem ſententiam etiam Cor.Fronto probat,
3 dum,Lis ( inquit ) naſcitur, * pertinacia efficit controuerſiam.Idémque de controuerſia
5 Abb.c.ex parte. extra eo.
Fortunatianus ſcribit,videtúrque etiam extra iudicium litem dici[5], quod & Nonius Mar
cellus ferè ſentit,nec alij diſſentiunt.Hinc illa inſcriptio:Hei! vxor etiam mortua litigas?
6 l.ſi tibi.C.de lib.cau.
4 Et † quod in lite eſt,ipſe etiam in quæſtionis verbo eſſe dixerim[6]: quamuis Bar. cùm quæ-
7 l.ampliùs.rem rat.hab.
ſtionis verbum in lege reperitur,poſt litem cõteſtatam ſolummodò accipi ſenſerit[7], quod
8 c.de cauſis.de off.deleg.
5 non probo:nam & dubium non eſt,etiam ante lit.conteſt.cauſam * dici[8], vt eiuſdem ferè
ſignificationis has eſſe dictiones credere pronius ſit.

S V M M AE.

1 *Actionum formula.* 4 *Iudex ex cauſis auget minuitve.5.7.*
3 *Arbitrij iudicis effectus.* 6 *Poſitionem diſiunctam ex cauſis recipi.*

LEX XXXVII.

1 VERBVM OPORTERE. Solennia † verba actionum iure veteri
erãt, *Aio te mihi dare oportere*.quorum verborũ Valer.Prob. in opuſculo de
notis antiquis meminit.Pone ergo me in libello dixiſſe te mihi decẽ dare
2 oportere, * quomodo hæc verba accipiemus? Et Iuriſconſ. ait, tametſi
3 verè mihi ea debeantur † licere tamen iudici vel pluris vel minoris con-
demnare.Híncque adparet eouſque arbitrium iudicis protendi,vt ab eo
quod verè debetur,recedere poſsit,& ex cauſa condemnationem vel augere vel minuere.
9 l.j.de in lit.iur.
10 Inſtit.de pœn.tem.lit.§.at aduerſus.
4 Auget quidem in † arbitrariis[9],vel in his quæ ex inficiatione duplantur[10]:quod & expen-
11 l.terminato. C.de fruct.& lit.exp.
ſarum, vel eius quod intereſt ratione fieri poteſt[11].Minuit verò ſi totius ſummæ actor ca-
12 l.ſi ſeruus. de cond.furt.
5 pax nõ eſt,vel ſi pars aliqua poſt iudicium cœpit non deberi[12].Minuit † & in executione,
13 l.ſunt qui.de re iud.
cùm reus non niſi quatenus facere poteſt, conuenitur[13].& hæc exẽpli cauſa ſatis ſint,alio-
14 Fel.c.j. de cõſti.verſ.vij.
quin generaliter licitum eſt iudici, ex cauſa legis diſpoſitionẽ interpretatione mutare[14].
6 Quapropter,quamuis † lex ſimpliciter velit interrogationibus reſponderi, poterit etiam
15 l. iuſiurandum. & ad §.non ſolum.de iureiur.
diſiunctim reſpondentem admittere[15]:& quamuis certa pœna noxiis ſtatuta ſit,illi tamen
16 l.quid ergo.§. pœna.de infa.
7 eam minuere vel etiã augere permittetur[16].Quod† & in dilationibus à lege conceſsis ob-
ſeruamus:ei enim, qui pro tribunali cognoſcit, eas prorogandi coarctandíue ius non de-
17 l.ij.de re iud.
negatur[17]:qua ratione & à voluntate teſtatoris recedere ex iuſta cauſa cõceſſum eſt.Quid
enim ſi fauore pupilli hæredis prohibuit teſtator diuiſionem fieri, appareátque id in eui-
18 l.iij.§.ſi pater. de admit. tutor.
8 dens eius damnum reflecti[18]? Potéſtque quandoque plus iudicis ipſius, * quàm teſtatoris
19 Aret.conſ.xxij.
9 iuſſus[19]: nam & tutori,quò minus repertorium facere teneatur teſtator * remittere nõ po
20 l.in confirmando.l.vtilitatem.de confir.tut.
teſt,iudex poteſt:vt ſi videat pupilli intereſſe ne patrimonij ſui ſecreta aperiantur[20]. Pla-
21 Bar.l.Lucius. de infam.
nè quoties huiuſmodi facultate iudex vtitur,exiſtimationi eius conſultiùs erit, ſi non, niſi
expreſſa cauſa,id agat,curétque vt in actis eius veritas appareat[21]. Accurſius in huius le-
gis interpretatione neque cœlum ( quod dicitur ) neque terram adtigit.

S V M M AE.

1 *Mirandorum genera.* 8 *Cacodæmonum damna & remedium.*
7 *Miraculorum genera apud Græcos.*

LEX XXXVIII.

1 OSTENTVM. Oſtentum † Cornelio Fronto ait, * quod præter
2 conſuetudinem offertur, vtputà ſi videatur terra ardere, vel cœlum.
3 Portentum, * quod porrò, & diutiùs tendit, futurúmque poſtmodum
4 aliquid ſignificat. Monſtrum quod * contra naturam eſt, vt Minotau-
rus. Prodigium, quod mores faciunt, per quod detrimentum expecta-
5 tur: id enim eſt prodigere. Sed Feſtus, * quod futurum prædicat, per

 litera

literarum immutationem , prodigium dici arbitratur:alij quod porrò ſit adigendum,
quod Nonius Marcellus ſentit, qui & alias differentias refert. Sed antiquos indifferenter
his verbis vſos veriſimilius eſt.
QVOD GRAECI VOCANT † φάσμα. Ab apparendo nomen ſumpſit: Ci- 6
ceroni ſpectrum dicitur,nos etiam miraculum appellamus,vt ſi adpareat vir humana for
ma auguſtior,qui deinde euaneſcat. In hanc ſignificationem mentio eſt etiam Herodoto.
Habent † & Græci ἐμπούσαν,quam interpres Ariſtophanis ait variis formis ſub meridiē ad- 7
parere,& calamitoſis ab Hecate immitti ſolitā.Hoc & dæmoniū meridianum in Pſalm.ap
pellatur:Sunt enim huiuſmodi † cacodæmonum ferè aëreorúmque ſpirituum opera,quo- 8
rum virtute etiam magi plurimùm poſſunt : vt minimè conſequens ſit aliquem ſanctitate
vitæ præcelluiſſe,quòd miracula fecerit [1]. Aduerſus ea præſentiſsimum alexipharmacon
eſt,inuocatio nominis IESV, qua de re diligenter diſſeruit Capnion libro de Philoſophia
Pythagorica vltimo. C. Caſſus apud Plutarchum in vita M. Bruti , ex Epicuri ſententia,
nullos eſſe dæmonas diſputat , nec huiuſmodi ſpectra verè apparere , ſed nobis ita quan-
doque videri , ídque ex imaginibus , quas falsò mens concipit. Cui opinioni & Lucianus
accedit,edito hac de re dialogo , qui φιλοψευδὴς ἢ ἀπιστῶν inſcribitur.Sed Chriſtianis auri-
bus hęc ſentētia impia eſt,& id mali genus Galenus de adfectorum locorū notitia lib.III.
φαντασίαν vocat , quam definit eſſe intellectus * corruptionem : quo morbo Athenis labo- 9
rauit Thraſylaus , qui cùm ad ſanitatem redactus eſſet , Pol me occidiſtis amici , non ſa-
naſtis , ait , vt eſt apud Horatium.

1 j.q.j.teneamus.

SVMMAE.

1 ☞ *Subſignare variè accipi.3.* 4 *Sigillo obligamur.*
2 *Sigilli vis.*

LEX XXXIX.

SVBSIGNATVM. Subſignare , * eſt ſignum ſuum ( quod & ſigillum 1
dicitur ) ſubiicere. Ea ſigilli † impreſsio auctoritatem ſcripturæ confir- 2
mat : receptúmque eſt,literis iudicis ſolito eius ſigillo munitis,plenam fi-
dem adhiberi [2] , ſi de his atteſtatur , quæ ad eius officium pertinent,& ab
arbitrio ſuo pendent.quòd ſi etiam teſtium ſubſcriptio acceſſerit,tunc ge
neraliter iuſtam probationem facere [3]. Subſignare † quoq; , ſimpliciter 3
eſt ſubſcribere : nam & ſcriptura ſignum eſt,vnde ſcribentis perſona indicatur.Quoniam
verò † qui chirographo alicui ſubſcribit , vel ſubſignat , ſe obligat , non ſecùs ac ſi totum 4
chirographum ſcripſiſſet [4] , receptum eſt , vt id verbum etiam pro eo capiatur quod eſt
obligare [5]. Subſignabant & olim reſponſa ſua Iuriſconſulti , * quod & hodie ferè obſer- 5
uatur:reddere enim teſtimonium videntur quid iuris in propoſita quæſtione ſit [6].

2 c.poſt ceſsionem.de pro-bationib.
3 c.ij.de fid.inſtru.
4 Bart.l.emptor.§. Lucius. de pact.
5 l.ſemper.§. conductores. de iu.immun.§.
6 l.ij.§.& vt obiter. de origin.iur.

SVMMAE.

1 ☞ *Bona,deductis debitis,quouis actu intelligi.* 3 *Legata,ſolutis debitis,ſolui ex cauſis contrà.*

§.BONA. Finge † Titium mihi tertiam partem bonorum ſuorum donaſſe,deinde de- 1
ceſsiſſe , & in eius hæreditate quadringenta eſſe:deducetur primò æs alienum , quod fortè
centum eſt,& ex trecentis,quæ ſuperſunt,tertia pars mihi præſtāda erit [7]:antè enim, quàm
bonorum computatio fiat,æs alienum deducendum eſt. Qua ratione , ſi vxori quis vſum-
fructum * bonorum legauerit,poterit hæres eatenus de rebus hęreditariis vendere [8],qua- 2
tenus creditoribus ſatisfaciat , & in his quæ ſupererunt mulier vſumfructū habebit. quod
etiam in legatariis , † vt illis ſatisfiat [9] , procedere verius eſt: niſi annua ſint legata : huiuſ- 3
modi enim de reditibus ſatisfaciendum eſt [10] : & hæc cùm inuentarium hæres fecit , alio-
quin ſolus citra diminutionem vllam vſusfructus,inſolidum tenebitur [11].

7 l.fin.l.generali. in fin.de vſufruc.leg.§.
8 l.vſufructu.ad l.Falcid.
9 l.fi.§. ſin autem æs. C.de bon.quæ lib.
10 Picus.§.Titia.q.lx.
11 l.fi.C.de iur.delib.

SVMMAE.

1 ☞ *Proteſtamur etiam abſenti.* 2 *Atteſtamur ſcriptis abſenti.*

§.ATTESTARI. Dubium non eſt, † proteſtationē etiam abſente parte fieri poſſe [12]: 1
vt cùm quis denuntiat præſcriptionis interrumpendæ cauſa : vel cùm pater , receptis à fi-
lio , qui mutuum ipſius nomine contraxerat , literis , ſe non conſentire proteſtatur [13]. Sed
dubitabit aliquis , † cur magis atteſtari dicatur , qui abſenti , quàm qui præſenti denun- 2
tiat : an quòd videntur antiqui hoc verbo vti , cùm quis denuntiat , & ea de re teſtes ro-
gat , eíſque imam aurem ( quòd ibi memoriæ locus eſt , vt Plinius ait ) vellit ? Sic Hora-
tius : Licet atteſtari ? ego verò Oppono auriculam , rapit in ius. Sic Plautus in Cur-
cul. & in Perſa accepit. Qua ratione deinde receptum eſt , vt cùm abſenti denuntia-
mus,propriè dicamus atteſtari : quia denuntiatio per ſcripturā fit , in qua neceſſariò teſtes
non,niſi

12 l.pen.C.de an.præſcrip.
13 l.ſi filius.ij.ad Maced.



non,niſi rogati,interſunt [1] : quod in præſente,quem viua voce admonemus , neceſſarium
non eſt:nam tunc vel fortuitò repertos,minimèque rogatos teſtes ſufficere noſtri Iuriſcon
ſulti exiſtimarunt : veteres enim,teſtes videntur pro rogatis accipere.Vergil.Diuos,quan-
quam nil teſtibus illis Profeci : id eſt,inuocatis & rogatis. In aliis codicibus deteſtari ſcri-
ptum eſt,atque ita etiam Bart.alicubi legit:videtur enim vtrunque verbum eiuſdem ſigni
ficationis eſſe , de qua re infrà diffuſiùs diſſeram.

1 Auth.rogati.C. de teſtib.

SVMMAE.

1 ☞ *Poſſeoſſrem incertum eundem variè dici.* 4 *Generale & incertum peti poſſe.*
2 *Poſſeſſionis certæ cauſa multiplex.*

1 §.INCERTVS. Poſſeſſor † ille nobis incertus eſſe dicitur , cùm ingnoramus eum
poſsidere: & cùm poſsidere facti ſit , huiuſmodi ignorantia eſt probabilis.Reſpectu autem
2 ſui ipſius nemo omnino incertus eſt poſſeſſor,cùm † incertam( ratione loci,ſimúlq; quotæ
3 portionis ) rem nemo poſſeſsionis cauſa acquirere * poſsit [2]. quòd ſi huiuſmodi incertitu-
do declaretur, aliud eſt : vt cùm lex poſſeſsionem transfert:ea enim de his , quæ per rerum
naturam eſſe poſſunt,nunquam dubia eſt [3].Idem cùm ambiguitas ſublata eſt , quod fit per
relationem ad aliquod inſtrumentum , vel per euentum [4] : vt ſi conſtituas te meo nomine
etiā bona futura poſsidere,eis enim acquiſitis,incipis poſsidere : tunc quippe,quale,quan-
túmque ſit,quod poſsides , certum eſt. Sed & quod mihi per ſeruum , vel filium ex peculio
4 quæritur,quamuis incertus ſim , poſsidetur tamen [5] : & hoc in poſſeſsione : nam † in con-
tractibus dubium nō eſt,poſſe generaliter deduci omne ius quod tali in loco habeo [6], ſicut
5 & incertam partem * in iudiciis vniuerſalibus vendicare non prohibeor [7].

2 l.iij.§.j.de acquir.poſſ.
3 l.cum quidam.§.quod dicitur.de acquir.poſſ.
4 l.ſi quis extraneus.in fin. de acquir.hæred.
5 d.l.j.§. item acquirimus. de acquir.poſſeſſ.
6 l.quod ſi.de hære.vend.
7 l. quæ de tota. §.j. de rei vendic.

SVMMAE.


1 ☞ *Proteſtationem definiri verius.7.*
8 *Proteſtationum ſpecies, vtriuſque nomina.14.61.*
9 *Teſtationē in genere & ſpecie accipi:& huius forma.*
12 *Conteſtationis locus & forma.*
15 *Nuntiationem ex re variè accipi.*
19 *Denuntiationis effectus & forma.*
21 *Renuntiationem & renuntiari variè accipi.*
22 *Proteſtatio contra ius inutilis.*
28 *Proteſtamur fruſtra in illicitis & alienis.*
30 *Emphyteuta alienans non iuuatur proteſtatione.*
32 *Proteſtari in voluntariis licere,effectus.*
34 *Proteſtationem ad contrarium & futurum trahi. 37. 40. 41. 42. ex cauſis contrà. 39. 43.*
44 *Proteſtationem diuerſa non tollunt.*
47 *Proteſtamur in vltro citróque conſenſis , conſenſum exigi. 54. ex cauſis contra. 56.*
50 *Tacentem in caſibus conſentire. 53.*
55 *Proteſtandi in vltro citróq; cōſenſis forma.57. 59.60.*
62 *Proteſtationis incitatoriæ effectus & forma.*
64 *L.Herennius.de euict.ſenſus.*
65 *Proteſtari ſemper, & vbique licere.*
67 *Nuntiatio contra ius irrita.*
68 *Proteſtationis vetantis & monentis diſcrimen.*
69 *Inhibendi factum ex cauſis ius eſſe.*
72 *Prohibitionem non,niſi ob cauſam,ſubſiſtere.*
73 *Cauſæ veriſimilis effectus.*
75 *Negotiorum geſtorem nuntiare.*
77 *Procuratori,niſi ex cauſis,nuntiari.*


LEX XL.

1 DETESTATIO. Proteſtationem † quidam definiuerunt , clamoſam
eſſe teſtationem,quæ ob teſtantis ipſius cautionem inuenta ſit. Sed hanc
finitionem plerique rectè reprobauerunt,cùm etiam citra clamorem, &
2 in occulto quoque,proteſtatio * fieri poſsit,vel coram teſtibus , vel ſcri-
ptura,quæ non niſi impropriè clamare exiſtimatur.Adde quòd & quan-
3 doque proteſtatio * in alterius quàm in proteſtantis cautionem induci-
tur,vt cùm pro alio proteſtamur, quod quibuſdam caſibus permiſſum eſt [8] : vel cùm vtili-
tatis publicæ cauſa denuntiamus.Quare Bart [9]. hoc in reſponſo veriorem definitionē re-
ferri exiſtimauit,declarauítque denuntiationem dici,vt ab vltimis voluntatibus,itémque
contractibus differat:teſtationem requiri , vt oſtendatur & in ſcriptis & abſque ſcriptura
4 fieri poſſe [10].Sed vix eſt vt hoc ego adprobare poſsim,cùm denuntiatio * ſit ſpecialius no
men,& anguſtius proteſtatione:eam enim ſolùm ſignificat , quæ alteri nuntiatur : quod &
etymologia ſatis indicat. Sed & teſtationem ad teſtes non referendam arbitror , cùm de
5 ſubſtantia * proteſtationis non ſint teſtes , neque ſcriptura [11] , ſed probationis cauſam ſo-
6 lùm reſpiciant : nam & in libro rationum quandoque fit * proteſtatio [12], nec vlli teſtes ne-
ceſſarij ſunt.Meritò igitur nec Bartoli ſententiam ipſe ſequor, videtúrque commodiùs ſic
7 definiri. Proteſtatio † eſt animi noſtri declaratio , iuris acquirendi , vel conſeruandi , vel
8 damni depellendi cauſa facta.Huius † duplicem eſſe ſpeciem verius eſt:alterā quæ ex ani-
mo proteſtantis principaliter pendet:alteram quæ factum eius , cui proteſtamur , reſpicit.
Illa declaratoria,cōſeruatoria, certificatoriáque dicitur:hæc incitatoria,prohibitoria, in-
hibitoriáue:illa à teſtatione nomina accepit,hæc à nuntiatione.Et primæ illius variæ ſunt
9 appellationes,quæ tamen aliquam inuicem differentiam continent.Et in † primis teſtatio
nomen eſt generale , quoquo modo animi ſui ſententiam quis declaret [13]. Specialiter
verò

8 l.j.C.ſi per vim.
9 in §.morte.l.non ſolùm. §.de op.no.nunt.
10 l.fi.de cuſtod.reor.
11 Bartol.l.nemo poteſt. de leg.j.
12 l.Neſennius.de neg.ge.
13 Inſtit.de teſta.in prin.

verò eo nomine dicitur: quæ coram teſtibus facta eſt: vnde & teſtatò cõuenire, teſtatò ad-
monere dicimus [1]. Addit Batol. idem eſſe cùm ſcripturam adhibemus, quoniam in ea te-
ſtes rogandi ſunt. Deteſtatio * eſt quæ ad abſentem mittitur, vt hîc & ſuprà apparet [2]: idq; 10
præpoſitio De, oſtendit, * cuius natura eſt augere, efficacioremque actum demonſtrare: 11
quod & in verbo deprecor Aulus Gelius lib. v i. cap. x v i. declarat. Tunc enim non ſolùm
ſententiam ſuam quis ſimpliciter oſtendit, ſed ſcriptura, etiam conuocatis teſtibus, decla-
rat. Conteſtatio eſt † propriè plurium, vt in iudiciis, cùm actor quid mentis ſuæ ſit, peten- 12
do explicat, contrà reus negando diffitetur. Vnde & litis conteſtatio dicta. Idem & in ex-
ceptionibus [3], præſcriptionibúſue [4]. Sed & quando quis de dolo, vel metu coram amicis
proteſtatur, ídque clàm, metu concuſſoris conteſtari dicitur [5]. Atteſtatio videtur eſſe, quæ
præſenti fit, declarandi animi cauſa [6]: quod ſuprà ex Plauto Horatióque docuimus: quam-
uis ex vulgatis codicibus ibi atteſtari de abſente accipi videatur: ſed verior eſt lectio de-
teſtari [7]. Proteſtatio * eſt, quæ declarat, quo animo aliquid facturi ſimus [8]: præpoſitio enim 13
Pro, anticipationem temporis arguit. Secundæ ſpeciei †, quæ à nuntiando nomen ſumit, 14
varia quoque ſunt nomina: & in primis † nuntiatio ipſa, quæ in edicto prætoris de operis 15
noui nuntiatione prohibitionem ſignificat, in lege Iulia de annona [9], qua mulierum nun-
tiatio admittitur, accuſationem. Erant & nuntiationes, * quas publicè conſtituti Irenar- 16
chæ præſidibus faciebant, de delictis quæ vbique fierent: hæc & notoria indicia latinè di-
cuntur [10]: iubétque lex, vt hi notoriis ſuis adſiſtant, & quæ detulerunt *, ita eſſe probent [11]. 17
Quod & in curioſis recipiendum eſt [12]. Sunt curioſi qui in curia * principum vel magiſtra- 18
tuum cõmiſſa delicta denuntiant. Eſt † & denuntiatio, quæ ad aliũ mittitur, & maximè in- 19
citatoriam continet: vt cùm aliquem admoneo, vt ab emptione deſiſtat, vt defendendæ
cauſæ adſit, vt à matrimonio cauſa legis Iuliæ exercendæ abſtineat. Fit & teſtibus, vt in
iudicium cauſa perhibendi teſtimonij veniant [13], cùm alioquin ſpontè ſe offerentes ſuſpi-
cione nõ careant. Quæ prohibitoria erat, obnuntiatio * propriè dicebatur. Vnde obnun- 20
tiare conſilio Ciceroni in oratione quam in ſenatu poſt reditum habuit. Item obnuntia-
tio Augurum, cùm aliquid fieri prohibebant, quoniam auſpicia non addixiſſent. Cicero
Philippica i i. Nos enim (inquit) nuntiationem ſolùm habemus, Conſules & reliqui ma-
giſtratus etiam inſpectionem. Rurſus: Ementitus es auſpicia, obſtruxiſti populum Ro-
manum religione, Augur Auguri, Conſul Conſuli obnuntiaſti. Eſt & renuntiatio † cùm 21
quis ius ſuum repudiat: vnde & renuntiare hoſpitium veteres dixêre. Sumitur & quando-
que pro relatione, quam architecti, re inſpecta, iudicibus faciunt [14]. Renuntiantur & ſuf-
fragia, cùm refertur & proclamatur quem ſuffragia deſignarint. Sic & Magiſtratus re-
nuntiari quandoque legimus. Et hæc quidem, quod ad proteſtationis nomen adtinet, ſuf-
ficiant: nunc de eius effectu aliquid attingendum. Et hic triplex eſt diſtinctio. Aut enim
proteſtatio in his facta eſt, quæ à iure dependent: aut in his, quæ à poteſtate noſtra tan-
tùm: aut in his, quæ à nobis, itémque ab alterius facto vires ſumunt. In prima † ſpecie 22
pro regula traditum eſt, proteſtationem in his, quæ à legis diſpoſitione pendent, nihil
operari [15]: quapropter ſi mater alat filium, proteſtetúrque ſe animo alimenta * ab ipſo 23
repetendi id facere, non tamen his caſibus repetere poterit, quibus vel ipſa ad id teneba-
tur, vel maritus. Sic ſacra ædicula conſtituta, ædituóque deſignato, fruſtrà proteſtamur [16],
nolle nos ius aliquod epiſcopo * in ea eſſe: nec enim poteſt quiſquam facere, ne in actio- 24
nibus ſuis leges locum habeant [17]. Et cùm lex iure publico aliquid diſponit, cuiuſquam vo
luntate non inſpecta, fruſtrà ille proteſtatur. Quapropter, ſi plures arbitri in ſentẽtia * ſua 25
expreſſerint, ne in maiore ſumma minor inſit, cùm id à lege pendeat, prædictio huiuſmo-
di nullius erit momenti [18]: & qui dicit ſe litem * conteſtari animo non conteſtandi, litem 26
conteſtatus intelligitur [19]: huiuſmodi enim actus à iuris diſpoſitione dependent, & cum
alio aguntur, qui poſtquam eum conteſtari accepit, de eius animo nullam vlteriùs curam
gerere debet. Sicut & cùm quis alteri, ſaluo, inquit, honore tuo mentiris: verbum enim ip-
ſum iniuriam irrogat [20], quam honoris illa ſeruatio non extinguit. Quod & in ea ſpecie
proditum eſt, cùm quis, tædet me, inquit, falſi damnatũ te eſſe [21], proteſtatio * dolentis ani- 27
mi nullius effectus eſt. Idem, cùm quis aduerſus teſtes allegat, falſos eos, ſceleſtos facinoro-
ſóſue eſſe, proteſtatúrque id ſe non animo iniuriã illis faciendi, ſed cauſam ſuam defenden
di dicere, poterit nihilominus lege Corn. de iniuriis cõueniri [22]. Sed & canonici collegam
ſibi adoptantes, ſi proteſtentur, ne ei ius ſit reditus aliquos præbendámue accipere, nihil
tali prædictione agunt [23]: quia lex ei qui canonicus ſit, dari ea omnia iubet. Huc † pertinet 28
etiam, cũ in his proteſtamur, in quibus nulla nobis de iure eſt poteſtas, ſed de facto tantùm,
vt in delictis, nihil enim tali teſtatione agimus: vt cũ quis vulnerat * præfatus animũ ſibi 29
occidẽdi nõ eſſe, ſecuto homicidio, nihil ea prædictione iuuabitur [24]: nõ enim in manu ſua
eſt certos ictus dirigere, & qui nõ niſi ex præſcripto lędant. Sed & cùm quid ex diſpoſitione
legis, itémq; facto alterius pendet, idẽ eſt: vt cũ emphyteuta † inconſulto domino, alienat, 30
ſaluo

1 l.fin.pro derelicto.
2 §.atteſtari.ſ.l.proxi.
3 l.ſi quidem. C. de except.
4 l.emptor. C. de præſcrip. lon.temp.
5 l.ſi maior. C. de tranſact.
6 l.ſi. C. de neg.geſt.
7 Bar.d.§.morte.
8 l.j.§.i.de libe.agnoſc.d.l. neceſſario.
9 l.ſi.ad l.Iul.de anno.
10 l.ab accuſatione.ad tur-pil.
11 l. ſi quidem.C. de accuſ.
12 l.j.C.de curioſis. lib.xij.
13 l.lege Iulia.de teſtib.
14 l. qui fundum. de cõtrahend.empt.
15 gl.l.alimenta. de negot. geſt.C.
16 x.q.j.c.ſic quidam.
17 l.nemo.de leg.j.
18 gl.c.j.de arbit.vj.
19 Ang.l.iuriſgen.§.quod ferè.de pac.
20 Bar.l.ſi quis extraneus. de acquir.hæred.
21 Ang.l.veſtem.de iniur.
22 Socin.conſ.cxviij.j.
23 c.cum M.de conſtit.
24 c.fin.de homi.vj.



ſaluo domini conſenſu: volente enim domino ex Iuſtiniani conſtitutione à iure ſuo ca-
dit [1], nec proteſtatione huiuſmodi adiuuatur: ſi tamen ea diſpoſitio legis in priuatum fa-
uorem alicuius introducta ſit, eo conſentiente valebit proteſtatio [2], ídque in pacti conuen-
ti vim. Quapropter patronus qui ſacram ædem conſtituit, ex epiſcopi autoritate id facere
poteſt, vt inſtituendi ſacerdotis ius non ad epiſcopum, ſed ad alium præſulem pertineat [3].
Et hinc infertur, cùm cauſidici actionem edunt ſaluo addẽdi vel minuendi iure, fruſtrà his
31 verbis vti, cùm addere * vel diminuere propoſitæ intentioni, non niſi ex legis præſcripto
poſsimus [4]. quod & reſponſum eſt, cùm inſtrumenta in actis exhibent, in his tantùm quæ
ſibi vtilia ſint: poterit enim iudex religionem ſuam etiam aduerſus producentem ex his
inſtruere [5]: ídque verius arbitror, cùm fides inſtrumenti ſeparari nequeat. In ſecunda ſpe-
32 cie †, cùm omnino à voluntate noſtra proteſtatio pendet, regula eſt, valere proteſtatio-
nem, animúmque declarari [6], nec referre præſenti fiat an abſenti, in ſcriptis an id minùs,
cùm cauſa an ſine: ſufficit enim (vt ille inquit) pro ratione voluntas [7]: quapropter tradi-
tum eſt, lapſo triennio, poſſe dominum aduerſus emphyteutam, qui non ſoluit, proteſtari,
declararéque voluntatis ſuæ eſſe vt à meliorationibus is cadat, quamuis abſens ſit. Sed &
cùm quis in cauſa, qua ſolenniter libellus offerendus erat, ſe intentionem ſuam in formam
qualiſqualis petitionis offerre dixiſſet, reſpondit Anchara [8]. proteſtationi huic ſtandum,
adeò vt potiùs perperàm egiſſe videri debeat: id enim à ſola actoris voluntate pendebat. ſi
tamen quiſquam ex huiuſmodi proteſtatione grauaretur, is certior fieri deberet: nec enim
æquitas patitur, ignorantem aliquẽ captari: quod in tertia ſpecie latius explicaturus ſum.
Is ergo, qui admonitus erit, non poterit ignorantiæ prætextu ſe excuſare [9]: & his caſibus,
33 quibus ſcientia * & patientia conſenſum inducit, niſi aduerſatus fuerit, conſenſiſſe cenſe-
bitur [10]. per huiuſmodi quoque notitiam in mala fide conſtitueretur, vnde rem tanquam
furtiuam vſucapere non poterit: & vice verſa, qui dominum admonuerit, non poterit cen
ſeri clàm poſſediſſe [11]. In eo etiam ea iuris regula obſeruabitur. Eum qui certus eſt, am-
pliùs certiorem facere non oportet [12]. Sed & proteſtans ipſe, ſi eum, cuius intereſt, admo-
nuerit, vel eius familiam, inſimulari non poterit clàm voluiſſe quicquam facere [13]. Hincq;
apparet, hac in ſpecie compræhendi qualẽcunque proteſtationem, ſiue animum noſtrum
declaret, ſiue iuris noſtri aliení ue conſeruandi cauſa facta ſit, dum à ſola voluntate noſtra
id pendeat: cuius rei plurimis caſibus accipi exemplum poteſt, vt cùm creditori ſolutio-
nis cauſa debitor fundum pignoratum dat, íſque proteſtatur, velle priora iura ſibi ſalua
eſſe [14]: vel cùm quis ſortem in præſentiarum recipit ſaluo ſibi iure vſuras, vel pœnam, hu-
iuſmodíue ceſsiones petendi [15]: vel cum recepta ab aliquo ex plurib. reis debendi parte,
proteſtatur creditor ius ſolidi ſibi ſaluum eſſe debere [16]: vel cùm immunis aliquis onera
ſubit, proteſtatus abſque immunitatis ſuæ præiudicio ſe id facere [17]: vel cùm emphyteuta
alienat, ſaluo domini conſenſu, íſque deinde conſenſerit [18]. Sed & cùm teſtator fundum le
gat, ſaluo iure coloni, valet proteſtatio [19]: ſicut & ſententia, qua iudex expenſarum vel fru
ctuum taxationẽ ſibi reſeruat, vel in poſſeſsionem ex decreto ſuo mittit, ſaluo iure legiti-
mi poſſeſſoris [20]: vel debitorem certa pecunia condemnat, ſaluo ſi intra decem dies illud
vel illud fecerit [21]: quod & in cõceſsionibus principum receptum eſt, cum ſaluo, inquiunt,
iure alieno, & ſi qua ſimilia. Sed hîc ambigua ſuboritur quæſtio, an per contrarium factum
34 ea † proteſtatio tollatur: & Bart. ſi incontinenti ſubſequatur, non tolli exiſtimauit: ſi ex in-
teruallo, ſecús [22]. Verùm hac in re altiùs conſiderandum eſt: videmus enim quæ in præfa-
tionibus dicuntur, in ipſo cõtractu cenſeri repetita [23]: videmus item ea, quæ tractata ſunt,
ſi in contractu omittantur, per errorem omiſſa cenſeri [24]: & errorem in principali, etiam
in conſequentibus exiſtimari [25]. Videmus rurſus ex pręcedentibus dictis, intentionem cu-
iuſque aliquid facientis declarari [26], etiam ſi extra illũ actum, & ex interuallo dixerit [27].
35 Ad hæc iuris regula eſt, Cuiuſque * voluntatem mutatam nõ cenſeri: quæ procedit etiã, ſi
diutinum tẽpus lapſum ſit [28]: Quapropter concludendũ, proteſtationem etiam ad contra-
rium actum, qui ex interuallo interuenerit, trahendam, cùm & lex proteſtationẽ in teſta-
mẽto factam, etiam in codicillis obſeruari mandet [29]: ſoléntq; codicilli etiam longo tem-
pore poſt tabulas teſtamenti confici. Vnde & generalis eſt concluſio. Solere codicillos
36 quocunq; * tempore factos, ſecundum expreſſam in teſtamento mentem declarari [30]. Ob-
37 ſeruabitur autem † id tum certiùs, cùm proteſtationis verba generaliter cõcepta, & futu-
rum reſpiciunt [31]. Idem ſi ex natura rei talis proteſtãtis mens argueretur: vt cũ quis prote-
ſtatur, nolle ſe alimenta donare: cùm enim eorum præſtatio tractũ habeat, etiam proteſta-
tio in futurum protenditur [32]. Idem ſi ſemper eadem ratio & cauſa ſubeſt, vt in eo qui ſe
religionis metu initiari profeſſus eſt [33], vel qui metu tyranni ſoluit, vel matrimonium
contrahit [34], & ſi qua ſimilia. Idem ſi natura cõtractus id ſuadeat, vt in mandato quod non
ſolet protinus per procuratorẽ expediri [35]. Vnde ſi Titio mandaueris, vt hominẽ occîdat,
etiam ſi poſt aliquod tẽpus fecerit, mandati criminis reus eris. Tametſi dici poſsit id idcir-
co eſſe

1 l.ſi.C.de iure emph.
2 l.iij.C.com.vt iud.
3 l.cùm dilectus.de cõſuet.
4 l.edita.C.de eden.
5 Bald.l.j.C. vt quæ deſ.ad.
6 l.at ſi quis.§.plerique. de relig.
7 l. quia poterat. ad Treb.
8 Anch.conſ.xxxij.
9 l.ſi fideiuſſor.§.j.mand.
10 l.j.§.j.de libe.agnoſc.
11 l.ſi ancillam.pro ſuo.
12 c.eum qui.de reg.iur.libro vj.
13 l. aut qui aliter. quod vi aut clàm.
14 Bartol.l.ſi quis aliam.de ſolut.
15 Bart.l.ſi. de eo quod cer.
16 l.ſi creditori. C. de pact.
17 l.j.C.de his qui ſpon.
18 d.l.j.C.de fund.patri.
19 l.ſi quis legauerit.de legatis j.
20 l.terminato.C.de fruct. & lit.exp.l.ille.§.j.ad Treb.
21 Specula.titul.de ſent.§. ſpecies.
22 l.per retentionem.C.de vſuris.
23 l.Titia.§.j.de verb.obli.
24 l.ita ſtipulatus. eod.tit.
25 l.ſed & ſi me.§.j.de condit.indeb.
26 l.ſi ſeruus plurium.§.ſi. de leg.j.
27 Bald.l. precibus.C. de impub.
28 l.ſancimus.C.de teſta.
29 l.ſi quis.in principio.de legat.iij.
30 l.talis.in ſi.de leg.j.
31 l.ſi ita ſtipula.ij. de fideiuſſor.
32 d.l.Neſennius.
33 Bar.l.pe.ff.de condict.ob turp.cau.
34 gl.c.ad id.de ſponſ.
35 Bartol.l. non ſolùm. §.ſi mandato.de iniur.

co eſſe, quia factum ſubſequens proteſtationi non ſolùm non aduerſatur, ſed concordat,
eiúſque executionem reſpicit [1]. Qua ratione etiam traditũ eſt, ſi in venditione excepta ſit
ſeruitus, & deinde ex interuallo re tradita, ſtipulatio nulla ſeruitutis interceſſerit, iure agi
ad ſeruitutem poſſe [2]: traditio * enim executionem contractus reſpicit: quamuis ſint, qui 38
ideo agi poſſe exiſtiment, quia venditori ex proteſtatione iam ius quæſitũ erat [3]. A prædi-
cta concluſione tres caſus excipiuntur. Primus † eſt in contractibus, qui cum alio ge- 39
runtur, & iuſta eſt eius exiſtimatio, à proteſtatione receſſum credentis [4]: quod maximè ob- I.
ſeruandum, cùm proteſtatio pœnalis eſt, ſeu vſurariũ pactum adiuuat. Vnde per nouam
conuentionem maiorum vſurarum nõ cenſetur obligatum pignus [5]: quæ enim ex conuen-
tione partium ob commodum actoris contractui inſunt, non cenſentur nouata ſtipulatio-
ne repetita [6], vt fideiuſſores, pignora, pœnæ, vſuræ. Alter eſt, quando ex ſubſequuto actu II.
aliqua proteſtantis pœnitentia arguitur: verbi gratia, cùm quis proteſtatus eſt de actu,
quem incontinenti facere debebat: nam ſi ex interuallo fecerit, ſicut in tempore pœnituit,
ita & proteſtatione ipſa diſceſſiſſe videri debet [7]. Idem ſi aliter geſſerit. quã dixerit [8]: præ-
ſumitur enim proteſtatum rebus ſic ſtantibus, capietúrque faciliùs huiuſmodi mutationis
coniectura in his quæ ex interuallo, quàm quæ incõtinenti fiant [9]. Tertius caſus eſt, cùm III.
factũ illud poſt proteſtationẽ cum alio gerendũ eſſet: tunc enim factum contrariũ, non au-
tem proteſtatio obſeruatur: ne alioquin illo damno præter mentem ſuam adficeretur [10].
Vnde, qui proteſtatur ſe nolle eſſe hæredem, ſi pecuniam deinde à ſtatulibero cauſa condi
tionis implendę accipiat, videtur proteſtationi renuntiare, cùm ille liber nõ eſſet, fruſtráq;
pecuniam dediſſet, niſi renuntiatum cenſeretur [11], meritò ad factum adtendimus, prote-
ſtationémque nihili facimus. Sed tamen & hoc perpetuum non eſt, & plerunque præuale-
bit proteſtatio. Quid † enim, ſi ille cum quo actus geritur, proteſtationi conſenſerit [12]? va- 40
lebit vtique dum in ea materia agatur, quæ voluntati contrahentiũ ſubiiciatur, ſufficiétq;
vel tacitus conſenſus. Vnde qui ſalua prouocatione ad ſedem apoſtolicam, ad archiepiſco
pum acceſsit, ſi ab eo tanquam contraria allegans reiiciatur, proteſtationi renuntiaſſe non
cenſebitur [13]: quia archiepiſcopus eum reiiciens, proteſtationi tacitè conſenſiſſe videtur.
Quid item † ſi pars quidem non conſenſit, ſed tamen ſubeſt iuſta cauſa, putà metus vel iuſ- 41
ſus iudicis? certè proteſtatio valebit [14], & actus contrarius non ſeruabitur. Quid rurſus in
foro, quod conſcientiæ vocamus? cùm enim ſolam mentem perſpiciamus, proteſtantíſque
teſtimonio ſtetur, tum quoque proteſtatio præualebit [15]. Quapropter, ſi mulier iurauerit
patri, ſe fundum dotalem nunquam alienaturam, atque ſit proteſtata, ſi inde alienauerit,
etiam conceptis verbis, tamen verius eſt, proteſtationem valere, contractum autẽ non va-
lere [16], quoniam ſequens iuramentũ per prius eliditur, & legis Iulię prohibitio firma rema-
net: poterit tamen emptor actione de dolo id conſequi, quod ſua intereſt, cùm fraude mu-
lier egerit, quæ eum prioris illius iuriſiurandi nõ admonuerit [17]. Et hoc in iuramẽto obſer-
uandum, quod principaliter Deo præſtatur, & ex foro conſcientiæ interpretationẽ capit.
Cæterùm & † quoties eodem momento actus proteſtatióque illi contraria perficiuntur, 42
proteſtationem valere, actum perimi. Bart. ſenſit, eo exemplo, cùm quis dicit, *Obligo me, non
animo obligandi.* non enim cenſebitur obligatus [18]: quæ ſententia eo quoque exemplo fulciri
poteſt, quo traditum eſt, creditorem venditioni pignoris, ſaluo iure ſuo, conſentientem,
nihil agere, & ſaluũ illi ius remanere [19]. Nam & ſi teſtator fundi ſui fructum, deducto vſu,
legauerit, propter proteſtationem deductionis vſus, legatum perimitur [20]. Vnde apparet
etiam parum referre, ſiue proteſtatio ipſi facto contraria ſit, ſiue conſequentibus intrinſe-
cus facti ſubſtantiam, qualis eſt vſus in fructu: ſemper enim factum perimitur, proteſtatio
efficacior erit. quòd ſi proteſtatio adminiculum aliquod reſpiciat, ſecùs eſt [21]: vt cùm teſta-
tor vſumfructum fundi legat, & proteſtatur, ne eum ſequatur aditus: cùm via adminiculũ
quoddam ſit, non autem pars ſubſtantiæ vſusfructus, inutiliter illud adiectum videbitur.
Verùm & cùm precariò aliquid datur, ſub proteſtatione, quòd in Calend. Iulias poſsideat
proteſtatio, ceu contra precarij ſubſtantiam reiicitur [22]: quia ea in fauorem accipientis fa
cta eſt, qui veriſimilier conſenſurus eſt, vt ſaltem ſimpliciter contractus valeat, nec omni-
no extinguatur [23], cùm vel modicum habere præſtet, quàm nihil. Sed & † quoties lex pro- 43
teſtationi repugnat, ſemper contrario actu tollitur: vt cùm quis ſaluo iure appellationis
metropoliten adiit, illéque eum non reiecit: adeundo enim iudicem, cenſetur à lege appel-
lationi renuntiaſſe [24]. Idem in diacono, qui in ordinis aſſumptione proteſtatus erat, vt ſal
uum ſibi ius ducendæ vxoris eſſet [25]. Idem in eo qui ſacerdotium accepit cum proteſtatio-
ne, quòd non renuntiabat gratię ſibi cauſa alterius obtinendi cõceſſæ [26]: fruſtrà enim, lege
prohibente, proteſtatus eſt. Sed hæc magis ad primam ſpeciem pertinent. Et hæc quidem
tum in animaduerſione ſunt, cùm proteſtationi contrarius eſt actus: ſed ſi non contrarius,
verũ diuerſus ſit, in confeſſo eſt, huiuſmodi actum ambiguũ ex proteſtatione declarari [27]:
vt cùm quis reſpondeat libello, animo litẽ non conteſtandi, valet † reſponſio, & cenſetur 44
reſponſum

1 l. ſi verò. de euict.
2 l. binarum. de ſer. vrb.
3 Alex. conſ. xxvij. iij.
4 gl. l. pacta nouiſsima. C. de pact.
5 d. l. per retentionem.
6 l. ſi creditor. de nouat.
7 l. ſi tibi certum. de alim. legat.
8 l. diuus. §. licet. de codi.
9 l. nã ad ea. de cond. & de.
10 c. j. quod met. cauſ.
11 l. pro hærede. §. Papinianus. de acquir. hær.
12 gl. d. l. pacta.
13 c. ſolicitudinem. in fin. de appel.
14 l. qui in aliena. §. fin. de acquir. hæred.
15 c. tua. de ſponſalib.
16 Alex. conſil. xvj. iij.
17 glo. c. licet. de iureiur. in vj.
18 l. obligationum ſubſtantia. de act. & obli.
19 l. ſi debitor. §. j. quib. modis pig.
20 l. per ſeruum. §. pen. de vſu & hab.
21 l. j. §. j. ſi vſusfr. peta.
22 l. cũ precario. ff. de prec.
23 l. ſi peculiũ. §. j. vbi Bart. de pec. leg.
24 d. c. ſolicitudinem.
25 c. diacono. xxviij. diſt.
26 Clem. gratiæ. de reſcri.
27 gl. l. in concubinatu. de concub.



reſponſum vt ſimpliciter iudex inſtruatur [1], & cùm quis adit iudicem, ſaluo iure propria
auctoritate exequendi, quod ex pacto ſibi competit: nam non cenſebitur illi renuntiaſ-
ſe [2]. & cùm quis in iudicio proteſtatur ſe iudicem non approbare, non exiſtimabitur pro-
rogata iuriſdictio [3]. & cùm ad rogatum rei reſpondet actor, velle ſe teſtibus vti quatenus
verum dicant, excuſabit eum proteſtatio à falſi pœna [4]. & ſi quis de poſſeſsione aduerſa-
rium deiiciet, proteſtetúrque ſe ciuilem tantùm vel naturalem velle acquirere, valebit
45 proteſtatio [5], cùm alioquin omnem abſtuliſſe videretur [6]. Intelligendum † tamen ex pro-
teſtatione declarari actum ambiguum, quando huiuſmodi interpretatio ab animo pro-
teſtantis pendet: ſecùs ſi à legis diſpoſitione, quod ſuprà diximus. Idémque ſi ea legis diſ-
46 poſitio non ex veritate, ſed ex quadam firmiore præſumptione oriatur [7]. Sed & † ſi decla-
47 ratio rem turpem & illicitam induceret, non eſſe ei ſtandum, receptiùs eſt [8]. In tertia † ſpe-
cie, cùm de his proteſtamur, quæ à facto noſtro, itémque alterius pendent, non eſt dubium
valere proteſtationem, dum tamen illi facta ſit. Solet autem diſtingui, vt cùm de iure quæ-
ſito tollendo agitur, requiratur conſenſus [9]: quia ius noſtrum à nobis ſine conſenſu noſtro
auferri non poteſt. Sed & nautæ, caupones, ſtabularij, ſi proteſtentur, vt hoſpes, vel ve-
ctor, res ſuas ſeruet, nolle enim ſe cuſtodiam præſtare, nihilominus tenebuntur, niſi ille ex-
preſsè conſenſerit [10]: ſuſpecta enim lex iſtorum ingenia habet, ne aduerſus eos, quos re-
cipiunt, cùm furibus coëant [11], & ideo obligari iubet, niſi pars expreſsè remiſerit. Quod &
48 ego in locatore horrei obſeruandum arbitror. accipitur horreum pro * quocunque loco
ad reponendum merces, cuius cuſtodia & claues ad horrearium ipſum pertinent. Pone igi-
tur eum habuiſſe propoſitum, ſeu, quod idem eſt, pro valuis horrei proſcripſiſſe (nec enim
propoſitum pro mente accipere poſſumus, cùm ſi ſubſtantiua vox eſſet, Iureconſulto lati-
nè dicendum fuiſſet, Propoſitum habui recipiendi, non recipere, quod Valla lib. I. cap. XX-
VII. annotauit) ſe aurum, argentum, margaritam, periculo ſuo non recipere, deinde ſim-
pliciter eas receperit, certè niſi expreſſus mercatoris conſenſus acceſſerit, nihil ab huiuſ-
modi proteſtatione iuuabitur [12]: nam cùm claues ipſe habeat, facilimum illi eſſet cum fu-
ribus coire, & mercatorem decipere: idémque in eo iuris eſt, quod in nautis, atque id ge-
nus ſimilibus: cùm enim exercitium horrearij elegerit, videtur ſicut & nautę, & caupones,
tali cuſtodiæ ſe à principio obligaſſe, quæ obligatio non, niſi expreſſo partis conſenſu, re-
mittitur. Tacere enim eos veriſimilius eſt, non quòd conſentire velint, ſed quia ius ſuũ du-
rare ſciant [13]. Si verò de iure quærendo agatur, tunc ſatis eſt partem admoneri, nec conſen
ſus requiritur. Et ideo ſi creditori Titij prædixero, ne me in fideiuſſorẽ accipiat, quia ſi ac-
ceptus fuerim, nolo obligari: íſque non contradixerit, ſed ſimpliciter tacuerit, & deinde
me in fideiuſſorem acceperit, non tenebor [14]: ſibi enim imputet, qui proteſtationis meæ
ſciens non eſt aduerſatus: ídque frequentiùs receptum eſt, tametſi non parum à veteribus
hac in re altercatũ ſit, Bartolúſque ipſe [15] aliter quandoque diſſeruerit, qui diſtinguit, pro-
teſtatio cauſa obligationis tollendæ fiat, an verò limitandæ, vt hoc caſu nõ requiratur ex-
preſſus conſenſus, illo requiratur: ſed crebriore calculo id reprobatum extat [16]. Sed & cùm
49 ab emphyteuta *, qui per triennium nõ ſoluerat, dominus canonẽ etiam futuri temporis
recipit, proteſtatúrq; ius caduci ſibi ſaluũ fore, niſi emphyteuta cõtradicat, ſenſit Bar. pro-
teſtationem ſuſtineri [17]: quod (opinor) ea ratione defendi poteſt, tanquam emphyteuta ta-
cendo conſentire videatur: agit enim de eo iure quærendo, à quo ceciderat: meritò, lapſo
50 ſolutionis tempore, manus iniici fundo poterit [18]. Sunt tamen & alij caſus, † quibus taci-
turnitas ſufficit, léxq; cõſenſum interpretatur: vt cũ de priuilegij remiſsione agitur [19]: cùm
enim faciliùs priuilegio, quàm iuri derogetur, ſilentium pro conſenſu eſt. Vnde ſi tibi pro-
teſter, quòd ſi mecum contraxeris, intendo fore, ne priuilegio vlli locus ſit, túque tacue-
ris, perinde erit, ac ſi conſenſiſſes. Idem cùm præter ſilentiũ aliquod quoque factum inter-
uenit, quale eſt receptio literarum [20] quamobrẽ paterfa. literis filij aſſerẽtis ſe mutuũ quaſi
ex mandato eius contraxiſſe, receptis, ſi obligari non vult, nec videri conſenſiſſe, cõtinuò
proteſtationem contrariæ voluntatis interponere debet [21]. Nec hîc ego Pauli Caſtr. ſen-
tentiam ſequor, id conſtitutum adſerẽtis propter odium exceptionis, quæ ex Macedonia-
51 no Senatuſconſulto oritur: itémq; quia vel ſola ſcientia * pater obligatur: nam reſpectu pa
tris, quòd ipſe ex contractu filij obligari non debeat, regulare eſt, nec odium aliquod adeſt.
Quòd autem ſola ſciẽtia obligetur, verum eſt, cùm pater ſcit, & prohibere poteſt, nec pro-
hibet [22]: at vbi abeſt (qui noſter caſus eſt) non videtur conſentire, niſi acceptis literis. Il-
lud fateor, cùm lex continuò conteſtationem interponi velit, arbitrio iudicis id intelligen-
dum, vt tempus huic non denegetur legendi, cogitandi, peritiores conſulendi: debet enim
52 veriſimilis eſſe * conſenſus, qui præſumptioni legis innititur. Quid enim ſi rationem cal-
culi hæ literæ contineant, num credendum erit diſpunctioni conſenſum [23]? Iaſon enim ne-
gat, & rectè: nam & cùm procurator ſcripſiſſet domino, ſe eius nomine centum Titio do-
naſſe [24]: reſpõdit Raph. Comenſ. receptis literis ius ſaluũ domino eſſe perſcrutãdi, donatio
verè

1 d. c. j. de lit. conteſt.
2 Alex. conſ. cxxx. in v.
3 Alex. l. ſi ita ſcriptum. de leg. j.
4 Bart. l. diuus. de falſ.
5 gl. j. C. vti poſ. ver. nec vi.
6 glo. Bart. l. ſed ſi nolit. de acq. poſſ.
7 gl. c. per tuas. de cõd. app. Iaſ. d. §. morte.
8 Aret. d. l. Titia. §. j.
9 l. perfectam. C. de donat. quæ ſub mo.
10 l. fi. §. item ſi prædixerit. ff. naut. cau. ſtab.
11 l. j. in prin. eo. tit.
12 l. cũ in plures. §. locator. ff. locati.
13 l. ſicut. §. nõ videtur. quibus mod. pig.
14 Bar. d. l. pacta nouiſſ.
15 Bart. d. §. morte.
16 Imol. & Alex. ibi.
17 Bar. l. ij. C. de iur. emph.
18 Modern. d. c. cum M.
19 glo. l. ſi fideiuſſor. qui ſatiſd. cog.
20 d. Cle. j. de procur.
21 l. ſi filius. ij. ad Maced.
22 l. ſi tamen. eod. tit.
23 Iaſ. rep. l. admonendi. de iureiur.
24 Com. conſ. clxxvij.

verè facta eſſet, vel ne.† Cæterùm ſunt, qui in iudicialibus quoque taciturnitatem pro con 53
ſenſu eſſe exiſtimauerint: ſed horum ſententia recepta nõ eſt, quod eo exemplo proditum
eſt: Cùm quis teſtes in iudicio interrogari citra iuramenti religionem curauit: aduerſarius
enim, qui præſens & ſciens tacuit, nõ tamen acquieuiſſe exiſtimabitur [1]: aut enim actus ſit
à iudice, & tacens non cẽſetur cõſentire, niſi lapſo conquerendi, prouocandíue tempore [2]:
aut ſit à patre, & tunc idem obſeruandum, quod in extraiudicialibus, vt qui cõtradicendo
actum impedire potuit, & non fecit, cenſeatur approbaſſe [3], alioquin contrà [4]. Ad hanc
ſectionem † etiam pertinet, cùm iuris noſtri conſeruandi cauſa proteſtamur, vt cùm lega- 54
tarius hæredi rem legatam alienanti conſentit, ſaluo iure ad pretium: non enim alius con
ſenſus requiritur [5]: imò etiam contradicente hærede, ſaluũ eſſet huiuſmodi ius: ſicut quan-
do aliquis immunis ſubit munera, cùm ſe immunitati renuntiare nolle prædixiſſet [6]. Nam
& monachus poſt probationis annum, pallium, cucullionémque indutus, ſi non ideo velle
ſe initiari proteſtatus ſit, non cenſebitur profeſſus [7], etiam ſi proteſtationi huic monachi
aduerſati ſint: hic enim agit, ne vlteriùs aggrauetur: vnde ſatis eſt, ſi proteſtatio ei, cuius
intereſt, palàm facta ſit, nec enim tunc eius conſenſus requiritur [8]. Qui enim certior factus
eſt, non debet conqueri, ſi alius iure ſuo vtatur. Sed quid ſi is, qui lædi † poſſet, incertus ſit, 55
quomodo admoneri poterit? Finge conſtituiſſe me iam diu Titium procuratorem meum,
quem nunc velim reuocare, non enim diuinare poſſum, quis cum eo contracturus ſit: &
ſi certus ſit locus, in quo contrahendum eſt, ſufficit ſi proteſtatio huiuſmodi ibi proſcriba-
tur [9], & publicè proponatur [10]. quod ſi locus quoque incertus ſit, frequentiſsima vrbis par-
te proſcribendum eſt, edictáque proponenda: & ita crebrior ſe habet ſententia [11]: quam ve
ram eſſe etiam eo caſu arbitror, quo faciliter potuit proteſtans de loco, vel perſona certio-
rari: adhuc enim videtur ſufficere edictum, cùm hic principaliter non agat, vt alium ſibi
obliget, ſed ſolùm vt ſe exoneret, ne ex mandato, quod reuocauit, poſsit obligari. Illud con
ſtat, vt † quis ſe ab obligatione legali abſque facto ſuo orta exoneret, nõ requiri aliam par- 56
tis ſcientiam: vt cùm pater proteſtatur ſe electioni filij, qua in decurionẽ cooptatus eſt, non
conſentire [12]: cùm enim abſque ſuo facto ex præſumpto cõſenſu obligaretur, per contra-
riæ voluntatis teſtationem præſumptio eliditur, & remanet liberatus: in actionibus enim
legum, ſcientia partis neceſſariò non requiritur [13]. Sed quid, ſi is, qui admonendus eſt, ab-
ſens ſit? & regulariter videtur ſufficere, ſi adhibitis teſtibus, proteſtetur [14]: ſicut etiam ſole-
mus dicere, cùm quis metu aduerſarij non audet coram eo proteſtari [15]: ſatis enim erit, ſi
id ipſum publicè, vel coram probis viris faciat [16]: quod tamen non procedit, cùm aduerſa-
rius ipſe eſt iudex, tum enim debet coram alio iudice proteſtari [17]. Quòd ſi de iudice con-
querar †, haudquaquam mihi neceſsitas iniungitur eum diutiùs perquirendi, ſed ſuffi- 57
ciet, ſi apud tribunal teſtationem interpoſuero [18], dum talis ſit, qui pro tribunali ius dicat,
alioqui coram honeſtis perſonis teſtari nos lex iubet [19]. Sed & his caſibus, quibus in ius vo-
cari de domo quis poteſt, putarim etiam proteſtationem ad domum tranſmiſſam ſuffice-
re [20]: quod maximè in ea proteſtatione obſeruandũ, qua quis alium non offendit, ſed ſe ex-
cuſat, ne clam feciſſe videri poſsit: tunc enim & vxori, & amico, & familiæ denuntiari po-
teſt [21]. Sed & emptor pupillo †, ſi tutore careat, vel is abſens ſit, euictionis cauſa denuntia- 58
re poterit [22]: quod pupilli fauore introductum eſt, ne ſola teſtatione, eo abſente facta pe-
riclitaretur. Sed an ſcriptura proteſtationi neceſſaria eſt? & reſponſum eſt non eſſe [23], niſi
cùm proteſtatio vice actionis, vel exceptionis obiicitur, vt cùm præſcriptionem interrum
pere volumus [24], vel exceptionem non numeratæ dotis opponere [25]: nam ſicut actio in
ſcriptis neceſſariò edenda eſt, & exceptio in actis producenda, ita & proteſtatio ſcriptu-
ram requirit, cùm earum vicem ſuſtinet. Hinc † presbyteri ſi tutelam acceptare volunt, ex 59
ſcripto proteſtari debent [26]: is enim actus fori eſt. Idem cùm maritus vxoris aſſectatori de-
nuntiat, ne cum ea conueniat [27]: cùm enim impunè eum occidere poſsit, iúſque propria
auctoritate ſibi dicat, ſcriptura neceſſaria eſt, perinde ac in iudiciis proteſtatio. Sunt & qui
idem exiſtiment, † quoties aliquis filio, vel agnato denuntiat, vt curam furioſi ſuſcipiat [28]: 60
oportet enim ex ſcriptis atteſtationem eis dirigere, alioquin denuntianti hæreditatis lu-
crum non defertur. Ego accepi, quamuis lex ſcripturæ mentionem faciat, non tamen eam
probationem excludere, quæ teſtibus fit [29].
SVPEREST, vt † ad ſecundam ſpeciem deueniamus, quæ à nuntiando nomen 61
ſumit: quoniam ab eius facto, cui aliquid nuntiamus, effectum habeat. In hac quoque du-
pliciter diſtingui poteſt: aut enim huiuſmodi denuntiatio regulas iuris imitatur, aut ad-
uerſatur. De prima † videndum: & eius exemplum eſt, cùm aliquem admones, vt id fa- 62
ciat, quod debet: veluti debitorem meum interpello, vt mihi ſoluat, valet huiuſmodi re-
quiſitio [30], & eum in mora conſtituit, nec alia fides ei fieri debet, qui obligationis à ſe con-
tractæ probabilem ignorantiam nõ habet [31]: quòd ſi haberet, vt quia in alterius locum ſuc-
ceſsiſſet, & alieno ex facto obligatus eſſet, tunc fides ei faciẽda eſt [32]: oſtendendúmque no-
minis

1 c. tuis. de teſtibus.
2 c. ſi. de accuſ.
3 l. j. C. de rela.
4 Bar. l. Pomponius. §. rati. de procur.
5 l. codicillis. §. j. de leg. ij.
6 Bar. d. l. j. C. de his qui ſpõ.
7 Inno. d. c. j. quod met. cau.
8 l. ſi mandaſſem. ff. mand.
9 l. ſed & ſi pupilus. §. proſcriptum. de inſtitor.
10 l. ſi putator. ad l. Aquil.
11 Bart. l. qui hominem. §. ſi Titium. de ſol.
12 l. honores. §. ſi. de decur.
13 l. ſi pecuniam. §. planè. de condict. cauſ. da.
14 l. Labeo. de nau. fœn.
15 l. ſi. C. de his qui per met.
16 l. iubemus. C. de defenſ. ciuitat.
17 l. vt perfectius. C. de ann. except.
18 l. j. §. adeundi. quãdo appel. ſit.
19 c. Paſtoralis. §. ſi. de offi. deleg.
20 Bartol. l. iij. §. prætor. de dam. infect. d. cle. cauſam.
21 d. l. aut qui aliter.
22 l. ſi dictum. in ſi. de euic.
23 l. ſin. C. de neg. geſt.
24 d. l. vt perfectiùs.
25 glo. in auth. de tem. non ſolut. pecu. ſuper dote. §. illud quoque. in verbo, in literis dot.
26 auth. presbyteros. C. de epiſc. & cler.
27 auth. ſi qs ei. C. de adul.
28 auth. vt cùm de appell. §. ſi quis. de prædictis.
29 l. j. C. de iure emphyt.
30 l. quod te. ſi cert. pet.
31 l. ſi. pro ſuo.
32 Clem. cauſam. de elect.



63 minis contracti * inſtrumentũ, vel aliàs autoritate iudicis ei iubendũ, vt faciat, quia res ita
ſe habeat [1]. Sed & ſi mihi centum ſpoponderis poſt Titij mortem, & denuntiem vt ſoluas,
quia deceſſerit Titius, huius rei fidem ſaltem duorum teſtium relatione tibi facere debe-
bo, alioquin iuſtè credes in humanis adhuc eſſe Titium. Qua ratione etiam emptor, cui
mota eſt controuerſia, venditori denuntians vt litem ſuſcipiat, cœptæ litis fidem, citatio-
niſque vel libelli copiam ei facere debet, cùm alioquin iuſtè credere poſſet, controuerſiam
nullam adhuc eſſe. Sed & debet huiuſmodi denuntiatio clara eſſe: certiorémque vendito-
rem facere, cur ei denuntietur, nempe vt veniat, & iudicium ſuſcipiat [2], ne venditor idcir-
co ſe admonitum credat, vt ipſi emptori inſtrumenta probationéſque ſuggerat [3], non vt
liti adſiſtat: vnde tametſi ſciat litem motam, tamen receptius eſt incitationem hanc neceſ-
64 ſariam eſſe [4]. Et hoc † eſt, quod lex ait, auctorem laudandum [5], id eſt, citandum, & ad par-
tes trahendum: quamuis nihil referat verba expreſsim incitatoria ſint, an tacitè hoc indu-
cant. Quid enim ſi debitorem meum interpellans, vrbaniúſque agendum putans, ſic dixe
rim? *Indigerem tali pecumia*: vel, *Nihil mihi in præſentia antiquius eſſet, quàm ſi meæ illius pecuniolæ me*
65 *miniſſes*. opinor rectè interpellatum videri. Cæterum † & loco, & tempore congruo facien
da eſt, regulariterque receptum eſt, quemlibet locum, & quodlibet tempus idoneum vide-
ri [6]: vnde & in eccleſia, & feriato die valet denuntiatio: actus enim eſt extraiudicialis, qui
quandocũque fieri poteſt. Quapropter quibus caſibus in iudicio fieri debet, aliud eſſet ob-
ſeruandum [7]: conferenda tamen erit ſolutio in locum, & tempus idoneum. Potero igitur
te in lupanarii fortuitò repertum interpellare, vt mihi loco congruo ſoluas. Potero & tibi
noctu inuento prædicere, vt cras mihi de reliquis ſatisfacias, non enim tempus noctis ſat
idoneum eſt recipiendis numis, ſicut nec cùm quis in menſa, vel in lectulo eſt, vel tranſue-
hitur, vel funeralem pompam ducit [8], & ſi qua ſimilia. Ad hanc quoque ſpeciem pertinet,
cùm inhibeo tibi, ne id facias, quod iure facere non potes. In hoc enim regulam iuris imi-
tamur, valétque huiuſmodi denuntiatio, efficítque, vt quod alioqui clàm feciſſe videreris,
vi cenſeatur factum [9]. quòd ſi iuſta cauſa præceſsit, qua iuſtè facere arbitrabaris, debet tibi
fieri fides eam cauſam ampliùs non ſubeſſe, cùm aliter inhibitio ſit nulla: quod eo exem-
plo receptum eſt: cùm quis exulem publicum hoſtem occidere vellet, íſque obnuntiabat
abolitionem indulgentiámque criminis ſe conſecutum, non erit ei credendum [10], niſi in
promptu adſertionem ſuam veram eſſe docuerit, vel in iudicium ſe tunc venturum ob-
66 tulerit [11], poſsítque tutò deduci. Sanè his caſibus * procuratoris quoque denuntiatio ſuffi-
ciet [12], quoniam iuris communis regulæ conſentanea eſt: quod & in negotiorum geſtore,
& in coniuncta perſona receptum eſt [13]: dum tamen debitorem interpellent, vt ipſi credito
ri ſoluat [14]: negotiorum enim geſtori, vel coniunctæ perſonæ ſolui non poteſt. Nunc ad ſe-
67 cundam † tranſeundum, in qua id regulariter fatendum eſt, denuntiationẽ, quæ regulis iu-
ris aduerſatur, non valere: vt cùm incito, vt id facias, quod in tua poteſtate eſt, velis, vel no
lis [15]: nec enim meo ſuaſu auferre ius tuum poſſum. præſtat tamen hæc denuntiatio prote-
ſtanti iuſtam excuſationis cauſam, vt cùm per eum non ſteterit, conditio pro impleta ha-
beatur [16]: vnde & debitorẽ excuſat, qui ſoluere creditori voluerit, ne in mora ampliùs cen
ſeatur, ſed ipſe potiùs creditor [17]: Qua ratione & creditor conditionalis, qui conditionem
adimplere potuit, huiuſmodi nuntiatione in mora conſtituitur [18]. & vice verſa idem in de-
bitore conditionali reſponſum eſt, qui interpellatus conditionem adimplere neglexerit, ſi
ue is ex vltima voluntate debeat [19], ſiue legis iuſſu [20], ſiue ſententia iudicis [21], ſiue (vt ego o-
pinor) ex contractu: vt cùm ita ſtipulatus ſum, *Si hominem Pamphilum non dederis centum dabis?*
poſtquam enim denuntiauero vt hominem des, túque neglexeris, non ampliùs homo, ſed
pecunia debebitur [22]: quod Paradoxorum libro primo. capit. xj. latiùs à nobis diſputatum
68 eſt. Quod incitatoria † hac ſpecie dictum eſt, vt regulariter non valeat, in prohibitoria
quoque receptum eſt, cùm id prohibemus, quod prohibito facere arbitrariũ eſt: pari enim
ratione obnuntiatione mea efficere nõ poſſum, vt quod arbitrij tui eſt, id non ſit: quod ma-
ximè obſeruandum, ſi nullam iuſtam cauſam habuero [23]: vel etiam ſi habuero, ſed tu ſalua
honeſtate, & exiſtimatione tua obtemperare nõ poſsis [24]: vel ſi ad me negotium illud nihil
adtineat: is enim cuius non intereſt, vix eſt, vt audiri debeat [25], niſi in id tantùm, vt quod
clàm erat, detexiſſe, ſcientiámq; qualemqualem induxiſſe videatur [26]: quæ tamen ſcientia
eo modo inducta alteri non proderit, qui vel in dolo ſit, vel de lucro captando in alterius
69 damnum tractet [27]. Quandoque † tamen inhibitio huiuſmodi valet, nempe cùm eius, qui
prohibet, intereſt, iuſtáque cauſa ſubeſt, & à principio priuſquam ius aliquod ſibi quærere-
tur, fuit monitus [28]: vt cùm denuntio, ne emas talem fundum, quia eſt meus, vel mihi ob-
70 ligatus [29]. vel cum te admoneo, ne vendas: quia fundum ipſum vendicaturus ſum *, niſi pa-
71 rueris, videberis dolo diſtraxiſſe [30]. Idem † etiam cum creditores teſtatò emptorem con-
ueniunt, ne debitoris ſui bona temerè emat: ſi emerit, dolo emiſſe cenſebitur [31]. quòd ſi poſt
quam emerit, denuntietur, nulla eſt interpellatio, niſi adſertionis illius fiat fides, ídque in-
ſtrumen

1 l. ſin. de leg. comm.
2 c. ſi. de empt. & vend.
3 l. emptori. C. de euict.
4 l. qui abſenti. ff. de proc.
5 l. Herennius. §. j. de euict.
6 l. dies. C. de fer.
7 l. cum poſtulaſſem. §. de damno infec.
8 l. ij. ff. de in ius voc.
9 l. j. & ij. quod vi, aut clàm.
10 l. non omnes. in fine. de re milita.
11 Alex. d. §. morte.
12 l. cum ſatis. §. ſina. C. de agric. & cenſ. lib. xj.
13 l. ſi quis ſolutioni. §. j. de vſuris.
14 Bar. l. ſi ſeruum. §. nunc videndum. de verb. obliga.
15 l. fideiuſſor creditori. de fideiuſſo.
16 l. ſi Titius ſtatuas. de cõdit. & demonſtra.
17 d. l. ſi ſeruũ. §. ſequitur.
18 l. hæc conditio, ſi in capitol. de condi. & demon.
19 l. j. §. item ſi. ad leg. falc.
20 gl. l. j. C. de his qui. vt in dignis.
21 Bar. l. ſuus. §. ſina. de hæredi. inſtituen.
22 l. ita ſtipul. de ver. obli.
23 l. ſi maior. C. de reſcind. vendit.
24 l. Quintus. mand.
25 l. ij. quod falſo tuto.
26 l. item. §. petitam. de petitio. hæredi.
27 d. l. ij.
28 l. virilis. §. pe. de leg. præſtand.
29 l. ſi fundũ. C. de rei ven.
30 l. Fulcinius. qui. ex cau. in poſſeſſ.
31 l. ait. §. ſi quis particeps. ff. quæ in frau. cred.

ſtrumentorum exhibitione[1],vel iudicis autoritate,quod ſuprà à nobis proditũ eſt.Et cùm
tradiderimus,quæ alieni arbitrij ſunt,non poſſe nos noſtra denuntiatione efficere,vt ideo
minus ſint: conſequens eſt,vt idem multò fortiùs fateamur,cùm ei prohibemus ne faciat,
quod facere tenetur:vt ſi venditori quis prohibeat,ne fundum venditum tradat[2]: vt ſi de-
bitor ei qui pro ſe conſtituit denuntiet,ne ſoluat[3]: qui enim facere quiſquã poteſt,ne ven-
ditor fidem non ſeruet, aut qui conſtituit non ſoluat? quod eò magis ſeruandum eſt, cùm
nulla prohibitionis iuſta aut vera adfertur ratio: tametſi(etiam ſi allegetur tantùm)idem
ſit,cùm nihil referat,quid verum non ſit,an non probatum[4]. Oportet igitur,ſi iuſta,& ve-
ra cauſa† prohibitionis ſubſit,vt denuntiatio valeat, fidem fieri,inſtrumentúmque ei, cui 72
denuntiatur legi[5]: vel eius exemplum ei relinqui, eadem, quam ſuperiori caſu diximus,
ratione. Sola tamen veriſimilis cauſæ allegatio alicuius*quandoque effectus eſt,in eóque 73
ſufficit,vt excuſandus ſit debitor, niſi cautio à creditore præſtetur, indẽnem eum eius de-
nuntiationis cauſa futurum[6],quod in arbitrio iudicis plurimùm reſidet. Sed & veriſimilis
cauſa id efficit, vt excuſari debeat, qui denuntianti credidit[7]: poſsítque aduerſus eum de
dolo agi, & ſi ſoluendo non fuerit,reſtitutio in integrum detur[8]. Sed & quoties res princi-
paliter ad denuntiantem pertinet, denuntiationi huiuſmodi, etiam ſi alia fides tunc non
fiat, obſequendum eſt[9]: vt cùm debitor fideiuſſorem ſuum admonet, ne creditori ſoluat,
quia pacti,vel acceptilationis, vel alia exceptione tutus eſt. Idem cùm à denuntiantis vo-
luntate res omnis effectum ſumit. Quapropter,creditore denuntiante debitori ne ſoluat,
iuſtè parendum eſt, moráque omnis diluitur[10]. Sicut & cùm prohibetur,quod ſola denun-
tiantis voluntate illicitum fit,valet proteſtatio:vt ſi vetuero,ne fundum aucupij,aut vena-
tionis cauſâ ingrediaris[11], ne negotia adminiſtres, ne mandato tibi ceu procuratore meo
facto ampliùs vtaris: id enim mei planè liberi arbitrij eſt: vnde alia probationis fides non
eſt neceſſaria.Sed an huiuſmodi denuntiatio per procuratorem fieri poſsit? Et clarum eſt
poſſe,dum mandati*huius fides fiat[12]:quòd ſi non fiat,cautiorati nequaquam ſufficeret[13]. 74
Lex enim ſic fieri denuntiationem iubet,vt is,cui ea fit,cognoſcat rem ita eſſe:quæ notitia
ex cautione huiuſmodi non percipitur,tametſi aliàs in iudicialibus, & in noui operis nun
tiatione,quòd iudicij præuia ſit,ſufficiat[14], ídq; receptius eſt. Quapropter † nec negotio- 75
rum geſtori id ius competit,niſi in his caſibus,quibus ſola notitia à quocunque facta ſuffi-
cit[15]:vt cùm poſſeſſori hæreditatis denuntiamus,ne bona diſtrahat,quoniam hęreditas ad
eum non pertinet,cõſtituetur enim in mala fide[16]. Qua ratione †& appellationis intima- 76
tio à negotiorum geſtore fieri poteſt[17]:quod multò magis in coniuncta perſona admitten-
dum[18].Sed an procuratori† fieri poterit?& nõ putarim,niſi his caſibus,quibus ſcientia pro 77
curatoris domino nocet[19]: quod & tum quoque non procedit,cùm lex in domini plenam
notitiam peruenire aliquid iuberet,non enim ſufficeret etiam ſpecialem * procuratorem 78
admoneri[20]. Item non procedit,niſi cum dominus ipſe propter abſentiam conueniri ne-
quit[21].Sed & cùm animi vitium,putà malam fidem domini inducere volumus, nunquam
ſufficit procuratori nuntiare[22].

1 l.nomen.C.quæ res pig.
2 l.ſi quis prohibuit.de publié.
3 l.vtrum.de conſt.pec.
4 Archid. xxx.quæſt.v.iudicantem.
5 d.clemen.cauſam.d.l.nomen.
6 l.hęc autem.ff.ſi cui plus quàm.per leg.
7 l.j.de eo per quem fact.
8 l.fina.eod.titu.
9 l.ſi fideiuſſor.mand.
10 d.§.ſequitur.
11 l.diuus.de ſer.ruſt.
12 d.l.ſi quis infic.de poſſ.
13 Bal. in rub.extra de procuratorib.
14 l.de pupillo. §. qui procuratorio.§.de no.ope.nun.
15 Bar.l.facta.§.ſi hæres.ad Trebellian.
16 d.§.petitam.
17 Rota deci.cxxvij.nouiſ.
18 d.l.qui abſentem.
19 l.procuratoris.de trib.
20 gl.d.clem.cauſam.verſ.appellatum.
21 d.l.aut qui aliter.
22 d.§.petitam.

S V M M AE.

1 ☞ *Maſculino non,niſi ex cauſis ineſſe fœmineum.*

§. SERVI. Econuerſo† autem appellatione ancillæ,ſerui*non continentur[23]:quod 1
obſeruandum eſt,etiam ſi eadem vtriuſque ratio ſit[24]: niſi gratia frequentioris vſus de fœ- 2
minis mentio facta proponatur. Quapropter ſi lex prohibeat capras*in villa haberi, nec 3
hircos quidem habere licebit:atque ita ex facto reſponſum fuiſſe conſtat[25]: aruis enim ca-
lamitoſum, præſertímque Baccho infeſtum*id animal eſt, vt etiam Græco epigrammate 4
admonemur.

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν ὅμως ἔτι καρποφορήσω
Ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι τράγε θυομένῳ.
*Rode caper vitem,tamen hinc cum ſtabis ad aram*
*In tua quod ſpargi cornua poſſit erit.*

23 l.ſeruis.de legat.iij.
24 c.quoniam.de ſimo.
25 Alber.in ſta.j.q.ciiij.

S V M M AE.

1 ☞ *Familiæ etymon: déque liberis & ſeruis accepi.*

§. FAMILIAE. De familiæ † ſignificatione infrà latiùs diſſeretur. Quod ad præſen 1
tem rem adtinet,dubium faciebat,quoniam familia ab oſco verbo famul deducitur,quod
ſeruum ſignificat,atque ideo de ſeruis propriè dici debuit,non autem ad filios,vel etiam li
beros homines trahi:ſed tamen vſus aliter obtinuit. Hincq; ſequitur,vt argumentum* ab 2
etymo,itémque quod in Topicis M.Cicero à coniugatis vocat,probabile,non autem con
cludens ſemper ſit.

S V M



S V M M AE.

1 ☞ *Familiam de vno non,niſi interdictis dici.* 4 *Corporum genera decem numero conſtantia.*

§. VNICVS. Videtur hinc Baldi ſententia confutari[1]. Exiſtimauit ipſe conſtitu-
tionem de eo,qui cum familia acceſſerit,verba facientem,illum quoq; complecti,qui cum
1 vnico ſeruo accedat,ſi eum ſolum habuerit. Sed † ego rationem legis perpendendam ma-
gis crediderim,quæ ſi in dubium deducatur,propius erit,vt de vnico ſeruo familia,quate-
nus ad perſonas refertur,dici nequeat:in interdicto tamen à familia deiectus[2] dicitur, qui
vel ab vnico ſeruo deiectus eſt:ſed id ex interpretatione,non ex vi verborum eſt: Sed quid,
ſi lex municipalis cuiquam alienigenæ ius ciuitatis cõcedi prohibeat, niſi per decennium
cum familia in vrbe habitauerit, an is,qui relictis parentibus, & familia,cum vnico ſeruo
habitauerit,reiicietur? Et ex facto conſultus reiici reſpondi,tum huius reſponſi argumen-
to, tum quia familiam alibi maiorem reliquerat, & in patria ius incolatus retinuerat, ad
2 quam veriſimile eſt eum quandoque reuerſurum fuiſſe. Lex autem * municipalis id bene-
ficium concedit his,quos per tanti temporis incolatum ſuſpicatur non receſſuros.
3 NEC DVO QVIDEM. Tres ergo*familiam conſtituent[3],ſicut & colle-
4 gium.† cœtus* verò decem homines requirit[4]. quod & de turba dicendum eſt[5],quæ vox à
5 græco ſermone τύρβη deducitur: quod & de congregatione[6] ego crediderim,niſi ex ſubie
cto argumento aliud inducatur: quo caſu à Canoniſtis non diſſentirem,qui vel ex duobus
6 congregationem*conſtare dixerunt.Sed & populum*plebémve decem viris confici ple-
7 rique exiſtimauerunt:quod nuſquam probatur,& ratione caret, cùm maiorem numerum
8 populi appellatio, quàm cœtus,requirat.Sanè dubium non eſt, quin decem * oues gregem
conſtituant,quod de minoribus animalibus ſolùm intelligitur:nam quinque ſues,vel qua-
tuor equinos pullos,gregem ſuum, equorúmve conficere Bartolus ſenſit[7]. Cuius rei argu
mento,ſi lex pœnam ei,qui gentem congregauerit, imponat,eum non puniri exiſtimauit,
qui minùs decem peditibus,aut quatuor equitibus contulerit.Sed mihi magis arridet,ne à
9 turba gentem*diſtinguamus.idémque vtroque ſit caſu.Illud non omittendum *, tametſi
10 vniuerſitates huiuſmodi ex pluribus perſonis conſiſtant,cæteris extinctis, ius vniuerſita-
tis in vnum recidere,nec extingui[8].

1 Bald.l.iubemus.§.ſinautem.C.ad Trebel.
2 l.j.§.familiæ. de vi,& vi armata.
3 l.Neratius.j.eod.
4 l.j.C.de tut.vel cu.illuſt.perſo.vbi hoc no.Bald.
5 l.prætor. vi bon.rap.
6 c.j.de elect.
7 l.oues.de abig.
8 l.ſicut.in fine.quod cuiuſque vniuerſ.

S V M M AE.

1 ☞ *Armorum genera: eáque variè accipi.* 5 *Clementina j.de ſtatu monachorum.ſenſus.*
3 *Titulum de armis.explicari & extendi.*

LEX XLI.

1 ARMORVM. Armorũ† appellatio non ad ea tantùm,quæ offenden-
2 di* cauſa habemus, refertur:ſed & ea continet, quæ pro noſtri corporis
tutela gerimus, vt clypeus,& caſsis.quòd ſi lex non de armis, ſed de telis
loquatur,aliud eſt:nam hæc vox ea ſolùm ſignificat, quæ alterius læden-
di cauſa habentur[9]. Nec Angeli[10] ſententiam ſequi poſſum, impropriè
arma dici exiſtimantis,quæ ſolùm defenſionis cauſa parantur:id enim à
Iuriſconſulti noſtri mente procul abeſt.non tamen negauerim ex ſubiecta materia armo-
3 rum appellationem aliter† quandoque adſumi: vt in Iuſtiniani conſtitutione[11],qua fabri-
cenſibus inhibet,ne arma priuatis hominibus vendant:intelligitur enim de his, quæ mili-
tantibus vſui eſſe poſſent:quoniam id publicæ ſecuritatis cauſâ conſtitutum fuit. Qui ergo
cultrum, vel fuſtem habuerit, non tenebitur[12]: tametſi cultellus, quo panem incidimus,
vel calamum acuimus,idémque in graphio, armorum nomine non compræhendatur: &
4 ideo,ſi quis huiuſmodi*gladiolo aliquem occidat, non videri eum occidendi animum ha
5 buiſſe[13],Aret.[14] reſpondit.Sed*& conſtitutio,qua monachis tenere arma non permittitur,
haudquaquam de fuſtibus,& lapidibus intelligitur,cùm hæc in alium vſum haberi veriſi-
milius[15] ſit,conſuetudóq; vulgaris ſermonis hoc die habet,ne appellatione armorum con-
6 tineãtur[16]. Sed cùm† Iuſtiniani ſanctio,qua arma à priuatis retineri prohibitum diximus,
conſuetudine non ſeruetur,an licebit machinas fuſiles habere? quales ſunt,quas Bombar-
das,Colubrinas,Sclopos maiores Baſilicos,Salamãdras,Crocodilos, & Arcus perforatos
vocamus(quos Galli adpellant, *Arquebuzes.*)Et non licere crediderim: cætera enim arma
alio prętextu haberi poſſunt:at huiuſmodi quę ad demolitionem murorũ ſolùm ſunt vſui,
nullo pacto priuatis conceduntur,nec ad hunc caſum videtur producenda conſuetudo.

9 Bar.l.j.& fi.de vi publ.
10 Ang.l.cùm æs pign. de fur.
11 Auth.de armis.
12 glo.d.Authent.
13 c.ſignificaſti.de hom.
14 conſil.lxxx.
15 clem.j.de ſtatu mona.
16 Card.d.clem.

S V M M AE.

1 ☞ *Probri varia acceptio.* 9. 6 *Adulterij impuniti incommoda.*
3 *Probrum de mœchia furtóque dici diuerſé.* 11 *Iuſiurandũ contra pœnalia iúſve gentiũ non firmare.*

LEX XLII.

PROBRVM. Probrum † pro crimine ipſo quandoque accipitur: 1
ſed quia ex huiuſmodi delictis ignominia oritur,ſoléntque ea à conui-
tiantibus obiici,frequentior vſus obtinuit,vt pro ignominia conuiciiſ-
que accipiatur:ſicut & opprobriũ *,quod nil aliud eſt,quàm obiectum 2
probrum:hócque modo à Vallæ morſibus defenditur Vlpianus.
FVRTVM. Accurſius†ita intelligit,vt furtum,adulteriúmq; 3
naturâ probrum ſit,quoniam in decalogo legitur,*Non furtum facies.Non*
*mœchaberis*.quæ interpretatio,vt vera ſit,poteſt tamen ita punctis diſtingui,vt defendamus
furtum non naturâ,ſed ciuili lege probrum eſſe,adulterium verò etiam naturâ:nam legun
tur fuiſſe aliqui populi, apud quos furari impunè * licebat,vt Aegyptij, quod ex Ariſtone 4
Iuriſconſulto Aul.Gel.tradit.Lacedæmoniis certè etiam laudi dabatur eſſe furem,nec de-
præhendi:quòd hoc potiſsimum exercitamento cautiores, diligentioréſque adoleſcentes
fierent.Leges autem*xij.tab.aliquid quoque de Lacedæmoniorum moribus ſumpſiſſe du- 5
bium non eſt.Cùm ergo communi omnium gentium iure furtũ non puniretur, meritò hu
iuſmodi probrum magis ciuile,quàm naturale dicitur : quod non eſt de adulterio : id enim
etiam iure gẽtium abominabile eſt†,vtpote quod matrimonium polluit,datámque à con- 6
iugibus inuicem fidem corrumpit.At hodie in his ciuitatib.quæ malè inſtitutæ ſunt,maior
pecuniæ,quàm morum ratio habetur,furéſque laqueo ſtrangulantur,adulteri mulctantur
pecuniâ.Sanè quamuis lege * Iudæorum fures punirentur, non tamen conſequens eſt, iu- 7
re gentium id crimen puniri:nec enim ſoli Iudæi ius gentium cõſtituunt,quibus( vt Corn.
Tacit.inquit ) Moſes nouos ritus,contrarióſque cæteris mortalibus indidit.Sed &ſi conce
damus lege naturali furtum vetari [1], non tamen ſequetur,vt ideo ſit probrum:nam & lege
ciuili,nõ poteſt *maritus donare vxori, & tamen huiuſmodi donatione opprobrium ali- 8
quod non inducitur.Illud ergo probrum eſt†,quod non ſolùm prohibetur,ſed etiam igno- 9
minia delinquentem afficit. Et hæc vtcunque cõtra receptam ſententiam induci poſſent,
licet ab ea recedere periculoſum ſit.
NON NATVRA. Diſtinctio hæc Iuriſconſulti non magni effectus videtur
eſſe:quandoquidem parum refert,quis iure ciuili, an naturali propudioſus ſit: parẽ enim
infamiæ notam ſuſtinet [2]. multùm verò refert in pactionibus, quæ contra bonos mores,
fiunt: nam ſi contra bonos mores( quatenus iure ciuili conſiderantur ) initæ ſint† iuramen 10
to confirmantur [3].Atq; hinc eſt,quòd donatio inter virum, & vxorem , vel patrẽ & filium
iureiurando ſancita,neceſſariò obſeruanda eſt [4], vt communi calculo proditum eſt: quod
procedit cùm ſimpliciter lege ciuili contractus prohibetur : nam† ſi etiam pœna appoſita 11
ſit, aliud fortè eſſet dicendum [5].Idem, ſi iure gentium conuentio reprobata ſit : huiuſmodi
enim nec iuramento quidem roboratur.

1 l.j.de fur.
2 l.j.de his qui not.infa.
3 c.cum contingat.de iure iurando.
4 l.pacta quæ contra.C. de pactis.
5 l.conuenire.de pac.dot.

SVMMAE.

1 ☞ *Victu vitæ neceſſaria contineri:ex cauſis cõtrá. 4.* 3 *Expenſis omnia neceſſaria ineſſe.*

LEX XLIII.

VERBO VICTVS. Si quis†legauerit Titio victum,cenſebitur 1
omnia legaſſe,quæ ei ad viuendum neceſſaria ſunt:& ideo & veſtiarium,
& calcearium,& habitatio,& lectus debebitur.Idémq;,& ſi alimenta†le- 2
gata ſint,vel educatio [6]: hæc enim nomina exæquata ſunt. Legatis verò
diariis [7] vel cibariis,ſecus eſt.Interpretamur autem diarium,vnius diei ci
bum,quem Græci δίαιταν vocãt. Sed†quid, ſi alicui promiſero(quod vul- 3
gò dicimus)tribuere expenſas? & videntur verba idem ſignificare quod victus, vt videli-
cet impendere illi omnia teneat,quæ eius vitæ neceſſaria ſunt. Sanè non probat Valla, vt
victus appellatione,de veſtiario quoque intelligamus,cùm multæ ſint regiones, in quibus
veſtes vſui hominib.non ſunt,vt in Aethiopia : quod ridiculum eſt : nec enim Aethiopum
leges hîc interpretamur,ſed Romanorum,qui ſine veſte non ſolent viuere.Non tamen ne 4
gauerim,hanc ſignificationem ex interpretatione magis,quàm ex ſtricta verborum vi eſ-
ſe: & ideo ex mente diſponentis aliter quandoque iudicamus. Vnde ſi quis alimentis vel
victui renuntiauerit [8], non cenſebitur de veſtiario,vel calceario actum : huiuſmodi enim
repudiationes ſtrictè accipiuntur. Qua ratione qui famulo victum * menſtruámque mer-
cedem promittit, non videtur de veſtibus intellexiſſe, nec vlla alia re præter cibaria [9]. & 5
idem in prætore, qui ſimili modo officialibus ſuis promiſerit ; quod & generaliter in qua-
cunque odioſa materia procedit.

6 l.fin.de alim.leg.
7 l.diariis.eod.tit.
8 l.cum hi.§.qui tranſigit. de tranſact.
9 Bart.l.legatis.§.de alim. legatis.

SVMMAE.

1 ☞ *Victui debito pharmaca non niſi ex paruo ineſſe.* 3 *Alimentis mineruαl non contineri: ex cauſis contra.*

LEX



LEX XLIIII.

1 CAETERA CVRANDI. Intelligũt†hoc Doct.vt qui victum debeat,
etiam ægrotanti pharmaca ſuo ſumptu præſtare teneatur:ſine his enim cu-
2 ratur nemo. qui verò cibaria * debet, ſatis eſt, ſi ea præſtat, quæ ad ci-
bum pertinent [1], vt pullos: catapotia enim, & decoctiones, cæteráque
medicamenta emere non tenetur, niſi fortè modicâ impenſâ habere ea
3 poſsit [2].quod aliqui exiſtimauerunt. Sed† nunquid,qui alere tenetur,in diſciplinã quoque
mineruαl pendere cogatur?& non teneri verius eſt [3],niſi iure ſanguinis ex legis diſpoſitio
ne id debitum contractum ſit:vt in patre,qui filium alere debet, idoneíſque præceptoribus
inſtruendum committere [4]:quod & in fratre dicendum eſt.

1 Bar.d.l.legatis.
2 l.in rebus.§.poſſunt.cõmod.
3 d.l.legatis.
4 l.quod de bonis j.§.pen. de carbo.edi.

SVMMAE.

1 ☞ *Victum carcerato negantem variè teneri.*
2 *Inſtratum eiúſque ſpecies.variáque acceptio. 4.*
3 *Victus inſtratique diſcrimen.*
7 *Stragula veſtimentorum genus.*
8 *Veſtem à veſtimento diſtare.*

LEX XLV.

1 INSTRATVM. Si quis prohibuerit victum † ſtratúmve [5] iudicato
in carcerem deferri,& pœnali actione,& iniuriarum tenebitur.Sed quo-
2 modo intelligemus victum,& ſtratum ? & Vlpianus† inſtratũ eſſe omnia
veſtimenta,quæ inſternuntur,ſeu iniiciuntur,ait,qualia ſunt,toralia,gau
ſapa,centones,aulæa, tapetia : in victu verò cætera veſtimenta, quæ non
3 ſternuntur.Ex† qua interpretatione videretur dicẽdum,eum,cui victus,
vel alimenta debentur, ſtragula aliqua conſequi non poſſe : quod bona ratione non ſubſi-
ſtit:ſine illis enim viuit nemo:nã & cùm ex qualitate perſonæ alimenta debeantur [6], æquũ
4 non eſt nobilem virum ſine ſtrangulis agere. Sed & cùm† cõſtet huiuſmodi legato lectum
contineri [7], de inſtructo apparatóque videretur intelligendum : durum tamen eſt à verbis
legis recedere, niſi aliter de voluntate teſtatoris conſtet. Nec verum eſt, ſine ſtragulis vi-
uere aliquem non poſſe:qui enim aliunde non habet,ſuum ſibi indumentũ inſternat.quòd
5 ſi victus & veſtitus legatus ſit, fortè etiam ſtragula * debebuntur,nam ea veſtitus appella
tione contineri videntur [8].
6 STRAGVLA VESTIS SIT OMNE PALLIVM. Atqui pallium*in-
dumenti ſpecies eſt,non ſtragulæ.In duobus meis antiquis codicibus legitur,ſit omne περι-
στρώμα,quam dictionẽ aliqui ſuperaddito gloſſemate interpretati ſunt pallium,eáque gloſ-
ſula ab imperitis in contextum recepta eſt.Significat græcè periſtroma omne quod inſter
nitur,ſicut Latinis ſtragula:nec ea vox à noſtris non recepta eſt,Plauto in Pſeud.& Cic.in
7 Philipp.II.Híncque apparet contra Vallę ſententiam†,ſtragulam non pro lecti operimen
to tantùm,ſed generaliter pro omni veſte quæ inſternitur accipi. ſic & Tranq. Funeratus
eſt,(inquit)Nero ſtragulis albis auro intextis,quibus vſus calen.Ianuariis fuerat.T.Liuius
8 libro xxiiij.Cùm tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula vti.Feſtus Pomp.† Veſtis gene-
raliter dicitur, vt ſtragula, forenſis, muliebris : veſtimentum pars aliqua, vt pallium, tu-
nica, vel penula.

5 l.ſi victum.de re iud.
6 l.quos nos.in ſi.j.eod.
7 l.pen.de alim.leg.
8 l.veſtis.de aur.& ar.leg.

SVMMAE.

1 ☞ *Sententiæ ferendæ verba.*
2 *Statuere & pronuntiare diuerſa.*
5 *L.Nulli.C.de ſenten.ſenſus.*
6 *Arbitri pronuntiant,ſententiáſque dicunt.*

LEX XLVI.

1 PRONVNTIATVM. Siue dicamus † iudicem pronuntiaſſe, ſiue
ſtatuiſſe, idem eſt:hæc enim verba ſententiam latam oſtendunt : ſicut &
2 ordinare,iudicare,præcipere,decernere,cenſere,& iubere.Nõ†tamen [9]
eiuſdem ſignificationis ſemper eſt pronuntiare & ſtatuere : quandoqui-
3 dem pronuntiare * propriè dicimur,quod viua voce & memoriter pro-
ferimus:ſicut recitare,quod ex ſcripto . ſtatuere verò dicitur etiam, qui
generaliter aliquid conſtituit,vt cùm lex in vniuerſum ſancitur.Híncq; eſt,vt leges muni
4 cipales*vulgò ſtatuta appellentur:quem ſenſum non habet pronũtiare : refertur enim ad
5 id ſolùm,quod inter partes pronũtiatur,ídque Accur.probat.Dum†ergo lex alibi dicit [10],
nulli qui ſtatuendi non habeat facultatem, interdicere cuiquam patria ſua permitti. Ego
intellexerim,vt qui in vniuerſum pro certo delicto conſtituere interdictionis pœnam non
poteſt,is nec priuatim ea pœna mulctare aliquem poſsit:licet alij aliter accipiant.
6 COGNOSCENDI. Cùm†ergo arbitri [11] ipſi quoque ius cognoſcendi habeant,
ſequitur propriè dici eos pronũtiaſſe,vel ſtatuiſſe. quod & in arbitratoribus admitterem :
7 tametſi negent Doct.ſententiam*propriè dici [12],quod ab arbitro pronuntiatũ eſt:quod ta
men mihi non ſit veriſimile,cùm id,quod vnuſquiſque etiam priuatus ſentit, latinè & ele-

9 d.c.in his.de verb.ſign.
10 l.nulli.C.de ſent.
11 l.ait prætor.§.de re iudi.
12 In l.j.de re iud.

ganter ſententia dicatur: nec aliter ſoleant Iuriſconſulti arbitrorum definitiones[1], quàm
ſententias appellare: Laudum enim barbara vox eſt, & inepta.

1 l. litigatores. l. qualem. de arbit.

SVMMAE.

1 *Vxoris habendæ modi expliciti.* 4 *Matrisfamiliâs acceptio duplex.*
2 *Vxoris ſpondendæ vetus forma.*

§. MATREMFAMILIAS. Tribus modis† olim vxor habebatur, vſu, farre, em- 1
ptione. Confarreatio ſolis pontificibus conueniebat: nec enim ad eam dignitatem admit-
tebantur, niſi confarreatis parentibus geniti, vt Cornelius Tacitus ſcribit. Emptio quibuſ
dam ſolennitatibus peragebatur, & ſe coëmendo inuicem interrogabant: vir†, an ſibi mu- 2
lier materfamiliâs, illa, an vir ſibi paterfamiliâs eſſe vellet: reſpondebántq; inuicem velle:
atque ita mulier in viri manũ conueniebat: & erat materfamiliâs viro loco filiæ, vt ex Vl-
piani autoritate in Topic. Cic. Boëthius refert. Si verò abſque hac ſolennitate nuptiæ con
tractæ fuiſſent, huiuſmodi vxor vſu habebatur. Conſentiunt igitur Cice. Boëthius, Vlpia-
nus, Aul. Gell. cæteríque antiqui, matremfam. ſolam apud veteres fuiſſe, quæ coëmptione
nupſerat, & in manum, id eſt, poteſtatem viri conuenerat: in eius enim familiam ſic tran-
ſibit. Sed hæc antiquitus fuere: nam longa conſuetudine obliteràtis illis ſolennitatibus, ex
pudicitia * & bonis moribus materfamiliâs appellari cœpit. Sumitur † tamen ſignifica- 3
tio quandoque etiam ſtrictius, vt ſolam matronam compræhendat, quæ notæ ſit autorita- 4
tis[2]: ſiquidẽ dicebat Euripides, Famã mulieris, non formam vulgatam eſſe oportere. Latiùs
verò capitur, cùm de qualibet fœmina intelligimus, quæ ſui ſit iuris, vt Acc. ait[3]: quod non
arbitror verũ, niſi adſint & boni mores, vt in exemplo viduæ, quod Iuriſconſultus adfert.

2 l. deinde. in fi. de li. exhi.
3 l. nam ciuium. de his qui ſunt ſui.

SVMMAE.

1 *Soluere variè accipi.* 5. 4 *L. iiij. ff. de rei iudi. ſenſus.*

LEX XLVII.

LIBERATIONIS. Soluere †, eſt eum, qui alligatus ſit, liberũ face- 1
re: inde qui præſtitit quod debet, ſoluiſſe dicitur, & ſe ab obligationis ne-
xu liberaſſe: quò fit, vt propriè ſolutionis verbum * liberationíſque, eiuſ- 2
dem ſit ſignificationis[4]: atque ideo ſiue debitor ſatisfecerit, ſiue acce-
ptilatione ſit liberatus, dicetur ſolutus. Quòd ſi lex non ſimpliciter de ſo
lutione loquatur, ſed pecuniã ſolui requirat, tunc acceptilatio * non ſuf- 3
ficeret[5]: in ea enim pecunia non interuenit. Nec nos† mouet, quòd edictum prætoris, quo 4
iudicatis vt pecuniam ſoluant, mandat, ſibi locum non vendicat aduerſus eum, qui acce-
ptilatione ſit liberatus[6]: quoniam in eo edicto pecuniæ mentionem prætor fecit, non quòd
acceptilationem excludere vellet[7], ſed vt oſtenderet non ſufficere iudicato, ſi ſatisfaceret
putà datis pignoribus, vel fide iuſſore, ne obligationes ex obligationibus fierent. Alij ta-
men† frequentiore calculo diſtinguunt, vt de ſtricta ſignificatione ſoluiſſe non dicatur, ni- 5
ſi qui pecuniam numerauit: latiore verò ſenſu, quoquo modo quis ſit liberatus, cenſeatur
ſoluiſſe. Sed hoc non tamen impropriè erit quandoquidem * poteſt vna & eadem dictio & 6
ſtrictè & latè accipi, vtroque tamen modo propriè[8].

4 l. ſolutionis. §. de ſolut.
5 l. ſolutam. de ſolut.
6 l. iiij. §. ſoluiſſe. de re iud.
7 d. l. iiij. §. ait.
8 glo. cum lege. de teſtam.

SVMMAE.

1 *L. Qui neque. varia lectio. 4. & ſenſus. 3.*

LEX XLVIII.

QVI NEQVE SEQVANTVR. Accurſ. † varias his verbis inter- 1
pretationes adfert. Aliqui enim in libris Caij Iuriſconſulti ita inſcriptum
titulum credidêre, alij eum qui prætoris edicto obſequi non tenetur, coram
tribunal peruim minimè eſſe deducendum[9]. Sunt & qui adfirment, ſicut in
ius * de domo ſua vocatus ſequi viatorem non tenetur, ita nec inuitum de- 2
bere deduci[10]. Ipſe arbitror interpretari Caium † eiuſdem ſignificationis eſſe ſequi & du- 3
ci: quandoquidem is ducitur, qui ante ſe quem ſequatur, habet. Vnde & Duces dicti, qui
præcedunt. Vergilius: Dux fœmina facti. Hinc & Senecæ verſus: Ducunt volentem fata:
nolentem trahunt. In antiquis† ſanè codicibus ſic inſcriptum legitur: Caius libr. 1. ad edi- 4
ctum prætoris vrbani, titulo, qui neque ſequuntur neque ducuntur.

9 l. in criminali. C. de iur. omn. iud.
10 l. plerique. de in ius vocando.

SVMMAE.

1 *Solutus, omnino liber: alioquin contrá.* 3. 2 *L. Qui in carcerem. quod metus cauſa. extenſio.*

§. SOLVTVM. Solutus† ergo is dicitur, cui recedendi eſt libera facultas[11], non ſi ad- 1
huc ſub cuſtodia ſit. & idcirco cùm promiſsio in carcere ei facta qui iniuſtè me in eum lo-
cũ detruſit†, nullius ſit momenti[12], ſi extrà deductus, aſsiſtente tamen aliquo cuſtode, eam 2
ratam habuerim, nihilo magis confirmatur. Sed † cùm poſsit iudex ex cauſa, vel propter 3
viri pro

11 l. ij. de libero hom. exhi.
12 l. qui in carcerem. quod metus cau.



4 viri probitatem, aut criminis leuitatem, alicui ciuitatem * pro carcere aſsignare, vel ſubua
dimonio dimittere[1], an huiuſmodi dicitur ſolutus? & hîc videtur probari, non eſſe ſolutũ[2].

1 Angel. l. ſi à bon. §. j. de rei vendic.
2 l. necnon. §. j. ex quib. cauſis maiores.

SVMMAE.

1 *Bona variè accipi. 7. 9.* 6 *Emphyteutæ, & ſuperficiarij diſcrimen.*
2 *L. Bonoru m. ſenſus.* 8 *Bonis ineſſe debita.*
4 *Beatorum duplex acceptio.*

LEX XLIX.

1 BONORVM. Bona† accipiuntur, & naturaliter & ciuiliter. Naturali-
ter, cùm id ſolùm ſignificant, quod beat, id eſt, prodeſt: vnde quod ſuper-
eſt, deducto ære alieno, bonorum appellatione naturali ſolùm compræ-
henditur. Ciuiliter verò id intelligitur, quod etiam onera admixta habet,
vt hæreditas, vel id quod bona fide poſsidemus: atque ita Accurſius inter
2 pretatus eſt †. Ego aliam fuiſſe Iuriſconſulti ſententiam exiſtimauerim:
3 nam bona * ex naturali ſignificatione omnia comprehendunt, quæ proſunt, ex ciuili ad fa
cultates tantùm referuntur. In naturali ſenſu eo modo hæc dictio accipitur, quo apud Græ
cos τὰ ἐσθλά, de quo extat diſtichon.

Ζεῦ βασιλεῦ τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδου. τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκειν.

Quod nos ita vertimus:

*Siue velint homines ſeu nolint, Iuppiter illis*
*Da bona: quæ mala ſunt, etiam cupientibus aufer.*

Hinc antiquis Iouis epitheton eſt optimi, quod Cicero interpretatur beneficentiſsimi.
Igitur cum ſenſu naturali bona dicerentur, quęcunque nobis benefaciunt, lex ciuilis ad fa
cultates noſtras hoc traxit: quoniã & hæ proſunt, vtiléſque nobis ſunt. hinc diſtinctio bo-
norum corporis & animi apud Philoſophos.
4 BEATOS. Beati† dicuntur * diuites, quia cæteris prodeſſe poſſunt, & debẽt. Iuuena
5 lis: Vetulæ veſica beatæ. Sic appellantur etiam felices, non abſimili ratione. Vergil. O tér-
que quatérque beati. Fit & inde diminutiuum beatulus, Perſio eodem ſenſu. Beatulus alto
Compoſitus lecto.
6 SVPERFICIARIA. Bona† hæc ſunt eius, qui in alieno ſolo ædificium poſsidet:
nam vtilis in rem actio huic datur[3]: diſtátque ab emphyteuta, quòd ille & ſolum & melio-
rationes ſuas à domino recognoſcit, certámque ex hac cauſa penſionẽ præſtat: hic plerun
que nihil pendit, nec meliorationes à domino habere dicitur, niſi ſuperficiem quoque con-
7 duxerit, imò, finito contractu, indiſtinctè eas illi auferre licet. Et hinc argumentari† poſſu-
mus, ius quod quis ex conducto habet, bonorum appellatione contineri.
8 ET SI QVID. Quod † ergo nobis, vel actione in perſonã, vel petitione in rem,
vel officio iudicis debetur, in bonis computatur: nam & nuda bonorum appellatione du-
9 bium non eſt, nomina, huiuſmodíque iura cõtineri. Híncque † conſequens eſt, in generali
10 bonorum obligatione ea quoq; compræhendi, quę * bona fide poſsidemus, vt hîc traditur:
11 eorum enim cauſa nobis actio competit *, à Publicio prætore conſtituta[4]: quæ publiciana
in rem vocatur.

3 d. l. ij. §. de ſuperfic.
4 Rom. ſing. dcxxx.

SVMMAE.

2 *Nurus diſpoſitum ad pronurum trahi.* 6 *Diſpoſitum etiam de vlterioribus accipi.*
3 *L. Nurus explanari.*

LEX L.

1 NVRVS. Cum in aliquo * actu ſit nurus mẽtio, de pronuru quoque, & vl
teriùs intelligi poteſt. quapropter cũ in edicto prætoris infames pro qui-
buſdam affinibus, & nuru poſtulare permittantur, poterunt etiam pronu
rum tueri[5]. & cùm rupto teſtamento per petitionem bonorum poſſeſsio
nis contra tabulas conſeruetur legatum nurui pro dote factum, idẽ erit ſi
pronurui debeatur[6]. & ſicut poſſumus nurui noſtræ donare, & ita pronu-
2 rui[7]. Hæc tamẽ interpretatio nõ procedit†, cùm ipſius nurus perſonã tantùm reſpicimus:
3 vt ſi tibi promiſerim pro tua nuru, nõ intelligitur de pronuru[8]: propriè† enim nõ eſt nurus,
4 quod indicat Iuriſconſultus, dum dicit, appellationem porrigendam. porrigere enim * eſt
extendere: alioquin dubitandum non erat, an ſicut eam, quæ ex adoptiuo filio nurus fuit,
vxorem ducere non licet, ita nec pronurum liceat[9]: itémq; an edictum prætoris, quo qua-
lemcunque fideiuſſorem nurui in iudicio ſiſtendæ ſufficere ait, at pronurum extendatur[10].
5 Sanè ſicut appellatio nurus ad pronurũ protenditur: ita & ſoceri †, generi, nepotis, aui, ad
pro

5 l. cui. §. affinitates. de poſtulatio.
6 l. virilis. §. nurus. de lega. præſtan.
7 l. iij. §. ſocrui. de don. inter vir.
8 l. ſi quis ita. de teſta. tut.
9 l. adoptiuus. §. nurus. de ritu nup.
10 l. ij. §. prætor. qui ſatiſd. cogan.

1 l.Gallus.§.forſitan.vbi di xi.de libe.& poſthu.

proſocerum, progenerũ,† pronepotem, proauum[1]: quod inferiùs ſuo loco explicabimus. 6

SVMMAE.

1 ☞ Parentes aſcendentes omnes dici quandoque cognatos. 7.
3 Maiores variè accipi.
4 Maiores de patre & auo plerunque intelligi.

LEX LI.

APPELLATIONE. Parẽtis† appellatione pater, auus, proauus, aba 1
uus, atauus, tritauus etiam ex ſermonis proprietate, continentur: quod
& in ſuperioribus benigna interpretatione admittendum eſt, alioquin
hi ſolùm maiores dicerentur[2]: atq; ita proprio vocabulo Romanos vſos
accepimus[3], non quòd pater, & auus, & deinceps, maiores non diceren-
tur, ſed quòd cum vltra tritauum * parentes non dicerentur, neceſſariò 2
qui† ſuprà erant, maiores appellabantur, vt parentes inſint maioribus: ſicut ſpecies ineſt 3
generi; nam & huiuſmodi dictio eos ſimpliciter quandoque compræhendit, qui natu maio
res ſunt: vt cùm M. Porcius Cato Tuſculo ortus primus ſui nominis in ſenatum allectus,
vetuſtiſsimos ſenatores, qui reipub. fundamenta iecerant, maiores ſuos apud Salluſtium
appellat. Quapropter Vallæ ſententiã nõ omnino probo, in Elegantiis ſuis à Iuriſcõſulto
noſtro diſſentientis. Et hinc receptũ eſt, vt† conſtitutio Pontificum, qua defunctos in ſepul 4
chro maiorum ſuorum tumulari debere cautum eſt[4], ita obſeruetur, vt in patris & aui cõ-
ditorium quis potius deferatur[5], quàm in eorum, qui deinceps fuerunt, locum. quod & ob-
ſeruandum erit, cùm principis edicto vnuſquiſque habitare in ea vrbe compellitur, in qua
ipſe & maiores ſui nati ſunt[6]: tametſi alij aliter. Sanè parentes* hodie vulgò intelliguntur 5
eiuſdem gentis, & inuicem quoquo modo coniuncti: quod & Hieronymum non latuit libr.
aduerſus Rufinum ij. Hinc & parentela*, quæ dictio apud Capitolinum in Gordiano legi 6
tur. Quapropter† in edictis, quæ vulgari ſermone concipiuntur, vel ab imperitis compoſi 7
ta ſunt, hæc ſignificatio erit accipienda. Si igitur perduellium parentes capiendi honoris
ius huiuſmodi edicto amiſerint, & adfines & cæteros aliqua ratione cõiunctos excludi An
gelus reſpondit[7], cui aſſentio: niſi ratio conſtitutionis aliud ſuaderet. Sed quod de parenti-
bus Iuriſconſultus inquit, an idem eſt & de patre? & Accurſ. negat[8]: propriè enim* ad ſolũ 8
genitorem refertur: interpretatur tamen * plerunque lex, vt patris nomine auus demon- 9
ſtrari intelligatur[9].

2 l.iiij. §. prætor. de in ius vocan.
3 l.fi.§.parentes.de grad.
4 Old.conſ.xxv.
5 l.lex quę.verſ.maiorum. C.de adm.tuto.
6 Iaſ.d.l.iiij.§.prætor.
7 §.œconomis. in auth.de aliena.& emphyt.
8 l.lege.de ritu nup.
9 l.iuſta.§.eod.

SVMMAE.

2 ☞ Patronus, eiúſque officium.
4 L. Patroni. ſenſus.

LEX XLII.

PATRONI. Sicut domino* ſubiicitur ſeruus, ita patrono libertus. Ac 1
cipitur & patronus † pro defenſore eorum, quos in clientela habet, pri- 2
múmque locum poſt patrem in officio apud clientem obtinere patronus
debet. Hinc & iura patronatus, quæ vel in libertos habemus vel in clien-
tes, quorũ hodie inſtar obtinent, quos barbara voce* Vaſallos vocamus. 3
Sanè huius † reſponſi duplex eſt interpretatio: poteſt enim intelligi, vt 4
quæ iura de patrono loquantur, eadem & de patrona, quæ ſeruum manumiſerit, intelligi
debeant: quandoquidem dubium non eſt, quin maſculinum (vt vulgò dicitur) *fœmininũ 5
contineat: atque is ſenſus omnium calculo probatur, niſi quòd aliter ſpeciali ratione con-
ſtitutum quandoque legere eſt[10]. Poteſt & alio modo accipi, nimirum vt quod de patro-
no dicitur, de eius quoque vxore dictum cenſeatur, vt patronam hic pro patroni coniuge
declaremus. Verùm hæc expoſitio haudquaquam placet, quoniam huiuſmodi* propriè 6
patrona non eſt: licet bonis moribus conueniat, huic etiam reuerentiam à liberto exhibe-
ri, & ideo* ſine venia in ius vocari non debeat[11]. 7

10 l.ſicut patronus. de ope. libert.
11 l.j.C.de in ius voc.

SVMMAE.

2 ☞ Solutam orationem ex re accipi.
3 Coniunctionum, diſiunctionúmque notæ.
5 Copula iungit ex re, cauſiſque contrà. 7. 8.
11 Gentiles variè accipi. 4.
13 Duodecim Tab. lex de inteſtatis, explicatur.
15 Diſiuncta ex re, cauſiſque concurrere. 17. 21.
19 Diſiunctorum ſpecies & vis.
20 L. ij. ad leg. Aq. ff. ſenſus.
23 Interdum, vocis natura.
25 Diſſolutionis natura & formulæ.
26 Soluta iungit, diſiungitque ex cauſis.
28 Patronatus redempti effectus.
29 Redimenda ſunt expreſſa tantùm.
30 L. ſæpe. verſi. item. ſenſus. 33. 36. 37.
35 Conſultorem non, niſi ex cauſa, delicto eximi.
38 Conatum ſine effectu ex cauſis non plecti.

LEX



LEX LIII.

SAEPE ITA COMPERTVM[1]. Proſequitur eleganter Iuriſcon
1 ſultus, & declarat, quemadmodum plerunque vna dictio* pro alia poni-
tur, vt coniunctiua pro diſiuncta: & cùm nulla appoſita eſt, quo caſu ora-
2 tio †dicitur ſoluta, id eſt, neque coniunctim, neque diſiunctim connexa,
3 fieri interpretationem ex ſubiecta materia. Sunt † autem coniunctæ di-
ctiones, Et, que, atque, ac: Diſiunctæ, aut, vel, ve, ſeu. Addit Diuus Augusti-
4 nus in ea, quam ſcripſit grammatica, voculas, ſiue particulas, nec, neque, † diſiunctiuam
eſſe[2]: quod noſtri non admitterent, coniunctim enim negant. & ideo quamuis alterum
non fiat, committitur ſtipulatio[3].
5 CONIVNCTA PRO DISIVNCTIS. Negari non poteſt, quin †regularis
coniunctiuæ ſignificatio ſit, vt coniungat, & vtriuſq; coniuncti concurſum requirat[4]: quod
procedit, niſi ex re ipſa, vel argumẽto, de quo agitur, aliud iudicari æquum ſit. Quid enim,
ſi repugnantia copulentur? tunc dubium non erit pro diſiũcta accipi: vt cùm quis fundum,
ciúſque vſumfructum Titio legat[5]. Quid, ſi eiuſdem ſignificationis duæ dictiones coniun-
gantur? nam & tum ad diſiunctam, vel potiùs expoſitiuam ſignificatio trahetur[6]. Quid, ſi
6 ſecundum hunc ſenſum abſurdum aliquod conſequeretur? vt cùm quis filios * & hæredes
ſubſtituit[7], vel filiis, & hæredibus ſtipulatur. Sed & vbi verba, inter quæ copula additur, ex
ſe principaliter, non autem alterius reſpectu, proponuntur, diſiunctim fit interpretatio, vt
lege XII. Tabular. cùm dicitur, AGNATORVM GENTILIVMQVE HAEREDITAS
ESTO: prius enim agnati admittuntur: nam & hoc æquitas ſuadet. Sicut cùm pater filios,
7 & nepotes inſtituit[8]. Cæterùm† & idem eſt, quoties orationibus ſeparatis cõiuncta interſe
ritur, quæ & ipſæ alicuius ſpeciei reſpectum non habent: vt ſi lege notari infamia dicantur,
qui depoſitum abnegauerint, & qui pro ſocio, tutelæ, mandati condemnati ſunt[9]: & qui ca
8 lumniæ præuaricationíſque iudicati ſint. Eadem ratione† concurſus non fit, cùm duo ad-
iectiua multitudinis numero abſque aliquo ſubſtantiuo proferuntur[10]: vt, lego empta & pa
rata gratia vxoris: perinde enim eſt, ac ſi dictum eſſet, lego empta, & lego parata. Idémque
eſſe arbitror, quoties ea adiectiua ſubſtantiuum reſpiciunt generale, vel indefinitum[11]: vt
idem ſit, ſiue empta, & parata legantur, ſiue res emptæ, & paratæ: prioris enim legati verba
9 in hæc reſoluuntur. Quapropter cui veſtes emptæ, & paratæ legantur, *eas etiam obtine-
bit, quæ paratæ, licet non emptæ ſint[12]. Si igitur alicui ſeruos vernas, & textores legauero,
mihi verius videtur etiam eos deberi, qui ſimpliciter vernæ, vel textores ſint[13]: quod Soci.
10 probauit, licet Bar. diſſentiat. Sed & ſi nomina appellatiua* coniunctim prolata proponan
tur, ſi materia odioſa non ſit, putarim hunc concurſum nõ requiri: vt cũ quis medicis, & do
ctoribus legat: nec enim requiremus eundẽ & medicũ & doctorẽ eſſe[14]. Idẽ in cõſtitutione,
quæ debitores fugitiuos & ceſſantes aliqua pietate proſequatur[15]. quòd ſi odioſam quandã
ſeueritatem exerceat, non niſi qui idẽ & ceſſans & fugitiuus ſit, ea coërceri humanius eſt[16].
AGNATORVM. Verba ſunt legis XII. Tabu. quorum mentio eſt libro Rhetorico-
rum ad Herennium primo: SI PATERFA. INTESTATVS MORITVR, FAMILIA
PECVNIAQVE EIVS AGNATORVM GENTILIVMQVE ESTO. & rurſus: SI
FVRIOSVS EXISTAT, AGNATORVM GENTILIVMQVE IN EO, PECV-
11 NIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. Sunt autem gẽtiles, quos vulgò †vocamus, eiuſ-
dem parentelæ. Eos etiam ita in Topicis Cicero definit: Gentiles ſunt, qui eodem inter ſe
nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum maiorũ nemo ſeruitutem ſeruiuit: nam
12 ſine dubio latior gentis, * quam familiæ eſt ſignificatio. Sueto. in Nerone: Ex gente Domi
tia duæ familiæ claruerunt. Et rurſus in Cæſare: Cuius gentis familia eſt noſtra. Igitur gen
13 tis nomen agnatos, & cognatos cõtinet. Vnde† cùm priùs agnatorum mentio facta ſit, ſe-
quitur vt de cognatis ſub gentilium appellatione accipiamus: quam interpretationem Ac
14 cur. probat. Alij† gentiles clarioris familiæ agnatos exiſtimant, quam interpretationem in
lege duodecim Tabularum, propter Ciceronis definitionem probauerim: poſteà enim
etiam, qui à ſeruis oriundi erant, gentiles dicti ſunt. Plin. lib. XXXIII. Singuli Marcipores,
Luciporéſue dominorum gentiles vitam in promiſcuo habebant.
15 AT CVM DICITVR. Diſiunctiuæ† dictiones ſunt, aut, vel, ve, ſeu, ſiue: in his re-
gula eſt, vt non vtrunque diſiunctum, ſed alterum tantummodo requirant: quæ tamen ple-
runque non obſeruatur, vt cùm alterum ſine altero eſſe nequit: veluti in lege, qua iubetur
tutorem ſuper pecunia, tutelâue pupilli dari: cum enim pupilli cuſtodiæ tutor datur, con-
ſequenter etiam rebus datur, curáque pecuniæ pars adminiſtrationis ipſius tutelæ eſt:
16 nam & cùm inter genus & ſpeciem * diſiuncta ponitur, plerunque in coniunctam tran-
17 ſit[17]. Sed & ſi † Titium, vel Seium inſtituero, vel tutores conſtituero, vel legatum fi-
deíue commiſſum illis dedero, coniunctim huiuſmodi diſpoſitio accipietur[18], ne pro-
pter perſonæ incertitudinem reddatur inutilis: quod & generaliter admittendum eſt,

1 alias comparatum.
2 l.ſi ita quis ſtipu.§.de verborum oblig.
3 l.ſi is qui ducenta.§.cùm ita.de rebus dubiis.
4 l.ſi hæredi.de cond.inſti.
5 l.ſi Titio.de vſufruct.leg.
6 l.j.§.de pact.
7 Bar.l.Gallus.§.etiam.de lib.& poſthu.
8 dic.l.Gallus.§.j.
9 l.j.de his qui not.infa.
10 l.ea tamen.de leg.iij.
11 l.j.de iuſt.& iure.
12 l.qui concubinam.de legat.iij.
13 d.l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.de rebus dubiis.
14 Bal.& Iaſ.d.l.j.
15 Roma.conſi.ciiij.pater.
16 Ang.conſi.xvj.viſis.
17 l.Q.Mutius.de aur.& argen.leg.
18 l.penult.C.eodem.

ff v quoties

quoties vel ex vi verborum, vel ex aliis legibus, vel ex præſumpta loquentis mente hoc
infertur. Primi caſus exemplum eſt in dictione ſeu [1], quæ * ampliandi vim habet: quapro- 18
pter ſi quis donet pecuniam, quam Peruſij, ſeu Patauij habet, vtráque donaſſe intelligitur:
idem enim eſt, ac ſi pecuniam, quam Peruſij, vel etiam Patauij habet, donaſſe ſe dixiſſet:
quoniam diſiunctiua † hæc duplex, ſubdiſiunctiuæ, coniunctæque ſimul vim habet [2]. Secun- 19
di exemplum in lege Aquilia † accipitur, cùm in ea punitur, qui quadrupedem, vel pecu- 20
dem iniuriâ occiderit: declaratur enim alibi quadrupedem, id eſt, pecudem intelligi debe-
re, vt diſiuncta pro expoſitiua ſcripta ſit. At cùm quis ita ſubſtituit, Si filius meus, aut filia
hæres non erit, Seius eſto: clarum † eſt ex mente teſtatoris diſiunctam pro coniuncta acci- 21
pi [3], ne cum altero filiorum concurrat extraneus. Idémque in ea ſubſtitutione, ſi filius meus
inteſtatus, vel ſine liberis deceſſerit [4]: non enim veriſimile eſt, voluiſſe teſtatorem nepo-
tes ſuos excludere, quia filius teſtatus non ſit.

1 l.ſi quis ita.de au.leg.
2 l.ij. ad legem Aquiliam.
3 d.l.ſi is qui.§.ſi.
4 l.generaliter.C.de inſtit.

CVM VERO DICIMVS. Soluta * pro ſeparatis poni præter regulam eſſe 22
oſtendit dictio, Interdum, † cuius natura eſt de frequentioribus caſibus excipere: niſi ergo 23
ex ſubiecta materia aliud appareat, ipſe * arbitror ſolutam orationem in coniunctam ma- 24
gis, quàm diſiunctam inferre. Vnde cùm verba tunc coniuncta dicantur, alterutrum fieri
nō ſufficiet [5]: licet alij aliter, etiam crebriore calculo. Contra quos etiam eſt veterum Rhe-
torum ſentētia, qui διάλυσιν, id eſt, diſſolutionem vocant, quam Iuriſconſultus hîc ſolutam
dicit: eam ſic Cicero definiuit. Diſſolutio eſt, quæ † coniunctionibus verborum è medio 25
ſublatis, partibus ſeparatis effertur hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obſe-
quere amicis, obtempera legibus, Item: Deſcēde in integram defenſionem, noli quicquam
recuſare, da ſeruos in quæſtiones, ſtude verum inuenire. Quod loquendi genus & acrimo-
niam habet, & vehementiſsimum eſt, & ad breuitatem accommodatum. Hæc ille. Cæte-
rùm † dubium non eſt, in quibus caſibus diſiuncta impropriè accipitur, vt coniungat, mul- 26
tò magis ſolutam coniungere. & rurſus: quoties coniuncta diſiungit, & ſolutam diſiunge-
re: videtur enim huiuſmodi ſoluta oratio ambigua eſſe, quæ in alterutram ſignificatio-
nem commodè verti poteſt. Sanè in huiuſmodi oratione illud propriè procedit, quod quan
doque Accurſius dixit, punctum * loco copulæ eſſe. 27

5 l.in eo.§.vbi.§.tit.j.

SI DONVM, MVNVS. Edixerat prætor [6]: ſi donum, munus, operas à pa-
trono impoſitas libertus † redemiſſet, aduerſus eius tabulas bonorum poſſeſsionem pa- 28
trono non daturum. Pone † ergo ſolùm donum fuiſſe impoſitum, vt libertus poſsit liberè 29
teſtari, illud debebit redimere: non autem deſideratur, vt etiam non impoſita redimat.
quod ſi munus quoque & operas impoſuerit, etiam hæc redimenda ſunt.

6 l.Iulianus.j. de bo.lib.

ITEM DVBITATVM. Eum, † cuius ope, conſilio, furtum factum ſit, furti teneri 30
lex ait: vnde dubitatum eſt, an coniunctim hæc verba accipi deberent, an ſeparatim: va-
riauerúntque in hoc antiquorum ſententiæ; ſed Labeo eos, qui ſeparatim accipienda di-
xerunt, probauit, quod aliud ſit conſilio, aliud ope furtum fieri. Vnde, qui ſolam opem * ad- 31
hibet, furti tenetur: tametſi ipſe non conſuluerit furtum fieri debere. quod vt verum ſit, de-
fendi tamen & illi poſſunt, qui coniunctim accepēre: quoniam non ſat ſit opem præſtare,
niſi eo cōſilio, id eſt, animo præſtetur, vt furtum fiat. Si ergo conſiliū * pro ſuaſione accipia- 32
mus, ſoluta illa oratio diſiunctiuè: ſi pro doloſa adiuuantis intentione, coniunctim intelli-
getur. Et hic verus eſt huius reſponſi ſenſus, quem nec Accurſius nec cæteri ſatis percepēre.

ALII CONDICI. Scilicet † ei, qui opem tulerit: quod tunc procedit, cùm ad eum 33
res peruenit, vel cùm fur ſoluendo non eſt [7]: ipſe enim in ſubſidium tenetur, alioquin nec
contra eum, qui opem præſtitit, furtiua condictio competit: atque ita vulgò dicitur [8].

NON POTEST. Scilicet ei, qui conſuluit, quādo aliàs furtum facturus quis erat [9]:
atque ita Accurſius ſenſit, & plerique ſequuti ſunt [10]. In dubio tamen contra conſultorem
præſumemus, * eum videlicet cauſam delicto præſtitiſſe: nec enim poſtquam quis omnino 34
furari conſtituit, ſolet conſilium petere, ſed cùm adhuc dubius eſt. Quapropter, † qui conſi 35
lium dediſſe probatus fuerit, furti condemnabitur, niſi ipſe oſtendat, etiam ſi non conſu-
luiſſet, nihilominus furem idem fuiſſe facturum [11]: nam tunc leuiore pœna arbitrio iudi-
cis, ex communi ſententia adficietur [12]: vt meritò antiquum carmen celebretur, Malum
conſilium conſultori peſsimum.

CONSILIVM MALIGNVM. Id † intellige, vt ſi criminaliter agatur, 36
lata culpa non idem valeat, quod dolus [13]: quòd ſi ciuiliter, cum in cauſa furti, qui condem-
natus eſt, ipſo iure notetur infamia [14], videtur tunc latam culpam ſufficere: qua de re ali-
bi latiùs diſſeritur [15].

SECVTVM. In † ſimplici conſilio, cogitationéq; vera Iuriſconſultus prodit, quòd ſi 37
vltra conſilium conatus aliquis interuenerit [16], in atrocibus delictis regula eſt pœnā irroga
ri [17]: in leuibus non irrogari [18]. Qua ratione ſi etiam de atroci crimine ciuiliter agatur [19], co
natus † ſine effectu non punitur. idémq; eſt, quoties delictū nihil nocuiſſet: vt cū quis falſum 38
committit

7 l.peculium.§.ſi opem.de pecul.
8 l.proinde.de cond.fur.
9 l.non ſolum.verſi. Attilicinus.de iniu.
10 c.j.de offi.deleg.
11 Ang.l.furti.§.ope.de fur.
12 ca.ſicut dignum. §. quia verò.de homic.
13 l.lege Cornelia. de ſica.
14 l.j.de iis qui not.infam.
15 l.in actionibus.de in lit. iurando.
16 l.is qui cum. C. de ſicar.
17 l.ſi quis non. C.de epiſc. & cler.
18 l.j.quod quiſque iur.
19 Bal.l.ſi conſtiterit.C.fin. regundo.



committit, quod alicui damnum inferre non poteſt [1]. Idémque ſi ante delictum quis ſponte
pœnitentia ductus deſtiterit [2]. Cæterùm & in hac re in primis legis verba penſitanda ſunt:
nam ſi actum perfectum verba reſpiciunt, qui nondum perfecit non tenetur: vt cum infli-
39 gitur pœna, ſi quis appellauerit: actus enim conſummatio * per verbum præteriti temporis
denotatur [3]. aliud eſt in futuro, ſi appellabit [4]. Sed & vbi ipſo iure pœna irrogatur, perfectum
oportet fuiſſe crimen [5]: quod & in legibus municipalibus obſeruatur, quia interpretatio-
nem extra verborum vim non recipiunt. Aliud autem eſt crimen, aliud conatus: hic in iti-
nere, illud in meta eſt.

1 l.damus.C.de fal.
2 l.qui ea.de furt.
3 Cardi.c.præterea.de app.
4 Ioan.And.c.perpetuò.de elect.in vj.
5 Bart.l.j.de ſica.

SVMMAE.

*1 ☞ Creditor non niſi euentu conditionis dici.* *7 L.Conditionales explicari.*
*5 Creditores conditionales diſpoſitis ineſſe.* *8 Spei acceptio multiplex, & effectus.*

## LEX LIIII.

1 CONDITIONALES. Creditor, † cui ſub conditione debetur, in-
terim propriè creditor non eſt, cum ab inuito extorquere nihil poſsit: ſed
2 poſt euentum conditionis verè eſt creditor. quę conditio * cùm in contracti-
bus retrò trahatur, cenſetur vſque à principio creditor fuiſſe [6]. Et ideo diſpo
3 ſitio † quæ generaliter de debitoribus verba faciat, in dubio de eis quoq; in-
telligetur, qui ſub conditione debuerunt. Quapropter cum teſtator hæredi mandaſſet,
vt omnia debita Titij diſſolueret [7]: reſpondere plerique etiam ad dotem, quam ſoluto ma-
trimonio vxori ſuæ Titius reſtituere omnino debebit, obligari. Nam & ſi conſtitutum ſit,
vt, re venali proſcripta, teneantur qui ius habent, illud in ſcriptis intra certum terminum
exhibere, aliàs ea res emptori euinci non poſsit [8]: cenſuerunt veteres ius, quod ſub condi-
tione competere poteſt, in profeſsionem redigendū: non enim huiuſmodi legis verba ma-
gis ad præſens, quàm ad futurum tempus referuntur. Accedit his, quòd fideiuſſor ſub cōdi-
4 tione, * ſi principalis nō ſoluerit, promiſiſſe videtur, & tamē dubiū nō eſt, quin debitor ſit [9].
COMPETITVRA. Vt quia promiſſum ſit, cùm morietur: certum enim eſt hanc
5 conditionem * aliquando euenturam. Vera tamen conditio illa eſt, quæ omnino * eſt incer
6 ta, ante cuius euentum non oritur nec obligatio, nec actio, vt infrà adtingemus [10].
7 VEL QVI SPEM. Videtur hîc † probari, ſi ſpes nulla ſubſit, quòd conditio eue-
niat, creditoris loco non eſſe: ſicut nec illud pignus videtur, quod veriſimile eſt fore, vt nun
8 quam luatur, quod Barto. ſenſit [11]. Sanè ſpes † in iure variis modis accipitur: alia enim eſt,
quam vigilantium ſomnium Plato appellat, nos remotam dicimus: vt cùm agnatus agna-
to ſucceſſurum ſe opinatur: & hæc nullius effectus eſt. alia eſt paulò proximior, vt quam fi-
9 lius in hæreditate patris concepit: & huius quandoque * propter naturale votum parētum
ratio habetur [12]. alia eſt, quæ ex præſenti iure nititur, ſempérque in conſideratione eſt: vt in
eo, qui per fideicommiſſum alicui ſubſtitutus eſt: niſi enim huiuſmodi ſpes probabilis eſſet,
ei per cautionem fideicommiſsi nomine prætor non ſuccurreret [13]. Idem in eo, qui eſt ſta-
tuliber, & præſentem ſpem habet, vt quia hæreditas adita ſit: quod & in contractu condi-
tionali obſeruamus. Vnde illa clauſula, qua in contractibus ſolemus dicere, nos remitte-
10 re * omne ius, quod habemus, vel habere ſperamus, ad ius ſolùm præſens trahitur: vel ad fu
turum, quod tamen ex cauſa præſenti habere ſperamus [14], vt Barto. ſcripſit.

6 l.is cui. de act. & oblig.
7 l.i.l.ſi ſtipul.fuerim.§.j. de verb.oblig.
8 Raph.Iaſ.d.§.j.
9 Bar.l.j.ſi cer.pe.
10 l.cedere.
11 l.in quorum.de pig.
12 l.nec ei.§.præterea. de adoptionib.
13 l.ij.de ſtatulib.
14 l.poſt emancipationē.§.ſi.de lib.lega.

SVMMAE.

*1 ☞ Creditor non eſt, peremptoriè ſubmouendus. 4. eius effectus. 3.* *6 L.Creditor. ſenſus.* *8 Similium argumenta.*

## LEX LV.

1 CREDITOR. Quamuis † qui exceptione perpetua, putà pacti de
2 nūquam petēdo, excluditur, ipſo iure ſit creditor: imò, niſi exceptio * op-
ponatur, obtineat: attamen quia veriſimile eſt reū in re ſua fore diligen-
tem: & actori præſcripturum, talis creditor non intelligetur: conſiderat
3 enim lex effectum. † Et ideo ſi petente creditore velit lex etiam, indicta
cauſa, debitorem in carcerem detrudi, hūc caſum excipiemus: quoniam
4 nec † is propriè creditor eſt [15], qui exceptione perpetua ſubmouetur: nec propriè debitor,
5 qui * eam habet. idémque cùm dubium eſt, an perpetua exceptio futura ſit [16]: vt cùm pro-
miſi non petere, donec Titius conſul fiat.
6 SIMILIS EST. Sicut † enim conditionalis creditor euentum conditio-
nis, ita iſte diem expectat [17]: alioquin non paucæ ſunt differentiæ inter hos caſus. Sed ſuf-
7 ficit * ſimilitudinem eſſe reſpectu eius rei, de qua agitur [18]. Vnde † ſimilia dicuntur, quæ
8 eadem ratione innituntur, vel quæ in effectu, & cauſa conueniunt: idque potius obſerua-
bimus

15 l.creditores.§.eod.
16 l.ſufficit.de cond.indeb.
17 Bart.l.ita ſtipul.in j.q.de verb.oblig.
18 dict.l.ſufficit.

1 l.j.§.igitur.de exercit.
2 Iaſ.l. creditori. de ope. no.nunt.

bimus[1],quam formam,quamuis,quæ in forma non conueniant, diſsimilia plerunque appellentur. Vnde quod noſtrates Dialectici aiunt,vt tollatur* conſequentia, ſufficere inſtātiam, accipiendum eſt,ſi inſtantia de ratione deducat,non ſimpliciter de pronuntiato[2]. 9

S V M M AE.

1 ☞ *Inſtrumenta variè notari, cenſeríque.* 5 *Diſpungit excutiens.*
3 *Subnotandi forma.* 6 *Diſpunctionis natura,& vis.*
4 *Cognoſcit relegens.* 7 *Expungit delens.*

LEX LVI.

3 l.ſi.de bon.aut.iud.
4 Bar.in rub.ſol.matr.
5 l.ſi.ſtatulibera pœnæ. ad fin.de ſtatulib.

COGNOSCERE. Deſcriptio† ſubnotatio,diſpunctio rationū inſtrumentorúmue differunt.Deſcribimus*ea,quorum exemplum accipimus.Subnotamus,cùm† quaſi inuentarium conficimus[3],adſcribimúſque quot corpora inſtrumentorum ſint,& de qua re.Cognoſcimus† cùm ea legimus,atq; relegimus : qui enim rationes recognoſcit, verum eſt eū ipſas cognoſcere:ſicut qui reddit, dat : qui repetit,petit[4].Diſpungit† rationes, qui data & accepta confert,excutítque,& examinat. vnde & diſpūctio † pro diligenti percontatione,examinationéque accipitur[5]:idque hac (vt opinor)ratione,quia veteres ſolerent rationes,cùm data acceptáque conſtituiſſent, tranſuerſo puncto,confodere:hinc Iuuenalis,moroſam,auarámque mulierem deſignans,quæ rationes diu peractas, abſolutáſque recognoſceret:Longi inquit,relegit tranſuerſa diurni. Id etiam† expungere quandoque appellatur[6]:quod verbum reiicere quoque & de medio tollere ſignificat[7], quoniam ſuffragia puncto notabantur:vnde quos ceu indignos præteribant*expungere dicebantur. 8
(right margin: 1 2 3 4 5 6 7)

6 l.in omnibus.§.de diuer. præſcript.
7 l.penult.de re mil.

S V M M AE.

1 ☞ *L.pe.& fi.de pollic.ſenſus.* 3 *Naturales ex cauſis filios non dici.*
2 *Nepotes et filias in caſibus liberos non dici quandoque contrà.* 5 *Conditionē liberorum ſpurio legitimato non deficere.*
6 *Deſcendentes ex virili,& per virilem differre.*

8 l.pen.& fin.de pollicit.
9 l.j.de iur.immu.
10 l.quia tale.ſol.ma.

§. LIBERORVM. Huius reſponſi exemplum hoc affert Accurſius,ſi is,qui opus reipub.pollicitus,poſtquam inchoauerit,deceſsit[8], hæres† extraneus in quintam patrimonij partem tenetur:quòd ſi ex liberis ſit,ſolùm in decimam:interpretatúſq; † eſt diuus Pius inter liberos,nepotem quoque ex filia contineri[9],quam interpretationem non procedere in priuilegiis[10],quæ generaliter publicæ vtilitati derogarent,cōmuni ſententia receptum eſt. Idémque ſi lege municipali agnati fœminas excluderent : videtur enim tum teſtator, qui liberos inſtituit,prius de agnatis ſenſiſſe,& eum ordinem ſequutus,qui in inteſtati ſucceſsione ſeruandus erat[11]. 1 2

11 Bar.l. hæredes.§.cū ita. ad Trebell.
12 l.tutelas.de capit. dimi.
13 l.ex facto. §.j.ad Treb.
14 l.ſi.de iure delib.
15 c.ſtatutum.ij.de hæred. in vj.
16 Bar.l.quia.de in ius voc.
17 l.ij. §.legitimos. de excu.tut.
18 auth. ex complexu. C. de inceſt.nu.
19 Alb.l.filium. de his qui ſunt ſui.

SVI IVRIS. Vt emancipati, & naturales: regulariter enim appellatione filij, etiam naturalis comprehenditur[12]:naturæ enim id nomē eſt,non iuris ciuilis tantum : † & hoc,niſi teſtatoris conditio & dignitas[13],præſumptáue diſponentis mens aliud inducat[14]. Quid enim,ſi legitimi adſint?potiores certè illi eſſe debent. Quid item , ſi ab eccleſia emphyteutica bona pro ſe , & liberis aliquis acceperit?ad naturales enim peruenire ea non poſſunt:Nec veriſimile eſt de eis actum fuiſſe,qui abominato à iure[15] canonico concubitu orti ſunt:ſed & in materia odioſa humanius erit de eis non intelligi[16] dum tamen melior inde non fiat naturalium quàm legitimorum conditio,vel pater ipſe propter naturalium numerum priuilegia non conſequatur[17]:& hæc de naturalibus.At de ſpuriis aliud eſt : hos enim lex * pro filiis non habet[18]:Et ideo conditio,ſi ſine liberis deceſſerit , fideicommiſſo additа,propter ſpurium non deficit:quod ego† arbitror verum,etiam ſi per reſcriptū principis legitimatus ſit,quoniam lex incertum illi patrem tribuit,nec præſumit ex legitimante ortum. Vnde parentis fideicommiſſo grauati confeſsio & tractatus ipſi obeſſe debet,nō autem ſubſtituto,niſi verè probaretur ex eo natus , vt quia ex ancilla domi retenta , quæ cum alio non conſueſceret[19]. 3 4 5

20 Mod.l. Gallus. §.nunc de lege. ff.de liber. & poſthumis.

VIRILIS SEXVS. Differentia eſt,ſubſtituat qui† ex virili, ſeu per virilem ſexū deſcendētes,an per lineam virilē:nam primo caſu etiā fœmina ex filio vel nepote nata cōtinebitur,ſecundo non continebitur:non enim per lineam deſcendit niſi qui in linea eſt[20]. 6

S V M M AE.

2 ☞ *Magiſtros variè accipi: eorúmque diuerſa officia. 6.* 7 *Iuriſconſultorum gradus.*
11 *L.Cui.conciliari.*

LEX LVII.

CVI PRAECIPVA. Magiſtrare * moderari eſt , vt Feſtus inquit: vnde magiſtri † , non ſolum doctores artium, ſed etiam pagorum præfecti, quos vulgò Syndicos * vocamus : vel collegiorum, ſocietatúmve, quos Abbates appellant. Hinc & magiſter populi Dictator, & magiſter * haſtæ, qui auctionibus præeſt, & magiſter pecoris , ipſe cuſtos, & magiſter nauis:cui cura nauis demandata 1 2 3 4



demandata eſt.Sic autem dicti ſunt,quoniam magis cæteris poſſunt : vnde & magiſtratus,
5 qui*per imperia potentiores ſunt,quàm priuati.
6 CVIVSLIBET DISCIPLINAE. Hinc† legum Doctores magiſtri dicuntur,
7 putauerímque generaliter hoc nomine contineri† Baccalaureos, Licentiatos, Doctores.
8 Sicut enim athletæ tribus*coronis more Græciæ antiquo inſigniri debebant[1],ita in agone
9 literario tres ſunt diſtincti gradus.Primus , qui à bacca† laurea ſumpſiſſe nomen videtur, ſcholaſtico ordini proximior,quàm doctorum.Secundus ad eos pertinet, qui nondum in-
10 ſignia ſuſcepêre , electi tamen autoratiq; ſunt, tradúntque materia fauorabili * hunc pro Doctore haberi.
11 VEL MONSTRANDO. Atqui† ſuperius non à monſtrando,ſed quòd ma-
12 gis cæteris curā præſtare debeant,magiſtros dictos ait:ſed ipſe arbitror illam etymologiā, hanc alluſionem eius vocabuli eſſe. Verùm fingamus aliquem huiuſmodi curam non præſtare,an idcirco magiſter non erit?& aiunt eſſe:quoniam *nomen ab eo dicitur, quod fieri deberet,licet non fiat. Qua ratione & Pontificem & Auguſtum appellabimus,qui ad vitā æternam pontem non faciat,& qui Imperij corpus non augeat.

1 l.j.C.de athlet.

S V M M AE.

1 ☞ *§.Perſequi.explicari.veriùs.3.* 5 *Satisfactionem in lege, cautionem in hominum actu, ſolutionem accipi.*
2 *Perſequi,variè accipi.6.*

1 §. PERSEQVI. Accurſius† perſequi interpretatur,id eſt,conſequi:nam qui ſatis accepit,putà fideiuſſores[2] vel pignora,perinde habetur, ac ſi rem petitam conſequutus eſ-
2 ſet[3]:quæ expoſitio mihi non probatur quia propriè illud perſequimur, * quod nondum ſumus conſequuti: Quapropter & li.11. A.Gellius:Nō puto,(inquit)Cæcilium ſequi debuiſ-
3 ſe,quod aſſequi nequiret.Verior† igitur ſenſus eſt, vt quamuis aliquis ſatis acceperit,tamē
4 adhuc dicatur perſequi:quia ſatisfactio*pro vera ſolutione non eſt[4].In quo † tamen arti-
5 culo ſolet diſtingui:aut lex ſatisfactionem requirit,& ſufficit fideiuſſores , vel pignora offerre.aut ex forma contractus alicui ſatisfaciendum eſt[5],& ſoluere pecuniam opus eſt quoniam in his non de ſimplici ſecuritate creditoris actum videtur , ſed de actus perfectione,
6 plenáque liberatione,quam ſolutione demum facta,conſequimur. Sanè & † perſequi dicitur,qui officium iudicis implorat : quapropter ſi caueri mihi poſtulem per fideiuſſores,
7 quod in prætoriis ſtipulationibus regulare eſt[6],perſequi videbor :expediuntur*enim hæc officio iudicis[7].

2 l.item.§.j.quib.mod.pig.
3 l.ſi rem.§.dicimus. de pignor.act.
4 l.j.qui ſatiſd.cog.
5 Auth.ſi quando.C.de con ſtit.pecu.
6 l.j.§.ſtipu.de præto.ſtipu.
7 l.liubere.de iur.omn.iud.

S V M M AE.

2 ☞ *Geſta etiam ad priuata referri.* 5 *Catachreſis,& tranſlationis diſcrimen.*
3 *Κατάχρησις ex cauſa locus.*

LEX LVIII.

1 LICET. Quoniam ſuprà geſtam*rem ſignificare ſine verbis factam, ex Labeonis[8] ſententia traditum fuerat,eam differentiam Caius hîc tan quam nimis ſubtilem contemnit:quia καταχρηστικῶς, id eſt, abuſiuè inter
2 factum & geſtum nihil intereſt. Laurentius Valla geſta † referri ad rempub.maioríſque dignitatis eſſe tradidit,acta etiam de priuatis dici: quod non omnino probo,quandoquidem etiam de negotiis geſtis id verbum proferimus,qui tractatus ad priuatos pertinet.Ampla verò & faciendi eſt ſignificatio,quā hîc explicat Accurſius , nos alibi cōmodiùs attingemus.Id ex hoc reſponſo ſummè adno-
3 tandum eſt , vocem καταχρηστικῶς ( ſic enim in antiquis codicibus legitur) id eſt † abuſiuè,
4 plerunque propria & ſubtili interpretatione reiecta accipi: nimia enim iuris * ſubtilitas, crux eſt , vt antiqui dicebant : vnde illud Comici , Summum ius,ſumma iniuria eſt. Fab.
5 Quintilianus † κατάχρησιν figuram eſſe autor eſt , vbi proprio nomine omiſſo , aliud vicinum aſſumimus.Tranſlationem verò,vbi nomen proprium deeſt:quo fit , vt hanc neceſsitas excuſet,vſurpationem ornatus,vel ratio carminis.

8 l.Labeo.§.eod.

S V M M AE.

1 ☞ *Repudiandæ vxoris forma.* 3 *Libertus filij,patris non eſt, nec fratris.*
2 *§.Paternos.ſenſus & emendata lectio.5.6.*

1 §. PATERNOS. Solebant † Quirites cùm repudiare vxorē vellent[9], libertum ſuum huius rei nuntium mittere,quod & Satyra Iuuenalis indicat:

*Collige ſarcinulas,clamat libertus,& exi,*
*Iam grauis es.*

9 l.nullum. de diuor.

2 Dubitatum fuit,quem libertum ſuum intelligeremus:& paternum† quoque ſeu auitum
3 ſuum libertum eſſe Iuriſconſulti tradiderunt. Quòd ſi à filio † fortè milite caſtrenſis peculij

peculij ſeruus manumiſſus ſit, is libertus patris dici non poterit: miles enim eius patronus
eſt, non pater[1]. Cæterùm & filius, qui ex aſsignatione patris libertum habet, ſolus ei patro-
nus eſt, non autem frater[2]: quãuis etiam, quantùm ad eum, rectè paternus libertus dicatur.
NOSTRORVM LIBERORVM. Alij † codices habent libertorum: nã liber-
tus[3] liberti * mei, meus libertus non eſt. ſed verior hîc lectio eſt liberorum: nam † & in anti- 4
quiſsimis exemplaribus vna complexione ſic finitur: Paternos libertos noſtros libertos, li 5
berorum noſtrorum non rectè noſtros libertos dicimus. Sed an id obſeruabitur etiam, vi-
uente manumiſſore? & quia generaliter Iuriſconſultus † loquitur, veriſimile eſt hoc quo- 6
que caſu ſententiam hanc producendam: nec abhorret, vt patris libertus filij quoque ſit,
cùm rerum paternarum inuita patris filij quodammodo domini habeantur[4]. Cæterùm,
quamuis libertus filiifamiliâs militis, manumiſſore mortuo, patris libertus non dicatur,
deferetur tamen illi eius hæreditas, ſecundum Iuſtiniani conſtitutiones[5].

1 l. antepe. qui & à quibus.
2 l. j. de aſſeſſor.
3 l. Modeſtinus. ſ. eod.
4 l. in ſuis. de lib. & poſthu.
5 §. militis. inſt. de ſuc. lib.

S V M M AE.

1 ☞ *Portum variè accipi.*

L E X LIX.

PORTVS. Portum † antiqui plerunque pro inſula aut domo (vt Feſtus 1
inquit) dicebant: cuius rei rationem Iuriſconſultus hîc aſsignat, quòd, ſci
licet, merces in eam portarētur. Hinc à ſimilitudine, portus appellari cœ-
pta eſt, nauium * ſtatio, qua incluſæ naues à ventis tutæ eſſent: iſque fre- 2
quentiſsimus eſt huius vocis ſignificatus. Sed & angiportum, * anguſtam 3
viam inter portus, id eſt, domos, dixerunt: qua de re latiùs Grammati-
ci diſſeruêre.

S V M M AE.

2 ☞ *Fundi modum ex animo pendere: eo ceſſante, ad totum refertur. 4. 8.*
3 *Fundum variè ſtipulamur.*
5 *Parti ex cauſa cedit totum.*
6 *Locum variè accipi.*

L E X LX.

LOCVS. Locus * fundi portiuncula eſt, fundus * autem intelligitur ſe- 1
cundum domini mentem, qui ex vno plures fundos facere poteſt, ſi, qui- 2
bus quiſque finibus contineatur, deſignauerit: quapropter & minimam
partem fundum dicemus, ſi talis fuerit eius affectio. Hinc eſt, quòd † ſtipu 3
latio fundi in genere nullius eſt momenti, propter incertitudinem: offe-
rendo enim vel ceſpitem terræ liberaretur promiſſor, vt quidam ſcri-
bunt[6]. Sed & Mar. Ciceronis in quodam ioculari libello citantur hæc carmina:

*Fundum Varro vocat, quem poſsim mittere funda,*
*Ni tamen exciderit, quà caua funda patet.*

Igitur, † niſi affectio teſtatoris probetur, in dubio appellatione fundi de toto intellige- 4
mus[7]: nec vt ab hac interpretatione recedamus ſufficiet, ſi in plures regiones commodio-
ris culturæ gratia fundũ diuiſerit[8]. Sed & ſi tibi quis † partem fundi Corneliani legauerit, 5
deinde eadem ſcriptura fundum Cornelianum leget, non ſola pars, ſed totus debebitur:
pars enim fundi (vt diximus) tunc pro toto habetur, cùm ea affectio eſt teſtatoris, vt non
pars, ſed totum ſit. Quod in propoſita quæſtione dici non poteſt: quomodo enim pro inte-
gro fundo habuiſſe eum teſtator videtur, qui partem fundi tantummodo appellauit? vt me
ritò Pauli Caſtrenſis[9] ſententia, qui aliter exiſtimauit, reiicienda ſit. Cæterùm etiam ſi do
mini affectio non probetur, putauerim partem fundi pro fundo accipi debere, quoties de
falſo periurióque euitando ageretur: adiuuanda enim quoquo modo eſt interpretatio in
humaniorem partem.

LOCI APPELLATIONEM. Locus † vbi quid collocari poteſt, dicitur. eius aũt 6
μεταφορικῶς varia eſt ſignificatio, vt cùm dicimus quem loco obſcuro natũ, vel loco fratris
fuiſſe: illud enim ad genus nobilitatémq; refertur, hoc vicem denotat. Sed & Ariſtoteli Ci-
ceroníq; in partitio. orato. & in Topic. loca ſunt argumentorum * ſedes, hoc eſt, vniuerſa- 7
les propoſitiones, quæ particularia continent, ſicut loci corpora. In iure verò † quandoque 8
locus generaliter accipitur[10], & ex mente proferentis interpretationem capit. Qua ratio-
ne in prædiis vrbanis locus ſine ædificio dicitur area: in ruſticis, ager. At cũ ſpecialiter re-
ſpectu fundi locum dicimus, de portione aliqua accipimus. Quòd ſi fundi Tuſculani do-
minus ſimpliciter locum ſuum Tuſculanum legat, ne ex incertitudine legatum vitietur,
exiſtimauerim generaliter intelligendum, vt integer fundus debeatur: nam & huiuſmodi
expoſitio vulgari ſermoni alludit.

6 l. cùm poſt. §. gener. de iure dotium.
7 l. ſi defenſor. §. j. de interrogat. act.
8 l. Caius. in fin. de leg. ij.
9 l. planè. §. j. & fi. de lega. j.
10 l. fundi. ſ. eod.

S V M M AE.

1 ☞ *Obligationem tutiorem ineundi cauſæ, & modi.*
5 *Cautionis modus multiplex, & acceptio.*
6 *Repromittens ſatis non dat. ex cauſis contrà.*
8 *Repromiſſionis cauſſa, inopia.*

LEX



L E X LXI.

1 SATISDATIONIS. † Satiſdare * propriè dicitur, qui dat fideiuſſores[1].
2 Satiſfacit, * qui pignore, vel qualibet alia ratione ſecurum contentúmue
3 creditorem reddit[2]. Repromittit, * qui nuda ſtipulatione ſe obligat. Cauere
4 verò † variè accipitur: in diſpoſitione prætoria ſatiſdationem requirit[3], in
5 ciuili ſolam promiſsionem, cum hypotheca bonorum, vt quidam ſentiunt.
Quòd ſi lex, cauſa cognita, caueri velit, vel idoneè, plenè, rectè, competen-
ter, ſufficientérue, tunc arbitrio iudicis etiam ſatiſdandum erit[4], veluti ſi ſuſpectus ſit, qui
6 cauere debet, vel pignus præſtandum alias nullius effectus eſſet[5]. Sanè qui ſimpliciter † re-
promittit ex vi verborum, non videtur ſatiſdediſſe, licet lex propter creditoris cõſenſum
ita interpretetur: vt in defenſore, quem lex ſatiſdare iubet[6]. quod & in eo dicendum eſt, qui
euidentiſsimè ſit locuples: non enim lex, quæ ſatiſdationem requirit, de huiuſmodi homi-
ne ſenſiſſe videtur[7]: quod verum putauerim, cùm ſatiſdatio idcirco ſolùm requiritur, quia
quantum ad facultates, lex creditori conſultum velit[8]: ſed ſi etiam celeritatem perficiendę
7 litis reſpiciat, fideiuſsio * tum quoque præſtanda erit[9]: cùm noſtra quandoq; interſit, poſſe
cum fideiuſſore experiri, qui non ita litigioſus, & tergiuerſator ſit, ſicut principalis, quíque
8 bonam fidem fortè agnoſcet. Cæterùm & bonus † vir, qui compulſus ſatiſdare, propter
paupertatem non poſsit, repromittens cum iuriſiurandi religione, admittetur[10], ne eum
ad impoſsibilia obligare lex videatur, vel aliàs ius ſibi iam quæſitum amittat[11].

1 l. j. & ij. qui ſatiſd. cog.
2 l. j. de prætor. ſtipu.
3 l. ſancimus. C. de verb. ſig.
4 Alex. l. diuortio. §. interdum. ſol. matr.
5 l. in omnibus. de iudic.
6 l. v. §. nunc videamus. iudic. ſol.
7 l. quicunque. ij. C. de fun. pat. lib. xj.
8 l. j. vt leg. no.
9 l. minor. in fi. de procur.
10 Iaſ. l. j. in fi. qui ſatiſ. cog.
11 §. ſed hodie. inſtit. de ſatiſdat.

S V M M AE.

1 ☞ *Tignum, ædium materia.*
2 *Tignum variè accipi. 3.*
5 *L. Qui res. de ſolut. explicari.*

L E X LXII.

TIGNI. Legis duodecim tabularum verba hæc erant, quorum mentio-
nem feſtus Pompeius[12] facit: TIGNVM IVNCTVM AEDI-
BVS, VINEAVE ET CONCAPV NE SOLVITO.
Sunt qui exiſtiment legẽ XII. Tabul. ita conceptã: TIGNVM IVN-
CTVM AEDIBVS, VINEISVE NE SOLVITO, SED
DVPLVM, QVI IVNXIT, DATO. Declarat ea Iuriſconſul
1 tus, † vt tigni[13] appellatione omnis materia, ex qua ædes conſtant, contineatur. Vnde † regu
2 læ, lapides, cæmenta, calx, arena, atq; id genus ſimilia, hoc nomine cõpræhendentur[14]. Ti-
gna, enim à tegendo dicta ſunt. Qua ratione & fabri tignarij appellatione, omnes mate-
riarij, murarij, albariíque ſignificabuntur[15]. Huiuſmodi tamen interpretatio à communi
vſu loquendi abhorret: quandoquidem † tigna ſolent trabes appellari, quibus ſumma do-
3 mus contegitur: hinc & contignationes dictæ, quorum vocabulorum frequens mentio eſt
M. Vitruuio: vt hinc argumentum colligi poſsit, poſſe dictionem quamlibet, * quoties deri
4 uatio cum ratione legis conueniat, ſecundum eam accipi, tametſi communis loquẽdi vſus
repugnet. Sanè verborum † legis XII. Tabu. in iure quoque mentio eſt, vbi dicitur, quemad
5 modum ea lex tignum ædibus iunctum vendicari poſſe ſciſcit, ſed interim id ſolui prohi-
buit, pretiúmq; dari voluit[16]. Quo in loco Accurſius, ſi ſcit ſeparatim legit, nimirum igno-
rans, idem eſſe ſciſcere, quod confirmare: vnde & plebiſcitum dicitur.

12 libr. xviij. de verb. veter. ſignifi.
13 l. tigni. ad exhib.
14 l. j. de tig. iniuncto.
15 l. ferri. ſ. eod.
16 l. qui res. in fi. de ſolut.

S V M M AE.

1 ☞ *Penes dominij, apud perſonæ lociue nota.*
2 *Penes, & apud vſus promiſcuus.*

L E X LXIII.

1 PENES. Qui penes † ſe rem habet, plus iuris in ea habere videtur,
quàm qui apud ſe: idem enim eſt penes ſe habere, quod penitus apud
ſe, id eſt, in poteſtate, iure, dominióque ſuo, cùm dictio apud, ad perſo-
nam, vel locum ſimpliciter referatur: quod & Feſtus Pomp. probat, &
Lauren. Valla. Depoſitarius igitur, commodatarius, & colonus apud ſe
habet, dominus penes ſe[17]: licet confundi hanc differentiam plerunq;
2 animaduerterim[18]. Quapropter † ſi lege indicatur pœna illi, pœnes
3 quem furtiua res reperiatur, putauerim etiam, qui ſimpliciter ſciens * detineat, obligari:
tametſi ex hoc reſponſo, is non penes ſe rem habere, ſed potiùs apud ſe dicatur. nec enim
veriſimile eſt legiſlatorem ad huius tam ſubtilis differẽtiæ modulum verba ſua redegiſſe.

17 l. Titia. §. Caius. de legatis ſecundo.
18 l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.

S V M M AE.

2 ☞ *Inteſtabilis neutram teſtamenti factionem habet. 7.*
3 *Inteſtatum variè dici. 4. 5. 8.*
6 *L. j. de ſuis, & legitimis ſenſus.*

LEX

## LEX LXIIII.

INTESTATVS. Teſtari verbum* inter alia ſignificat ſuam ſen- 1
tentiam etiam expromere: vnde teſtimonium, & teſtamentum deduci-
tur: & inteſtabilis, † qui nec teſtimonium dicere, nec teſtamentum face- 2
re[1], ex teſtamentóue aliquid conſequi poteſt. Hinc etiam † inteſtatus de- 3
riuatur, cuius vocis triplex eſt ſignificatio: primò enim eum ſignificat,
qui teſtamentum non fecit, & hæc propria & indubitata eſt interpreta-
tio: quoniam (vt Bartolus [2] inquit) inteſtatus participium eſt, cuius ea eſt natura, vt poten-
tiam ponat, actum neget: quam rationem non ſatis ſcio, an Grammatici reciperent: cùm
enim præpoſitio verbo non conueniat, ſequitur vim nominis habere, non participij. alio-
quin inductus, infectus, inuiſus, inſolens, euidens, vim participij haberent, quod ipſi negãt.
Cæterùm † & is inteſtatus eſt, cuius teſtamentum iure defecit. vt quia iniuſtum, vel irritum 4
pronuntiatum eſt. Idem enim eſt teſtamentum omnino non facere, vel huiuſmodi facere,
quod nullum pronuntietur [3]. Secundò inteſtatus dicitur, qui † teſtamentum ex ſe quidem 5
validum fecit, ſed quod ex eo corruit, quia hæres inſtitutus noluerit adire: & hic ſenſus
quoque non improprius eſt. Dixit tamen Bartol. ſi lex aliquem admittat in eius ſucceſsio-
nem, qui inteſtatus decederet, verba legis hoc caſu ceſſare: non enim inteſtatus decedit is,
ex cuius teſtamento hæreditas non aditur, cùm tempore, quo decedit, verum ſit eum eſſe
teſtatum, licet deinde ex hæredis ſcripti facto reddatur inteſtatus. Sed hanc ego ſubtilita-
tem non approbo, quæ contra Iuriſconſulti verba eſt[4], eum † propriè inteſtatum deceſsiſſe 6
dicentis, cuius hæreditas adita non eſt, vt inde appareat dictionem hanc tractum habere,
& ad perfectionem temporis referri, quod non, niſi adita hæreditate, conſumitur. Tertio
inteſtatus dici poteſt etiam is, qui teſtamentum facere iure non potuit, vt pupillus, & furio-
ſus: & ideo ſi filio inteſtato cõſtitutum ſit agnatos ſuccedere, pupillo mortuo nihilominus
ſuccedent, matrémque excludent: quoniam † communi vſu etiam inteſtabiles, inteſtati di- 7
cuntur: ídque aliqui cum Barto. ſenſêre [5]. Sed frequentiùs in contrariam ſententiam itum
eſt, quòd † inteſtati impropriè hi appellentur, nec de hoc communi vſu quicquam appa- 8
reat: videtúrque agnatos in eius, qui teſtamentum facere poſsit, hæreditatem faciliùs ad-
mittendos, ex defuncti præſumpta voluntate, qui cùm teſtamentum nullum fecerit, voluiſ
ſe illis hæreditatem relinquere cenſetur. At in eo, qui, etiam ſi aliter diſponere voluiſſet,
non potuit, præſumpta nulla pro agnatis eſt voluntas. Nobis Bartol. ſententia potior viſa
eſt, cùm de communi Iuriſconſultorum vſu ex quampluribus legibus conſtet [6]: nec præ-
ſumpta voluntas teſtatoris * probabilis cauſa differentiæ eſt, cùm lex eam non ſequatur, 9
ſed ipſa legem. Voluntatem enim ſuam ſecundum leges regere, & moderari quiſque præ-
ſumitur: alioquin, ſi quis de facto impeditus teſtari non potuiſſet, agnati fuiſſent excluden-
di, quod abſurdum eſt. Sanè dubium non eſt, rectè propriéque de inteſtabilibus dici[7], eos ſi-
ne teſtamento, vel etiam ab inteſtato deceſsiſſe: quamuis propriè inteſtati non dicantur.

1 l. cum lege. de teſta.
2 Bar. l. j. de ſuis & legi.
3 Inſt. de hær. quæ ab inteſt. in princ.
4 dicta l. j.
5 Alex. l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſti.
6 l. qui duos. l. Lucius. de vulga. l. diuus. l. credendum eſt. qui pet. tut.
7 Alex. d. l. generaliter.

SVMMAE.

1 ☞ *Hæredem ad vlterioris, niſi ex cauſis, porrigi. 4.*

## LEX LXV.

HAEREDIS. Hæredis † appellatio etiam vltra proximum hæredem 1
extenditur[8]: vnde ſolemus dicere, hæredis * hæredem teſtatoris hæredem 2
eſſe: quod ex proprietate ſermonis, atq; etiam in pœnis procedit, vt apud
pleroſque tractatum eſt[9]. Quapropter conditio, vt hæredi Titio detur,
adimpleri in hærede hæredis poteſt [10]. Hinc & pater iure caſtrenſis pecu-
lij * rem filij mortui occupans, eius hęres dicitur[11], cui filius ipſe miles iam 3
ſucceſſerat: quod & Pontanus annotauit [12]. Sed & ſi de ſcriptis hæredibus mentio facta ſit,
etiam hæredem hæredis contineri, tametſi ſcriptus non ſit, plerique contendunt [13]. Verùm
id ipſe non ex vi verborum, ſed propter vtilitatem receptum eſſe arbitror: quando nulla
veriſimilis affectio magis in ſcripto hærede conſiderari poteſt, quàm in non ſcripto [14]. Et
ideo † generaliter ſecundum hæredem non contineri, ego ex ſermonis proprietate ſen- 4
tio, quoties ſcripti hæredis mentio fit: idémque, ſi infrà ſcripti, vel ſupràſcripti dicatur [15].
Sed & ſi ſuum hæredem, vel ipſum quis addiderit, non videri de hærede hæredis agi aliqui
dixerunt [16], quoniam huiuſmodi pronomina ſpecialiter ad perſonam referuntur. Quod
ego non ſufficere arbitror: niſi alia mentis coniectura concurrat. Vnde cùm teſtator, quiſ-
quis ſibi hæres erit, filio ſuo ſubſtituit, de primo hærede intellexiſſe videtur: quia illi non pa
rum adfectus fuiſſe creditur [17]. Quæ præſumptio in eo ceſſat, qui extranei alicuius hæredi-
bus relinquit: nec enim maiorem obſeruationem priorum habuiſſe: quam ſequentium ve-



riſimile eſt: quod inferiùs diffuſiùs adtingam [1]. Cæterùm & quoties Titio eiúſque hæredi-
bus vſusfructus legatur, de primo tantùm hærede accipiemus [2], ne proprietas inutilis ſub-
lata conſolidationis ſpe reddatur. Idem eſt quoties appellatio hæredis extraneos nõ com-
præhendit: non enim vlteriores hæredes extranei admittentur: cùm etiam primus reiicia-
tur. Hoc autem aliquibus caſibus procedit, vt cùm Titio, hæredibúſque ſuis, donec ipſe
vixerit, aliquid legauero: cùm enim viuentis nulli ſint hæredes, meritò de filiis intellige-
mus [3]. Idem, cùm mentio hæredum fit in materia, ex cuius natura ſit, vt extranei exclu-
dantur: vt in emphyteuſi eccleſiaſtica, & feudo [4]. Idem etiam ſi de hæredibus maſculis di-
ctum ſit: videtur enim ad proprios deſcendentes reſpexiſſe. Sed & ſi iniquum aliquid ex
generali interpretatione ſequeretur, hæredis appellationem reſtringemus: vt ſi quis hære-
ditatẽ reſtituere debeat, ſi ſine hæredibus deceſſerit [5]: vt enim conditio aliquando euenire
poſsit, de deſcendentibus intelligimus, alioquin quilibet extraneus, & tandem fiſcus fidei-
commiſſarium excluderet. Et eadem ratione, ne extraneos ſubſtituti hæredes cenſeatur
teſtator extraneis hæredibus filij ſui, quem prædilexerat, prætuliſſe [6], hæc dictio reſtrin-
getur: non videntur autem extranei hoc in caſu, qui eiuſdem agnitionis ſunt. Quapro-
pter ſi pater filio ſine liberis decedente Titium agnatum eiúſque hæredes ſubſtituerit, eue-
niente conditione, hæredes Titij agnati non reiicientur, vt Angelus ſcripſit [7], cui aſſen-
tio ſecùs ſi omnino extranei ſint.

VLTERIORES. Etiam per longiſsimam ſucceſsionem, vt alibi dicitur [8]:
vnde & pontifex Romanus Petri ſucceſſor dicitur, quamuis maximo numero alij me-
dij interceſſerint [9].

1 l. in annalibus. C. de leg.
2 l. antiquitas. C. de vſufr.
3 l. in ſuis. de liber. & poſth.
4 c. j. §. fi. ſi de feud. fu. cont. inter dom.
5 l. ex facto. in fi. ad Trebel.
6 Bart. d. l. Gallus. §. etiam.
7 d. §. etiam.
8 l. qui per ſucceſſ. j. tit. j.
9 c. j. de homicid. in vj.

SVMMAE.

1 ☞ *Mercem ad rem, non perſonas referri.*
2 *Mercatus etymon. verius. 3.*
4 *Mercatorum, & artificum diſcrimen.*

## LEX LXVI.

1 MERCIS. Mercem † de rebus mobilibus dici, ita vt venalitij ſerui non
comprǽhendantur, variis locis proditum eſt: qua ratione de facto conſul-
tus Alexander [10], non eſſe abſurdum reſpondit, ſi legem municipalem, quæ
à ſocio initum mercatum ratum haberi mandat, de re tantùm mobili intel-
ligeremus: quandoquidem † mercatus à merce deducitur: Per locum ergo,
2 qui à cõiugatis dicitur M. Ciceroni in Topic. vbi merx non eſt, ibi nec mercatus. Sed ipſe
à verbo † mercari potiùs trahi id nomen crediderim: quod verbum † ſimpliciter emere
3 plerunque ſignificat, atque ita vulgaris loquendi vſus ſeruat: inde enim & mercatores * di
4 cuntur [11], qui res emunt, quas in eadem ſpecie cariùs vendant. Nam qui emunt, vt ipſi in
5 aliam formam vertant, quia manuum operam adhibent, artifices ſunt. Mercatores au-
tem ipſi non artificium facere, ſed officium habere dicuntur, ſi vera Bart. ſenſit [12]: tametſi
nemo dubitet, exercitium vtriuſque commune verbum eſſe.

10 conſ. xxxvj. in ij.
11 Rom. l. ſi publicanus. §. j. de publica.
12 Bart. tract. de teſte. verſ. lxij.

2 ☞ *Venditione non alienari. 8. ex cauſis contrà. 4. 6.*
5 *Venditum conſtituto alienari.*
9 *Emphyteuſin venditam non alienari: huius effectus.*

## LEX LXVII.

ALIENATVM. Alienare * dicitur, qui ius aliquod dominij tranſ-
1 fert: ſed qui rem vendit † antè, quàm tradat, nullum ius dominij tranſ-
2 fert (traditionibus enim dominia rerum transferuntur [13]) meritò non
3 dicitur alienaſſe: cùm ſola perſonali actione poſsit conueniri. Et ideò ex
4 duobus emptoribus *, is cui priùs res tradita eſt, præfertur [14]. Si igitur
aliquod ius ex venditione transferatur, † cenſebitur alienatum, nec lex
noſtra procedet: veluti in eccleſia emente, cui ex priuilegio competit, vt abſque traditio-
ne in eam tranſeat dominium [15]. Idem in principe vendente, vt aliqui exiſtimauerunt [16].
5 Sed & ſi † emptoris nomine poſsidere ſe venditor conſtituerit, dubium non eſt eſſe alie-
6 natum: per huiuſmodi enim conſtitutionem poſſeſsio vera transfertur [17]. Idem † ſi ſpe-
cialiter rem venditam pro contractus obſeruatione venditor hypothecæ obligauerit [18]:
7 dicetur enim alienaſſe: quandoquidem qui pignerat, alienare * dicitur [19]. In generali † au
8 tem obligatione bonorum de his, quæ venduntur, actum non videtur, vtpote quæ non ob-
9 liganda à venditore, ſed tradenda ſunt [20]. Et ex hac lege argumentum colligitur, † em-
phyteutam, qui emponemata, inconſulto domino, vendidit, ante traditionem à iure ſuo
non cadere [21]: nam & vendere cum effectu accipi debet: ante verò traditionem venditio
omnino perfecta non eſt [22], licet tum quoque res periculo emptoris pereat: & ita ſe habet
omnium ferè conſenſus [23].

13 l. traditionib⁹. C. de pac.
14 l. quoties. de rei vend.
15 l. fi. C. de ſacroſan. eccl.
16 Iaſ. d. l. quoties.
17 l. quod meo. de acq. poſſ.
18. But. conſ. xxxiiij.
19 l. fin. C. de rebus alien.
20 Rom. ſingu. dcv.
21 l. fi. C. de iur. emph.
22 §. vẽditæ. inſti. de rer. di.
23 l. quod ſæpe. §. ſi res vendita. de cont. empt.

SVMMAE.

1 ☞ *Donationem variè accipi.*
4 *Donationem in genere, ex re intelligenda.*
8 *Donatio omnis ſolennia exigit.*
10 *Donationis cauſa mortis origo.*

§. DONATIONIS. Donationem † generale nomen eſſe plerique autumant,& ideo 1
ſub ſe continere etiam cauſa mortis donationem, & quaſcunque alias. cùm verò ſpeciali-
ter accipitur,propriè eam donationem ſolùm dici, quæ pura eſt, & protinus ſine ſpe recu-
perandi * dominium transfert [1], & de hac in dubio,ſiue in diſpoſitione hominis,ſiue legis 2
accipiendum.Quapropter,qui filio † permittit,vt donare poſsit,nec cenſetur de ea dona- 3
tione ſenſiſſe, quæ cauſa mortis fit [2]. Sed hanc ego declarationem non probo, quæ legem
noſtram coarctat,& nos dubios relinquit,quando in ſpecie, vel genere dictio hæc ſit acci-
pienda. Donationis igitur verbum † quamlibet donationem compræhendere exiſtimo, 4
vt hîc dicitur,ſed diuerſis temporibus,diuerſo modo.Nam quę ſub conditione collata eſt,
poſt euentum conditionis propriè donatio fuiſſe cenſenda eſt: ante euentum, propter du-
bietatem, impropriè. Quæ verò ſub conditione reſolui poſſet, vt in mortis cauſa dona-
tione,vbi ſpes reſolutionis nulla ſubeſſe ampliùs poterit,& ipſa propriè fuiſſe donatio cen
ſebitur,interim non:& ideo conceſsio patris nō videtur ad eam trahenda,niſi ex eius ver-
borum magna generalitate,vel ſimili ratione aliud præſumamus [3]. Sed & donatio * pro- 5
pter benemerita eatenus propriè fuiſſe donatio exiſtimabitur, quatenus iuſtā remunera-
tionis mercedem excedit [4]: quod & in qualibet remuneratione dicendum eſt [5], quæ mo-
dico pretio facta proponatur [6]: quicquid * enim vltra pretium receptum iuſti valoris 6
ſupereſt,propriè donatio cenſebitur [7]. Idem * in indebito, quod ſciens ſoluerit. Et ex his 7
conſequens eſt † vt ſolennitates, quæ aliqua conſtitutione in donationibus requiruntur, 8
etiam in prædictis ſpeciebus neceſſariæ ſint [8], ne quatenus diximus veram eſſe donatio-
nem, contractus irritetur [9]. Sanè & donationis appellatione etiam * legatum contineri 9
dubium non eſt [10]: quod procedit, ſi effectum conſideremus: vſus enim ſeparatam eſſe
ſpeciem obtinuit.Donationem autem † cauſa mortis ex Homeri carmine inductam Mar- 10
cellus Iuriſconſultus cenſuit [11]: apud eum enim Odiſſe ρ. Telemachus ſic donat Piræo.
Eius carmina ſunt:

1 l.j.§.de dona.
2 l.filius.verſ. ſed enim.de donat.
3 Corn.cōſ.ccxxxvij.in iiij.
4 Imol.l.Aquilius.de don.
5 Alex.conſ.xxj.in iij.
6 l.non amplius.de leg.j.
7 l.quod adipiſcēdæ.de do. inter vir. Calca.conſ.xxiiij.
8 Imol.d.l.j.
9 Cal.d.conſ.
10 l.legatum.de leg.ij.
11 l.j.de donat.cauſa mor.

Τὸν καὶ πείραιος πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπεν.
τηλέμαχ' αἶψ' ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας.
ὥς τοι δῶρ' ἀποπέμψω ἅ τοι μενέλαος ἔδωκε.
τὸν δ' αὖ τηλέμαχος πεπνυμένος αὐτίον ηὔδα.
πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσαι τάδε ἔργα,
εἴκεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσονται,
αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε.
εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

*Hoc ſermone virum Piræus commonet vltro,*
*Telemache ad noſtras famulas agè dirige ſedes.*
*Vt tibi quæ dederat Menelaus dona reportent.*
*Ad quem Telemachus ſapiens ita farier orſus:*
*Piræ haud equidem hæc poſſum dignoſcere facta,*
*Nanque proci ſi me ſpacioſa per atria furtim*
*Occidant,rapiántque ſibi patrimonia fortes,*
*His te malo frui donis,quàm quemlibet horum.*
*Quòd ſi illos fato,merita & mulctauero morte,*
*Tum mihi gaudenti referes dona omnia gaudens.*

Quorum carminum eò libentiùs mentionem feci,quòd & in Inſtitutionibus corruptus locus ille pro Pyræo Pyrrhum habet, relicta inſigni lacuna, quam hiſce carminibus replendam duxi.

SVMMAE.

1 ☞ *Arbitrorum genera & differentiæ.*
4 *Seruus arbitrij expers:huius cauſa.*
5 *Arbitratoris officium.*
8 *Excommunicatum,niſi ex cauſis arbitrari.*

LEX LXVIII.

ILLA VERBA. Arbitrorum duo † ſunt genera:nam alij ex compro- 1
miſſo adeuntur [12], quorum ſententiæ metu pœnæ paretur: alij (quos arbi-
tratores vulgò appellamus)ſunt, qui tanquam boni viri arbitrari, & con-
ſtituere aliquid debent,iuris diſpoſitioni minimè obnoxij, nec commina-
tione pœnæ formidabiles:quorum ſententia * magis tranſactioni, quā iu- 2
dicio

12 l. ſocietatem.§. arbitrorum.pro ſocio.



dicio conformis eſt [1]: videntur enim partes tranſigere arbitratu illius, cùm priores arbi-
3 tria ſua inſtar * iudiciorum dirigant,& non multum ab ordinariis differant [2].Igitur in pri
4 ma ſpecie † indubitati iuris eſt, ſeruum arbitrum eſſe non poſſe: ſed nec arbitratorem [3].
Vlpianus ex communi omnium expoſitione hîc exiſtimauit:quoniam illa verba,arbitra-
tu Titij fieri,ad ius referuntur. Lex autem non cenſuit ad ea, quæ iuris ſunt, ſeruos admit-
tendos, tum quòd in perſonam ſerui ius reſidere nequit, ſed merum factum [4], tum quòd
quo ad ea quæ iuris ciuilis ſunt, ſerui pro nihilo habentur. Sed dubium eſt, quomodo hu-
5 iuſmodi verba ad ius referantur: arbitrari enim videtur facti eſſe. Et Accurſius † ideo ar-
bitria iuris eſſe exiſtimauit, quoniam non niſi in legitimam perſonam cōpromitti queat.
6 Itémque,quia arbitror † tanquam bonus vir iudicare debet: quæ ratio mihi magis placet:
quamuis enim ſecundum iuris tramites incedere omnino arbitrator non compellatur,ta-
men ex bono,& æquo decidere negotium debet,vt effectus iuris ex eius ſententia oriatur:
7 meritò hoc officium in ſeruum hominem cōferri non debuit.Sed quid in deportato *, an
eius arbitratu aliquid committi poteſt?& omnes ſentiunt poſſe [5], niſi antè quàm deporta-
retur,mandatum ſibi fuerit:videntur enim partes propter ſtatus mutationem mandatum
reuocaſſe [6]: quod tamē in teſtatore,qui electionem aliquam Titij arbitratu fieri iuſsit,non
procederet [7]: cùm enim is teſtator mortuus ſit, fingi non poteſt reuocaſſe mandatum. Sed
8 & quod in deportato diximus [8], ad † excommunicatum quoque communi calculo produ
citur,vt quò minùs arbitrator ſit,non cenſeatur prohibitus:quod intellige,niſi ex munici-
palibus ſtatutis iudicialem aliquam formam arbitramenta habeant: ab omni enim iudi-
9 ciario actu, præterquàm ſi ſe defendat,excōmunicatus * repellitur [9].Idem ſi arbitria hæc
paratam habeant executionem: videntur enim iudiciorum inſtar tunc obtinere.

1 c.quintauallis. de iureiu.
2 l.j.de arb.
3 l.Pedius.de arbit.
4 §.ſed cum factum. Inſtit de inutil.ſtip.
5 l.cùm pater.§.hære.de legat.ij.
6 l.cùm quis.de ſolut.
7 l.ex facto. §. ſi quis rogatus.ij.ad Trebell.
8 Bartol.l.ſi quis arbitratu. de verb.oblig.
9 c. ad probandum. in fin. de re iud.

SVMMAE.

1 ☞ *Dolum abeſſe variè explicari.*
3 *Stipulamur alij adiecta clauſula dolo malo abeſſe.*
3 *Doli mali ſpecies variæ.*

LEX LXIX.

HAEC VERBA. Finge: Promiſiſti mihi aliquid per ſtipulationem, &
ab ea ſtipulatione dolum malum abeſſe: cui rei, niſi dolus malus abſuerit,
1 promiſiſti centum: declarat Iuriſconſultus hæc verba † generaliter accipi:
quod duobus modis explicari poteſt. Etenim reſpectu perſonarum ſtipula-
tio hæc generalis eſt, quia non ſolùm factum ſuum, hærediúmque promiſiſ-
ſe contrahens videtur [10], ſed etiam (cùm ſtipulatio pœnalis ſit) factum extranei [11]: & ita
frequentiùs proditum eſt, licet diſſentiente Bartolo: nam & cùm quis Titium daturum,&
2 facturum † promiſerit (quamuis ſtipulatio non valeat,quia factum alienum videtur pro-
miſiſſe) ſi tamen ſubdiderit,dolum malum abeſſe abfuturúmue eſſe, non ſimplex abnuti-
uum promiſſum lex interpretatur [12], ne corruat ſtipulatio,ſed potiùs ex præcedētibus cu-
raturum eum promiſiſſe intelligit, quod Titius dabit, & faciet: alioquin ſtipulator dece-
ptus remaneret.Cæterùm reſpectu quoque rei ipſius ſtipulatio generalis eſt, quoniam do-
3 lus vox eſt † generalis,dolum verū & præſumptū continens,ſed & latiſimā culpam, & ple
4 runq; latiorem [13].Fraudē quoq; * dolo ineſſe Labeo ait,qua de re infrà latiùs diſputabo [14].

10 l.nouiſsima.iudic.ſol.
11 l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis dolum.de verb.oblig.
12 l.inter.§. de verb. oblig.
13 Bart.l. quod Nerua. depoſiti.
14 l. iuris gent.§. ſed ſi. de pactis.

SVMMAE.

1 ☞ *L.Sciendum.ſenſus.6*
3 *Hæredis verbo nec incertum,nec patrem ineſſe.*
4 *Sentij plures.*
5 *Lex Ælia Sentia,eiúſque capita.*
7 *Hærede proximo filium contineri.*
8 *Operarum genera.*
9 *Operæ intranſmiſſibiles:in quibuſdam contrà.*
10 *Filium eſſe,niſi hæres ſit,in contractibus & teſtamentis non ſufficere.*

LEX LXX.

1 SCIENDVM. Superiùs † diffuſè vidimus hæredū [15] appellationē per
multas ſucceſsiones accipi, declarauimúſq; quomodo hoc intelligendū
ſit: hîc verò proſequitur Iuriſc. tres caſus, quibus ea regula nō procedit.
SVBSTITVTIONE IMPVBERIS. Sed quæ ratio eſt, quòd
2 hoc caſu à regula recedimus?& alibi dicitur,hæredis * hęredem non ad-
mitti [16], quia ex iudicio teſtatoris non venit: Per huiuſmodi autem ſub-
ſtitutionem hi demum vocati videntur,quos adfectione aliqua teſtator proſequitur. Quæ
ratio vt vera ſit,indiget tamen ſecretiore doctrina, quæ hîc vnico verbo adtingitur: cùm
enim huiuſmodi verba de certa perſona intelligi poſsint, non debent extendi, vt incertas
3 quoque contineant.Cùm ergo hæres aliquis † inſtituitur,ſiue etiam ſeruus,ſiue filiusfami-
liâs ſit,non debet intelligi de hærede hæredis, qui ipſi teſtatori incertus eſt. Eodem modo
non intelligemus de patre aut domino, cùm potuerit filiusfamiliâs emancipari, & ſeruus
vel manumitti,vel vendi,quo caſu hæreditas patri,aut priori domino lucrifacta non eſſet.

15 l.hæredis.§.eod.
16 l.qui liberis.§.j.de vulg.

Non ergo verba teſtatoris accipiemus, vt ad incertos hoſce caſus porrigantur, ſed vt eas
tantùm perſonas contineant, de quibus nominatim actum eſt.

ITEM IN LEGE. Sentiam † familiam Romæ fuiſſe, oſtendunt Sentius Gal- 4
lus, & Sentius Augurinus, quorum in epiſtolis meminit Cæcilius Plinius, & etiam Sentius
Saturninus Vetulio apud Valerium Maxi. libro VIII. Igitur † Aelius Sentius legem tulit, 5
quæ ab eius nomine Aelia Sentia appellata eſt. Cuius Cicero in Topicis, & Boëthius men-
tionem faciunt: ea plurima capita habuit, quæ hîc referre nõ adtinet. Vide in eam Vlpian.
in Epitome tit. j. de libertis.

HAERES PROXIMVS. Interpretatio † hęc ex verbis legis deſcendit: cùm 6
enim filium hæredem proximum dixerit, conſequens eſt, de eo intelligi non poſſe, qui poſt
aliquas ſucceſsiones ſit hæres. Placuit autem † legislatori hanc ingrati accuſationẽ coar- 7
ctare, quæ tanquam libertatis peremptoria odio non caret, quod etiam libro hiſtoriæ XIII.
Cornel. Tacitus tradit, Vnde non niſi proximo hæredi [1], eidémque filio, id iuris conceſſum
eſt: cùm etiam ſi proximus hæres non ſit, bonorum poſſeſsionem contra tabulas liberti fi-
lius impetret [2]: nec enim id beneficium ita odioſum eſt: nam & qui manumittere compul-
ſus eſt [3], ingrati actionẽ non habet, & tamen præteritus contra tabulas poſſeſsionẽ petit [4].

1 §. illud. in auth. vt lib. de cæte.
2 l. ſi filius. §. Paulus. de bo. libe.
3 l. ij. C. de ope. lib.
4 l. j. C. de bon. poſſ. contra tab. lib.

IDEM DICITVR. Operarum † duplex eſt ſpecies, quæ officiales dicuntur & quæ 8
artificiales [5]: illæ perſonam patroni reſpiciunt, cui officioſum eſſe libertum naturalis ra-
tio admonet, vt patronum comitari, cantu, ſono, ſaltatione oblectare, ſúntque huiuſmodi
vt plurimùm incertæ: hæ verò ad artificium pertinent, inde operæ pictoriæ, fabriles, & ſi
quę ſimiles, & ſunt plerunque certę, quia ſub certo numero ſolent promitti: alioquin incer-
ta promiſsio arbitratu patroni ſecundum conſuetudinem, aut qualitatem liberti, declara-
bitur. Quæ autem exercitium aliquod, aſsiduitatémq; non complectuntur, ad obſequium
adtinent, nec operarum nomen habẽt. Igitur, ſi † patronus operas ſibi præſtari ſtipulatur, 9
regula eſt, vt ad hæredes hæredum talis ſtipulatio non tranſeat [6]. Obſequialis tamen re-
uerentia ad hæredem hæredis tranſmittitur [7]. Idémque in his operis fabrilibus, quarum
æſtimatio hæredi ex iudicato præſtanda fuit: eius enim hæres rectè eam pecuniam petet [8].
In officialibus verò operis hæc non procedunt: quoniam hę ad extraneos hæredes regula-
riter non tranſeant [9], ſed ad filios tantum, etiam ſi non ſint hæredes [10]: & ideo parum re-
fert, quota parte hęredes ſint inſtituti [11]. Atq; ita hanc materiã ego extrico, licet alij aliter.
Sed hîc quæri poteſt, an in caſibus † quibus teſtator, mẽtione hæredis facta, de filio cẽſetur 10
intellexiſſe, eundem requiratur hæredem quoque eſſe? & in contractibus dubium non eſt,
filiũ nõ admitti, niſi ſit hæres. Quapropter, ſi quis ſibi, & filiis, & hæredibus emphyteuſin ſti
puletur, niſi filius ſit hæres, excludetur [12]. In teſtamentis quoque idem crebriore calculo
reſponſum eſt, in ea ſpecie, cùm teſtator filio, ſi ſine hærede moreretur, ſubſtituiſſet: non
enim ſufficit, ſi filium reliquerit, niſi ſi quoque hæres ſit: quod & in eo caſu Paul. Caſtren-
ſis reſpondit [13], cùm filio ſine liberis moriente Titius & eius hæredes ſubſtituti ſunt: non e-
nim ad fideicommiſſum Titij filij admittentur, niſi hæreditatẽ patris adiuerint [14]. Sed quid
ſi legitimi * hæredes vocati ſint? & cùm de his intelligatur, qui inteſtato ſuccedunt, fortè 11
etiam ſi Titio hæredes non fuerint, admittentur: ne teſtator videatur fideicommiſſum Ti
tij arbitratui reliquiſſe, quod infrà adtingam.

5 l. ſi non ſortem. §. libertus. de condict. indeb.
6 l. cùm patronus. §. j. de ope. lib.
7 l ſed & ſi hac. §. liberos. de in ius voc.
8 l. qui libertinus. §. pen. de ope lib.
9 l. fabriles. § illo tit.
10 l. ſi operum. eod. tit.
11 l. vt iuriſiurãdi. §. fi. e. tit.
12 Bart. d. §. fin.
13 l. ex facto. §. fi. ad Treb.
14 Paul. d. l. gallus. §. j.

SVMMAE.

*1 Verba, is ad quem &c. ex re accipienda. 3. 4.*
*2 §. Verba. explicari.*
*5 Verbis, is ad quem &c. omnẽ ſucceſſorem contineri.*

§. VERBA HAEC. Quoties † in lege hæc verba reperiuntur, conſiderandũ eſt ob 1
quam cauſam ſint adiecta: nam ſi prætor actionem putà redhibitoriam emptori, eíque, ad
quem ea res pertinebit, daturum pollicetur, de particulari ſucceſſore intelligi non poterit,
ſed † de vniuerſali tantùm, vt hîc dicitur: perſonalis enim actio ad particularem ſucceſſo- 2
rem non pertinet [15]. Quòd ſi de ea, † quæ in rem ſcripta, vel ſimpliciter in rem ſit, loqua- 3
tur, tunc aliud erit [16]: idémque cùm etiam particulari ſucceſſori vt ſuccurratur, eadẽ æqui-
tas ſuadet [17]: ſed & in iure excipiendi dubium non eſt, quoniam id ad quemcunque indi-
ſtinctè tranſit [18], vt etiam ſi beneficium ſit perſonale, nihilominùs eo, cui conceſſum eſt, vi-
uente, donatario proficiat [19]. Accipient † igitur hæc verba ex ſubiecta materia interpreta- 4
tionem, alioquin ex ſui proprietate ſucceſſorem particularem † compræhendere putaue- 5
rim: ad eum enim etiam pertinet, nedum ad hæredem. Quòd maximè erit obſeruandum,
ſi materia ſit fauorabilis, vt beneficia principum, vel additum ſit generale pronomen,
quicunque, & ſimilia, quæ de nomine ſucceſſoris recentiores tradiderunt [20]. Sanè quæ iu-
ra ſucceſſoribus particularibus dentur, quæúe contra eos competant, latior eſt articulus,
quàm vt hîc perſtringi poſsit [21].

15 l. ſciendum. §. deinde. de æd. edict.
16 l. ſi Titius. §. ſi qs priùs. de aqua plu.
17 l. his verbis. de adopt.
18 l. ait prætor. de iureiur.
19 l. ſi tibi. §. pactũ. de pact.
20 Iaſ. l. quædã. §. j. de eden.
21 Bart. d. §. ſi quis tertius.

SVM



SVMMAE.

*1 Capio effectus. & 6.*
*4 Capere & accipere diſtant, plerũque tum confundi.*
*8 Peruenit variè accipi.*

LEX LXXI.

ALIVD EST CAPERE. Capere † verbum ad effectum acquiſi-
1 tionis refertur [1]: atque ideo, qui reſtituere tenetur, non videtur cape-
re. atque hinc eſt, quòd ſpurius ſubſtitutus pupillariter fratri legiti-
mo, ipſo iure quidem vniuerſorum bonorum hæres erit, ſed quæ à patre
prouenerunt reſtituet agnatis [2], quia eorum capax non eſt. Filius tamen
2 familâs * & ſeruus, quãuis reſtituere teneantur, capere dicuntur [3]: quia
3 per eos ſtatim abſque alia reſtitutione, patri vel domino acquiritur. Aſt verbum * accipe-
4 re non ita frequenter ad effectum refertur: vnde & plerunq; accepiſſe † dicitur, qui tamen
dominium adhuc non acquiſiuit [4]. Sed confunduntur hæc aliquando, & etiam capere di-
cimus eum qui rapit [5], vel ſimpliciter aufert. Sunt & qui accipere de manu alterius, capere
verò propria autoritate intelligant [6]: quod mihi non diſplicet, vt præpoſitionem ad, pro
iuxta interpretemur: quamuis ſi teſtator Titio mandet, vt fundum accipiat [7], quia de teſta-
toris manu capere videtur, non putem hæredis traditionem expectandam.

1 l. non videtur quiſquam. j. tit. j.
2 l. ſi is qui. de vulg.
3 cepiſſe. j. eod.
4 l. naturalis. §. j. de præſcri. ver.
5 l. j. de fid. tut.
6 Mod. d. l. non videtur.
7 Bart. l. centurio. de vulg.

5 CVM EFFECTV. Adiuuatur hinc regula, quæ mandat cum effectu * verba acci-
6 pi debere: quapropter ſi exulem † capienti certum præmium dari conſtituatur, non intelli-
7 getur cepiſſe, * qui ad præfectum non traxerit [8]: vel cum armis reperiſſe, qui non ceperit.
Qua ratione & qui tantum erogat, quantum acceperit, capere non dicitur [9], cùm in effectu
nihil illi remaneat: illud enim datum, legatum, donatum, conceſſum dicitur, quod deductis
omnibus expenſis reliquum eſt [10].

8 PERVENISSE. Propria † hæc huius verbi eſt ſignificatio, vt id quod * reman-
9 ſurum eſt, perueniſſe dicamus [11]. licet plerunque ex ſubiecta materia aliter etiam non im-
propriè interpretemur, quod alibi attinguam [12].

8 Iaſ. l. j. §. fi. quod quiſque iuris.
9 l. ciuitatib. in fi. de leg. j.
10 l. nõ amplius. de leg. j.
11 l. ſi ipſa. quod met. cauſ.
12 l. perueniſſe. j. eod.

SVMMAE.

*1 §. Hæc verba. ſenſus.*
*2 Rectè præſtatur damno ſolutum.*
*3 Cautionis cauſa, & modus.*

1 §. HAEC VERBA. Quod † conuentus rei vendicatione propter eam rem alteri pro-
miſit, vt ab actore indemnis ſeruetur, ita cautionem accipit, quas res tibi tradidero, pro
his rebus rectè præſtari ſpondes? quam cautionem etiam emptor recipit [13]. qui redhibito-
ria aduerſus venditorem experitur, ſi eius rei nomine, quæ redhibenda eſt, alteri aliquid
2 ſoluere damnatus eſt [14]. Interpretamur † enim rectè, id eſt, tutò & ſecurè, hoc eſt, ſine peri-
culo & damno. Periculum autem ad perſonam, damnum ad res ſeu pecuniam referri Ac-
3 curſius credidit. Híncque † argumentum accipitur, pro ſui defenſione cautiones interponi
poſſe. Quare ſi malè ab aduerſario tuo metuis, licitum erit iudicẽ adiri, qui eum ex officio
compellet, vt caueat, per ſe non fieri, vt vis aliqua tibi inferatur [15]. idqúe etiam ſub pœna,
& datis fideiuſſorib. Sanè & M. Varro Rei ruſticæ libro II. ſolitos tradit eos, qui indomitos
boues emunt, ſic ſtipulari: Illóſce iuuencos ſanos, déque pecore ſano eſſe, noxíſque ſolu-
tos rectè præſtari ſpondes? atque hanc formam M. Manilij actionibus contineri, quæ ver-
ba hoc ex reſponſo interpretationem recipiunt.

13 l. ipſi. de rei vend.
14 l. redhibere. §. cauendum. de ædil. edi.
15 Mod. l. ſi ſuper. C. de tranſact.

SVMMAE.

*1 Partem rei ineſſe: ex cauſis diuerſum. 3.*
*1 Pretium genera.*
*7 Genus partibus æquipollere.*

LEX LXXII.

1 APPELLATIONE. Qui de † aliqua re quicquam conſtituit, vt de domo
inſula, fundo, de qualibet eius parte conſtituiſſe intelligitur, & id quidem
propriè ſicut in genere ſpecies, in maiori ſumma minor cõtinetur. Alioquin
quæ vox totum * ſignificat, propriè de parte dici non poteſt: quare † ſi quis
2 de domo loquatur, aut inſula, de toto, non de parte locutus intelligetur [16].
3 Quapropter, ſi teſtes actoris fundum ab eo poſſideri dicant, de integro accipiatur, niſi alij
teſtes omnino prioribus æquales, idem de reo dicant: tunc enim vt à periurio ſoluantur,
fiet interpretatio tam actorem, quàm reum eum fundum communiter pro indiuiſo poſſi-
dere [17]. atque id plerique omnes tradidere. Sanè hinc colligitur, de parte ad totum * valere
4 argumentum [18]. quod verum eſt, niſi alia ratio ſit in toto, quam in parte. Pars autem † tri-
5 pliciter accipitur, quædam numeralis, alia integralis, alia quota. Exempli cauſa, tres ari-
6 thmetica pars eſt nouem [19]. vſusfructus pars * integralis dominij eſt, ſicut paries, domus:

16 l. Titia. §. j. de leg. ij.
17 l. ſi duo. vti poſſid.
18 l. quæ de tota. de rei vend.
19 Bartol. l. ſi mater. §. ſi inter. de exc. rei iu.


attri

at triens,quadrans,ſemis,quota pars eſt aſsis. Percipitur etiam alia hinc regula, nimirum
idem † pollere generalem enumerationem, quod particularem omnium ſpecierum [1]. 7
quod ita intelligimus, dum ſub generali ſermone ea non accipiamus, quorum ſpecialem
mentionem fieri opus eſt [2]: etenim dubium non eſt de generali ſermone multa accipi va-
riis ex rationibus [3], quas hîc referre nimiæ curioſitatis eſſet.

1 l.omnes.C.de præſcript.xxx.annorum.
2 l.quod translationem.de offic.leg.
3 Rom.§.de viro.l.ſi vero.ſol.mat.

SVMMAE.

1 ☞ *Fructus in reſtitutione intelligi.*
2 *Rectè,variè accipi.6.7.*
4 *Cognitio, an rectè ad omnia pertinet.*

### LEX LXXIII.

HAEC VERBA. Reſtituendi † verbum ad fructus quoque pertinere, ſu- 1
prà oſtenſum eſt:quare cùm Iuriſconſultus in hac ſtipulatione, eam rem re-
ctè reſtitui.fructus contineri,propter dictionem, rectè,ſentiat,videtur in ſti-
pulationibus id verbum ſimpliciter poſitum, fructus non compræhende-
re [4], quod Iacobus & Oldradus ſentiunt.Sed ita generaliter ſuprà ſequutus
non ſum: quamuis enim ex huiuſmodi contractus forma fructus debeantur, verbum ta-
men rectè non parui momenti eſt, cùm deberi eos arbitrio boni viri oſtendat. Sanè † hinc 2
probatur dictionem hanc,rectè,ad iuſtitiam cauſæ referri, ſicut ritè * ad ritum, id eſt, ſo- 3
lennitatem [5]. Atque † hinc aliqui exiſtimauerunt,ſi iudici demandatum ſit, vt cognoſcat, 4
an Titius rectè captus ſit,non poſſe eum diſcernere,an feriato licitóve tempore ſit captus,
ſed an iuſta cauſa ſubeſſet, propter quam capi debuerit. Quæ deciſio prudentib. viris me-
ritò diſplicet:demandantis enim mens fuit, omnem omnino quæſtionem committere. Et
Iuriſconſulti differentia hac nimis ſubtili abutuntur,& doctiſsimi grammaticorum aliter
tradiderunt. Varro † Ritè à ritu, nam quod ſecundum ritus fit, id ratum & rectum eſt. 5
Priſcianus:Ritè pro rectè,† qui nihil traditur retibus, niſi quod rectum eſſe credatur. Do- 6
natus:Rectè dicitur, † quod nullo vitio verborum dicitur. Verè, ad rei ſeu ſententiæ veri- 7
tatem refertur:hinc Terentius in Adelphis, Rectè & verè dicis.

4 l.in condemnatione.§.j.§.tit.j.
5 Bart.l.lecta.ſi cert.pet.

SVMMAE.

1 ☞ *Anuli ſignatorij vſus.*
2 *Anulum ſignatorium ornamentis non contineri.*

### LEX LXXIIII.

SIGNATORIVS. Signatorius † anulus eſt, qui charactera,id eſt, ſcul- 1
pturam habeat, quo vtimur, vt ſignum imprimamus [6]. Erat autem id ge-
nus anuli plurimo in vſu apud antiquos: nam propter multitudinem ſer-
uitiorum recluſa omnia, obſignatáque à dominis tenebantur, ſicque à
rapina (vt Plinius inquit) vendicabantur. Cùm ergo † huiuſmodi non or- 2
namenti cauſa, ſed cuſtodiæ principaliter fierent, meritò appellatione or-
namentorum non continebantur [7]: quod maximè in his procedit, qui leuis pretij eſſent,
vtpote aureos quinque non excedentes, & ita iure cautum eſt [8]. Sed † hanc ego ſummam 3
hodie leuem non arbitror, ídque propter noſtrorum temporum paupertatem: nam con-
ſtat veteres Romanos fuiſſe ditiſsimos.

6 l.ad teſtiū.§.pe.de teſta.
7 l.argumēto.§.ornamenta.de auro leg.
8 l.diuus.de bon.damnat.

SVMMAE.

1 ☞ *Reſtituere verbi acceptio multiplex.3.*

### LEX LXXV.

RESTITVERE. Reſtituere, † eſt retrò ſtatuere,id eſt, in eum caſum rem 1
conſtituere,in quem fuiſſet, ſi nihil aduerſus quod facienda eſſet reſtitutio
eueniſſet:de quo verbo latius ſuprà attigimus. Generalius * autē eſt, quàm 2
reddendi.reddit enim qui retrò dat,id eſt, transfert dominium:at reſtituere
etiam ad facta pertinet. Propriè † autē reſtituere dicimur, quod accepimus: 3
Quapropter,ſi lex dicat,ſoluto matrimonio,maritum tertiam partem dotis reſtituere de-
bere,reliquam lucrari, de dote data intelligetur, non de promiſſa [9]. Sed id ego non pro-
bo,cùm nulla ratio ſit,cur promiſſam minus lucrari debeat,quàm datam: & reſtituere ſa-
tis dicitur [10], qui * actionem remiſit, rémque in eum caſum conſtituit, ac ſi promiſſa non 4
eſſet:atque ita Salic [11]. cenſet, nec omiſit Iaſon [12].

9 Ang.conſ.clviij.
10 j.l.ſeq.
11 Salic.l.ſi conſtante.C.de don.ante nup.
12 Iaſ.rub.ſol.matr.

SVMMAE.

1 ☞ *Dare variè accipi.*
3 *Remittens dat ex cauſis contrá.5.*
4 *Remiſſio ex cauſa inſinuanda.*

### LEX LXXVI.

DEDISSE. Quamuis † verbum dare propriè de eo intelligatur,qui per tra- 1
ditionem dominium transfert [13], tamen interpretatione legis etiam qui
permutat, * vel cōpenſat, dare dicitur [14]. Vnde homo liber ſciens qui tan- 2
quam ſeruus veneat,emptori tenetur,non ſolùm in eo,quod datum eſt [15], vt
verba legis indicant, ſed etiam quod ea cauſa permutatum, vel compen-
ſatum

13 l.vbi,in fi.de verb.obli.
14 l.ſi ei nup.de iur.dot.
15 l.in tantùm.de lib.cau.



3 ſatum fuit. Nam & qui * remittit,ſeu accepto fert, dare dicitur [1]: æquiparántque Iuriſcon
ſulti dantem accepto ferenti.quod procedit etiam in conditionibus, quæ ad amuſsim im-
plendæ ſunt [2].& quamuis ex vi ſermonis qui remittit,non det, cùm tamen verba omnino
4 non repugnent, propter effectum lex dediſſe interpretatur [3]: qua † ratione remiſsio, quæ
vltra quingentos aureos transfert,inſinuatione indiget [4], ídque communiter approbatur.
5 Quandoque † tamen non fit huiuſmodi interpretatio,vt cùm per remiſsionem nihil iuris,
ſeu commodi acquiritur [5]: vel aliam ob cauſam quis remittit,quàm vt donet: vel cùm de-
bitum quod remittitur,liquidò non apparet [6]: id enim facto magis, quàm dationi accedit:
nam & quandoque donare licet [7], remittere nō licet, vt quia lex extorqueri remiſsionem
præſumat: quia faciliùs inducitur quiſque,vt remittat,quàm vt det [8], quod & Bart.anno-
tauit [9]. Sanè cùm pecunia ſolutioni præparata eſt,remiſsio alia quoque ratione vim datio-
nis habet,quod videlicet lex reſtitutam fingit,& incontinenti rurſus datam [10].

1 l.ſi mulier.de cōd.cau.da.
2 l.ſi fundum.§.Titio.de legat.j.
3 l.Iulianus.de cond.& demonſtrat.
4 l.creditori.C.de pact.
5 Abbas c.veniens.j.de teſt.
6 Paul.l.contra.§.j.de pac.
7 Bar.l.actione.C.de trāſa.
8 gl.c.ſtatutum.§.notariū.de reſcrip.in vj.
9 Bart.l.ſi duo.in fi.de ver.oblig.
10 l.ſi ſponſalib.§.j.de iur.dot.

SVMMAE.

1 ☞ *Reditui omnem vtilitatem ineſſe.*
2 *Frugum genera, acceptióque multiplex.*
3 *Frumentum in genere, ſpeciéque ſumi.*
5 *Siliqua, vox variè accipitur.*
6 *Sicilici pondus.*
7 *Siclus.*

### LEX LXXVII.

1 FRVGEM. Reditus † nomen generale eſt ſicuti prouentus [11], ſeu obuen-
tiones: compræhēdit autem omnia iura ſeu vtilitates, quæ percipi poſſunt.
quam ſignificationem etiam frugem habere aliqui dixerunt. Contrà Iulia-
nus, qui fruges eſſe,quibus homo veſcatur cenſuit,præter carnes, & poma:
quæ ſententia verior eſt,atque ita vſus obtinet. Vnde & Plin.duplex frugum
2 genus † agnoſcit,quod ariſtam habeat,vt frumenta, & quod ſiliquam,vt legumina. Anti-
quiores tamen latiùs accepêre, vt fruges ſint,quicquid ex fructu terræ in alimoniam verti-
mus: qua ratione idem Plin.frugiferas arbores omnes appellat,quæ fructiferæ ſunt,oliuā,
pyrum,pomum. Dicuntur enim fruges à fruendo, vt Varro: vel à frumine, quod ſumma
pars gulæ eſt,per quam cibus in ventrem demittitur,vt Donatus, & Seruius exiſtimarunt.
3 FRVMENTVM. Ariſtam † habent triticum,auena,hordeū,ſiligo, Laconica. Sili-
quam, id eſt, folliculum, omnia legumina. ſiſama verò & papauer vaſculis continentur:
at milium, & panicum nullis defenduntur integumentis, ob ídque ſunt paruarum volu-
4 crum iniuriæ expoſita. Sanè quamuis frumenti * appellatio amplior ſit, tamen κατ' ἐξοχὴν
de tritico intelligimus:atque hoc communis loquendi vſus in Italia obſeruat, & ita etiam
Iacobus & Bartolus exiſtimauêre.
5 SILIQVA. Id eſt † membranula, ſeu folliculo. Significat etiam fructum arboris dul
cis,longum,& coloris atri,cuius Plin.quoque meminit: & Horat. Viuit ſiliquis & pane ſe-
cundo. L.Columella fœnum græcum ſic appellari quoq; cēſet. Capitur etiam in iure alio
ſignificatu [12], nimirum pro certo pondere: nam quatuor grana ſiliquam pendunt [13], hoc
eſt, quod Græci vocant ceration. Aurifices noſtri corrupto ſermone caracton. eſt autem
LXXIIII. pars ſolidi,& XVIII. drachmæ. Theodoſiani codicis interpres, Centeſima, inquit,
6 vſura eſt, qua in anno tres ſiliquas pro ſolido habemus. Sicilicus † verò duplici drachma
cōſtat [14]: quo fit, vt quarta pars ſit vnciæ: licet plerique inemēdati codices pro ſicilico ſili-
7 quam ſcriptum habeant. Eſt † & Siclus apud Hebræos maioris ponderis: ſic enim ipſi ſta-
teram, id eſt ſemunciam appellant: in quem ſenſum videtur etiam L. Columellæ capi, &
Græcis quibuſdam auctoribus.
8 PVTAVIT. Et malè: colligitur autem hinc, legato * frumento, vel frugibus, etiam
contineri quod adhuc in agro, in ariſta, vel ſiliqua eſt.

11 Card.clem.j.de exc.prælato.
12 Auth.ſed hodie.C.de epiſc.& cler.
13 Auth.ad hæc.C.de vſur.
14 l.liberto.§.filium.de ann.legat.

SVMMAE.

1 ☞ *Poſſeſſione immobilium proprietatem contineri.*
2 *Poſſeſſionem in diſpoſitione de proprietate intelligi, ex cauſis contrá.3.*

### LEX LXXVIII.

1 INTERDVM. Non ſolū † apud Iuriſconſultos & in cōſtitutionibus [15].
poſſeſsio pro proprietate ipſa ſeu prædio capitur, ſed etiam apud alios
auctores. Vnde poſſeſsiones vrbanæ & ruſticæ Ciceroni in Philippic. Et
idem in Paradoxis, Callidi, inquit, æſtimatores prata & areas magni
æſtimant, quòd ei generi poſſeſsionum à nemine noceri poteſt. Meritò
2 igitur † ſi quis dicit ſe poſſeſsiones ſuas legare, vel donare, vel aliter alie-
nare, de ipſa proprietate intelligimus: nec enim de nuda poſſeſsione actum videtur: cùm
ea non ſoleat à proprietate his verbis ſeparari: alioquin vſum quis vel vſumfructum le-
garet,

15 l.fi.C.de præ.mino.l.cū res.C.de contrah.empt.

1 Bart.l.vxorem.§.leganerat.de leg.iij.
garet, non poſſeſsionem [1]. Ad res † tamen mobiles hoc legatum non extendetur: quo- 3
niam communis loquendi vſus repugnat, vt proprietatem mobilium poſſeſsionis no-
2 Iaſ.l.j.de acq.poſſ.in prin.
mine deſignemus: tametſi dubium non ſit etiam propriè mobilia poſsideri [2]. Ad hanc
rem pertinent, quæ Feſtus quoque ſcribit: Poſſeſsiones appellantur * agri latè paten- 4
tes, publici, priuatíque: quia non mancipatione, ſed vſu tenebantur, & vt quiſque oc-
cupauerat, poſsidebat.

SVMMAE.

1 *Impenſas neceſſarias variè accipi.*
2 *Impenſarum neceſſariarum genera.*
3 *Impenſæ neceſſariæ deducendæ: quandoque contrà.*
4 *Impenſarum vtilium effectus.*
5 *Impenſæ vtiles non deduci: ex cauſis diuerſum.*
6 *Poſſeſſorum bonæ & malæ fidei diſcrimen.*
7 *Horrei impenſas ex re æſtimari.*
9 *Voluptarias non deduci: auferri ſeparabiles.*

LEX LXXIX.

IMPENSAE. Neceſſariæ † impenſę dicuntur, quæ impendendi neceſsi- 1
tatem habent, ne res vel pereat, vel deterior fiat: ſed & quæ ex conſuetu-
dine regionis ſine dedecore omitti nō poſſunt. Harum † plura exempla in 2
iure habentur, vt ſi quis aggeres coërcendo torrenti faciat, in demortua-
rum locum alias arbores ſurroget, ædificium ruens inſtauret. Sed quid, ſi
iam caſu dirutum ſit, vt quia ab igne correptum, vel vi bellica? Et aliqui ſcribunt eſſe ne-
ceſſariam impenſam: quibus aſſentio, ſi ad villæ neceſsitatem ille locus pertinebat. Quid
enim, ſi caſa agreſtis non neceſſaria vtilitati prædij eſſet? Sanè has † impenſas & maritus 3
3 l.domum.C. de rei vend.
deducit, & quilibet bonæ fidei poſſeſſor, itémque malæ [3]: niſi ſint impenſæ, quæ rei vtili-
4 l.iij.& ſeq.ſ.de impen.in reb.dot.
tatem perpetuam non reſpiciant, ſed ſolummodò impendentis pro tēpore commodum [4]:
tunc enim nemo deducit, ſed fructibus imputat.

VTILES. Impenſæ † quæ rem meliorem faciunt, vt arbuſti paſtinatio, doctrina pue- 4
rorum, ſtercoratio, nouelletum, piſtrinum, horreúmque adiectitium, & his ſimilia. Eſt au-
tem arbuſtum, locus quo certo ordine arbores vitium cauſa plantantur: hæ ſunt, populus,
vlmus, attinia, ornus. Debet autem ſaltem bis in anno paſtinari, id eſt paſtino, quod ferra-
mentum bifurcum eſt, fodi: huiuſmodíque impenſa neceſſaria eſt: quòd ſi tertio quoque fo-
diatur, erit vtilis: atq; ita M. Columella lib. IIII. cap. XXVIII. præcipit. Has vtiles impēſas ma
5 l.j.§.ſed nec.C.de rei vxo. actio.
ritus † non conſequitur [5], niſi volente vxore, fecerit, aut mulier eas commodè reſtituere 5
poſsit aliunde, quàm ex fundo dotali: ſatíſque eſt ſoluendo eam eſſe, vel tempore quo im-
6 Din.l.j.ſ.de imp.
penſæ fiunt, vel quo repetuntur [6]. In cæteris verò bonæ fidei poſſeſſoribus, quatenus do-
minus eſt locupletior, eatenus deducuntur, tanquam eorum negotium vtiliter ſit geſtum,
7 l.ſinautē.in fi.de rei ven.
ídque niſi dominus ipſe non fuiſſet eas facturus [7]. Quid enim, ſi pauper erat qui de re qua-
lis qualis fuiſſet erat vſurus? nec curaret pretioſiorem facere, vt qui venalem eam non ha-
8 l.in fundo.ſ. de rei vend.
beret? Permittetur tamen poſſeſſori hoc caſu de impenſo id tollere [8], quod ſine detrimento
9 d.l.domum.
domini poteſt, ſibíque vtile futurum ſit. Idémque in malæ fidei poſſeſſore [9]: ſed in hoc dif-
ferentia eſt, quòd prædo, ſi impenſa † quam vtiliter vel etiam neceſſariò effudit, euane- 6
10 l.planè. de petit. hæred.
ſcat, vt quia res perimatur, nihil deducit [10]: quod in bonę fidei poſſeſſore aliter obſeruatur,
11 l.vtique.ſ.de rei vend.
præterquàm cùm rei vendicatione agit [11]. Sed & ſi ædificium aliquod à fundamentis con-
12 §.ex diuerſo.inſt.de rer. diuiſ.
ſtruat, ſciens ſe in alieno ædificare, videtur domino donare [12], & nil repetit, niſi tanquam
13 d.l.domum.
negotiorum geſtor fecerit [13], vel dominus is ſit, in cuius perſona conſiſtere donatio ne-
14 arg.l.in voluptariis.ſ.de impenſ.
queat, vt cùm vir in hæreditario vxoris fundo ædificat [14].

HORREVM. Meritò addita eſt dictio † plerunque: nam ſi magnus fundus eſt, & fru 7
15 d.l.j.§.pen.de imp.
gum ferax, & plurima familia colatur, & piſtrini, & horrei impenſa neceſſaria eſt [15]: ſi ve-
rò modicus fundus ſit, piſtrinū & horreum ad vtilitatem ſolū pertinet: quia locari poteſt.

16 l.quod ſi hæ.de impen.
VOLVPTARIAE. Ad * ornamentum ſolùm pertinent [16], præterquam in re pro- 8
mercali. Quaprópter in prædio vrbano, ſi maritus cœnacula, quæ locari ſolent, pictu-
ris exornet, pictura erit vtilis, non ſimpliciter voluptaria: tantò enim pluris cœnaculum
locabitur, quia ornatius. Has impenſas † niſi dominus ipſe facturus fuiſſet, nec maritus, 9
17 l.pro voluntariis.eo.tit.
nec bonæ fidei poſſeſſor deducit [17]: licitum tamen eis eſt auferre, quod commodè ſe-
parari poteſt. In malæ verò fidei poſſeſſore diſtinguimus, vt ſi impenſa in re facta ſit, quæ
18 d.§.ex diuerſo.
ſeparationem ſui natura non admittat, videatur donaſſe [18]: at ſi aliquo caſu ſeparentur,
auferre tamen ei nihil liceat: ſi verò ſui natura res ſit ſeparabilis, licitum eſt ei auferre:
19 l.vtiles. ſ.de pet. hæred.
nec enim donaſſe videtur [19], quod auferre poteſt: & ita ipſe extrico, licet alij differen-
20 Bart.d.l.in fundo.
tiam in modo agendi conſtituant [20].

INCRVSTATIONES. Tectoria ſunt parietum, ex cruſtis marmoreis.

LORICATIONES. Sunt ſuperficies integendi cauſa, quæ ad pauimenta maxi-
mè pertinent, fiúntque ex calce, & arena: qua de re Vitruuius libr. VII. plura. Eſt & lorica
quæ vallis caſtrorum, vel podiis apponebatur alio ſignificatu.

SVM



SVMMAE.

1 *Legem xij. Tab. explicari.*
4 *Generali ineſſe ſpecialia: quandoque contrà.*

LEX LXXX.

1 IN GENERALI. Verba † legis xij. tab. erant [1]: vti quis legaſsit rei
1 l.verbis.ſ.eod.
ſuæ ita ius eſto. Quibus verbis generaliter tributa eſt poteſtas legatariis,
legata ſua petendi. Sed an idem ſit in his, quib. libertas teſtamento legata
eſt? & ex verbis videretur non eſſe idem: qui enim libertatem legat, rem
2 ſuam non legat, quippe libertas * in bonis teſtatoris non eſt: & id neque
verè, neque (vt Bartolus inquit [2]) cauſatiuè: ſed tamen ex mente legis
2 Bart.l.j.de lega.j.
idem dicendum eſt. Accurſ. hîc verbum petitione, intelligit pro repetitione, quod mihi nō
3 placet, quamuis in iure verum ſit, ſub generali repetitione * legatorum in ſubſtitutione fa
4 cta, etiam libertates contineri [3]. Quæ res argumento eſt, † generali in diſpoſitione etiam
3 l. cū in ſubſtitutione. de leg.iij.
ea intelligi, quæ ſpeciali priuilegio inſignita ſunt, vt libertates, dotes, teſtamenta militum,
& ſimilia [4]. Quod verum, niſi priuilegium illud tolleretur: non enim veriſimile eſt genera-
4 l. in fraudem. in fin.de teſt.
libus verbis voluiſſe legiſlatorem corrigere ea, quæ fauore ſpecialis cauſæ indulta ſunt: vt
5 Iaſ.l.j.iij.notab.ſol.matr.
hac in re ridiculi ſint, qui contraria prodiderunt [5].

SVMMAE.

1 *Prætoris de facto reſtituendo edicta.*
2 *Reſtituendum damnum, lucrúmque. 3.*
5 *L. Cùm prætor. explicatur.*
7 *Lucrum in emptione venire.*

LEX LXXXI.

1 CVM PRAETOR. In † interdictis (inquit prætor) quod vi aut clàm
factum eſt, reſtituas: item, quod quis ſpreta nuntiatione noui operis fecit,
2 reſtituat, & id genus ſimilia. Explicat † Iuriſconſultus quid reſtituendū
ſit, & non ſolùm opus [6], ſed etiam omne damnum reſarciendum eſſe te-
6 l. ſemper. §. in hoc.ſ. quod vi.
ſtatur: hanc enim eſſe vim huius verbi reſtitutionis [7]. Sed dubium eſt,
7 l. antepen. §. ſiue.ſ.de oper.no.nun.
cùm hîc dicitur damnum reſtitui, an etiam ratio lucri ceſſantis habenda
ſit. Et extat reſponſum apud Baldum [8] in ſimili ſpecie, eius qui cōuenerat damnum reſtitue
8 Bald.conſi.clij.in j.
3 re: exiſtimat enim huius lucri rationem non habendam: aliud eſt enim damnum, * aliud
4 ceſſatio lucri: Sed hæc † ſententia hoc reſponſo confutatur, quo omnem vtilitatem reſar-
5 ciendam ei eſſe teſtatum eſt, cui damnum debet reſtitui. Itaq; ego hæc verba † ſecundum
legis diſpoſitionem interpretor, vt in caſibus, in quibus de iure ceſſantis lucri ratio habe-
tur, qui damnum reſtituere promittit, etiam ad id lucrum teneatur. Regulariter autem tra
6 ditur, lucri * quod quis veriſimiliter feciſſet, rationem habendam, præterquam ſi cum alte-
7 rius iniuria lucrum illud acquireretur [9]. Idem † in emptionis contractu ſeruatur [10]: cùm
9 l.ſi is cui. de furt.
enim emptor, ſi pecuniam non det, in legitimis ſolùm vſuris condēnetur, non fuit æquum
10 l.ſi ſterilis.§.cū per ven. de act.empt.
vt venditor, ſi rem non tradat, grauiùs puniretur, ceſſantíſque lucri rationem reſolueret.

SVMMAE.

1 *Ampliùs, variè accipi. 3.*
2 *Reſtituat totum ſupra legem capiens.*
4 *Damnantis pluris iuſtò pœna.*
5 *Amplius repetit, ſed variè.*

LEX LXXXII.

1 VERBVM AMPLIVS. Ampliùs † & minùs, comparatiua quam-
uis ſint, tamen ex ſubiecto argumento vim comparationis quandoque
amittunt [11], ponitúrque ampliùs pro toto, minùs pro nihilo. verbi gratia:
11 l.minus.ſ.eo.
2 Quis promiſit ſe reſtituturum, ſi † quid legatorum nomine ceperit am-
pliùs, quàm per legem Falcidiam liceat: emergit ingens æs alienum, per
3 quod legata omnium extinguuntur [12], certè totum reſtituere debebit, † li
12 l. j. §. hæc verba. ſi cui plus, quàm per leg.
4 cet ea dictio ex proprietate ſermonis partem tantùm compræhenderet. Finge † conſtitu-
tum eſſe, vt ſi prætor aliquem condemnauerit, amplius quam debeat [13], ipſe certa pœna
13 Bar.l.ſi ſeruus.§.ſi ita.de leg.j.
adficiatur: quamuis in tota ſumma quis indebitè fuerit damnatus, prætor verbis legis pu-
5 nietur. Illud † non prætereundum, hanc dictionem ſi pronomen illi addatur, rerum repeti-
tionem facere [14]: veluti cùm dicitur, hoc amplius, vel eo amplius, vel amplius quàm talem
14 l.ſi ſic.de leg.iij.
rem. Si verò ſimpliciter adponitur, actum legandi ſolùm repetere, non ipſam rem [15]. & ita
15 d.§.ſi ita.
6 frequentiùs traditur. Cæterùm & minus aduerbium, poſitiuo * adiunctum, contrariæ ſi-
gnificationis comparatiuum demonſtrat: vt, minus ſtultus, id eſt, prudentior. Terentius in
Eunucho: Hoc nemo fuit minus ineptus, id eſt, aptior, vt Priſcianus interpretatur.

SVMMAE.

1 *L. Propriè. ſenſus.*
2 *Bona, incōmoda non dici: quandoque contrà.*
4 *Legatum ob aliud, niſi ſit pium, non defalcari.*

gg v LEX

## LEX LXXXIII.

PROPRIE. Cùm † ſuperiùs dictũ ſit, bona intelligi ære alieno deducto, 1
oſtẽdit hîc generaliter Iuriſconſultus, qualecunq; incõmodum ſit, etiam
ſi aliud quàm æs alienum, eius reſpectu propriè bona non dici. Quotieſ-
cunq; ergo † alicui ſunt prædia maioris incõmodi, quàm vtilitatis, is bo- 2
na ea rectè non appellabit: & ideo permittitur eccleſiæ ſine aliqua ſolenni
tate huiuſmodi prædia alienare [1], tanquam bona non ſint: quod & in mi-
nore pleriq; ſenſerunt [2]. Quandoq; tamen appellatione bonorũ etiam æs alienum * com- 3
præhenditur, itémq; ea, in quibus plus incõmodi eſt, vt in bonorum poſſeſsione. Sed quid
in † legatis? pone eum, qui L X. habet, aliis X X X. mihi tertiã partem bonorum legaſſe, X X. 4
ne, an X. conſequar? & XX. me conſequi, nec quæ aliis legata ſunt, deduci Bartolus cẽſuit [3],
quamuis enim deducto ære alieno bona intelliguntur, quæ tamen legata aliis ſunt, æs alie-
num * ipſius teſtantis non erant: quòd ſi ea huiuſmodi fuiſſent, vt in illis lex falcidia locũ 5
non haberet, qualia ſunt quæ ad pias cauſas transferuntur [4], de mea ſolùm portione fiet de-
ductio: vnde in propoſita ſpecie cæteris legatariis X X X. mihi decem, hæredi X X. relinquen
tur, & ita plerique tradiderunt.

1 Spe. in auth. de non alie.
2 Iaſ. l. ij. §. de offi. eius,
3 in l. ſi quis ſeruum. §. fin. de leg. ij.
4 Auth. ſimiliter. C. ad l. fal.

### SVMMAE.

1 ☞ *Filij etymon varium.*
2 *Filio nepotes non, niſi ex cauſis, contineri.* 5.

## LEX LXXXIIII.

FILII. Filium † pleriq; ab amore dictũ volunt, quaſi φίλιον, ſed ſyllaba re 1
fragatur. Ipſe magis à græco ſermone υἱὸς dictum arbitror, addito ex more
Aeolico digãmate Fυιὸς ſicuti Fλένην ἑλένην dixerũt. Aeolico autẽ ſermoni
noſtrum ſimilimũ eſſe Fab. Quintil. tradit. Prior tamen deriuatio à cæte-
ris approbatur, atq; hanc eſſe rationẽ exiſtimant, quòd etiam nepotes fi-
lij dicũtur, cùm & in illis ſit mutuus aui amor. Ipſe † ex ſermonis proprie 2
tate appellatione filij nepotẽ cõtineri non arbitror [5], ſed ex interpretatione, quæ in diſpoſi
tione legis generaliter procedit [6], & id etiã in odioſis, niſi ratio diuerſa aliud ſuadeat. Ecce,
miles à tutela præterquã filij commilitonis * excuſationem habet, quid ſi ſit nepos? certè in 3
eo eſt diuerſa ratio: quia pater non militauit, licet auus fuerit miles [7]. Rurſus: filij * fideicõ- 4
miſſo grauati tametſi volente teſtatore fructus in rationẽ quartæ non imputant [8], quod in
ſolatiũ grauaminis lex illis ſpecialiter indulſit, ergo ad alios trahendum non eſt. At in di-
ſpoſitione hominis, qui de filio loquitur, de nepote non intelligetur [9]: nec enim † in eiuſmo 5
di materia fit extenſio, niſi alicunde de mente coniiciamus [10], vt cùm alioquin dura ſepa-
ratio induceretur [11], vel extranei ſuis præponerentur, vel vſus teſtatoris hoc ſuaderet [12].
Idem ſi natura contractus, vt cùm cliens beneficiariũ fundum pro ſe & filiis accipit [13]: natu
ra enim huius contractus eſt, vt in nepotes tranſmittatur.

5 l. quod ſi nepotes. de teſt. tut.
6 l. filius. ad Maced. l. ſenatus. de rit. nupt. l. ij. §. ſi mater. ff. ad Tertull.
7 l. ſed & milites. de excuſ. tut.
8 l. iubemus. C. ad Trebel.
9 §. fi. inſtit. qui dar. tut.
10 l. liberorum. ꝟ. eod.
11 l. Lucius. de hæred. inſti.
12 l. alimenta. de alim. leg.
13 Iaſ. §. inſtituens. in l. Gallus.

### SVMMAE.

1 ☞ *Collegiorum genera: quorum quædam vetita, permiſſa alia.* 4. 5.
7 *Collegium in dubio recipiendum.*
8 *Collegium non, niſi ob fructus augeri.*

## LEX LXXXV.

NERATIVS. Fuerunt fortaſſe, qui crederent duobus conſtare collegium:
quandoquidem & collegæ * dicantur, duo ad idem officium electi. Nera- 1
tius tamen tres mauult, cuius ſententiam tanquam probabiliorem Marcel-
lus probat. Cùm enim collegium ſit vniuerſitatis nomen, aliquid vltra dua-
lem numerum requirit. Sunt † autem varia collegia, ſicut fabrum, qui arcen- 2
dis incendiis inſtituti ſunt: dendrophororum, qui arbores cædunt, & torrent: centona-
riorum, qui vilia artificia exercẽt, quorum artificium quamplures alibi nominantur [14]: qui
ꝙ tenuiores ſint, * poſſunt ſe collegiis cõgregare, & ſtipẽ conferre. Permiſſa etiã ſunt † ma- 3
ſtigophororũ, quos diſciplinatos vocãt, collegia, quòd rei ſacrę cauſa cõueniant: ea & ſcho 4
læ, & cõfratriæ appellantur, † quippe varia ſunt nomina, collegiũ, corpus, militia, cõmilitiũ 5
ſocietas, thiaſus, ordo, conuenticulũ, ſodalitium, quę eandem ferè vniuerſitatẽ ſignificant.
Sunt autem iure quæcunq; collegia prohibita, niſi permiſſa expreſſè reperiantur: habuêre
enim maiores noſtri ea ſuſpecta, nec multitudinẽ * coire ſine legitimo rectore voluerunt: 6
nam vidimus plerũq; etiam ſub ſacri conuentus prætextu, multa improbos aduerſus pudi
citiã & leges moliri, quod T. Liuius lib. xxxix. eleganter proſequitur. Extat etiam hac de re
Traiani Imp. reſcriptũ ad C. Cæcil. Pliniũ. Sanè quod de collegio hîc traditur, de familia
quoq; dici ſuprà vidimus [15]. Vbicunq; † autẽ dubitatur, aliquis in collegium admittendus 7
ſit, an id minùs, pro admiſsione pronũtiandũ Baldus [16] reſpondit id enim eſſe fauorabilius.
Sed finge ſcholares, ſeu collegas certæ eccleſiæ neminẽ aliquo defuncto ſubrogare, vt quò
pauciores

14 l. fi. de iur. immu. & l. j. de excuſ. artif. C.
15 l. deteſtatio. §. fi. hoc tit.
16 Bal. conſi. clxxxiij. in ij.



8 pauciores ſunt, eò tutius in ſuos vſus reditus pios vertant, quomodo prouidebitur? Et † pu-
to ſi non minori quàm trium numero ſint, non poſſe cogi vt alios ſubſtituãt, vel eligant, &
id huius reſponſi argumento, niſi tam ampli ſint reditus, vt rectè adminiſtrari à tam paucis
9 nequeant. Illud conſtat, negligentes, * vel fures, ab epiſcopo amoueri poſſe [1].

1 l. nulli. vbi Bal. C. de epi. & cler.

### SVMMAE.

1 ☞ *Seruitutes rerum, iura.*
2 *L. Quid aliud. enucleari, & emendari.*
4 *Seruitutem variè definiri, & accipi.* 5.
6 *Prædij ius etiam de reditu eius accipi.*

## LEX LXXXVI.

1 QVID ALIVD. Iura † prædiorum ſeruitutes eſſe, ſiue de ruſticis, ſiue de
2 vrbanis loquamur, dubiũ non eſt. Sed † Iuriſconſultus hîc interpretatur
clauſulam, quæ in inſtrumentis apponi conſueuit, cùm quis prædia cum
iuribus ſuis reſtituere promittit: intelligitur enim, vt eius æqualitatis red-
dat, cuius acceperit, eiuſdem, ſcilicet, bonitatis, ſalubritatis, amplitudinis.
Quapropter legendũ hîc eſt, æqualiter, non autẽ, qualiter: nam ratio ſen
3 ſus, & recti ſermonis non conſtaret. Illud tamen nõ negauerim, ſeruitutes ipſas * qualitatẽ
prædiorum, non autem ſubſtantiam reſpicere [2]: quapropter eas ſic deſcripſit Baldus [3]: vt
4 ſeruitus † ſit accidentalis habitudo & extrinſeca qualitas prædij. Bartolus verò ſubtiliùs de
finiuit [4]. Seruitus eſt quoddam ius prædio inhærens, quod eius vtilitatem reſpicit, vicini
5 diminuit. Planè hoc † in reſponſo, ius pro qualitate rei inhærente ponitur, ſicut & alibi pro
cõmoditate [5]. Sed & pro nuda facultate plerunq; vſurpatur: vt ſi dicã, Ius mihi eſt per viam
publicam eundi: vel filiusfamil. ſeu ſeruus adeundi ius habent: fit enim interpretatio, ius
adeũdi, id eſt, facultatem, vt Aretinus ſenſit [6]. Sanè Alexander eum, cui ex iuribus prædio-
rum quicquid vellet alienare, conceſſum erat, poſſe reditus ex fructibus perceptos diſtra-
here, huius legis argumento reſpondit [7].

2 l. pe. de euict.
3 Bal. auth. ei qui. C. de bo. aut. iud.
4 Bar. l. j. de ſerui.
5 l. quod dicimus. ꝟ. eod.
6 Aret. l. legatum. de leg. j.
7 Conſi. xv. in ij.

### SVMMAE.

1 ☞ *Vrbis etymon.*
2 *Vrbs ſacra: verius.* 3.
5 *Loquendi vſum ex perſonis accipi.*

## LEX LXXXVII.

1 VT ALPHENVS. Quoniam † vrbs ab vrbo parte aratri dicitur, quo
ſolebant in condendis ciuitatibus maiores vti, ſicq; muros definiebant,
meritò vrbs ſolùm dicitur, quod muro tenus ambitur. Roma verò etiam
continentia vrbi ædificia ſignificat, quod ſupra latius attingimus [8]. Sanè
2 cùm † vrbem ſacram appellamus, ſunt qui Hieroſolymitanã accipiant,
3 vt Baldus [9]. Ego † Romã potius intellexerim, ſicut & cùm æternam dici-
mus [10]: Auſonius: *Vrbis ab æternæ deductam rege Quirino.* Vt mirum ſit, quòd literatores
quidam ibi legunt, Hectoreæ. Oſtendit & id variis locis Ammianus. Cæterùm cùm Iuriſcõ
4 ſultus cõſuetudinem loquendi in * teſtimoniũ adducat, hinc apparet ſecundum cõmunem
vſum verba potiùs accipi, quàm ſecundũ proprietatis originem: quod etiam in pœnalibus
5 & odioſis receptum eſt. Sed hæc † ita pleriq; declarant, vt in diſpoſitionib. peritorum, eorũ
vſus adtendatur [11], ſicut in idiotarum ſermone, conſuetudo imperitorũ: quod non diſpli-
cet: In dubio autẽ vnum eundémq; vſum eſſe credemus, nec aliter loqui plebẽ, quàm patri-
6 tios [12]. Sed & ſi conſtitutum ſit, vt verba ad literam intelligantur, * vel propriè, tunc com-
munem vſum imperitorum non adtendemus, eruditorum verò obſeruabimus [13]: quando-
quidem conſenſus eruditorũ, (vt Fabius ſcribit) cuicunq; proprietati præualet: penes enim
eorum vſum arbitriũ eſt, & ius & norma loquendi, Horatio autore in arte poëtica. Proba-
7 to * autem vſu præſentis anni, non ſequitur eundem retrò fuiſſe obſeruatum: niſi ab eo tem
pore cœpiſſet, cuius initij nulla eſſet memoria: quod enim tandiu viguit, ſemper fuiſſe ob-
ſeruatum, etiam ante hominum memoriam, creditur: ídque plerique omnes ſcripſêre.

8 l. ij. ꝟ. eod.
9 l. ij. C. de nau. fœn.
10 l. j. C. de ſuar. lib. xj.
11 Bald. c. j. de ſuc. feud.
12 l. ſi chorus. §. j. de leg. iij.
13 Mod. in rub. de op. no. nun.

### SVMMAE.

1 ☞ *Æſtimandi forma.* 5.
3 *Numi cauſa.*
4 *Fideiuſſio alia à principali nulla.*
7 *Valor communis ſpectandus.*
9 *Pretij iuſti modus.*

## LEX LXXXVIII.

1 PROPEMODVM. Quæcunq; † res ſecundũ pecuniam æſtimationem
2 recipiunt, non autẽ pecunia * ſecundũ res: etenim iure gentiũ ea † de cau-
3 ſa ſignatus eſt numus, vt cõmercia rerum faciliùs celebrarentur, functio-
némq; ex eo reciperẽt: quæ in rebus non eſt, vnde minùs in vſu cœpit eſſe
4 permutatio [14]. Si igitur † tu decem debeas, & pro his decẽ ego fide mea to
tidem modios tritici eſſe iubeã [15], tanquã de alia re promiſerim, fideiuſ-
ſio non valet: nec enim res pecuniæ loco ſuccedit, ſed pecunia quibuſdã caſibus loco rei [16].
Planè

14 l. j. de contra. empt.
15 l. ſi ita fide. de fideiuſſ.
16 l. Imperator. in fin. de leg. ij.

Planè dubium eſt,cùm quis in cenſu habere dicatur, quantùm pecuniæ ex bonis refici po-
teſt,† quomodo ineunda ſit ratio,an ducto valore ſecundũ communẽ æſtimationem[1],an ſe 5
cundũ reditus,vt tanti res cenſeatur,quantũ viginti annorũ reditus conferunt[2], an quanti
vendi poteſt:quod verius videtur, reſponſi enim huius verba hoc indicãt[3]. Cùm enim res
in pecunia * functionẽ recipiant, tanti æſtimari debent, quantũ pecuniæ reperitur:niſi de 6
reſciſsione propter læſionẽ agamus[4], tunc enim is cenſetur læſus,qui à cõmuni curſu aber
rat.Sed & quoties rẽ æſtimamus † eius reſpectu,qui eam acquiſiuit,ſiue titulo hæreditario, 7
ſiue ex contractu,tantũ eum ademptũ dicemus,quantũ communi æſtimatione res vẽdi po
teſt[5]: nec enim adfectionis ipſius ratio eſt habẽda,nec etiã quid alius tũc ſit oblaturus,cùm
is qui eã eſt adeptus,ne licitantis affectio deinde minuatur, non ſit cõpellendus eam quàm
primũ vendere.Vnde ſumma ratio eſt,vt tali caſu cõmunem valorẽ potiùs æſtimemus: in
qua æſtimatione redituũ quoq; ratio habebitur[6]:quod autẽ * communiter reperitur,id iu- 8
ſtum pretiũ eſt,† vtpote quod ex valore rei,non ex adfectu conſtituatur. Quapropter,cùm 9
in lege iuſti pretij fit mentio,de eo quod communiter perciperetur,intelligemus[7].

1 l.pretia.ad l.falcid.
2 Auth.perpetua.C.de ſac. ſanct.eccleſ.
3 mortis. iiij. in fi.ſ.de do- nat.cau.mor.
4 l.ij.C.de reſc.vend.
5 d.l.pretia.
6 gl.in d.auth.perpetua.
7 Alexand.l.qui Romæ. §. cohæredes.ſ.de verb.oblig.

S V M M AE.

1 ☞ *Iumentorum etymon varium.5.* 2 *Boues iumentis non contineri.*

## L E X XXXIX.

BOVES. Veteres † à iungẽdo iumenta appellabant,quòd curui iungeren 1
tur:ea erant equi, & muli.boues verò armenta * potiùs dicebãtur,ab aran 2
do[8],vt Varro inquit,quòd principalis eorũ vſus is eſſet. Igitur † legatis iu- 3
mentis,* non videtur de bobus actũ[9]: & ædiles cùm de iumento mentio- 4
nẽ fecẽre,ſubdiderunt etiã de pecoribus[10], vt boues cõpræhenderentur.
Lucius tamen Columella lib.vj.iumenta appellari credidit,quæ noſtrum
laborem,vel onera ſubuectando,vel arando iuuarent. Sed aliter † Iuriſconſulti ſentiunt:le 5
ge enim xij.tab.à iungendo,non à iuuando iumenta dicuntur, vt A. Gellius eſt auctor. Vi-
detur tamen nobis ex eruditorum vſu Columellæ approbari ſententia.

8 l.ſeruis.de lega.ij.
9 l.legatis.§.fi.de leg.iij.
10 l.ædiles.§. iumẽtorum. de ædi.edict.

S V M M AE.

1 ☞ *Sermo, niſi neget, de primo actu accipiendus: quandoque diuerſum. 3. 6.*
4 *Vxoris alimenta etiam ſecundæ, & vlteriori deberi.*
5 *Viduitatis caſus multiplicabilis.*
8 *Reductio perpetua accipienda, non prima fraudoloſa.*

§. HOC SERMONE. Hæc † dictio dum, eam ſignificationem habet quam donec, 1
& quandiu. Vnde propriè hæc verba interpretantur,donec,ſeu quãdiu erit nupta:referun-
túrq; (vt Pomp.ait) ad primas nuptias. Cuius rei rationẽ arbitror,quia eis diſſolutis,verba
ceſſant:ampliùs enim nupta non eſt:& quod ſemel deſinit,rurſus non conualeſcit[11]. Com-
muni tamen calculo aliter traditur[12], videlicet regulã eſſe, vt ſermo ſimpliciter prolatus,
de primo tantũ actu intelligatur[13], eam non procedere in ſermone negatiuo[14], vt ſi teſta-
tor mandet,ne filiæ * ſuæ mercatoribus nubant:nã neq; ſecundas nuptias cũ eis contrahe- 2
re poterunt[15]. Idémq; in diſpoſitione legis:nã ſi lex velit cauſas inter agnatos cõpromitti,
cõpromittendum ſemper erit,donec lis finiatur[16]. Sed & ſi prior actus ſit nullus, de ſecun-
do,ita ſuadente æquitate,intelligemus[17]. Quinetiã † ſi materia ſit fauorabilis,interpreta- 3
tione eam adiuuabimus, vt ſequentes quoq; actus cõtineantur. Vnde ſi vxori † ſuæ quis ali- 4
menta legauerit,etiã de ſecunda intelligetur. Et ex facto ita reſpondit Alexan.[18] Idẽ, cum
pater filiæ, † caſu,quo vidua ſit,habitationẽ domus reliquat:nã ſi tertiò & quartò vidua fiet 5
legatũ conſequetur:quoniã verba hæc generalia ſunt, & ad rẽ natura ſui multiplicabilem
referuntur[19]. Sed † & generaliter ex ſubiecto argumento aliter interpretabimur:quid enim 6
ſi natura rei iterationẽ requirit? vt ſi veſtitum teſtator vxori legauerit[20], vel princeps pri
uilegiũ aliquod mihi cõcedat:ſolent enim ea perpetua eſſe, non aũt quàm primùm finiri[21].
Quid ſi ex primo actu menti diſponentis non ſatiſfiat? vt ſi procuratorẽ ad * appellandum 7
conſtituã[22],an à prima ſententia ſolùm appellabitur? & non ſolùm vt à prima tantùm ſed
& ab vlterioribus appellet, cum conſtitutũ videri iure reſponſum eſt. & hæc quidẽ cõmu-
niter approbãtur. Hinq; † Othonis Moguntini * antiſtitis fraus iniuſta detegitur:is Alberto 8
Francorũ Comiti ſub iuriſiurandi fide perſuaſit, vt relicta inexpugnabili,quã inſederat, ar 9
ce ſecũ ad Ludouicũ regem,cuius filium occidiſſe inſimulabatur,deſcenderet: ſe enim vel
eum regi conciliaturũ,vel ſoſpitem in arcẽ reducturum: vixq; egreſſo, tanquã melius eſſet
prius prandere, iuſsit vt reuerteretur:mox finito prandio,ad regẽ duxit captiuũ,cúmq; ad
ſuppliciũ duceretur,antiſtitis periurium accuſanti reſpondit, ſe datæ fidei ſatisfeciſſe, reli-
giõnéq; exolutũ, cùm eum prandendi cauſa in arcem incolumẽ perduxit. Dignus perpe-
tua nota ſacerdos,qui ignorauerit fraude periurium aſtringi,non ſolui.

11 l.ſtipulatio de dote.ſ. de iur.dot.
12 Iaſ.l.diuortio.§.quod in anno.ſ.ſol.mat.
13 l. dotis promiſsio. de iur.dot.
14 l.ſi ſic ſtip.ſ. de verb.or. oblig.
15 Oldr.conſ.xvj.
16 Alex.l.ſi cùm dotem.§. j.ſolut.matr.
17 l.hæc cõditio.ſ.de cond. & demonſt.
18 conſ.clxxi.in ij.l.placet. ſ.de lib.& poſthum.
19 But.conſ.xxx.
20 Bal.l.j.C.de fideicom.
21 Felin.c.ij.de treug.
22 not.l.fideicom.§.ſi quis decem.de leg.iij.

S V M



S V M M AE.

1 ☞ *Rationes variè cenſeri.*
4 *Argentariorum auctoritas, & officium.*
5 *Argentariæ tractandæ modus hodiernus.*

1 §. INTER REDDERE. Edere, † eſt rationes * exhibere[1], & copiam deſcribendi
2 facere. Reddere verò eſt computare, * & reliqua reſtituere[2]. quòd ſi ad reliqua quis non te
3 netur, nec quidem rationes reddere debet[3]. Hincq; eſt,quod vulgò dicimus, vbi duo pro-
4 pter vnum,ibi vnũ. Edere autem † tenentur argentarij, tanquam fides eorum publicè ap-
5 probata ſit:habebant enim argentarij tabernas in foro, & priuatorum pecunias ſub fœno-
re locabant,eligebantúrq; magnæ fidei homines,& eorũ codicib.fides dabatur. Hodie † ve
rò per chirographa debitorũ manu ſubſcripta, & à proxeneta agnita res tractatur. at nu-
mularij,& trapezitæ,& menſarij,collectariíſque,inferioris gradus erant,nec tantæ autori-
tatis:quod etiam ex Plauto facilè eſt dignoſcere.

1 l.j.ſ.de eden.
2 l.cum ſeruus.de cond. & dem.
3 l.qui libert.§.j.de euict.

S V M M AE.

1 ☞ *Clauſulæ vti optimus &c. effectus.3.* 2 *Seruitutis non dictæ cauſâ ex empto agi.*

## L E X XC.

1 QVI VTI. Clauſula † eſt in alienationibus rerum immobilium poni ſo-
lita,quum dicimus,nos prædium, vti optimum maximúmq; eſt,tradere:
quę clauſula nihil de eius bonitate,amplitudinéq; diminutum eſſe ſignifi
cat,& ideo liberum dari:quia ſi ſeruitutem aliquam deberet, de eius iure
diceretur diminutum. Quamuis ergo hac clauſula fundum liberum eſſe
oſtendamus, non tamen ideo deberi illi aliquam ſeruitutem per vicinos
2 pollicemur[4]. Sanè † qui fundum ſimpliciter vendit,ſi ſeruitutem debeat, talem, qualis eſt
præſtare debet[5]: competit tamen emptori actio quanto minoris, ſi ſeruitutis ignarus rem
3 emit[6]: poterit etiam ex empto agere[7]. Quòd ſi aditum ſit † optimum maximúmque ven-
di,tanquam fides ſeruata non ſit, nec venditor parte ſua adimpleuerit, poſſe etiam ad re-
ſciſsionem contractus agi verius eſt. Sed & ſi vicinus ſeruitutem imponi aduerſus empto-
4 rem obtinuerit, per actionem * de euictione prouidebitur[8]: atque ita ego ſentio, licet Ac-
curſius aliter,qui eo ſolùm caſu talem,qualis eſt,fundum præſtandum credidit,cùm vendi
tor expreſſe prædixit, ſe eum vti optimus maximus eſt nolle præſtare[9]: quæ interpretatio
Iuriſconſulti verbis non quadrat.

4 l.pen.ſ.de euict.
5 l.cùm vẽderes.de contrahen.empt.
6 l.quoties.de ædil.edict.
7 l. in vẽditio.de act. emp.
8 l.pen.de euic.
9 d.l.cum venderes.

S V M M AE.

1 ☞ *Meum variè accipi. 3. 4. 5. 7.* 2 *Nomina, datis omnibus, data videri.*

## L E X XCI.

1 MEORVM. Quoniam † meum dicitur id, quod vendicare poſſum[10],
conſtétq; actiones tanquam res incorporales non vendicari, videbatur
hac appellatione eas non contineri:ſed Iuriſconſultus aliter cẽſuit. Qui
2 ergo † omnia ſua, vel omnes res ſuas donat,& nomina debitorũ donaſſe
intelligetur,& ita communiter traditum eſt[11]: idem enim eſt,ſiue omnia
mea dixerim,ſiue addito vniuerſali ſubſtantiuo,omnes res meas,ſeu bo-
3 na mea dicam. Sed † ſi generale ſubſtantiuum appoſitũ proponatur,vt ſi quis dicat,argen-
tum meũ,veſtes meas,hęc pronomina ad dominiũ vel quaſi dominiũ referentur[12]:niſi ſub
iecta materia aliud velit,vt cùm ſeruo,vel monacho pecunia ſua legatur,nec enim illi quic
quam in dominio habere poſſunt[13]: vel cùm ſe famulis ſuis quis loquitur:nã ſi in dominio
4 eos ſuo haberet,ſerui eſſent,nõ famuli. Sed † & cùm colonus vineas ſuas,armiger(quẽ hip-
5 pagium vocant) equos ſuos dicit,ratione curæ intelligitur, non dominij[14]. Quoties † verò
ſubſtantiuo particulari id pronominis iungitur,demonſtrationẽ facit, præterquã ſi futurũ
reſpiciat:vt cum lego,Stichum,qui meus erit,tunc conditionale legatum eſt[15]. Celebre eſt
Biantis illud dictum,cùm patria ſua capta,omnes cum rebus ſuis fugerent, ipſe interroga-
tus,cur ſolus bona ſua non aſportaret:Ego,inquit,omnia mea mecũ porto. Inde oſtendens
6 bona animi * propria & noſtra eſſe, non corporis. Scribit Philoſtratus,Cyrum Perſarum
regem, cùm exercitũ in Odryſios moueret oraculum Orphei conſuluiſſe, reſponſúmque
accepiſſe, τὰ ἐμὰ ὦ κῦρε σά, id eſt,mea ô Cyre tua:quod ille interpretatus eſt,tanquã Odryſios
quibus Orpheus imperauit, ſubacturus: cùm ad genus mortis alluderet. Sicut enim Or-
7 pheus à mulieribus interfectus eſt,ita Cyrus à Maſſagetarũ regina. Quibus † exemplis con
ſtat has dictiones latiſsimæ ſignificationis eſſe.

10 l. Quintus.ſ. de aur. & arg.
11 l.ſi legatus.§.ſi quis:l.nã quod.§.fi.ad Treb.
12 l.ſeruos autẽ. de leg.iij.
13 l.iiij.de manumiſſ.
14 Gl.l.ij.in prin. de orig. iur.
15 l.iiij.de leg.j.

S V M M AE.

1 ☞ *Superlatiui natura.*
2 *Proximum, primúmve, etiam vnum dici.*
3 *Primum etiam de duobus dici.*
5 *Tertius etiam ſecundus eſt.*

LEX

## LEX XCII.

PROXIMVS. Superlatiuum † nomen eſt, & ideo ex natura ſua 1
poſitiuum præſupponere deberet [1]: ſicut optimus præſupponit cæterorum meliorem, & maximus ampliorem [2]: ſed tamen in iure hoc non ſeruamus. Et cùm lex proximo † agnato hæreditatem deferat, ſi vnus 2
ſolùm ſupereſt, is proximus dicetur [3]. Quod & de dictione primus, obſeruandum eſt: vnde primogenitus dicetur, quem nemo ſequitur, dum ante ſe neminem habeat [4]. Sed & lex, quæ primogenito regnum defert, in eo locum ſibi vendicabit, cuius fratres maiores natu ante delatam hæreditatem deceſſere: quod etiam approbat Bald. [5] quoties quis ſibi & primogenito emphyteuticum ius acquirit [6]: ſatis eſt enim ne aliquem ante ſe habeat. Quod † & in pluribus recipiendum 3
eſt, vt duo eiuſdem gradus, ambo ad ſucceſsionem admittantur. Et ſi corona muralis ab Imperatore illi promiſſa ſit, qui primus murum aſcenderit, ſi duo eodem tempore aſcenderint, vtrique ſua debebitur: verum eſt enim eos primos, quos nemo anteceſsit. & ita obſeruaſſe P. Scipionem autor T. Liuius eſt, lib. xxvj. nec noſtrates Doctores omnino reclamant [7]. Et quod de proximo dictum eſt, eadem ratione in ſupremo receptum eſt, vt ſupremus * dicatur, quem nemo ſequitur: vt cùm prætor bonorum poſſeſsionem ſecundum ta- 4
bulas ſupremas pollicetur [8]: ſitque hac ratione, vt ſi vnus ſupereſt, idem proximus & ſupremus ſit. Quod adnotandum eſt, cum quis ei, qui ſupremus morietur, ſubſtituit [9]. His conſequens eſt † queſtio, cùm filio teſtator ſubſtituit eum qui tunc ſecundogenitus erit filiorum 5
ſororis ſuæ, & defuncto primo, colligat ſecundus cũ tertiogenito: putauerim enim tertium admitti, quia tunc is ſecundogenitus eſt filiorũ ſororis: & ita ex facto conſultus reſpondi.

1 l. vbi. de verb. oblig.
2 l. illa verba. j. eod.
3 l. j. §. proximi. vnde cog.
4 c. Ioſeph. extra eod.
5 Bald. l. ſi quis. §. talem. C. de ſecun. nup.
6 l. ij. C. de iur. emph.
7 l. qui filiab*. §. j. de leg. j.
8 l. j. §. j. de bo. poſſ. ſec. tab.
9 l. qui duos. de reb. dub.

### SVMMAE.

1 ☞ *Mouentium mobiliúmque diſcrimen.*
2 *L. Mouentium. emendari.*
3 *Nomina, bonorum ſpecies: eodémque, quo actiones iure cenſeri.*
9 *Quæcunque, vocem impropriari.*
7 *Reditus variè & ex re cenſeri.*
8 *Iura ex re mobilia dici.*

## LEX XCIII.

MOVENTIVM. Licet † mouentia actiuam ſignificationem reſpi- 1
ciant, ſicut mobilia paſsiuam, tamen pro eodem accipiuntur, niſi aliter de mente conſtet: vt in edicto prætoris [10], in quo executionem rei iudicatæ non prius fieri debere in mouentibus, vt equis, mulis, aſinis, bubus, & ſimilibus, oſtenditur, quàm in mobilibus facta ſit, dum tamen id debitori commodiùs videatur. Dum † ergo hoc in reſponſo legitur, ſi tamen ap- 2
paret, caſtigatior lectio eſt, ſi non apparet, & id etiam Latini ſermonis ratio poſtulat. Sed an † nomina vel iura mobilium vel immobilium appellatione compræhenduntur? Et non 3
compræhendi certum eſt [11], ſeparata quippe eſt ſpecies. Sed ſi ſub altera prædictarum ſpecierum hæc quoque collocanda eſt, vt quia conſtet de omnibus bonis actum, de eis iudicabimus, quod de actionibus: vt ſi rem mobilem petam, id nomen inter mobilia computetur: ſi rem immobilem, inter immobilia. Et hoc Dinus probauit [12], quod ex vi ſermonis non eſt, ſed ex interpretatione legis: quoniam qui actionem * habet, rem ipſam habere vide- 4
tur. Sed & ſi conſtitutione prohibitum ſit, quæcunque bona, ſiue mobilia, ſiue immobilia, in extraneos transferri, de iuribus quoque actum videtur: iura enim impropriè inter * im- 5
mobilia computantur. At illa dictio, quæcunque, propter * generalitatem etiam ad hoſce 6
improprios caſus trahitur [13]. Vnde, quicunque hæres, etiam impropriè hæredem compræhendit: & cùm de quibuſcunq; contractib. loquimur [14], etiam de abſiuis dicimus: quod tamen procedit, cùm nulla differentiæ ratio adſignari poteſt. Et quod de nominibus diximus in annuis quoque reditibus locum habet [15]: in quibus tamen fit huiuſmodi diſtinctio, vt ſi perpetuò debeantur, immobilibus æquiparentur: ſi verò breui tempore ſint duraturi, mobilibus [16]. Sed hanc ego † diſtinctionem ita intelligo, vt ſi dies ceſsit, incipiántq; iam deberi 7
mobilibus æquiparentur: nam cùm actio inde competat, videtur res ipſa haberi, alioquin immobilium potiùs ſimilitudinem in eis approbo. Illud † non prætereundum, iura quan- 8
doq; mobilib. potiùs adſcribi quàm immobilibus, quoties ratio hoc ſuadet: vt ſi lex prohibeat bona mobilia curialiũ ſub cuiuſquam aſpectu diuidi [17], ne paupertas alicuius detegatur: nam etiam iura continebuntur: illa enim latere, in abſconditóq; eſſe poſſunt: quod de immobilib. dici nequit. Sanè nec illud omittendũ eſt, quod ſententiarum receptarũ lib. iij. tit. ix. de vſufructu, ſcriptũ Paulus Iuriſconſ. reliquit [18]: is, Mobilibus, inquit, legatis, aurum vel argentum non debetur, niſi de his quoq; manifeſtè ſenſiſſe teſtatorem poſsit oſtendi.

10 l. à diuo. §. ij. de re iud.
11 l. quã Tuberonis. de pe. d. §. ij.
12 Din. l. poteſt. §. ꝺ aut. tut.
13 Ro. l. in tempus. in fin. de vſuc.
14 Mod. l. vnius. §. cognitu rum. §. de quæſti.
15 Cle. exiui. de verb. ſig.
16 c. querelam. de elect.
17 l. ij. C. quando & quib. quarta pars.
18 l. ſi chorus. de leg. iij.

### SVMMAE.

1 ☞ *Reddere variè accipi. 3.*
2 *Reddi, dari ex re ſonat. 4. 6.*

LEX



## LEX XCIIII.

1 VERBVM REDDENDI. Reddere † quandoq; † capitur ſimpliciter
2 pro dare [1]: vnde ſi teſtator alicui centũ reddi iubet, quãuis nihil ipſe accepiſſet, tamen legatum deberi dubium non eſt. Quod tamen Accurſius ex interpretatione [2] legis eſſe arbitratur, non ex ſermonis proprietate: redde
3 re † enim propriè eſt retrò dare, nam plerunq; per abuſum hanc præpoſitionem ſuperfluè addimus: vt cùm Lucilius dixit, Repudium remiſſum, id eſt, ſimpliciter miſſum. & Terentius, Renuntio futurum, id eſt, nuntio: quod nec Gram-
4 matici omiſere. Verbum autem dandi propriè reddendi ſignificatum habet: quia † qui red-
5 dit, vtique dat: qui repetit, petit. Hinc dicimus, ſoluto matrimonio dotem peti [3]: quoniã * id verbum generalius eſt, & repetitionem quoque continet. Sanè huius legis argumento re-
6 ſpondit Bart. [4] cùm duo fratres in † diuiſione certum fundum excepiſſent, pro dote vxori reddenda, tametſi non conſtet vllam dotem eos accepiſſe, tamen fieri interpretationem tanquam dotem dari ſimpliciter ſtipulati ſint: quo caſu abſenti mulieri fauore dotis actio quæritur. Quod & in verbo, reſtituendi, quoſdam approbaſſe ſuprà retuli [5].

1 l. Lucius. §. j. l. hæres. de lega. iij.
2 l. j. §. eleganter. depoſ.
3 Bart. in rubr. ſol. matr.
4 Bar. conſi. cxxiij. incip. factum ſic ſe.
5 in l. reſtituere. §. eũ.

### SVMMAE.

1 ☞ *Reliquum, reſtans, ex re totũ, nihilve ſonat. 3. 5.*
4 *Reliquum ex cauſis ad totum referri.*

## LEX XCV.

1 POTEST. Reliquorum † appellatio propriè ad partem reſtantem refertur, à qua ſermonis proprietate in dubio nunquam recedimus [6]. Vnde ſi
2 ex † fideiuſſorib. alter decẽ promiſerit, alter reliquũ, ſi primus ſoluere nequeat, nõ tamen ſecundus in totum condemnabitur. Sed & teſtator, qui illud quod reſiduum eſt pecuniarum, apud argentarium eccleſiæ legat, ſi deinde nouis lucris eam ſummam auxerit, non tamen totam legaſſe videtur [7], ſed id ſolùm, quod tunc erat. Quapropter Barbatij ſententiam nõ probo [8], qui cùm Rom. Pontifex cuidã præpoſito indulſiſſet, vt de reditibus ſacerdotiorũ liberè teſtaretur, dum tamẽ de reſiduo liberalem ſe erga eccleſiam exhiberet, reſpondit ſaltẽ dimidiam partem appellatione reſidui contineri: quod ipſe non approbo, cùm reſiduum propriè de quacunq; reſtante parte dicatur: ſatis ergo erit, ſi boni viri arbitratu munificus ſit. Sed & eadẽ ratione factũ eſt, vt qui x. pro reſiduo ſoluerit, cẽſeatur liberatus [9]: cùm enim creditor eam ſummã ſibi reſtare fateatur, conſequens eſt, vt, ea perſoluta, debitor liberetur. Recedimus
3 tamen † quandoq; à proprietate ſermonis, vt quia hoc materia ſuadeat, vel narrantis intentio: ſitq; eo caſu, vt reſiduũ quandoq; totum, quandoq; nihil inducat [10]. Finge teſtatorẽ ex
4 ſemiſſe ſpuriũ inſtituiſſe, † ex reſiduo Titium: cùm Spurius ſit incapax, videtur Titius in vniuerſum inſtitutus: nec enim pro parte ſolùm voluit teſtatus decedere. Qua ratione ſi quis partẽ domus vxori leget, quã viuens ipſe ſolebat inhabitare, ſi integrã inhabitabat, tota debebitur [11]: ſiue quia videtur partẽ dixiſſe reſpectu aliarũ domuũ, ſiue quia præualet in-
5 tentio, ex aliis verbis cõiecta, proprietati verborũ. Finge ẽ conuerſo † Titium ex aſſe inſtitutum, Semproniũ in reſiduo, certè nihil ei debebitur, cùm nihil ſuperſit [12]. Nõ recedimus ergo à priore ſignificatione, niſi ex cõiectura voluntatis: atq; ſic cõmuniter dici conſueuit.

6 Mod. l. ij. C. de hæred. inſtit.
7 Paul. l. cum ſtipulamur. §. de verb. obli.
8 Barb. conſ. xxxiij. in j.
9 l. ſi ex plurib. de acce.
10 l. ij. C. de hæred. inſtit.
11 l. vxori. de lega. iij.
12 l. item quod. §. ſed ſi. & l. qui non. de hæred. inſtit.

### SVMMAE.

1 ☞ *Littoris acceptio varia.*
2 *Fluctuum auxeſis cauſa.*
3 *Nauigandi tempus.*

## LEX XCVI.

1 LITTVS. Littus † propriè maris eſt, ripa fluminum. Veteres tamen μεταφορικῶς littus de quacunque extremitate dixerunt: qua ratione Verg. Iacet, inquit, ingens littore truncus. Illud ſic difiniuit Gallus Aquilius, vt littus ſit quouſq; hybernus fluctus eluderet, vt apud M. Ciceronem in Topicis relatum eſt, ita autem apud eum ſcriptum eſt, ſolebat Aquilius collega, & familiaris meus cùm de littoribus ageretur, quæ omnia publica eſſe vultis, quærentibus iis ad quos id pertinebat quid eſſet littus ita definire, quà fluctus elu-
2 deret. Sunt † autem hyberni fluctus maximi, quòd eo tempore circiter vergiliarum occa-
3 ſum tempeſtatibus maria conturbantur: quamobrem ex die † tertio Iduum Nouembris, vſque in diem vi. Iduum Martij, maria clauduntur, vt lib. iiij. rei militaris Vegetius ſcribit: quod tamen in præſentia non obſeruatur: Nihil enim inauſum reliquit noſtrorum temporum auaritia.

### SVMMAE.

1 ☞ *Fratrum dici diuiſa prædia.*
3 *Formulam, ſi quis eorum &c. de vno accipi poſſe.*
5 *Vel, voculam variè accipi.*

§. PRAE

§. PRAEDIA. Tres † fratres certa prædia habẽt diuiſa, nec in alterius portione vllum 1
ius eſt alteri, an rectè dicemus prædia illa eſſe illorum fratrum [1]? Et huiuſmodi ſermone videbatur potiùs ſignificari, eſſe communia, & indiuiſa: ſed tamen etiam, facta diuiſione, rectè ſic dici, Iuriſconſultus ait: debent enim * verba congruè adaptari [2], & ſecundum 2
debitum ordinem intelligi, vt quamuis de vniuerſo verba concipi videantur, de ſingulis vniuerſi partibus actum cenſeamus. Nam & ſi teſtator pluribus filiis inſtitutis [3]. ſubiiciat, Si aliquis † eorum deceſſerit, volo hæreditatem meam pauperibus diſtribui: aliquo dece- 3
dente, erogabimus non hæreditatem totam, ſed eam portionẽ, quæ decedentis fuerat: fitq; vniuerſi interpretatio pro ſingulis eius portionibus. Qua ratione & quandoq; genus * pro 4
ſingulis ſuis partibus accipimus, & pro tempore exponimus, pro qualibet tẽporis parte [4]. Sed & ſi lex aliquid pecuniæ indicat agenti ad domum, etiã qui partem vẽdicat tenebitur [5].

VEL ALIO. Id eſt, etiam alio. Vel, † coniunctio quandoque augmentatiua eſt, vt 5
hîc, & apud Verg. Vel Priamo miſeranda manus. Sicut è conuerſo diminutiua, veluti cum lex mandat Chriſtianis [6], vt animum demittant, quod vel capitis inclinatione teſtentur: capitur ibi vel, id eſt, ſaltem. Quandoque disiunctiua, vt, promittis Stichum vel Pamphilum? Quandoque coniunctiua [7], vt in eo qui ſibi vel hæredibus ſtipulatur. Quandoque exemplaris, vt apud Terentium: Vel hic Pamphilus quoties iurabat Bacchidi, id eſt, veluti Pamphilus. Aliquando correctiua, vt ſi dicam, Tiburi vel Romæ optimè viuitur: interpretamur enim, vel potius Romæ. Plerunque declaratiua, vel, pro id eſt, vt cùm inter genus 6
& * ſpeciem ponitur, veluti in lege Aquilia, quadrupedem vel pecudem.

1 l. rectè. §. Quintus. ſ. eod.
2 l. Gallus. §. j. ſ. delib. & poſthu.
3 Alex. l. Titia. ad l. falcid.
4 gl. c. generali. §. illos. de elec. in vj.
5 Mod. l. ij. §. ſi tamen. de verbor. oblig.
6 c. decet. de im. eccleſ. in vj.
7 c. j. de eo qui ſib. in feud.

SVMMAE.

1 ☞ *Pecuniâ ſpecies contineri: iura non item. 4.*

LEX XCVII.

CVM STIPVLAMVR. Cùm † pecuniæ verbum generale ſit [8], ſi 1
emptor hæreditatis ſtipuletur à venditore, quanta pecunia ex hæreditate ad eum peruenerit, ſpecies ipſas ſtipulatus videtur, non pretia earũ [9]. idem ſi quantas ſummas ſit ſtipulatus: quod etiam in legatis obſeruatur: verba enim huiuſmodi de certis corporibus nõ impropriè accipiẽtur. Sed quid ſi aliquis quantitatis nomine vſus fuerit? Et ſpecies compræhendi eodem argumento proditum eſt [10]. Mihi res dubia videtur: dictio enim * quantus, ad amplitudinẽ 2
refertur: at quantitas * non videtur ſecundũ vſum accipi pro certis ſpeciebus. Sed an hæc 3
ſtipulatio etiam iura compræhendet? † Et dubium non eſt compræhendi [11]: ſortiuntur 4
enim nomina naturam rerum corporalium, & eius loci eſſe exiſtimantur, vbi debitores conueniri poſſunt [12].

8 l. venditorem. de hæred. ven.
9 l. quiſquis. de leg. iij.
10 Bar. l. j. C. de ſenten. quæ pro eo, quod.
11 l. pecuniæ. ſ. eod.
12 Alex. conſi. xvj. in j.

SVMMAE.

1 ☞ *Anni partium obſeruatio varia.*
2 *L. Cum biſſextus. explicari.*
3 *Intercallaris menſis ratio. 8. 10.*
4 *Menſis partitio.*
6 *Dierum computandorum modus. 9.*
7 *Calendæ.*
11 *Menſem 30. diebus ex cauſis. 31. conſtare.*

LEX XCVIII.

CVM BISSEXTVS. Habuêre † veteres Romani inſtitutum à Romulo 1
annum x. menſium, qui erat dierum CCCIIII. incipiebàtque Martio menſe: quæ ratio cùm neque ſolis, neq; lunæ curſui conueniret, Numa duos menſes addidit, Ianuarium & Februarium, atque ita dies diſtribuit, vt omnino CCCLV. eſſent. Sed quia hæc quoque conſtitutio non quadrabat, neceſſariò intercalaris menſis conſtitutus eſt, id eſt, menſis interpoſititius, arbitratu Pontificum, qui alternis annis nunc XXII. dies, nunc XXIII. intercalabant. Is menſis addititius erat, & prope finem Februarij, quia is vltimus anni, inſerebatur. Sed hunc quoque modum curſui ſolis non conuenire, cùm C. Iulius Cæſar animaduertiſſet, x. dies addidit, intercalariúmque menſem ſuſtulit. Et quoniam ſolis curſus annuus quadrantem quoque, id eſt, ſex horas occupat, ſingulis quibuſque quadrienniis diem inſeruit, qui Biſſextus dicitur: intercalatur enim, id eſt, vocato populo, inſeritur is dies poſt eum, qui ſextus Calendarum Martij eſt, & duo loco vnius habentur. Vera ergo eſt † Mutij ſentẽtia, qui menſem intercalarẽ, 2
id eſt, in quo intercalatur, ſeu inſeritur Biſſextus, dixit eſſe dierum XXIX. Quæ verò M. Cato diſſeruit, computationi præſenti nõ reſpondent: floruit enim ille ante Cæſarem, quo tempore reformatus annus nondũ erat, ſed alternis annis XXII. & XXIII. † dies inſerebã- 3
tur, qui dies totũ menſem intercalarem faciebant, & non aliter quàm ſi ſolùm momentum temporis occuparent, obſeruabantur. Sed dum illũ menſem extremo diei Februarij Cato attribuit, videri poteſt Græcos imitatus, qui ἐμβολιμοὺς ſuos, id eſt, exẽptiles menſes ſub finem anni



anni ſuperaddebant. Romani verò vj. diebus anteuertebant poſt celebrata Terminalia, ne veterem religionis ſuæ (vt Macrobius ſcribit) morem conturbarent. Nam, vt etiam lib. xxvj. Ammianus Marcellinus tradit, dies is Biſſextus, Romanis rebus infauſtus atque ater
4 erat. Diuiditur † autem menſis in Calendas, Nonas, Idus. Calẽdarum primus eſt dies: tunc enim pontifex calato, id eſt, vocato populo, pronũtiabat, quot dies à calendis ad nonas ſupereſſent: καλέω enim græcè, idẽ eſt, quod voco. Confluere autem Nonarum die in vrbem populares oportebat, vt addiſcerent, quid eo menſe in diuinis humaníſq; rebus faciũdum eſſet. Erántq; Nonarũ aliæ quintanæ, aliæ ſeptimanæ: & ſic dictæ ſunt, quaſi nouæ obſeruationis initiũ, quæ ex noua luna aſſumebatur: vnde ex eius ortu nunc celeriùs, nunc tardiùs duorũ dierum lapſu celebrabantur. Idus verò ab Hetruſco ſermone dicuntur, apud quos
5 Iduare eſt diuidere. Is autem dies * diuidit menſem: nam eo lapſo, † computamus dierũ nu-
6 merũ, quatenus à ſequentib. Calendis diſtant. Vnde cùm dicimus, ſexto Calendas, ſextum diẽ intelligimus, qui ante Calẽdas eſt. Dies autẽ menſiũ his carminibus annotari poſſunt:

*Septembris Iunij Aprilis trigintáque nono*
*Menſe dies, vnum adde alijs, duo Februus aufert.*

At nonarum Iduúmque ratio non abſimili diſticho ſic vulgò tradita eſt:

*Sex Maius Nonas, October, Iulius, & Mars,*
*Quatuor at reliqui, tenet Idus quilibet octo.*

7 IN CALENDIS. Non ſolùm † primus dies Calendarum ſimpliciter Calendæ appellatur, ſed omnes dies [1], qui poſtridie Idus incipiunt: vſq; ad ſequentem menſem: idq; fortè exemplo Græcorum, qui primam partem menſis ἱσαμένου vocant, ſecundam ἐπιδέκα, tertiam quæ poſt vigeſimam diem eſt φθίνοντα.

1 l. iij. §. minorem. de min.

8 INTERCALATVR. Id eſt, † inſeritur, & ſupra numerum additur: quod oſtendit etiam Græcus ſermo, qui ὑπερβαίνοντας dies appellat, quos nos intercalares. Sic autem dicitur, quoniam, calato, id eſt, vocato populo, olim Pontifex pronuntiabat, quando mẽſis intercalaris habendus eſſet: quod cùm quandoque propter gratiam negligeretur, anníque ratio non conſtaret, C. Cæſar eum menſem ſuſtulit, & ſingulis quadrienniis vnam diem intercalariam fecit, vt ſuprà retulimus.

CATO. Hic eſt qui M. Porcij filius fuit, & egregios de iuris diſciplina libros reliquit, vt ſcribit Gellius: & vt ex eius lectione conſtat, fuit longè antiquior Cæſare, vt meritò eius ſententia præſenti computationi non quadret, ſed antiquiori, cùm menſis intercalarius alternis annis inſereretur, quem Cæſar deinde ſuſtulit, additis vnicuique anno decem diebus, vt Tranquillus ſcribit.

9 PRO MOMENTO. Cùm igitur omnes † illi dies pro momẽto haberẽtur, meritò in vltima die computandi fuerant: ſicut hodie duo dies pro vno habentur. Sanè ſcribit Accurſius, x. momenta punctum conficere, & quatuor puncta horam. Latini tamen auctores momentum ſimpliciter accipiunt pro breui tempore, ſicut & punctum. Horat. Quid enim concurritur horæ momento. Terent. Tum temporis mihi punctum ad hanc rem. Minutis verò ſexaginta conſtare horam receptum ex auctoritate prudentium eſt: at Boëthius lib. geomet. vlt. puncto minus eſſe minutum, rurſus minuto momentum, auctor eſt.

ATTRIBVIT. More Græcorum, Latini enim ſexto Calendas Martias inſerebant, ne ſtatæ eorum ceremoniæ confunderentur.

QVINTVS. Mutij ſentẽtia eſt vera, ſi intercalarẽ menſem accipiamus, id eſt, in quo fit intercalatio: ſi enim de toto intercalari mẽſe intelligamus, qui apud veteres fuit, is XXII. dierũ erat, vt Macrobius eſt auctor, alterníſq; annis variabatur, quod latius ipſe adtingit.

10 DIEBVS XXIX. Quamuis † ergo dies intercalaris pro eodem habeatur, cum eo, qui eſt ſextus ad Calendas, neq; computetur: ſi tamen diſpoſitio de certo dierum numero tractet, vt ſi liceat venditori intra xxx. dies redimere [2], etiam biſſextilis dies computabi-
11 tur. Sed hîc conſueuit dubitari, iudex † mihi dilationem menſtruam concedit, de quot diebus intelligemus? & cùm menſis abſolutè ſit mentio, traditum eſt xxx. dies computari [3]: tot enim diebus cùm tardiſsimè à coitu ſolis luna remoratur, ad ſuas vices redit, curſúmq; cõficit. Menſes autem à luna dictos, ex Græcis accepimus, apud quos menſis μὴν, Luna μήνη dicitur. Quòd ſi in materia fauorabili agatur [4], vbi lex duorum menſium mẽtionem facit, & qui LXI. die venerit, audietur: quod etiam procedere exiſtimauerim, ſi lex duorũ menſium vtilium terminum ſtatuat. Quòd ſi à certa die terminus menſis adſignetur, vt ſi quinta die Auguſti iudex dicat, ſe mihi menſis terminum conſtituere [5], vſque ad v. Septembr. durabit, complectetúrque hac ratione vnum & xxx. dies.

2 l. ij. ſ. de diuer. præſcrip.
3 l. fi. §. j. C. de iure deliber. Alex. conſi. cxiiij. in v.
4 l. vbi. ſ. titu. j.
5 l. ij. l. fi. §. j. C. de tem. app.

SVMMAE.

1 ☞ *Notionem omnibus ius dicentibus competere.*
3 *L. Ait prætor. de re iudic. ſenſus.*
5 *Cognitione mandata, deciſionem mãdatam videri.*

hh LEX

## LEX XCIX.

NOTIONEM. Notionis †verbũ generale eſt,& non ſolùm ad eos per- 1
tinet,qui iuriſdictionẽ habent,ſed & qui ſimplicem cognoſcendi faculta-
tem.Quare aſſeſſores ſiue amici,qui in conſilium Proconſulum adhiben
tur,cùm etiam ipſi cognoſcant,dicuntur habere notionem. Arbitri quo-
que, quos ex compromiſſo adimus, habent notionem. Cùm enim ex pa-
cto priuatorum iuriſdictio * conferri nequeat [1], conſequens eſt,vt ſaltem 2
notionem habere dicantur. Quare cum Iuriſconſultus [2], † exequendas eſſe eorum ſenten 3
tias,qui notionem habent,atteſtetur,etiam de arbitris intellexiſſe videtur, quorum ſenten
tiæ vel per pœnę petitionem [3],vel per exceptionem,vel etiam per actionem in factum,ſi ar
biter à iudice datus ſit,executionem ſortiuntur [4]. Hodie etiam ſi à partibus ſimpliciter ſint
electi,& ὁμολογεία,id eſt,approbatio ſubſequuta ſit [5]. Sed & ſi ſub pœna,etiam rato manente
pacto,compromiſſum ſit,oriri actionem in factum *crebriùs receptum eſt [6]:licet aliqui ſuf- 4
ficere pœnæ petitionem exiſtimauerint, quorum ſententia cõmuni calculo locum ſibi tan-
tummodo vendicat,cùm actum non eſt, vt ratum ſit pactum. Sed an is,cui mandata eſt iu-
riſdictio,notionem ſolum habeat?quod pleriſque videtur [7]:nihil enim propriũ habet.No-
bis magis ea ſententia probatur,vt habere iuriſdictionẽ dicatur,licet alieno iure,& benefi
cio.Sed nunquid is cui† cauſę cognitio conceſſa eſt definire poterit? Et ſi à lege cõcedatur, 5
dubium non eſt poſſe [8]:ſi verò ab homine,Bart.negat: quoniam aliud ſit cognoſcere,aliud
definire [9]. Nam etſi alicui mandetur,vt cauſam audiat,non iudicandi munus,ſed referen-
di mandatum videtur [10]. Ego, ſi ordinario cognitio demandata per principem ſit,putaue-
rim etiã ius decernendi conceſſum:ſolent enim ordinarij ipſi iudicare, non autẽ referre [11].

1 l.priuatorum.C.de iuriſdict.omnium iud.
2 l.ait prætor.de re iudi.
3 l.diem.§.ſtari.de arb.
4 l.ab arbitro. qui ſatiſd.
5 l.iiij.& ſeq. C.de arb.
6 dict.l.ait.
7 l.j.in fi.de offi.eius.
8 l.iij.§.cognoſcit.de offic.præfect.vig.
9 l.vbi.C.de fal.
10 cle.auditor.de reſcrip.
11 l.j.C.ſi contra ius.l.fi.C.vbi ſent.

### SVMMAE.

1 *Prouinciarum etymon,& partitio,& acceptio, & iurd.3.4.* 2 *Dilatio pro loco danda.*

§. CONTINENTES.Prouinciæ† dictæ ſunt,quod procul ab Italia armis victæ fue 1
rant:in has Proconſules & legati mittebantur,qui ius redderent,& tributa exigerẽt. Aliæ
autem erant continentes,aliæ tranſmarinæ.Continentes,vt Gallia,Illyricũ,Rhetia,Van-
delici,Pannonia,Germania,Tranſmarinæ,Aſia,Aphrica,Særia,Cyprus,Achaia. Sed du-
bitatum eſt,quid de Sicilia? videbatur enim tranſmarina, quoniam ab Italia mari dirimi-
tur.Sed tamen cum illud fretum modicum ſit,magis probat Iuriſconſultus, vt & ipſa inter
continentes ſit. Híncque adparet Italorũ appellatione nõ contineri Siculos, tametſi olim,
priuſquam,irrumpente freto,dirimerentur,aliud eſſet. Nec obeſt, quòd cùm inſula ſit Ita-
liæ vicina,pars potiùs Italiæ ſit [12] exiſtimãda,quàm prouincia:nam cum in eam prætor de-
ſtinaretur,ſicut in cæteras prouincias, eſſétque ampliſsima & viris & vrbibus maior exiſti
mata eſt,quàm vt inſula appelletur.Refert† autem plurimum,vt ſciamus,prouinciæ conti- 2
nentes an trãſmarinæ ſint:propter dilationes,quæ in illis breuiores,in his prolixiores con
cedi debent [13].Scribit Dion,edicto diuum Auguſtum prohibuiſſe, ne ſenatores iniuſſu prin
cipis extra terram Italiam peregrinarentur,præterquam in Siciliam, & prouinciam Nar-
bonenſem:illam,quia Italiæ continens,propinquáque eſt:hanc,quia imbellis, & nouandis
rebus minimè apta.Tacitus tamen lib.XII.egregiæ erga patres Narbonenſium reuerẽtiæ,
hoc tributum à Claudio atteſtatur.Sanè† quãtum ſit ad iuriſdictionem,hodie quælibet ci- 3
uitas, quæ merum imperium habeat, ſuóſque ſibi magiſtratus conſtituat, prouinciæ æqui-
paratur [14].In iure† verò pontificio prouincia pro diœceſi accipitur [15],in qua decem vel vn- 4
decim ſint ciuitates,quibus is,qui dominatur,rex dici poteſt.

12 l.inſulæ.de iudi.
13 l.j.C.de dilat.
14 l.cùm in longi.C.de lõ.temp.præſcr.
15 vj.q.ij.ſcitote.

### SVMMAE.

1 *Dilationum cauſa. 4.*
3 *Dilationes ex cauſa multiplicari.*
5 *Inſtrumenta variè accipi.*
7 *§.Inſtrumentorum ſenſus.*
9 *Teſtis eorum,quæ inhabilis vidit,fidem facit.ex cauſis contrà.*

§. INSTRVMENTORVM. In† cauſis pecuniariis dilatio vnica debet cõcedi [16], 1
& ſecundum locorum diſtantiam temperari:in ea debet actor per omne probationum ge-
nus intentionem ſuam adiuuare. quòd† ſi ſpecialiter ad aliquod capitulum dilatio cõceſſa 2
ſit [17], nihil obſtat,quin ad alia capitula plures dentur: quod ſeruandum non eſt, vbi gene-
ralis dilatio ſit ſemel data, vel etiam ſpecialis: ratione enim eius ſpeciei, ſecunda dari non
debet [18]: atque ita oratione diui Marci cauetur. Vtilitatis † tamen cauſa receptum eſt, vt 3
etiam ſecunda dari, cauſa cognita poſsit: vt ſi ſub ſacramenti religionẽ allegetur aliquid
inopinatum emerſiſſe,vel impedimentum adfuiſſe [19]. Sed † & propter inſtrumenta cauſæ 4
dilatio danda eſt,quod Iuriſcõſultus hîc declarat:veluti cùm pars allegat aliquem de ea re
inſtructum

16 l.j.C.de dila.
17 l.fi.vbi Alex.de fer.
18 l.oratione.de fer.
19 dict.l.fina.



inſtructum eſſe, & ideo certum terminum conſtitui petat, intra quem ille ſui copiam face-
re,adeſſéque poſsit: nam ſi veriſimile ſit eum eſſe inſtructum,vt quia allegetur ab eo nego
5 tium fuiſſe tractatum,dilatio concedenda erit.Hinc ergo probatur, † inſtrumentorum ap-
pellatione etiam teſtes contineri [1],& quidem propriè:& ipſi enim cauſam inſtruunt, vnde
meritò inſtrumenta appellantur. Idémque in ſcripturis priuatis. Ex communi tamen lo-
quendi vſu aliud eſſe Doctores ſentiunt: vnde in ſtatutis municipalibus, quæ ſtrictam in-
terpretationem accipere ſolent,ea appellatione,de teſtibus,huiuſmodíque ſcripturis, non
intelligemus [2]: & ſi, publicatis atteſtationibus, iudex dilationem inſtrumentorum cauſa
6 concedat, de teſtibus non accipietur [3]: quoniam licet ſcripturæ * vſque ad concluſionem
cauſæ produci poſsint [4],teſtes poſt publicationem non admittuntur [5].
7 SEPARARE. DISTINGVERE. Cùm † enim arbitrio iudicis hoc tributum
ſit, qui ex veriſimilibus coniecturis ſubodoret, an is, cuius abſentia allegatur, cauſam in-
ſtruere poſsit,per quàm,id eſt, valde difficile eſt certam doctrinam tradere, cùm ex quali-
tate negotij coniecturæ oriuntur.
QVAE ENIM. Interrogatiuè legendum hoc modo:Quæ enim propriè ſint inſtru
menta,propter quæ dilatio danda ſit,vnde cognoſcemus?non autem inde.
8 IN PRAESENTIAM. Id eſt,donec ſit præſens:hæc enim eſt natura † præpoſitio-
nis iunctæ accuſatiuo caſui: vt cùm Vergil. dixit, In lucémque tuliſſet, id eſt, vſque ad lu-
cem:quod à Seruio:Diomedéque Grammaticis animaduerſum eſt.
9 IN SERVITVTE. Poteſt † ergo liber homo teſtimonium eius rei perhibere,
quam cùm ſeruus eſſet, vidit:& maior XXV.annis,de eo adteſtari,quod cum minor eſſet,co
gnouit [6]: dum tamen proximus pubertati. Sed quoties lex ad ſubſtantiam negotij certum
teſtium numerum requirit,vt in teſtamentis,neceſſe eſt tunc,cùm negotium agatur, eſſe li
10 berum [7].Illud conſtat, qui impræſentiarum infamis * ſit, ſi teſtimonium dicat, fidem non
facere,etiam earum rerum, quas inculpatus adhuc viderat [8].

1 l.j.de fide inſtrumen.
2 Imo.in rub. extra de fide inſtrument.
3 Alex.d.l.oratione.
4 c.cum dilectus.de fid.inſtrumen.
5 c.de teſtibus.extra de teſtibus.
6 l.excipitur. §.j. ad Sillan.
7 §.ſed cum. inſt.de teſta.
8 l.iij.§.duæ.de Carb.

### SVMMAE.

1 *Dignitatum nomina.varia,verius.3.* 4 *Senatorum dignitas,delectus,& inſignia.7.*

## LEX C.

1 SPECIOSAS. Quatuor † eſſe in iure dignitatum nomina, recen-
tiores tradiderunt [9]: Superilluſtres,vt Senatores,Conſules,Patritios,Di-
ctatores.Illuſtres,vt Præfectum prætorio,Præfectum vrbis,Quæſtorem.
Spectabiles,Prætorem,Præfectum vigilum,& Auguſtalem.Clariſsimos:
Præſidem prouinciæ, & Procuratorem Cæſaris. Sed hanc ſententiã ipſe
nunquam probaui, & quandoq; diffuſioribus adnotationibus oſtendi [10]
longè & latè à vero abeſſe.Nam & hoc reſponſo ſatis apparet,ſpectabilem, ſeu quod idem
2 eſt,ſpecioſum à clariſsimo non differre.Itaque ſciendum eſt,Senatores dignitate * clariſsi-
mos fuiſſe [11]:quod in iure apertiſsimè variis ex locis probatur [12],& oſtendit Lampridius in
Seuero,qui præfectis prætorij ſui eum tribuiſſe ſenatoriam dignitatem tradit,vt clariſsimi
dicerẽtur. Quapropter & in iure Opellius Macrinus,qui priuſquam imperaret,Præfectus
prætorio Seueri fuit, clariſsimus appellatur [13]. Et quia ex his Senatoribus aliqui conſula-
3 ria† prætoriáque ornamenta conſequebantur,† vel principis indulgentiâ,vel quia eos ma
4 giſtratus geſſerant, omnéſq; latum clauum habebant, ſpecioſi,ſpectabiles,illuſtréſue, pro-
pter ornamenta ipſa propriè ſunt dicti. Deligebãtur autem ſorte ex Cõſularibus Procon-
ſules,ſicut ex prætoriis Prætores,qui in prouincias populo Roma.adtributas,cum poteſta-
te mittebantur.Cæſar verò in prouincias,quas ſuæ curę reſeruauerat,præſides vel legatos
mittebat:qui ſi ex Senatu eſſent,Clariſsimi erant,alioquin ſola Perfectiſsimatus dignitate
fruebantur [14]. Meminit eius rei Ammianus Marcellinus lib.XXI. Quæ autem eſſent Con-
ſulares,prætoriæque prouinciæ, in calce operis ſui Strabo Amaſinus refert.
5 VTRIVSQVE SEXVS. Fœminæ * enim maritorum dignitate illuſtrantur [15].
Vnde quæ clariſsimo viro nupta eſt,etiam ipſa fit clariſsima.Addit Angelus,fœminam na
6 turalem, * ſi legitimo viro iuncta ſit,effici legitimam [16]. Quod ita intellexerim, vt eas di-
gnitates conſequi poſsit,quas aliæ legitimo concubitu ortæ ex mariti perſona habent [17].
7 ORNAMENTIS. Id eſt,† veſte laticlauia. Gerebãt enim Senatores latũ clauum,
ídq; ampliſsimi ordinis inſigne erat [18].Cõcedebantur etiã aliis cõſularia,aliis prętoria,aliis
præfectoria,aliquibus & quæſtoria ornamenta.Conſulariũ prætoriorúmq; inſignia erant,
ſella curulis,& trabea veſtis [19]. Decernebantur & quibuſdã triũphalia ornamenta, ea ſunt
tunica palmata,& toga picta:nam cùm omnia bella principis auſpiciis gererentur, legatis
prętoribúſq;,vel ducibus,qui hoſtes ſuperaſſent,triũphus decerni non poterat,quia alienis
auſpiciis vicerant:vnde repertũ,vt ſaltẽ triũphalia ornamenta conſequerentur.Conceſsit
tamen Beliſario Iuſtinianus, vt de Parthis triumpharet, quãuis non ſuis auſpiciis viciſſet.

9 l.j.de offic.eius.
10 diſpun.lib.iij.c.iiij.
11 l.fœminæ.de ſena.
12 l.ij.C.de his qui ven.
13 l.j.C.de ſent.paſſ.
14 l.j.C.de perfe.dig.li.xij.
15 l.j.de ſenat.
16 §.quod verò.in authent.quib.mod.nat.effic.ſui.
17 l.ſi quis.C.de na.li.in fi.
18 l.ſi Rufinus. C. de teſta.milit.
19 l.fi.C.vt dig.ord.

SVMMAE.

1 ☞ *Adulterij & ſtupri diſcrimen.*
2 *Adulterij pœna.*
3 *Stuprantis pœna.*
4 *Luxuriantis contra naturam pœna.*
5 *Illegitimi, demptis quibuſdã, ſucceſſionis incapaces.*
6 *Filij in dubio cenſendi.*
8 *Pœnalia ex cauſa improbari.*
9 *Nuptias ineunt ſeparati.*

LEX CI.

INTER STVPRVM. Adulterium† propriè in nupta committitur, ſtu 1
prum in vidua, vel virgine, ſeu qualibet alia muliere, quæ corpore quæſtum
non faciat. In puero quoque perpetrari ſtuprum, alibi traditur[1]. Horum cri-
minum variæ pœnæ conſtitutæ ſunt. In adulteros † gladius [2], niſi quòd nobi- 2
liores deportantur [3]. Mulier hodie in monaſterium detruditur. Stupratores
virginum † vel viduarum ex lege Iulia coërcitione corporali[4], vt fuſtium, flagellorũ, plum 3
batarum, verberibus, relegationéq; adfliguntur. Honeſtioris ordinis viri, dimidia parte bo
norum mulctantur: extra ordinem tamen ſolent omnes extremo ſupplicio adfici[5]. Hodie
iure canonico, qui virginis florẽ delibat, vel ipſe eam in vxorem accipere, vel dotem, quá-
cum alij nubat, præſtare compellitur[6]. At† cùm vir nubit in fœminã viris porrecturam, ar- 4
mantur iura gladio[7], notatúrq; ipſo iure vterq; infamia. Quapropter ex facto reſponſum
eſt, etiam priuſquam accuſati ſint, ſi moriantur, ab eis conditum teſtamentum non valere:
hos enim improbos & inteſtabiles lex appellat, quod Platus ciuis meus eleganter diſputa-
uit [8]. Sanè hinc apparet tam adulteriũ quàm ſtuprum lege Iulia puniri. Quo †fit, vt ex hu- 5
iuſmodi damnato coitu nati, paternorum bonorũ ſint incapaces [9]: quippe hos nec ali qui-
dem leges Quiritium iubent. Qua pœna excipiuntur hi, qui propriè naturales ſunt, videli
cet ex concubina domi retenta, vxoria quadam honeſtate. His addendi & ſpurij ſunt [10],
quos ex meretrice ſuſcepimus. Sed & ſi ex pediſſequa, clientáve aliqua viliore orti ſint, idẽ
iuris videtur[11]: has enim propter vilitatem conſtat legum laqueis non innodari[12]. Sed quid
in dubio præſumemus, an capacem, an incapacem filium? Et à Baldo reſponſum eſt [13], non
cenſeri † naturales in dubio filios: quia ad licitum concubinatum multa requiruntur, quæ 6
rarò in vnum conueniunt[14]. Idem adnotauit, ſi quem inſtituam tanquam filium certæ mu-
lieris, & probetur ex me ortum, incapacem præſumi. Ego edictum ad teſtamẽti factionem
pertinens prohibitorium eſſe ſcio[15], & ideo quemlibet capacem* eſſe, qui non probetur in- 7
capax, quamobrem alio non conſtituto, putarem hunc admittendum, idq; benignius eſt.

INDIFFERENTER. Alibi lex[16] Græcè καταχρηστικώτερον appellat. i. abuſiuius, vt
inde colligatur, in conſtitutione † pœnali verba etiã per ſummũ abuſum accipi, quando ex 8
ipſius lectione cõſtat, eius auctorẽ indifferẽter, & promiſcuè ea voce vti ſolitũ, tãquã propria.

DIVORTIVM. Diuortium † propriè in coniugibus eſt, Repudium ſponſæ mitti- 9
tur. Hodie iure pontificio neutrum permittitur, ſed ſolùm ſeparatio ex certis cauſis: nec
interim licet aliam ducere, etiam ſi ſeparationi vxor cauſam dederit: veluti ſi ipſa adulte-
rium commiſit, vel impietatis in Deum, quam hæreſim vocant, ſit rea. Aliter * tamẽ aliqui 10
ex antiquis patrib. olim obſeruauêre, inter quos Ambroſius, qui ex iuſta cauſa marito ius
facit diuertendi, atq; aliam ducendi: non enim hos homo ſeparat, ſed Deus, quãdo ita opti
mis antiſtitibus propter malos fœminæ mores videtur: quod & latè diſputat Eraſmus in
priorem Pauli ad Corinthios epiſtolam[17]: nec eſt veriſimile, Iuſtinianum piiſsimum Impe
ratorem, hunc tractatum non fuiſſe de iure ciuili amputaturum, ſi paſsim tempeſtate ſua
pontificius ille canon obſeruatus fuiſſet: vt fortè credendũ ſit, licere pontifici eos canones
tollere, & ius Romanũ obſeruari permittere, ſi velit. Nã & hodie filiuſfa. eo * iure, etiam pa 11
tre reclamãte, matrimoniũ cõtrahere poteſt, cùm tamẽ ius ciuile aduerſetur[18], & Euariſtus
Ro. Põ. in vetuſtiſsimis decretis, vnde pleraq; Gratianus cõpilauit, illud expreſsim approbet.

SPONSAE. Vxorem * tamen repudiari etiam alibi legitur [19]: ſicut etiam ali- 12
quando diuortium dicitur, cùm de facto tantum matrimonium fuit [20]. Res enim * quan- 13
doque legitimi actus appellationem ſortiuntur, quamuis de facto ſolùm tenuerint: vnde ſu
prà adnotaui, poſſe dici eum emiſſe, qui de facto emit.

1 l. ſtuprum. §. j. de adult.
2 l. quamuis. C. de adult.
3 l. Claudius. de his quib. vt indig.
4 §. ij. inſt. de pub. iud.
5 l. j. in fi. de extraor. crim.
6 cap. j. de adulter.
7 l. cùm vir. C. de adul.
8 In conſiliis Barba. lo vlt. in j.
9 Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.
10 l. ſi ea. C. de adul.
11 l. quæ adulterium. C. eo.
12 Salic. d. authent. ex complexu.
13 Conſi. cclxij. in j.
14 l. iij. de lib. & poſth.
15 l. ſi quæramus. de teſt.
16 l. inter liberas. §. j. de adulter.
17 j. Corinth. cap. vij.
18 §. j. inſt. de nuptiis.
19 l. ſi qua. §. de ritu nup.
20 l. quod Seruius. de condict. ob tur.

SVMMAE.

1 ☞ *Morbi vitiique diſcrimen.*
2 *Oculorum vitium multiplex.*
3 *Luſcioſorum ſpecies.*

§. VERVM. Varia† inter antiquos fuit opinio, quid inter ſe morbus, & vitium dif- 1
ferrent: & Modeſtinus hîc morbum temporalem, vitium perpetuum dixit, cui ſententiæ
etiã Nonius Marcellus accedit: at Sabinus vitiũ generalius nomen eſſe definiuit [21], quod
etiam ad animũ referatur. Sed & balbũ vitioſum eſſe, nõ morboſum. Vlpianus pro eodem
accipi vitiũ & morbũ ait, quãuis in edicto ædilium curuliũ tollendæ dubitationis cauſa bis
ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ idem dictum ſit. M. Cicero morbum totius corporis corruptionem exiſtimauit:
ægrotationem, ſi imbecillitas accedat vitium, cùm partes corporis inter ſe diſsident, vt di-
ſtorſio membrorum, & deformitas. Extat comi antiquũ monumentum hac inſcriptione:

*Morborum vitia, & vitæ mala maxima fugi,*
*Nunc careo pœnis, pace fruor placida.*

Huius Iuriſconſultorum controuerſiæ etiam Gellius lib. Noct. Atti. IIII. cap. II. meminit.

21 l. j. §. ſed ſciendum. de ædil. edict.



LVSCVS. Qualis fuit Annibal, Sertorius, Philippus, Antigonus, omnes optimi Im-
peratores, cùm tamen vnoculi & coclites eſſent. Sanè oculorum vitia ſic declarat Vlpia-
2 nus [1]. Sed & μύωπα morboſum eſſe conſtat: idem vbi homo neque† matutino tempore, neq;
veſpertino videt, quod genus morbi Græci vocant νυκταλωπίαν, eluſcationem eam eſſe, qui-
dam putãt, vbi homo lumine adhibito nihil videt. hæc ille in correctis exemplaribus. Sunt
Miopes, quaſi minùs videntes dicas: cuius vocis etiam apud Nonium eſt mentio. Nyctalo-
3 pes verò Latini luſcioſos vocant, Feſto auctore. Horũ duplex ſpecies, alij †interdiu vidẽt,
noctu nihil, quorũ Paulus Aegineta: Alex. lib. I. Celſus VI. meminêre: ſed & Plinius horum
nocturnas cæcitudines cõmemorat. Alij parũ interdiu vident, veſpere aut noctu acie acu-
tiore ſunt, vt Galenus in Iſagoge ſua teſtatur: horum quoq; Plinius aciem veſpertinam ap-
pellat. Vtrunque id malum breuiter & eleganter Iuriſconſultus definiit, licet imperitis an-
ſam calumniandi dederit, non nyctalopa, ſed cæcum ab eo deſcribi cauillantibus.

1 l. item Ofilius. de ædi. edi.

SVMMAE.

1 ☞ *Fœmineum mari contineri.*
2 *Seruis, vox etiam ad ſeruas referri.*
4 *Filiis filias contineri.*

1 §. SERVIS. Satis ſuprà† perſtrinximus[2], quando maſculinum concipiat fœmininum,
oſtendimúsq; per extenſionẽ cõmuni vſu approbatam, ex Baldi ſententia, id fieri. At hoc
reſponſo videtur potiùs ex proprietate ſermonis eſſe[3]: dum nomen id cõmune appellat, &
ita aliqui adnotarunt: interpretatúrq; Angelus cõmune eſſe nomen in ſubſtantia[4], licet nõ
2 ita ſit in prolatione ſermonis. Ipſe arbitror† etiam in prolatione eſſe cõmune: ſerua enim,
datiuum habet pluralem ſeruis, ſicut ſeruus: vnde meritò ex proprietate ſermonis etiã an-
cillas continet, non ex ea regula, quòd maſculinum concipiat fœmininum: ſed ex alia, quę
3 habet, verba generaliter accipienda, quatenus* ex vi ſermonis inferre poſſunt [5]. Et† quod
4 de ſeruis dicitur, idem de dictione filiis, dicendum eſt: veteres enim non filiabus ſolùm, ſed
etiam filiis fœminino genere protuliſſe conſtat. Ego cùm ius dicerem, & in teſtamento pa-
tris cõditione filio appoſita, ſi ſine filiis deceſsiſſet, aliqui de maſculis tãtùm intelligendum
putarent, quibuſdam coniecturis, quòd videlicet propriam filiam teſtator excluſerat, & quod
ex lege municipali maſculi fœminis præferrentur, conſului quàmplurimos notæ prudẽtiæ
patreſſamiliàs, an ſi ipſi illis verbis teſtarentur, decedente filio neptem ſuã excludi vellent:
negauerunt omnes, & huiuſmodi ſermone, de vtroque ſexu, ſeu communiter intelligere
profeſsi ſunt, ſcrupuloſam recentiorum interpretationem omnes vno ore damnantes.

2 l. j. §. eodem.
3 l. ſeruis. de lega. iij.
4 Ange. l. quicunque. C. de ſeruis fug.
5 l. j. de aleæ luſ.

SVMMAE.

1 ☞ *Legum ferendarum modus, & nomina.*
3 *Adoptandi forma.*
5 *Derogationis vis.*

LEX CII.

1 DEROGATVR. Ferebantur† leges per populi rogationem: quia Quiri
tes vel à Conſulibus, vel à Tribunis rogabantur, vellent, iuberéntne, quid
fieri: qui ſi ſciuiſſent, id eſt, confirmaſſent, lata, ſancitáque lex erat. Quæ &
2 alio nomine rogatio dici poteſt. Vnde & adoptionis * ſpecies eſt arroga-
3 tio: quia vt A. Gellius† ſcribit, non niſi lege lata, & per populi rogationẽ fie
ri poterat: hodie verò reſcripto principis opus eſt[6], poſtquã populus Roma
4 nus omne imperiũ * in Auguſtũ trãſtulit: quãuis hac in re aliter alij ſentiãt[7]. Eadẽ† ratione
5 dicitur derogatio, per quã aliquid diminuitur de vi, & effectu rogationis. i. legis: ſicut abro-
6 gatio, cùm* tota penitus tollitur, vt etiã in II. Rhetoric. M. Ciceronis declarat Victorinus.

6 l. j. de manũ. princ.
7 l. ij. de adoptio.

SVMMAE.

1 ☞ *Capitalis cauſa, & pœna.*
2 *Capitalis pœna, mors.*
3 *Membri amputatio non, niſi ex cauſa, capitalis.*
5 *Exilium Romanorũ pœna, exterorum in metallum damnatio.*
6 *Pœnarum variarum vſus.*

LEX CIII.

1 LICET. Capitalis† cauſa quælibet intelligitur, quæ ad exiſtimationẽ
refertur: ſed ſi pœnam capitalem dicimus, de ea intelligimus, cùm vita, li
bertas, vel ciuitas perditur [8]. Corruptus autem eſt codex: in aliquibus
enim legitur, non tamen, in aliis deeſt negatio: ſed omnino legẽdum eſt,
pœnæ tamen. Huic argumentum colligitur, ſi in lege municipali pœna
capitalis, ſeu capitis ſimpliciter conſtituitur, non omnino de morte in-
telligen

8 l. ij. de pub. iud. l. ij. de pœnis.

telligendum,ſed vt in pœnis mitiora ſequamur,exilium irrogandum [1]. Fuêre & qui ſolam
infamiam notam ſufficere exiſtimauerunt: vnde traditum eſt, ſicut beneficiarius cliens
domini vitam pro virili tueri debet,alioquin beneficio priuatur, ita etiam exiſtimationẽ:
quoniam famæ periculum vitæ æquiparatur [2]. Sed & cùm ſacerdoti capitale ſupplicium
decernitur,excommunicationis plerique intellexerunt [3]. Verùm † hæc ego iure conſiſtere 2
non arbitror: capitalis enim cauſa,de infamia, vel relegatione non niſi impropriè accipi-
tur, vt interpretes omnes huius reſponſi argumento tradiderunt. At in inferendis pœnis
etiam ſermonis proprietas maximè obſeruatur [4]. Quòd ſi delictum ita atrox ſit,vt iure cõ
muni ſummo ſupplicio emendetur, non eſt credendum, legis municipalis auctores, aliter
capitalem pœnam accepiſſe,quàm mortis [5]. Quod etiam fatendum eſt,quoties eo iure exi
lium nulli facinori pro pœna additur:nec enim de eo actum veriſimile eſt,præſertim cum
vulgaris loquendi vſus hodie pœnam capitalem tantum intelligat,cùm amputatur caput.
Et ideo Iuriſconſultus hîc ex latino ſermone latam illam ſignificationem cauſæ capitali
tribuit,non autem ex eo,quo vulgares & idiotæ vtuntur. Sed † an membri amputatio pœ- 3
na capitalis ſit [6]? Et non eſſe receptum eſt, niſi fortè craſsiore ſignificatione id nomen acci
piamus:non enim membrum amputari poteſt, quin reus exiſtimationis ſuæ detrimentum
patiatur [7]. Iure autem veteri huiuſmodi * pœna non inferebatur,ſed hodie in quibuſdam 4
caſibus,ex conſtitutionbus indicta eſt [8].

MORTIS. A principio vrbis conditæ, pro delictis grauioribus pœna mortis reis in-
gerebatur: verberibus enim à lictoribus adfecti necabantur, vel arbori infelici ſuſpende-
bantur. Verùm M. Porcius Cato legem tulit,ne quis ciuis Romanus † verberibus necare- 5
tur,ſed ex delicto in exilium mitteretur. Solebant tamen Senatores ex magna cauſa more
maiorum,id eſt,eorum qui ante legem Porciam vixere,reos punire, vt in l. Catilinæ colle-
gas obſeruatum fuiſſe Salluſtius tradit. Imperatoribus quoque,quoniam legibus ſoluti eſ-
ſent,ad necem ciuem Romanum condemnare permiſſum erat,vt in Auguſto Dion eſt au-
ctor. In exteros autem rarò quoque pœna mortis conſtituta fuit,ſed damnatio in metallũ,
vel in inſulam ſufficere viſa eſt:aliquis enim eorum vſus erat, cùm opus facere compelle-
rentur, & tamen merita pœna afficiebantur. Siquidem vt C. Cæſar apud Salluſtiũ inquit,
in luctu & miſeriis, mors ærumnarum requies,non cruciatus eſt. At hodie † in pœnis mera 6
carnificina eſt, & per leges municipales vel ſtrangulantur,vel decollantur,vel exuruntur,
vel mutilantur rei: qui ſi in opus publicum damnarentur,& perpetuam pœnam ſubirent,
idcircóque acriorem, & maiori cæteris exemplo eſſent, publicéq; vtilitatem aliquam ad-
ferrent: vt negari non poſsit,vt in pleriſque aliis rebus,ſic hac quoque in parte ab antiquis
recentiores legumlatores ſuperari.

1 glo. l. j. C. ne man. chriſt.
2 l. iuſta. de man. vind.
3 c. j. de homicid.
4 l. cùm lege. de teſta.
5 Imo. dict. l. ij.
6 l. qui manus. ſ. de teſtam.
7 l. nullam. C. ex quib. cau. irrog. infa.
8 l. ij. C. de ſer. fug.

SVMMAE.

1 *Filiorum natorúmve verbo nepotes contineri.*

LEX CIIII.

NATORVM. C. Herennius Modeſtinus libros de excuſationibus ſex con
ſcripſit, & hos quidem Græco ſermone, quorum bonam partem in Digeſtis
Iuſtinianus referri iuſsit, leguntúrque hodie inde excepta pleraq; lib. xxvii.
ſed ab indocto aliquo in latinum ſermonem tranſlata: in eorum ii. id reſpon-
ſum habetur, quod ſub hunc titulũ Tribonianus collocauit: Ἡ τῶν τέκνων προ-
σηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται. Veriſimile autẽ eſt à Bulgaro latinitatem cõſecutum fu-
iſſe,eo,quo in præſentia legitur,modo. Sanè † hinc notandũ eſt, per extenſionẽ filios nepo- 1
tes appellari,idémq; in Græco ſermone eſſe: vt hinc argumentũ ſit,etiam in noſtro vulgari
idiomate idẽ obſeruandũ. Qua ratione, ſi in viri imperiti teſtamento mentio liberorum,
quæ latior eſt quàm filiorũ,reperiatur, putarim ſecundũ iuris diſtinctionem intelligi: quod
& Bar. probat: veriſimile enim eſt tabularium eius emphaſeos verba latinè ſcripſiſſe,cuius
fuerant vulgaria ab illiterato prolata. Sed an quod de natorum appellatione hîc dicitur,lo
cum ſibi vendicet etiam, cùm de prognatis, ſeu progenitis fit mentio? Et horum appella-
tione propriè nepotes contineri magis crediderim: præpoſitio * enim hoc inducere vide- 2
tur,ſicut cùm pronurum,pronepotem,proſocerum dicimus: nam & progenitores,pro qui-
buſcunque aſcendentibus accipiuntur.

SVMMAE.

1 *Meum non eſt, meo deuinctum: ex cauſis contrá. 6.*

LEX CV.

MODESTINVS. Solent teſtatores veſtiarium, vel alimenta libertis, li-
bertabúſque ſuis legare: quæri potuit, an † liberti libertorum intelligeren- 1
tur: & hîc traditur non contineri, quod * dubium non eſt, niſi cùm teſta- 2
tor eos quoque libertos ſuos conſueuiſſet appellare: quæ conſuetudo vel
ex patrisfamiliâs epiſtolis, etiam nuntiatiuè prolatis verbis, probari po-
teſt: vt



3 teſt [1]: vt ſi ſcriptum ſit, Ῥουφίνῳ ἡμετέρῳ ἀπελευθέρῳ. Hincque argumentum ſumitur, ſocij † mei
4 ſocium,non eſſe ſocium meum [2]. Itémque, inimici * mei amicum, mihi inimicum non eſſe,
5 niſi in perniciem meam vinculo amicitiæ ſeſe coniunxerint [3], ſimúlque conſpirauerint.
6 Qua ratione & clientis * mei cliens, clientulus mihi non eſt. Si tamen † beneficiarij fundi,
quem à me quis in fidem acceperit [4], cauſa aliquem clientem acquiſiuerit, poteſt ille παχυ-
μερέστερον cliẽs meus dici: ſicut colonus meus appellari poteſt is, qui à colono meo in re mea
ius conductionis accepit [5]. Quod & in ſecundo emphyteuta dicendum videtur, & hoc ex
lata interpretatione. Qua ratione ſubditi alicui purpurato regio, in quem Rex omne ſuũ
ius pœnitus trãſtulit, Regis ſubditi propriè non dicuntur [6]: impropriè verò ſecus eſt. Qua-
7 rum deciſionum eam eſſe rationẽ arbitror, quòd verba de eo, quod prius * eſt, propriè acci
piuntur: non de eo, quod poſterius, per quæ aliam perſonam adſumunt [7].

1 l. alimenta. de ali. leg.
2 l. ſocij. ſ. tit. j.
3 gl. l. j. §. cum patronus. de off. præfect. vrb.
4 Glo. lxxxj. diſt. legitur.
5 Bal. l. j. C. commu. de leg.
6 Mod. d. l. ſocij.
7 l. qui liberis. §. j. de vulg.

SVMMAE.

1 *Apoſtolorum etymon, acceptióque varia.*
2 *Apoſtoli petendorum dandorúmque vis.*
3 *Apoſtolorum genera.*
4 *Apoſtolos non petentis pœna.*

LEX CVI.

1 DIMISSORIAE. Apoſtoli † dicũtur nũtij, ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλειν, quod eſt
remittere. Sunt & de lemborum genere naues quædam Demoſtheni. Si-
2 gnificant etiam in iure dimiſſorias literas. Cùm enim à ſententia † iudi-
cis appellatur, debet is, qui appellat, inſtanter ab eo petere huiuſmodi li
teras, quibus ſecundus iudex de cauſa inſtrui poſsit: tenetúrque is, à quo
petiti ſint, eos apoſtolos dare: qui † ſi appellationi detulit, dimiſſorij dicũ-
3 tur [8]: ſi non detulit, refutatorij. Omnes autem obſequij aduerſus ſuperiorem teſtimonium
præſtant: vnde & ſi dubitetur, an deferendum ſit, dari debent [9], & ideo reuerẽtiales quibuſ-
4 dam appellantur. Sanè † qui apoſtolos non petit, appellationi renuntiare intelligitur [10].
Idem ſi in termino, quem ſibi iudex eorum accipiendorum cauſa ſtatuerit, non cõpareat.
5 Succurri tamen in his caſibus ruſticitati * quidam exiſtimauerunt. nec enim omnes hanc
iuris obſeruationem nouerunt: ſed id ego adfirmare non auſim [11].

8 l. fin. C. de appel.
9 c. j. de appel. in vj.
10 Cle. quamuis. de appel.
11 Guid. Pap. q. ccccxxxvj.

SVMMAE.

1 *Adſignandi optio libera.*
2 *Adſignationis vis.*
3 *Adſignatio cauſanda.*

LEX CVII.

1 ADSIGNARE. Velleio Ruffo, & Hoſtorio Scapula COSS. † Senatuſ
conſulto conceſſum eſt patri plures liberos habenti, cui filiorum velit, li-
bertos ſuos adſignare [12]: & licet huiuſmodi adſignatio neque legati, neq;
2 fideicõmiſsi vim habeat, quæritur † tamen ius patronatus ei filio, cui fuit
adſignatum. Sanè verbum adſignare, ambiguum eſt, & ad tranſlationem
dominij referri poteſt [13], & ad ſolam pignoris vel cuſtodiæ cõceſsionẽ [14].
3 Quapropter cauſa † adſignationis obſeruari debet: ſi enim tranſlationi dominij ſufficit, eũ
qui adſignauit, dediſſe interpretabimur: ſi non ſufficit, ſolã cuſtodiam cõmiſiſſe [15]. Quod
4 & in dubio recipiendũ eſt, ne donatio * præſumatur: & ita Bar. & pleriq; omnes declarãt [16].

12 l. j. de adſig. lib.
13 l. iiij. de euict.
14 l. j. §. antepe. ſ. de vent. in poſſeſſ.
15 l. cum pater. §. pluribus. de leg. ij.
16 Bar. l. ſi conſti. ſol. matr.

SVMMAE.

2 *Debitorem ſub conditione, in diémve non dici.*
3 *Debitorem omnem à tutela reiici.*

LEX CVIII.

DEBITOR. Suprà declarauimus quo ſignificatu accipiendus ſit credi-
tor [17], & quo debitor, latiorémque harum vocum expoſitionem oſtẽdimus
1 hîc Iuriſconſultus nos admonet, quomodo ſtrictè debitorem * accipiemus:
2 vt is ſit, à quo inuito exigere poſsimus. Qua ex definitione † apparet, eũ qui
ſub conditione vel in diem debeat, propriè debitorem nõ eſſe: poſtquàm au
tem conditio euenerit, retrò fingitur verè debitorem fuiſſe. Sed an is, cui promiſſum fuit
non petere per certum tempus, ſit debitor? interim enim exigi pecunia ab eo nequit [18]: &
3 ſimilem eum illi crediderim, qui in diem debet. Colligitur † autem hinc argumẽtum: ſi lex
à tutela debitorem generaliter reiiciat: ſi item conſtitutum ſit, ne debitor vectigalia redi-
mere poſsit, eum contineri, qui propriè ſit debitor, non autem conditionalem, vel qui in
diem debeat [19]. Sed hæc mihi ſententia non placet: ratio enim huiuſmodi legum eſt, vt ma
gis conſultum ſit Reipublicæ vel pupillo: vnde cùm conditio ad tempus promiſsionis re-
trò trahatur [20], poſſet Reſpublica vel pupillus à priore creditore excludi: largè igitur debi
toris nomen erit accipiendum, cùm par ratio vtroque in caſu hoc ſuadeat [21].
4 EXIGI. Id eſt, ab * inuito extorqueri: hæc enim huius eſt verbi ſignificatio, vt Ac-
curſius probat [22].

17 l. creditores. & l. conditionalis. ſ. eod.
18 l. creditor. ſ. eod.
19 Iaſ. l. j. in fi. ſi cer. pe.
20 l. is cui. ſ. de actio.
21 Aret. l. ſi fideiuſſor. de legatis j.
22 l. fideicommiſ. §. ſi rem. de lega. iij.

SVMMAE.

1 ☞ *Sequeſtri etymon.* 3 *Sequeſtri cauſa, in eum actio.*
2 *Sequeſtri,& depoſitarij diſcrimen.*

LEX CIX.

SEQVESTER. Sequeſtrum† hîc dici proditum eſt,quaſi occurrẽtem 1
controuerſiæ, ſequentémque litigatores. Lauinius tamen in libro quem
ſcripſit de verbis ſordidis,ſequeſtrum dici mauult,quòd eius vtraq; pars
fidem ſequatur:idq; etiam A.Gellius lib.xx. probat, & mihi nõ diſplicet.
Etymologia enim à Iuriſcõſulto hîc tradita,ſubdura eſt,in quem & illud
intorqueri poteſt, quòd occurrere & ſequi pro ſimilibus accipit, cùm pe-
nitus ſint diuerſa. Occurrit qui aduerſum tendit,ſequitur qui pòſt venit. In hoc autem dif-
ferunt [1] ſequeſtres† à depoſitariis, quòd illi plurium partium ſe medios gerunt, hi etiam ab 2
vno deliguntur: Hinc apparet errare magiſtratus, qui ſub prætextu vt iurgiis & ſeditioni-
bus obuiam eant,fructus penes alteram partium ſequeſtro deponũt:debet enim ſequeſter
eſſe medius,non ex collitigatoribus eligi [2].Quòd† ſi iudex vereatur,ne fructus rei contro- 3
uerſæ diſsipentur,non eos ſequeſtro tradere,ſed deſcribere ſimpliciter debet,vt, finita litæ
victori conſultum ſit [3]. Sed quæ actio aduerſus ſequeſtrum competit? Et nemo dubitat, de-
poſiti actionem ſequeſtrariam [4]. Addunt quidam,etiam præſcriptis verbis agi poſſe,vt ad-
uerſus eum, qui quos ſponſionis cauſa annulos accepit, reddere negat [5]. Sed hîc ſequeſter
non eſt:nec enim ab vtraque parte annulus depoſitus fuit,nec de eo vlla erat controuerſia.

1 l.propriè. depoſi.
2 Bal.c.j.de ſequeſt.poſſ.
3 l.ſi.§.ex quadrante.de doli excep.
4 l. ei apud. l.ſi in Aſia. depoſi.
5 l.ſi rem.in fi. de præſcrip. verbis.

SVMMAE.

1 ☞ *Bonæ fidei effectus. 4.* 5 *Poſſideri mala fide variè.*
2 *Bonæ fidei poſſeſſor.* 7 *Fidem bonam ex cauſis non præſumi.*
3 *Errorem bonæ fidei eſſe : ex cauſis contrà.*

LEX CX.

BONAE FIDEI. Multùm intereſt ſcire, quando quis bonæ fidei poſ-
ſeſſor ſit:is † enim & fructus lucratur,& longo tempore præſcribit [6]. Hîc 1
autem Iuriſconſultus† eum eſſe bonæ fidei oſtẽdit,qui titulum habet, ſeu 2
ab eo quem dominum arbitratur, ſeu ab eo quem domini procuratorẽ,
aut tutorẽ exiſtimat [7]. Quòd ſi credulitati illi ſuæ iniuſta fatuáve aliqua
cauſa anſam dederit,† nihilominùs fructus lucrabitur [8]: quoniam vt eos 3
ſuos faciat,ſufficit,ſi dolo careat.Huiuſmodi autem cauſà,licet in bona fide poſſeſſorẽ non
conſtituat,efficit tamẽ,ne malæ fidei videatur [9], ídque ſatis eſt & fructuum acquiſitioni,&
longiſsimæ præſcriptioni [10]:itémque ei poſſeſsioni,de qua ſummariè litis inſtruendæ cauſa
ſolet tractari [11]. At vſucapioni,& x.vel xx.ann.præſcriptioni non ſufficit [12]: hæc enim non
niſi bonæ fidei poſſeſſorẽ adiuuant. Præſumitur † autẽ regulariter bona fides [13],etiã in eo, 4
qui iuris errore lapſus ſit, niſi contractui lex ſpecialiter reſiſtat:veluti cùm cenſitorũ vendi
tio abſq; agro,cui aſcripti ſunt,celebratur [14].Idem ſi in iure naturali,vel quaſi naturali,vel
etiam in ciuili iure veriſimiliter omnibus explorato,euidentiſsimóque erretur [15]:atque ita
pleriſque viſum eſt.Sed† & qui domino contradicente emit,malæ eſt fidei [16]:& qui dolovẽ- 5
ditorẽ pellexit [17],quíq; ab eo emit,quẽ vendendi ius non habere ſciebat [18].Sed an bona * fi- 6
des in eo præſumatur, qui nullum habet titulum ? Et niſi de poſſeſſore antiquiore conſtet,
præſumi receptum eſt [19].Quod verum arbitror,ſi† is perſuaſum habet ad ſe rẽ pertinuiſſe: 7.
alioquin quod ſuũ non eſt,ſcire debet ad alios ſpectare [20].Cæterũ & quoties poſſeſsioni ius
cõmune reſiſtit,bona fides non prçſumitur.Quapropter qui ius ſeruitutis * prçſcripſiſſe aſ 8
ſeritur, bonã fidẽ probare debet [21], cũ pro cuiuſq; rei libertate regulariter præſumamus [22].

6 l.ſi fur.§.j.de vſucap.
7 l.quicunque.in fi.de pub.
8 l.igitur.§. poteſt.de libe. ca.
9 l.ſed etſi.§.ſcire.de petit. hæred.Barto.
10 l.j.C.vbi cau.ſtat.
11 d.§.poteſt.
12 l.fin.pro ſuo.
13 l.penult. C.de euict.
14 l.quemadmodum. C.de agric.& cenſi.
15 Doct.l.ex conſenſu. §.fi. de app.Ang Imo.Raph.
16 l.ſi fundum.C.de rei vẽ.
17 l.dolus.C.de reſcin.vẽd.
18 l.qui à quolibet. de contrahen.empt.
19 Bar.l.Celſus. de vſucap.
20 l.fin.C.vnde vi.
21 c.j.de præſcrip.in vj.
22 l.altiùs.C.de ſer.& aqu.

SVMMAE.

1 ☞ *Cenſere variè accipi,cenſendíque forma.* 4 *Electorum poteſtas.*
2 *Cenſorum officium.* 5 *Italorum,& prouincialium diſcrimen.*
3 *Auguſto collata poteſtas, limitata.* 6 *Germanorum libertas.*

LEX CXI.

CENSERE. Cenſere † propriè eſt ſententiam ſuam exponere [23], & 1
conſtituere. Solebant autem à Conſulibus Senatores interrogari, quid
fieri placeret:Populus verò Romanus,vellet,iuberétne. Quapropter ſe-
natum cenſuiſſe,populum iuſsiſſe, rectè dicimus. Hócque loquẽdi modo
plena ſunt antiquiorum autorum volumina : quamuis & cenſere ſit prç-
cipere:quæ enim cenſuerat ſenatus, obſeruanda omnino erãt [24]. Hinc &
cẽſores† dicti,qui quinto quoq; anno de ciuiũ moribus iudicarẽt,præſentis trãſactæq; vitæ 2
rationẽ perquirerent,indignos honorib.abdicarent, famoſos notarent, publica locarent,
cenſum ciuiũ peragerent,perquàm neceſſarius rectè inſtitutis vrbibus magiſtratus,qui ta
men hodie nuſquam eſt, cùm ea quæ ad auaritiam pecuniarúmq; æruſcationem pertinent
officia,

23 l.item.§.pridie.de petit. hæred.
24 §.S.conſultum. Inſti.de iure natur.



officia,mirum in modum coaluerint,vbique laqueos tendentibus:Satrapis, hallucinanti-
bus Theologis,adulantibus Iuriſconſultis,perſuadentibúſque, omnia principibus licere,
3 ſummámque eorum & liberam eſſe poteſtatem.Quod† certè in Italia verum non eſt: Ro-
mani enim cæteris Italis fœdere in ſocietatem attractis,in Auguſtum lege regia nõ niſi ius
transferre potuerunt,quod ipſi ex fœdere habebant:vt ridiculum ſit adfirmare, Pontifici-
4 bus,Ducibus,& quos Germanica† voce Marchiones vocant, abſolutam in ſubditos pote
ſtatem competere, quæ nec ipſi Imperatori in Italos competit, vnde illi cauſam habent.
5 Atque hinc eſt quòd ſuprà in tractatu de cenſibus [1], † ius Italicum à prouincialium iure di
ſtinguitur:illi in cenſum vniuerſas facultates deferre tenebantur, & tributum ſoluebant:
Itali liberi erant, æquóque cum Romanis iure agebant. Solæ antiquam indolem retinue-
6 runt in Germania† ciuitates,quas illi francas vocant:vt enim Imperatoris faſtigium liben
ter agnoſcunt,ita tributis ſe atteri,violentia vrgeri,tyrannide opprimi non patiuntur.

1 l.j.§.de cenſ.

SVMMAE.

1 ☞ *Lacus littoris iure cenſetur.* 2 *Lacus publici priuatique diſcrimen. 5.*

LEX CXII.

1 LITTVS. Quod† de littore maris ſuprà vidimus,producitur per Iuriſ-
conſultum etiam ad lacus,dum tamen priuati non ſint:ſed & ſi Reipubli-
cç ſit,qui ſoleat piſcatorib.locari,vt eſt Thraſimenus Peruſij,videtur pri
uatorum naturã ſequi,ídque in alluuionis tractatu [2] Bartolus probat. Pu-
2 blicum† ergo lacum propriè accipiemus, qui in vſu publico ſit, & in quo
3 vnicuiq; piſcari fas eſt.Sanè lacus eſt*,qui perpetuam habet aquam [3].Sta
4 gnum*,quod temporalem,vt ſi hyeme tantùm. Foſſa receptaculum eſt aquæ,manu factũ.
5 In eo † autem priuatus lacus à publico differt,quòd publicus eatenus publicũ littus habet,
quatenus hybernus fluctus maximus exæſtuat: at in priuato id tantùm littoris cõſtituitur,
quatenus actum eſt [4], & in eius venditione tempus contractus obſeruamus.

2 verbo,flumen.in fi.
3 l.j.vt in flum.pub.
4 l.rutilia.de contr.emp.

SVMMAE.

1 ☞ *Legis xij.Tab.caput explicari.* 4 *Diei diffiniendæ cauſa.*
2 *Morbi ſontici vis, & priuilegium.* 6 *Sonticum morbum ex re variè accipi.*
3 *Dies ſiſſ.us,mixtus:variéque acceptus.*

LEX CXIII.

1 MORBVS. Lege† XII. tabu.qui morbo laborabat, in ius venire non
cogebatur,niſi aduerſarius iumentum illi dediſſet,vel plauſtrum,quo ve
heretur.Accipit autem ea lex morbum,pro aliqua imbecillitate, & inua
2 lentia:alioquin vbi vitæ periculũ vertitur,morbum† ſonticum appellat,
quaſi maiorem,vímque nocendi habentem,vt Sext. Cæcilius Iuriſcon-
ſultus apud Aulum Gelliũ interpretatur. Hoc morbo qui adfectus erat,
neque in ius venire,ſed nec procuratorem mittere cogebatur [5],ſententiáque aduerſus eum
lata nullius erat momenti [6].iubebat enim lex iudicij diem eſſe diffiſſum,cuius nominis ra-
3 tionem ex Seruio grammatico in VI.Aeneid.commentario colligere licet.Is† in iure diem
fiſſum dici interpretatur,qui partim religioſus,partim faſtus eſt. Idem opinor qui & inter-
4 ciſus à Macrobio appellatur. Cùm† ergo aliqua negotia expediẽda erant,quæ propter re-
ligionem differre oportebat,dies diffindebatur,id eſt,ſcindebatur in ſequentem.Meminit
huius vocis præter Aul.Gel.Liuius quoque ab vrbe condita lib. ix. Sed & Horatius libr.ij.
5 Sermo.Nihil hîc diffindere * poſſum,id eſt,differre,quo minus pro te pronuntiem. Atque
ita ipſe ſentio, licet indiſcuſſum id verbum Politianus in Miſcellaneis cap.xl.reliquerit,id
6 circóque non omnes ſuam in ſententiam trahere potuerit.Sanè Iuriſconſultus† hîc ſimpli
citer ſonticum morbum diffinit,qui cuiq; rei,intellige de qua agitur,nocet.Et ideo,ne quis
in ius veniat,ſonticus morbus accipietur,qui grauior eſt,nocétq;,ne venire poſsit,vt magna
febris [7]:ne verò mancipiũ veneat,ſonticus accipietur,perpetuus vel reciduus [8]: non enim
eſt veriſimile emptorem,ſi huiuſmodi morbo laborare ſeruum ſciuiſſet,fuiſſe empturum.

* lib.xx.c.j.
5 l.ij.§. ſi quis in iudic.§.ſi quis caut.
6 l.quæſitum.de re iud.
7 d.l.quæſitum.
8 l.fin.de ædili.edic.

SVMMAE.

2 ☞ *L.Itaque.de furtis ff.ſenſus.* 5 *Indiuiduorum genera, & effectus.*
3 *Soluendo, an non, eſſe variè accipi.*

LEX CXIIII.

1 SOLVENDO. An quis ſit * ſoluendo creditori ſuo,hoc adtẽditur,vt ſo-
2 lidum poſsit ſoluere. Quapropter cùm† lex fulloni aduerſus furem actio-
nem det [9], ſi is fullo domino ſoluendo ſit,niſi poſsit ſolidũ dare,cõcedenda
ei non erit actio,ne cõpellatur dñs ex vno iudicio duo facere : vt videlicet
contra fullonem ex locato agat, & quanto minùs conſequetur, aduerſus
furem cõdicat:id enim ei damnoſum eſſet : ſed qui cum duobus contraxit,

9 l.itaque.de fur.

graue ſibi exiſtimare non debet, ſi contra duos experiundum erit: qua ratione † vt quis ſol 3
uendo dicatur, etiam fideiuſſoris facultates ei aggregādæ erunt[1] ſatis enim eſt, ſi per alium
ſoluendo ſit[2]. Sed & qui in nominibus æs ſuum habet, ſoluendo dicitur[3]: compelli enim
poterit in executione condemnationis, vt nomina vendat, vel exigat: quod intelligēdum
ſi debitores idonei ſunt, & bonam fidem agnoſcunt[4]. Sanè is cuius bona venerunt, ſuſpe
ctus eſt, tanquam ſoluendo non ſit[5].

1 l. ſi plures. §. præterea. de fideiuſſo.
2 l. nemo dubitat. ſ. tit. j.
3 l. facere. vbi Alex. ſo. ma.
4 l. à diuo. §. fi. ſ. de re iud.
5 l. tres tutores. in fi. de adminiſtr. tut.

SOLIDVM. Adnotat hinc Accurſius, factum *non videri, quod perfectum non ſit[6]: 4
quę regula in his procedit, quę indiuidua appellamus[7]. Ea † quatuor modis accipi receptū 5
eſt: Natura, vt ſeruitutes. Voluntate contrahentium, vt in eo qui in binos arbitros compro
miſerit, vel binos ſymphoniacos emerit: non enim veriſimile eſt altero fuiſſe contentum.
Forma, vt in fideiuſsione*, quæ principali obligatione grauior eſſe nequit, aliàs penitus vi 6
tiatur. Acceſsione, vt cum quis Iudæo fundum cum colonis Chriſtianis vendit: coloni *e- 7
nim à fundo ſeparari poſſunt[8].

6 l. rei. §. fi. ſ. eod.
7 Bar. l. græcè. §. illud. de fideiuſſo.
8 l. quemadmodum. C. de agricol. lib. xj.

SVMMAE.

1 ☞ *Fundi etymon, aceptióque varia. 3.*
2 *Agri etymon, & cauſſa.*
4 *Poſſeſſio vſu quæſita.*
5 *Prædium variè cenſeri, & quæri.*
6 *Alienationis ſpecies.*
8 *Vſucapio, auctoritas.*
9 *Auctoritas, vendicandi ius.*
10 *L. Quæſtio explicari.*
11 *Poſſeſſionem variè definiri.*
12 *Poſſeſſionis ab vſu ſeparandæ cauſa.*
14 *Poſſeſſionis actus ab ipſa non differre.*
16 *Poſſeſſionum qualitates differentes. 19. 20.*
17 *Poſſideri per alium poſſe.*

## LEX CXV.

QVAESTIO. Declarat Modeſtinus, quid inter ſe differāt quatuor hæc
vocabula, fundus, ager, poſſeſsio, prædium. Et fundum † generaliter acci- 1
pit pro omni eo, quod ſolo continetur[9], deducitúrque à verbo fundere:
hinc & μεταφορικῶς fundus pro autore accipitur, vt Feſtus inquit. Sic apud
Cice. in oratione pro Cn. Corn. Fundi populi. & apud Plautū in Trinum
mo: Fundus potior, id eſt, pes, & fundamentum promiſsionis. Ager † verò 2
non tam latam habet ſignificationem, ſed eum fundum ſignificat, in quo agatur, vnde &
nomen ſumpſit ſecundum M. Varronem. Ager ergo eſt, qui colitur, & qui fructuum cauſa
habetur, cùm fundus † quamlibet ſoli ſuperficiem, etiā incultam, & nulli vſui deſtinatam, 3
in qua aliquid fundari poſsit, ſignificet. Poſſeſsio † is eſt fundus, qui nō iure ſeu mancipatio 4
ne nobis comparatus eſt, ſed vſu & præſcriptione quæſitus, vt etiam Feſtus ſcribit: & ideo
eius proprietas ad nos non pertinet. Sed & ſi pertinere non poſsit, vt quia res ſacra, poſſide
ri tamen poteſt, poſſeſsióq; dicitur. Prædium tam † ad poſſeſsionem, quàm ad agrum refer- 5
tur: vnde ſiue quis per mancipationem, vel in iure ceſsionem, agrum, ſiue per vſum poſſeſ
ſionem acquiſiuiſſet, rectè ſuum prędium appellabit. Tradidit autem Modeſtinus hanc dif
ferentiam, legem XII. tab. interpretans †, quo iure duplex tantummodo alienationis ſpe 6
cies erat, quæ per nexum, & quæ per ceſsionem fiebat[10], vt M. Cic. in Topicis declarat. Per
vſucapionem* verò proprietas non acquirebatur, licet iuris autoritate poſſeſſor defende- 7
retur. Hinc eodem in opere Tullius † vſucapionem autoritatem appellat ex lege xij. tab. 8
Autoritas, inquit, vſus fundi biennium eſt, ſit ergo & ædium. Idem officiorum lib. 1. ex eadē
lege. Aduerſus hoſtē æterna autoritas. In lege quoq; Attinia, cuius Aul. Gell. lib. XVII. memi
nit, dicebatur, quod ſubreptum erit, eius rei æterna autoritas eſto, id eſt, æternū tempus an
tequàm vſucapiatur. Venuleius † autoritatem ius eſſe interpretatur, quo auctor, id eſt, do- 9
minus rem ſuam vendicare poteſt: vnde amitti, inquit, autoritatem, id eſt, actionem pro e-
uictione[11], placet. Et † ita accipiendū hoc reſponſum ipſe arbitror: quo ſenſu ridiculus ipſe 10
Valla erit, qui cùm vulgari interpretationi, vir alioqui non vulgaris adhæſiſſet, Iuriſcon-
ſultum noſtrum increpat, muſca planè, quod dicitur, elephantum. Illud non negauerim, in
poſteriore iuris diſciplina, hanc differentiam non fuiſſe obſeruatam, cuius rei nos etiam
Accurſius admonet.

9 l. fundi. ſ. eod.
10 Cin. l. j. C. de vſuc. trāſf.
11 l. fi. de euictio.

POSSESSIO. Colligi † hinc poteſt diffinitio poſſeſsionis, vt ſit vſus rei à proprieta- 11
te vel iure ſeparatus. Hinc vſucapio, id eſt, acquiſitio, quæ per vſum, hoc eſt, poſſeſsionem
fit. Aelius quoque Gallus, cuius reſponſa frequēter in Digeſtis citantur[12], poſſeſsionē defi
niuit, eſſe vſum fundi, vel ædificij: atq; in Feſtus Pomp. refert. Sed & Cor. Fronto: In haben
te, inquit, onus, in poſsidente vſus eſt, Idcirco † autē à iure dixi ſeparari poſſeſsionem, tum 12
vt oſtenderem ab eo vſu, qui ſeruitutis ſpecies eſt, differre: tum etiā, vt eos ſequerer, qui poſ
ſeſsionem facti, nō iuris eſſe cenſuerunt: quod apertiſsimè multis in locis Iuriſcōſulti adte
ſtati ſunt[13]. Nec quicquam me mouet, quòd etiam ius poſſeſsionis aliquando legimus: ex
facto *enim ius oritur[14], & ius habere is quoq;, qui ex pignore prætorio detinet, dicitur[15]: 13
nec idcir

12 l. nec vtilem. ff. ex quib. cauſ. maio.
13 d. l. nec vtilem. l. j. §. j. & ij. de acquir. poſſ.
14 l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ad l. Aquil.
15 l. ſi finita. §. pen. de dam. infecto.



14 nec idcirco conſequens eſt, contrectationē illam eſſe iuris. Summè † autem ridiculi viden-
tur, qui inter acquiſitionem, retentionem, amiſsionémq; poſſeſsionis diſtinguunt, cùm hi
actus manifeſtè ab ipſa poſſeſsione non differant: ſicut nec procreatio, vita, mors hominis
ab homine differunt, nec qui naſcendo homo fuit, moriēdo eſt aſinus. Quapropter ſi cùm
15 poſſeſsio *acquiritur facti eſt, & acquiſitam & amiſſam conſequens eſt facti eſſe[1]. Eius † poſ
16 ſeſsionis duplex eſt ratio, ſeu qualitas: nam cùm quis corpore poſsidet, vſúmque rei apprę
henſæ percipit, naturaliter poſsidere dicitur: quòd ſi verè ipſe rei non inſiſtat, neque vſum
17 percipiat, ſed per interpretationem legis, ciuiliter quoque poſsidet. Qua † ratione per fru-
ctuariū, & eum qui precariò rogauit, poſsidemus[2]: & licet ipſi naturaliter fundo inſiſtāt, ta-
18 men propriè non poſsident: quia nomine noſtro ſunt in prædio[3]. Ciuilis *igitur poſſeſsio
19 ſemper † iuſta eſt, quoniam lex interpretationem illam, non niſi iuſta ex cauſa adhibet. At
20 naturalis † quandoq; iniuſta eſt, ſiue quia res prohibita poſsideri[4], vt liber homo: ſiue quia
perſona incapax, vt ſeruus[5]: ſiue cauſa iniuſta, vt raptor: ſiue iure ciuili inualida[6], vt cùm
pater filio, maritus vxori donat[7]. Et ita ipſe ſentio, licet alij aliter diffuſiſsimis tractatibus
& à quibuſdam recentioribus vſque ad nauſeam auctis.

1 l. nemo. C. de acquir. poſſ.
2 l. certè. §. j. de precar.
3 l. j. in fi. ſ. de ope. no. nun.
4 l. quod Seruius. de acqui. poſſeſ.
5 l. iiii. §. fi. eo. tit.
6 d. l. j. §. ij.
7 l. j. §. deiicitur. de vi & vi armata.

SVMMAE.

1 ☞ *Filiis filiam contineri: ex cauſis diuerſum. 3. 4.*

## LEX CXVI.

1 QVISQVIS. Cùm teſtator † vnum ex filiis exhæredē feciſſet, alios etiam
poſthumos hac clauſula inſtituit: *Quiſquis mihi alius filij filiúſve hæres ſit.* dubita
tum fuit, an filia contineretur: & ex proprietate verbi non contineri Labeo,
ſed ex mente Proculus exiſtimauit: quapropter ſi aliquibus cōiecturis de cō-
traria mente appareat, Labeonis ſentētia obſeruabitur, veluti cùm teſtator
propriis filiabus excluſis, filium inſtituit, & ſi ſine filiis deceſſerit Sempronium: natis enim
filiabus, non deficere conditionem pleriq; exiſtimauerunt: nam cùm proprias filias pater
excluſerit, veriſimile eſt multò fortiùs voluiſſe ab hæreditate neptes reiici. Sed hoc mihi
nō ſufficere videtur: proprias enim filias propter filij maſculi maiorem amorem excluſit:
at Sempronium teſtator non ita amaſſe exiſtimandus eſt, vt neptib. ſuis prætulerit: effica-
cior eſt igitur coniectura, cùm ex lege municipali ab inteſtato ſuccedentes maſculi fœmi-
nas excludunt: videtur enim teſtator cùm de filiis mentionē fecit, eos ad ſucceſsionem vo-
caſſe, quemadmodū à lege vocantur: præſumpta enim teſtatoris mens, per quā maſculinū
concipit fœmininū, illi præſumptioni cedit, qua ſecundū leges voluntatem ſuā quemlibet
2 regere[8], accōmodaréque dicimus, & in præſumptionum *conflictu illi potius adhæremus,
3 quæ verborū proprietate defenditur. Cæterùm & † ſi cōſtitutum ſit verba teſtamentorum
ad literam, & ſine interpretatione intelligi debere, quod filiis relictū erit, filiæ non præſta-
bitur: atq; hoc Iaſoni[9] viſum eſt. Sed hac in quæſtione id ipſe non approbauerim, cum po-
tiùs credendum ſit antiquorum exemplo de fœmina quoq; actum fuiſſe: ſiquidem Næuius
Plautúſq; caſu dandi filiis, non filiabus dixerūt, vt Priſcianus lib. VII. probat. Quapropter
ſatis videtur ad literā poſſe accipi de fœminis, vt meritò ſententia Labeonis figurā verbo-
rum conſiderantis, nihil nos moueat, cùm etiamvis verborum expoſitioni huic non refra
4 getur: tametſi ex frequentiore vſu fortè aliud ſit ſtatuendum. Additur † & à pleriſque alia
coniectura, vt ſi in aliqua parte teſtamenti filiorum maſculorum mentionem teſtator fe-
ciſſet, quamuis alio in loco ſimpliciter filios nominet, videatur ſemper de maſculis tātùm
intellexiſſe, ſed id non omnino verum eſt, vt infrà attingam[10].

8 Bart. l. hæredes. §. ita. ad Trebell.
9 Iaſ. l. qui filiabus. de legatis primo.
10 l. Herennius. ſ. eo.

SVMMAE.

1 ☞ *Soluiſſe minus non dicitur morator, ſorte ſoluta.*
2 *Fideiuſſor ex cauſa in plus quam reus conueniendus.*
3 *L. Non poteſt. reſtringi.*

## LEX CXVII.

1 NON POTEST. Finge † decem tibi ex ſorte debebam, ſed propter
moram meam intererat tua plus accipere: Iudex me cōdemnauit in ſor-
tem, an ea ſoluta, dicar minus ſoluiſſe? Et hîc traditur non videri: eius e-
nim quod ex mora debebam, actio nulla tibi competebat, ſed totum offi
cio iudicis continebatur, quod lata ſententia amplius nō interponitur[11].
Idémq; eſt in fideiuſſore, qui actionis arbitrarię nomine intercedit: quod
enim propter rei moram ex arbitrio iudex auget, ſi non ſoluerit, non tamen minus ſoluiſ-
2 ſe videri poteſt, cùm huius damni cauſa nulla aduerſus eum actio cōpetat[12]. Sed † pone, ali
quis fideiuſsit hoc modo, ex his quæ Titius tibi det, quantò minùs ſoluet, ſpondeo: is Titius
miles eſt, ita quòd niſi in eo quod facere poteſt conueniri nequit, an fideiuſſor tenebitur[13]?
Et puto teneri: aduerſus enim Titiū amplioris ſummę actio mero iure cōpetit, licet per ex-
3 ceptionem illi conſulatur. Sed † & ei cui pignoris retinendi ius eſt, minus ſolutum videtur:
tametſi

11 l. v. C. depoſi.
12 l. fi. de eo quod cer.
13 l. ſi cum. de re iud.

tametſi actio illi non competat, vt in chirographario[1] creditore,& eo qui ſub pignore mu
tuauit,& nudo pacto cauit de vſuris[2].

- 1 l.j.C.etiam ob chirogr.
- 2 l.per retentionem. C. de vſur.

SVMMAE.

1 ☞ *Nationum genera, qualitates, & iura.*

## LEX CXVIII.

HOSTES. Nationum† aliæ populo Romano ſubditæ erunt, vt prouin- 1
ciales: aliæ fœderatæ, quo iure quædã ciuitates & in Aſia, & in Hiſpania,
aliiſq; prouinciis vtebantur[3]: ſic etiam Aetolos ſe Romanis iũxiſſe, T.Li-
uius lib. XXXVII. eſt auctor. aliæ penitus liberæ,& ſuis legib. relictæ, niſi
quòd maieſtatem populi Rom. comiter obſeruare tenebantur, vt Maſſi-
lienſes: aliæ hoſtiles, vt Parthi & Germani, quorum illi propter æmulatio
nem, hi pro libertate aduerſus Romanos ſemper pugnauerunt, donec tandẽ imperiũ euer
terunt Turcæ qui ex Perſide prouenerant, oriẽtale: Gothi, Hunni, Vandali, omnes ex Ger
mania, occidentale: quod tamen Caroli magni auſpiciis rurſus inſtauratum eſt. Aliæ nec
hoſtiles, nec aliquo mado illis coniunctæ, vt[4] Scythæ, quos Tartaros vocamus, quíq; Mæo
tiam incolũt. At cùm Antonini conſtitutione omnes qui in orbe Romano[5] erãt, ciues Ro-
mani effecti ſint, ſequitur omnes Chriſtianos* hodie populũ Romanum eſſe: quo iure exci 2
derunt, qui in Aſia, Aphricáve, cæteríſque prouinciis ſedẽ CHRISTI non agnoſcũt: hi enim
hoſtes populi Romani ſunt,& ciuitatis Romanæ ius amiſerũt. Hinc eſt, quòd cum Turcis,
& Saracenis indictũ nobis eſt bellum: ſúntq; viciſſim iura poſtliminij, & capti in bello effi-
ciuntur capientium. At inter Chriſtianos aliud eſt: cùm enim ex lege CHRISTI omnes ſint
fratres[6], quæ inter eos mouentur arma, plus quàm ciuilia ſunt, vnde ius poſtliminij in his
non eſt[7]. Hinc videmus antiquiſſima cõſuetudine introductũ, vt capti* libertatem non a- 3
mittant, ſed præſtita victori pecunia (λύτρον Græci vocãt) veniã recedendi impetrẽt. Qua
ratione etiam arbitror, capta in huiuſmodi bello, capientium non fieri: & id præſertim in
eo, quod forum conſcientiæ vocamus, licet Theologi, vel ματαιόλογοι potiùs, quidam, aliter
ſenſerint: niſi ab his capta ſint, qui libertatem ſuam tuentur, & iniuſtè ab aliquo tyranno
vexantur: vnicuique enim iure naturali permittitur defenſio, quam nec Chriſtiana lex no
bis abſtulit: alioquin ſi duo principes de imperio belligerent, ridiculum eſt credere permiſ
ſum eſſe militibus, alterutrius ſubditos ſpoliare, cùm eorum nihil interſit, vter regnet: para
tíque ſint illi victoris imperio obſequi, & quod Petrus in priori epiſtola præcipit, ὑποτα-
γῆτε πάσῃ ἀνθρωπίνῃ εἴτε βασιλεῖ, εἴτε ἡγεμόσιν διὰ τὸν κύριον.

- 3 l.non dubito.de capt.
- 4 l.iiij.§.j.de cap.
- 5 l.in orbe.de ſtat.hom.
- 6 xj.q.iij.c.ad menſam.
- 7 l.ſi quis.§.fi.de cap.

SVMMAE.

1 ☞ *Iuris nominum generæ.*
2 *Vniuerſalia variè cenſeri.*
6 *Vniuerſalia æris alieni neſcia, minui tamen poſſe.*
8 *Bonorum poſſeſſor æs alienum agnoſcat.*

## LEX CXIX.

HAEREDITATIS. Nomina† iuris alia ſunt particularia, vt obliga- 1
tio, ſeruitus, dominiũ: alia vniuerſalia. ea† tripliciter adſumũtur: aut enim 2
vniuerſitas ſolius facti, ſeu corporũ eſt, vt grex, chorus, familia: aut iuris
& facti mixtim, vt peculiũ, dos, patrimoniũ: aut ſolius iuris, vt hæreditas:
ea* enim nomẽ ſeruat, etiã ſi nulla corpora hereditaria ſint[8]: idémq; arbi 3
tror, ſi nihil ſit in hæreditate. Vnde ſi quis nec alienũ, neq; ſuum æs habẽs
decedat, poterit ſe proximus agnatus eius heredem appellare, quãuis in hæreditate nihil
omnino ſit: nomen enim hereditas* eſt iuris, per quod perſona defuncti repræſentatur, nõ 4
autem facultatum. At peculium*, cùm ſolius iuris non ſit, vt nomen ſuum habeat, aliquid 5
requirit. Idem in dote & patrimonio. In† his vniuerſalibus propter æs alienũ non fit dedu- 6
ctio corporum: vnde ſi ſeruus debeat domino plus, quàm ſit in peculio, corpora tamen pe-
culia remanent[9]: & ſi vxor debeat marito, propter expẽſas neceſſarias in fundo dotali fa-
ctas plus quàm fundus valeat, remanet tamen ex Pomp. Vlpianíque ſententia fundus do-
talis, licet Scæuola omnino deſinere[10], Paulus, ſoluta pecunia, reuerti in cauſam dotis[11], cẽ
ſuerint. Diminuitur tamẽ vniuerſitas ipſa, licet corpora nõ diminuantur, cenſebitúrq; tan
to minus in peculio & dote eſſe. Sanè quæ corporum* vniuerſalia ſunt, particulariter ven- 7
dicari nequeunt, ſed vniuerſaliter: vt grex[12]. Atque iuris communionem habent, in vni-
uerſum non vendicantur, ſed particulariter: quamobrem nec peculium, neque dotem ven
dicamus, ſed rem peculiarem, & fundum dotalem[13].

BONORVM POSSESSIO. Atqui aliud dicendum ex vi verbi videbatur[14],
cùm† bona, deducto ære alieno, intelligantur, nec dãnoſa eſſe poſſint: ſed in hac cõpoſitio 8
ne propriam naturam non ſeruant: cùm enim vniuerſitas facultates bonorum poſſeſſione
proſequamur, abſurdum eſſet commoda ad nos omnia pertinere, & nulla incommoda[15].

- 8 l.hæreditas.de pet.hær.
- 9 l.peculiũ.§.pe.de pecul.
- 10 l.quod dicitur.de impẽ.
- 11 l.ſi is qui.§.j.de iur.dot.
- 12 l.vendicatio. de rei vẽd.
- 13 l.ſi peculiũ.de pec.lega.
- 14 l.princeps.ſ.eod.
- 15 l.iij.de bono.poſſ.

SVM



SVMMAE.

1 ☞ *Legem xij.Tabl.teſtamentariam explicari.*
2 *Legare variè accipi, ac ex cauſis obliquari.*
3 *Lex xij.Tabul.aliis reſtricta.*
4 *Liberis triens, aut ſemis relinquendus.*
5 *Teſtatorum repreſſa poteſtas.*

## LEX CXX.

VERBIS. In XII. tabulis lex hæc poſita his verbis fuerat: VTI QVIS
LEGASSIT, id eſt, legauerit, SVAE REI ITA IVS ESTO. Quam legẽ
1 Iuriſconſultus† interpretatur, vt liberam facultatem teſtatori reliquerit,
non ad legata ſolùm, ſed etiã in heredis inſtitutione, libertatũ datione, tu
2 telarũ conſtitutione. Legare† enim verbum, licet ex frequẽtiore vſu ſim-
pliciter de his, quæ particulariter verbis directis in teſtamẽto relinquun
tur, intelligatur tamen latiorẽ etiam ſignificationem habuit, idémq; eſt legare, quod decer
nere,& mandare: vnde & delegare dicimus. In teſtamentis tamen, in quibus verba ſecun-
dum teſtatorũ conſuetudinem accipiuntur, verbum legandi obliquum eſt. Vnde in ſubſti-
tutione, quam his verbis filio pupillo pater facit, quãdocunq; deceſſerit filius meus, omnia
bona mea Titio lego: receptũ eſt[1], vt omni tempore pro fideicommiſſaria accipiatur: niſi
ex alia parte teſtamenti aliud adpareat[2]. Quid enim, ſi aliquando Titium hæredem appel
let? quid, ſi dixerit, Seium in dimidia parte hæredẽ facio, Titio aliã dimidiam lego[3]? Quid
ſi dictũ eſſet, ſi filius in pupillari ætate deceſſerit, omnem eius hæreditatem Titio lego[4]? Ar
guitur enim his caſibus mens teſtatoris directè nõ per fideicommiſſum inſtituere volentis.
Idem ſi, nemine inſtituto, hereditatem ſuã ſe legare dixerit: videtur enim tunc verbũ lega-
re ad inſtitutionem referri, quod pleriq; probant[5]. Sed & ſi conſtitutum ſit, ne maritus ha-
bens filios aliquid vxori legare poſſit, crediderim inſtitutionem quoq; vetari: eadem enim
eſt ratio,& verba inferre hoc poſſunt[6]: tametſi aliter Corn. reſponderit[7]. Quomodocunq;
igitur de re ſua quis decreuiſſet, ex XII. tabul. verbis obſeruandum fuerat. Vnde cùm eo iu
re pater in filios plenã poteſtatem, iúſq; necis & vitæ haberet[8], ſi tutores illis conſtituebat,
3 de re ſua decernere dicebatur. Coanguſtata† autem fuit hæc poteſtas variis legibus & Se-
natuſcõſultis: & in primis Auguſti tempore, vt Dion. ſcribit, C. Falcidius Tribunus plebis
legem tulit, ne quis plus teſtamento legaret, quàm vt quarta pars hæredibus ſupereſſet. Ad
4 dit Hieronymus in chronica Euſebij, quartam† partem hæredibus neceſſariò relinqui de-
buiſſe, ſi quatuor aut minus eſſent: ſi autem plus quatuor, medietatem: eo tenore, vt ſiue li-
beris, ſiue propinquis, vel exteris pater ſua legaret, illa pars, quã Falcidius cõſtituit, niſi pa-
5 ter interdixerit,& legatis fruentibus,& eiſdẽ carẽtibus æqualiter diuideretur. Aelius† quo-
que Sentius,& Fuſius Caninius libertatum conferendarum ius reſtrinxerunt[9]. Nam ille
in fraudem creditorũ manumitti vetuit, minoribúſque vigintiquinq; annis, niſi cauſa co-
gnita, hoc ius non conceſſit. At lege Fuſia[10], quoniã pleriq; nimis liberales, prodigíq; cùm
morerentur erant, certus fuit conſtitutus numerus vltra quem teſtamento libertas ſeruis
dari non poterat: quam rem diffuſe Caius[11] Inſtitutionũ libro primo proſequitur. Sed Iu-
ſtiniani conſtitutione aliter cautum eſt: Pegaſiano quoque Senatuſconſulto,& Trebellia-
no, eadem poteſtas, quæ ex lege XII. tabul. competebat diminuta fuit: tum etiam aliis legi-
bus, quæ teſtamẽti factionem certis perſonis auferebant. Sed & generaliter proditum eſt,
6 neminem facere poſſe, quò minùs in ſuo teſtamento* leges ſibi locum vendicent, vt quam
uis teſtatoris voluntas poteſtati legis æquiparetur[12], non tamen iuri publico derogare poſ
ſit: quod in his legibus conſiſtit, quæ bonos mores reſpiciunt, vel certam formam indu-
cunt, vel clauſulam derogatoriam habent[13].

- 1 Bar.l. Cẽturio.de vulg.ſ.
- 2 c.Raynaldus.de teſtam.
- 3 l.mulier.§.fi.ad Trebell.
- 4 Bal.l.fi.C.fa.erci.in fi.
- 5 Bal.Corn.l.ij.C.commu. de lega.
- 6 l.filium. §. ſed ſi portio. de leg.præſt.
- 7 Conſ.clxxxvj.in j.
- 8 l.in ſuis.de lib.& poſth.
- 9 inſti.qui manu. non poſ.
- 10 inſt.de l.Fuſia can.tol.
- 11 tit.ij.de nu.ſer.
- 12 §.diſponat. in authenti. de nupt.
- 13 l.nemo.de lega.j.

SVMMAE.

3 ☞ *Vſura legibus ex cauſis permiſſa, à CHRISTO vetita. 6.*
4 *Vſura, bellua.*
8 *Vſuras, in caſibus deberi.*
10 *Vſurarum incommoda.*
11 *L.Eos.C.de vſur. ſenſus & ſumma.*

## LEX CXXI.

1 VSVRA. Vſura† ſortis acceſſio eſt, quæ ꝑpter mutuò datæ pecuniæ vſum,
2 vel etiam moram exigitur. Ea iure* ciuili vſque ad legitimum modum per
miſſa fuit[14], ſed diuinis CHRISTI traditionibus omnino prohibita. Cùm
3 enim† non niſi ab indigentibus ex quadam neceſſitate, ſub fœnore mutuò
pecuniæ acciperentur, accidebat plerunque, vt ipſi propter certitudinem
promiſſionis ſoluere tenerentur, cùm nullos fructus rerum ſuarum percepiſſent, ſicque ad
inopiam redigebantur: quapropter legibus fœnebre hoc malum tẽperatum eſt. At CHRI-
STVS non conuenire exiſtimauit mutua, quæ amicorum cauſa inducta ſunt, in lucri cer-
4 titudinem vertere: atque ideo vetuit, ex mutuo quicquam ſperari. Apud† Ariſtophanem
in Nubibus deſcribitur τόκος (ſic enim à partu vſura dicitur, ſicut à fœtu fœnus) eſſe bel-
lua quæpiam, quæ ex proceſſu temporis argentum ſemper numeroſiore fœtura progene-
ret. Eam

- 14 l.eos.C.de vſuris.

ret. Eam † in fructu non eſſe, hoc eſt, naturaliter ex re non oriri, Iuriſconſultus hîc tra- 5
dit, ſed extrinſecus prouenire. Debetur † enim ex alia cauſa, id eſt, obligatione: quan- 6
doquidem vſuræ ex contractu principali non debentur [1], ſed opus eſt ſtipulatione: ſunt e-
nim odioſæ, & ideo ex pacto * nudo non debentur, ex earum ſolutione obligatio non ar- 7
guitur [2], ex lapſu temporis earum remiſsio faciliter præſumitur [3]: debentur † tamen ex quo 8
rundam contractuũ natura [4]. Illud conſtat, quoties ex mora fructus non debentur, nec vſu
ras deberi. Sanè vſuras, quas ex peculio profectitio filius lucratur, non eſſe peculij Oldrad.
Albericúſque exiſtimant, quoniã hîc peruenire extrinſecus dicantur. Sed non dubito con
trariam ſententiam veriorem eſſe: qualecunque enim lucrum * peculio accedit [5]: atq; ideo 9
ſi pater peculium petat, eas conſequi debebit, & reſtituere: ſed ſi tanquam vſuras petat, im-
probè petit [6], vt pleriſque viſum eſt. In generali tamen peculij conceſsione non eſt exiſti-
mandum, mandaſſe patrem filio, vt fœneret: id enim turpe eſſet, & reprobum [7], quod genus
mãdati in dubio præſumendũ non eſt. Extat Plutarchi libellus περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, quo
vniuerſam fœnerandi rationem damnat, quòd contra naturæ regulam ſit, quæ eſt, ex nihi
lo nihil gigni: quòd paupertati † vnicum eius ſolatiũ nempe animi ſecuritatẽ, aufert: quòd 10
nondum natos fructus deuoret: quòd qui accipiunt ſub vſuris, vorſuram ex vorſura facien
tes, nunquam ſe extrincant: quòd ſimiles Phinei ſint, cui Harpyiæ victum deuorabant:
quòd vt plurimùm ex luxu æs illud alienũ contrahatur: conſulítq; potiùs hæredium quod-
libet vendendum, quàm mutuò à daniſta quicquam accipiẽdum. Apud nos † certè publicè 11
intereſſet legem ciuilẽ obſeruari [8], quę certum modũ fœnerantibus conſtituit, vt qui eum
excederent, plecterentur: nam propter Canonum prohibitionem, non niſi peſsimus quiſ-
que & impudẽtiſsimus fœnerat *, qui cambij vel eius, quod intereſt, nomine vel alio ficto ti 12
tulo indigentẽ, atq; neceſsitate, quod humaniores nõ reperiat, cõpulſum, deglubit, nec epi
ſcopi & ſacerdotes id hominum genus vllo modo coërcent, ſed adiuuãt potiùs, ſuis quo-
que pecuniis daniſtæ in id lucrum clàm creditis, quod & diuus Cyprianus conqueritur.

1 l.iij.C.de vſu.
2 l.creditor.eo.titu.
3 l.cùm quidam. §.j.ſ.eod.
4 l.videamus.eo.tit.
5 gl. Bal.in l.cum oportet. C.de bon.quæ lib.
6 xlvj.diſtinct.ſicut.
7 l.ſi procurator.de cond. indebiti.
8 l.eos.C.de vſuris.

S V M M AE.

1 ☞ *Filio vno omnes contin eri.*
2 *Fœminas formulæ filio, filiiſque ineſſe.*
5 *Maſculorum conditio fœminis deficit. ex cauſis cõtrà.*
6 *L.Herennius. ſenſus.*
8 *Nepotes liberos dici.*

LEX CXXII.

HERENNIVS. Cùm † teſtator plures filios impuberes habens, ſimpli- 1
citer ſcribit, filio tutores do, propter incertitudinem de omnibus ſenſiſſe
videtur [9]: nõ enim eſt ratio, cur magis de vno, quàm de alio accipiamus,
meritò omnes continentur. At ſi dixerit, filio †, filiiſq; meis, quidam fœmi 2
nas non compræhendi dixerunt, quaſi nominum maſculini generis gemi
natio mentẽ eius arguat eiuſmodi eſſe, vt de fœminis nõ intellexerit. Sed
id Pomponio non placet, quandoquidem huius geminationis alia potius coniectura aſſu-
menda ſit: nimirum cùm de ſingulari dixiſſet, ad pluralem numerum tranſitum feciſſe, vt
omnibus filiis conſuleret: & ideo à regula non eſſe recedendum, vt * filiorum appellatione 3
filiæ quoq; contineãtur. Et hinc ſummi argumentum poteſt *, cùm in teſtamento filiorum 4
maſculorum mentionem teſtator fecit, ſi alia in parte ſimpliciter filios nominet, etiã fœmi
nas conticeri. Quapropter in hac ſubſtitutione, filios meos † maſculos inſtituo, ſi ſine filiis 5
deceſſerint, Sempronius hęres eſto: nata filia, Sẽpronius conditione defectus cenſebitur: ſi
enim neptes excludere teſtator voluiſſet, vtiq; qualitatem priorem repetiiſſet, vt Anchara
nus [10], Ananiáſque reſpondit: idémq; Iaſoni [11], recentioribúſq; quibuſdam viſum eſt. Aliis
tamen idẽ non videtur, maximáq; cõtrouerſi iuris hęc eſt quęſtio: ſed priorem ſententiam
ego magis probo, niſi aliqua verba addita proponantur, quæ vim repetitionis habeant, vt
cùm conditio ſic cõcipitur, ſi deceſſerit ſine filiis maſculis, vel nepotibus: videtur enim ma
ſculis repetitum [12]. Idem ſi filiabus in re certa inſtitutis, & maſculis hæredibus relictis ſcri-
ptum ſit, omnes filios meos inuicem ſubſtituo, intelligemus de maſculis [13]: ſubſtitutũ enim
in portionibus hæreditariis videtur, quæ nullæ apud filias erant. Quod & in ea ſpecie tra-
ditum eſt, cùm dictum eſt, Si quis eorum deceſſerit, portio ſuperſtitibus relinquatur [14]: eo-
rum enim, id eſt, maſculorum, accipimus, qui ipſi hæredes fuêre. Sed & in ea conditione, Si
filij mei ſine filiis morientur, vel ex eis vnus tantum remaneat, & filios non habeat, tunc il
le, qui remãſerit filius maſculus, centum Titio det. Reſpondit Nicolaus [15] Abbas, ſi fœmina
ſuperſit, non videri conditionem eueniſſe: quoniã licet priùs filium ſimpliciter appellaue-
rit, dum tamen paulò inferiùs addidit maſculum, ſatis oſtẽdit de fœmina non intellexiſſe.

EVNDEM SEXVM. Atqui filiis, in dandi caſu, etiam de fœminis intelligitur, vt
ex Næuij Plautíque autoritate Priſcianus lib. VII. docet. Sed † Iuriſcõſultus ad temporum 6
ſuorum frequentiorem vſum reſpexit, quo filiab. plerunque dicebant, non filiis.

9 l.ſi quis ita.de teſta.tut.
10 Anch.conſ.cxx.
11 Iaſ.l. qui filiabus. Alex. conſ.xl.in iiij.
12 Com.conſ.cxxvij.
13 Bar.l.Lucius. de vulga.
14 Bar.l.ſi.ad Treb.
15 Abb.conſ.xxxvij.in j.

FACTI



FACTI QVAESTIONEM. Propter incertitudinem volũtatis teſtatoris, quæ
7 ex coniecturis colligitur, ius verò ſemper certum eſt: vnde & articulis iuris * reſpondere
non cogimur [1]. Probabilis tamen in iure eſt dubitatio, propter altercationem ſententia-
rum, ſuccurritúrque in eo erranti, ſicut ſi in facto erraret [2].
8 LIBERIS. Sed † an nepotibus? & hîc videtur probari de eis quoque intelligi: quod ta
men falſum eſt [3], cum teſtator filiis tutores dedit: nec Iuriſconſultus hîc vult idem eſſe, ſiue
filiis, ſiue liberis dictũ ſit: ſed ideo dixit liberis, vt elegantius loqueretur, nec idem verbum
repeteret. Si tamen ſolos duos filios teſtator haberet, & ex alio præmortuo plures nepotes,
putarem de eis quoque ſenſiſſe eum videri, ne ſubiiciendo dictionem filiis, videatur incon
tinenti ſe correxiſſe.

1 l.ornamentorum. de auro legato.
2 Soci.in rub.de reb.dub.
3 l.ſed ſi nep.de teſt.tut.

S V M M AE.

1 ☞ *L.Verbum, erit. ſenſus.*
2 *Verbum, erit, pro adiuncto accipi. 11.*
3 *Præſens in incertis ad futurum referri.*
5 *Præſens actibus certis ſpectari: ex cauſis diuerſum. 8.*
6 *Vniuerſalibus futurum contineri.*
9 *Fœdus ſociis cauens ad futuros produci.*

LEX CXXIII.

1 VERBVM, ERIT. Explicat † Iuriſcõſultus, quomodo verbum, erit, ad
præteritũ trahatur: in quo articulo dubitaſſe veteres legis Attiniæ interpre-
tes lib. XVII. c. VII. Aul. Gel. tradit: qua de re P. Nigidius in hunc modum diſ-
2 ſeruit †: Verbum, eſſe, atque erit, quando per ſe ponuntur, habent, atque reti
nent tempus ſuum: cùm verò præterito iunguntur, vim temporis ſui amit-
tunt, & in præteritum contendunt: cùm enim dico, in campo eſt, in comitio eſt, tempus in-
ſtans ſignifico: item cùm dico, in campo erit, tempus futurum demonſtro: at cùm dico, fa-
ctum eſt, ſcriptum eſt, ſubreptum eſt, quanquam verbum, eſt, tẽporis ſit præſentis, confun-
ditur tamen cum præterito, & non minùs præſens, quàm præteritum oſtendit. Idem cùm
dico, ſubreptum erit, non duo, ſed vnum verbũ eſt, quod vnica patiendi declinatione non
ſolum futurum, ſed & præteritum indicat. hæc ille. Vnde apertiſsimè Iuriſconſulti reſpon-
ſum hoc declaratur. Cæterùm in iure perquàm ambigua quæſtio eſt, quando ad futurum
3 tempus incerta † diſpoſitio producenda ſit: & in his caſibus, quibus ſuprà retuli, præſens tẽ-
pus etiam ad futura referri [4], dubium non eſt, multò magis indefinitum referri debere: id
4 enim omnia * tempora compræhendere poteſt, propriè tamen de præſenti actũ potiùs in-
5 telligitur, ídq; regulariter obſeruatur. Quapropter † in contractu emptionis, tempus præ-
ſens inſpicitur [5]: in reſcriptis, cõpromiſsis, renũtiationib. feriarum, conceſsione ſacerdo-
tiorũ, de futuris [6] litibus, feriis, ſacerdotiis nõ accipietur: & publicatio bonorum [7], immuni-
6 tas ædicularum, bona prę ſentia, ædiculáſque continebit [8]. Non † obſeruatur tamen hæc re-
gula certis caſibus, veluti in vniuerſalibus, vt ſi quis gregẽ leget, vel peculium: capita enim,
quę accedũt etiã gregi imputantur [9]. Idem ſi me familiámq; meam hoſpitari promiſeris: ſi
enim mihi familia iuſtè augeatur nihilominùs eã recipere debebis [10], niſi magnum tibi da-
mnũ immineret [11]. Sed & ſi gñaliter omnia bona ſua, vel eorum vſumfructũ quis legauerit,
in vniuerſum diſpoſuiſſe intelligetur, & idcirco futura bona cõprẹhendet [12]. In priuilegiis
7 quoq; *, ne contra naturã ſuam tẽporalia ſint, de ſubrogatis intelligemus: vt ſi antiſtiti cõ-
ceſſum ſit, vt quatuor eius clerici, tametſi ab eccleſia abſentes, ſacerdotiorũ fructus acqui-
rant [13]. Idémq; quoties de ſolo cõcedentis damno agitur: fit enim pleniſsima interpretatio,
atq; ideo de futuris quoq; actũ cenſetur, ne diuerſum ius hiſdẽ de rebus cõſtituamus [14]. Cæ-
8 terũ † & ſi contrahentes futura prouidere potuerũt, generaliter de eis quoq; promiſsio ac-
cipietur: vt ſi quis promiſerit luminibus non officere [15]. Quod etiã alia ratione niti poteſt:
qui enim ſibi ita cauet, nõ idcirco renuntiare intelligitur, quò minus ſibi liceat ampliores
feneſtras facere: abſurdúmq; eſſet, ſi illis per vicinum obſtrui luminibus liceret: quã ratio-
nem in non diſsimili caſu T. Liuius lib. XXI. adfert: In fœdere Romanorum Carthaginien
9 ſiúmq; cautũ erat, ne alteri alteris †, ſociiſve bellum inferrent: deinde Romani Saguntinos
in ſocios adſciuerũt, quibus Carthaginienſes intulêre bellũ: quęſitũ fuit, an id ex fœdere li-
ceret, videretúrq; futuris ſociis ea conuentione proſpectum: qua in re Liuius, Si in priore
inquit, fœdere ſtaretur, ſatis cautum erat Saguntinis, ſociis vtrorumque exceptis. Nam ne
que additum erat, his, qui tunc eſſent: nec, ne qui poſtea adſumerentur. Et cum adſumere
nouos liceret ſocios, quis æquum cenſeret, aut ob nulla quenquam merita in amicitiam re
cipi, aut receptos in fidem non defendi? Tantum † ne Carthaginienſium ſocij, aut ſolici-
tarentur ad defectionem, aut ſua ſponte deſciſcentes reciperentur. Angelus [16] in propoſi-
ta ſpecie ideo ad futuros ſocios fœdus trahi exiſtimauit, quoniam mutua promiſsio eſt,
quæ vtrique vtilis eſſe poteſt. Sed ipſe etiam, ſi ab altera tantum parte promiſſum ſit, idem
opinor [17], quod & frequentius [18] receptum videtur [19].
10 CODICILLIS. Legata * codicillis iure veteri dari non poterant, vt Inſtitutionũ
libro ij. Caius ſcribit, & ex recentioribus aliqui [20] tradiderunt, niſi hi codicilli teſtamento
confir

4 l.verbum oportet.ſ.eod.
5 l.Rutilia. de contr.emp.
6 Iaſ.l.ſi ſtipula.fuer.§.j.ſ. de verb.obliga.
7 d.l.ſi tibi.§.is cuius.ſ. manda.
8 c.cum capella.de priuil.
9 l.grege.de leg.j.
10 Alex.clxxviij.in ij.
11 c.quanto.de cenſi.
12 l.quoties.§.ſi.de vſufr.
13 Gemi.c.ſi. eo.tit.in vj.
14 c.quia circa.de priuil.
15 l.ſi ſeruitus.ſ.de ſer.vr.
16 Conſ.cclx.
17 arg.d.l.ſi ſeruitus.
18 Io.Andr.in ru.de treug. in Specu.
19 Iaſ.d.§.cùm ſtipulamur.
20 Raph. Aret.l.j.de legatis primo.

confirmati eſſent.Pone ergo ſic in teſtamẽto dictum,quod in codicillis ſcriptum erit†,vel 11
quod quibuſque tabulis reliquero,valere volo:intelligentur hæc verba,cùm moriar,quod
1 l.Plotiana.de iure cod.
cunque codicillis, vel tabulis reperietur ſcriptum [1], ſiue ante teſtamentum ſcriptæ ſint ta-
bulæ,ſiue poſt.

SVMMAE.

1 ☞ *Alternatiuorum genera, & differentia.*
2 *L.Hæc verba.explicari.6. 7.*
3 *Diem naturalem intelligi ex cauſa.*
4 *Oppoſitorum natura.*
8 *Hiſtoria argumenta.*

LEX CXXIIII.

HAEC VERBA, ILLE. Diſiunctiua†eſt,quæ inter cõtraria poni- 1
tur,quorum vno poſito,alterum tollitur, ſublato ponitur.Subdiſiunctiua
eſt,quæ diuerſa diuidit,ſiue ea ſimul eſſe poſsint,ſiue non poſsint. Intelli-
go autem hoc†in loco contraria,quæ nullo medio inuicem repugnant: di 2
uerſa quæ medium habẽt,vt ſedere,&ambulare:medium enim eſt accum
bere,& ſtare.Idem ſi inuicem non repugnent, vt in homine actiua,& paſ-
ſiua qualitas:ſed & quoties ſenſus coniungitur,licet verba diſiungãtur,ſub diſiunctiua eſt,
2 Bar.in rub.C.de nauic. libr.xj.
vt Alexander, ſiue Paris [2].Idémque ſi aurum,vel argentum à te petam: non enim alterum
peto,vt alterum excludam,cùm vtrunque ſim paratus accipere. Communi autem voca-
bulo tam diſiunctiuam,quàm ſubdiſiunctiuam,recentiores alternatiuam vocãt,quam vo-
cem non omnino barbaram exiſtimo,vel veteribus quibuſdam vſitatam.

AVT DIES. Hinc argumentum colligitur †, quoties diei fit mentio, ad differen- 3
tiam noctis,de naturali intelligi,non de ciuili.Eſt autem naturalis ab ortu ad occaſum ſo-
lis,vt Cenſorinus tradit:quapropter poſt occaſum,tametſi lux aliqua adſit,nox dicitur,ſi-
3 Bart.l. aut facta.§. tẽpus. ſ.de pœnis.
cut & ante ortum albeſcente cœlo:idque pleriſque viſum eſt [3].

POSITO ALTERO. Natura†enim oppoſitorum eſt,vt ſe inuicem tollãt,non 4
vt ponant: hinc ſolemus dicere,contrariorum contrariam iuris*diſpoſitionem eſſe:quod 5
4 l.fuit.de acq.hæred.
verum,ſi contrariâ inuicem ratione nitantur [4], alioquin ſi eadem vtriuſque eſt ratio,tunc
eadem contrariorum(vt vulgò dicitur)eſt diſciplina.

ITA SIMILI. Caſtigatior lectio,item.

FINIBVS. Id eſt, terminis. Sunt autem termini prædicatiuarum partes,verbá-
que quibus propoſitio connectitur †. Sed hîc finibus vſus eſt Iuriſconſultus,vt oſtenderet, 6
inter has propoſitiones medium quiddam eſſe,atque ideo inter diuerſa, non inter contra-
ria ſubdiſiunctiuam poni.

ACCVMBIT, QVI IACET. Occumbit, qui in faciem cadit: hinc
milites,qui morientes mordicus humum captabant, occumbere dicebantur. Incubat, qui
fouet:hinc gallina incubatrix.

AVT FACIT. Accurſius ridiculè ad coitum hæc refert, cùm Iuriſconſultus
velit†in quocunque animali eſſe adfectus,ſeu qualitates actiuas, & paſsiuas: quod à diale- 7
cticis acceptum eſt,qui in ſubiecto has x.prædicationes conſtituũt,Subſtantiam,Qualita-
tem,Quãtitatem,Relationem,Locum,Tempus,Situm,Habitum, Actionem, Paſsionem:
quę ſi quis intelligere cupit,librum Ariſtote.περὶ κατηγορίας conſulat.Sanè & Plutarchus†hi 8
ſtoricæ narrationis argumenta hæc eſſe prodidit,Perſonam,Cauſam,Locum,Tempus,In
ſtrumentum,Actionem,Perpeſsionẽ,Modum.Qua in diſtinctione Ariſt.videtur imitatus.

SVMMAE.

1 ☞ *L.Nepos.ſenſus.10.*
3 *Poteſt,verbum variè ex re accipi.*
6 *Verba ex mente accipienda.*
8 *Ambigui & obſcuri diſcrimen.*
11 *Deductionis ne egeat forma,modúſve.*

LEX CXXV.

NEPOS. Cùm†ſocer genero dotem promittit,cùm poterit,vel commo 1
5 l.auus.de iure dot.
dũ erit,vel commodiſsimũ [5]: intelligitur cùm deducto ære alieno,&ſalua
dignitate,poterit: atque ita omnes hoc reſponſum interpretãtur: quãuis
Proculus apertè non explicet,an illa promiſsio,cùm potero omnino idẽ
polleat,quod,cùm cõmodum erit:potuítq; probabiliter dubitari:quoniã
ſocer, qui ſimpliciter dotem promiſit,non niſi in id, quod facere poteſt,
6 l.ſunt qui.l. ſicut.§. de re iudicata.
damnatur,nec tamen æs alienum deducitur [6]: ergo huiuſmodi promiſsio eadem ratione,
extãte ære alieno,videbatur intelligenda.Accedit his,quod de fauore dotis hîc agitur,quã
ſolidam * ſolui publicè intereſt,& pro qua in ambiguis pronuntiandum eſt.Sed tamen ex 2
coniectura mentis aliter Proculo viſum eſt,vt plerique omnes interpretantur.

POSSIT. Significat†id verbum ſimplicem potentiam, nulli neceſsitati ſubiectam, 3
ídque ex ſermonis proprietate,à qua tamen ex coniectura mentis quandoque recedimus:
vt cùm teſtator hęredi diligentem agrorum curam mandat,vt ad filios peruenire poſsint:
his enim



4 his enim verbis fideicommiſsi neceſsitas inducitur [1]: quoniam † in fideicommiſsis nihil
1 l.fideicõmiſſa.§. hæc verba.de leg.iij.
refert,quemadmodum verba concipiantur,dum mens colligi poſsit.Sed & ſi quis ſeruum
liberum eſſe velit,cùm decem hæredi dare poterit,niſi res ipſa detur, libertas non compe-
tet [2]: non enim conditio ſolius dilationis cauſa adiecta videtur,ſed vt hæredi quoque con-
2 l.iij.§.ſi quis ſic accep.de ſtatulib.
ſultum ſit.In caſu quoque noſtro,cùm quis daturum ſe ſpondet,cùm poterit,interpretatio-
ne promiſsionem moderamur: quoniam nõ videtur promiſiſſe,quod cum ſummo incom-
modo facere poteſt [3].Quoties verò negatiua coniunctio id verbum præcedit,præciſam ne-
3 gl.l.iij.de ann.leg.
ceſsitatem inducit,generalitérque modũ omnem remouet, vnde effici diſpoſitio poſſet [4].
4 gl.c.j.de reg.iur.in vj.
Quod tamen ex ſubiecti argumenti natura quandoque non recipitur,vt cùm Roma.Pon-
5 tifex ſe nõ poſſe * diſpenſare ait [5]: intelligitur enim,niſi ex iuſta cauſa.vel cùm id quod ad
5 c.literas.de reſtip.ſpol.
6 c.quantò.de præſum.
ſuam notitiã perueniſſet,non potuiſſe vicinos latêre adfirmat [6]: accipiemus enim, nõ po-
tuit,id eſt,non potuiſſe pręſumitur.Sed & quamuis lex pupillũ non obligari dicat [7],vel alte
7 l.obligari.de aut.tut.
ri ſtipulari alterũ nõ poſſe [8],naturalẽ tamen obligationẽ non prohiberi interpretabimur.
8 §.alteri. Inſtit. de inutil. ſtipu.
6 ID QVOD ACTVM. Cùm † enim verba ſenſum noſtrum exprimant,is in pri-
mis ſpectãdus eſt.Vnde in contractibus illud obſeruabimus,quod veriſimile eſt à partibus
fuiſſe actum.quòd ſi verba huiuſmodi ſint,vt veriſimile ſit,alteram partium vno modo,al-
teram alio intellexiſſe,contra eum fiet interpretatio,qui legẽ potuit apertiùs dicere. Qua-
propter contra venditorem [9],locatorem, ſtipulatorem [10] in dubio intelligemus,vt ei fa-
9 l.veteribus.de pact.
10 l.quicquid.de verb.obli.
ueamus,qui ſe obligat: ſatis apertè locutus tamen videtur,qui generali vſus eſt verbo [11].
11 l.in lege.loc.
7 AMBIGVE. Chyſippus omne * verbũ ambiguum natura eſſe ait, quoniam ex eo-
dem duo,vel plura accipi poſſunt.Diodorus autem, cui Crono cognomentum fuit: Nul-
lum,inquit,verbum eſt ambiguum,nec quiſquam ambiguum dicit,aut ſentit,nec aliud di-
ci videri debet,quàm quod ſe dicere ſentitis,qui dicit: at cũ ego,inquit,aliud ſenſi,tu aliud
accepiſti,obſcurè magis dictum,quàm ambiguè videri poteſt,ambigui enim verbi natura
illa eſſe debuit,vt qui diceret,duo,vel plura diceret: nemo autem duo vel plura dicit,qui ſe
8 ſentit vnum dicere.Hæc A.Gellius lib.xj.cap.xij.Sed ego † ambiguum eſſe accepi,quod in
ambas partes agi poteſt: obſcurum,quod in quàm plurimas: vt ſi quis leget fundum:quam
plures enim ſunt fundi.confunditur tamen ab autoribus plerunque hæc differentia.
9 SENSIT. In primis * tamen conſideranda ſunt verba,à quorum propria ſignificatio
ne non eſt recedendũ [12],niſi de mente conſtet expreſſa,vel etiam præſumpta [13].Idem cum
12 l.non aliter.de leg.iij.
13 l. cum auus.de condi.& demonſtra.
in ſuperuenienti caſu,ſi de eo cogitatum eſſet,veriſimile fuerit teſtatorem aliquo modo di-
ſpoſiturum [14]: id enim in teſtamentis obſeruatur,dum verba non repugnent.Quòd ſi ver
14 l.tale.in fi.de pact.
15 l.Labeo.de ſup.leg.
ba certa ſint & clara,ab eis nunquam recedimus [15]: tametſi alia voluntas teſtatoris allege-
tur [16]: non enim ſufficit voluntas,niſi diſpoſitio,ſeu actus ipſe accedat.
16 l.quidam.de hęred.inſti.
10 POTERO. Sed hoc † non ſufficit,cùm euenire poſsit,vt deducto ære alieno, adhuc
commodè ſoluere nequeat:vnde prior hęc interpretatio ei,quæ ſubſequitur,cõiungẽda eſt.
DIGNITATE. Id eſt,commodo. Nam ſi miles eſt, ei relinquenda ſunt arma, ſicut
ſcholaſticis libri,quod Accur.tradit: nec enim huiuſmodi inſtrumenta in obligatione ge-
nerali compręhenduntur,nec in his Seruiana locũ ſibi vendicat [17].Hı́ncque argumentum
17 Iaſ.§.item Seruia. Inſti. de actio.
accipitur,quoties priuilegiũ quis habet,ne condemnetur,niſi quatenus facere poſsit,debe-
11 re ita fieri deductionem † ne egeat,relinquendúmque ei eſſe, vnde ſecundum dignitatem
ſuam,honeſtè cum familia ſua viuere poſsit,quod pleriſque viſum eſt [18]: poterunt tamen,
18 Aret.conſi.xvij.
quæ ad mollitiem põpámve pertinent,omnia auferri,vt mullę inſtratæ,quæ vrbem peram-
bulandi cauſa ſolùm habentur,ſerica veſtis,tapetia,ídque genus ſimilia:nec enim apud ſe-
ueros & graues viros quiſquam minoris autoritatis eſt,quia huiuſmodi non habeat.

SVMMAE.

1 ☞ *Venditoris officium.*
2 *Formulæ,vti optimus &c.ſenſus.*
3 *Formulam ius fundi etiam hæredem tenet.*
6 *Ratione leges cenſeri.*
7 *Seruum abſentem lege Iulia teneri.*

LEX CXXVI.

SI CVM FVNDVM. Cùm † quis rem vendit,liberam vendere tene-
1 tur, vel emptorem admonere: quod ſi ſe vti optimus maximúſque eſt,fun
dum vẽdere dixerit,fit huiuſmodi verborum ea interpretatio,vt ab omni-
bus ſeruitutibus liberum tradere videatur:ſed ſi ſubdiderit clauſulã illam,
quæ in pleriſque inſtrumentis ſolet apponi † videlicet, Ius fundi deterius
2 per dominum factum non eſſe, præcedentia ſecundum hanc declarantur,
generaliſque clauſula à ſubſequenti declarationem accipit.Cùm enim conſtet hoc actum,
vt ius fundi diminutum non ſit,ſi tradatur vti optimus,maximúſque eſt fundus, fit relatio
ad id quod actum eſt:dictio enim vti,ad aliud * relatiua eſt,non ex ſe diſpoſitiua [19].
19 l.j.vti poſſ.
3 IVS FVNDI. Clauſula hæc eadẽ eſt cum ea,quam tabelliones barbarè,pro dato &


facto

facto ſuo tantùm appellant: † quam ſi venditor in contractu appoſuit, nihilominùs ſucceſ- 4
ſoris quoque ſui factum promiſiſſe videbitur: cenſetur enim is eadem perſona: qua ratio-
ne ſi res ex facto quoque auctoris ſui euincatur, venditor obligatus erit[1]: videtur enim ſo-
lùm euictio, quæ ab extraneis fieret, excepta[2]. Quapropter & ſi ex facto autoris ſingularis
euincatur, venditor non tenebitur: is enim venditori extraneus cenſetur, cùm in eum per-
ſonales actionales non tranſierint[3].

NON ESSE, PER DOMINVM. Concepit Iuriſconſultus verba clauſulæ in tertiam perſonam, alioqui venditor ſolet dicere, ius deterius per ſe factum non eſſe.

PRAESTABITVR. Alij codices, id præſtabitur, & caſtigatius.

POSTERIOR. Subſequens * ergo clauſula præcedentem generalē reſtringit: quod 5
verum eſt, quoties præcedens ad ſequentem ſe refert[4], vt in hoc reſponſo, vel aliàs ambi-
gua incertáque eſt. idem ſi vtraque clauſula ab eodē verbo regimen, determinationémque
accipiat[5]. Sed & ne poſterior ſpecialis diſpoſitio fruſtrà adiiceretur, præcedentem genera-
lem arctari dixit Bal.[6] Quod † tamē non omnino verū eſt, adtendimúſque in vniuerſum 6
rei geſtæ rationem, à qua dubium non eſt, quamlibet diſpoſitionē regulari, vt vbi ceſſet ra-
tio, & diſpoſitio quoque ceſſet: ceſſare autē non dicetur, ſi aliquo modo applicari negotio
poſsit. Ecce, Lex Iulia quò faciliùs per quæſtionē explorari † de adulterio dominæ poſsit, 7
vetuit intra certū diem ſeruos manumitti, an de eo quoque ſeruo intelligemus, qui abſens
fuit? Et receptum eſt, hunc etiā contineri[7]: non enim omnino ratio ceſſat, cùm is de priori
vita adteſtari poſsit: vnde ſubſequentis indicia adſumuntur[8]. Adde, quòd ſi dubitaretur,
abſens an præſens fuiſſet, iudices vt libertati fauerent, potiùs abſentē pronuntiaſſent, exe-
miſſéntque quæſtioni[9], quod præter legiſlatoris mentem accidiſſet. Sanè * & illud conſtat, 8
ex ſcripturæ proximitate ſumi plerunque rationis mentíſque coniecturam[10].

1 l. ſtipulatio iſta. in princ. de verb. oblig.
2 Bar. l. ſi ſeruus. de condi. furt.
3 Crem. ſingul. clvij.
4 l. legatorum. in fin. de legatis ij.
5 l. nā quod. §. fi. de pe. lega.
6 Bald. l. quoties. C. famil. erciſc. l. quæſitum. in fin. de fund. inſtru.
7 l. proſpexit. §. qui & à qb.
8 c. mandata. de præſumpt.
9 l. iij. §. j. de ali. iud. mu.
10 l. ſi ſeruus pl. §. fi. de leg. j.

SVMMAE.

1 *Veſtium genera, & vſus.*
2 *L. Veſtis. explicari.*

LEX CXXVII.

VESTIS. Veſtimentorum † alia virilia, alia muliebria, alia cōmunia viris 1
mulieribúſque ſunt: ea igitur omnia veſtis appellatione continentur. Sumpta autē videtur hæc vox à græco ſermone ἐσθής. Addit Iuriſcōſultus etiam ſcenicas, tragœdicas, comœdicáſque contineri. Solebant enim in ſcena vſui eſſe pleraque indumenta, quæ à choragis adſumebantur, quæque præbenda ædiles locabant, vt eſt apud Plaut. in Perſa. De huiuſmodi veſtimentis non pauca prodidit Iul. Pollux Onomaſticôn lib. IIII. vbi tragicas veſtes his deorum heroúmq; perſonis aptas refert, quæ repræſentabātur: ſicut & comicas, quales in ſeruis palliolum album, coquis duplum & rude, aniculis veſtis gilua, vel cœleſtis coloris, iuuenibus byſſina, lenonibus tunica florida, & circumplexa, paraſitis nigra vel fuſca, ruſticis pellis caprina, adoleſcentibus purpurea.

CITHAROEDICA. Suas † citharœdis veſtes, ſuáſque item aulœdis, tragœ- 2
díſque fuiſſe, Lucianus in Cynico oſtendit. Intelligi autem hinc poteſt, thymelicorum ornamenta, à cæterorum indumentis diuerſa extitiſſe. Thymelici verò ſunt fidicines, citharistæ, lyriſtæ. Tibicines, qui in orcheſtra actiones ſuas peragebāt, ſicut hiſtriones in ſcena, vt M. Vitruuius eſt autor. Quamuis igitur hæc indumenta certis ſolùm actibus vſui ſunt, veſtium tamen appellatione continentur. Quapropter cùm hodie ſub Veris initio, ex antiquorum conſuetudine, cuius hiſtoriæ libro primo Herodianus meminit, ſoleant iuuenes perſonati choreas & ludicra exercere, legatis veſtibus, de eis quoque intelligetur, quæ in eum vſum paratæ ſunt, ſiue verſicolores, ſeu virgatæ, ſeu quoquo alio modo ſint.

SVMMAE.

1 *Spadonum genera, & officia. 6.*
3 *Coire nequeuntibus vetita.*
4 *Caſtratos variè accipi.*

LEX CXXVIII.

SPADONVM. Spadonū † varia ſunt genera: Caſtrati qui penitus non 1
arrigunt, ſiue quia naturaliter ſine teſtibus progeniti ſunt, ſiue quia ante pubertatem omnino exciſi. Thlaſiæ, quibus teſtes fracti ſunt, θλάω enim frango ſignificat: hi & θλαδίαι dicuntur. Thlibiæ, qui attritos eos habent, ἀπὸ τοῦ θλίβειν Eunuchi, qui τὴν εὐνὴν id eſt, lectum virginum cuſtodiunt, alij quod bonę ſint mentis, εὖ νοῦ & à venereis ſemotæ, dictos autumant: his enim non ſolū teſtes, ſed & totus coles ipſe ſolebat amputari. Lucianus in Pamphilo hoc diſtare eunuchos à ſpadonibus ait, quòd Eunuchi ab ipſo ſtatim ortu execti, nihil virile vnquam experiri potuerūt, quo ſenſu videntur hi Græcis eſſe Eunuchi, qui apud Latinos ſunt caſtrati. Sunt & qui aliqua ægritudine teſtium



dine teſtium vſum amiſerunt: ſunt qui vno tantùm teſte nati ſunt: ſunt & quibus cū vter-
que adeſſet, altero execti ſunt. Caſtrari quoque mulieres in Lydia repertū eſt: has autem
omnes ſpecies ſpadonis appellatione cōprændi, Iuriſcōſultus hîc tradit. Erant planè apud
veteres in pretio hi ſpadones, habebantúrque pueri in delitiis, vt Bagoi regibus Perſarum,
Ligdus Druſo, Sportus Neroni: quod & in Aſia hodie frequētatur. Sed & mulierib. quoque
ſubſeruiebant, quæ iniri volebant, non parere, quod Satyra VI. Iuuenalis conqueritur: nec
2 enim rei venereæ ſpadones omnes abſtinentes ſunt: nam quibus vnus teſtis * relictus eſt,
etiam generant[1]: ſed & qui puberes execti ſunt, & hepate ſunt feruentiore, vaſáque genita
lia capaciora poſsident, hi coëunt, licet nō generent, vocantúrque Græcis ἡμιτελεῖς εὐνοῦχοι.
3 Qui igitur coire † queūt, hi & vxorem ducere poſſunt[2], & adoptare[3], & poſthumum[4] in-
ſtituere: at qui nō poſſunt, hi caſtrati, id eſt, caſti facti dicuntur, qui cùm nō arrigant, nec
ducere vxorem, nec adoptare queunt. Accur. & eum ſequuti cæteri recentiores, caſtratos
4 ſolùm † intelligunt, qui naturaliter ſine teſtibus ſunt: vnde & vulgatum extat carmen.

*Caſtratos natura facit, violenta ſpadones,*
*Improbitas, amor Eunuchos, & fœda libido.*

Sed ex Latinis auctoribus apertiſsimè oſtenditur, etiā caſtratos dici, quibus ferro diminuta
ſunt virilia[5]: vnde rectius eſt caſtratos interpretari caſtos, ſiue natura non arrigant, ſiue
quia omnino ſpadones ſint. Habentúrque hi pro vitioſis[6], & in his locus eſt redhibitioni.
5 Sanè vetuit Domitianus Imp. edicto, ne pueri * caſtrarentur[7]: quod & Conſtantij lege eſt
cautum: éſtque inde publicum iudicium ex lege Cornelia conſtitutum, quod & in his, qui
Thlibias faciunt, locū ſibi vendicat[8], ſiue libidinis, ſiue commercij cauſa factum propona
tur. Fuere autē apud veteres Eunuchi aliqui inſignes viri, vt Phauorinus philoſophus Are
latenſis, quæ vrbs eſt iuxta Eridanū, vt eſt apud Philoſtratum. Sed Oppianus ἁλιευτικῶν lib.
IIII. oſtendit, Eridanū à Græcis quoq; dici, qui apud nos Rhodanus eſt. Narſes quoque Iu-
ſtiniani dux, qui Gothos Italia expulit, ſpado fuit. Celebrat & Ammianus Marcellinus lib.
XVI. Enterium cubiculo Conſtantij Cæſaris præpoſitū, qui ſicut inter vepres roſæ naſcun-
tur, & inter feras nonnullæ miteſcunt, ita ipſe inter ſpadones recti exempli fuit. Quapro-
6 pter † poſſe ſpadones eunuchóſque ad quācunque dignitatem adſumi non dubitauerim,
tametſi Lucianus tempore ſuo, an ad doctoris officium deligi poſſent, dubitatum tradat, &
propter iudicum varias ſentētias rem ampliatam, Sed & Suidas iratum Theodoſium An-
thiocho præpoſito, ſcribit edictum protuliſſe, ne inter patritos eſſent eunuchi.

NATVRA. Cùm his diuulſi teſtes non ſint, videbatur ſpadonis nomen non conuenire: deducitur enim hæc vox παρὰ τὸ ἀποσπᾶσθαι, id eſt, ab euellendo, vt eſt in etymologico magno: qua ratione & ἐκτομίαι appellantur, quaſi electos dicas, ſícque eos Paulus Aegineta lib. VI. appellat: quibus verò colliſi ſunt, eunuchos. Infantes enim, inquit, pelui inſidere faciunt, & flacceſcentibus ob calidæ aquæ calorem corpuſculis, digitis teſticulos collidunt, quoad euaneſcant, nec contrectari ampliùs poſsint.

1 l. Pōponius. in fi. de ædil. edict.
2 l. ſi ſerua. in fin. de iur. do.
3 §. ſed & illud. Inſtitu. de adoptionibus.
4 l. vj. §. de lib. & poſthum.
5 l. ſi ſeruus. §. & ſi puerſi. §. ad l. Aquil.
6 d. l. Pomp. & l. ſeq.
7 l. j. C. de eunuch.
8 l. iij. iiij. v. de ſicar.

SVMMAE.

1 *Abortiui quiuis teſtamenta non rumpunt, nec ante editionem extinctus. 3.*
4 *Matri de partus tempore non credi.*
5 *Partus infortunium matri non obeſſe.*

LEX CXXIX.

1 QVI MORTVI. Eos † qui mortui naſcuntur, non videri vnquam na-
tos conſtat, & ideo teſtamentū eorum præteritione nō rumpi certum eſt.
Sed illud eſt dubium: quid ſi viui nati ſunt, eiuſmodi tamen vt ſecundum
naturam viuere nō poſſent, vt ſi ante ſeptimum menſem[9]? Et crebriùs re-
ceptum eſt nō rumpere, quoniā lex abortiuos præteritos non rūpere teſta
mentum ait. nec dubium eſt, quin abortiui * dicantur[10], tametſi viui nati
2 ſint: nam & conſtat huiuſmodi filios non eſſe perfectos[11], qui tamen, vt rumpant, perfectè
3 debuerint naſci[12], & ad orbem deuolui. Sed † quid ſi legitimo tempore infans natus eſt, ſed
antequàm omnino de vētre extraheretur, puta cùm pede adhuc retineretur, extinctus eſt?
Et idem eſſe receptum eſt: non enim perfectè natus eſt, niſi inciſo aliquo mēbro viuus ex-
tractus eſſet[13]: perfectus enim dicitur, ſicut & vir manu amputata, non ideo manus perfe-
ctam hominis ſubſtantiā in ſe habet[14]. Quid, ſi mater legitimo tempore editū contendat,
& hæredes teſtamento inſtituti abortiuū dicant? Et non arbitror matri credendum, niſi ex
medicorum obſtetricúmque ſententia[15]. Sanè qui octauo menſe naſcitur, ſecundum natu-
ram viuere non poteſt, ídque medicinæ autoribus receptiſsimū eſt: hoc autem in tractu ex
curſu lunæ conſiderandi videntur menſes, non autem habito reſpectu anni, quē Cæſar or-
dinauit: non enim de eo Hippocrates cæteríque antiquiſsimi medici diuinare potuerunt.

LIBERI. Non procedit tamē hoc, cū conditio fauorem matris reſpicit, veluti in illa, Arethuſa, ſi liberos pepererit, libera eſto: cùm enim etiam ſi monſtrū enixa ſit. libertatem conſe

9 in l. quod dicitur. §. de libe. & poſthum.
10 l. vxoris. C. de poſth. hæredi.
11 Socin. in l. cum auus. in fin. de condi. & demon.
12 l. iij. C. de poſthu. hæred.
13 d. l. iij.
14 d. l. quod dicitur.
15 Bart. l. Gallus. in princi. §. de lib. & poſth.

1 l.quæreret.§.eod. conſequatur,quia nō eſt quod ſibi imputetur[1].Idem cenſendum ſi mortuum,vel debilem,
vel imperfectum pariat.

SVMMAE.

1 *☞ Hæreditatem legitimam ab inteſtato, & teſtamento deferri.*
2 *Iuſta,pleraque dici.*
3 *L.j.de teſta.ſuprà explanari.*
4 *Legitimos hæredes etiam agnatos dici in cōtractibus (contrà.*
6 *Confirmans ex cauſis non dat.*

LEX CXXX.

2 l.j.de ſuis & leg. LEGE OBVENIRE. Legitima † hęreditas propriè dicitur, quæ ab
inteſtato defertur[2]: quoniam eam lex ipſa abſque facto hominis defert. 1
Sed & quæ ex teſtamēto defertur, legitima quoq; non impropriè,latiore
tamen ſenſu dicetur: ea enim à lege XII.tabu.confirmatur, dum in illa
3 l.verbis.§.eo. conſtitutū eſt, VTI QVIS REI SVAE LEGASSIT, ITA IVS ESTO[3].
4 l.iij.§.pro ſocio. Eſt † & iuſta hæreditas,quæ iure ſanguinis, gentilitatíſque defertur[4]: ea 2
enim omni æquitate ſuggerente,& omni iure,tam naturali,quàm ciuili debita eſt, & ideo
iuſta dicitur: quoniam id nomen emphaſim quandam habet, quale apud Græcos ἀκριβὲς
5 l.j.de teſta. vel ἔννομον.Inde † dicimus teſtamentum[5] eſſe iuſtam ſententiam, id eſt,perquàm ſolen- 3
6 l.cui lā qui.C.de nat.lib. nem & plenam: iuſtos liberos[6], ex vera vxore genitos: iuſtam vxorem[7], omni legum
7 l.ſi vxor.de adult. perfecta ſolennitate ductam: iuſtum pactum, quod vulgò veſtitum dicimus[8], & ſtipula-
8 l.Stichum.§.naturalis.de ſolut. tione roboratum,iuſtum amorem,apud Tibullum, immenſum, & omnes Cupidinis vi-
res complectentem: iuſtum prælium, Liuio magnum, & ſtataria pugna certarum. Sic &
Apuleius in Apologia ſecunda: Sciebat, inquit, inteſtati pueri legitimum magis,quàm iu-
ſtum hæredem ſe futurum: quod & Paradoxorum libro quarto latiùs proſequutus ſum.
Igitur ſi de iuſta hæreditate qualiſcunque diſpoſitio mētionem faciat, de ea intelligemus,
quæ ab inteſtato defertur.Si verò de legitima dictum ſit, vtranque contineri ex vi verbo-
rum conſtat.Et ideo qui ſibi & hæredibus ſuis legitimis ſtipulatur, etiam de his ſenſiſſe vi-
9 Alex.conſil.lvj.in ij. detur,qui tametſi extranei † teſtamento hæredes inſtituti fuerint: licet Alexandro[9] aliter 4
viſum ſit, cuius ſententia vera non eſt, niſi ex ſubiecto argumento hoc perſuadeatur,vt ſi
10 Abb.conſi.iij.in iij.dub.in ij.lib. quis in regno Titiū & eius legitimam ſucceſsionē inſtituat[10]: accipietur enim de filijs pri-
mogenitis hæredibus: quoniam natura ſucceſsionis huiuſmodi hoc indicat.Idem ſi teſta-
tor veriſimiliter aliquo modo adficitur hæredis ſui agnatis, quos prima ſpes ſucceſsionis
11 l.ex facto,in fi.ad Treb. adtingit:his enim verbis de huiuſmodi propinquis intellexiſſe videtur[11].Quapropter fi-
lio inſtituto,ſi ſine liberis deceſsiſſet, cum Titius pater bona ſua ſe fratri, & illius hæredi-
bus legitimis maſculis relinquere dixiſſet, & poſt conditionis euentum is teſtatoris frater
hærede extraneo inſtituto deceſsiſſet,reſpondi ad fideicommiſſum agnatos, qui eiuſdem
eum Titio familiæ erant,videri vocatos: verborum enim proprietas, & ſuæ gentis adfe-
ctio,hanc in ſententiam me trahebant.nec mouebar, quòd à ſubſtituto extranei, non au-
tem legitimi, id eſt, agnati, eſſent inſtituti: quia licet in contractibus ſtipulans ſibi,& ſuis
hæredibus legitimis, non cenſeatur agnatis ſtipulatus,niſi ſint hæredes,quia non eſt veriſi-
mile velle aliquem alteri, quàm hæredi ſtipulari, in præſenti tamen fideicommiſſo aliud
eſſet dicendum,ex Titij voluntate,quem non eſt veriſimile voluiſſe in bonis ſuis fideicom-
miſſum facere eluſorium,& cuius vires ex grauati voluntate penderent,vt ſi aliquos quàm
legitimos inſtitueret, onus fideicommiſsi extingueretur.Illud non diffiteor,quoties teſta-
tor ipſe & tabellio ignari & idiotæ probarentur, ex vulgari vſu illa verba de filiis accipi,
non de agnatis.

CONFIRMANTVR. Qui ergo * confirmat, dare videtur. In quo tractatu † ſic 5
cenſeo diſtinguendū,vt ante omnia penſemus,confirmantis intentio qualis fuerit.Si enim 6
actus qui fit,ſubſtantiam à mera confirmantis voluntate ſumit,confirmans actum nullum
12 l.adoptio.§.de adopt. dare dicitur[12].Idem,ſi actus ſit validus,ſed tamen confirmans hoc egit, vt nouum actū in-
13 l.quęrebatur.de teſt.mil. duceret[13].At ſi ex ſola voluntate confirmantis negotium non pendeat,qui confirmat,non
14 l.vnū.§.ſi de.§.de leg.ij. dat: vt cùm hæres centum,quæ autor ſuus Titio legauerat, rurſus ipſe legat[14].Sed & præ-
tor qui alienationem pupilli confirmat,alienare ipſe non videtur, quoniam natura huius
15 Bart.l.more. de iur.om.iu.li. conſenſus hanc interpretationē non admittit[15],nec id actum eſt.Quòd ſi Præfectus præt.
16 §.& iudicare. verſic.decretum. in auth. de defen. ciuit. defenſorem à popularibus electum confirmat[16], dare videbitur: principale enim robur
eius actus à Pręfecto initium ſumpſit,cùm magiſtratum ſibi eligere,& iuriſdictionem con-
ferre,ſoli priuati nequeant.Illud adnotādum eſt,confirmationem * irriti priuilegij à prin- 7
cipe emanatam non prodeſſe,niſi ex certa eius ſcientia facta ſit,quę tunc præſumitur,cùm
cauſa cognita,cōfirmatio impetrata,vel ſerie libelli totus tenor declaratus, vel geminata
iuſsio ſubſequuta ſit.Idem,ſi ex certa ſcientia ſe hoc facere princeps adteſtetur, vel æquè
pollentibus verbis vtatur: quamuis ſi probetur principi obreptum fuiſſe,nihilominus con-
17 c.porrecta.de confir.vti. firmatio nullius effectus eſt,vt plerique omnes credidêre[17].





SVMMAE.

1 *☞ Fraudis acceptio varia,& ſpecies.3.*
4 *Machinationis definita etymon.*
5 *L.Aliud.ſenſus.*
6 *Quæſtionem præit crimen.*
8 *Fraude ceſſante ex cauſis pœnæ locum eſſe.*

LEX CXXXI.

1 ALIVD EST FRAVS. Fraus * differt à dolo, quòd dolus fit alterius
2 circumueniendi cauſa: fraus † propriè dicitur etiā ſi decipiendi conſilium
nō adfuerit[1],ſed is qui deceptus eſt,à ſeipſo,vel ex euētu fraudatus eſt: vnde 1 l.fraudis.§.tit.j.
quatenus alter circumuentus ſit,fraus dolo ineſt[2].Aliqui tamen ex gramma 2 l.iuris gentium.§.ſed & §.de pact.
ticis dolum in faciendo cōſiſtere crediderunt,fraudē in verbis, argumento
græci ſermonis φράζειν quod eſt loqui. Dixêre etiam veteres fraudem pro pœna[3]: quos & 3 l.cùm autem.§.excipitur. de ædil.edict.
Vergil.imitatus eſt Aeneid.XI.

*Iam noſces, ventoſa ferat cui gloria fraudem.*

Dixêre & pro periculo,& ita in iure legi adteſtatur Seruius,vt cū dicimus, ne ea res fraudi
ſit.Hinc & Vergil.Quis deus in fraudem egit? Accipitur & pro læſione, vt apud Horat.in
carmine ſeculari:

*Iuuit ardentem ſine fraude Troiam.*

3 quod Acron interpretatur.† Differunt autē fallacia,calliditas,machinatio,impoſtura, vi-
dentúrque fraudis ſpecies eſſe.Fallaciā loquēdo committi,calliditatem tacendo, Accur.[4] 4 d.l.iuriſgent.
4 exiſtimauit.Ego fallaciā ſimulationi anexam arbitror, calliditatē ad ingenium † referri,
machinationem ex præcogitata aliqua inuentione,manúque & arte confici, ἀπὸ τῆς μηχανῆς,
vnde & techna dicitur, ἀπὸ τῆς τέχνης.impoſtura ab impoſtoribus,id eſt, deceptoribus[5],quos 5 l.j.§.j.de ver.cog.
etiam planos vocāt,nomen ſumpſit: ductáque videtur metaphora ab his, qui operimentū
rei imponunt,vt vitium tegant.

5 SINE POENA.Vt † quia fraus eiuſmodi ſit,quæ pœnam nō mereatur: vel etiā,quia
delictum tametſi graue probari nequiuerit[6],ſciant tamen ſontes rariſsimè accidere,vt pœ 6 l.abſentem.de pœn.
nas euadant.quandoquidem, vt græco verſiculo admonemur,

*ἔστιν δίκης ὀφθαλμός, ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ.*

*Eſt iuſtitiæ oculus, qui omnia videt.*

6 NON POTEST.Quapropter † antequā inquirere iudex incipiat,cōſtare priùs per-
petratū fuiſſe crimē oportet: tum enim quærendū deinde eſt, quis perpetrauerit. Sanè huic
7 dicto conformis eſt iuris regula[7]: Sine * culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus. 7 l.j.§.item.ad Sillan.
8 Quod tamen nō procedit,cùm in cōſequētia † quis punitur, vt in eo, qui ſeruū noxæ cauſa
dat.Sed & fauore publico etiā quandoq; receptum eſt, vt vbi fraus non fuerit,pœna ſit: ve-
luti cùm ex ſenatuſcōſulto ſumebatur ſuppliciū de ſeruis omnibus,qui ſub eodē tecto fue-
rant, cùm dominus à ſeruo occiſus eſſe dicebatur[8]: quamuis enim aliqui in eis in ſontes 8 l.j.ad Sillan.
eſſe potuiſſent,tamen atrocitate pœnæ ſecuritati domuum conſulendum fuit,quod elegan
ter C.Caſsius apud Tacitum lib.XIIII.diſſeruit, vbi, Nam & ex fuſo (inquit) exercitur,cùm
decimus quiſque fuſte feritur, etiam ſtrenui ſortiuntur: habet aliquid ex iniquo omne ma-
gnum exemplum, quod contra ſingulos vtilitate publica rependitur. Qua ratione intro-
9 ductum arbitror,cùm * quis in principē violētas manus infert[9], etiam filios puniri: veriſi- 9 l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt.
mile eſt pleroſque fore qui vel liberorū ſuorum charitate ab huiuſmodi conſilijs abſtineāt.

SVMMAE.

1 *☞ Mulctare variè accipi.*
2 *Mulctæ & pœnæ diſcrimen multiplex.*
3 *Delictorum genera.*
4 *Mulctæ forma,& modus idque iuriſditione. 5.*
6 *Mulctæ locus.*
7 *§.Inter.ſenſus.*
10 *Mulctam quidam ius dicentes non dicunt.*
11 *Mulctæ origo.*

1 § INTER MVLCTAM. Mulcta † Oſcum verbū eſt,quo pœna ſignificatur, licet
Grammatici quidam à mulcendo per antiphraſin dictam putent: vnde mulctare ver-
bum condemnare eſt & punire: ſic Plautus,mulctare matrimonio: Terentius, & Vergil.
Aeneid.lib.XI.mulctare morte: Trāquillus,mulctare gētilitiis hęreditatibus: Cor. Tacitus,
mulctare verberibus,dixerunt.Ex vſu tamen,anguſtiore ſignificatione vox hæc pro pecu-
2 niaria tantū pœna,recepta eſt: ſícque variæ † differentiæ introductæ ſunt,quod pœna quæ-
libet coërcitio eſt,mulcta ſolius pecuniæ: quòd pœna certa eſt, legéque expreſſa,mulcta à
ius dicentis arbitrio pēdet: quòd pœna à quocunq; iudice infligi poteſt,cui criminis execu
tio demandata ſit,mulcta ab ordinariis tantūmodò,híſq; qui pro tribunali ſedēt: quod mul
cta fiſco datur[10],pœna etiā parti adplicari poteſt: quòd mulcta infamiā non interrogat[11], 10 l.penul.C.de mod.mul. 11 l.j.C.eod.
pœna quandoq; irrogat: quòd à pœnæ irrogatione,cū quis criminis cōuictus eſt, prouoca-
tio non eſt[12]: at mulctæ iudictio per iudicē appellationis reuocari poteſt: ſed & ſi vltra mo 12 l.ſi qua.§.eod.
dum à lege conſtitutū Præſes prouinciæ mulctā dicat, ipſo iure reſciſſum eſt: ſi pœnam, ap-
pellatione opus eſt[13]: is quoque qui mulctam dixit,officio ſuo functus non eſt,& ideo eam 13 l.certa.C.quādo prouoc.

1 l.illicitas. in fin. de offic. præſ.
reuocare poteſt[1]: at qui pœnam conſtituit,amplius ea de re non aditur. Sunt autem pœnæ per leges & Senatuſconſulta certis delictis conſtitutæ, mulcta ſpecialibus quibuſdam:
2 l.j.§.ſi quis in ius voc.
vt cum quis in ius vocatus iudicem negligit[2]: contumaciæ enim infligitur.Pli.epiſt.libro quarto.Licinius Nepos prætor acer & fortis mulctam etiam dixit ſenatori,qui ad iudicandum non venerat:egit ille in ſenatu cauſam ſuam,egit autem ſic, vt deprecaretur:remiſſa eſt mulcta,ſed timuit,ſed rogauit,ſed opus venia fuit.

SPECIALIS. Generalis † delicti nomen intelligit Iuriſcōſultus illud,quod certa ap- 3
3 l.ſi familia.§.de iuriſdic. omnium.
pellatione plurima eiuſdem naturæ crimina cōplecti poteſt,vt furtum,homicidiū,falſum[3]: quod & Doctores noſtri nominatum delictum appellant.Speciale verò delictum videtur,
4 l.ij.C.de epiſ.aud.
quod innominatum dicunt,vt cùm quis in ius vocatus non paret[4], cùm temerè appellat,
5 l.ij.C.de ſpor.
cùm ius dicentem contēnit,cùm in munere ſibi impoſito per deſidiā quis ceſſat[5]: eiuſmodi enim facta pluribus verbis ſpecialiter deſignantur,non vno generali.

HODIE. Olim † enim ex pecude mulcta pendebatur,maximáq; erat xxx,boum,& 4
duarum ouium:minima,vnius ouis;deinde in pecunia cœptum eſt mulctari,& bos cētuſſe, ouis decuſſe æſtimata eſt,mentio huius rei eſt A.Gellio,& Sex. Pompeio.[ quod è legibus Solonis deſumptum eſt,vt apud Plutarchum.l.in Solone tractatum ſcio ].

EX ARBITRIO. Siue † quia arbitrariū ei ſit,quā mulctā dicat,dum legitimum 5
modum nō excedat,qui hodie in Præſidibus prouinciarum vſque ad duas auri vncias eſt,
6 l.eos.C.de mo.
in Proconſulib:ſex,idémq; Præfectis Aegypti[6]: at in aliis ſpectabilibus vſque ad tres: ſiue
7 d.l.illicitas.§.fin.
quia poſtquam dicta eſt mulcta,adhuc in arbitrio iudicis eſt eam remittere[7].Olim ex lege xii.tabul.prouocabatur ad populū,dicebatúrq; certari mulcta,cùm petebatur eius remiſſio,vel modus:quod ex T.Liuio lib.xxv.& M.Cicero. Philip.xi.cognoſcere in prōptu eſt.

IMPOSITA. Quandoq; † tamen certa pœna eſt,& mulcta appellatur,vt in eo qui 6
8 l.ij.C.d. epi.aud.
x.H-S.argenti punitur[8], quia temerè appellauit. Sed hoc caſu mulcta impropriè dicitur,vt quidā ſentiunt:vel q̄d eſt verius,cū priùs huic delicto certa pœna cōſtituta nō eſſet,propriè dicebatur mulcta:vnde quāuis certitudo vltionis addita ſit antiquū nomen tamē ſeruauit.

SPECIALIS. Intelligendum eſt, cùm pœna pecuniaria infligitur: † alioquin vbi- 7
cunque à iure determinatum non eſt,quæ pœna delinquenti conſtituenda ſit,arbitrarium
9 l.j.§.quibus.de effract.
iudici eſt,nec huiuſmodi pœna ideo mulcta dicitur[9].

ADIVDICATIO. Adiudicare eſt * iudicio peracto,rem cōtrouerſam actori ad- 8
dicere.Olim ex lege xii.tab.ſi debitor ſoluendo nō erat,adiudicabatur corpus eius creditoribus,quibus fas erat mēbra artúſque partiendi,quod deinde tacito conſenſu abrogatū eſt, cœptúmq; eſt pecunia tranſigi,& bona ipſa,non corpus adiudicari:quod apud A.Gellium lib.xx.capi.Cæcilius Iuriſconſultus eleganter diſputat.Cùm ergo * adiudicatio merum 9
10 l.iubere.§.de iuriſd.om. iudi.
mixtúmque imperiū reſpiciat[10],ſequitur hîc probari, eis tantūmodo ius mulctæ eſſe, qui
11 l.ij.in fin.de iudi.
imperium habeant:quod & alibi proditū eſt[11].Quapropter inde cōſequens eſt † vt defen- 10
12 l.ij.C.de def.ciuit.
13 l.j.ſi quis ius dicen.
ſores ciuitatum[12],magiſtratúſque municipales,itē duumuiri[13] ( hi ſunt ipſius ordinis duo præfecti ) mulctam dicere nequeant,licet aduerſus contumaces aliis remediis vti eis permiſſum ſit.Sed & eos,quib mandata oſt iuriſdictio,mulctam nemini irrogare poſſe cōſtat,
14 c.de cauſis.de off.deleg.
niſi is ſit delegatus principis:& ita frequentius proditum eſt[14].

MAGISTRATVS. Ius † mulctæ dicēdæ ex lege xii.tabul.introductum eſt,& ſolis 11
magiſtratibus populi Roman.conceſſum.eius verba ſunt: IVSTA IMPERIA SVNTO, IISQVE CIVES MODESTE AC SINE RECVSATIONE PARENTO.MAGISTRATVS NEC OBEDIENTEM ET NOCVVM CIVEM, MVLCTA, VINCVLIS, VERBERIBVSVE COERCENTO: NI PAR MAIORVE POTESTAS, POPVLVSQVE PROHIBESSIT, AD QVOS PROVOCATIO ESTO. CVM MAGISTRATVS IVDICASSIT, IRROGASSITVE, PER POPVLVM MVLCTAE CERTATIO ESTO.Referuntur hæc à M.Tull.lib.de legibus iii.Cùm ergo id ius à xii.tabulis magiſtratibus cōceſſum ſit,non poteſt de municipalibus intelligi,quibus lex xii.tab.ſcripta non eſt,& qui non ſimpliciter magiſtratus,ſed cum additamento,municipales dicuntur.Præſidibus verò prouinciarum id ius competit:quia mandatis,quæ ſolent Imperatores legatis ſuis,cùm eos in prouincias deſtinant,dare hoc permittitur.

COMPETIT. Vnde & defenſores ciuitatis leuium criminum cognitionem ha-
15 §.audient.de defen.ciui.
bent[15],& quos ſontes reperiunt,pœnis afficiunt.

SVMMAE.

*1 ☞ Anniculus annum adtigit.* *2 Doctori de moribus non credi.*

LEX CXXXII.

ANNICVLVS. Anniculus † infans dicitur anni vnius,quē quidā vnien- 1
nem vocant,exemplo græci ſermonis ἐνιαυσιαῖος:dicitúrq; hoc nomine,qui extremum anni diē attigit,tametſi integrū eum non vixerit:cōprobátque id Paulus ex conſuetudine ſermonis,quod mirū eſt in hac voce,præſertim reperturara



2 pertu rara, verùm legiſlatori de conſuetudine adteſtanti credi par eſt.Sed an † cuilibet do-
1 Bar.l.de quibus.in iiij.q. prin.de legib.
ctori egregio?& Bart.[1] credi exiſtimauit,ſi ab eo in ſcriptis redacta ſit,cuius ſententiā pro-
2 Iaſ.d.l.de quibus.
bare ipſe nequeo: cùm enim ſit facti,quis plenam fidem adhibebit[2] ?cùm etiam prudentiſſimos huiuſmodi prætereant,ídque crebriùs receptum mihi videtur.

SVMMAE.

*1 ☞ Ante cal.vel in cal.idem effectus.7.*
*2 §.Ante.ſenſus.& 3.*
*4 Calendarum computatio & obſeruatio.*
*5 Teſtes conciliandi ratio.*

§. ANTE DIEM. Variè hic locus accipitur:apud veteres enim videntur nō eodem
1 ſenſu hęc verba intelligi.Nam † qui promittit ante x.diem Calendarū,videtur perinde,ac ſi dixiſſet,decimo Calendas: ſicut qui ante Calendas ſtipulatur, perinde eſt,ac ſi calendis
3 l.qui ante.de verb.oblig.
ſtipularetur[3]:nam ratio hoc ſuadet,cùm decimo Calendas cōpendio verborum dicatur, pro decimo die ante Calendas.Sed tamē ipſe aliud opinor decimo Calēdas,aliud decimo die calendarum.Cùm enim ante Calendas dicimus,ipſæ Calendæ nō compræhenduntur. Cicero ad Lentulū:Senatus haberi ante Calen.Febru.per legem Papiam,id quod ſcis,non poteſt,neque menſe Februario toto,niſi perfectis,aut reiectis rogationibus. Verū in aliam ſententiā nos vrget,quod per hæc verba dies,qui eſt nono Calen.ſignificari videtur:ídque probatur Ciceronis auctoritate,qui Philippica v.Ante diē,inquit,xiiij.Calen.Ian.decretis eum veſtris concidiſtis,cōſtituiſtíſq;,vt hæc ad vos Calen.Ian.referrentur.Rurſus Philippica vltima: Memoria tenent,me ante diē xiiij.Calen.Ian.principē reuocandæ libertatis fuiſſe,me ex Calen.Ian.ad hāc horam vigilaſſe.His autē verbis de eo die intelligebat,qui eſt xiij.Calen.Ian.quod oſtenditur in dicta Philipp.v.in principio.Cùm enim eam orationem,vti cenſuerat Senatus,Calen.Ian.haberet: Recordamini, inquit,qui dies nudiuſtertius decimus fuerit.Et paulò inferius: Hoc dies xij.profuerunt,vt quem nemo præter Cotylam,&c.Idem apertiùs oſtendit lib.Epiſt.famil.xij.ad Cornificiū: nam eius diei mentionem faciens,ad xiij.Calend.( inquit ) Ian.Senatus frequēs mihi eſt aſſenſus.Et iterum:Ad xiij.Calen.Ian.fundamenta reipub.ieci.Quomodo ergo Paulum hîc defendemus,penitus his contraria ſentientē,cùm ſignificari his verbis cenſet eum diem,qui xj.Calen.eſt:Adde quòd etiam ante Calendas,& poſt,idem eſſe exiſtimat,quod falſum eſt,imò ( vt apparet ) apertiſsimè diſsident.Sed & Cælius Ciceroni:Dicebat,inquit,Pompeius ſe ante Calendas Martias non poſſe ſine iniuria de prouinciis Cæſaris ſtatuere,poſt Cal.Mar.ſe non dubitaturum.Sunt qui his difficultatibus adducti ſcripturam inuertant,& legendum exiſtiment, non poſt diem x.ſed poſt diē xij.Qui ſenſus indubitatus eſt,redditque reſponſum hoc ſuperfluum,prætereáque aduerſus veterum omnium codicum fidem fit huiuſmodi mutatio. Alij neutro ſermone legunt,non vtroque: ſed hæc inſolētior eſt correctio,& nō ſatis vera. Alij craſsiore minerua intelligunt,vt ante diē decimū Calendarū,de vndecima die actum putemus menſis lapſi,ſi retrò,& menſis inſtantis, ſi porrò computemus. Qua ratione ante diem decimum Cal.Ian.vigeſima erit Decēbris,quia ab ea ad Calend. vndecim interſunt dies,poſt diem decimū Calēdarum erit vndecima Ianuarij,& hîc enim vndecim interſunt dies.Sed certè Iuriſconſultus ludere nos hoc ſenſu potiùs,quàm docere voluiſſe videretur.
2 Ego † dupliciter declarari id reſponſum poſſe ſentio: & in primis,ſi de die præterita loquamur,vt quia me quicquā feciſſe poſt diem decimū Calendarum dicam,id intelligi arbitror xj.Calend.eſſe factum.quòd ſi ante diem decimū dicam, intelligitur nono Calendas:ſicut apud Ciceronem,ante xiiij.diem Calend.intelligitur xiij. Calend.Et ratio ea eſt, quia in computatione præteriti,vndecima poſt decimam eſt,ſicut xiiij.ante xiij.quòd ſi de futuro verba faciam,vt quia poſt x.diem Calend.ſpondeam tibi centum,nono Cal.intelligitur:ſi ante x.diem ſpopondero,vndecimo obligabor.Vnde meritò Iuriſcōſultus vtroque ſermone vndecimā diem ſignificari dixit: quod intellige diuerſis tamen caſibus.Ante decimam diem,ſignificat vndecimā,ſi de futuro loquar: poſt decimam diē,ſignificat vndecimam,ſi
3 de præterito agatur.Altero † modo poteſt etiā accipi: ſiquidem illud ſcire debemus, apud
4 Græcos conſuetū fuiſſe,vt dierum † cōputatio retrorſum à ſequente menſe duceretur,fiebátque vti menſis,quē tum φθίνοντα, id eſt,deficientem appellabant, ἀπὸ τῆς εἰκάδος,hoc eſt, à vigeſima die inciperet retrò numerari ad ſequentem: quod in Nubibus Ariſtophanes oſtendit,& Homerus,τοῦ μὲν φθίνοντος μηνός, τοῦ δ' ἱσταμένοιο. Eum morē & Latini ſeruauerunt, & poſt præcedentis menſis Idus,ſubſequentis Calendas numerare cœperunt.Quapropter quartuſdecimus Decēbris dies, decimuſſeptimus eſt Calendarum Ianuarij:ſícque deinde procedimus,ſextumdecimū,quintūdecimum,quartumdecimū,ab augmento in diminutionem vſque ad ipſum Calendarum diem computando.Si ergo ſcriptū ſit,poſt diē decimum Calendarū aliquid factum,vndecimo Calend.cenſetur factum,quoniā ab inſtante menſe retrò cōputando,vndecimus dies poſt decimū numeratur.quòd ſi ante diem decimū dicatur,idem ſignificari poteſt:reſpectu enim deficientis menſis,vndecimus ante decimum eſt.

Et ſic diuerſis rationibus,ſermo qui hîc repugnans videtur,idẽ denotare poteſt.Sanè hinc
argumentum ſumitur,† non videri inuicem aduerſari teſtes,quorum aliqui ante bellum, 5
aliqui poſt bellũ rem geſtam dicant : cùm enim hæc res tractum habeat, poterunt intelligi
ante bellũ perfectum[1], & poſt bellum cœptũ,ídque frequentiùs traditum eſt[2].Ego accepi 6
hanc * dictionẽ,ante,ad initium,& poſt,ad finem referri, ídque ex ſermonis proprietate,à 7
qua,vt teſtes à periurio tueantur,recedere permiſſum eſt.Sed & qui ante Calen. † promit-
tit,ſolis Calendis cõuenietur[3]: antè enim dies nõ venit:alioquin momenti illius ratio eſſet
habenda,quod Calendarũ initium anteceſsit:at in diebus momenta temporum non conſi
derari,infrà traditur[4].Quapropter,ſi tibi ſpondeam ante menſem Februariũ centum au-
reos me daturum,initio eius menſis conueniri potero,ídque receptius eſt.

1 Bar.l.ij.§. creditũ.ſi cert. petatur.
2 l.ij.C.ne de ſtat.def.
3 d.l.qui ante.
4 l.ij.§.eod.

S V M M AE.

2 ☞ *Partus non eſt exectus.* 3 *Conditionis voluntariæ & neceſſariæ diſcrimen.*

§. FALSVM. Parere verbum * enitentis mulieris actum ſignificat: quapropter †. ſi 1
execto vtero infans ei detrahatur, peperiſſe non videtur. Hincq; eſt,quòd ſi Titio legaue- 2
rim,ſi Arethuſa pepererit,cùm conditio † voluntaria ſit,exacto vtero non eueniet[5]: ſi ne- 3
ceſſaria,ſecus eſt: vt cùm quis,ſi vxor ſua pepererit,filium inſtituit,& ſi deceſſerit, Titium:
non enim reſpexiſſe modum videtur,quo filius in lucem prodeat,ſed quomodocunque na
tus ſit,illi conſuluiſſe: & ideo ex coniectura mentis fit interpretatio,etiã ſi conditionis ver-
ba omnino non quadrent:& ita Baldo Salicetóque[6] viſum eſt,quod & nos contra Iaſonis[7]
ſententiam probauimus.

5 Bar.d.l.Gallus.§.& qd ſi.
6 Salic.l.fin.C.de poſt.hær. inſtit.
7 Iaſ.l.quod dicitur.de libe.& poſthum.

S V M M AE.

1 ☞ *Intra etiam tempus medium continet.*

## L E X CXXXIII.

SI QVIS SIC. Apud veteres tres erant præpoſitiunculæ diuerſo ſenſu,
in,vls,cis:quæ quoniam obſcuro ſonitu promebantur,euphoniæ cauſa addi-
tionem eandẽ receperunt,dicíque vltra,citra,intra,cœptum eſt: ſícque intra
idem ſignificat,quod in: vnde rectè dicemus,Brigantiũ intra Alpes eſt,id eſt
in Alpibus ipſis: ſicut Seguſiũ citra Alpes, Vocontij vltra. Sic & qui dicit ſe
intra Calendas facturũ,in ipſis Calẽdis dicere videtur,vt apud A.Gellium lib.xij.cap.xiij.
Sulpitius Appollinaris diſſeruit.Vſus tamen obtinuit,vt non † ſolum diẽ Calendarum,ſed 1
omne tempus,quod citra eum diẽ eſt,cõtineat.quapropter,ſi libertas ſic relicta ſit: Stichus
intra annum poſtquã mortuus fuero,liber eſto[8]: ſtatim poſt mortẽ liber eſt.Cuius conſue-
tudinis loquẽdi ratio eſt,quia tempus conceſsionis vſque ad extremũ diem,quo negotium
explicari poteſt,pro vno habetur:vnde quicquid citra extremũ diem factum eſt,intra illud
tempus factum dicitur.In hac ergo verborũ conceptione,intra diẽ mortis,dubium nõ eſt,
quin etiam dies,quo quis moritur,cõpræhenſus ſit,perinde ac ſi in diem mortis dictum eſſet:
præpoſitio enim iſta,accuſatiuo iuncta,etiã pro vſque accipitur,vt in diem interpretemur,
vſque ad diem : quod & ſuprà[9] ex Grammaticis adnotauimus.Quapropter qui intra Ca-
lendas pronuntiare iuſſus eſt,Calendis ipſis rectè atque ordine pronuntiaturus eſt.

FIAT. Si ergo Titio legauero,vt intra diem mortis ſuæ mihi monumentum ſuis ſum-
ptibus faciat,etiam Titio defuncto,dum * eadem die fiat,legatum debebitur:ídque Accur. 2
probat,quoniam id factum eius naturæ eſt,vt per alium explicari poſsit[10].

8 l.ſi ita.in fi.de manu.teſt.
9 l.notionem.in fin.§.eod.
10 l.i.§.ne autem.C.de cadu.tollen.

S V M M AE.

1 ☞ *Annum cœptum pro completo eſſe. 3. ex cauſis contrà.* 2 *L.Anniculus.ij.explicari. 4.* 5 *Taxatiuas in plerìſque ſubaudiri.*

## L E X CXXXIIII.

ANNICVLVS. Quoties in lege † certi anni mentio habetur, intelli- 1
gimus de perfecto,qui ccclxv. dierum eſt: nec ideo minùs perfectus eſt,
quòd vltimus dies nõdum ſit exactus,cùm ſatis ſit eſſe cœptum: ídque in
his,quæ fauorem reſpiciunt,vt in vſucapionibus[11],in teſtamentis[12],in li-
bertatibus.Quod † ſi de re odioſa agatur,de momẽto ad momentum fit 2
computatio.Hinc eſt,quòd qui vltimo die vigeſimiquinti anni cõtraxit,
& læſus eſt,in integrũ reſtituetur[13].Idem & in præſcriptionibus[14].Quandoque † etiã fit la 3
tiſsima interpretatio,& ſatis eſt cœptũ fuiſſe annum,vt eſt in municipalibus muneribus[15],
quæ curã Reipublicæ non expoſcant.Idem ſi verba hoc inferant,veluti ſi ſcriptũ ſit,in xx.
anno licere aliquẽ ad ſacros ordines promoueri[16]: ſufficiet enim vigeſimum annum eſſe
cœptum.Idem ſi intra vigeſimum dicatur[17],vel( quod fermè idem eſt,vt Aulus Gellius li-
bro

11 l.& ideo.de vſucap.
12 l.qua ætate.de teſta.
13 l.iij.§.minorem.de min.
14 l.in omnib.de actio.& oblig.
15 l.ad remp.de municip.
16 Cle.fin.de ætat.& quali. vbi Card.
17 l.qui filium.§.fi.ad Trebellia.



bro duodecimo capitulo decimotertio,tradit ) ante vigeſimum : hæc enim verba magis
initium, quàm finem reſpiciunt.
4 NON EXACTO. Id eſt,perfecto,† & ſubauditur taxatiua : qui modus loquendi
5 Iuriſconſultis eſt frequens[1],vt † cùm dicitur,veteratorem non ex tempore,ſed ex genere,
& cauſa æſtimandũ.Item,domus appellatione[2] non proprietatem,ſed domicilium conti-
neri : interpretabimur enim,non ex tempore tantùm, & non proprietatem tantùm : & id,
quoniam ſubiecta materia hoc indicat: alioquin certum eſt, ſi quis debere ſe quinque di-
cat,tum quoque taxatiuam ſubinduci[3],quod omnes ferè admittunt.Eadem ratione hîc in-
telligemus,non tantum exacto,ſed etiam incipiente die.
6 CIVILITER. Secundum iura ciuilia: nam naturaliter vltimus dies * integer an-
no accedere deberet,præterea quadrans,hoc eſt,ſex horæ:vnde inſtitutus ſingulis quibuſ-
que quadrienniis eſt biſſextus.

1 l.fin.de ædil.edict.
2 l.lex Cornelia.§.domũ. de iniur.
3 l.rogaſti.§.ſi cert.pet.

S V M M AE.

1 ☞ *Partuum monſtroſorum ſpecies & cauſæ. 2.3.* 7 *L.Quæreret.emendata.*
4 *Concipit pro cogitatu mulier.*

## LEX CXXXV.

1 QVAERERET ALIQVIS. Monſtroſorum † partuũ duæ videntur in
mulieribus eſſe ſpecies.Prima eſt,cum quid aſpectu inæquale naſcitur:cum
enim ita homo à natura formatus ſit, vt ſumma ſit in eo proportio reſpon-
deántque viciſsim ſingula membra quoties aliquid deficit,vel præter cætero
rum naturam augetur,monſtrũ eſt:vt cùm magnitudine corporis nimia,vel
paruitate quis naſcitur,vt quos pumilios vocamus.Idem ſi ſuperfluis mẽbrorum partibus,
vt bicipites & trimani : vel deficientibus aliquibus,vt qui vnica tantũ manu prodeunt, vel
qui ſine capite:itémque in quibus ſuo loco mẽbra non ſunt,vt qui oculos in pectore, vel in
2 fronte,aures ſupra tẽpora habent.Hos † partus prouenire Empedocles exiſtimauit ex de-
fectu vel augmento ſeminis : alij ob verſam,vel ſpiritu interceptam matricem.Alia ſpecies
eſt,quam Græci ἑτερομορφίαν vocant,cùm mulier partum producit,in animalis alicuius na-
turam deformatum,vt Minotaurus.Legitur & bellis ciuilibus Hetruſcam mulierẽ ſerpen-
tem peperiſſe : nati etiam traduntur caninis capitibus quidã,alij & aſininis auribus : fuêre,
& qui vagientes ruderent.Traditũ eſt, cùm Thales in Periandri armento ex equa natum
monſtrum conſpicatus eſſet,quod pectore tenus humanã effigiẽ referebat,cætera beſtiam,
3 ſurridentẽ admonuiſſe,ne paſtorib.quibus vxores deeſſent,vteretur. Sed † Vlpianus fatali
ter,id eſt,diuinæ voluntatis,inclinante in id præſtituta ſerie,naſci huiuſmodi naturæ ludi-
bria exiſtimauit:cui facilè Aſtrologi conſenſuri ſunt,ex quibus Alchabitius quoſdam gra-
dus commemorat,in quibus ſi luna ſit,dũ aliquis cõcipitur,monſtroſum naſci opinatus eſt:
4 quod & ex Iulio Materno cognoſcere poſſumus.Accur. † in cogitationẽ mulieris cauſam
refert,ſi dum iniretur,de aliquo animali cogitauit.Nam & Hippocrates mulierẽ ſuſpicione
adulterij laborantẽ,quòd marito penitus diſsimilem filium procreaſſet,hac ratione libera-
uit,quod in cubiculo picturã ea mulier habebat,cui ſimilem infantẽ pepererat:ídque Hie-
ronymus in quæſtionibus ſuper Geneſim refert.Quo argumento & Quintilianus matro-
nam defendit,quæ Aethiopem enixa erat, cùm eius coloris icunculã in thalamo haberet.
Meminit etiã non abſimilis rei Auguſtinus lib.de Ciuitate Dei x.Vbi & Iacob Hebræi in-
uentum approbat,qui vt verſicolorem gregẽ haberet,in canalib.variegatas virgas pone-
bat,vt tales fœtus progignerentur,quales erant virgæ,quas potũ ducta pecora contempla-
bantur,vt Geneſeos cap.xl.habetur.Quæ ratio vt quandoque vera ſit,frequentius tamen
5 accidere vſu videmus,vt legitimos patres filij * referant:alioquin qui ex adulterio conci-
piuntur,maritis maximè ſimiles eſſent,cùm in huiuſmodi coitu ſollicitari de mariti aduen
tu mulierem vèriſimile ſit,& tamen experientia cognitum eſt,adulteris ſimiles eſſe adulte-
rinos partus quod & Plumbini dux patrum noſtrorum memoria re ipſa expertus eſt : is,
cùm de ſe prægnantem concubinam crederet,inuitaſsétque ad baptiſmi ſacra quàm pluri-
mos primarios viros, ea Aethiopem peperit, coquo ſuo ſimilimum : quapropter ridiculo
habitus dux,quęſtione veritatem deprændit,cuius ſententię fuiſſe etiam Phocylidem poë-
tam eius carmen indicat:

*οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.*
*Diſsimiles gignunt ſtuprata cubilia natos.*

6 Sanè hoc ſciendum,pro * monſtro non haberi partum[4],qui aliquatenus ampliora mem-
bra habet, vt qui ſenis ſunt digitis, vel tribus teſtibus, quos Græci τριόρχας vocant: qua-
lem fuiſſe Philelphum ætatis ſuæ doctiſsimum, ſed eundem libidinis indomitæ, vulgò
ferunt.

4 l.non ſunt.de ſtat.homi

VEL QVALEM. Ratio † latini ſermonis argumento eſt,corruptum eſſe locum, 7
& inæqualem legendum videtur,& ſequalis dici poſſe,quem Græci ἄποιον appellant, quaſi
ſine vlla qualitate dicas.Alij codices ſimpliciter,vel viſu ſcriptum habent.

SVMMAE.

1 ☞ *Generum etiam de vlterioribus dici.* 2 *Pro, vocis acceptio multiplex.*

## LEX CXXXVI.

1 l.Gallus.§.inſtituens.

GENERI. Generi † appellatione hîc traditur progeneros,& ſi qui vlte- 1
riores ſunt,cõtineri : quod ex proprietate ſermonis eſſe Bar.[1] credidit,at
alij contrá.Ipſe ex interpretatione eſſe non ambigo,cui tamen interpre-
tationi larga vocabuli ſignificatio, nec omnino impropria accedit : &
ideo in quacunque materia hoc procedere,niſi rationis diuerſitas aliqua
reddatur,qua aliud in genero,aliud in progenero ſtatui debere appareat.
Præpoſitio enim † pro,in cõpoſitione variè accipitur:quandoque vt ordinem quẽdam de- 2
ſignet,qui porrò,proculúe ſit:vt ſi pronepotẽ,proauum,progenerũ,proſocerum dicamus,
quòd in gradu diſtantior nepos,auus,gener,ſocer ſit.Quandoque vt improprietẽ oſtenda-
mus,eúmque qui loco alicuius habetur,vt cùm dicimus,protutorẽ[2] proregem, proconſu-
lem.Quandoque,vt extra ordinẽ rem geſtam denotemus : vnde Proprętor dicitur *,non 3
ſimpliciter qui loco Prætoris eſt,ſed quilibet extraordinaria prætura inſignis.

2 l.j.§.de eo qui pro tut.

SVMMAE.

1 ☞ *Mulierum parientium priuilegium multiplex.* 4 *Ter vulneraſſe etiam actu vno dici poteſt.*
3 *L.Ter enixa.explicatur.*

## LEX CXXXVII.

TER ENIXA. Procurabant † veteres Romani, quãtùm poterant,vt 1
filiis ciuitas repleretur,multáque fœcundis mulieribus præmia cõſtitue-
bant.Hinc cautũ Tertilliano S.conſulto,vt quæ mulier ingenua tres libe
ros enixa eſſet[3], filio defuncto ſuccederet:tradítq; Gellius profuiſſe hoc
matribus,etiã ſi filij ſtatim deceſsiſſent.Lucius quoque Columella moris
antiquorũ fuiſſe autor eſt,vt ancillis quæ tres liberos * peperiſſent vaca- 2
tionem,quæ plures libertatẽ concederent.Vnde fortè illa conditio in iure emanauit, Are-
thuſa ſi tres pepererit,libera eſto[4].Apud Euſebiũ quoque proditum eſt,matronis quæ filios
progenuiſſent,lecticarũ vſum,margaritarúmq; permiſſum, cùm aliis eſſet lege ademptus.
Opinor,& hac de re aliquid lege Papia Popæa fuiſſe conſtitutũ : quapropter Tranquillus
teſtatur,cùm eius legis Claudius vacationẽ certis ex cauſis permiſiſſet,latinæ conditionis
viris ius Quiritium conceſsiſſe,fœminis verò ius quatuor liberorũ.Quod enim Romanæ
mulieri priuilegiũ ex tribus filiis competebat,libertinæ,vel latinæ conditionis,ex quatuor
dabatur:cuius re i in S.conſulto Tertylliano exemplũ ſumi poteſt.Hodie tamẽ & Honorij
& Iuſtiniani cõſtitutionib.[5] extincta huiuſmodi priuilegia ſunt : nihilóq; differre à fœcun-
ditate virginitatẽ voluerũt : quod græcus autor Procopius admodũ improbat,cauſámque
euerſionis Roma.imperij inde ortam arbitratur,quòd cum homines propagationi prolis
non conſulerent,infrequentiores factę ciuitates à barbarorũ ingentibus exercitibus ſe tue
ri nequiuerint. Igitur † oſtendit hîc Iuriſconſultus,ter enixã mulierem dici,etiam quæ vno 3
partu tres edidit:nihílq; refert diuerſis temporibus,an vno vtero tres pepererit:cùm enim
non eodẽ nixu plures infantes naſcantur,ſed vnus poſt alium,proprietas verbi hanc inter-
pretationem neceſſariò recipit.Qua ratione † ſumi hinc argumentũ poteſt:ſi ei,qui tribus 4
vulneribus aliquem affecerit,certa pœna ex lege conſtituta ſit,qui cũ tridente,ſeu trifixili
telo vulnerauerit,teneri[6] : vt nihil referat,an diuerſis tẽporibus,an eodẽ nixu,tres plagas
incuſſerit : quod vtique crebrius receptũ eſt,præterquam cùm verba legis actum percutien
tis reſpiciunt : vt ſi ita concepta ſint,Si quis ter aliquem vulnerauerit,vel ſi quis telum con-
torſerit,itémque ſi quis in cuiuſque crura ſagittas iecerit.

3 §.j.Inſtit.ad S.C. Tertyl.
4 l.Arethuſa.de ſtat.homi.
5 l.j.& ij.C.de iur.lib.
6 Bar.l.fin.§.arb. fur.cæſ.

SVMMAE.

1 ☞ *Bonorum poſſeſſio, ius.* 3 *Bonorum poſſeſſorem hærede contineri effectu.*

## LEX CXXXVIII.

HAEREDITATIS. Bonorum † poſſeſsio pro iure ipſo hæreditario acci 1
pitur,quod cũ prætoris decreto acquiritur : vt tametſi res ipſas hæreditarias
poſsideamus,bonorũ tamen poſſeſsionem,id eſt,ius ipſum à iudice impetra-
re nobis neceſſariũ ſit.nihil * ea ab hæreditate differt, niſi quòd ſolo animo 2
hæreditas aditur : bonorum poſſeſsio,vt acquiſita videatur,ius dicentis offi-
cium requirit. Qui ergo bonorum poſſeſsionem agnouit, hæreditatem habere, vel pro
hærede gerere, etiam propriè dicetur[7]. Sed † an bonorum poſſeſſor propriè hæres 3
appellabitur[8]? Et loco hæredis eſſe traditum eſt. Quo fit, vt propriè hæres non ſit[9]:
nam & prætor hæredem ipſe facere non poteſt : ſed cum omnino hæredi ſubrogatus ſit,
quælibet

7 l.puberem.C.de iur.deli.
8 l.j.§.de bono.poſſeſſ.
9 §.quos autem. Inſtitu.de bon.poſſeſſ.



quælibet diſpoſitio de hærede verba faciens, eum quoque comprændet[1]. Quod opinor
obſeruandum,etiam ſi materia odioſa pœnaliſque ſit[2] : quamuis quidam aliter ſentiant,eo
potiſsimum argumento,quòd in huiuſmodi materia nec pater,qui iure peculij caſtrenſia fi-
lij occupat[3], nec fideicommiſſarius pro hæredibus habentur[4]. Sed illi quoad effectum ſo-
lùm hæredibus æquiparantur,bonorum poſſeſſor etiam quo ad nomen.

1 l.in conditionibus.§.ſi pa-tronus.de condi.& demon.
2 Soc.l.j.ij.not.de vulg.
3 l.Papinianus.§.j.de inoff. teſta.
4 l.ſi ante.l.ſeq.ad Silla.

SVMMAE.

1 ☞ *Ædificiorum penſio, & cauſa.* 3 *Ædificia ciues ſit.*
2 *L.Ædificia.ſenſus.4.*

## LEX CXXXIX.

1 AEDIFICIA. Cùm † populo Roma.aduerſus Antoniũ in Mutinæ ob-
ſidione belligeranti pecuniæ deeſſent,ſcribit Dion.Senatorij ordinis vi-
ris indictum,vt quatuor obolos ſoluerẽt,in ſingulas quaſque tegulas ædi-
ficiorum,quæ Romæ incolerent.Idem à triũuiris compulſos ciues ait,vt
ædificiorũ,quæ Romæ habebant,penſiones penderent quod munus co-
lonarium appellari à M.Cicerone ad Atticum Epiſt.lib.xiij.& C.Cæſare
bellorum ciuilium commentario iij.ipſe arbitror,cuius vocis etiã in authenticis[5] mentio
2 habetur,tametſi & colũnarium legi poſsit.Igitur † potuit dubitari, quæ intelligantur ædi-
ficia Romæ eſſe : & hîc traditur,etiã quæ extra muros in continẽtibus vrbis fiunt,cõtineri:
3 Roma enim mœnibus nõ terminatur,ſed continentibus ædificiis. Accur.† caſum in hac le-
ge ita fingit.Statuerunt Romani,quod qui ædificiũ Romæ feciſſet,ciuis Romanus habere-
tur.Addit Bar.talẽ verè & propriè ciuem eſſe quoniã quoties lex ea confert, quæ ſolius iu-
ris ciuilis ſunt propriè cõfert,non per fictionẽ:Vnde conſequẽs eſt,vt etiã in odioſis huiuſ-
4 modi receptitius pro ciue exiſtimetur[6].Ipſe † in ea quoque ſpecie interpretationem hanc
intellexerim,cùm cautũ eſt,vt ædificia Romę vltra certam altitudinẽ non erigantur[7],vel
non deſtruantur, & ſi qua ſimilia : intelligentur enim Romæ eſſe, & quæ in ſuburbiis ſunt.
Sanè ( quod ad ædificantium inſtructionem adtinet ) græcum elegans extat carmen:

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν,
ἀτραπός εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

*Aedificare domos,multorum & paſcere ventres,*
*Pauperiem in miſeram prompta frequénſque via eſt.*

5 §.quidã.in Auth.de non ali.
6 l.cũ ex oratione.§.de ex-cuſat.tut. vbi Bald.
7 l.j.& ij.C.de æd.pri.

SVMMAE.

1 ☞ *Perfectum variè accipi.* 3 *§.Perfeciſſe.explicari.*
2 *Ædificij excreſcentes ſumptus architecto nõ pẽdẽdi.* 5 *Vendere ædificaturo laute non cogit lex.*

1 §. PERFECISSE. Perfectũ † dicitur,cui nihil addi vel minui,ſalua integritate,po-
teſt[8] : ídque propriè.Quandoque tamẽ ex ſubiecta materia aliter iudicamus,& perfectum
ædificium interpretamur,quod in tali vſu eſſe poteſt,qualẽ paterfam.hîc deſtinauit:ſícque
Vlpiani verba hîc accipienda ſunt : alioquin quolibet imperfectũ ædificium,aliquo in vſu
eſſe poteſt.Scribit M.Vitruuius architectonices lib.x.Epheſi antiquã legem fuiſſe,Archite-
2 ctus † cùm publicum opus curandũ recipit,polliceatur quanto ſumptu ſit futurũ : ædificio
perfecto,ſi quod profeſſus eſt,omne impenſum fuerit,& vltra quartã eius partem etiam ali-
3 quid,quod prętera excurrerit,de ſuo ſuppleat.† quomodo hîc accipiemus perfectum ædi-
ficium?an ſimpliciter,vt Vlpianus hîc ait? minimè verò:ſed perfectũ intelligemus,cùm fa-
ctum eſt illud,quod fieri inter partes conuenit:antè enim,quã res conſummationem acce-
4 perit,factum * nõ dicitur:quæ ſi acceſſerit,non ſolùm factum,ſed etiam perfectum dicetur.
5 Sed † finge,concedit lex volenti lautè ædificare,vt vicinũ ad proximæ rei venditionẽ co-
gere poſsit,an eum quoque adiuuabit,qui lautum ædificium perfecit,ſed addere illi aliquid
deſiderat,puta hortũ ampliare,vel impluuium? Qua in re,cùm ego impeterer,negabã ad-
iuuari:cùm enim ornatus vrbis ratione ita conſtitutũ eſſet,& quò ciues ad expolienda ædi-
ficia incitarentur,in eo,qui iam perfeciſſet,hæc ratio locum nõ habebat:nã incitandus non
erat qui iam perfeciſſet,nec volebat ædificare,qui iam ædificaſſet:quandoquidẽ & modica
illa ampliatio ciuitati ipſi ornamento non erat,ſed ædificium,quod ſatis iam perfectũ fue-
rat:reſtringendúmque interpretatione decretũ dicebam,quod non ſolum aduerſus legem
ciuilem inductum erat,ſed etiam ius gentiũ tollebat,quod lib.Regum iij.cap.xxj. habetur:
nam & Tranquillus tradit,Auguſtum Impe.forum feciſſe anguſtius,cùm poſſeſſorib.proxi
mas domos extorquere auſus non fuiſſet:aiebántque optimi principis Auguſti exemplum
imitandum,non cuiuſuis alterius, qui eius decreti autor fuiſſet. Verum cùm non tam iuri
meo,quàm iudicibus diffiderem,tranſegi:vt veriſsimum ſit illud Heſiodi,

Μηδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

8 l.iuriſperitos.de excuſa.tuto.

Quod

Quod ( vt L.Columella ait ) nõ ſolùm de boue dicitur,ſed etiam de omnibus partibus rei
familiaris: adeò refert non habere malum vicinum.

SVMMAE.

1 *Cepit alij quærens.* 3 *Contractu reſoluto,vectigal non deberi.*

LEX CXL.

CEPISSE. Cùm † filio,vel ſeruo aliquid relictum eſt,& præſtitum, quam- 1
uis eius rei dominium incontinenti in patrem,vel dominum transferatur,
nihilominus ipſe filius vel ſeruus cepiſſe videtur qua in re potuit meritò du-
bitari,cũ cepiſſe non videatur, qui reſtituturus ſtatim eſt[1].Sed hæc diſsimi-
lia ſunt:pater enim vel dominus ex iure ſubiecti ſibi hominis nituntur[2],qui
etiam potuit illud ius non agnoſcere[3].Sed is,cui quis reſtituere debet, proprio iure inniti-
tur,& vt ſibi reſtituatur actionem habet.Quamuis igitur effectum * acquiſitionis adtẽda- 2
mus,vt acquiſiuiſſe non videatur,niſi is,cui quæſitum durat, tamen & filius vel ſeruus ac-
quiſiuiſſe videntur:cùm tale ius ex eorum perſona conſideretur,ſicut quod pater moritur,
acquirit,acquiſiuiſſe videtur,quia illud in hæredem tranſmittendi ius habet[4].Idem in eo,
qui incontinenti reſtituere non habet neceſſe:commoditas enim medij temporis non mo-
dici effectus eſt[5].Et ex his decîdi poteſt † quæſtio: ſi lege municipali quicunque aliquid iu- 3
re contractus receperit,dominio trãſlato,teneatur Reipub.vectigalis nomine decem pen-
dere,qui recepit: ſed contractus deinde reſolutus eſt,an debeat? Et extat reſponſum, non
debere[6]: quoniam non videtur receptum * quod receptum non durat[7].Quod vtique ve- 4
rum eſt,cùm recipientis ius extinctum eſt:alioquin ſi non extinctum,ſed tranſlatum,pro-
ponatur,ex hoc reſponſo receptum videtur.

1 l.aliud.§.eod.
2 l.qui hominem.§. quidã. de ſolut.
3 l.cùm proponas.C.de hæredi.inſtit.
4 Bart.l.fin.de cond. inſtit.
5 l.Sulpitius.de dona.inter virum & vxo.
6 Abbas conſil.lx.in j.
7 Glo.c.& ſi neceſſe. extra eod.

SVMMAE.

1 *Execta filium habet.* 3 *Filiis counumeratur cæſo ventre natus.5.*
2 *Filius non dicitur,matre moriente,captus.*

LEX CXLI.

ETIAM. Referuntur hîc duo exẽpla,quibus mater,cùm moritur,filiũ non
habet,quẽ tamen poſt mortẽ habet.Primũ eſt,cùm ex fictione † iuris habet: 1
verè non habet qui cũ execto ventre natus eſt,verè mortua matre naſcitur:
ſed lex eũ,qui in vtero eſt,fingit viuere.Secundum † eſt è cõuerſo,cùm verè 2
filium habet, ſed lex interpretatur non habere:vt quando filius ab hoſtibus
captus eſt.Hinc † cõſequens eſt,ſi mater aliquid ſibi filiiſque,quos cùm morietur,habebit, 3
acquiſiuerit,eos etiã contineri,qui cæſo vtero,naſcũtur[8]:quod ex proprietate verborum
non eſſe Bal.ſentit[9],ſed ex cõiectura mẽtis,quæ in actu filiis ipſis fauorabili cũ primis obſer
uanda eſt:cui ego facilè aſſentior.Hincque fit,vt quis,fratribus inſtitutis * à matre præteri 4
tus,pro inſtituto habeatur:at extraneis inſtitutis,querelã inofficioſi teſtamẽti habeat[10].Ge
neraliter enim proditũ eſt,quæcunq; cæteris filiis indulgeãtur,huic quoq; cæſo cõpetere[11].

8 l.ſi.C.de ſuis & leg.
9 l.cũ mater.de inoffi.teſt.
10 l. quis poſthumus. §. de inoffi.teſt.
11 l.quod dicitur.de libe.& poſth.

SVMMAE.

1 *Coniunctorum ſpecies,& differentia.* 7 *L.Item.§.j.de hære. inſti.ſenſus.*
3 *Coniunctus verbis.* 9 *Semicem in lege,triplici ad idem referri.*
4 *Coniuncti re.* 10 *L.Triplici.ſenſus.*
5 *Coniuncti potiores.*

LEX CXLII.

TRIPLICI. Explicat † hîc Iuriſconſultus triplicẽ coniunctorum ſpe- 1
ciem,proſequitúrque exempla coniunctorum re,& verbis:quoniam, co-
gnito quod mixtũ * eſt,ſimplicium natura cognoſcitur.demũ exẽplum 2
adfert,quo ex tribus cohæredibus duo re coniunguntur,tertius nullo mo
do.Sciendũ itaque,† coniunctos verbis dici,qui vna ſtructura in eiuſdem 3
rei partibus coniungũtur: vt ſi ita dixerim,Titio fundum Seianum lego,
Seio eundem fundum æquis portionibus: nam ſi Titius & Seius à diuerſo verbo regeren-
tur,dubium non eſſet coniunctos non videri.Idem,ſi reſpectu diuerſarum rerum coniunge
rentur,vt ſi dictum eſſet,Titio fundum & Seio centũ lego[12]:licet enim verbis copulentur,
quia tamen non ad eiuſdem rei certas partes vocantur,huiuſmodi coniunctio modici effe
ctus eſt.Quòd † ſi ad eandem rem,non diuiſam,ſed ſolidam à principio coniunctim aliqui 4
vocentur,etiam re coniuncti dicuntur:vt in propoſito caſu, ſi dictum ſit, Titio & Seio fun-
dum Seianum lego:videtur enim quilibet ad integrum fundum vocatus,vnde per concur
ſum partes ſibi faciunt,& altero excluſo,alter totum habet:non quia collegæ portio ſibi ac
creſcat,ſed iure proprio:quia cùm à principio ſolidum videatur ſibi legatum, collega non
concurrente portio decreſcere non debet.In † hac cõiunctione,qui re & verbis connexus 5
eſt[13],cæteris præfertur:duplex enim vinculum fortius alligat.At qui verbis tantũ iungitur,
eum

12 l. huiuſmodi. §. quibus. de lega.j.
13 l.re coniuncti.de leg.iij.



cum excludit qui ſolum re coniunctus eſt: cùm enim verbis cõiuncti ad eandem rem, licet
certis portionibus,vocati ſint portionum illarum à teſtatore mẽtio facta videtur,reſpectu
coniunctorũ inter ſe,qui vnum corpus cenſentur: vnde ſi eorũ aliquis excluditur, perinde
cæteri admittuntur,ac ſi quo ad eum partium mentio nulla fuiſſet facta: coniunctíque illi
non verbis ſolũ,ſed & re forent[1]: quapropter qui re ſolùm cõiungitur,ab eis excluditur[2],
Quę interpretatio quandoque ex aliis cõiecturis ceſſat,& re cõiunctus æqualiter cum con-
iuncto verbis ſuccedit: veluti cùm apparet re coniunctum à teſtatore cæteris prædilectum
eſſe: vt ſi quis ita ſcripſit[3],Titius hęres eſto,Caius & Męuius ex æquis partibus hęredes ſun-
to.In hoc enim exemplo, cumprimum ſolidum Titio datum ſit, quam Caius & Mæuius
verbis coniuncti nominarentur, non videtur fuiſſe mens teſtatoris, in deficientis portio-
ne eum penitus excludi, interpretamúrque intentionis eius fuiſſe ſingulos ſeparatim inſti
tuere,ſed vt celeriùs ſcriberet,duos poſtremos cõiunxiſſe:quod & Salic.probat[4].Idémque
ſi ſcriptum ſit, Mæuio fundi partem dimidiam,Seio partẽ dimidiam lego,eundem fundum
Titio lego:quamuis enim Titius re coniunctus ſolũ ſit,tamen in Seij deficientis parte cum
Mæuio ſuccedet,qui Mæuius ſeparatim eſt,vocatus,& iuris intellectu,ſeu in abſtracto tan-
tum coniunctus eſt.

1 l.j.§. hæc ita.C.de cadu. tollen.
2 l.planè.in prin.de lega.j.
3 l.ſi ita quis.de hæred.inſt.
4 l.Mæuio.de leg.ij.

NEC DVBIVM. Potuit tamen dubitari,quoniam qui verbis coniunguntur,ab ini
tio ſibi partes faciunt: qui re,per concurſum: vnde tanquã qualitates hæ inuicem aduerſa
rentur,non videbuntur poſſe iungi: quod falſum eſt: vt enim quis verbis coniungatur,ſa-
tis eſt ſi nominum complexu copulatus ſit.

VENIANT. Atqui cùm ſine partibus inſtituti in hoc exemplo proponantur,portio
vacans etiam Sempronio accreſcere deberet,ex Seruij ſentẽtia,qui quantum ad ius accre-
6 ſcendi non eſſe cõiunctos ait[5], qui ſine partib.inſtituuntur:ſed † intelligẽdus eſt Seruius in
his hæredibus,qui ſeparatim inſtituti ſunt:cũ enim partes expreſſæ nõ ſint,coniucti re non
videntur:ſed quoties verbis iuncti ſunt,non eſt dubium ius accreſcendi viciſsim eſſe[6].

5 l.item.§.j.de hæred.inſti.
6 l.hæredes.§.de hær.inſtit.

VIDEANTVR. Confutatur hinc aliquorum ſententia,qui exiſtimauerũt,ſi teſta-
tor Titio,& Seio leget fundũ,non eſſe re coniunctos,quia per copulam ab initio videtur in
viriles portiones facta diſtributio[7]:quod ſi verũ eſſet,Mæuius hîc non cõiungeretur re Ti-
tio:vnde meritò eorum opinio re capta non eſt:nam & copula ex propria natura ſolũ con-
iungit,licet tacitè & per interpretationẽ diſtribuere viriliter cenſeatur.Sed tacitus hic in-
tellectus in coniunctionis materia nullius conſiderationis eſt[8]: quippe hoc in ea potiſsi-
7 mum * adtendimus,ãn expreſſe eadẽ ſtructura plures vocentur, an id minus: arbitror ta-
8 men in his,quæ pondere,numero,menſuráue conſiſtunt,prædicto caſu coniunctionẽ * nul
lam re fieri[9]: cùm enim diuiſio abſque creditorum alio facto in eis protinus fiat,non vide-
tur ſolidum ab initio vnicuique datum,ſed viriles ſolùm portiones.

7 l.j.C.ſi plu.vna ſent.
8 Bald.l. ſi fortidianum.C. de legat.
9 l.ſi mihi.de verb.oblig.

EX PARTE QVA. Videretur his verbis partẽ Titij omnem adimi, & Seio da-
ri:ſicut cùm dicimus,Quod Titio legaui,id Seio do[10]: ſed in legato aliud eſſe quidam re-
ſponderunt:quod pleriq; reprobant[11]: nõ enim differre hac in re legata ab hæreditate vi-
dentur: vnde cõmuniter tradunt,in propoſito caſu nõ omne legatũ transferri,ſed Titium,
Seiúmque cõiungi[12]: quod mihi à Iuriſconſulti mente abeſſe videtur:igitur forma verbo-
rum cõſideranda eſt:ſi enim dixero,In qua parte Titiũ inſtitui,in ea Seium inſtituo,verba
tranſlationem nõ inferunt,cùm abſurdũ non ſit in eadẽ parte duos inſtitutos eſſe.at ſi dixe
ro,quod Titio legaui,id Seio do,in perſona Titij ademptio neceſſariò infertur: non enim
dari potuit Seio,niſi Titio auferatur[13]: vt enim nouum non eſt,eandem rem pluribus lega
ri,qui per concurſum ſibi partes faciant,ita quod vni legatum eſt,alteri dari nõ poteſt, niſi
illi adimatur: quoniam ſi per concurſum admitteretur,non haberet ſecundus,quod pri-
mo legatum eſt,ſed partem: quod contra teſtatoris verba induceretur.

10 l.ſicut.de adi.leg.
11 Bar.l.re coniuncti.ij.oppoſ.
12 In d.l.ſicut.
13 l.Mæuio.de leg.iij.

SEMISSES. Et cauſa dubitationis ex relatiuo erat: ſi enim ad quantitatem ſimpli-
9 citer referretur,tres † ſemiſſes faciendi erant: ſed magis eſt,vt ad eandem ſpeciem traha-
tur,ideóque cenſeatur vterque in vnum ſemiſſem coactus,ſintque re coniuncti: addunt ali
qui,etiam verbis coniunctos videri,tantámque relationis emphaſim eſſe, vt quamuis duæ
ſint orationes,vna videatur: quæ ſententia recepta non eſt.

SED EO. Quid ſi hæc ratio ceſſaret,vt quia Sempronius ex triente ſolum inſtitutus
10 eſſet? Et putarim in eundem ſemiſſem Seium nihilominus admitti[14]: nec † enim hac ſe ra-
tione Iulianus tuetur,ſed propter naturam relationis.Quid ſi etiã Titius in triente inſtitu-
tus eſſet? & hoc caſu fortè à natura relationis recederemus,tum vt omnes hæredes eſſent
æquales,tum ne videretur teſtator de parte ſolùm hæreditatis prouidiſſe.

CONIVNCTVM. Re tantùm,vt creberrima ſe habet ſententia: tametſi Iuſtinia-
nus huiuſmodi,qui ſolùm re coniunguntur,diſiunctos ſemper appellet[15].

14 l. Iulianus quoque. de hæred.inſtit.
15 l.j.C.de cad.tol.

SVMMAE.

3 *Actionem habens ex cauſis rem non videtur habere.*

LEX

LEX CXLIII.

ID APVD. Qui actionem habet * rem habere videtur:hìncque eſt, 1
quod actiones,* quæ ad mobilia competũt,inter res mobiles computan- 2
tur [1].Procedit autẽ hęc regula non ex veritate,ſed ex interpretatione le-
gis [2]: alioquin minus eſt actionẽ habere,quàm rem,quod propter litium
anfractus introductũ eſt [3].Hinc eſt,quòd in odioſis,vel correctoriis ſuprà
diximus regulã hanc nõ obſeruari,quod etiam dicẽdũ eſt,cùm de reſciſ-
ſione contractus agitur.Quapropter cùm tranſactionẽ ex eo reſcindimus,quia in dimidia
iuſti pretij parte erratũ ſit [4], iuſtum pretiũ non intelligemus, quod actione etiam legitima
petitum eſt,ſed quod ex dubio euentu colligi poteſt.Inde etiã eſt,quòd poſſeſſor in cenſum
rem ipſam deferre debet [5], non qui interim actione aduerſus eum experitur: prodéſtque
huiuſmodi poſſeſsio,ne ſatiſdare quis ex edicto compellatur [6].

1 Glo.l.j.C.ſi aduerſ.tranſ.
2 l.minus.ſ.tit.j.
3 l.Labeo.§.fi.ſ.eod.
4 Bart.l.ſi quis cùm aliter.ſ.de verb.obli.
5 l.forma.§.ſi eum.de cenſ.
6 l.pen.§.pen.qui ſatiſ.cogantur.

SVMMAE.

1 ☞ *Pellex concubina.*
2 *Concubinæ,amicǽque diſcrimen.*
3 *Meretrix non niſi pluribus proſtituta dicitur.*

LEX CXLIIII.

MASVRIVS. Explicat † Iuriſconſultus pellicis ſignificationem, oſten- 1
dítq; ex Maſurij Sabini ſentẽtia,eo nomine accipi,quæ citra matrimonium
cum aliquo cõſueſcat,domíque retineatur: ſubiicítque vulgò ſic accipi,quæ
cum eo ſe miſceat, cui ſit vxor.Sed priorem interpretationem nobiliſsimi
Grammaticorum Valla,& Perotus non recipiunt: quoniã latinè à viris dici
non arbitrantur,hæc eſt pellex mea, ſed ab vxoribus potius. Hinc philomela apud Oui-
dium in Metamorph.ſe pellicem ſororis dicit: & apud Senecam Tragicum,Iuno ſe cedere
pellicibus ait: vt manifeſtè appareat,pellicẽ nõ dici niſi vxoris reſpectu,fortéque à pellen
do,quòd maritos ad expellendas vxores cõpellat.quòd ſi apud aliquos autores aliter lega-
tur,vt apud Plinium,Curtium,Tranq.corruptos codices vitio librariorum contendunt,&
non pellices,ſed pallacas,quæ græca vox eſt,legendũ autumãt.Verum penes me antiquior
eſt Maſurij autoritas,quem & in Satyra Perſius celebrat, & apud Græcos Atheneus: nam
& Nonius Marcellus pellicem eſſe,quam Græci παλλακὴν vocant,cum Iuriſconſulto opi-
natur,vt meritò eiuſdẽ ſignificationis vtraque vox ſit.Sed & Martialis Ponticum deludit,
pellice læua vtentem: quẽ locum ne corruptum credamus,ratio carminis manifeſto argu-
mento eſt:qui,ſi Vallæ ſententia probaretur,nimis dura & barbara tranſlatione vſus eſſet.
Satius ergo Iuriſconſulti eſt expoſitionem ſequi,& vtranque interpretationem defendere.
Quòd autem vero nomine amicam,paulò honeſtiore concubinam appellari hîc traditur,
Accur.non probat,vt honeſtius nomẽ concubinæ cenſeatur,quàm amicæ,& ideo non re-
ſpectu amicæ,ſed pellicis comparationem fieri exiſtimat: quæ interpretatio cum ſermonis
ipſius ductu non admodũ conuenit. Igitur † ſciendum apud veteres concubinæ nomen in- 2
honeſtum nõ fuiſſe,ſolúmque ſic appellatas,quæ extra legis pœnam,& ſine metu criminis
haberentur at amicæ nomen,etiam quaſcunque meretrices cõtinebat, quod ex Terentio,
Plautóque variis in locis cõſtat:ídque Græcorum exemplo,qui ἑταίρας, id eſt,amicas,quæ-
cunque ſcortilla vocant,etiã ignobilia.Hinc Ariſtophanes in Pluto, καὶ τὰς γ᾽ ἑταίρας φασὶ
τὰς κορινθίας, & quæ ſequũtur.Inſtitutas autem publicitus † meretrices à Solone Philemon 3
eſt auctor, vt ea.Venere contenti iuuenes,à pudicis ſolicitandis abſtinerent.Sanè * mere- 4
tricem nõ eſſe,quæ cum vno aut altero,etiam pecunia accepta,ſe commiſcet,dubium non
eſt: ſed eam quæ palàm & pluribus ſe proſtituit,ſolámque huiuſmodi de vicinia poſſe ex-
pelli exiſtimauerim,ne probis mulieribus malo ſit exemplo.

SVMMAE.

1 ☞ *Virilis pars æqua pro toto quandoque ſumitur.*
2 *Legati partes deficientis non collegatarij,ſed hæredis fiunt.in fideicommiſſo contrà.3.*

LEX CXLV.

VIRILIS. Virilis † portio pro æquali intelligitur: vnde ſi Titium, & 1
Seium in viriles partes inſtituero [7], æqualiter admittentur. Sed finge Ti-
tium hæredem eſſe non poſſe, an totum Seius habebit [8]? Et hîc probatur
habiturum,& hoc caſu dictio illa,virilis,naturam ſuam non ſeruabit,quod
& ſuprà de dictione,reſiduum, tractauimus [9]. Et ex hoc reſponſo ſunt, qui
conſequentem quæſtionem decidant. Filia † hærede inſtituta,vetuerat [10] quis ædificium 2
de nomine ſuo exire, ſed ad vernas quos nominauerat, pertinere iuſſerat: defuncta hæ-
rede & legatariis,cùm vernarum vnus ſupereſſet,reſpondit Scæuola ei virilem partẽ præ-
ſtandam.Interpretatur Accurſius,pro virili portione omne fideicommiſſum comprændi:
atque ita à cæteris traditum eſt.Sed negari nõ poteſt,quin expoſitio hæc impropria ſit,nec
verbis

7 l.virilis.de leg.præſt.
8 l.ij.C.de hæred.inſtit.
9 l.poteſt.ſ.eod.
10 l.pater.§.filiã.de leg.iij.



verbis Iuriſconſulti quadrans: vnde ego propriè de virili portione intelligo.& cùm ex or-
dine contextus appareat prius hæredem deceſsiſſe quàm legatarios,ſtatim ab eius morte
ipſo iure virilis portio traſlata eſt.Vnde quamuis alij deceſſerint,ſuperſtiti ſola ſua pars re-
manet,quoniam cæteri collegatarij legatum ſuum ad hæredẽ tranſmittunt,non enim ipſi
quicquam reſtituere grauati fuerant,ſed filia: & licet prohibitio ne de nomine ſuo exiret,
3 vim aliquam fideicõmiſsi habere videatur,quia tamen † nominauerat,quibus legatum re
ſtitui vellet ſatis eſt ipſis ſemel acquiſitũ fuiſſe:quę deciſio in fideicommiſſo vniuerſali non
procederet,cùm illud neceſſe ſit agnoſci,nec ipſo iure quæratur [1].

1 Bar.l.j. de lega.j.

SVMMAE.

1 ☞ *Socero vlteriores contineri.*
2 *Patruus ſuperiores complectitur.*

LEX CXLVI.

1 SOCERI. Cùm † ſuprà explicuerimus,an appellatione generi,& nurus,
progener & pronurus contineatur [2],conſequens eſt idem in ſocero dicen-
dum: correlatiua enim ſunt,nec abſque altero alterum eſſe poteſt.Illud hîc
tantũmodo admonendus eſt lector,ſicut ſoceri nomine ſocer magnus con-
2 tinetur,ita dicendũ de patruo,† vt de eo lex verba faciens,etiam patruum
magnum comprændat. In quo articulo magna eſt cõtrouerſia, videtúrque
crebrius recipi [3],vt in materia fauorabili cõprændatur, inſtricta verò vel aliàs odioſa non
comprændatur,in quam ſententiam & ipſe accedo: quandoquidem in fauorabilibus cum
amplior fiat interpretatio,veriſimile eſt de vtroque patruo actum:nec nouum eſt aliquam
3 dictionem duplici * de ſpecie intelligi [4].Sanè ſocer à græco ſermone deducitur ἑκυρός, ſicut
ſocrus ἑκυρά,vt Modeſtinus ſcribit [5]: quo exemplo & aliqui ex antiquis ſoceram pronun-
ciauerunt,non ſocrum.

2 l.nurus.l.generi.hoc tit.
3 l.j.C.de ſuc.edi.
4 l.in lege.loca.
5 l.iiij.de grad.

SVMMAE.

1 ☞ *Natus in ſuburbio in vico natus dicitur: in vico contrà.*
2 *Natus extra domicilium non,niſi interpretatu ciuis.*
4 *Oriundus variè accipitur.*

LEX CXLVII.

1 QVI IN CONTINENTIBVS. Continentia † pro ſuburbiis acci-
piuntur [6], quod cũ ipſa vrbe ſe teneant,contiguáque ſint: qui ergo in his na
ſcitur,Romæ natus dicitur.Quid ſi in vico aliquo qui vrbi Romanę reſpon
deat [7]? Et licet is patriam Romam habeat,nõ tamen Romæ natus intelligi
tur.Quid item ſi lex eũ, qui Romę natus non ſit,à dignitatibus excludat,an
2 is,cuius † mater extra domicilium peregrè peperit,recipiendus ſit? Et certum eſt verbis le-
gis eum excludi,licet ex interpretatione aliud fortè ſit [8]:in eo enim loco is eſſe intelligitur,
3 in quo domiciliũ conſtituit: & nõ receſsiſſe * videtur,qui animũ reuertendi habet [9]. Quid
4 ſi lex non de nato,ſed de oriũdo loquatur? Et vulgo † traditum eſt,oriundũ eſſe [10],qui ipſe
natus eſt,vel qui inde originẽ duxit:puta quia pater,vel eius maiores ex eo loco antiquitus
prognati ſunt.Sed peritiores oriundũ non eſſe qui ipſe natus ſit, exiſtimant,ſed qui genus
duxit.Sic T.Liuius: Nati,inquit,Carthagine,oriundi à Syracuſis.

6 l.ij.ſ.eod.
7 l.qui ex vico.ad munici.
8 Pet. Cin.l. huiuſmodi.§.legatum.de leg.j.
9 l.plerique.de ritu nupt.
10 c.j.de vſur.in vj.

SVMMAE.

1 ☞ *Liberos,vtroque numero reperiri.*
2 *Pugillares vtroque numero efferri.*
4 *Liberorum conditio ob nepotem deficit.*
5 *Conditio filiorum vno deficit.*
6 *Clauſulam,ſi pro aliis. vno verificari.*
7 *Conditionem plurium vnus non explet.*

LEX CXLVIII.

1 NON EST SINE LIBERIS. Hæc † dictio, Liberi,etiam de vnico
filio dicitur: ſolet enim latinè loquentib.plurali numero proferri,ſicut pugil
lares,& codicilli: quãuis quandoque etiam ſingulariter liberũ dicamus:& vt
Iuſtinianum omittã,cuius autoritas,quantũ ad rem latinã adtinet,non mul-
tum pollet:Modeſtinus [11], non poteſt,inquit,quis nolle ſuum liberum eſſe.Vl-
pianus quoque [12].Locupletior nõ eſt factus,qui liberũ acquiſiuit.Addit Valla ſe eandẽ vo-
2 cem apud Quintilianũ obſeruaſſe.Pugillares † quoque ( ſunt hi libelli vel tabulæ ceratæ,
in quibus ſcribebant,quos Græci,vt opinor,ἐγχειρίδια vocãt) ſingulari numero reperiũtur,
vt apud Auſonium: Bipatens pugillar expedi.quod & de codicillis frequentius inuenitur:
ſed tamen qui caſtigatius loquuntur,Caij ſententiã hîc approbant: vt dubium non ſit, qui
3 cum * vnico filio filiáue decedat,ſine liberis nõ decedere.Sed hoc amplius cõſtitutum eſt,
4 conditionẽ, † ſi quis ſine liberis deceſſerit,relicto nepote ex filia,deficere [13]: receptúmq; eſt
idem eſſe,ſi additũ eſſet,ſine liberis ex ſe natis:quoniã per continuationẽ ſanguinis, nepos
vel neptis ſatis dicitur ex auito corpore naſci,vt Bal.& Cor.exiſtimarũt,licet reclamẽt ali-
5 qui [14].† Sed q̃d ſi cõditio de filiis loquatur? videt̃ enim in eo caſu ſaltẽ duos requiri propter
poluralẽ numerũ.Sed in deſcendentibus dubiũ non eſt,etiã vnico filio extante,ſubſtitutum
excludi,

11 l.ius autem.de pact.
12 l.nemo prædo.ſ.titu.j.
13 l.j.C.de condi.inſer.
14 Guid. Pap.q.ccliij.

1 l.cum auus. de condi. & demon. excludi, ídque coniectura pietatis[1], ne alienos ſuo ſanguini præpoſuiſſe teſtator videatur.
Dubitari igitur poteſt, cùm conditio illa extraneo adiecta eſt: nam tunc etiam ratio Caij
2 Bald.d.l.j. hîc ceſſat. Sed tamen vnico nato deficere conditionem verius eſt[2], & receptius, vt ex præ-
ſumpta mente pluralis * numerus in ſingularem reſoluatur. Sicut in lege municipali, qua 6
extantibus liberis, fœminæ excludantur: non enim eſt ratio, cur vno exiſtẽte, excludi non
debeant. Quod & in ea ſpecie proditum eſt, cum pontifex mihi ſacerdotium † conferri 7
mandat, ſi pro aliis non ſcripſit: nam vt ſubmoueat, vel pro vno ſcripſiſſe ſatis eſt: & ita
pleriſque huius reſponſi argumento viſum eſt[3]. His accedat, quod ex facto reſpondit Cal-
3 Bald. Card. c. mandatum. de reſcript. derinus[4], cùm hæredes ſi ſine liberis decederent, ædiculam conſtruere à teſtatore iuſsi eſ-
4 Cald. conſil. xlij. de teſta, ſent, altero defuncto ſine liberis, non tamen alterum interim teneri, nec * conditionẽ ſcin 8
5 Felin. c. omnes. j. diſtinc. di. Sunt & id genus pleraque, quæ à recentioribus coacta legere eſt[5].

S V M M AE.

1 ☞ *L. Nam quem. explicari.*
3 *Conditionis aientis, negantiſque diſcrimen.*

## L E X CXLIX.

NAM QVEM. Argumentatur † Iuriſconſultus per locũ à contrariis: re- 1
pugnant enim, habere liberos, & nõ habere, vt altero conceſſo * alterum ne- 2
ceſſarium ſit negari: quod genus argumenti ſemper concludit, niſi ex men-
te loquentis aliud colligatur: verbi gratia, hæc conditio †, ſi Titius & Seius 3
hæredes erunt, altero repudiante, deficit: ergo iſta, ſi Titius & Seius hæredes
6 l. quamuis. C. de impube. non erunt, hoc caſu euenit, & tamen his verbis aliquis ſubſtitutus nõ admittitur[6]. Sed pri-
mus hæres ſolidum habet, quod propter mentem teſtatoris eſt, qui videtur primum magis
7 Imol. §. cũ ita. l. hæredes. ad Treb. dilexiſſe, quàm ſubſtitutum[7]. Sed dubitari poteſt, cùm pluribus ſubſtitutum * eſt, ſi ſine li- 4
beris legitimè natis deceſſerint, an pupillo ſubſtitutum videatur: & videri Bartol. ſenſit,
8 In l. centurio. de vulgari. ídque verius eſt[8].

S V M M AE.

1 ☞ *Minus etiam de nihilo dici: comparátque.*
2 *Auth. prætereà. C. vnde vir, & uxor. ſenſus.*
3 *Arbitretur iudex pro pœnę ſpecie.*
4 *Fideiuſſio quantominus conditionalis.*
5 *Fideiuſſio, quantominus promittens in totum conueniri poteſt.*

## L E X CL.

SI ITA A TE. Qui † promittit quantò minus à Titio exigetur, ſi nihil 1
exigatur, ſolidum debet, quia dictio hæc, minùs, ex mente contrahentiũ vim
comparationis amittit, & perinde eſt ac ſi promiſiſſet, etiam ſi nihil à Titio
haberi poterit, quod etiam ſuperius à nobis tractatũ eſt. Hinc eſt quod cùm 2
Iuſtinianus conſtituerit † coniugem inopem coniugi locupleti in quartam
partem bonorum ſuccedere, ſiue plures ſiue minus filij fuerint, interpretabimur conſtitu-
9 Authen. præterea. in fi. C. vnde vir. tioni locum eſſe, quamuis filij nulli adſint, quoniam dictio illa minùs, etiam ad nihilum re-
ferri poteſt[9]: ídque Alexand. & Iaſ. probant. Sed & Bald. cùm conſtitutum eſſet, vt qui cen-
10 l. fin. §. ſi cer. pet. tum libris cenſerentur, ſoluant decem: qui minus, ſoluãt quinque: etiam eum quinque de-
biturum ſcripſit, cuius cenſus eſſet nullus[10]. Cæterum quamuis hæc interpretatio admitta-
tur, † propriè tamen comparatiuum nomen naturam ſuam ſeruat, & poſitiuo confertur, 3
& de eadem ſpecie intelligitur. Quapropter cùm lex verberantem mulcta decem aureo-
rum adficeret, vulnerantem maiore, arbitrio iudicis: reſponſum eſt, non poſſe iudicem
11 l. vbi. de verb. obliga. aliam quàm pecuniariam pœnam pro vulnere indicere: comparatiuum enim maiore ra-
tione mulctæ collationem facit[11]: ídque Cinus, Baldus, Iaſon ſcripſerunt.
12 l. x. de verb. oblig. DEBEAS. Is enim, putà Seius, † qui in ſubſidiũ promiſit, videtur ſub conditione de- 4
bere[12], quatenus à Titio conſequi nõ potero, & ideo propriè fideiuſſor nõ eſt, & ante euen-
tum conditionis, id eſt, priuſquàm conſtet à Titio me non poſſe conſequi, vtiliter cùm eo
agi nẽ poteſt †. Arbitror tamen poſſe me ab eo totum petere, dum tempore accepti iudicij, 5
id eſt, quo lis conteſtatur, excuſsionem fieri procurem, & per iudicis inter locutionẽ decla-
rari, quatenus Titius ſoluendo ſit: nam quantò minus ſoluendo erit, tantò petitionem to-
13 l. fi. ſi cert. pet. tius, prius præſtitam moderabor, ídque à Seio conſequar: nec ideo in aliquo puniar, quòd à
principio plus petierim: quam ſententiam Selſus probat[13], licet in vulgatis codicibus cùm
priùs legeretur, tanto minus poſtea petere poſſum: additum exiſtimẽ, à Titio: & inde ma-
xima inter Doctores altercatio orta ſit.

S V M M AE.

1 ☞ *Adeunti obſeruanda.*
2 *Adire ſucceſſionis iuris neſcius nequit.*
3 *Hæreditas delata eſt, quæ obice caret alioquin cõtrà.*
4 *Delata ignoranti hoc dici poteſt.*
5 *Pupilli furioſique in hæreditate diſcrimen.*
6 *Repudiari non delata nequit.*
7 *Repudianti deferri.*
8 *Bonorum poſſeſſio decre. irrepudiabilis.*
9 *Bonorum poſſeſſio genera & differentiæ.*

LEX



## L E X CLI.

1 DELATA. Vt adire † hæreditatem quiſquam poſsit, neceſſarium eſt eũ
2 ſcire hæreditatem ſibi delatam, & delationis cauſam. Et ideo † ſi neſciat
teſtatorem mortuum, vel dubitet de iuribus teſtamenti, vel quomodo ſit
inſtitutus, purè an ſub conditione, vel an aliquis eum præcedat: itémque
an teſtator iure teſtatus ſit, vel ex qua cauſa ſibi hæreditas deferatur, ex
teſtamento, an ab inteſtato, vel ex quota parte ſit hæres[1], ſuúſne, & neceſ 1 l. is poteſt. de acquir. hær.
3 ſarius an voluntarius, adire non poteſt, quapropter nec repudiare. Explicat † igitur Iuriſ-
conſultus, quæ dicatur delata hæreditas: & propriè ſic dici arbitratur, quando eam hæres
adire poteſt, ita quòd nihil neque ex parte hæreditatis, neq; ex parte hæredis impedit, quò
minus eam conſequi poſsit. Quod ſi aliquid impediat ex perſona ipſius hæredis, puta quia
ignoret, huic propriè hæreditas, vt quidam exiſtimant, non dicitur delata. Hinc eſt, quòd
4 furioſo non dicimus delatam[2]: largè tamen accipiendo ſecus eſt. Hinc † dubitatum fuit, Si 2 l. j. §. furioſi. de ſuc. edict.
lex municipalis hæreditatem delatam in quemcunque ſucceſſorem tranſmitti mandet, an
ea tranſmittatur quam quis ſibi delatam fuiſſe ignorauit: Aliqui negant[3], ſed Alex.[4] & ple- 3 Math. notab. cxciiij.
rique aiunt, quibus ego accedo, & quamuis hæres ignoret, hæreditatem propriè delatam di 4 Alexan. d. l. is poteſt.
ci arbitror: poteſt enim eam quis adeundo conſequi[5]: quod in dubitante nõ procedit. Qua 5 l. Pantonius. de acq. hære.
5 propter † & infanti propriè dicitur delata[6], qui quamuis in præſentia ius ſuum ignoret, ta- 6 l. ſi infanti. C. de iure delib.
men præſumitur quòd factus adultior ſciet: at furioſus nec ſcit, nec ſciturus præſumitur, vn
de illi non pleno iure, ſed miſerationis cauſa ratione fructuum prouidetur[7]. 7 l. j. §. de bon. poſſ. inf. fur.
6 CONSEQVI, ET REPVDIANDO AMITTERE. Sed † cur nondum
delatæ hæreditatis repudiatio non valet[8], cùm faciliùs videatur ſpem ipſam à nobis ſegre 8 l. is, qui hæres. de acq. hær.
gare, quàm ius ſemel quæſitum? Alciatus reſpondet, eum qui repudiat, nihil iuris ſibi acqui-
rere, nec in alium transferre: nec enim transferre poteſt, quod ipſe adhuc non acquiſiuit[9]: 9 l. fuit. eod. tit.
7 & ideo † quamuis pendente conditione repudiauerit, nihilominus lex ei ius defert: ſed quã
do iure delato repudiat, ſubit incontinenti qui gradu proximus eſt: vnde qui repudiauit,
excluditur, pendente verò cõditione, nemo ſubit, cùm interim vocetur nemo. quòd ſi quis
futurum pacto remiſit, vel in iudicio publicæ perſonæ abſentis nomine acceptanti renun-
tiauit, licet nihilominùs lex ei hæreditatem legatúmue deferat, ex pacto tamen non agno-
ſcere id lucrum tenetur, ſi modò paciſcẽtis intereſt: & in hoc Raph. Paul. Iaſ. conſenſerũt[10]. 10 d. l. is qui.
8 Sed † vnde eſt, quòd decretalem bonorum poſſeſsionem repudiari non poſſe lex ait[11]? quo- 11 l. j. de ſuc. edi.
niam antè, quàm decreta ſit, non eſt delata: poſtquam autem decreta eſt, ſerò repudiatur,
quod iam acquiſitum eſt. Cùm enim id ſit delatum, quod adeundo poſſumus conſequi, ſi in
caſu à lege permiſſo decretalem petam, cùm eam conſequi poſsim, cur delata dici non de
9 bet? Et ſi † communem ſententiam ſequamur, qua traditum eſt, eãdem bonorum poſſeſsio-
nem antè, quàm decreta ſit dici edictalem, poſt verò decretalem, non video quid reſponde-
ri eleganter poſsit: ſed exiſtimo edictales bonorum poſſ. eſſe, quas ordinarias vocamus, &
quæ ius tribuunt: decretales verò extra ordinarias, quæ ſunt facti, vt Carboniana, & quæ
ventris nomine, vel litis inſtituendæ gratia[12]: itémque, quæ furioſo decernitur. Nam vt de- 12 l. ij. §. ſi quis ex lib. ad Tertyll.
mus etiam in ordinariis hoc iure decretum neceſſarium fuiſſe, ſolæ tamen extraordinariæ
decretales dictæ ſunt, quoniam hæ potiſsimum à decreto pendent: priores enim etiam an-
tequam concedantur, aliquid ſunt, & ius in ſe continent, quo defuncti perſona repræſenta-
tur: ſed poſteriores omnem ſubſtantiam ex prætoris decreto accipiunt, & eodem momen-
to oriuntur, petentíque acquiruntur: non ergo ante decretum poteſt dici ius aliquod delã-
10 tum eſſe, cùm ius nullum adhuc * ortum ſit, ſed ſperemus vt ex decreto prodeat.

S V M M AE.

1 ☞ *Homo de vtroque ſexu dicitur.*
2 *Adam vtroque ſexu accipitur.*
3 *Hominis etymon, & latè patens acceptio.*
4 *Homo nondum natus non eſt.*

## L E X CLII.

1 HOMINIS. Homo † commune nomen eſt, & tam maſculum, quàm fœmi-
nam continet, ídque exemplo græci ſermonis, ἄνθρωπος: nam & Hebræi
2 Adam † quo nomine terra natum hominem ſignificant, ad vtrunque ſexum
referunt, vt habetur Geneſeos v. Creauit eos, & benedixit illis, & vocauit no
men eorum Adam. Ridiculi verò ſunt antiquiores Græci, dum neſcio quem
Adamum finxerunt Cœli & Terræ filium, qui Adameæ regioni nomen dederit, vt apud
Stephanum περὶ πόλεων legere eſt. Dicitur autem homo ſiue ab humo, vt Varro exiſtimauit
3 ſiue à concordia, ἀπὸ τῆς ὁμονοίας quòd nullũ animal ſit ſocialius. Et † hinc adparet, legem quę
de hominib. loquitur, etiam de fœminis accipiendam eſſe, & quidem propriè,[13], quod arbi- 13 l. j. §. cod.
tratur Bar. etiam ſi articulus quis præponatur. In qua tamen re dubito, moueórque exẽplo

Græcorum, qui per articulos ὁ καὶ ἡ ſexum diſtinguunt. Illud conſtat, cùm hominem dici-
mus, quemcunque contineri, non ſolum ſiue maſculus ſiue fœmina ſit, ſed ſiue liber ſiue ſer
uus, ſiue pubes ſiue impubes[1]. Sed † an is, qui in vtero eſt, homo dicatur[2]? Et conſtat non di 4
ci: expectari igitur lex iubet poſtquàm natus eſt, & in terram ceciderit[3]: quæ verba ex anti-
quorum conſuetudine interpretari debemus. Siquidem ſolebant veteres, vbi quis natus
eſſet, nudum protinus in terra ſtatuere, opémque Deum inuocare, vt naſcenti auxilio eſ-
ſent: cuius rei meminit Auguſtinus Ciuitatis diuinæ lib. IIII. & Plinius lib. VII. Macro-
biúſque. Hinc Statius: Tellure cadentem Excepi, fouíque ſinu.

1 l. iij. §. j. de libe. ho. exhib.
2 l. cum inter. de fid. lib.
3 l. penult. C. de poſt. hær.

SVMMAE.

1 ☞ *Natus fingitur, qui in vtero eſt: ex cauſis cõtra. 4.*
3 *L. Intelligendus. reſtringi.*
6 *Ventri obeſt vſucapio.*
7 *Lex Cornelia ventri ex cauſa non prodeſt.*

LEX CLIII.

INTELLIGENDVS. Qui † in vtero eſt, in ſui fauorem pro nato ha 1
betur, ídque per fictionem legis, quæ licet per naturam impoſsibile ſit an-
te ſeptimum menſem eum naſci, & viuere, hoc fingit: vt omnino verum
non ſit, quod vulgò traditur, legem nunquam fingere impoſsibilia, fingit
enim dum ſubſit æquitas. Igitur ſi auus cuilibet nepoti, qui tempore mor-
tis ſuæ viuat, centum relinquat, etiam eum, qui in vtero eſt, admitti. Din.
reſpondit. Qui enim in vtero eſt, cùm de ſuo commodo agitur, natus exiſtimatur. Quod
tamen ſemper non procedit, veluti cùm damnum nullum partui infertur, ſi natiuitas ex-
pectetur. Cur enim lex * fingat, cum neceſſaria nulla cauſa hoc ſuadet? & ideo poſthumo 2
non † confertur[4], antequam ſit natus: item ad partem hæreditatis interim nõ admittitur[5], 3
nec præteritus rumpit teſtamentum[6], neque interim ſuus eſt hæres: nam & propter incer-
titudinem his in caſibus aliud cõſtitui non potuit. Cæterum & ſi decretum ſit, in demortuo-
rum decurionum locum filios ſubrogari[7], Oldradus exhiſtimauit eius qui in vtero ſit, ra-
tionem non habendam, cùm huiuſmodi fictio ad id trahi non debet, quod iure ſtatuti vel
conſuetudinis defertur. Sed id ego vix † probo, niſi protinus, vel ſine dilatione ſubrogan- 4
dum lex diceret. Cùm enim adpareat moram vllam fieri non debere, haudquaquam vide
tur interim infantis natiuitas expectanda. Sed & ſi verba legis partui non conueniunt, vt
quia de homine loquantur, tunc de eo non intelligemus. ſi tamen eiuſmodi ſit lex, quæ ex
ficta interpretatione extendi nequeat, veluti ſi ſancitum ſit hominis occiſorem decollari:
conſtat enim qui prægnantem abortire fecerit, ea lege non puniri: quoniam (vt ſuprà quo
que dicimus) hominis appellatione, qui in vtero eſt, non compræhenditur: quod in hac ſpe-
cie ea quoque ratione obſeruandum eſt, quoniam hîc de eius commodo directè non tracta
tur, & in hoc omnes cõſentiunt[8]. Illud quoque certum eſt, in computatione annorum, eius
temporis calculum nõ duci, quo quis in vtero fuit, etiam ſi eius vtilitas hoc ſuaderet: ab ho-
minis * enim ortu ſolemus annos numerare, ídque & Bald. prodidit[9]. Verum & quamuis 5
dubitetur, an contra infantem ipſo iure currat † præſcriptio, dubium non eſt, aduerſus eum 6
qui in vtero eſt, vſucapionem procedere[10], licet reſtitutionem prætor polliceatur. Cæterũ
& ſi mater prægnans apud hoſtes enixa ſit † nec infans reuerſus ſit, non videtur in vtero 7
tempore captiuitatis fuiſſe, nec aliquod legis Corneliæ caput ei patrocinabitur ne bis in
eadem * ſpecie fingere lex videatur. 8

4 l. fin. §. de col.
5 l. antiqui. de petit. hæred.
6 Iaſ. l. poſthumo. C. de contra tabul.
7 Alb. in l. pen. C. de aduoc. di. iudi.
8 Felin. c. ſicut. de homicid.
9 c. cum in cunctis. de elect.
10 l. etiam. ij. de min.

SVMMAE.

1 ☞ *Menſuræ variæ.*
2 *Lapis centeſimus à continentibus numerandus: ex cauſa à muris.*

LEX CLIIII.

MILLE PASSVS. Vt ſciamus qua longitudine ſit Paſſus † præfari nos 1
oportet menſurarum aliqua nomina, ex quibus minima eſt Digiti, quorũ
quatuor Palmum conficiunt, XVI. pedem. Eſt autem Pes tanquã as in nu-
meris, & * ideo dimidius pes, ſemis etiam vulgò appellatur, quantũ videli- 2
cet pugno, extenſóque pollice metimur: ſicut Spithama vox græca, quæ &
ipſa vulgò ſeruat nomen, quantum extenſis articulis à minimo ad pollicẽ
amplecti poſſumus: latinè Dodrans dicitur, & Palmus maior quibuſdam: at cubitus ſeſqui
pedalis eſt. Greſſus verò, duos pedes & ſemiſſem continet: Paſſus quinque pedes, ſic dictus,
quod paſsis, id èſt, dilatatis brachiis & manibus hanc dimenſionem conficiamus. Vlna (ſic
enim Orgyiam interpretor) ſex pedibus, vt Herodotus ſcripſit, cõſtat. Pertica duos paſſus
in ſe habet, hoc eſt, pedes decem: vnde & decempeda dicitur. Plethrum pedes centum. Iu-
gerum longitudine pedibus ducentis quadraginta, in latitudinem dimidio minus confici-
tur



tur, duóſque in ſe Actus continet. Stadium paſſus centum vigintiquinque habet, qui ſunt
plus paulò pedes ſexcenti. Diaulus duo ſunt ſtadia. Milliarium ſunt mille paſſus, hoc eſt, ſta
dia octo. Dolichus ſtadiorum eſt duodecim. Leuca dictio eſt gallica, cuius tamen Ammia-
nus Marcellinus meminit: mille & quingentos etiam ipſa paſſus habet, vt Antonius in Iti-
nerario oſtendit, licet pleriſque in locis ſit amplior. Paraſanga vocabulum Perſarum, tri-
ginta cenſetur ſtadiis, quæ menſura paulò minor eſt milliario Germanico. Schœnus apud
Aegyptios ſexaginta eſt ſtadiorum. Stathmus, id eſt, manſio milliaria habet vigintiocto ſe-
mis: huius in authenticis[1] mentio habetur. Eſt & vulgaris vox Manſum, qua tantum agri
ſignificatur, quantum ſingulis annis par boum arare, coleréque poteſt[2].

VRBIS. Quapropter cùm præfectus vrbis, de his, quæ intra centeſimum lapidẽ per-
petrata ſint[3], cognoſcat, inibitur computatio à continentibus, quod & in dubio ſemper ſer
uandum eſt: alioquin diſtinguimus quemadmodum concepta ſint verba, vt ſi prohibiti
ſint ciues capras retinere prope vrbem, computetur à muris: ſi prope Romam, à continenti
bus, vt plerique hîc ſentiunt.

1 §. ſi igitur. in authen. vt om. obe.
2 c. j. de cenſib.
3 l. j. §. cum vrbem. de offic. præf. vrbi.

SVMMAE.

1 ☞ *Proximitas probanda: huius forma. 3.*
4 *Proximum variè accipi.*
5 *Proximi & conſortis diſcrimen.*

LEX CLV.

PROXIMI. Quemadmodũ proximus intelligatur, qui ſolus eſt, ſuprà
1 à nobis tractatum eſt † ſed dubium eſt, cùm lex agnato proximo hæredi
tatem deferat, an neceſſe habeat eam qualitatem probare is, qui ſe hære-
dem aſſerit. Et ſi non poſsideat, aliúſque agnatus ei contradicat, non eſt
dubium probari debere. quòd ſi in iudicio alius agnatus nõ appareat, du-
rum eſſet ſi eum ad id cogeremus, vt probaret, neminem quã ipſe ſit, de-
functo propinquiorem eſſe: ídque Cornæo[4] placuit, cui & nos adſentimus: cùm proximus
2 ſit, vt hîc dicitur, qui ſolus eſt: eúmque præſumamus * ſolum cuius ſocij nulli adpareãt, cùm
veriſimile ſit, ad lucri partem omnes conuolaturos, ſi extarent. Terent. in Phor. At ſi talen
tum rem reliquiſſet decem, primus eſſes, memoriter progeniem veſtram vſque ab auo, atq;
atauo proferens. Hinc & prouerbiale apud Græcos carmen:

Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.

*Omnes virorum diuitum ſunt proximi.*

3 Sufficit igitur † ſi intra eum gradum eſſe ſe probauerit, vnde legitimos prætor vocat: ídque
4 & Alexan. probat[5]: hunc enim eſſe proximum agnatum cenſebimus. Cæterùm hîc † ſuper-
eſt videre, & quæ prima ſit huius vocis ſignificatio: & conſtat à propè fieri proximũ, & ideo
vox valde eſt generalis: vnde vicinus proximus dicitur, & amicus: transfertur & ad ſangui
nis iura, & proximi, tam agnati, quàm cognati dicuntur. In vſu autem magis eſt, vt cùm ius
proximitatis dicimus, de cognatione ſpecialiter intelligamus[6]: quo ſenſu etiam qui ante ſe
aliquem habent, nihilominus proximi dicuntur: quod eius conſtitutionis exemplo appa-
ret, qua traditur, proximis, neceſſariíſque perſonis ſolummodo deferri copiam de adulte-
rio accuſandi[7]: nõ enim dubium eſt, licere, patruo accuſare licet frater extet. Itémque cùm
legatum rei alienæ ab ignorante factum, traditur non valere, niſi proximæ perſonæ relictũ
5 ſit[8]: intelligemus proximam, etiam qua aliquis prior in gradu ſit. Addidit † Baldus[9], hoc dif
ferre proximum à conſorte, quòd proximus per conſanguinitatem dicitur, conſors ſocius
6 eſt, & dominij particeps. Sed ego à peritioribus intellexi, conſortem * eiuſdem ſortis & con-
ditionis hominẽ ſignificare, ſed ex ſubiecta materia aliter atque aliter μεταφορικῶς accipi

4 Conſi. cxciiij. in iiij.
5 In l. is poteſt. de aeq. hære.
6 l. ad inteſtati. C. de le. hær.
7 l. quamuis adulter. C. de adult.
8 l. cum rem. C. de leg.
9 Bal. l. dudum. C. de contrahen. empt.

SVMMAE.

1 ☞ *Vtrubi interdictum explicari.*
2 *Anni maior pars, variè conſideratur.*

LEX CLVI.

MAIORE. Interpretatur hîc † Iuriſconſultus interdictum[10], quo caueba
1 tur, vtrobi * quis maiore parte anni fuiſſet, ibi & maneret † oſtendítque ma
2 iorem partem anni intelligi, reſpectu poſſeſsionis aduerſarij: hodie tamen
hoc in interdicto id ſolùm attendimus, vtrobi litis conteſtatæ tempore ea
res ſit[11], de cuius poſſeſsione litigatur: ídque exemplo interdicti, Vti poſsi-
detis * exæquata enim hæc ſunt. Eadem autem ratione dicimus, vtrobi,
3 vtro in loco: qua alibi, alio in loco: & inibi, in eo loco: necubi, ne quo in loco: & ſicubi, ſiquo
in loco. Ouidius: Sicubi Colchorum Minyis regina vacaui. Ita enim cenſeo legendũ. Nun-
cubi, num quo in loco. Terentius in Eunucho: Nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in te
claudier? Conciſa autem ſunt hæc ex dictione alicubi, vt etiam Vallæ placere video.

10 l. j. §. vtrobi.
* P. Fl. vtrubi.
11 §. ſed hodie. Inſtit. de interd.

SVMMAE.

1 ☞ *Murum variè accipi.* 4 *Viarum genera.*
2 *Parietum genus multiplex.* 6 *Viæ publicæ dominus, princeps.*
3 *Seruitutum ruſticarum genera, & diſcrimina.* 7 *Delictum in via iudex regius puniat.*

LEX CLVII.

QVANTVM. Murus propriè dicitur publicus, qui vrbem munit, &
mœnia continet: impropriè hîc videtur accipi de priuato ædificio, quod
paries dicitur: quo ſenſu aduerſus Vallæ traditionẽ etiã Cornel. Tacitus
lib. x v. vtitur. Oſtendit autẽ Iuriſconſultus parietem eſſe etiam maceriã
ſic† appellatur paries ſine calce aliáue cõpactione formatus. Erant autẽ 1
parietũ† varia genera, lateritij, lapidei, cæmentitij, teſtacei, cratitij. Fue- 2
rant lateritij, ex lateribus duriſſimæ ſoliditatis, vtpote qui crudi ſub ſole diutiſsimè permã-
ſerant, vt exiccarentur. Teſtacei ex latere cocto, qui etiã nunc ſunt in vſu. Cæmentitij fiũt
ex temerè coniectis lapidibus calcéque cõmixtis, & imbricum modo hærentibus. Cratitij,
1 l. ſi fratres. §. pro ſoc. — quos cõcratitios Papinianus[1] appellat, ligneis cratibus inſertis fiebant, ſeu aſſeribus arre
ctis tranſuerſíſque in modũ cratis: vocantúrq; alio nomine intergerini, vt etiã Feſtus oſten
dit, quod videlicet vicinorũ cœnacula his dirimerentur: qđ diffuſius explicat M. Vitruuius.
2 Inſtit. de ſeru. in prin. — VIA. Cùm† de priuata via loquimur, quatenus ſeruitutis ſpecies eſt[2], ab itinere actũq; 3
diſtat: quæ differentia ex vocabulorũ etymo accipitur. Iter enim ab eundo dictũ eſt, & ideo
iter ius eſt, eundi hominis. Actus ab agendo: vnde ius iumentũ agendi actus eſt. Via à vehẽ
do, & ideo ius in ſe continet etiam vehiculũ ducendi: tametſi & qui habet actũ, in cõſequẽ
tiam iumentorũ etiã vehiculũ adducere poſsit. Sanè lege x i i. Tabularũ ea menſura viam
confici traditũ eſt, vt in porrecto pedũ octo eſſet, in anfractu x v i. cuius dimidiũ actui tribu
tũ eſt. Cùm verò de ſeruitute non accipitur, aliter viam intelligimus, continétque non ſo-
lùm iter, ſed etiã ſemitam. Hoc autem diſtat iter à ſemita, quòd iter latius eſt, ſemita angu-
ſtior, & quidã quaſi callis. Videtur etiam iter propriè dici de via publica, quæ populo debe-
tur: quod ex Iulio Frontino libro de coloniis Italicis intelligi poteſt, quo ſenſu ſemitam tra
mitem priuatum interpretabimur: Græci ἀτραπὸν dicunt, vnde parœmia, cuius Euſtathius
Odyſ. meminit, ὁδοῦ παρούσης τὴν ἀτραπὸν ζητεῖς, Cùm prȩſtò via ſit, tu requiris ſemitã. Plau.
in Curcul. ſemitã accipere videtur pro ea viæ parte, per quam incedunt homines, in cuius
medio aguntur currus & iumenta: quapropter apud eum paraſitus minatur ſe facturũ, vt
obuij capite ſiſtant in viam de ſemita. M. Seruius in i i i i. Aeneidos cõmentario aliter ex-
plicat, nimirũ vt ſemita ſit ſemis via, via actus dimidius, quà poſsit ire vehiculũ: actũ autem
duo capere propter euntiũ, & venientium vehiculorũ occurſum, in qua re diſſentit à Iuriſ-
3 l. ij. ne quid in loc. pub. — conſultis[3]. Sunt† autẽ viarũ aliæ βασιλικαὶ, quas conſulares vocant, aliæ vicinales, quæ ad vi 4
cos ducunt, & ex his vtraque publica eſt: ſicut priuatarũ duplex quoq; eſt ſpecies, agrariæ,
& quæ ad ſeruitutes ſpectant. Sed dubium eſt, via publica ad quem pertineat. Et extat rela
4 c. j. quæ ſint reg. — tum eſſe de regalibus[4], & ideo videretur in ſimplici * conceſſione caſtri eam non trãſferri. 5
5 Barto. l. continuus. §. cum quis. de verb. oblig. — At alibi creberrimè proditur ad ciuitates pertinere[5], & idcirco licere decurionibus lata le
ge eam in priuatum redigere. Ipſe cenſeo viæ† publicæ ſecuritatem ad principem ſpeciali- 6
ter pertinere, eius fundum ad municipes, iuriſdictionem verò ad eum, cui caſtrum ipſum
conceſſum eſt. Et ideo† ſi quis in via publica deliquerit, poſſe ſuppliciũ de eo ſumere quem- 7
cunque, cui ex generali principis conceſſione hoc competat: & ita quidam ex antiquis ſen
ſerunt, & ego ex facto conſultus reſpondi.

SVMMAE.

1 ☞ *Orationum genera, & notæ.* 4 *Hærede indefinitè ad omnes referri.*
3 *Indefinita vniuerſali par: in diſpoſitionibus hominum contrà.* 5 *Filio indefinitè omnes contineri.*

LEX CLVIII.

IN VSVS. Orationũ† alia eſt particularis, vt cùm ſignũ particulare præ- 1
ponitur, quale eſt, quidã, aliquis, vnus: alia ſingularis, vt ſi nomẽ propriũ ei in
feratur: alia eſt indefinita, vt cui nullus terminus præpoſitus eſt. vnde eius ſi-
gnificatio valde ambigua eſt particulariter ne, an in vniuerſum accipienda
ſit. Et cũ ex proferẽtis mẽte id pẽdeat, eã ex ſubiecto argumẽto coniiciemus.
Cõſtat autẽ neceſſariò huiuſmodi ſermonẽ vniuerſalẽ ſenſum nõ accipere, & idcirco * in 2
6 l. non hoc. vbi Iaſ. C. vnde leg. — teſtimoniis nõ fiet hæc interpretatio[6], ſed potius aduerſus eũ, qui produxit, vt non probatũ
7 Bar. l. ſi pluribus. de leg. ij. — ſit, intelligemus[7]. In legibus† autem non ita eſt, & ideo in his indefinita æquipollet vniuer- 3
ſali, cũ legũ natura ſit, vt de vniuerſis conſtituatur. Sed & ſi lex velit homicidã ſummo ſup-
plicio affici, niſi ab hærede pacẽ impetrauerit, omniũ cõſenſum ſi plures adſint, requiri exi
8 l. iiij. §. Cato. de verb. obl. — ſtimo[8]: idque frequẽtius receptũ mihi videtur. At in diſpoſitionibus hominũ nõ æquipollet
niſi verba ex ſui natura generalitatẽ quandã ſignificẽt, vt piſcis, aurũ, argentũ, lana. Idẽ in
hærede



hærede ex communi vſu loquendi: cũ enim plures ſunt hæredes, hæc dictio, hæres, vni ſoli
omnino non conuenit[1], cùm inſolidũ nõ ſit hæres, ſed vnà cũ aliis admittatur, meritò inua — 1 Bar. l. Lucius. §. Sempronia. de leg. iij.
4 luit vſus, vt de omnib. intelligeretur: ſed & ſi† hęres indiffinitè prohibitus ſit, ne alienet, exi
ſtimauerunt plerique de omnibus ſucceſſoribus actum videri. ſi tamẽ generale id nomen
certis finibus contineretur, vt homo, particulariter potius propter ſermonis proprietatem
5 intelligeremus, & mediocris poſſet accipi[2]. In diſpoſitione† quoque ipſi proferenti fauora- — 2 l. legato generaliter. de leg. j.
bili, veriſimile eſt tali ſermone eũ vniuerſaliter prouidiſſe: vt cùm pater filiũ ſuũ ſe inſtitue
re, vel filio tutores dare profeſſus eſt[3]: quòd ſi pluraliter id nominis proferat, tũc vniuerſali- — 3 l. ſi quis ita. de teſta. tut.
ter, & ideo collectiuè ſemper accipitur: vt ſi filios exhęredare ſe dicat, vel cognatis legare[4]. — 4 Raph. d. l. ſi pluribus.

SVMMAE.

2 ☞ *Argentum, omne numi genus, Gallis.* 3 *Aurei æſtimatio & nomina.*

LEX CLIX.

ETIAM AVREOS. Aes ſeparata ab auro argentóque metalli ſpe-
cies eſt, apud antiquiſsimos quoque prius in vſu, quàm ferrum, vt Heſio-
di poëtæ carmen indicat: vnde & pecunia ſolo ære cudi cœpta eſt, hincq;
1 paulatim factum eſt, vt qualiſcunque pecunia, æris* appellatione cõpræ-
2 henderetur: idémque† in tranſalpina Gallia de argento: qualemcunque
enim numorum ſpeciem, ſimpliciter argentum vulgò appellant: nam &
Græcis ἐξαργυρίζειν, quod M. Cicero exargẽtare tranſtulit, in pecuniam redigere ſignificat.
3 Numus† autem aureus, cuius hîc mentio eſt, ſeſtertios æris centum valebat, quod in diſpũ-
ctionibus adnotaui, hoc eſt, denarios argẽtos x x v. Idẽ autem eſt denarius quod drachma.
Sed deinde minoris æſtimationis aureus fieri cœpit, & in Cæſarum conſtitutionibus[5] ſoli- — 5 l. quoties. C. de ſuſcep.
dus appellari, quorum ſeptuagintaduo auri libram cõficiunt: qua ratione cùm aureus, quo
hodie vulgò vtimur, drachmam auri pendat, conſequens eſt, ſolidum drachmam pepen-
diſſe, eíuſque præterea tertiam partem, hoc eſt, ſiliquas ſex. Sanè & Græci χαλκὸν, id eſt, æs
4 pro* quacunque pecunia accipiunt: vnde ἀχαλκεῖ apud Lucillium epigram. i i.

Ἑρμοδότου τὸ δὲ δόγμα τὸ πάνσοφον, εἴ τις ἀχαλκεῖ.
μηκέτι πεινάτω θεὶς τὸ χιτωνάριον.
*Hermodoti hæc dogma eſt, Quiſquis miſer, indiget ære,*
*Philoſophi aſſumat pallia, diues erit.*

SVMMAE.

1 ☞ *Cæteros, ad omnes referri.* 2 *Cætera, vox repetit.*

LEX CLX.

CAETERORVM. Sicut ſuprà vidimus has dictiones, ampliùs, reli-
1 quum, virilem partem, etiam de toto dici: ita de † dictione cæterorũ, ad-
mittendum eſt. & ideo legata Titio optione ſeruorum, & cæteris Sempro
nio relictis, ſi Titius non optet, vel alio modo à legato excludatur, omnes
ad Sempronium pertinebunt[6]: non quòd portio Titij ad illum per ius ac- — 6 l. cùm optio. de opt. leg.
creſcendi deuoluatur, ſed ex vi ipſorum verborum: & ita Pontanus[7] id re — 7 Rom. ſing. xxxv.
ſponſum declarat, & in eo, cui ſuperfluum relictum erat. Raphaël[8] ex facto conſultus idem — 8 Com. conſil. cv.
reſpondit. Deducitur autem hæc dictio, cætera, à græco ἕτερα, id eſt, & alia: & ideo cũ ab-
2 breuiationis† cauſa apponitur, eius virtute cenſentur alia repetita, quæ ex natura, & cõſue
tudine actus requirebantur, obſeruabimúſque hac in re notarij ipſius conſuetudinem: vn-
3 de in re dubia non licebit eius ſucceſſori* abſque iudicis mandato eam clauſulam extende — 9 Bar. l. Gallus. §. ij. ẽ. de lib. & poſt.
re, vt Bar. ſenſit[9]. Sed & vbi de iure neceſſaria eſt ſcriptura, vel expreſsio verborum, non
eſt exiſtimandum ſufficere, quod eius clauſulæ inuolucro tabelliones implicant[10], & ideo — 10 l. j. de his quæ in teſta.
4 nec* iuramentum, nec ſtipulationem in ſe cõtinere videbitur. Sunt & qui plurimũ referre
putent, extenſim cætera ſcriptũ ſit, an præſcriptis notis, &c. quod ridiculum ego arbitror.

SVMMAE.

1 ☞ *Formulam vti opti. max. de vno accipi.* 3 *Supremum de vno dici.*

LEX CLXI.

1 ILLA VERBA. Legauit† teſtator fundum ſuum, quem optimũ maxi
mũmq; habet: dubitatũ fuit, ſi in vno verba hæc locũ ſibi vendicarent: ſu
2 perlatiua* enim de pluribus ſolent dici. Sed † quoniam quandoque etiam
3 ſimpliciter pro poſitiuis accipiuntur, verius eſt ad vnum quoque referri,
idq; prætoris exemplo, qui cùm ſe daturũ bonorum poſſeſsionẽ ſecundũ
ſupremas tabulas edixiſſet, eum quoque admittit, qui ſolis tabulis inſtitu-
tus ſit[11]. Cui exemplo & illud cõuenit, quod Fabius Quinti. quadam declamatione refert. — 11 l. j. §. j. ẽ. de ſecund. tab.

Is cùm lex vltima teſtamenta rata eſſe debere mandaret, vltimum interpretatur primum, poſt quod tamen aliud factum erat, quod iure non valebat: hócque ex voluntate legis eſſe autumat, licet non ex verbis.

SVMMAE.

1 ☞ *Puero puellam contineri interpretatu.*

§. PVERI. Puerum à puritate † dici quidam exiſtimauerunt, quā dictionē etiā de fœmi 1
nis prædicari, Paulus hîc tradit, ſententięque ſuæ duo argumēta adducit, quòd etiamnum
fœminas à partu recentes puerperas vocemus, itémque quòd Gręci vtroque genere ὁ καὶ ἡ
παῖς dicunt. Sed iudicio meo hæ rationes nō cōſiſtunt, cùm puerpera non à puero, ſed à pue
ra dicatur. Veteres enim pueras dixiſſe, vt in Calig. Tranquillus autor eſt, & M. Varro, No-
niúſque Marcellus indicant, vnde diminutiuum puella. nec Gręcorum exemplo quicquam
moueri poſſumus, cùm apud eos παῖς commune nomē ſit, vt ipſe ait, & Theocriti carmine
in Syracuſis admonemur:

Καλλίςα παίδων πέρα θλῶ παντα τελέϛ.

Latinorum nemo puerum fœminino genere protulit. Satius eſt ergo id reſponſum per eā interpretationem ſimpliciter accipere, qua maſculinum concipit fœmininum.

SVMMAE.

1 ☞ *Ventris cauſa duplæ non agi.* 4 *Vectigal venter non auget.*
2 *Venter non auget.* 3.

LEX CLXII.

NON EST PVPILLVS. Qui † in vtero eſt, pupillus non eſt, ſed vi 1
ſcerum matris quædā portio: & ideo, ancilla prægnāte vendita, ſi partus
euincatur, non agitur duplæ: quia non videtur magis in contractu ad par
tū habitus reſpectus, quā ad quoduis aliud inteſtinū [1]. Hinc eſt conſequēs,
vt † nō ideo pretioſior ſit ancilla, quòd prægnās ſit: quamuis enim aliqua 2
ſpes lucri inde domino ſubeſſe videatur, contrario tamē detrimēti peri-
culo eliditur. Quid enim, ſi ancilla abortiret? cùm præſertim parturiēs mulier cēſeatur in
periculo mortis eſſe [2]. Meritò ergo † in legis falcidiæ cōputatione propter ancillæ vētrē hæ- 3
reditas nō augetur [3], quod periculū in brutis tā frequens nō eſt. Si tamē cariore pretio pro-
pter partū quis ancillā emat, quod ex ea natū erit titulo oneroſo habere videbitur [4]. Sed &
ſi fur matrē ſuſtulerit, partū quoq;, qui apud eū cōceptus eſt, cōtraxiſſe videtur, vnde neque
eū vllo tēpore per poſſeſsionē acquirit, quod ſuprà adtigimus [5]. Et ex his cōſequēs eſt, ſi mu
lier prægnās in exiliū acta ſit, filiū ibi natū nō videri exulē [6]. Sed & legē Corneliā aduerſus
homicidas latā, verius eſt nō procedere in eo, qui abortionē procurauit: tametſi alij aliter
ſenſerint [7]. Illud † quoq; traditū eſt, ſi lex portorij vectigal pro quocūque animali imponat, 4
pro eo, quod in vtero eſt, nihil ſoluendū eſſe: nā & huiuſmodi in cenſum non refertur, & in
hoc omnes cōſentiūt. Sanè Iuriſcōſultus pupillū hîc videtur lata ſignificatione accipere,
pro quocūq; infante. Accurſius tamen etiā propriè accipit, & ideo infert, tutores † pupillis 5
ſuis datos non videri ventris tutores fuiſſe, ſi infans non naſcatur: cuius ſentētia vera eſt [8].

1 l. ſi prægnans. de euict.
2 Abb. c. paſtoralis. in fi. de offi. ord.
3 In l. fal. placuit. ff. ad leg. falcid.
4 l. quod ſi ex Pamphil. de lega. ij.
5 l. partum. §. eo.
6 Bar. l. in ſeruorum. de ſtatu hom.
7 Felin. c. ſicut. de homic.
8 l. cum pater. de neg. geſt.

SVMMAE.

1 ☞ *Supremum ad vnum referri poſſe. in reciproca ſubſtitutione contrà.* 2.
4 *L. In vulgari. ſenſus.*
5 *Supremi ſubſtitutio variè accipi.*

LEX CLXIII.

IN VVLGARI. Inſtituit † teſtator filiū, quē habebat, & quoſcūque 1
habiturus eſſet, eíque qui ſupremus morietur, Seiū ſubſtituit: dubitari po-
tuit, ſi alios filios nō habuerit, an Seius illi ſaltē, quē tū, cùm teſtaretur, ha
bebat, rectè ſubſtitutus videretur: Et exēplo legis XII. tab. rectè ſubſtitu-
tum defendit [9]: quoniā in ea lege ſupremus dicitur, qui vnicus fuit: ſatíſq;
eſt, vt † vltimus quis cenſeatur, qui poſt ſe neminē habeat, etiāſi à nemine 2
quoq; præcedatur, quod & ſuprà latiùs attigimus. Sed * in hac ſpecie dubiū eſt, ſi plures ille 3
filios haberet: an inuicē ſubſtituti viderentur [10]? & receptū eſt, cenſeri legitimæ ſucceſsio-
nis inter plures cohæredes ius reſeruatū, niſi vltimo decedenti in omni hæreditate ſubſtitu-
tio facta ſit [11]: nō enim qui ſupremus moritur, omnē hæreditatē reſtituere poteſt, niſi ipſe eā
habuerit: at habere eam non poteſt, niſi viciſsim eos grauatos dicamus. Sunt qui idem eſſe
opinantur [12], cùm ita verba concepta ſunt, vt poſt mortem omnium reſtitutio facienda ſit,
tametſi expreſſe dictū non ſit, vt qui vltimus moriatur, reſtituat [13]: quod rationem in ſe vllā
non habet: nō ergo vltimus omnium portionem, ſed eo in caſu vnuſquiſque ſuā reſtituet.
VVLGARI. Accurſius interpretatur, id eſt, pupillari. Ego † aliter ſentio: cùm enim 4
teſtator filiis inſtitutis, ei, qui ſupremus morietur, ſuſtituit, ſi vnicus ille ante aditam hære-
ditatem

9 l. qui duos. de reb. dub.
10 l. vel ſingulis. §. de vulg.
11 l. Titia Seio. §. ij. de le. ij.
12 Socin. l. hæredes. §. cum ita. ad Treb.
13 Arg. l. codicillis. de vſuf. leg.



ditatē decedit, ſubſtitutus ex vulgari admittetur: ſi poſt aditā, antè tamē, quàm pubes eſſet,
ex pupillari: vnde à principio ea ſubſtitutio ſatis poteſt vulgaris appellari. nec obſtat qđ ex
vulgari ei nō ſuccedatur, ſed teſtatori, quia pronomē illud pro ſuperuacuo habetur, ídque
5 Albericus probat [1]. Sed † quid ſi dictū ſit, mihi & ei, qui ſupremus morietur, Seius hęres eſto?
Et adhuc opinari quis poſsit, de vulgari & pupillari ſubſtitutione ſolum egiſſe teſtatorem
vt ordinem coniuncta denotet, quaſi ſibi ſubſtituerit, ſi filius hæres non erit, & filio ſi hæres
erit. Quidam etiam fideicommiſſariam contineri aiunt, vt Pontanus & Iaſon [2], & in ele-
ctione ſubſtituti eſſe, directè an per fideicommiſſum hæreditatem vendicet; quæ ſenten-
tia propter veriſimilem teſtatoris voluntatem adiuuanda eſt.

1 l. j. in prin. de vulg.
2 Iaſ. l. pen. C. de imp.

SVMMAE.

1 ☞ *Humanitus accidit, morte.*

1 §. SI QVIS ITA. Humanitus † accidere, eſt mori [3]: & ita docti ſolent loqui. Sed te-
ſtatores ex vulgi ſermone, qui conciſior eſt [4], & breuior, ſimpliciter accidere, & continge-
2 re, pro vita defungi accipiunt: vltimus enim, qui homini eueniri poſsit caſus * eſt mors: me-
ritò illa conditio, ſi quid acciderit, de morte intelligitur [5]: alioquin propter generalitatem
nullius ferè momenti eſſet. Sed an mors ciuilis hoc quoque caſu ſufficiat, vt quia in exilium
quis miſſus ſit? & Baldus [6] de ea ſentire contrahentes non arbitratur. Hinc argumentum ſu
3 mi * poteſt, imperiti teſtatoris verba ex vulgi conſuetudine declarari; quod & Socinus [7] in
ea ſpecie annotauit, cùm filiū quidā viuum & mortuū relinquere ſe Titio in teſtamēto di-
xiſſet: interpretatus eſt enim, Titiū viuēti tutorē datū, mortuo hæredē [8]. Sed huiuſmodi ver
bis hæreditatē dari periculoſius eſt, quàm vt ego adfirmare auſim, cùm & curā mortui ge-
rere quis poſsit, dum pompā funeris, ornatū ſepulchri, parentaliáque huiuſmodi procurat.

3 Inſtit. de do. in prin.
4 l. publica. de poſ.
5 l. vxorē. §. Seia. de leg. iij.
6 Bald. in rub. C. de poſ.
7 l. qui duos. de reb. dub.
8 Lancel. l. centurio. in fin.

SVMMAE.

1 ☞ *Poſthumum variè accipi.* 4 *Interpretatio ex cauſis ceſſat.*
2 *Filiabus poſthumas ineſſe.* 5.

LEX CLXIIII.

1 NOMEN FILIARVM. Poſthumus † propriè intelligitur, qui patre hu-
mato natus eſt: ſed & qui poſt teſtamentum natus eſt, largo modo poſthumus
2 dicetur [9]. Sed † pone teſtatorem de filiabus aliquid diſpoſuiſſe, an de poſthu-
mis quoque actū cenſebimus? Et dubiū nō eſt, ex proprietate ſermonis poſt-
humas ea appellatione contineri: ſed quia earū meminiſſe non videtur, neq;
cogitaſſe vt poſthumæ naſcerentur, ad futuros poſt mortem ſuam filios reſpexiſſe non cre
3 ditur [10]: & ideo propriam * ſignificationem ex interpretatione reſtringimus: quæ interpre-
4 tatio locū non habet † cùm contrariis coniecturis prior præſumptio tollitur, vt ſi in parte te
ſtamenti poſthumarum mentionem fecerit: non enim oblitus videri poteſt, qui aliqua in
parte poſthumam commemorauit. Idem ſi neceſſariò poſthuma admitti deberet, vt in inſti
tutione, teſtamentum enim corrueret. Quod & dicendum eſt, cùm filiabus tutores [11] † quis
deſignat. vtilis enim hîc actus poſthumæ eſt, nec hæreditati damnoſus: vnde propter fauo-
rem de poſthumis quoque actum credimus, & vim verborum obſeruamus: Sanè qui poſt te
ſtamentum naſcitur, indiſtinctè admittendus eſt, ſi tamen teſtator eū natum eſſe ſciuit: cum
enim nihil mutet, declarare videtur, de eo quoque ſe intellexiſſe; & hoc Bar. probat [12].

9 l. iij. §. j. de iniuſt. rup.
10 l. qui filiabus. de leg. j.
11 l. ſi quis filia. de teſta. tut.
12 l. ſi cognatis. de reb. dub.

SVMMAE.

2 ☞ *Portiuncula etiam ſpectanda.* 6. *ex cauſis cōtrà.* 3. 5 *Pars in electione dimidia.*

1 §. PORTIONIS. Portio * videtur mihi de qualibet parte dici. Quapropter † cùm lex
4 in totum vel pro parte aliquid recipi vetat, qui vel minimū recipit, pœnæ reus eſt [13]. Et em-
phyteuta qui particulare damnum tolerare, ſuóque periculo ferre debet, qualecunque erit,
feret [14]. Et facultas rem à ſocio venditam luendi, illi, qui in ea partem habeat cōpetens, vel
3 ei, cuius ſit, milleſima non denegabitur [15]. Quoties † autem veriſimile non eſt, de minima re
actum eſſe, vt quia diſpoſitio nullius redderetur momenti, veluti in eo, qui partem fundi
promittit [16], vel alio ſimili dubióque caſu, de dimidia accipiendum eſt [17]. Vnde qui partis
4 bonorum * vſumfructum legat, de dimidia intellexiſſe videtur. Et cùm quis ab altera ſe
5 parte † electum ait, nō minus, quàm dimidia ſit, intelligemus [19]: alioquin, quæ in pauciore
6 numero eſſet, cùm nullius momenti haberetur, alteram nihil impediret. Quòd † ſi por-
tiunculæ mentio fiat, vel alicuius, vel quantæcunque, vel certæ partis, verius eſt etiam de
minima intelligi [20]. Idem ſi quantula, vel minuſcula ſcriptum ſit [21]: niſi ad certam aliquam
iuris diſpoſitionem ſe referant, ex ſubiecta enim materia interpretationem recipiūt. Qua
7 propter qui in teſtamento ſextam partem * hæreditatis ſuæ relinquit, ſextam aſsis legaſſe
intelligetur, ídque Bar. viſum. Quod in hæreditate procedit, quàm lex in duodecim partes
diuidit:

13 c. auaritiæ. in fi. de elect. libro vj.
14 l. j. C. de iure emphyt.
15 Bal. l. j. C. de com. ſer. ma.
16 Gl. l. cum poſt. §. gener. de iure dot.
17 l. planè. in fi. de leg. j.
18 l. etiam. de vſufruct.
19 gl. c. ſi prius quàm. xxviij. diſt.
20 Bar. l. ij. C. quand. & quibus. lib. x.
21 l. qui cōcubinā. §. j. de legat. iij.

1 Ang. l. defuncta. de vſufr. diuidit:in aliis verò rebus Angelus diſſentit[1], quod & nos probamus. Quapropter ſi duas
partes rei petieris,non duas ex aſſe,ſed ex tribus partibus petiiſſe videberis.quòd ſi ſex par
tes dari teſtator voluerit,dubium nō eſt ſemiſſem deberi.Qua ratione ſi vnam partem hæ
2 Bart. l. interdum. de hær. inſtit. reditatis relinquere ſe dixerit[2],de vna vncia intelligendum videtur.

S V M M AE.

1 ☞ *Effectum variè & ex re cenſeri.*

§·HABERE. Regula eſt generalis,quam alibi adtigimus,Verba cum†effectu accipiē 1
3 l. aliud. l. cepiſſe. hoc titu. da eſſe[3].Is * autem eſt effectus,vt ex perſona ſua quis habeat:vt deductis oneribus,lucrum 2
illi ſuperſit:vt momentanea non ſit acquiſitio:quæ ſi non interueniant,habere quis propriè
& ſtrictè non videtur.Effectum quoque ea reſpicere exiſtimantur, quibus actus alicuius ſit
4 c. ſi ciuitas. de ſent. excō- mu. in vj. momenti,non autē eluſorius remanet[4].Sed & vt lex rebus ipſis,non verbis impoſita cēſea-
5 l. ij. C. comm. de leg. tur,ad effectū pertinet[5].In iure quoque lectum eſt,vim pro effectu*accipi:vt apud Marcel- 3
6 l. qui decem. §. ſtichum. de ſolut. lum[6],ei qui hominē ſtipulatus eſt,promiſſor eum dando,qui tunc illi ſeruierat,liberatur vi
ipſa.Sic & Corn. Tacitus lib. x i i i. Vectigal mācipiorum remiſſum magis ſpecie, quàm vi.
Cuius locutionis ratio eſt,quia vis à græco βίη deſcēdit, cuius contrarium & κατ' ἀντισοίχιον
eſt ius.Vnde ad differentiā eius,qđ ipſo iure fit,dicimus aliquid in effectu, vel vi ipſa factū.

S V M M AE.

1 ☞ *Perueniſſe quid ſine onere dici.* 4 *Oneri incumbentia.*

LEX CLXV.

VENISSE. Ad † hæredem id perueniſſe exiſtimandum eſt, quod dedu- 1
ctis oneribus peruenit:hócque exemplo legis falcidiæ rationē inibimus.
Ad legatarium verò, qui fundum accipere, & decem hæredi dare iuſſus
eſt,totum fundum iure legati perueniſſe interpretabimur[7],& hoc quan-
7 l. ad veterani. ad leg. falc. tum ſit ad hæredis falcidiam,qui x. illa conditionis * implendæ cauſa ſibi 2
data computare non tenetur:alioquin verum eſt,huiuſmodi legatarium
8 l. non amplius. de leg. j. in toto fundo lucratiuum titulum non habere[8]. Et hinc generalis regula colligitur, eate-
9 Deci. conſil. clvj. nus habuiſſe*quemlibet videri,quatenus,deductis oneribus,remanet[9]. Hinc ſi quis ſacer- 3
dotium valoris centum aureorum impetrauerit,illud obtinere poterit, quod ducentis cen-
ſeatur,ſi deductis oneribus ſola centum ſint reliqua:quod & in portoriorum legibus obſer-
10 Iaſ. d. l. non amplius. uandum eſt.Habetur autem in his oneribus† & medij temporis vſurarū ratio[10], & cuiuſli- 4
bet pecuniæ,quæ pro re ipſa effundatur,quale eſt ἑρμωδυτικὸν,id eſt,proxenetæ merces,ha-
ſtarúmque ſolennium impendia, & ſi qua ſimilia. Sanè cùm lex exactionis effectum non
reſpicit,ſed petionis modum,aliud dicendum eſt: vt ſi actorem mandet duos aureos in ſin-
11 l. cum quædam. de iuriſd. om. iud. gula centum,quæ petat pro ſportulis,deponere,ſacramentóque ſic cōtendere[11]:nihil enim
refert,quòd reus ita inops ſit,vt etiam ſi vincatur,petitam ſummam ſoluere nequeat.

S V M M AE.

1 ☞ *Vrbanum à ruſtico qualitate diſtingui & conſuetudine.* 4 *Inſulæ: & earum vſus.*
2 *Diſpenſatoris officium.* 5 *Numerum variè accipi.*
3 *Villici officium.* 6 *Seruorum genera.*

LEX CLXVI.

12 l. queadmodum. de ſupp. leg. VRBANA. Vrbana mancipia† non loco,ſed genere vſus cognoſcuntur[12], 1
& à ruſticis ſeparantur: vnde qui rationes villicas diſpenſat, & de cibariis
prouidet,in ruſticis computabitur:at qui inſulas cuſtodiunt,vrbani exiſtima
buntur.cùm tamen dubitamus,quid paterfamiliâs ſenſerit,ex eius conſuetu
13 l. ſeruis vrbanis. de le. iij. dine deprǽhēdemus[13]:cuius rei & ex rationibus,libelliſque eius,aut vicario-
rum,qui vel ruſtica curant,vel vrbana,certiores fieri poterimus.
DISPENSATOR. Seruus†eſt qui impēdia domus curat,& victui præeſt:huic ob- 2
ſonatores,piſcarij, coqui, ídque genus ſerui parent. Sumpſit nomen ab expendendo pecu-
niam,vel quòd rationes diſpendat,id eſt,procuret,& conſideret,calculúmque ducat. hi vt
plurimum in vrbe degunt.
VILLICO. Villicum†M. Cato,& L. Columella pro eo ſeruo accipiunt,qui ruri præ 3
eſt,& agriculturam ruſticáſque operas curat,eíſque ſecundum domini vtilitatem præcipit
huic ſerui ipſi agricultores ſubiiciuntur.
INSVLARIVS. Recentiores quidam inſularium accipiunt ſeruū, qui propter ali-
quod delictum in compedibus opus faciat,in inſulámq; relegatus ſit:quod falſum eſt:inſu-
14 l. ſi ita. de vſu & hab. larius enim ſimpliciter ſeruus accipitur inſulæ cuſtos,cuius rei Pomponius autor eſt[14].In-
ſulas † autem Feſtus interpretatur domos quæ vicinorum communibus parietibus non cō 4
iuguntur,ſed quoquouorſum vel priuata vel publica area ambiuntur. Quam ſententiam
ſunt



ſunt ex recentioribus qui improbent:quoniam ex P. Victore conſtat, longè plures Romæ
inſulas,quàm domos fuiſſe: quod veriſimile non eſſet, ſi hoc ſignificatu inſulæ acciperen-
tur. Quapropter ipſi interpretantur inſulas eas ædes eſſe, quæ inquilinis locari ſolerent:
quod & ipſe probarem,ſi aliqua hoc etymologiæ ratio ſuaderet. Feſti igitur opinionem ſe-
quor, quæ ex Corn. Taciti libro x v. confirmatur.Is propter crebra incendia, cum multi
aquæductus in vrbem deferrentur, à Nerone excogitatum tradit, vt aqua priuatorum licē
tia intercepta,quò largior & plurib. in locis haberetur,in publicum flueret, ædificiáque nō
communione parietum,ſed propriis quęque muris ambirentur,canalibus ( vt opinor ) eis
in parietibus additis,vt reprimendis ignibus aqua facilius decurreret: hinc inſulæ nomen 1 l. iij. §. effracturæ. de offi. præf. vigi.
deductum.Erant autem non modò ab incendiis tutiores[1],ſed etiam à furibus,qui per tegu-
las commeare in eas non poterant:ideóque in eis pretioſiora quæque reponebātur, vt quæ
ſolius effracturæ periculo ſubiicerentur.
5 NVMERO. Numerus † etiā ordinem & turmam ſignificat[2]: vnde numeri militum 2 l. j. in fin. de bono. poſſ. ex teſt. mil.
dicuntur:hinc & numerus familiæ.Obſeruandum igitur erit, an paterfamil. in ordine &
conſortio ruſticorum ſeruorum aliquem haberet,an verò vrbanorum.
6 VICARIIS. Serui †ordinarij dicūtur,quibus peculium dominus conceſsit,negotia
ríque ſinit[3].Vicarij ſunt,qui ordinarij vices gerebāt, quidámque quaſi ſubinſtitores. Igitur 3 l. ſi ſeruus. §. de pecul.
ſi ordinarius vrbana,ruſticáque negotia pertractaſſet,habuiſſétque alios vicarios vrbanis
alios ruſticis,qui ſeruus in ruſtici vicarij famulitio erit,ruſticus cenſebitur. Martialis:

*Eſſe ſat eſt ſeruum,iam nolo vicarius eſſe:*
*Qui rex eſt,regem Maxime non habeat.*

S V M M AE.

1 ☞ *Pernoctare officialibus non licere.* 3 *Per, variè accipi. 6.*
2 *Lex xij. Tab. explicita.* 4 *Tempus ictus ſpectandum in iuriſditione.*

1 §·PERNOCTARE. Qui†prouinciæ præeſt,extra eam etiam voti ſoluendi cauſa
pernoctare non poteſt[4].Quæritur,quid ſit pernoctare: & integram noctem ſignificari Iu- 4 l. illud. de off. præſid.
riſconſultus ait.Sic Flamen Dialis quoties valetudo aduerſa incidiſſet, non vltra binoctiū
2 pernoctare poterat,vt Tacitus lib. i i i. ſcribit.Sic & in lege * x i i. tab. quæ trinoctio abno-
ctaſſet,vſurpabatur,vt ex Q. Mutio A. Gellius lib. i i i. tradit.Id autem dictio per, incompo
3 ſitione†demonſtrat,quæ vox ad integram noctem refertur,vt hîc ait Iuriſconſultus. Quo
4 argumento,ſi lex prætori†in delictis ſui officij tempore perpetratis iuriſdictionem mādet,
cùm prioris tempore quis vulneratus à ſicario eſſet,& ſub ſucceſſore periiſſet,reſponſum à
quibuſdam eſt,neutri ius cognoſcendi eſſe, cùm integrum delictum neutrius tempore fa-
ctum ſit,perpetrare autem ad totum refertur[5].Sed hæc deciſio vera non eſt:qui enim lethi 5 Alb. hîc.
ferè percuſsit[6],quod in ſe eſt,omne delictum perfecit, & ideo ad primum magiſtratum ius 6 l. fi. §. ſic autē. de bon. eor. qui ſib.
coërcitionis pertinet[7].Sanè hoc exemplo & pernox luna dicitur, quam Græci παννύχιον 7 l. diuortio. §. ſi vir. ſol. ma. tri. Alex.
5 vocant. Sic & peregiſſe*reum dicitur,non qui ſolūmodo detulit,ſed qui condēnauit[8]: quo 8 l. ij. de adult.
exēplo & perennare dicimus,& perhibere,& perlegere,& perferre,& percipere:hæc enim
6 omnia ad quandam integritatem,perfectionémque referuntur.Tametſi † non negauerim
in compoſitione eam dictionem aliter quoque accipi,vt cùm perfidum periurum dicimus:
itémque perpluere,perſpicuus:& rurſus perpauci, pertinax:ſed & perorare dicitur, cui fi-
nis orandi demandatus tantummodò eſt.

S V M M AE.

1 ☞ *Materia confectum eâ non contineri. nec verſa vice.* 4 *Nucleum ex ligno non eſſe.*
5 *Βάλανον variè accipi.*
2 *Ligni acceptio varia, & vſus.* 6 *Palmæ genera, vſúſve.*
3 *Ligna non ex ligno facta.* 7 *L. Carbonum. explicari.*

LEX CLXVII.

CARBONVM. Materia rei appellatione, quæ ex ea conficitur, non
venit. Vnde qui † carbones dicit, de lignis non intelligit, qui libros, de
1 chartis:qui calcem,de lapidibus: quamuis ex lignis carbones, ex chartis
libri,ex lapidibus calx conficiatur:ídque & Accurſius, & quadam diſpu-
tatione Pylleus probant. Econuerſo nec appellatione materiæ, quod ex
ea factū eſt,cōpræhenditur,ſi ſpeciali nomine nuncupetur, niſi eiuſmodi
ſit,quod effectū eſt,vt in materiā ſuā redigi rurſus poſsit[9],quale eſt argentū factum,vel ali- 9 l. quæſitū. §. illud. de le. iij.
2 ter mentē teſtatoris coniiciamus.Hinc eſt,quòd ligni†appellatione, id ſolùm continetur,
quod cōburendi cauſa paratū eſt[10],& à ſolo diuulſum, & alio ſpeciali nomine nō appella- 10 l. ligni. de leg. ij.
tum,niſi vel teſtatoris volūtas,aut cōditio,vel regionis natura aliud ſuaderēt.Quo exēplo

cùm omnia nemora quis locaſſet,reſpondit And.Siculus[1], de eo non cenſeri actum, quod
materiæ cauſa haberetur,cùm id in alium elegantem vſum deſtinatum eſſet.Sed hac in re
planè μάταιος eſt,& Siculis gerris vaniora conſcribens.

1 Barba.conſi.xxvj.in ij.

MATERIAM. Sic propriè ligna appellantur,quæ ædificiorum cauſa, vel alterius
operis habentur:inde materiarij fabri.Hîc autem de materia intelligit, quam idcirco quis
præparauerat vt carbones conficeret:hi in antiquorum eulogiis[2] græca voce dendropho-
ri appellantur,quòd arborem ferunt & torrent.

2 l.ſi.de iur.immu.

LIGNORVM. Sunt ligna propriè,quæ comburendi cauſa habemus:vnde materia
carbo num,cùm in alium vſum principaliter habeatur,non intelligitur lignum eſſe.

GENVS. Cùm†enim ſpeciale nomen titiones,ſulphurata,faces,& nuclei habeant, 3
non videtur quiſquam ligna nominans,de eis intelligere. Sunt autem ſulphurata tenuiſſi-
ma ligna ſuphure vtrinque illita,ad accedendas lucernas, quorum & Martialis meminit,
nos vulgò ſulphuretos vocamus.

NVCLEIS OLIVARVM. Hi†enim ab antiquis oſſa oliuarum appellantur,vt 4
meritò,pro lignis habendi non ſint.quod & in cæteris dicendum eſt,quales ſunt glandium
nucum, amygdalarum, & ſi qua ſimilia.Idémque in vinaciis ſtatuendum, cùm acini non
ignibus tantùm,ſed & paſcendis columbis vſui eſſe ſoleant.

BELLARIIS. Antiqui codices balanis habent, & caſtigatiùs. Significat † βάλανος 5
glandē generali nomine,ſed ſpecialiter de palmulis,quas vulgò dactylos vocamus,accipi-
tur: palma enim in Aegypto & Syria eos fructus fert, guſtu ſuauiſſimos, vt bellaria omnia
præcellāt.Sunt bellaria,quæ ſub finē cōuiuij adferūtur,& ſecundæ menſæ appellantur.Iu-
lius Pollux†palmā aliam marem,aliā fœminā arbitratur: & fœminæ fructus ex Herodoti 6
Xenophontíſque ſententia propriè balanos dici:propendent autē ab inuolucro, cortico-
ſóue operimēto,quod elatē ſeu ſpathen vocant,& ipſum magni in medicina vſus, vt Gale
nus oſtendit, tametſi hodie in eis regionibus nullum alium, quàm ignibus vſum præſtet.

PINV. Nil aliud eſt pinus,quàm picea excultior:eius nuces ſtrobyli, cocali, coni, &
Latinis nuclei vocantur:qui pinei ſunt detrahuntur guſtatu idonei, & medicina vtiles. At
Iuriſconſultus hîc†cùm integros ſtrobylos dixit,de pinu agreſti,vel picea intellexiſſe vide 7
tur,qui caſſi & cibo inutiles ſunt,ideóque à cono non diuelluntur, ſolis ignibus aptiſſimi.
Poteſt & de nuce ipſa pinea domeſtica intelligi: in quibuſdam enim regionibus ita abun-
dat, vt eius fructus nulla ſit æſtimatio: nam de ea ſtrobylos ſpecialiore ſignificatione dici
ex Dioſcoridis lectione obſeruatum eſt,qui lib. I. cap. LXXXV. itémque cap. LXXXIX.
στρόβιλον pro pinu accipit, πίτυν pro picea, πεύκην pro tæda, quæ congeneres omnes arbo-
res ſunt. Sanè vbi nucis pineæ fructus in pretio ſit, non opinarer legatis lignis * ſtrobylos 8
eius integros contineri:ſed tum deberi,cùm fructus exempti fuerint.

SVMMAE.

1 ☞ *Pedamentorum genera, & vſus.* 2 *Lignis legatis pedamenta non niſi inutilia deberi.*

LEX CLXVIII.

PALI. Pedamentorum,† quæ vitium adminicula ſunt,tria ſunt genera: 1
vnum robuſtū ſeu fiſſile ex quercu, vel iunipero,quod appellatur ridica:
alterum eſt è pertica,qui palus dicitur,hícque teres eſt:tertiū ob inopiam
ex harundineto ſumitur,ſícque M.Varro, & L. Columella tradiderunt.
Hæc pedamenta,quæ & ſtatumina vocantur,lignis†legatis nō continē- 2
tur,quoniam in materia ſunt,& aliū vſum,quàm ignis præſtant:Putaue-
rim tamen,cum propter vetuſtatem amplius in vineæ vſu eſſe non poterunt,præſtanda:nā
ratio Pauli tunc locum non habet: nec enim ampliùs in numerum materiæ rediguntur,
imò tunc ſolent patres familiarum eos palos comburere.

SVMMAE.

1 ☞ *Fundus uti opti.maxi.ſeruitutis,oneriſve expers.* 2 *Venditor onera exprimat.*

LEX CLXIX.

NON TANTVM. Qui†fundum tradit,vendit,legat,ita vti optimus 1
maximúſque eſt,non illi quidem ſeruitutem deberi ait, ſed nemini eum
debere:qua de re ſuprà à nobis tractatū eſt.Sed quid, ſi fundus ea cū clau-
ſula vēditus,obligatione aliqua propter munera publica affectus ſit?Et ſi
vēditor ſciēs emptorē eius obligationis nō admonuerit,Aretinus[3]reſpon
dit, quanti minoris emptor comparaturus rem erat, poſſe venditorem
conueniri,nec eius adiectionis prætextu excuſari.Sed & Paulus Caſtrenſis[4] non imputa-
ri hoc caſu emptori exiſtimauit,ſi cùm generaliter ſciret fundum obligatum, minimè di-
ligentiam adhibuit, vt quantitatem,ſummáq; debitæ pecuniæ certius exploraret: cùm
enim † eius declaratio ad venditorem pertineat,tutò negligere potuit, qui ius ſuum non 2
diminui ſciebat[5],niſi ſpecialiter fuiſſet admonitus.Erat autē clauſula hæc* & in contracti- 3
bus,

3 Conſi.cv.in fin.

4 Conſil.cxcv.in j.in nouiſ.

5 l.ſicut.§.nō videtur.ff.qui bus mod.pig.



bus[1],& in teſtamentis apponi ſolita,quod & antiqua inſcriptio oſtendit, quæ in Gratiano
oppido Montisferrati ita legitur: V.F.T. VECTIVS T.L. HERMES SEPLACIARIVS, MA-
TER GENVIT, MATER RECEPIT, HI HORTI ITA VTI OPTIMI MAXIMIQVE
SVNT, CINERIBVS SERVIANT MEIS: NAM CVRATORES SVBSTITVAM, QVI VE-
SCANTVR EX HORVM HORTORVM REDITV NATALI MEO, ET PRAEBEANT
ROSAM IN PERPETVVM: HOS NEQVE DIVIDI, NEQVE ABALIENARI VOLO.

1 l.Iulianus.§.idem Iulia.ff. de actio.empt.

SVMMAE.

1 ☞ *Hæredes quiuis onera præſtent.*

LEX CLXX.

1 HAEREDIS. Hæres†meus Seio centum dato, primus hæres non adiuit
an ſubſtitutus, ſi adeat, tenebitur? Et dubium non eſt ad quoſcunque gra-
dus hæredis nomen pertinere[2],tum omnes quoque ſucceſſores intelligi, ſi
ue Iure Ciuili,ſeu prætorio,ſiue directè,ſiue per fideicommiſſum ſuccedāt:
ſed & qui particulariter ſuccedit,ſeu in certa re, hæredis appellatione cō-
tinebitur[3],dum vel materia fauorabilis ſit,vel res eiuſmodi ſit naturæ, vt
in ſingularem ſucceſſorem tranſeat.Sed & cùm quis ſibi & quibuſcunque hæredibus paci-
ſcitur,de particulari quoque accipiēdum erit[4].Idem ſi hæredibus,& ſucceſſoribus dictum
2 ſit[5],vt*geminatio alicuius ſit effectus,nec alterum videatur ſuperfluum[6]. Sed in hoc qui-
3 dam diſſentiunt,cùm hæredes de iure ciuili*ſucceſſores de prætorio intelligere poſſimus[7],
quod non probo:qui enim ſic contrahit,non modò ſucceſſiones,ſed effectum conſideraſſe
videtur.Adde,quòd cùm hodie eo iure prætorio ferè nunquam ſuccedatur, non eſt veriſi-
mile in frequentis caſus mentionem factam:nam & ſi hæredis tantùm mentio facta eſſet,
ſatis hoc reſponſo apparet bonorum poſſeſſoris habitam rationem. Verior itaque prior eſt
ſententia,quam de facto conſultus, Alex.approbauit[8].

2 l.hæreditatis.ff.eod.

3 l.in conuentionalibus.ff.e.

4 Rom.l.in tēpus.de vſuca.

5 l.fluminū.§.j.de dam.inf.

6 Iaſ.l.quidam.§.j.de eden.

7 l.ſtip.iſta,habere.in prin. de verb.oblig.

8 conſi.cxciij.in ij.

SVMMAE.

1 ☞ *Arrogatum liberti hæreditatem arrogāti quæ-rit obliquè.* 3 *Peruenire,varia acceptio. 4.5.* 6 *L.perueniſſe.ſenſus.*

LEX CLXXI.

1 PERVENISSE. Per†rogationem adoptauerat quis filiū,qui cuiuſdā
liberti patronus erat,cauerátque,quod ad eum filium perueniſſet,eo im-
pubere defuncto,his ad quos ea res pertinere potuiſſet, reſtiturū:dein-
de is filius liberto ſuo ſucceſſit,quæ hæreditas ex regula iuris nec momen
to quidem in eius perſona non conſtitit[9], ſed protinus patri quæſita eſt:
fuit dubitatum,an ad filium hæreditas perueniſſe diceretur?Et dixiſſet a-
liquis,non videri perueniſſe:huiuſmodi enim verbum cum effectu accipitur,& dictio Per,
2 illi addita,perfectionem†quandam acquiſitionis denotat[10].ſed tamen in propoſito caſu a-
liud dicendum fuit,non eo ſolùm argumento, quòd etiam ſi cautio nulla interpoſita fuiſ-
ſet,nihilominùs ea hæreditas reſtituēda erat,quia ipſius filij reſpectu,non autem patris de-
lata videretur[11]: ſed hac etiam ratione, quia verba ſtipulationis hoc inferunt: perueniſſe
3 enim†ad me dicitur,quod per me ad alium peruenit,dum ille iure meo nitatur,vt ſuperiùs
à nobis expoſitum eſt.Idem ſi culpa mea peruenerit.Exēpli cauſa:Conſtitutū eſt,vt præfe-
ctus pro apparitorib.ſuis in id teneatur,quod ad ſe peruenerit:ſi aliquid peruenerit, quāuis
4 amplius nō habeat,vt quia per iniuriam amiſit,nihilominùs tenebitur[12].Alibi†quoq; pro-
ditū eſt,id ſolùm perueniſſe videri,quod deductis expēſis ſupereſt,ídq; in vēditore hæredi-
tatis[13],qui,quod ad ſe peruenit,tradere tenetur,reſpōſum eſt.Dubitatū quoque extat, an,
5 peruenire†verbū in ſubſtitutionibus directū ſit,an ſolùm fideicōmiſſi vires habeat? & nō
eſſe directū frequētius traditū eſt[14],niſi additū eſſet,vt eo ipſo perueniat,vel pleno iure,vel
liberè:huiuſmodi enim verba eius ſunt effectus,vt hæredis manus expectanda non ſit. Sa-
6 nè†hoc in contextu adnotanda eſt conſtructionis forma, qua Iuriſconſultus acquiſitam à
liberto hæreditatem,id eſt,de liberto dixit:ſicut cū nos à quæſtoribus acquiſiuiſſe mancipiū
dicimus,hoc eſt lucri feciſſe,vel comparaſſe. Accurſius conſtructionis huius nouitate mo-
tus, ὑπόθεσιν,ſeu facti ſpeciem aliam fingit:quam adeò non probo, vt eam referre diſtædeat.

9 l.placet.de acq.hæred.

10 l.qui concubinam.§.ij. de lega.iij.

11 l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulg.

12 Pau.Clem.j.§.Cæterùm. de priuil.

13 l.ij.§.j.de hæred.vend.

14 Mod.l.centurio.in fin.ff. de vulg.

SVMMAE.

1 ☞ *Libertis libertas contineri.* 4 *Manumiſſionis vindictā forma.*
2 *Libertorum ſpecies.*

LEX CLXXII.

LIBERTI. Solebant teſtatores veſtiaria, vel cibaria libertis liberta-
búſque ſuis relinquere[15], quod & de iuribus ſepulchrorum obſeruatum
1 fuiſſe,ex quam plurimis inſcriptionibus conſtat.Pone†teſtatorem ſolùm
mentionem libertorum feciſſe, exiſtimat Vlpianus etiam de libertabus
accipiendum: quod etiam in fideicommiſſis proditum eſt. Cuius rei ea
eſt ratio, quòd maſculinum ſemper ſub ſe fœmininum complectitur[16],
2 vt ſuperiùs tractauimus. Tres † autem libertorum fuiſſe ſpecies Caius Inſtitutionum
lib.I.

15 l.iiij.de alim.leg.

16 l.cum pater.§.cum inter.de leg.ij.

1 tit.j.de ſta.homi.
* Sunt qui legant in eccleſia quorum lectio nũquam placuit eo ſenſu.

libro 1[1].tradit: Alios enim Ciues Roma.alios Latinæ conditionis,alios eſſe Dedititios.Ci-
ues Ro.ſunt,qui his tribus modis,id eſt,teſtamento,aut in æde * ſacra, aut ante conſulem
fuerint manumiſsi.Latini ſunt,qui aut per epiſtolam,aut inter amicos,aut conuiuij adhibi
tione manumittuntur.Dedititij verò ſunt,qui poſt admiſſa crimina ſuppliciis ſubditi,& pu
blicè pro criminibus cæſi ſunt: aut in quorum facie vel corpore quæcunque indicia aut
igne,aut ferro impreſſa ſunt, & ita impreſſa, vt deleri nō poſsint. Hi ſi manumiſsi fuerint
Dedititij appellantur.Sed inter hęc tria genera libertorum ideo Ciues Romani meliorem
ſtatum habent,quia & teſtamenta facere poſſunt, & ex teſtamēto quibuſcunque perſonis
ſuccedere:nam Latini & Dedititij nec teſtamenta condere, nec ſibi ex teſtamento aliorũ
aliquid dimiſſum poſſunt vllatenus vindicare:tametſi Latini certis rebus priuilegia Ciuiũ
Rom.libertorum conſequi poſſunt:Dedititij verò nulla ratione poſſunt ad Ciuium Rom.
libertorum beneficium peruenire.Nam Latini patronorum beneficio, id eſt, ſi iterum ab
ipſis aut teſtamento, aut in æde ſacra, aut ante conſulem manumittuntur, Ciuium Rom.

2 In §.vult.Inſti. de libert.

priuilegia conſequũtur.hæc Caius.Quæ verba referre placuit,quòd Iuſtinianus[2], qui has
differentias ſuſtulit,nimis conciſè,& ſuſpenſa(vt dicitur)manu,eas declarauit,tametſi ad

3 l.qui Romæ.§.Flauius.de verbor.oblig.

multorum in iure veteri locorum interpretationem pertinerent[3].Nam cùm de*manumiſ 3
ſis vindicta mentionem reperimus,Ciues Rom.intelligimus:eo enim†modo ante conſulē 4
ſeu,quod idem eſt,proconſulem,vel prætorem manumittebantur, fiebántque ciues Rom.

4 l.j.§.illo.C.de lat.lib.toll.

niſi aliter conuentum eſſet[4].Perſius:

*Vindicta poſtquam meus à prætore receßi.*

Hin Corn.Tacitus lib.XIII.eos tradit, qui vindicta manumiſsi non eſſent, aliquo velut
ſeruitutis vinculo teneri.Auſonius in Grypho:

*Triplex libertas,capi ſque minutio triplex.*

Meminit & Boëthius in Topica M.Ciceronis.

SVMMAE.

1 ☞ *Collegæ,officij eiuſdem viri.*
4 *Collegiorum genera horúmque præfecti.& iura.5.*
6 *Maior pars,inuito pacto eligit.ex cauſis diuerſum.7.*
8 *Maior pars duæ partes citatæ.*

## LEX CLXXIII.

COLLEGARVM. Collegas Iuriſperiti noſtrates eos propriè dici opinan
tur,qui ſimul habitant,quaſi vnà ſe colligant:cui ſententię veterum autoritas
aduerſatur†à quibus proditum eſt, ab eligendo collegas dictos, quaſi in idem 1
munus coëlectos diceremus:quod & Iuriſcōſultus hîc ſentit, cùm eiuſdem eſ-
ſe poteſtatis ait,ſicut erant Conſules,prætores,tribuni plebis,& ſimiles. Quapropter And.

5 Barb.conſil.xvij.in j.

Siculi rationem non approbauerim[5],eccleſiam collegiatam(vt ipſe ait)negantis, quomã
eius*Canonici ſimul non habitarent:nam hoc nil referre verius eſt, dum aliter de eorum, 2

6 Abb.c.à nobis. de iu.pat.

iure conſtet:ſufficítque,ſi eligere actorem conſueuerunt[6], & ſigillo communi vti, aliáque
eiuſmodi facere,quæ vniuerſitatum propria ſunt.Eadem ratione*collegia dicũtur,in qui- 3

7 l.Neratius.§.eod.

bus,qui dent nomen,eliguntur,dum pauciores tribus non ſint[7].Sic † collegium doctorum 4
dicimus,ſic & nauiculariorum,ſic cæterorum artificum.Fuit & collegium olim poëtarum.
Soléntq; ſic aliquos ſibi præficere, vt plurimùm duumuiros, quos voce parum latina Ab-
bates vocamus.Sunt & qui vnicum rectorem habeant,ſunt & qui nullum:nec enim vt col

8 Innoc.c.cum nō.de præb.

legium dicatur,neceſſarium eſt aliquem ei præfici[8]:imò eo caſu congregandi collegij,refe-

9 l.fina.de alb.ſcriben.

rendíque ius ad eum pertinebit,qui in albo prior antiquiórque ſit[9].Poſſe autem†eos colle 5
gas de his,quæ ad artem ſuam pertinent,conſtituere, ſéque viciſsim illis decretis alligare,

10 l.fi.C.de iur.om.iud.

euidentiſsimi iuris eſt,dum tamen aliis præiudicium nullum inferant[10]:vt ſi monopolium
ſapiant,vel ambitioſa ſint.Vnde cùm ſemel conſtituiſſent, ne qui ſacris initiatus eſſet ad-
mitteretur:reſponſum eſt,decretum non valere. Quod tamen in collegio iudicum, quale
Mediolani eſt, non cenſetur ſeruadum:nec enim huiuſmodi decreto libertas eccleſiaſtica
imminuitur, cùm iure quoque Canonico à ciuilibus iudiciis abſtinere eos honeſtas ſua-

11 c.ij.ne cler.vel mo.

deat[11]. Sed nunquid conſtituere poſsint,vt aliquis non recipiatur, niſi omnib.conſentien
tibus?Et licet†conſtitutio ex ſe valeat,præſertim ſi iuramentum acceſſerit, putauerim ta- 6
men, qui à maiore parte admiſſus ſit, iure admiſſum videri. Nec enim legem ſibi impone

12 c.dilecto. de præben.
13 l.quod maior.ad munici.
14 Bald.l.fi. C. de aut.præſt.

re potuerunt, à qua recedere non poſsint, tametſi periuri efficiantur[12]. Id enim in colle-
giis maior pars poteſt[13], quod totus ordo[14]. Et hoc maximè adnotandum aduerſus eos
eſt, qui ſinguli plurima promittunt, munificóſque ſe exhibent, cùm vniuerſi eius legis
prætextu nihil extricent, fidémque violent. Si † tamen à principe eiuſmodi conſtitutio 7

15 Gl.c.vbi.verb.ſingulis.de elect.in vj.

confirmata eſſet, non diffiteor omnem conſenſum neceſſarium eſſe[15]. Sed quam maio-
rem † partem eſſe dicemus? & receptum eſt, duas partes ex tribus neceſſariò requiri: ſi 8
tamen autoritate ordinarij iudicis omnes citati ſint, & quia non aduenerint contumaces
habiti in his, qui paruerint, ſolis ius vniuerſitatis * reſidet, tametſi minima pars adſit. 9
Secùs,



Secùs,ſi à collegis ſimpliciter fuerint vocati, vt quia collegiũ præfectis careat, vel præfecti
iuriſdictionem non habeant[1].Et ita ego cenſeo, repugnantiúmque ſententias concilio.

1 Deci.c.cum omnes.de cōſtit.

SVMMAE.

1 ☞ *Abſentis procurator caueat.*
2 *Abeſt qui in continentiis non eſt.*

1 §.QVI EXTRA.Abſentium†procuratores rem ratam haberi[2],aut iudicatum ſolui

2 Gl.l.præſens. de procur.

2 ſatiſdare debent,præſentis non debēt.Quæritur†ergo,quis abeſſe dicatur.Et Iuriſconſul-
tus reſpondet,eum abeſſe, qui extra continentia vrbis eſt, id eſt, ſuburbia, & quatenus ſe
vrbs continet.Vulgati codices continentiam fœminino genere ſcriptum habent,ſed ratio
latini ſermonis hoc non patitur:neutro itaque genere pronuntiandum eſt. Sanè verbum
id, abeſſe, variis modis in iure accipi ſuprà[3] oſtendimus, vt minimè operæpretium ſit ea,

3 l.mulieris.

quæ diximus,repetere:tametſi & infrà Iuriſconſultus de eodem non nihil ſcribat.

SVMMAE.

1 ☞ *Venditionis tempus in qualitate ſpectari. ſed & præteritum.3.*
2 *Fur deſinit eſſe ſi dominus ſe id voluiſſe dixerit.*

## LEX CLXXIIII.

1 ALIVD EST PROMITTERE. Qui vendit†mancipium, te
netur id præſtare[4],eum furto,noxáque ſolutũ:quæ verba hoc ſignificant

4 l.j.in prin.de ædil.

vt tempore,quo venditur,ſolutus ſit.Vnde quamuis aliquando furtum fe
cerit,ſi tamen ea noxa ſit liberatus,redhibitioni locus non eſt. At qui fu-
rem non eſſe dicit,de moribus dixiſſe videtur,& ideo hoc præſtare debet,
quòd nunquam furtum commiſerit[5]. Sed & ſi ipſi venditori quandoque

5 l.quod ſi nolit.§.j.eo.tit.
6 l.furtum.eo.tit.

2 furatus fuerit,non dubitatur quin ex ſtipulatione emptori ſuccurratur[6].Sed finge† vendi-
torem,vt iudicium euitet,adſerere, nullum furtum ſibi à ſeruo vnquam factum fuiſſe, ſed
ſeruum ſe volente accepiſſe, & propter familiaritatem, quam cum ſeruo dominus habuit,
fortè credendum ei videretur,cùm traditum ſit,admitti eam excuſationem, qua dominus

7 Bar.l.inter.§.rectè.ff.de fur.

rei,vt furem liberet, ſua ſponte rem ablatam adteſtatur[7], ſi ex amicitia, vel familiaritate,
3 quam cum domino is,qui furti reus eſt,habebat,veriſimile id ſit.Qua ratione†depræhenſi
in concubitu,& adulterij accuſati,ſe excuſant,ſi coniugiũ contraxiſſe aſſeuerent,eorúmq;

8 Gl.l.pen.C.de fideiuſſ.Felin.c.j.de præſcr.

adfirmatio veriſimilis ſit[8].Sed in propoſita quæſtione eam adſertionem emptori non obeſ
ſe exiſtimauerim:cùm enim integritatem morum,& propoſiti,id eſt,voluntatis ſerui polli-
citus venditor ſe præſtiturum videatur,non ſufficit ſi ſua ſponte ablatam rem dixerit, niſi
& hoc probetur crediſſe ſeruum,qui abſtulit,ſe voluntate domini auferre.

SVMMAE.

1 ☞ *Fraudat reddens quandoque.*
3 *Vim facit,qui debitum ſine iudice extorquet.*
4 *Stipulationum genera.*

## LEX CLXXV.

FACIENDI. Quæ in fraudem creditorum facta eſſent,reſtitui prætor

9 l.omnes.in fi.quæ in fraũ.cred.

1 iubet[9].Finge†in fraudem creditorum illud quod ſub conditione, vel in
diem debebam,me creditori ante tēpus reddidiſſe, an creditoribus conſu
letur?Et indubitati iuris eſt conſuli†factũ enim dicitur, quod eſt redditũ.
2 Quapropter & cum prætor,ſi quid metus cauſa factum adfirmaretur,au

10 l.extat.quod met.

3 xiliũ pollicitus eſſet[10],D.Marcus edicto†declarauit,id quoque factum vi
deri,cùm per metum ſibi rem ſuam,non adito iudice,aliquis debitorem reddere compuliſ-

11 l.ij.§.de verb.oblig.
12 l.ſi pœnam.de verb.obli.
13 Bal.l.cũ allegas.ff.de vſur.C.

4 ſet.Sanè cum ſtipulationes[11] aliæ†in facto,aliæ in dando conſiſtant,ea quæ de reddēdo eſt,
ſi actum ſit,vt in continenti reddatur[12],magis facti quam dationis exiſtimatur[13]: tametſi
5 & negari non poſsit, verbum facere * tam generale eſſe, vt & dationem comprænhendat,
quod infrà ſuo loco dicemus:qui enim dat,procul dubio aliquid facit.

SVMMAE.

1 ☞ *Solutionis mandatum egrediens non liberat.*

## LEX CLXXVI.

SOLVTIONIS. Quid ſolutionis, liberationis, ſatiſdationis, ſatisfatio-
níſque verbo contineatur, ſuperius à nobis traditum eſt. Hîc ſolùm admo-
1 nendi ſumus,procuratorem qui ſolutioni†recipiendæ conſtitutus ſit,ſi dele-
gationem aliámue ſatiſfactionem recipiat,debitorem non liberare:vt enim
ſolutionis verbo verum ſit omnem ſatisfactionem accipi, tamen cùm aliud
pro alio,inuito creditore,præſtari non poſsit,qui mandat, vt ſolutio recipiatur, mandaſſe
id intelligitur, vt in ſpecie debita recipiatur:& ideo abſque domini conſenſu, procurator

14 Conſil.xcv.in iij.
15 l.item liberatur.in fi.qui.mod.pig.

reum debendi liberare non potuit,idque Alex.[14] in facti quæſtione reſpondit, quod & nos
probamus. Dum ergo hîc omnem ſatisfactionem contineri dicitur, ſubinferendum eſt[15],
quam

quam tamen creditor acceptare voluit. Addit Bar. quoties lex * pecuniã ſolui vult, de alia 2
ſatisfactione intelligi non poſſe, quod à nobis ſuperius explicatum eſt. Illud cõſtat* procu 3
ratorem ad recipiendum ſolutionem conſtitutum, ſi confiteatur ſe recepiſſe, debitorem nõ
liberari, niſi vera de numeratione aliter conſtaret: idque frequentius receptum eſt: quoniã
ſi de numeratione non appareat, qui confitetur, donare videtur: at huiuſmodi mãdato nõ
eſt exiſtimandum id actum, vt donare liceat [1]. Fuere tamen, qui hoc in articulo diſſentirẽt,
quorum ſententia hac mihi videtur ratione defendi poſſe: nam cur nõ ea ſit interpretatio,
vt de donando mandatum videatur, ratio illa prodita eſt, quod qui donat, perdit, rémque
ſuam prodigit: quod in noſtro caſu non eſt, cùm poſsit dominus aduerſus procuratorem a-
gere, vt rationes reddat, reſtituátque, quod ſe recepiſſe confeſſus eſt. quòd ſi ſoluendo pro-
curator non ſit, æquius eſt, vt domino id imputetur, qui huiuſmodi procuratorem elegit,
quàm creditori, qui bonam fidem ſequutus ei ſatisfecit, & apocham recepit. Et ſatis durum
videtur ad debitorem id pertinere, vt probare debeat veram numerationem interueniſſe
vt ſic in domini facultate ſit procuratorem eligendo, duriorem debitoris conditionem fa-
cere. Et fortè verior hæc opinio eſt, niſi quod vt in cæteris rebus, ſic in iure numerantur
plerunque ſententiæ, non ponderantur.

1 Bar.l.ij.in fi.ſi cert.pet.

S V M M AE.

1 ☞ *Cauillari, vocis acceptio multiplex.*
2 *Cauillamur variè.*
3 *L. Natura. ſenſus, & emendatio.*
6 *Cauillari aduocato non licere.*

L E X CLXXVII.

NATVRA. Cauillari † variis in iure modis accipitur. Cauillatur, qui 1
calũnioſe agit. cauillatur, qui breuiter & falſè aduerſarium ſermone ca-
ptat, aut irridet. cauillatur, qui ſciens, vt ſuam ſententiam tueatur, falſa
prodit. Specialius verò, & (vt ita dicam) ἐμφατικωτέρως cauillari dicitur, qui
eo adſumpto quod euidenter verum eſt, diſsimiliter, acceptis terminis,
quod falſum eſt, infert. Id † tribus modis fieri Ariſtoteles in Elenchis tra 2
dit: aut enim argumentum in materia peccat, aut in forma, aut in vtroque. In materia, vt ſi
dicam: Quæ in nullius bonis ſunt, occupanti conceduntur: res ſacræ in nullius bonis ſunt,
ergo occupanti conceduntur. Is autem ſyllogiſmus propriè σοφιστικὸς appellatur, de quo
Accurſius † Iuriſcõſultũ hîc intellexiſſe exiſtimat, cui & ipſe aſſentior. In forma, vt: Omnis 3
ſeruus in poteſtate eſt, filiusfamiliâs eſt in poteſtate, ergo filiusfamil. ſeruus eſt. noménque
huic argumẽto παραλογισμὸς eſt. In vtroque peccat, cùm dicimus, Quilibet ſeruus pro mor-
tuo habetur: nemo alieni iuris eſt, qui ſeruus non ſit: qui igitur alieni iuris non eſt, pro mor-
tuo non habetur. Sed hæc latiùs ab Ariſtotele eiúſque interpretib. accipienda ſunt. Quo-
modo † autem cauillatio græcè appellatur, Iuriſconſultus hîc oſtendit: ſed in vulgatis codi 4
cibus vox illa deficit. Fuere igitur qui διαβολὴν reponendum exiſtimauerunt. eam ſic defi-
niendam Lucianus arbitratus eſt, vt ſit criminatio ἐκ τῆς ἐπηρείας, id eſt, nocumento orta, cũ
reo nihil ſciente, nedum ad contradicendũ nõ admiſſo, ſoli delatori fides adhibetur. Qua
ex definitione adparet, eam vocem hoc in loco non eſſe reponendam: hîc enim non de ca-
lumnia agitur, ſed de ſophiſtico argumento. Antiqui codices hîc γοητείαν habẽt, & infrà de
regulis iuris, vbi idem reſponſum legitur, σόφισμα, quæ lectio vtraque conuenit, poſterióraq;
plus mihi arridet, quæ magis ſpecialiter rem exprimit, quandoquidem γοητεία pro quacun-
que fraude videtur poſſe accipi. Apud antiquiores tamen ſophiſtarum nomen honeſtum
fuit, & qui philoſophiæ Doctores erãt, vulgò ſophiſtæ dicebãtur, ídq; ex Philoſtrato, & M.
Victorino palã eſt: ſuſpicórq; propter malos corũ mores, nominis quoq; dignitatẽ conuer-
ſam: nã & Plutarchus grauis autor, à maiorũ inſtitutis eos degeneraſſe oſtẽdit, & pro philo
ſophis, planos, ſycophãtáſq; quoſdã fuiſſe. Sanè hinc adparet, ex breuiſsima mutatione ve-
ritatẽ ob nubilari: vnde proditũ eſt, mutato* facto, etiã ius mutari: nec ideo Iuriſconſultum 5
repræhendi poſſe, qui varia reſponderit, cùm aliquantulũ mutatæ ſibi facti ſpecies eſſent
propoſitæ ex facto enim ius oritur, quo variato, & ipſum variari neceſſe eſt. Sed † an huiuſ- 6
modi cauillationibus vti aduocatũ deceat? & graui viro cõuenit nunquã vti [2]: nec enim de
bet quis de victoria magis, quã de veritate eſſe ſolicitus: quoniã id vitiũ (vt Cicero inquit)
maximè contra prudentiam eſt. Sed recentiores plerique ambitione præcipites, omnes di-
ſciplinas puerilibus hiſce nugis peruertêre, & cùm paucis veritatẽ explicare poſſent: per ar
gumenta & oppoſitiones, artem in verborum cõtentionem deduxêre. Sic magno Reipub.
Chriſtianæ detrimento Theologi, ſic & Philoſophi, ſic denique & legum interpretes fece-
re: receptiſsimũque apud omnes eſt, licere aduocato bonã cauſam falſis rationib. tueri, &
fraude fraudem trudere. Imò pro cõſilio proditum eſt, plurimas ſemper rationes iudicib.
adferendas, veríſque falſas immiſcendas, cum indocti plerique, qui iuſto argumẽto fidẽ nõ
adhibuerũt, futili moueantur. Sed & neſcio cuius Põtificis factũ laudatur, qui nocẽti impu-
nitatem promiſerat, vt delicti confeſsionẽ extorqueret: Huiuſmodi ego dolũ probare non
poſſum

2 xxiij.q.ij.dominus.



poſſum, nec ex ſimili confeſsione damnari reum debere arbitror, cùm ea fiducia fateri po-
tuerit, vt quamprimum litium carceríſue moleſtiam euitaret, cùm crederet fore vt ſibi fi-
dem iudex ſeruaret: niſi ergo ſpe huiuſmodi defectus reus, priorem confeſsionẽ ratam ha
beat, liberabitur: atque ita Imola & Deci. ſcripſerunt [1], licet in contrariam ſententiam fre-
quentius itum ſit, pro qua apud Græcos extat hic Aeſchyli ſenarius.

Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός.

A fraude iuſta nec Deus quidem abſtinet.

1 l.ea eſt.ſ.tit.ſ.

S V M M AE.

1 ☞ *Pecuniam variè ſumi.*

L E X CLXXVIII.

PECVNIAE VERBVM. Pecuniam dictam eſſe à pecu receptum
eſt, quòd in pecoribus omnis veterum cenſus eſſet: hı́ncque tractum eſt,
1 vt † appellatio pecuniæ [2], cùm latiſsimè accipitur, ad omnem cenſum re-
feratur, quo ſenſu & ſpecies, & corpora & iura quoque continentur: in fa
uorabilibúſque propius eſt, vt ita intelligamus. Plinius tamen pecuniam
pro numis ſimpliciter accipit, quòd pecudum nota antiquitus moneta ſi-
gnaretur: qui ſenſus in materia odioſa probabilior eſt [3], hócque & vulgarem loquẽdi vſum
ſecuti plerique tradiderunt. quòd ſi ſubiectum argumentum nec omnino fauorabile [4], nec
odioſum ſit, mediam viã deligemus, pecuniámque ad id, quod in numerato eſt referemus [5].
idémque ſi pondere, vel menſura conſiſtat, vt in legatis, & contractibus: niſi aliud ex conie
ctura voluntatis appareat, vel ratio legis æquè in corporib. procedat, atque in quantitate [6].

2 l.fin.de conſtit.pec.
3 l.ſed Iulianus.ſ.mutui.ad Maced.
4 l.ſi verò.in fi.ſol.matr.
5 Bar.l.talis.de leg.j.
6 l.j.& ſeq.de calum.

S V M M AE.

2 ☞ *Euictionem in hæreditate ceſſare.*
3 *Fideicommiſſario fructus reddendi.ſ.*
4 *Hæreditatis augmenta.*

1 § HAEREDITAS. Ipſum * ius eſt, perſonam defuncti referens, ideóque ab ipſis re-
2 bus hæreditariis differt † vnde, qui hæreditatem vendit [7], rebus hæreditariis euictis, nihil
præſtat. ἀναφορικῶς tamen ſuprà dixi pecuniam ipſam hæreditariam, hæreditatis nomine
accipi poſſe.
3 DECESSIONEM. Id eſt, diminutionem † plerunque enim accidit, vt diminuatur
hæreditas, quo caſu grauatus reſtituere, ſi tantùm ex fructib. percepit, reſtituere eos com-
pellitur, quatenus deceſsit hæreditas, vt Celſus, & Mætianus ſcribunt [8].
4 VEL. Id eſt † etiam fructibus. Augetur enim & aliis modis, vt partu ancillarum [9], itém
que pẽſionibus: interéſtque hoc ſcire, vt omne hæres habeat: nam & fideicommiſſario hu-
5 iuſmodi fructus reſtituendi ſunt: nec diſtinguitur, coactus hæres † an ſpontè adierit: pars
enim hæreditatis ſunt, nihílque à cæteris rebus hæreditariis differunt [10]. Sed quid ſi iacente
hæreditate ſeminatum eſt, & ea adita ab hærede fructus percepti? & exiſtimauerim eate-
nus computandũ, quatenus in agro ſpes, quæ aditionis tẽpore ſuberat, vẽdi potuiſſet. Et ita
accipi, quod vulgò dicitur in lege falcidia fructus pendẽtes hæreditatis eſſe [11], quódq; alibi
traditur, hoſce fructus filiũ ſibi in legitimã iure naturæ debitam imputare [12]: licet alij aliter.

7 l.ij.in prin.de hæred.ven.
8 l.ſi is qui cccc.ad Treb.
9 l.ancillarum.de pet.hær.
10 l.ita tamen.ſ.j.ad Trebell.vbi Alex.
11 l.in lege.ad l.falcid.
12 l.in fideicommiſſariam.ad Trebell.vbi Alex.

S V M M AE.

2 ☞ *Actionum omnium formulæ.*
3 *Actionum præparatoriæ.*
4 *Actionis à prætore dandæ forma.*
5 *Sportularum origo.*
7 *Legis actionem ad executionem referri.*
8 *Actionum genera.*
9 *Remedia ad res conſequendas extraordinaria. interdictum & officium iudicis.*
11 *Fideicommiſſa ordinariè peti.*

§ ACTIONIS. Iure gentium olim actiones nullæ erant, ſed manu regia controuer-
1 ſiæ dirimebãtur: deinde in XII. Tabulis actiones* repertæ ſunt, & certis verborum for-
mulis concluſæ, quas à Pontificib. litigaturi accipiebant: qui formulam malè concepiſſet,
cauſa cadebat. Huiuſmodi autem quæſtiones in hoc genere, vt Quintil. lib. III. ait, verſa-
bantur, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore agere liceat: quas
nũc dilatorias, declinatoriáſq; exceptiones appellamus: Hæ formulæ ex natura actionum
2 variæ erãt. In petitione † fundi, huiuſmodíque rei immobilis, hæc ex parte vẽdicantis ver
ba recepta fuiſſe traditũ eſt: Fũdus qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur, meus eſt: eũ ego ex
iure meũ eſſe aio: ibi ego te ex iure manu conſertum voco. Cui is, à quo vendicabatur, ſic
præſcribebat: Vnde tu me ex iure manu conſertum vocaſti, inde ego te reuoco. Quorum
verborum Cicero in oratione pro Muræna meminit, vímque eorũ lib. vlt. ca. IX. A. Gel-
lius explicat. Rei verò mouẽtis vendicatio ſic fiebat, apud magiſtratum populi Ro. vel præ
torẽ, vel præſidẽ. Is qui vendicat, in iudicio rem exhibitam tenens dicebat: Hanc ego rem
ex iure Quiritiũ meam eſſe aio. Cui aduerſarius: At ego eã cõtrà vẽdico. Quòd ſi aduerſa-
rius cõtrà nõ vendicabat, ſed actui adſentiebatur, ceſsio in iure dicebatur [13]: fiebátq; vt plu-
rimum,

13 l.j.ſ.j.de rei vend.

rimum,cùm filium quis adoptionis cauſa vendicaret:imaginaria enim hæc vendicatio ob
ſeruabatur,prætórque vendicanti addicebat,ídque legis actio vocabatur:cuius rei libro In
ſtit.I I.Caius eſt autor.† Actionis in perſonam verba erant in vſu,Aio te mihi daré oporte- 3
re[1],itémque oportere facere,quorum Val. Probus in libello de præſcriptis notis meminit.
Harum actionum † præparatoriæ erãt interrogationes,& vindiciæ.Interrogatio ſic fiebat: 4
Q.T.I.I.C.P.A.T.F.A. Id eſt, Quando te in iure conſpicio, poſtulo an te facias autorem.
Vindiciæ erant ius poſſeſsionis,quo diſceptabatur pendente iudicio,penes vtrum res,quæ
vendicabatur,deberet remanere:ſic dictæ,vt Pedianus ait,quòd qui in his obtineret,vindi
cem,id eſt,prædem dare deberet, nil in re poſſeſſa deterius interim facturũ. Pompon[2]. Cũ
animaduertiſſet, inquit, Virginius Ap. Claudium vindicias filiæ ſuæ à ſe abiudicaſſe, &
ei,qui in ſeruitute ab eo ſuppoſitã petierat,addixiſſe. Quæ verba adduxi, quoniam in vul-
gatis codicibus corrupta circumferuntur.Cæterum propoſita formula, Prætor † de ea pri- 5
mũ cognoſcebat, vt an formula vel actione actor excidiſſet, perſpiceret, vt ſic actionem,
quod Vlpianus quoque[3] vſurpat,eximeret:ſi verò negotio conueniens[4], iuſtáq; ea formu
la videretur,actionem dabat,quam quoniam certis verbis partes petebant,impetrare dice
bantur.Interrogabat enim,an ſibi de ea re iudicandi poteſtatem facerent,ipſíque ſe facere
reſpondebant:ſícque iudicium accipiebatur,id eſt,lis cõteſtabatur:deponebántque in æde
ſacra ſportulam,in qua pecunia erat,quam,qui viciſſet,lucrabatur:ea pecunia ſacramen-
tum dicebatur.Inde eſt apud M.Varronem, & Ciceronem, Sacramento vincere. Et quia
deinde cœptum eſt † ex huiuſmodi ære iudicibus honoraria perſolui, ſportulæ iudicum in- 6
de nomen traxerunt.Erant & qui re ipſa non deponerent,ſed ſimpliciter ſponderent: vn-
de ductum,vt ſponſione contendere dicerentur, tractabantúrque huiuſmodi ſacramenta,
& ſponſiones, vt ego arbitror, ſponte partium: inuiti verò compellebantur vadimo-
nium facere,id eſt, ſub certa pœna ſe iudicio ſtaturos promittere. Id etiam vadari dicitur,
quòd videlicet ea de cauſa,qui multæ fidei poſſeſſor non erat,vadem,id eſt,fideiuſſorem da
re tenebatur.Supererat † poſtremò legis actio, cùm prætor negotium definiebat:id tribus 7
verbis explicatur, *Do, Dico, Addico*.Primum ad actiones,quib.rem dari petimus: ſecundum
ad facta,vel rei vendicationem:vltimum ad executiones pertinet,ſicut & adiudico.Cùm
igitur lex de magiſtratu,apud quem legis actio eſt,verba facit,de ordinario iudice intelli-
git[5],qui,non ſolum iudicare,ſed etiam exequi poſsit.Idémque eſt, cum de eo meminit, cui
adiudicatio data ſit,vt ſuprà vidimus[6]. Sanè actionum † variæ ſunt ſpecies: non enim in 8
rem,aut in perſonam tantùm ſunt,ſed etiam mixtæ, quibus vtrunque perſequimur[7]:qua-
lis eſt familiæ erciſcundæ formula:ſicut & perſonales in rem ſcriptæ, vt quæ ad exhibendũ
datur[8], omniáque ferè interdicta: licet enim in perſonam ſint, tamen ratione rei compe-
tunt[9]. Dicuntur autem † interdicta,quaſi interim dicta:cùm enim poſſeſsionem reſpiciãt, 9
totam litem non perimunt,quin de dominio quæri poſsit. Quapropter & præiudicia quã-
doque appellãtur.Interdicere autẽ apud veteres id ſignificat,quod interim dicere.Cicero
in Rhetoricis ad Herennium lib.II.cap.XI. Verùm pueriles horum opiniones rectiſsi-
mis rationibus,cùm voles,refellemus:impræſentiarum hoc interdicere nõ alienum fuit[10].
Eſt & officij iudicis imploratio quam Perſecutionem propriè vocamus[11], ſoláque æquita-
te ſuggerente,conceditur,& ideo extraordinarium eſt iudicium.Pertinet autem ad mixti
imperij cauſas,ſicut Accuſatio ad meri[12], Actio ſimpliciter ad nudam iuriſdictionem: ſic
res iudicata executioni mandatur:ſic de damno infecto cauetur[13], tutores conſtituuntur,
iudices dãtur,decretum ſemel iterúmque interponitur: ſic & fideicommiſſa olim effectum
habebant,licet hodie Iuſtiniani conſtitutione actio conceſſa ſit tam perſonalis, quã hypo-
thecaria[14]. Addit Angelus[15] * officium quoque iudicis competere,quod in executionibus 10
exerceri ſolet: quoniam ſi in teſtamento non cancellato nec abolito ſcripta ſint,executio-
nem in promptu habeant:[16]:cui ego aſſentior,licet alij contrà, quorum ſententia hoc iure
verior eſſet.Sunt & qui hoc † iure fideicommiſſa ordinariè per actionem peti crediderint: 11
nam plerunque ex fideicommiſſo rem peti,agi,vendicari, in ipſis digeſtis reperitur. Acce-
dit his,quod Vlpianus[17] ſcribit,per omnia exæquata eſſe legata fideicommiſsis,videtúrq;
crebrior hæc eſſe ſententia, cui tamen nos minimè aſſentimur:nec enim Vlpianus è con-
uerſo dicit fideicommiſſa legatis exæquari,vt ſicut ordinario iure legata petuntur,ita & fi
deicommiſſa peti neceſſariò fateamur:adnotauimúſque pleriſque in locis, verba illa,peti,
agi,vendicari,ad officium iudicis referri:qua de re Paradoxorum lib.II.cap.X.diffuſius di
ſputauimus:ſentítque nobiſcum[18] Petr.Cin.Bald.Imola,Raphaël,& quandoque idem aſ-
ſeruit Bartolus cum Accurſio.

1 l.verbum oportere.ſ.eod. & §.ſic itaque.de actio.
2 l.ij.de ori.iur.
3 l.ſed & ſi.§.ait.ſ. ex quib. cauſ.ma.
4 l.j.C.de for.
5 l.iiij.de adop.
6 l.aliud.ſ.eod.
7 §.quædam.Inſti.de actio.
8 l.iij.§.eſt autem. & §.fin. ad exhib.
9 l.j.§.interdicta.de interd.
10 l.actionis.ſ.de act.
11 l.actionis.ſ.eod.
12 l.imperiũ.de iur. om.iu.
13 l.iubent.eo.tit.
14 l.j.C.com.de leg.
15 Ang.§.fi.in auth. de hær. & fal.
16 Mod.l.fi.C.de edict.diui Adria.
17 l.j.de leg.j.
18 l.etiam.C.de compenſa.

SVMMAE.

1 ☞ *Debere ad omnes actiones pertinet.* 2 *Remiſſione ius amitti ex cauſis contrà.*

§ HOC VERBVM. Verbum † debere ſi ad omnes omnino actiones refertur, pro- 1
culdubio etiam eam,quæ in rem eſt,comprændet:quã ſententiã veriorẽ eſſe, etiã ſuprà
teſta



teſtatus ſum[1], & Accurſius hîc probat:átq; ideo conſequens eſt,vt lex municipalis aliquid
2 aduerſus eum, † qui quod ſibi debetur petere negligit,cõſtituens, etiam de eo intelligatur,
qui vendicare rem ſuam nolit[2], licet aliqui diſſentiant. Qua ratione etiam arbitror,ſi quis
liberationem ab eo,quod ſibi debetur,legauerit,etiam legata videri,quę vendicari potuiſ-
3 ſent,niſi † cùm probatur teſtatorem hoc non egiſſe,vt donaret,ſed quia verè redditas ſibi
rationes exiſtimabat[3]:tunc enim ne furtum cõmittere quiſquam tutor impunè poſsit,pro
pius eſt,vt in rem actio hæredi detur.Sed & ſi quis vetet rationem repoſci,clarũ eſt his ver-
bis non eſſe rei ſuę dominium remiſſum[4].Sed numis,qui id,quod Titius debet, fide ſua eſ-
4 ſe iuſsit,promiſiſſe etiã videbitur,* quod officio iudicis acceſſoriè debetur,quales in cõtra-
ctibus bonæ fidei ſunt vſuræ? Et non teneri verius eſt,niſi in omnem caſum promiſerit[5].

SVMMAE.

1 ☞ *Quanti verbum variè accipi.2.3.* 6 *Iudicandi forma.*
5 *Eſſe dicuntur probata.*

## LEX CLXXIX.

1 INTER HAEC VERBA. Hæc † verba,quanti ea res eſt,ad veram
rei, de qua agitur, æſtimationem referuntur[6], non etiam ad id quod in-
2 tereſt:illud enim plerunq; rei pretium excedit. Quandoq; † tamen etiam
id quod intereſt,continent:verbi gratia, in magiſtratum qui damni infe-
cti caueri non curauerit, lex, quanti ea res eſt, actionem dat[7]: eius enim
culpa non minus damnum rei, quàm acceſsiones quoque reſpicit: vnde
meritò omnis vtilitas actori reponenda eſt,quoniam ea res,id eſt,detrimentum de quo agi
tur,tanti eſt.Sed & hæc clauſula ad eam,quæ petita eſt,quantitatem quandoque refertur[8],
licet veritas æſtimationis alia ſit,vt quidam ſentiunt[9]: quod tamen ipſe omnino non pro-
3 bo, intelligimúſq; quanti ea res eſt, ſcilicet quæ petita eſt[10]. Refertur † & quandoq; ad pœ
nam,vt cùm quis ſtipulatur,ſi dolus malus non aberit,quanti ea res erit dare ſpondes[11]? Eſt
& alia clauſula huic ſimilis, In quantũ iudici æquum videbitur[12]: quæ ſine dubio id, quod
intereſt,continet. Hinc autẽ notandum eſt, non differre quanti eſt,vel quãti eſſe adparet:
4 id enim eſſe dicimus,* quod probatũ eſt. Vnde † in iudiciis id verũ eſſe proditum eſt[13], non
5 quod ex ſe ſimpliciter verũ eſt,ſed quod ex actis verum eſſe probatur. Qua ratione infer-
6 tur, † debere iudicẽ[14] ſecundum acta iudicare, non ſecundũ conſcientiam ſuam:niſi is le-
gibus ſolutus ſit,vt princeps,vel qui abſq; actorũ confeſsione ius dicere poſsit,vel explora-
tiſsimũ habeat, nihílq; penitus dubitet, quin veritas aliter ſe habeat,quàm probatũ fuerit:
tũc enim principẽ admonere debet,cùm probabiliter dubitet, illúdq; exequetur,quod ſibi
reſponſum fuerit[15]. Crediderim & poſſe eũ munere iudicandi abſolui,ſi ſibi non liquere iu
rauerit:cũ enim per conſcientiã ſuam probationes infirmentur,non iniuria quid agere de-
beat,dubitare poteſt:& ideo more maiorũ iurabit N. L. id eſt,nõ liquere[16]. Quod & A. Gel
lius,cùm iudex à prętore allectus eſſet,ſe in caſu nõ æquè dubio feciſſe autor eſt,li.xiiij.c.ij.

SVMMAE.

1 ☞ *Tugurium variè accipi.5.* 6 *Tugurij etymon.*

## LEX CLXXX.

1 TVGVRII. Tugurium † ruſtica eſt caſa, à tegendo dictũ,quòd videli-
cet maximum in eo vſum præſtet, quòd ab aëris iniuria,& pluuiis nos te
gat:propter fragilitatẽ enim cratium, nec à frigore ſatis defenditur, nec
à calore,neque admodum à furibus,effractoribúſve tutum eſt. Híncque
2 apparet, † debere quaſcunque res ab eo potiùs denominari,quod ſibi ſpe
cialius eſt, quàm quod cum aliis commune habeat. Sic ſtipulatio potius
3 à * verborum firmitate,quam à conſenſu nomen ſumpſit[17]. Sic hominẽ negat Fab. Quin-
4 til.ab humo dictum,cùm id omnibus animantibus commune ſit: † nam & ab eo,quod po-
tentius eſt,vnumquodq; denominari debet:potentius autem id cenſetur, quod magis ſpe-
5 cialiter conuenit[18]. Sanè † videtur Iuriſconſultus tugurium accipere pro quacunque domo
ruſtica:quod ita ſimpliciter verum non eſt:quæ enim parietibus & tegulis lateritiis conſtat
tugurium non eſt:igitur de gurgutiolo intelligendum eſt,quod vel arundine,vel vlua palu
ſtri,ſtramentíſve,vel etiam,(vt Verg.ſcribit)ceſpite contectum ſit,cuius parietes viminei,
6 luto,vel huiuſmodi materia cruſtati ſint. Videtúrque priùs † dictum eſſe tegurium à tegulo,
quaſi tegularium:non autem à tecto,vt vulgati hîc habent codices.Plin.Tegulo aquatica-
rum arundinum domos ſuas ſeptentrionales populi operiunt.Hunc in modum domuncu-
las ſuas habebant Aphri,quas Verg.mapalia,Iuuenalis attegias vocat.

1 l.creditores.ſ.eod.
2 Bald. Iaſ.Inſtit.de act.in prin.
3 Bal. l.cum neceſsitatem. C.de fideicom.l.pactum.C. de coll.q.xij.
4 l.fi.§.pen.de lib.leg.
5 l.quæro.ff.loc.
6 l.arbitrio.ſ.de dol.l.prætor.ij.vi bon.rapt.
7 l. iiij. §. in eum.de dam. infec.
8 l.fi.ſ.ſi quis ius di.
9 l.iij.in fi.qui ſatiſd.cog.
10 l.hæc verba.ſ.eod.
11 l.nouiſsima.iud.ſol.
12 l.fin.de var.cog.
13 l.fin.de probat.
14 l.illicitas. §. veritas. de offic.præſ.
15 §.fin.in auth.de iudic.
16 l.Pomponius de re iud.
17 l.j.in prin.de verb.obli.
18 l.quæritur.de ſtat.ho.

SVMMAE.

1 ☞ *Pertinet, latè patere, variéque cenſeri.* 4 *Pertinet, directum, ac obliquum eſt.*
3 *Libellum quoquo iure eleuari.*

## LEX CLXXXI.

VERBVM ILLVD, PERTINERE. Verbum† pertinere, latiſsi- 1
mam habet ſignificationem: ſiue enim res aliqua ad me iure dominij, ſiue
etiam iure poſſeſsionis tantũ ſpectet, pertinere dicitur: idem ſi iure pigno
ris, ſed & ſi nullo iure pertineat, ſed pertinere poſsit, idem dicendum eſt.
Quare ſi quis mihi Stichũ dare promiſerit, quo caſu ſola * perſonali actio 2
ne conueniri poteſt, verè potero dicere Stichũ ad me pertinere. Quapro-
pter dicuntur articuli ad cauſam pertinere, qui quoquo modo vel leuiſsimè adminiculen-
tur [1], atq; ideo admittendi ſunt. Sed & qui quamcunque in libello rem petit, cum his quæ ad
eam pertinent, petiiſſe intelligetur quicquid ad eam ſpectat, ſeu ex iuris cõmunis, vel muni
cipalis forma [2], ſeu ex conſuetudine, ſeu per ſe, ſeu per alium [3]. Vnde qui fundum cum his,
quæ ad fundum pertinent, vendidit, ius quoq; incidendi nemoris pro illius fundi vſu vendi
diſſe intelligetur [4], ſi ex domini conſuetudine id nemus in hoc deputatũ erat: atq; id Soci-
no placuit. Sed & ſi Rom. Pontifex epiſcopo concedit, quæcunq; ad legatos pertinent, ea
quoq; tribuiſſe videbitur, quæ ſpeciali priuilegio legati cõſequuntur, vt Decius reſpondit [5],
& mihi placet: quoniam id beneficiũ tanquam fauorabile interpretatione adiuuandũ eſt.
Cæterùm dubitari poteſt, cùm is,† qui furti accuſat, debeat adſerere in libello, an res abla- 3
ta iure proprietatis vel quaſi dominij ad ſe ſpectet: ſi ſimpliciter ad ſe pertinere dicat, an
cauſam obtinere poſsit? Et quidã negant, propter eius verbi incertitudinem [6]. At ipſe aio:
debet enim ad iuris diſpoſitionẽ referri, vt de eo intelligatur, quod ſuſtinẽdæ intẽtioni ne-
ceſſariũ erat [7]. Illud non omittendũ, id verbum in ſubſtitutionibus cõmune eſſe, & tam ad
directam, quàm fideicõmiſſariam ſubſtitutionem referri [8], ídque frequentiùs proditũ eſt.

1 Bal. c. iij. extra de teſti.
2 Doct. c. cum ad ſedem. de reſt. ſpol.
3 Gl. c. ſi. de elect. in vj.
4 Socin. l. j. de reb. dub.
5 Conſil. cxxviij.
6 Soc. conſi. viij.
7 l. ſi quis intẽtione. de iud.
8 l. licet. C. de pact.

### SVMMAE.

1 ☞ *Peculij varia acceptio, & genera. 4.*
3 *L. Paterfamilias explanari.*

## LEX CLXXXII.

PATERFAMILIAS. Peculium † lata ſignificatione pro patrimo- 1
nio omni accipitur [9]. ea quoq; pecunia, quam repoſitã quis in ſubitos
caſus habet, peculiũ dicitur. Quapropter Proculus ſe audiſſe ruſticos
ſenes refert, adſerentes pecuniam ſine * peculio fragilẽ eſſe [10]. Sed hoc 2
ſenſu minimè id reſponſum intelligi poteſt. Eſt † & peculium, de quo 3
hîc Iuriſconſultus loquitur, quod niſi his, qui in aliena poteſtate ſunt,
quæritur: & cùm extra poteſtatem mittuntur, ampliùs peculium non
eſt [11]. In † filiisfamiliàs profectitiũ dicitur, quod propter patrẽ habent: Aduentitium, quod 4
aliunde: Caſtrenſe, quod militibus acquiritur: Quaſi Caſtrenſe, his qui priuilegia militum
habent, quales ſunt ſacerdotes, & aduocati. Habent & ſerui peculium, quod illis dominus
adminiſtrandũ permittit: vnde etiam * exercitoria, inſtitoriáq; actio prodita eſt: alioquin 5
proprium nihil habere poſſunt ſerui [12], præterquàm ſi quid conniuentibus oculis domini,
acquirant [13], vel ex dimenſo ſuo, vel aliunde. Iure tamen * gentium non ambigo ſeruum 6
bona habere poſſe, quod in Hebraica Regum hiſtoria cap. ix. & cap. xvj. probatur. Vnde ſi
paulò opulentiores eſſent, ad munera quoque publica eligebantur, quod ab Ariſtotele lib.
Politicorum iiij. cap. xv. proditum eſt. Nam & eo iure dominis ſine legitima prole decedẽ-
tibus, ſuccedebant, vt ἐν τοῖς βιβλίοις Geneſeos cap. xv. habetur: & ideo Cornel. Tacitus non
multùm à liberis apud Germanos differre eos tradidit. Vnde † non dubito, ſeruum natura 7
liter poſsidere [14]: licet ciuiliter ſecùs ſit [15]. Nec mihi placet quorundã ſententia, duplex ius
gentiũ diſtinguentiũ, vt ex antiquiore ſerui ſibi acquirerent, ex poſteriore non acquirerẽt,
ſed pro nihilo reputarẽtur: hęc enim diſtinctio iure probari nõ poteſt, & lex expreſsim iure
ciuili incapaces eos eſſe [16], nõ autẽ gentium dicit: mecúmq; Archidiac. & Aret. ſenſerunt [17].

9 l. cogi. ad Trebell.
10 l. chorus. de legat. iij.
11 l. fin. C. de in offi. teſt.
12 l. rectè. §. ex quib. cau. ma.
13 l. iiij. de manumiſſ.
14 l. quod ſeruus. de acq. poſſ.
15 Bar. l. ſi id quod. de condict. indeb.
16 l. quod attinet. §. tit. j.
17 l. j. de acquir. poſſeſſ.

### SVMMAE.

1 ☞ *Tabernæ materia, & vſus.*
2 *Etymologiæ vis, & inefficacia.*
5 *Etymologizandi forma.*
6 *Etymologiæ, & aluſionis diſcrimen.*
8 *Alluſionis vſus, & damnatio.*

## LEX CLXXXIII.

TABERNAE. Taberna † dicta eſt, quod tabulis, (vt Feſtus interpreta- 1
tur) conficeretur, non quòd tantũmodo clauderetur: omne tamen ædifi-
cium, licet tabulis non conficiatur, vel claudatur, taberna dici poteſt. Et
hinc adparet, argumentũ ab etymologia, etiam negatiuè adſumendo, nõ
valere. In † quo articulo inextricabiliter ferè diſputatũ eſt. Sed hanc rem 2
ego ſic finire ſoleo. Cũ etymologia vim definitionis habet, quã κατ᾽ αὐτί-
λεξιν Victorinus appellat, argumentum, & adfirmatiuè & negatiuè concludit: vt, donatio,
eſt doni datio, exceptio, * eſt actionis excluſio: inſtrumentũ, quod inſtruit cauſam [18]. Appel- 3
larunt

18 l. j. §. de fide inſtr.



larunt autẽ veteres id genus non etymologiam, ſed aduerbium. Cùm verò etymologia na
turam ſuam ſeruat, argumentum adfirmatiuè nõ eſt efficax: cùm enim generalius id ſit, vn
de fit deductio, quàm ipſum quod deducitur [1], poſita aliqua generis parte, non ſequitur, eã
ſpeciem, de qua agimus, poni: vnde qui dicit, id de meo fit tuum, non ideo concludit eſſe mu
tuum. Negatiuè verò efficax eſt, quia à quo remouetur genus, ab eo & quælibet ſpecies re-
mouetur. exempli cauſa: Fur à ferẽdo, id eſt, contrectando dicitur: verũ erit, ſi dicamus, res
non fuit contrectata, igitur in ea furtũ factum non eſt [2]: & id pro regula proditum eſt: Quę
hanc exceptionem patitur, vt non procedat, cùm ratio inuẽtionis vocabuli aliud inducit.
Quid enim, ſi quid inductum eſt ab eo, quod fieri deberet? Non ſequitur, ſi id minùs fiat, no
men non competere. Tutores dicti ſunt, quòd pupillũ tueri debent: idq; ex eorum definitio
ne à Seruio tradita adparet Monachi, quòd ſolitarij eſſe deberent: non conſequitur, eum tu
torem, qui pupillũ negligit, nõ eſſe tutorem: nec aſsiduũ in frequentibus locis, non eſſe mo-
nachũ. Quod & in Pontifice, & Auguſto ex recentiũ interpretatione dicẽdum eſt: iandiu
enim eſt, cùm nec Pontifices ad vitã æternam nobis pontem faciunt, nec augẽt imperium,
Auguſti. Quid item, ſi ab eo, quod olim & frequentius obſeruabatur, nomen deductũ ſit?
vt nuptiæ, quòd in his ſolerent obnubi capita [3]: tametſi non obnubantur hodie mulieres,
ſunt tamen nuptiæ. Sic taberna prius dicta, quod ex tabulis fieret: vnde etiã ſi alio modo cõ
4 ficiatur, nihilominus ſeruat nomẽ. Sic monaſterium * nomen retinet, etiam ſi à monachis
5 derelictum ſit [4]. Putarem tamen in dubiis † propius eſſe, vt arbitremur, ab eo, quod de ſub-
ſtantia impræſentiarũ ſit [5], fieri deriuationem, quàm ab eo, quod eſſe deberet, vel olim fue-
rit. Et ideo conſequens erit, Caret molis, ergo non eſt molendinũ, vt Baldus ſcripſit [6]. Item
non inuenitur in bonis pupilli, ergo in inuentario deſcribendũ non eſt [7], vt Bartolus exiſti
6 mauit, & hæc in etymologia procedunt, quam veriloquiũ Cicero appellat. In alluſione † ve
rò aliud eſt: hæc enim nec ad ſubſtantiã rei, nec ad deriuationẽ omnino reſpicit, ſed ad ſo-
lius vocis ſimilitudinem refertur: vt, poſſeſsio quaſi poſitio, magiſti quòd monſtrẽt, furtum
quaſi furuum, teſtamentum teſtatio mentis, ſacellum ſacra cella, interdictũ inter duos di-
7 ctũ: vera enim poſſeſsionis * etymologia eſt, à ſedibus: magiſtri, quòd curam magis cæteris
præſtare debeat: furis à Gręco φῶρ quæ vox ἀπὸ τοῦ φέρειν id eſt, auferendo, contrectandóque
deducitur teſtamenti ſacelliq; à ſimplici teſtatione, & ſacro: interdicti, quaſi interim dicti,
8 vt ſuprà oſtendimus. Vnde † conſequens eſt, vt cum alluſio ad ſimilitudinẽ vocum ſolùm
referatur, argumentum ab ea non ſit iuſtum, niſi ſimilitudini nominis ſimilitudo quoque
rationis accedat. Damnantur pleriſque huiuſmodi alluſiones, vt à Donato Fabióq; Quin-
til. lib. j. Sed & Hieronymus quadam epiſtola interpretem Lucæ damnat, qui alludit in ver
bis, friget in ſenſu. Videtur alluſio eſſe, quam Græci, vt Martianus inquit, παρίσον vocant,
vel παρονομασίαν id eſt, adnominationem.

1 l. ſi qd. §. inter. de leg. iij.
2 l. j. de acquir. poſſ.
3 Inſtit. de pat. pot. in prin.
4 c. cum dilectus. de conſu.
5 Abb. c. j. in fi. de iudic.
6 Bal. c. j. §. ſi quid. de contr. inueſt.
7 l. tutor. de admin. tut.

### SVMMAE.

1 ☞ *Tabernam variè accipi. 3.*

## LEX CLXXXIIII.

1 INDE. Contubernales.) † Aedificia antiquorum ſolis tabulis conſta-
bant, claudebantúrq;: vnde taberna generaliter poteſt accipi pro omni
habitatione, & tabernaculo. Inde & contubernales, qui ſimul habitant.
Vſus tamen poſteriorũ obtinuit, vt tabernã ſimpliciter dicamus, in qua
merces venduntur. Sicq; Catullus dixiſſe videtur: Salax taberna vóſque
2 contubernales, A pileatis nona fratribus pila. Sic & M. Cicero * taberna
rios accepit pro his, qui negociationes in tabernis faciunt, dum inquit: Opifices & taberna
3 rios, atq; illam omnẽ fæcem ciuitatis, quid eſt negocij concitare? Addit Nonius † Marcel-
lus, tempeſtate ſua tabernas appellari ſolitas vinarias, quod & vulgò nunc obtinet. In re
4 militari contubernales [8] dicuntur, * qui in iiſdem tabernaculis ſeu tentoriis militant. Hinc
5 & contubernium. Sanè quod in Quiritibus matrimonium eſt, in ſeruis * contubernium
quandoque appellatur [9].

8 l. rem. §. j. commod.
9 l. liberorum. §. eod.

### SVMMAE.

1 ☞ *Legati & pignoris in taberna diſcrimen.*
2 *Tabernæ cauponiæ cedunt loci inſtrumenta.*
4 *L. Librorum. de legatis iij. & l. inſtructam. conciliari.*

## LEX CLXXXV.

1 INSTRVCTAM. Qui † tabernã vendit, vel etiam legat, de loco ipſo in-
tellexiſſe videtur [10], non de inſtrumẽto vel mercibus. qui verò pignerat [11],
etiã merces pigneraſſe intelligitur: nullũ enim inde detrimentũ debitori af-
fertur, cùm nõ ideo plus debeat. Idémq; ſi quis de taberna pannaria ſeu pan-
norum contrahat [12]: videntur enim merces cauſa demonſtrationis adiectæ.
2 Quòd ſi tabernã † cum inſtrumento dicit, non contineri inſtitores Paulus reſpondit [13]: ſunt

10 l. qui tabernas. de contr. emp.
11 l. qui tabernam. de pig.
12 Bar. l. cum pater. §. menſæ. de leg. ij.
13 l. tabernæ. de fund. inſtr.

enim illi negotiationis ipſius, non autẽ loci inſtrumenta: vnde * tabernæ cauponiæ inſtru- 3
mento legato, loci tantũ inſtrumenta præſtabuntur, vt doliaria vaſa, vectiones, ancones,
calices, trullæ, quæ circa ahenum ſolent traiici, congiaria, ſextaria. Nec † obſtat, quòd in- 4
ſtructã tabernam hîc Vlpianus appellet, quæ non ſolùm rebus, ſed etiã hominibus ad nego
ciationem parata eſt: quia quamuis taberna hominibus inſtructa dici poſsit [1], non tamen
inſtitores ipſi tabernæ inſtrumẽta propriè ſunt, niſi cùm tabernã pro vniuerſitate iurium
ipſius negociationis, non autem ſimpliciter pro loco accipere nos conſtat. de cæteris igitur
ſeruis accipiendũ hîc eſt, cùm eiuſmodi eſt negociationis genus, vt ſine operis nõ cõſiſtat [2].

1 l. librorũ. §. ſed ſi bibliothecam. de leg. iij.
2 l. cum quęritur. de fundo inſtr.

SVMMAE.

1 ☞ *Commendare, verbi multiplex acceptio.*
3 *Commendatarij officium & poteſtas.*
4 *Commendationis generalis inefficacia.*

LEX CLXXXVI.

COMMENDARE. Commendare † variis modis in iure accipitur. 1
Commendamus amicum, quem laudibus, vt charior alicui ſit, proſequi-
mur. Commendamus * rem, quam deponimus: vnde qui centũ tibi com- 2
mendat, vſuras exigere non poteſt: id enim notiſsimos depoſiti terminos
excederet. Cõmendat [3] & Rom. Pontifex ſacerdotia, † cùm adminiſtra- 3
torem generalẽ alicuius opulenti templi aliquem conſtituit, cenſetúrq;
is liberam habere procurationẽ, modo nimirum reperto, quo citra ius irreuocabilis tituli
ex ſacrorum fructibus οἱ ἐλκεσίπεπλοι luxuriarentur. Commendat etiam qui cuſtodiã man-
dat. Sanè verbis † generalibus facta commendatio [4] non obligat [5]: & teſtatur qui liber- 4
tum ſuum hæredi commendat, non ideo alimenta legaſſe exiſtimatur. Sed & ſi Seium tibi
commendem, iubeámque ei plenam fidem adhiberi, non tamen meo periculo illi credes,
cum aliquid perſuadere tibi voluerit [6], quod ad ſuam vtilitatem vel honorem pertineat:
vt ſi ſe conſtitutum à me procuratorem dicat.

3 c. nemo. de elect.
4 Bar. l. Lucius. de fideiuſſ.
5 l. fideicom. §. j. de leg. iij.
6 l. ſi. C. quod cum eo.

SVMMAE.

1 ☞ *Exigere, multipliciter ſumi.*
2 *Exactum de ſoluto quouis modo accipi.*
5 *Vſumfructum, alio exigente dotem finiri.*

LEX CLXXXVII.

VERBVM EXACTAE. Exigere † variè accipitur. exigit qui ex- 1
tra agit, id eſt expellit: inde exacti reges vrbe Roma Pomponio [7]. Exigit,
qui requirit, qui perficit, qui iniuſtè petit [8]. Sed ſtricta ſignificatione pro-
priè exegiſſe dicitur [9], qui id recepit, quod inſtituta actione petebat: vn-
de exigere ab inuito accipitur. Iuriſconſul. tamen latius id verbum patê-
re exiſtimauit, † & exactam pecuniam intelligit, quæ perſoluta eſt: ſiue enim volens, 2
ſiue inuitus debitor dederit, non eſt dubium dici eum ſoluiſſe. Sed & exegiſſe dicitur, cui
per delegationem ſatisfactum eſt, cùm delegationem vicem ſolutionis habere receptum
ſit [10]: hincq; arbitror in dubiis hunc ſenſum admittendum eſſe, vt exegiſſe dicamus, * etiã 3
quod ſponte debitor obtulit, cùm alioquin inuitum potuiſſemus cogere: vnde qui procura-
tor ad exigendum conſtitutus eſt, etiam præſente domino voluntariam ſolutionem recipe
re poterit [11], ídque crebrius probatum eſt. Sed an mulier, cui vſusfructus à marito legatus
eſt, donec dotem non exegerit, ſi alteri actiones cedat, legato excludetur [12]? Et non exclu-
di verius eſt: qui enim cedit, * non ideo exigit. quòd ſi ceſsionarius † ipſe exegerit, putaue- 4
rim vſumfructum ampliùs non deberi: non enim à teſtatore hæredem in tantum voluiſſe 5
grauari credendum eſt: atqui ideo vſumfructum legauit, quia interim dotem hæres poſside
bat. Sibi igitur imputet mulier, ex cuius facto conditio defecit [13].

7 l. ij. de ori. iu.
8 x. q. ij. quia. Archid.
9 l. fideicom. §. ſi rem. de leg. iij.
10 l. quamuis. §. interdum. ad Vell.
11 l. non ſolùm. ſol. matr.
12 Bart. authen. quod locũ. in fin. C. ſi mul. ſec. nupt.
13 l. qui per alium. §. tit. j. Bart. l. amplius. in fi. rẽ rat. hab.

SVMMAE.

1 ☞ *Habere variè accipi.*
2 *Poſſidere & habere diſcidunt.*
3 *Habere licere formulæ ſenſus & vis.*
5 *Stipulatio habere licere indiuidua.*

LEX CLXXXVIII.

HABERE. Habere † generale verbum, quod & ad ius dominij, & ad poſ- 1
ſeſsionem refertur qui etiam de facto detinet, vt ſeruus, habere dicitur [14].
Cornelius Fronto, in libro quẽ de verborum differentiis ſcripſit: Habere,
inquit, † poteſt etiã fur, nequam: poſsidet nemo, niſi qui aut relictę, aut do 2
natæ, aut emptæ rei dominus eſt: ita in habente onus, in poſsidente vſus
eſt. Quibus verbis à iure antiquo proditam differentiam declarare vide-
tur, non autẽ id iuris quod hodie receptũ eſt [15]. Solebant † autem in venditionibus empto- 3
ri promitti habere licere: quæ verba cùm ex ſe duplicem habeant intellectũ, in hoc contra
ctu alterũ tantummodo recipiunt, vt videlicet emptori liceat ſine interpellatione obtine-
re: in eo enim contractu de iure dominij actum non videtur [16]: quoniam verior eſt eorum
ſententia,

14 l. ſtipula. iſta. §. hi qui. de verb. oblig.
15 §. eod. l. quæſtio.
16 l. ſi ita. de contrah. empt.



4 ſententia, qui non teneri ad dominij tranſlationem * venditorem exiſtimauerunt, & ideo
tradendo liberari, quod & Iuriſconſultus hic ſentit [1], & nos quandoq; diſputando demon-
5 ſtrauimus [2], licet in contrariam partem frequentius itum ſit. Sanè hæc † ſtipulatio, habere
licere, diuiſionem non recipit [3]: accedit enim contractui venditionis, qui pro parte valere
non debet: vnde ſi rei diuiduæ accederet, aliud dicendum eſſet: quod plerique probant [4].

1 l. ſtipul. de vſur.
2 l. j. C. de eo quod inter.
3 l. cum ex cauſa. de verbo. oblig.
4 l. iij. §. de verb. oblig.

SVMMAE.

1 ☞ *Cauendi forma.*
2 *Repromittens cautioni non ſatiſfacit.*
3 *L. Sancimus. C. de verborum ſignificatione ſenſus.*

1 §. CAVTVM. Siue † fideiuſſores quis dederit, ſiue pignora, cauiſſe dicitur: verbum
enim cauere, idem ſignificat, quod ſecurum facere. Is autẽ ſecurus eſt, cui vel pignore, vel
2 fideiuſsione conſultum eſt. Et ideo † quoties lex ea cauſa caueri poſtulat, quòd ſecuriorem
reddere creditorem velit, exiſtimarem ſimplicem repromiſsionem, quę per ſtipulationem
fieri ſolet non ſufficere. ſi verò eum, quem adhuc debitorem eſſe non conſtat, cauere velit,
ſecus eſt: quoniam Iuſtinianus ſanxit [5] cautionis nomine, vel ἀσφαλείας (ita enim ille ſcri-
3 pſit, licet in vulgatis codicibus græca vox, † quæ ſecuritatem ſignificat, deficiat) nudã pro-
miſsionem ſignificari. Satis quippe illi cautum dicitur, qui per ſtipulationem iuri ſuo con-
ſuluit. Quòd ſi is debitor pauper ſuſpectúsve ſit, ſola ſtipulatio non ſufficeret [6]: non enim
ſecurus creditor eſſet: qua de re ſuperius [7] à nobis latius diſputatum eſt.

5 l. ſancimus. C. de verbor. ſigni.
6 l. pen. de pet. hæred.
7 l. ſatiſdationis.

SVMMAE.

1 ☞ *Facere non opor. variè ſumi.*
3 *Facti eſſe iuris & legis abnutiua. 6. in naturali ſenſu contra. 4.*

LEX CLXXXIX.

1 FACERE. Promiſit † aliquis non facere [8], quo minus domo mihi locata
frui poſsim: habent ea verba duplicem ſignificationẽ. Altera eſt, vt abſti-
neat ab omni facto, per quod vſus meus impediretur. Altera eſt, vt etiam
curet, ne à quouis alio impediatur: & hîc ex vulgari ſcriptura ſenſus elici-
tur. Alij tamen codices, facere oportere, abſq; negatione ſcriptũ habent:
2 qua ex lectione colligitur, facti * appellatione, etiam ne fiat contineri. In
3 quo † tractatu ſic diſtinguẽdum opinor: aut facta accipimus, quatenus ab his, quæ iuris ſunt
differunt, & propriè obligationem, ne quid fiat, facti eſſe dicemus: cùm enim in dando non
4 conſiſtat, cõſequens eſt, vt facti ſit [9]. Aut in † naturalẽ ſenſum id verbum accipimus, & qui
nõ facit, propriè facere nõ dicitur: quapropter lex perduellionis, quę eos inſequitur, qui ad-
uerſus principis perſonã aliquid faciunt, in eo locum ſibi non vẽdicabit [10], qui conſpiratio
nem ſciens, non reuelat, ídq; receptius eſt: punietur enim mitiùs: & hoc ex proprio ſenſu
dicendum eſt: nam ex interpretatione legis aliquando vltra vim verbi aliud reſpõdemus.
5 Vnde fraudẽ * facere creditoribus intelligitur, qui ſeruitutes per negligentiam amittit, vel
6 rem pro derelicto habet [11]. Cæterum † cùm in lege de eo fit mentio, qui contrà facit, obſer-
uabimus qualis ſit iuſsio: ſi enim adfirmatiua eſt, qui negligit, aduerſus eã facere dicitur [12]:
rurſus ſi prohibitiua, ne quid fiat, ſit, aduerſus eam negligendo non facimus, ſed faciendo
tantùm. Híncque apparet, ſi à teſtatore ei hæredi pœna conſtituatur, qui aliqua in re aduer
ſus teſtamentum fecerit, pœnam committi, ſi legata ſoluere hæres neglexerit, ídque indubi
tati iuris opinor, tametſi quidam aliter exiſtimauerint [13].

8 l. ſi fundus. loca.
9 l. ij. §. de verb. oblig.
10 l. j. & ij. ad legẽ Pomp.
11 l. iiij. §. quæ in fraud. cred.
12 l. ſi quis maior. C. de tranſact.
13 Alex. l. vbi. §. qid quod. de verb. oblig.

SVMMAE.

1 ☞ *Prouincialem ciuem, aut incolam dici.*
2 *L. Prouinciales. ſenſus verior. 3.*
5 *Clarigationem in originariis alibi degẽtibus ceſſare.*

LEX CXC.

1 PROVINCIALES. Vario † modo videtur accipi prouincialẽ poſ-
ſe: & qui origine incolatúq; ex prouincia eſt, is omnino abſq; vlla dubi
tatione prouincialis eſt: ſed & qui in prouincia domicilium habent, id
nominis ſortiuntur. Hinc Appollonius Rhodius dictus eſt, quãuis pa-
tria Alexandrinus eſſet, vt Suidas ſcribit. Agripinẽſes quoq; apud Cor
nel. Tacitũ lib. xx. deductis, inquiunt, olim alienigenis, & nobiſcũ per
connubia ſociatis, quíq; mox prouenere, hæc patria eſt: vt minimè du-
bitari oporteat, ex iure domicilij patriam acquiri, & id propriè, licet aliqui diſſentiãt. Qui
2 verò † in prouincia orti ſunt, & alibi domiciliũ habent, ſentit Iuriſconſultus ex recentiorũ
ſententia non eſſe prouinciales: quod interpretatur Iacob. Oldr. Alberic. ex cõmuni loquẽ-
3 di vſu. Sed ipſe † prouinciales eſſe magis ſentio, ne minùs natiuitas, quàm domiciliũ poſsit:
deceptíq; in eo ſunt interpretes quòd oriundũ, exiſtimauerunt idẽ ſignificare quod ortum,
cùm ſuprà ex Latinis autoribus docuerimus, oriundũ dici reſpectu originis maiorũ ſuorũ,

non reſpectu ſuę. Quamuis igitur origine patris* filius ſequatur [1], non tamē eius patrię nō 4
mine cēſetur, cùm aliò pater habitatū conceſsit, & liberos ſuſtulit: & ita noſtræ opinioni re
ſponſi huius verba non obſtabunt. Accurſius Bartolúſq; dictionē duntaxat in verbis Iuriſ-
conſulti ſubaudiunt, quam & aliqui ipſi contextui inſeruerunt, nec exemplo caret, vt ita
ſubaudiamus, quod à nobis ſuprà demonſtratum eſt [2]. Et ex his infertur, appellatione Flo-
rentinorum, non ſolùm eos contineri, qui Florētiæ originarij incolæq; ſunt, ſed etiam quia
altero tantùm iure nituntur. Recipit tamē id ex materiæ qualitate aliquam reſtrictionem.
Finge conceſſum aduerſus Florētinos † ius præhenſionis (clarigationem veteres dixere) 5
iniquum eſſet eos, qui Florentiæ non habitant, nec munera ſubeunt, comprændi, tametſi
inde orti proponantur [3]: cùm enim Reipublicæ munera ibi non ſubeant, non debēt in eas
pœnas incidere, quæ propter Reipublicæ delictum irrogantur, quales ſunt huiuſmodi prę-
henſiones, manuúmq; iniectiones. Sed † an idem eſt, ſiue prouincialem dicamus, ſiue eum 6
qui de prouincia ſit [4]? & idem eſſe communiter traditum eſt, niſi quòd illa verba, de prouin
cia, aliquanto magis ad originem, quàm ad domicilium referuntur [5].

1 l. aſſumptio, ad municip.
2 In l. anniculus, ſ. eod.
3 Alex. in rubr. ſolu. matr. vbi dixi.
4 c. j. de ſponſ.
5 l. j. in fi. de tutorib. & cur. dat.

S V M M AE.

1 ☞ *Repudiamus futura, non tranſacta.*
2 *Diuortij, & repudij mutuus vſus.*

LEX CXCI.

INTER DIVORTIVM. Repudiare † generale verbum eſt, quod 1
propriè ad ius quærendum refertur: quæſita enim propriè non repudian
tur: atque hinc dicimus hæreditatē delatam repudiari. Hinc † etiam re- 2
pudium dicitur, cùm futuri matrimonij ſponſalia dirimuntur. Diuortiū
verò * non niſi inter coniuges eſt [6]: quamuis pinguiore minerua putem 3
etiam de ſponſis dici poſſe, qua ratione & P. Vergilius diuortia aquarum
dixit: nec etymologia * omnino repugnaret, cùm etiam decedant ſponſi, in diuerſáſq; eant 4
partes. Non diffiteor tamen ἐμφαλωκωτέρως in coniugibus dici: cùm enim coniuncti prius
fuerint, miſſo repudio, verè in diuerſas partes eunt. Eſt & apud Vlpianum [7] fribuſculum [8],
dictio * à me nuſquam alibi lecta, cùm propter iram ſubitariam & breuem coniuges rece- 5
dunt, non tamen diuortunt, ſed ceſſante fribuſculo, & quieſcente ira, reuertuntur.

6 l. inter ſtuprum. §. j. ſ. eo.
7 ꝑ. Fl. friuuſculum.
8 l. cū hic. §. ſi diuortiū. de dona. int. vir.

S V M M AE.

1 ☞ *Plus de modico dici.*
2 *Pluriſualentiæ donatio ad modicum referenda.*
6 *Plus poſſediſſe de modico dici & præualere.*
7 *Plus in teſtibus vitiat.*
10 *Plus arbitrarium: arbitriique modus. 11.*

LEX CXCII.

HAEC ADIECTIO. Hæc adiectio, † plurísve, quæ ſolet numero cer 1
to adiici, ad modicam ſummam refertur: quod & dicendum eſt, cùm quis
plus minus dicit [9], quam clauſulam duabus notis P.M. antiqui ſcribere ſo
lebāt. Híncq; argumētari † poſſumus, eum qui veræ æſtimationis neſcius 2
fundum centum aureis vendat, & ſi plus valet, illud reliquum donare ſe
aſſerit, non intelligi donaſſe, niſi cùm aliquid modicū plus valet [10]. Qua-
propter ſi multò pluris * res vendita valeat, poterit contractus reſcindi. Sed & ſi me * vl- 3
tra iuſti pretij dimidium deceptum, vel rem eius pretij, quod accepi, duplo plurísq; valere 4
probauero, contractus reſcindetur: quoniam quicquid illud eſt, quod dimidium * excedit, 5
tametſi modicum & incertum, ſufficit vt contractus reſcindetur [11]. Qua ratione in inter-
dicto retinendæ, † ſi cęteris probationibus paribus, alter litigantiū ſe tanto tempore, quan- 6
to aduerſarius intendit, poſſediſſe, plúſq; probauerit, obtinere debebit: ſufficit enim etiam
tempus incertū, vt longiore poſſeſsione vſus videatur, & ex eo aduerſariū ſuperet [12]. In † te- 7
ſtimoniis verò hæc adiectio nullius eſt effectus [13], quoties de certa quantitate adfirmare te
ſtes debent: ſi enim incertum adferunt, pro ſuperuacuo habetur, quoniā * probationes ne- 8
ceſſariò concludere debent [14]: ídq; crebrius receptū eſt, niſi teſtem iudex rurſus interroget
vt certius teſtimoniū perhibeat, & de quāta ſumma ſenſerit, declaret [15]. Et hæc nō * ſolùm 9
in hac dictione obſeruanda ſunt, ſed etiam in præpoſitionibus vltra, citra, circiter, penè lo
cum ſibi vēdicant, & ſi quæ aliæ ſimiles, quæ tamē ex ſubiecta materia aliter atq; aliter acci
piuntur [16]. Vnde † in his cùm certa ſignificatio afferri non poſsit, arbitrio iudicis erit de- 10
ferendum [17], cuius partes etiam in eo verſabuntur, vt conſtituat, quæ minuſcula ſumma
ſit, quādoquidem in iure pro modica ſumma quandoq; duo aurei accipiuntur [18], quandoq;
quarta pars eius de quo agitur [19], quandoq; quod intra ſextam eſt, vt cùm ab arbitro nos læ
ſos dicimus [20], quandoq; quod minus centum aureis eſt: huiuſmodíq; lites ideo breuiores
ſunt [21]: quandoq; quod x. libras non excedit [22]. Ex † qualitate igitur perſonarum ius dicen- 11
tis religio, quid conſtituendum ſit, diſcernet: nam & pauperi viro maximum erit, quod lo-
cupleti & aſsiduo modicum. Sanè in antiquis quibuſdā codicibus aliter, quàm in vulgatis
reſponſi

9 l. publica. in fi. depoſ.
10 Bar. in l. ſi quis cum aliter. de verb. oblig.
11 l. ij. C. de reſcind. vend.
12 c. licet cauſam. de ꝓbat.
13 Iaſon. l. & ſi poſt. l. ſi quis caut.
14 c. in præſentia. de prob.
15 §. illud. in authē. de teſt.
16 iij. q. vij. qui ſine.
17 l. j. ſ. de iur. delib.
18 l. idem. ſ. de dolo.
19 l. ſi quis in ſuo. ſ. de inoff. teſt.
20 l. ſocietatem. §. arbitrorum. vbi Bar. ſ. pro ſo.
21 Bar. in auth. niſi. C. de ſenten. paſſ.
22 l. ſed & ſi. §. j. ſ. de iudic.



reſponſi huius verba concepta ſunt, hoc ſcilicet modo: Hæc adiectio, plurísve, non infini-
tam pecuniam continet, ſed modicam: vt, taxatio hæc ſolidorum decem, plurísve, ad mi-
nutalem ſummam refertur.

S V M M AE.

1 ☞ *Quanti eſt, pretij nota.*
3 *Æſtimanda cauſa, modúſve.*
4 *Intereſſe multiplex.*

LEX CXCIII.

1 HAEC VERBA, QVANTI. Verbum † eſſe, ad veritatē refertur
2 Vnde ſi prætor quanti ea res ſit, * actionē det, de ea quantitate quę veram
æſtimationē complectatur, intelligemus, non autē de eo, quod præterea
intereſt. & cùm de re danda agitur, facillimè cognoſcitur, quanti ea res
ſcit: ſed cùm ideo datur actio, quia aliter quàm debeat, fiat, difficiliùs ra-
tio initur: quoniam pleraq; facta in promptu æſtimari nequeunt, & ideo
3 conſultius † tunc eſt, certam pœnam comprændere: quod in prætoriis ſtipulationibus ob-
ſeruandum Venuleius [1] inquit, alioqui ex qualitate negotij diſcernemus, quanti æſtimatio
ducenda ſit. Finge ius dicenti me non paruiſſe [2], in eo cōdemnabor, quod, habita ratione
iudicis, & mea æquum videbitur, vt quò grauior & dignior eſt iudex, vel contemptus ini-
quior, eò grauiùs, & in maiorem quantitatem puniar: non autē eius quod intereſt, tali caſu
4 ratio ducetur. Tripliciter † autem noſtra intereſt, ſingulariter, communiter, & ex conuen-
tione: quæ qui apertiùs dignoſcere velit, is eum librum legat, quem de eo, quod intereſt, in-
ſcripſi: nec vlterius hoc in reſponſo à nobis elucubrandum eſt, cùm in eiuſdem argumenti
lege [3] ſuprà explicata ſint, quæ ad rem pertinere viſa ſunt.

1 l. fin. de prætor. ſtipul.
2 l. j. in fin. ſi quis ius dic.
3 l. quinque pedum. C. fi. regu.

S V M M AE.

1 ☞ *Muneris & doni diſcrimen. verius. 2.*
3 *Munera ex re nominari græcè & latinè.*
4 *Xenium variè accipi.*
5 *L. Inter. ſenſus.*

LEX CXCIIII.

1 INTER DONVM. Quid † inter munus, & donū intereſſet, non Iu-
riſconſulti tantū, ſed & Grammatici plerunq; dubitauêre, aliis opinan-
tibus dona ad Deos pertinere, vt Seruio, & Donato: aliis ad homines
etiam, quibus à potentiore donatur, vt cùm pauperibus diuites, Impera-
tor militibus donat, quod Cornelio Frontoni placuit. Sed † verior eſt Iu
2 riſconſultorū interpretatio, vt donum latiore ſignificatione accipiatur,
quàm munus: eſſe enim munus quod ex neceſsitate officij, iuſtáve aliqua cauſa præſtatur,
vt cùm patrono donatur qui nuptias cōtraxerit, vel qui filiū ſuſtulerit. Terētius in Phorm.
Nam herilem filium eius duxiſſe audio vxorem, ei credo munus hoc corraditur. Et rurſus:
Porrò autē ferietur alio munere, vbi hera pepererit: Porrò alio autē, vbi erit puero natalis
dies. Erat enim hæc veterū conſuetudo: vnde & ΣΩΤΗΡΙ noſtro recens nato, Magi reges
aurum, thus, mirrhā obtulerunt. Súntq; hæc munera quæ nuptiarum & natalitia hîc dicun
3 tur, Græcis ἐπαύλια, & γενεθλίδια. Apud † eos enim variis ex cauſis, varia munerum nomina
habentur, ob inuentionem εὕρετρον, ob redemptionē rei amiſſæ [4] λύτρον, ob nuntiū μήνυτρον,
ob victoriā νικητήριον, ob certamen ἔπαθλον, ei qui nos duxerit ἡγεμόσυνον, qui ſono demulſe-
rit πρoαύλιον, qui nutriuerit θρέπτρον, vel τρόφημα, qui mediū ſe vel interpretem pro nobis geſſe
rit [5], ἑρμηνευτικόν, qui rem mihi meā adtulerit φόρετρον. Arbitror & φυτίον dici poſſe emphy-
teuticam penſionē, ſeu mercedē meliorationis quæ pro plantis penditur: vnde vulgus cor-
ruptæ Fictum dicit, vt quod in prædiis vrbanis eſt ἐνοίκιον, in ruſticis ſit φυτίον, videtúrque
vtrunque latinè dici poſſe Colonarium. Eſt & Cœnacularium Vlpiano [6], pro penſione
quam inquilini pro conducto cœnaculo ſoluunt. Cœnaticum verò Sportulam ſignificat,
quam cœnæ nomine extorquebant à prouincialibus milites. Sed & quæ medico præmia
præſtantur, Soteria, vel Iatrea dicuntur: quæ præceptori, Didactra, vel Didaſcalia, latinè
Minerualia: quæ artifici, Epichera: aliquid ferenti, Comiſtra: beneficio, Chariſteria: quo
exemplo & Latini quod iudicibus datur, Sportulas vocant: quod Iuriſconſultis, Honora-
rium: quod militibus, Stipēdium: quandoq; & ſolatium, Græci & obſoniū dicunt, Lucæ in
Euangelio: vnde & Iſelaſticorū obſonia Plinio x. in epiſt. quod extra ordinē exercitui, Do-
natiuum: plebi, Congiariū: quod Reipublicæ pro ſolo occupato, Solariū: quod magiſtratui
pro ſupellectile, cæteríſq; ad cōmeandum neceſſariis, Vaſariū: quod vbi commeauerit, pro
præmio geſti honoris, Salariū: quod nutricibus in mercedē, Nutritium: quod nautis, Nau-
lum: quod præconi, Præconiū, Plauto in Menæch. quod aduocatis, vel amicis, Strena: quod
principi in nouæ digitatis honorem, Coronaríum: quod Commentarienſi ob diligentis cu
ſtodiæ ſignificationē, Carcēraticū [7]: quod Reipublicæ ob Cloacarum purgationem, Cloa-
carium: quod abſenti vt alere ſe poſsit, Viaticum: quod vt quis ſingulis dieb. ſe alat, Dia-

4 l. falſus. §. plerique. de furt.
5 l. fin. ſ. de proxen.
6 l. ſolutū. in fi. de pig. act.
7 l. pen. de bon. dam.

rium:quod pro calceis impenditur, Calciarium:pro veſtitu, Veſtiarium:idq; genus ſimilia.
Eſt & Xenium † propriè munus,quod hoſpitibus datur, ſed in iure pro munuſculis accipi- 4
1 ſolent.§.pe. de offic.proconſul.
tur,quæ iudicibus ſolent, ad eorum gratiam aucupandam mitti [1], de quo extat prouerbiũ,
ὅτε πάντα, ὅτε πάντοτε ὅτε παρὰ πάντων. Teſtatur Plinius Cæcilius quadam epiſtola in cau-
ſis dicendis ſe omni dono, munere, xeniis abſtinuiſſe, quæ verba à Iure conſulti noſtri di-
ſtinctione non diſsident. Xenicon verò apud Ariſtophanem pro militari nutrititio accipi
tur,quod Corinthij aduenis militibus pendebant. Laurentius tamen Valla etiam cum cau
ſa donum dici exiſtimauit,Iuriſconſultóſq; inſectatur, quòd pugnantia ſimul ſcripſiſſe vi-
deantur:ſed hanc ego litem infrà dirimam. Quòd † autem hîc dicitur, intereſſe inter hæc 5
verba, hoc quod inter genus & ſpeciem : non aliud ſignificat, quàm ſicut latior eſt generis
quàm ſpeciei ſignificatio,ita eſſe latiorem doni notationem quàm muneris:nec enim pro-
priè donum genus eſt. Similiter & alibi ſcriptum eſt, Plebs à populo differt,quod ſpecies à
2 §.plebs.Inſtit.de iur.nat.
genere,quod videlicet latius populi nomen pertineat [2].

SVMMAE.

1 ☞ *Fœminæũ mari extenſiuè ineſſe:in pœnis cõtrà.3.* 2 *Extenſionis latitudo.*

## LEX CXCV.

PRONVNTIATIO. Sub † maſculino nomine contineri fœmi- 1
ninum,non ex proprietate ſermonis eſt, ſed ex extenſione : quod ver-
bum,porrigitur,hîc oſtendit.quia tamẽ † extenſio hæc cõmuni vſu re- 2
cepta eſt [3], in quacũq; ferè materia regula hæc obſeruabitur, niſi cùm
3 Bald.c.ad audientiam.de reſcript.
aliam loquentis intentionẽ eſſe apparebit, vt quia diuerſa ratio diuer-
ſum ius ſuadeat.† quapropter ſi filij exulũ lege lata extra vrbem expel 3
lendi ſunt,de filiabus actum non videbitur:propter enim * ſexus imbe 4
4 Bal.l. quæcunque.de ſer.fugit.
5 l.j.§.
cillitatem,ab eis nihil periculi imminet [4], qua de re à nobis latiùs ſuprà tractatum eſt [5].

SVMMAE.

2 ☞ *Familiam perſonarum variè ſumi.5.16.*
3 *Lex xij.Tab.explicatur.*
4 *Familiæ dignoſcendæ modus:idque ex re.*
6 *Poteſtatem in alios variè cenſeri.*
7 *§.Familiæ ſenſus.13.23.25.*
8 *Familiæ ſunt mulieres quælibet.in pœnis contrà.*
9 *Familiam ex re protendi, & reſtringi.*
11 *Domini acceptiones.*
12 *Paterfamilias dicitur etiam ſine prole.*
15 *Emancipatos in familia & agnatione eſſe.*
17 *Tempus mortis in proximitate cẽſenda ſpectandum, quandoque contrà.*
18 *Familiæ ineſſe legitimos.*
19 *Seruientium familiam variè accipi.*
21 *Familiæ delicto præfectos non, niſi ex cauſis teneri.*
22 *Familiæ inſunt quiuis.*
24 *Familiam ex re accipi.*

§. FAMILIAE. Familia * ad res & perſonas refertur † cùm de perſonis intelligitur, 1
quinq; modis poteſt accipi. Primò,vt certas perſonas,putà libertum cõtineat. Secundò,vt 2
corpus quoddã,cuius caput iure proprio membra ſubiecta habet, vt filiorũ,nepotum,pro-
nepotúmq; ſoboles,qui in patrisfamil. poteſtate ſunt. Tertiò,corpus in quo non præminet
alicuius poteſtas,ſed cõmuni omnes iure vtũtur, vt agnati inter ſe. Quartò,ſeruientiũ tur-
ba,qui vetuſtiſsimus huius vocis ſignificatus eſt:antiqui enim,famuli,ſeruũ dicebant:vnde
Famulari verbum,à quo familia. Quintò,nec ad ius proprium,nec ad commune,neque ad
ſeruos refertur,ſed ad originem,& memoriam:vt cùm dicimus, Hic eſt ex Iulia familia,id
eſt,originem à Iulio traxit.

DIDVCITVR, DIVIDITVR. Quo verbo ſæpe vtitur M. Fabius in libris In-
ſtitu. Oratoriarum.

FAMILIAM, ID EST, HAEREDITATEM. Cicero † ad Herennium libro 3
Rhetoricorum primo,cap.xxvj. verba legis xij.tabularum ſic concipit : PATERFAMI-
LIAS VTI SVPER FAMILIA PECVNIAVE SVA LEGAVERIT, ITA IVS ESTO:
SI INTESTATVS MORITVR, FAMILIA PECVNIAQVE EIVS AGNATORVM
GENTILIVMQVE ESTO. Sed † quomodo dignoſcimus, de rebus,an perſonis actũ ſit? 4
6 Bart.l.fin.C.eod.
Et proditũ eſt, cùm familiæ relinquitur,de perſonis actũ cenſeri [6]: cùm à teſtatore de fami-
lia diſponitur,tunc de rebus agi. Nec enim poſſumus tunc de perſonis intelligere,quę cùm
liberæ ſint,ad nullius diſpoſitionẽ pertinent. Ego arbitror,& cùm de familia diſponitur,de
famulitio ſeruorúmve choro actũ videri:obſoleuit enim ex cõmuni vſu illa, quæ in xij.ta-
bulis eſt ſignificatio. Quapropter de ea in dubio accipiendum non eſt,niſi cùm aliqua nos
in hoc coniectura adigit,vt quia teſtator rogat hæredem,vt familiam ſuã reſtituat:ſi enim
7 l.nam quod.in fin.ad Trebell.
de ſeruitio intelligeretur,non erat opus hæredẽ rogare in eo,quod directè legari potuit [7].

EX EA FAMILIA. Accurſius verba legis ſic adſcribit:Ex ea familia in eam patro
8 §.quinto.inſtit.de bonor.poſſeſſ.
ni familiam liberti bona veniant. Intelligítque de bonorum poſſeſsione, quæ patrono in
liberti bonis datur [8]: qui ſenſus non quadrat, quoniam huiuſmodi bonorum poſſeſsio ex
edicto



edicto prætoris deſcendit:at hîc de duodecim tabularum lege agitur. Ipſe igitur aliter ſen-
tio,& opinor verba legis hæc fuiſſe:Ex ea familia,vnde Titius miſſus manu eſt, in eam fa-
miliam adſcribatur. Liberti enim nomine,ſeu(vt ita loquar)parentela patroni cenſeban-
5 tur,vt in Diſpunctionibus docuimus,accipitúrq; tunc † familia pro ſingularibus ipſorum
perſonis:nec enim communia cum cæteris cognationis iura habent,nec aut ſerui, aut do-
mus habitatores ſunt:meritò igitur hæc ſignificatio à cæteris diſtinguenda fuit.

6 IVRE PROPRIO. Perſonæ † ſubiectæ natura ſunt,id eſt,æquitate naturali, vxor
marito,gener,nurúſque,ſocero,denique quilibet familiaris domino. Filij verò & nepotes,
cæteríque deinceps qui in poteſtate ſunt,etiam iure ciuili ſubiiciuntur [1]. 1 l.in ſuis.de libe. & poſth.

7 MATREMFAM. Videtur † hîc probari,vxorem in familia viri eſſe [2] : habet enim 2 l.quicunque.C.de re mil.
8 maritus dominium, id eſt, quandam præminentiam in illam. Quapropter † legato fa-
cto familiæ,etiam vxor admittetur [3] : quod & in vidua obſeruandum eſt:iuris enim inter- 3 d.l.fin.
pretatione adhuc in matrimonio eſſe exiſtimatur. In odioſis tamen fortè aliud obſeruan-
dum eſſet. Et ideo ſi quis in exilium cum familia mittatur,vxor ea lege non tenebitur:idq;
Oldradus,& Albericus probant.

9 NEPTES ET DEINCEPS. Hîc † conſtat familiæ appellationẽ vltra quartum
gradũ in deſcendẽtibus intelligi:in prohibitione autẽ alienationis hęredi facta,vt res in fa
milia perpetuò remaneant [4], Iuſtinianus ſanxit, vltra quartũ gradum deſcendentium pro- 4 In auth.de reſt.fideicom.
hibitionem nõ extendi:cuius rationem alij viderint. Illud conſtat, in fideicõmiſſo familiæ
vſq; ad decimum gradũ agnatos admitti:quoniã gradatim,inſtar ſucceſsionis, quæ ab in-
teſtato defertur, vocantur:in fideicõmiſſo verò quod duobus antiquioribus de domo reli-
ctum ſit,cùm nõ ſanguinis coniunctio,ſed ſolùm familiæ nomẽ in teſtatoris conſideratio-
ne fuiſſe videatur,etiam decimi gradus vlteriores non excludi,quidam ſenſerunt [5]. 5 Deci.conſ.cccxxj.in fin.

10 DOMO. Quandoque tamẽ * domus pro familia accipitur, ídque præſertim in vul-
gari ſermone:videtúrque μετωνυμικῶς continens pro cõtento poni [6]:quapropter propriè de 6 l.pen.de teſt.
his,qui vnà habitant,intelligitur [7]. 7 l.cùm vnus. de alim.leg.

11 DOMINIVM. Id eſt † præminentiam. Alioqui alio ſenſu dominium eſt ius perfe-
ctè diſponendi de re ſua corporali [8]. Sanè qui ſolo huiuſmodi pręminentiæ iure etiam prin 8 Bart.l.ſi quis vi. §.differẽtia.de acq.
cipibus ſubſunt,in eos delinquendo,perduellionis crimine non notantur [9]. 9 Clem. paſtoralis.§.denique.de re iud.

12 SED ET IVS. Vt quis † paterfamiliâs dicatur,ſatis eſt, vt familiæ ſuæ dominus ſit:
quoniam hæc vox non ſolùm in eis locum habet,qui verè patres ſunt,filióſque habent,ſed
etiam in eis qui ſine prole ſunt,dum iura in domo ſua habeant,quæ cæteri patresfamil.

13 QVOTQVOT CAPITA. De ſuis † hæredibus intelligendum : quia qui in alio-
rum poteſtate recidunt,familias non habent.

EMANCIPATVS. Extra patris familiam emancipati ſunt,vt hîc traditur,alioqui
propriam familiam non haberent:quod hoc iure maximè procedit,quo emancipati agna
14 tionem nõ ſeruant [10]:ſed cùm hodie * inſtar ſuorũ redacta ſint [11],putauerim † in fauorabi 10 l.tutelas.de capi.dim. 11 l.meminimus.C. de leg.hæred.
15 libus eos contineri,ſiue de familia lex verba faciat, ſiue de agnatione [12]. Quod in legibus
quoq; municipalibus obſeruandũ eſſe arbitror,quibus agnati maſculi cęteros excludũt:nõ 12 d.l.fin.& l. qui ſe patris.C.vnde lib.
enim in his vinculũ patriæ poteſtatis in animaduerſione eſt, ſed id ſolũ, ꝙ cognomẽ fami- 13 Bald.in l. fi.C.de emancip.lib.
liæ,eiúſque inſignia ſeruẽt [13]:quod etiam emancipatis cõuenit,licet aliis aliter viſum ſit [14]. 14 Dec.conſ.xiij.

16 AGNATORVM. Accipitur † ergo familia etiã pro agnitione:quod dubiũ eſſe non
debet,cùm huius vocabuli ſignificationẽ Iuſtinianus in cognatis quoq;,cæteríſque propin
quis acceperit:quod ideo eſſe ab eo conſtitutũ arbitror : quoniã agnatis cognatos æquales
17 in ſucceſsionibus fecerat. Cùm igitur familiæ teſtator relinquit,qui proximiores † in gra-
du tẽpore teſtamẽti,vel mortis erant,admittẽdi ſunt [15]:quippe illi propriè agnati ſunt. Qui 15 l.cùm ita.§.fi.de leg.ij.
verò poſt eius mortẽ concepti ſunt [16],cũ agnati nõ ſint,nõ admitterentur, niſi aliter de vo- 16 l.Titius.de ſuis & leg.
luntate teſtatoris appareat:veluti in fideicõmiſſo cõditionali:cùm enim dies tẽpore exiſtẽ
tis cõditionis cedat,eos admittemus qui tũc in familia proximiore gradu erũt [17]. Vnde fit, 17 Io.and. rub. de teſtamẽ.in Spec.
vt,prohibita hæredi alienatione extra familiã,illi cẽſeantur vocati,qui propinquiores ipſi
hæredi ſupererunt,cũ alienabitur,tametſi alij extent ipſi teſtatori cõiunctiores:idq; quãuis
doctiſsimis quibuſdã reclamãtibus [18],receptius apud recentiores videtur,quoniã de manu 18 Socin. in l. ſi cognatis.§.de reb.dub.
hæredis fideicõmiſſum accipitur. Sed in directis ſubſtitutionibus,cùm ab ipſo teſtatore cõ
tinenter hęreditas deferatur,eius proximiores cẽſentur vocati [19]. Sed & ſi quis velit fundũ 19 l.fi.C.de inſtit.& ſubſti.
in familia remanere,ſatis cõiicitur,mortuis his,quibus fideicõmiſſum reſtitutũ eſt, eorum
propinquiores deinde admitti, licet poſt teſtatoris ſupremũ diem natos [20]. Sed quid ſi cui- 20 Com.d.§.fin.
libet ex familia relictũ ſit?& promiſcuè in obſeruato gradu quicunq; admittentur [21], dum 21 l.vnum.de leg.ij.
intra decimum gradum ſint,vt etiam Paulus Caſtrẽ.reſpondit [22]. Quid item, ſi ſimpliciter 22 Paul.conſ.ccclxxxiij.nota.in j.
quis iuſſus eſt fundum in familiam relinquere? Et poſſe eum,quem velit de familia eligere, 23 Conſil.xxxij. proprietarius.in j.l. voluntas.C.de fideicom.
idem reſpondit [23]. Quid rurſus, ſi familiæ alicuius extranei, cùm ille iam fato functus eſſet,
reliquero? Et admitti eius deſcendentes omnes æqualiter,pleriſque viſum eſt [24]. 24 Bar.d.l.ſi cognatis.in fi.

EX EADEM DOMO, ET GENTE. Sed nũquid † filius illegitimus ex fami- 18
lia erit? Et cùm agnatus non ſit, non erit, ſi familiam hac quarta ſignificatione accipiamus:
genus enim hîc pro agnatione ſumitur: vnde Gentiles agnati. Sed cùm hodie in fauorabili
bus Iuſtinianus omnes contineri ſanxerit [1], qui ab eodem ſanguine proficiſcuntur, cogna-
tóſque etiam admiſerit, dubitandum non eſt, quin naturales hoc caſu ex familia cenſean-
tur: quod aliter in ſpuriis eſt, quoniã illorũ patrẽ incertum lex exiſtimat, odióq; inſectatur.

1 d. l. fin.

SERVIENTIVM. Non de ſeruis † ſolùm intelligendum eſt, ſed etiam de quibuſ- 19
cunque famulantibus, & operam ſuam in id, quod demonſtratum eſt, præſtantibus. Sic in
edicto familia publicanorum accipitur [2]. Sic & quid raptum, vel vi factum, cum familia di
citur [3]. Sic ædiles emptorem, qui redhibitoria experitur, reſarcire venditori voluerũt, qua-
tenus ſeruus culpa ſua, familiæúe ſuæ deterior factus eſt [4]. Sed cùm in prædictis † caſibus 20
dominus ex delicto familiæ obligetur, an in cæteris quoque idem generaliter cõſtituemus?
Et non obligari dicendum eſt [5]. Quapropter liberabitur, ſi ſeruum pro noxa det, niſi eum
delinquenti conſenſiſſe conſtet, quod ex coniecturis quoque deprændetur, vt quia conſul-
tus de delicto tacuit, vel cùm poſſet, non prohibuit [6]. Sed & nobiles, qui in famulitiũ ſuum
ſicarios, lenones, ídque genus improbos retinent, ex eorũ delictis, arbitratu iudicis punien
di ſunt [7]: præſumuntur enim eorum conditionem notam habuiſſe, ne eis licuit deteſtabiles
hóſce domi habere [8], & fauoribus proſequi: & ideo etiam ſi dolo careant, culpa non carẽt.
Caupones quoque * & nautas pro familia ſua teneri conſtat [9], ſi damnum in re commiſ- 21
ſum eſt, cuius cuſtodiam præſtare debuerunt. Sed finge hoſpitem ab aliquo ex familia cau
ponis vulneratum, quid erit? Et ſi in diuerſorio, dum cauponum curæ confidit, affectus eſt,
putarim dominũ obligari, damnúmq; ab eo emẽdandũ, alioquin cauponẽ obſoluendũ [10].

2 l. j. §. familiæ. de publica.
3 l. ij. §. hæc actio. vi bo. ra.
4 l. j. l. addes etiam. de ædil. edict.
5 l. ij. §. de noxal.
6 c. Petrus. de homicid.
7 Clem. ne in agro. §. porrò. de ſtat. monac
8 c. conſtitutis. de teſt.
9 l. j. §. naut. caup.
10 Iaſ. l. j. C. de ſer. fug.

FILII. Siue † in poteſtate, ſiue ſui iuris ſint, ſiue vnà cum patre habitent, ſiue ſepara- 22
tim: eadémque interpretatio in ædilitio edicto capitur [11].

11 l. quod ſi nolit. §. idem. de ædil. edict.

VLTIMI. Retrò computando. † Et hæc vltima ſignificatio intelligitur, cùm propter 23
antiquitatem originis, gentiles iſti nullo gradu ſe cõtingunt: ſic enim hoc caſu ab agnatio-
ne differet familia, & ita cæteri interpretes ſentiunt. Sed † cùm in hoc reſponſo tot familiæ 24
ſignificationes proditæ ſint, quomodo cognoſcemus, de qua intelligere nos oporteat? Et ex
ſubiecta materia arbitror diiudicandum eſſe, vt in relictis familiæ, conſtitutionem [12] Iuſti-
niani ſeruemus: ſi lex captum à familia prætoris certa pecunia cõdemnet, de ſeruientibus,
iuréque officij capientibus intelligamus, qua ratione filius ex familia non cenſebitur [13]. Si
piſtor panem coquere Titio, eiúſque familiæ promiſit [14], de cohabitantibus accipia-
mus. Videtur enim paterfamil. curæ domui ſuæ tantùm prouidiſſe, vt quibuſdam vide-
tur [15]. Quem ſenſum & accipere lex debet, quæ ciuem cogit cum familia ſua in vrbe habi-
tare. Idem & dicendum, cùm lex alicui & eius familiæ priuilegium concedit [16].

12 d. l. fin.
13 Rayn. d. l. ædiles.
14 l. tria onera. de excu. tu.
15 Cepol. de ſer. vrb. c. 50.
16 l. ij. C. de epiſc. & cler.

MVLIER. Caput, † id eſt, principium. Refertur autem hoc ad vltimam familiæ ſi- 25
gnificationem: in viris enim familiæ nomẽ per omnem deſcendentiũ ſeriem durat. Vnde
Aſcanius, qui Iulus dictus eſt, Iuliæ familiæ primus auctor, deſcendentes ſuos Iulios appel-
latos ſemper habuit. Sic Appius Claudius, Claudios, quorum Nero vltimus fuit. At mulie-
rum filij earum nomina non ſeruant, ſed patrum ſuorum: vnde in eis nulla familiæ origo
propagatur, ſed cum eis extinguitur.

SVMMAE.

1 ☞ *Familiæ etymon, eique præfectos ineſſe.*
3 *Collegiis præfectos ineſſe.*

## LEX CXCVI.

FAMILIAE. Cùm † familia à famulando, id eſt, ſeruiendo deducatur, vt 1
ſuprà oſtendimus, non videbatur eius appellatione poſſe dominum conti-
neri, tanquam etymologia repugnaret, & tamen aliter Caius hîc cenſuit:
quoniam nomina hæc collectiua, vel vniuerſitatum, non membris ſolùm,
ſed & capite conſtant, ideo illud quoque comprændere debent. Sic appella-
tione militum, * Imperator [17]: appellatione populi, Senatus continebitur [18]. Qua ratione 2
cùm curiam dicimus, † etiam de cardinalibus [19]: cùm monachos, de Abbate [20]: cùm ca- 3
pitulum, de Decano quoque intelligemus [21]. Sic & ſcholaſticorum nomine, rector admit-
tetur: nam & epiſcopus, qui ſtudiorum cauſa in Academia ſit, nihilominus ſcholaſticus
dicetur, ídque Baldus tradit [22].

17 l. j. de teſt. mil.
18 §. plebs. inſti. de iur. nat.
19 Oldr. hîc.
20 c. fin. de ſimo.
21 c. quia. §. j. de conceſſ. præb. in vj.
22 In procem. decret.

SVMMAE.

1 ☞ *Filij patrem, niſi ex cauſis, ſequuntur.*

§. FOEMINARVM. Hoc regulariter proditũ eſt, vt filij † legitimi patris familiam 1
ſequantur, non matris: niſi ſpecialiter aliud indultum ſit [23], vt Ilienſibus, Delphis, & Pon-
ticis, quibus ex priuilegio competit, vt ex alienigenis & eorum mulieribus nati, matris
originem

23 l. j. ad mun.



2 originem ſequantur. Ex hacque regula traditum eſt, nobilis matris * filium non idcircò no
bilem eſſe: quoniam ex patre ſolũ deducitur nobilitas: vnde nec gentilitia matris inſignia
filio gerere conceſſum eſt: nec præter principem quiſquam conſtituere poſſet, vt originem
matris filij ſequerẽtur [1]: quoniam, ne id ab aliquo decernatur, lege expreſsim prohibitum
eſt. Et id in legitima prole ſibi locum vendicat: alioquin ſpurij, cæteríque illegitimi ven-
trem ſequuntur [2]. Sic & natus pendente ſtatus controuerſia cum matre, euentum litis ma-
ternæ ſequetur: quod in eis non ſeruatur, qui ante litem motam nati ſunt [3].

1 l. exemplo. C. de decur.
2 l. cùm legitimæ. §. de ſtat. homin.
3 l. ſi. C. de lib. cau.

SVMMAE.

1 ☞ *Deferendi rei forma, & effectus.*
3 *L. Indicaſſe. ſenſus.*
4 *Indicare variè accipi.*

## LEX CXCVII.

1 INDICASSE. Deferre † reum, idem eſt, quod poſtulare [4], id eſt, coram
iudice nocentem nominare, & vt cognitionem ſuſcipiat petere. Fiebat au-
tem id libello, cui ſubſcribere neceſſe habebat, qui detuliſſet, vt ſi obtinuiſ-
ſet, præmiis adficeretur: & ſi ſuccubuiſſet, ex Turpiliano Senatuſconſulto
puniretur. Hoc peracto diſputabatur, an ſuſcipienda cognitio eſſet, de indi-
ciiſque cognoſcebatur: id erat arguere reum, id eſt, demõſtrare, & ex argumentis probare,
ab eo commiſſum crimen. quòd ſi ſubeſſe legitimas coniecturas iudex vidiſſet [5], vlteriùs
2 procedendum eſſe interloquebatur, ſicque eius nomen, qui delatus * erat, inter reos reci-
piebatur [6]: tum iudex oratores, aduocatóſue admittebat, qui vnà cum partibus continuis
orationibus de cauſa diſputabant, túmque propriè accuſare dicebantur, & hinc Accuſa-
tor, inde reus eſſe. Si reus conuictus eſſet, præmium accuſatori decernebatur quarta pars
bonorum rei, vt in crimine læſæ maieſtatis Corne. Tacitus libro iiij. autor eſt: Silio, inquit,
condemnato, M. Lepidus quartam accuſatoribus, ſecundum neceſsitudinem legis, cætera
3 liberis conceſsit. Igitur oſtendit † Iuriſconſultus indicare reum id ſignificare, cùm non ſo
lùm delatus, argutúſque reus, ſed & accuſatus conuictúſque eſſet. Quapropter cùm ei præ-
miũ debeatur, qui famoſi libelli auctorem indicauerit, vt conſtitutioni locus ſit, reum opor
4 tet eſſe conuictum [7]. Et quæ diximus † ex ſtricta ſignificatione procedũt: nam latius quan-
doque ea verba accipiuntur: & arguiſſe quoque non videtur, niſi & qui conuicerit. Vnde
cùm ex Senatuſconſulto libertas pro præmio ſeruo debeatur, qui cædem domini arguerit,
arguiſſe intelligemus, qui oſtenderit [8], & damnari fecerit. Sic & in quibuſdam conſtitutio-
nibus reſponſum à prudentibus eſt, cùm præmia his decernerentur, qui impietatis reos ar-
guerent [9]: id enim verbum generaliter pro oſtendere demonſtraréque accipitur, vt in car
mine Vergiliano: Degeneres animos timor arguit.

4 l. deferre. de iure fiſc.
5 l. Senatus. in fin. eod. tit.
6 Bar. l. is qui reus. de pub. iud.
7 l. lex Corn. in fi. de iniur.
8 l. ſi quis in graui. §. ſi ex ſtipul. ad Sila.
9 Alber. l. j. C. quib. ex cau. ſer. pro præt.

SVMMAE.

1 ☞ *Seruitutum genera & denominatio.*
2 *L. Vrbana. ſenſus.*
3 *Stabula variè accipi.*
4 *L. In eo in quibus cauſis pignus. ſenſus.*
5 *Prætorij acceptio varia.*
6 *Villarum ſpecies, & vſus.*
7 *Prædium materia & vſu dignoſci. huius effectus.*
8 *Horti vrbani ne ſint an ruſtici vſu dignoſci.*

## LEX CXCVIII.

1 VRBANA. Seruitutum † aliæ ſunt vrbanæ, aliæ ruſticæ: quæ ſic nomen ſu-
munt, quòd prædio vrbano, vel ruſtico debeantur: obſeruamus enim non
ſimpliciter ſeruitutẽ ipſam, ſed prædium cui debetur [10]. Vnde quamuis via
cenſeatur ruſtica ſeruitus, ſi tamen per fundum tuum eam mihi debeas, vt
ad domum meam ire agere poſsim, verius eſt vrbanã ſeruitutem tunc eſſe,
2 quoniam vrbano prædio debetur. Quæ † autem ſint vrbana prædia, ſic explicat Iuriſcon
ſultus, vt ſint omnia ædificia habitandi cauſa facta, vbicunque ſint, ſiue in vrbe, ſiue extra
vrbem, in vicis villíſue, & conciliabulis: vrbanum enim prædium materia, non locus facit.
3 STABVLA. Diuerſoria, & † quas tabernas vocamus, veteres ſtabula appellarũt. Sed
& hæc vox pro ſeptis accipitur, quibus iumenta vel greges ſtabulantur. In priore ſignifi-
catu hîc capienda eſt, quod arguunt ſubſequẽtia verba: túmque certiſsimum eſt, vrbanum
4 prædium ſtabulum eſſe. In poſteriore ſenſu videtur accepiſſe Neratius [11], cùm † numero
vrbanorum non eſſe, quoniam à cæteris ædificiis ſeparata ſint, ſcripſit. Cùm enim non pro
hominum habitatione, ſed pro pecorum, quæ in rei ruſticæ fructu ſunt, commoditate ſtru-
cta fuerint, naturam ruſticorum ſequuntur, tametſi ædificiis conſtent.
MERITORIA. Mereri eſt mercede operã præſtare: vnde loca meritoria, quæ mer-
cede locantur, fortè viatoribus, vel peregrinantibus. Hinc & meritoria ſcorta, meritoriæ
rhædæ, & muli meritorij, ídque genus ſimilia.
5 PRAETORIA. Prætoriũ domus † imperatoria eſt, quòd quemcunq; militum impe-
ratorẽ, antiqui prætorẽ dicebant [12]. Sic & principia, pro principis tabernaculo accipiũtur
Vegetio.

10 l. pecoris. & l. ſeq. de ſeruit. ruſt.
11 l. eo iure. §. in quib. cauſ. pig.
12 l. officium. in fin. §. de re militari.

Vegetio.Cœpit tamen prætorij appellatio pro ornatiore domo accipi, in qua paterfa.ruri
habitat.Tripartito enim villa diuiditur. Prima † vrbana, quam dominus ipſe ad inhabi- 6
tandum ſumit [1]:ea & prætorium dicitur Palladio,Tranq. Papinio in Pollij Surrentino, &
Iuriſconſultis.Altera ruſtica,quam villici operæque ruſticæ incolunt [2].Tertia fructuaria,
in quam fructus deuehuntur:vnde & à vehendo villa dicta.autor Columella.

MATERIA. Quid † ergo ſi quis tugurium,vel caſam ex ſtramẽtis ædificet?Et ſi pro 7
vſu hominis ſit, vrbanum eſſe prædium receptum eſt: quapropter in ea aliquis capi, & in
jus duci,non magis poterit,quã ex domo [3]. Si verò boũ, pecorúmq; habitationi præparata
ſit, aliud eſt,niſi domui cõiuncta vel proxima ſit: nam tũc vrbani ædificij pars cẽſebitur [4].

HORTOS. Cùm horti † propter amœnitatem vrbani prædij,cui contigui ſunt,com 8
parentur,æquum eſt vrbanis eos contineri.quòd ſi plurimũ in reditu ſint,id eſt,principali-
ter propter ruſticos reditus cõſtituti,ſecus eſt.Quid enim ſi olitoribus locentur,vel vineas
includunt? arguitur inde mens patrisfamil. non minus vtilitatis,vt fructus vendat, quàm
amœnitatis cauſa,eos colentis.

OLITORII. Ab olere fit olitor,non ab oliuis,vt Accurſius exiſtimauit.

SVMMAE.

*1 ☞ Abeſſe variè ſumi.5.6.* *4 L.Abſentem.explicari.*
*3 Citari domi,quandoque ſatis eſſe.*

LEX CXCIX.

ABSENTEM. Abeſſe † quis dicitur variis modis:ſunt enim qui ex cauſa 1
neceſſaria probabilíque abſunt,vt milites [5]: qui ex probabili tantùm,vt
qui ſtudiorum cauſa peregrè agunt:qui neceſſariò tantũ vt relegati: ſunt
& qui ſponte,vt mercatores,Accipitur autem abſentia variis modis, vt
ſuprà à nobis annotatum eſt:Hoc verò in reſponſo is traditur abeſſe, qui
extra vrbis continentia eſt.Quapropter cùm lex velit in iudiciis ordina-
riis [6],ſub ipſum cauſæ initium reum coràm & in faciem, niſi abſens ſit,citari: non valebit
citatio * ad domum facta,niſi proponatur & probetur reũ extra continentia vrbis fuiſſe [7], 2
vel niſi latitet,vt hîc dicitur:poſtquã verò ſemel in iudicium venerit, ſufficiet ſi denuntie-
tur domum [8].Sed † & in cauſis,quæ celeritatem requirunt,vt quia periculoſa ſit mora [9], ſa 3
tis erit etiam à principio libellum vocationis domum deferre [10]:dicetúrque tunc abeſſe,
qui in iure non eſt.Quod autem † hîc ſubiicitur,abeſſe non videri, qui ab hoſtibus captus 4
eſt,eam habet ex veterum interpretum ſententia rationem [11], quia capti ab hoſtibus pro
mortuis habentur:in quo ipſe dubito, quoniam etiam, qui mortui † ſunt abeſſe dicuntur. 5
Verius † igitur eſt, abſentem ſecundum ſubiectam materiam accipi: & cùm hîc reſpectu 6
petitionis loquamur,non poterit captus ab hoſtibus neque tanquam abſens vocari, cita-
tione in domum ſuam delata,ſed eius ſucceſſor vocandus erit. In capto verò à latronibus
aliud eſt,licet ei propter iuſtam cauſam prætor ſuccurrat [12].

SVMMAE.

*1 ☞ Noxam variè accipi.* *3 Homines iuxta leges diſponere cenſeri.*

LEX CC.

HAEC STIPVLATIO. Licet † noxæ appellatione omne delictum con- 1
tineri verum ſit [13],cùm tamen emptor mancipij à venditore ſtipulatur noxis
ſolutum eſſe, non de omni delicto intelligitur, nec de capitali fraude actum
cenſetur.Cuius rei illa eſt ratio, quoniam ædiles,qui conſtituerant,quibus ca
ſibus redhibitioni locus ſit [14],noxam ab huiuſmodi fraude diſtinxerãt. Vnde
creditur * contrahentes verba ſua ſecundum legis ſenſum de ea re loquentis intellexiſſe: 2
qua ratione adfirmandum videtur,generalis verbi ſignificationem reſtringendam eſſe,vt
ſecundum legis diſpoſitionem contractum cenſeatur. Sic,† qui poſteris, & ſucceſſoribus 3
hæreditatem relinquit,maſculos fœminis prætuliſſe exiſtimandus eſt,quando ex lege mu-
nicipali præferebantur [15]. Sic hæres, qui legata generaliter ſoluere promittit [16], deducta
falcidia promiſiſſe intelligitur:quod hanc quoq; rationẽ habet:cùm enim huiuſmodi cau-
tio ex neceſsitate præſtetur,non videtur vlteriùs cautum,quàm quatenus ex legis iuſsione
cauendum fuerat:quod & in huius reſponſi ſpecie dicendum eſt,alioquin * verba contra- 4
hentium generalia,ſatiùs eſt generaliter accipi [17].

PVBLICAM EXECVTIONEM. De quibus delictis ſuprà habetur ſub rubri-
ca,de publicis iudiciis.Crimen quoq; * famoſi libelli publici iudicij eſt [18],quam rem Corn. 5
Tacitus lib.hiſt.1.ſic exequitur:Legẽ maieſtatis Tiberius reduxerat, cui nomẽ apud vete-
res idẽ:ſed alia in iudiciũ veniebãt,ſi quis proditione exercitũ, aut plebẽ ſeditionibus, de-
niq; malè geſta Repu.maieſtatẽ populi Ro.minuiſſet,facta arguebãtur, dicta impunè erãt.
Primus Auguſtus cognitionẽ de famoſis libellis ſpecie legis eius tractauit, cõmotus Caſsij
Seueri libidine,qua viros,fœmináſq; illuſtres procacibus ſcriptis diffamauerat.Quę verba
referre

1 l.plenum.de vſu & hab.
2 l.videamus.locati.
3 l.plerique.de in ius voc.
4 Cepoll.c.xj.de ſer.
5 l.fin.de reſt.in integ.
6 §.ſi verò etiam. in auth. de exhib.reis.
7 l. Fulcinius. §. illud. ex quib.cauſ.in poſſ.
8 l.& poſt.de iudi.
9 c.cauſam.de dolo.
10 l.iiij.§.abeſſe. de damn. infect.
11 l.mulieris.§.eod.
12 l.ſuccurritur.§. ex quib. cau.maior.
13 l.plebs.§.fin.j.eod.
14 l.j.l.quis ſit.§.quod aiũt. de ædil.edict.
15 But.conſ.ij.de conteſt.
16 l.ſi.C.ad legem Falcid.
17 Gl.l.ſi prior.ſol.mat.
18 l.quod Senatus.de iniur.



referre placuit, vt ambigere deſinerent Doct. quomodo crimen illud publicum ſit, quod
tamen in tractatu publicorum iudiciorum non connumeretur [1]: apparet enim ſub lege
maieſtatis contineri,cùm ad eius exemplum iudicetur [2].

SVMMAE.

*1 ☞ Filio vlteriores vtriuſque ſexus contineri:ex cauſis contrà. 3.* *2 Nominati potiores.*
*5 Auum patre in odioſis nõ contineri:ex re diuerſum.*

LEX CCI.

1 IVSTA. Sicuti † filius etiam filiam continet, ita & nepotem,eadémque ra-
tione opinor & neptem:cúmque conformes eſſe has regulas Iuriſconſultus
hîc oſtendat,conſequens eſt, vt ſicut maſculinum nõ niſi per interpretatio-
nem fœmininum ſexum continet,ita & filius ad nepotem ex ſermonis pro-
prietate non referatur, ſed tantummodò ex interpretatione, per quam ex
2 ſimilitudine rationis fit extenſio:& ita communiter receptum eſt. Hincque † ſi teſtator fi-
liis Titij, & eius deſcendentibus fundum per fideicommiſſum relinquat,ſi aliqui filij ſuper-
ſint,prius admittentur [3], tanquam ſub illo nomine, filiis, cenſeantur nominatim vocati:
nec cum eis vnà nepotes Titij,ex aliis filiis pręmortuis ſuccedent,illi enim ſub nomine de-
ſcendentium, potiùs quàm filiorum compræendentur: quippe appellatio filiorum non niſi
per extenſionem, deſcendentium verò etiam propriè ad eos refertur. Donec ergo ſuper-
ſunt filij,qui priùs nominati ſunt,non erit locus cæteris deſcendẽtibus poſteriore loco ſcri
3 ptis:& ita quidam ſentiunt [4]. Idémque dicendum in ea ſpecie,cùm † exiſtentibus filiis, fœ-
minæ à ſucceſsione repellantur:cenſebitur enim filias fœminas excluſas: quoniam ſub di-
ctione,filiis,per quam vocarentur,non niſi per interpretationem continentur: at ſub ver-
bo fœminæ,per quod excluduntur,propriè habentur.
4 PATRIS NOMINE. Sicut filij nomine nepos,ſic & patris * auus cõtinetur:quod
generaliter verum eſt, niſi cùm materia odioſa eſt: & non omnino tantùm rationis eſt in
5 auo,quantùm in patre.Hinc † lex Iulia,quę Senatori prohibet,ne eam vxorẽ ducat,cuius
pater artem ludicram fecerit [5], non videtur prohibere,ſi non pater,ſed auus fecerit: quo-
niam quò magis ille gradu diſtat,eò minùs artis infamia deſcendentes adficit.Eadem quo-
que patri concedens,vt depræhẽſam in adulterio filiam occidere poſsit, tantùm iuris auo
dediſſe non videbitur [6], ad cuius dedecus adulteræ turpitudo non ita pertinet, ſicut ad pa-
trem ſanguine iunctiorem. Sed & quoties certam perſonam patris appellatione intelligi-
mus [7], ad auum non fiet extenſio.Quid ſi lex aliquid ſoli patri concedere ſe dicat, an pro-
pter eam dictionem reſtrictiuam auus excludetur? Et ex ſubiecta materia faciendam in-
terpretationem plerique ſenſerunt,& in dubio caſu propius eſt vt non excludatur:nam &
lex contra veteris iuris regulas, ſolis matri & auiæ tutelam defert [8], & tamen frequentiùs
proditum eſt,proauiam non excludi [9].

SVMMAE.

*1 ☞ Funeris ampliabiles ſumptus:hodie contrà. 4.*

LEX CCII.

1 CVM IN TESTAMENTO. Cùm † teſtator certam ſummam in fu-
2 nere erogari mãdat,poteſt & plus expendi:in maiore * enim ſumma etiam
minor continetur.quòd ſi eam ſummam duntaxat conſumi voluit, adhuc
3 idem eſt:videtur * enim taxationẽ additam,vt ei,qui grauatus eſſet,conſu-
leret.Vnde licitum eſt,fauori ſuo renuntiare,& quicquid vlteriùs velit, im-
4 pendere. Quod hodie fortè aliter † eſſet obſeruandum,cùm plerunque accidat,vt pruden
tes teſtatores mandent ſe duobus tantùm cereis, totidémque presbyteris præſentibus ſe-
peliri:propter enim auaritiam quorundam ſacerdotum coërcendam,ita præcepiſſe viden
tur,qui contra Chriſtianæ legis ſimplicitatem,mille ſtrophas inuenerunt,vnde hoc nomi
ne pecunias extorquerent.Quid enim ipſi propter pallia,propter cruces,propter æris cam
pani ſonitus,propter denique ſacrę humationis,vel defodiendi cœmeterij ius remiſerunt,
quod aliquo colore poſſent exigere?ad hæc,candelas,cantores, ſandapilarios, parochos,
pannos?Quid de his cõtrouerſiis dicã,quæ ad quartã canonicã pertinent?vt ſi quid ſponte
loco ſepulchri legatũ eſt,ex neceſsitate legis cõtra voluntatẽ teſtatoris pars deducatur [10].
Cùm igitur in propoſita ſpecie,nõ tam vt hæredi cõſuleret teſtator, ita mãdaſſe videatur,
quã vt auaritiæ ſymonicóq; ambitui ſacerdotũ obuiã iret,non putarem licere plus impen
dere,nec reſponſum hoc Alpheni obſeruandum. Illud cõſtat executorẽ, cui ſepulchri cu-
ra mandata ſit,ſi præter iuſſum plus impenderit,nulla actione ab hærede conſequi poſſe [11].
5 quòd ſi minore pretio induſtria ſua mãdato defunctus eſt,hæredi quod ſupereſt,* profice-
re [12]: tametſi enim nõ poſſe minùs,quã iuſſum ſit impẽdi hîc dicatur,ſi tamẽ per induſtriã,
vel quia apud artificẽ quis gratia valeat, aliáue ratione minore pretio quis id cõſequetur,
quod

1 l.j.de public.iud.
2 l.famoſi.in ſi. ad leg.Iuliam maieſt.
3 l.cum ita.§.fin. de leg.ij.
4 Dec.conſ.j.in ſi.
5 l.lege Iulia.de ritu nup.
6 l.patri.§.de adul.
7 Bar.l.liberorum.in fin.
8 Auth.vt matri & auiæ.
9 Mod.in l.Gallus.§.inſtituens.de lib.& poſthu.
10 c.j.de ſepul.
11 l.qui aliena.§.j. de nego. geſt.
12 l.Lucius.§.j.de leg.ij.

quod ſecundum communem æſtimationem deſignata à teſtatore pecunia fuiſſet cenſen-
dum,ſatisfeciſſe mandato videbitur, accreſcétque hæreditati illud lucrum, vt Dinus, Al-
bericúſque prodiderunt. Quid ſi vltra modum facultatis ſuæ iuſſerit quis ſumptum fieri?
1 l. & ſi quis. §. quid ergo. de relig.
Et hanc voluntatem non eſſe ſequendam, recepti iuris eſt [1].

SVMMAE.

2 ☞ *Domicilium fortunis dici.* 4 *L. In lege. ſenſus. 5.*
3 *Sedes variè accipi.* 7 *Seruorum genera, & officia.*

## LEX CCIII.

IN LEGE CENSORIA. Solebant cenſores publica locare, & ideo
pacta cum publicanis inibant, quibus ſtatuebatur, quatenus vectigal exi-
gendum eſſet. Cùm igitur in lege cenſoria portus Siciliæ cautum eſſet, ne
pro ſeruis quos quis domum pro vſu ſuo duceret, vectigal ſolueretur, fuit
apud Alphenum dubitatum, quomodo eiuſmodi verba accipienda eſſent.
PORTORIVM. Id † eſt, vectigal, quod quia de rebus inuectis ſoluatur, nomen 1
ſumpſit. ſic & portorium, quòd pro his mercibus, quæ in portu ſunt, detur: cuius exactor &
manceps Portitor appellatur antiquis auctoribus.
DOMVM. Vbi igitur † domicilium aliquis conſtituerit, domum habere dicitur: vt 2
ſatis non ſit, quòd aliquo in loco quis habitet, animo fortè recedendi, ſed neceſſarium eſt
domicilium eſſe conſtitutum, id eſt, rerum ſuarum ſummam ibi eſſe, frequentiúſque à pa-
trefamiliâs incoli.
SEDES. Id eſt † habitationem perpetuam. Vergilius: Nec verò hæ ſine ſorte datæ, 3
ſine iudice ſedes. Et rurſus: Priuſquàm ſedibus oſſa quierint. Potes etiã intelligere agros,
2 l. j. de acquir. poſſ.
ſeu fundos: vnde poſſeſsio non à pedibus, vt vulgò legitur [2], ſed à dictione pos: vnde fit im-
pos, & compos, & potis: itémque à ſedibus dicta eſt. Hinc capere ſedes, mutare ſedes, occu-
pare ſedes, & ſimilia apud veteres exempla. Ille ergo poſsidet, qui ſedere, id eſt, ſedem po-
nere potis eſt: à ſeſsitando Galli etiamnum vulgò continuare poſſeſsionem ſaiſire vocant.
MAGNAM DVBITATIONEM. Et † ratio dubitationis eſſe poterat, tum quia 4
3 l. ij. & iij. §. de vſu, & habi.
cùm de vſu loquimur [3], generaliter accipimus, ita vt familia quoque ipſa vti poſsit: tum
etiam quia iure communi de his, quæ patresfamiliâs ad vſum propriũ reuehunt, vectigal
4 l. vniuerſali. C. de vecti.
non ſoluitur [4]. Vnde vt lex cenſoria aliquid induceret, debuiſſet latior interpretatio ſumi.
5 l. non puto. de iure fiſc.
Accedit his, quòd ſicut in dubiis quæſtionibus aduerſus fiſcum facilius reſpondendũ eſt [5].
ita & aduerſus publicanos qui cauſam à fiſco habent. Et certè negari non poteſt, quin ad-
uerſus proprietatem verbi ex hac interpretatione fiat reſtrictio.
VICTVS SVI. Ratio deciſionis eſt † quia immunitas ei cõcedebatur, qui domum 5
pro vſu ſuo duceret. quibus verbis apparet, non illud conſideratum fuiſſe, quod vſui do-
mino quoquo modo eſſe poſſet, ſed quod vſui in domo eſſet: id autem eſt, quod victus pa-
trisfamiliâs cauſa habetur, vt ſerui, qui ad domini perſonam tuendam, eiúſq; cultum per-
tinent. Non igitur nouum eſt, ex præcedentibus * verbis ſubſequentia coarctari. Satíſque 6
priuata portus Siciliæ lex operabitur, cùm iure cõmuni etiam de ſeruis, quos ibi vſuarios
6 l. fi. §. quoties. de publica.
quis duxit, vectigal pendatur: licet aliud ſit in cæteris rebus [6]. Vnde cõmuniter receptum
eſt, ſi lex triticum extra territorium aſportari vetet, qui pro ſuo vſu ducat, nõ cenſeri pro-
7 Bar. l. cætera. §. ij. de leg. j.
8 Clem. fin. de cenſib.
hibitum [7]. Addunt plerique, iuramento eius, qui aſportat, ſtare publicanum debere [8]: quod
9 l. j. C. de ſitt. & itin. cuſto. lib. xij.
intellexerim, dum nullæ ſint ex aduerſo coniecturæ [9].
DISPENSATORES. Qui ſint † hi ſerui, ſicut & inſularij, & villici, à nobis ſu- 7
prà expoſitum eſt.
ATRIENSES. Horum ſumma erat auctoritas, quòd domini negotia procurarent,
res venales diſtraherent, debita exigerent, & in alios ſeruos non parum iuris vſurparent,
quod ex Plauti Aſinaria cognoſci poteſt: arbitror & alimenta cæteris ſeruis diuidere ſoli-
tos, & inde ab atrio nomen ſumpſiſſe: conſtat enim in atrio ſportulas cibariáue diſtribui.
TEXTORES. Serui à texendo dicti.
OPERARII. Qui ruri operabantur: vnde & antiquis auctoribus ſimpliciter operæ
appellantur. affirmat M. Cicero ab operis Clodianis Milonem inſidias paſſum fuiſſe.
TOLERARET. Id eſt, ſuſtentaret: nouus modus loquendi. Cæſ. equos tolerari, cæ-
tera iumenta interiiſſe. Sic & Tacitus tolerare vitam, Græci ἀντλεῖν dicunt.
VECTORES. Solebant veteres vel lecticis deuehi, vel curribus: inde ſerui vecto-
res dicti, quo genere lecticarij, agaſones, mulionéſque ſunt, quos tamen vſu ſuo habent.
CVBICVLARII. Qui cubiculo vel ad limina aſsident.
ADMINISTRATORES. Miniſtri ipſius patrisfamil. in menſa: ſic enim propriè
miniſtrare accipimus, à manibus ducto ſermone.

SVM



SVMMAE.

1 ☞ *Pueros variè ſumi.* 2 *Ætatum varia obſeruatio. 3. 4. 5. verior. 6.*

## LEX CCIIII.

1 PVERI. Explicatur † hîc triplex pueri ſignificatio. Prima eſt, cùm ſer-
uos pueros appellamus, cuiuſcunque ætatis ſint. Sic Perſius:
*I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.*
Qui ſermo in vulgari idiomate etiam hodie eſt in vſu. Altera eſt, cùm
contrario puellæ nomine vtimur, vt videlicet ſexum diſcernamus: tam-
etſi dubium non eſt pueris legatis [1], etiam puellas contineri: qua de re ſu-
1 l. ſeruis. §. ſi pueris. de legat. iij.
prà dictum fuit. Tertia eſt, qua ætatem iudicamus: vnde propria ſignificatione, cùm pue-
rum dicimus, impuberẽ intelligemus, id eſt, qui quatuordecim annos non expleuerit. Ac-
cipitur tamen aliquando aliter ex ſubiecta materia: vnde cùm prætor à poſtulando pueri-
2 l. j. §. pueritiam. de poſtu.
tiam excuſauit [2], excuſatus cenſebitur qui decem & ſeptem annos nondum compleuit. ſed
3 l. mella. de ali. leg.
& legatis vſque ad pubertatem alimentis [3], donec ad decimum octauum annum quis per-
uenerit, debebuntur: quod propter alimentorum fauorem conſtitutum eſt, & rationem ha
bet: ante enim eam ætatem, vt plurimum videmus non ſufficere pueris ſuam ipſorum ar-
tem, vel induſtriam, vt ſe alant: meritò interpretatio in id tempus proferenda fuit. nam &
4 l. arrogato. §. nõ tantùm. de adopt.
tunc plenæ pubertatis eſſe incipiunt [4]. Accipitur & in ſacris literis pleniore ſignificatione
5 ij. q. vij. Paulus.
hæc vox, vt apud Eſaiam: Maledictus puer centum annorum [5]. Sed hoc ἀναφορικῶς acci-
piendum eſt, id eſt, per relationem ad tempus, quo quis puer fuit. Sanè quemadmodum æta
2 tes diſtinguantur, varia fuit apud veteres ſententia. Nam † Macrobius gradus omnes hu-
manæ vitæ ſeptenario numero diuidit: Bis ſeptem annis pueritia perficitur, incipítque pu
bertas: Poſt ter ſeptem genas flore iuuenta veſtit, idémque annus finem in longum creſcen
di facit: Poſt quater ſeptem in latum quoq; creſcere definimus: Quinquies ſeptẽno virium
incrementum abſoluitur: Sexta hebdomas antè collectum robur conſeruat: A ſexta in
ſeptimam fit occulta paulatim diminutio: Septima totius hominis maturitatem adfert,
3 etiam animi: Decima vitæ metam præſcribit. At † Seruius Tullus rex Romanorum cùm
claſſes cenſum faciendi gratia inſtitueret, Pueros exiſtimauit, qui minores eſſent annis ſe-
ptemdecim: abinde vſque ad annum quadrageſimũ ſextum, Iuuenes, & militiæ idoneos:
qui ſupra eum annum erant Seniores: idque ex Tuberonis hiſtoria Aul. Gellius libro x. re-
4 fert. Ariſtoteles † verò in Politicis, corporis vigorem poſt annum trigeſimumſextum mi-
5 nui putat, animi verò poſt duoquinquageſimum. Sed † M. Varro, cui propemodum con-
ſentiunt Arabes medici, quinquæ ætatis gradus commemorat: Pueritiam, ad quintumde-
cimum: Adoleſcentiam, ad trigeſimum annum: Iuuentutem ad quadrageſimumquintum:
Virilitatẽ, ad ſexageſimum: qui vlterius viuendo progrediuntur, Seniores eſſe. Cæterum
6 prudentius † exiſtimaſſe Iuriſconſulti nobis videntur, qui Infantiam ad ſeptimum vſque
6 l. j. §. j. de admi. tut. l. j. de minor.
annum acceperunt [6]: Pubertatem, ſeu Adoleſcentiam, à quartodecimo initium ſumere,
vigeſimoquinto perfici: Iuuentutem inde appellari, cui certus terminus non ſit cõſtitutus,
ſed ex habitu corporum, & conſuetudine eum, ad cuius notionẽ pertinet, exiſtimaturum:
vt qui adhuc inter ſeniores numerari non cœpit, pro iuuene habeatur: atque ita Marcel-
7 l. non aliter. §. de leg. j.
lus reſpondit [7]. Eodem modo & de Senecta iudicandum, niſi quòd ab oneribus perſonali-
8 l. fin. C. qui ætate.
bus maiores quinque & quinquaginta annis tanquam ſenes excuſantur [8]: à tutela verò &
cura, qui ſupra ſeptuaginta annos vixere. Exiſtimauit Bartolus, qui verum dicit, de adul-
to intelligere: perinde ac ſi eadem ſit conditio, cùm vir factus erit, vel cùm adultus erit: ſed
hanc ego ſententiam Diſpunctionum lib. iiij. cap. xij. confutaui.

SVMMAE.

1 ☞ *Pomum latè patere.* 4 *Contractus ex re cenſendi.*
3 *Vuarum genera, & vſus.*

## LEX CCV.

QVI FVNDVM. Appellatione † pomi omnis fructus edendi cauſa pa-
1 ratus, continetur: nõ ita ſi ad potum pertineat. Et dubiũ in hoc caſu facie-
bat: quoniam pomum dupliciter accipi poteſt, ſpeciali ſignificatione, qua
mâla intelligimus, itémq; generali. Videbatur autẽ potiùs ſpecialiter ca-
piendum, tum quia verba * in caſibus dubiis ſunt potius ſecundum ſpe-
9 l. hoc legatum. de leg. iij.
2 ciem, quàm ſecundũ genus interpretanda [9], tum quia cùm exceptio hæc
10 l. veteribus. de pact.
à venditore facta fuerit [10], æquũ erat pactionem ambiguã ei nocere, qui legẽ potuit aper-
tius dicere. Adde quòd indefinitè prolatus fuit huiuſmodi ſermo, & in contractibus indefi-
11 Bart. l. ſi pluribus. de legat. ij.
nita oratio propriè vniuerſali non æquipollet [11]. Sed tamẽ aliud Paulo viſum eſt: non enim
aliter, quàm in vniuerſum, exceptio illa indefinita intelligi poteſt, alioquin nullius effe-
ctus eſſet: nec in ſpecie de mâlo tantummodo fuit accipiendum, cùm non minùs propriè

nuces,

nuces, cæteríque fructus, pomi nomine compræhendantur, quàm mala: licet hodie in
vulgari vſu loquentium aliud ſit. Non ergo tam ambigua eſt pactio, vt quid actum ſit,
intelligi nequeat: vnde verbis ſtandum eſt, nec contra venditorem interpretatio ſumenda.

DVRACINAS ET PVRPVREAS. Oſtendit Iuriſconſultus † eas vuas, 3
quas non vini cauſa habemus, ſed eſus, poma dici poſſe: eas Græci τρωξίμους, quaſi come-
ſtibiles dicas, appellant: atque ita in antiquis eſt codicibus. Sunt autem duracinæ, vuæ
duriores, quæ propter firmitatem etiam contra frigora durarent, & ideo ſeruarentur. ſunt
qui earum ſpecies eſſe Veniculas, & Numeſianas credant. Purpureas verò appellaſſe Iu-
riſconſultus eas videtur, quæ in ollis condirentur: quoniam cùm adhuc rubeſcunt, ante
videlicet perfectam maturitatem, decerpi debent, vt Cato præcipit: qua ratione etiam
omphacium fit Dioſcoridi, vuæ videlicet μήπω περκαζούσας, id eſt, nondum nigreſcentis,
vt ego interpretor. Poteſt & hîc intelligi de vitis ſylueſtris, quam Græci τὴν ἄμπελον ἀγρίαν
vocant, vuis: hæ enim πυῤῥοί, id eſt, ruffi coloris ſunt, vel vt Plinius inquit, cocco ſimi-
les. Sunt & ſatiuæ aliquæ purpureæ, eſui aptiſsimæ, quas græcas in Prouincia Maſsilien-
ſi vulgò appellant. Ouidius Metamorphoſeos libro viij. non vuas, ſed vites ipſas purpu-
reas appellat:

*Et de purpureis collectæ vitibus vuæ.*

Meminit & Plinius libro xiiij. cap. iij. & iiij.

GENERIS. Vuarum quæ eſui ſeruantur, quáſque aliqui ſuburbanas vocant, hæ ſpe-
cies ab autoribus proditæ ſunt: Præcoquæ, quas & Lagoas, quaſi Leporarias dicunt: Du-
racinæ, Purpureæ, Digitales, Rhodiæ, Libycæ, Cerauniæ, Stephanitæ, Tripedianæ, Vn-
ciariæ, Cydoniæ: & ex his aliquæ etiam vinis conficiendis vſui eſſe poſſunt. Vnde † ſi ven 4
ditor edules eſſe aſſerat, emptor verò tanquam vinarias ad ſe pertinere contendat, puta-
rem id, quod veriſimiliter actum eſt, obſeruandum, & ex pretio fundi, vuarúmque quanti-
tate æſtimandum, quid contrahentes ſenſerint: in re verò planè dubia contra vendito-
rem pronunciandum.

RECEPTA. Id eſt, excepta. Inde receptitius ſeruus, quem mulier de dote excipit,
vt Gellius interpretatur. Eſt etiam recipere, * præſtaturum promittere, quod Græci ἀνα- 5
δέχεσθαι dicunt, & vterque ſenſus hîc quadrat.

SVMMAE.

1 *Vinariorum vaſorum genera, & vſus, & dimenſiones.*
2 *Seriarum vſus.*
3 *Torcular ſoli vino proprium.*

LEX CCVI.

VINARIA. Varia ſunt apud veteres vaſorum nomina, quibus vina im-
ponebantur: Et in † primis ea erant, quæ conficiundo muſto vſui habe- 1
bantur, & torculari coniuncta erant, vnde Torcularia dicta ſunt. Eo
perfecto, in dolia & ſerias inferebatur, in quibus deferueſceret: erant hæc
vaſa maiora, & capacia, & non minus quàm Culeum, id eſt, vicenas
amphoras continebant: videtúrque ſerias † figulini fuiſſe operis, nec ſo- 2
lebant ea de cellis vinariis aſportari, licet alij quoque vſui eſſe poſſent, quàm vino conti-
nendo. vbi deferbuiſſet, quod promercale effici volebant, vt meliùs inueteraſceret, in mi-
nora vaſa, & certæ menſuræ diffundebatur: conſueuerántque patresfamiliâs illud ſic dif-
fuſum vendere[1]. Ea vaſa erant amphoræ, vel vrnalia, aut cadi. dicta ſunt vrnalia, quòd
vrnam continerent: hæc eſt menſura ſextariorum vigintiquatuor. Eſt autem ſextarius
quinædenæ vnciæ, ſic dictus, quòd ſexta ſit pars congij. Sextarij ſedecim conficiunt mo-
dium, modios ſex continet medimnus: at amphora idem eſt quod quadrantal, quia pedem
quadratum recipiat: id duarum vrnarum pondus eſt, ſicut cadus vel mettreta trium. Dif-
fundebatur etiam quandoque in cupas vel cupulas, quæ & ipſa vaſa modica erant, ſed
non certæ menſuræ, vt arbitror[2]. Quæſitum † igitur fuit, quæ propriè vinaria vaſa eſſent: 3
& ea ſolùm Vlpianus reſpondit, quæ torcularia ſunt: dolia enim, & ſeriæ, & amphoræ,
etiam in alium vſum, quàm vini habentur: vt ſi tritico, vel pecunia impleantur. Sic Ho-
ratius, amphoram mellis: Perſius, argenti ſeriam dixit: Cicero quadrantal tritici. Et hæc
ex proprietate verbi locum ſibi vendicant. Sed ſi legatum ſit vinum, vel venditum, am-
phoræ & cadi debebuntur, dolia non debebuntur[3]: quoniam ea non ſolent loco amoueri,
ſed patribus familiâs remanent. Sic apud Terentium Chremes vir locuples: Releui, in-
quit, dolia omnia, omnes ſerias. At Horatius ſe empto vino vti oſtendens, Torquatum vo-
cat, vt ſecum vina bibat, Tauro iterum conſule diffuſa.

POSSIT. Si tamen vini ſolùm cauſa eis paterfamiliâs ſemper eſt vſus[4], vinariorum
vaſorum numero erunt, vt veteres probauere. Idem ſi in eum tantummodo vſum com-
parata fuiſſe huiuſmodi vaſa conſtet. Sed hæc interpretatio * ex mente, non ex verbis 4
deſcendit: Iuriſconſultus autem hîc de vi verborum diſputat.

1 l. vinum. de tri. leg.
2 l. iij. eod. tit.
3 d. l. iij. & vj.
4 Iacob. & Alb. hic.





SVMMAE.

2 *Mercatorem non eſſe qui principaliter non negotiatur cauſa quæſtus.*
4 *Mercator, eius negotiationis albo inſcriptus.*
5 *Negotiatorum genera.*
6 *Artificum genera.*
9 *L. Non tenetur per alium exercens.*
10 *Vilia exercentium incommoda.*
11 *Vilibus connumerati.*
12 *Sordidorum genera, & officia.*
13 *Mercenarij, viles, ſed non omnes.*

LEX CCVII.

1 MERCIS. Mercator eſt*, qui negotiationis exercendæ, quæſtúſq; fa-
2 ciendi cauſa merces emit, vt vendat. Quapropter qui † ſemel emit pan-
nos, vt venderet, mercator non eſt: quia in eo deficit exercitium. Idémq;
& cùm quis poſſeſsiones conducit, & locat: hæ enim merces nõ ſunt[1]. Sed
& cùm quis triticum, vinum, oleum, in agris ſuis collectum vendit, non
ideo mercator eſt: non enim ab alio emit, vt vendat[2]. Vſurarij quoque
mercatores non ſunt, quia pecunia in merce nõ eſt: imò ſi quis ſit mercator, & fœnus etiam
exerceat, mercatorum priuilegiis non fruetur: quoniam non eſt veriſimile, legiſlatorem
tam improbo homini quicquam voluiſſe indulgere. Cæterũ & qui amplum patrimonium
habens, in re modica negotiatur, licet eius reſpectu mercator ſit, nõ tamen huiuſmodi pri-
3 uilegio fruetur[3]. Cùm enim quilibet ab eo nomẽ * ſortiatur, quod principaliter agit, non
videtur lex mercatorem accepiſſe, qui principaliter non ſit, & ampliorem partem ſubſtan
tiæ in mercimoniis non habeat. In qua tamen quęſtione, quæ ratio legis ſit, in primis adten
4 demus[4]: & ſi citra fraudem † in album mercatorum quis fuerit adſumptus, eiúſq; negotia-
tionis ſe profiteatur, mercator propriè exiſtimandus erit, tametſi non magnam fortuna-
5 rum ſuarum partem in quæſtum deduxerit[5]. Venalitiarij ſunt †, qui quæſtus cauſa venali-
tiarum rerum negotiationem exercent. Sunt autem venalitiæ res, quę in vſum indigẽtium
venales propoſitæ ſunt: Quapropter qui ipſi à mercatoribus minutatim emunt, vt rurſus
vendant, venalitiarij ſunt: hos vulgò reuenditores appellamus. Sic & Propolæ & Annona-
rij, quíque à ruſticis eſculenta emunt, vt deinde vendant, venalitiarij ſunt. Mangones quo-
que venalitiarij ſunt, quoniam venalitia, id eſt, ſeruos venales expoſitos ipſi emere pręoc-
cupant, vt carius vendant. Cùm enim mercis nomen in huiuſmodi ſeruis locum non ha-
beat[6], tametſi mercis loco ſint, conſequens eſt, vt ſaltem venalitij appellatione cenſeãtur.
Dicuntur autem mangones, quòd homines agant in manum, id eſt, poteſtatem. Artifices
6 ſunt †, qui rem à ſe in aliam formam elaboratam vendunt[7], quales ſunt cerdones, fabri, pel
liones, ſutores, textores, ſarcinatores, fullones, bractearij: mercis enim appellatio ad hos
non pertinet[8]. quod & in pigmentariis dicendũ eſt, qui ipſi medicamenta cõficiunt, & con-
tuſas ſpecies minutatim vendunt: nam magnarij negotiatores, qui trans mare ad ſe deuehi
7 ſpecies curant, verè, &, vt ita dicam, ἐμφατικωτέρως mercatores ſunt. Sed quid ſi * vtrunque
aliquis faciat, vt quia trans mare negotietur, & etiam domi pharmaca conficiat, offici-
níſque aſsideat? Et mercatorem eſſe dicendum eſt, ſi id principalius agit[9]. Quid itẽ ſi ipſe
non exerceat, ſed inſtitorum ſeruorúmque opera vtatur? Et ſi nullo modo ipſe negotium
8 tractet, verius eſt * mercatorem, vel artificem non eſſe: ſed ſi aliquando non ſolùm ratio-
nes excutiat, ſed & ipſe negotium curet, aliud eſſet. Illud nõ negauerim, leges quæ reſpectu
exercitij, propter vilitatem aliquem notãt, in eo non procedere, qui per alios artem exer-
9 ceat[10], licet ipſe rationes deinde à ſeruis exigat. Sic tabernaria †, licet inter viles & abie-
ctas perſonas connumeretur, ſi tamen per alios ſolùm exerceat, vilis non cenſebitur[11]. Sic
& clericus, qui præſens ipſe eam artem non exercet[12], vti tabernarius non notabitur. Tra-
dit Philoſtratus in ſophiſtarum vitis, lege fuiſſe prohibitum, ne quis artifex, ſeu vt ille in-
quit, τῶν βαναύσων καὶ εὐτελῶν ἐργαζῶν, ſtatuam in Olympiis habere poſſet: quo argumento
Iſocratis Rhetoris patrem Theodorum oſtendit inſtrumenta muſica non confeciſſe, cùm
ipſius ſtatua in Olympiis conſpiceretur. Potuit igitur non ipſe quidem confeciſſe, ſed alio-
10 rum opera in eo artificio vſus eſſe. Sic & Ariſtoteles in tertio Politicorum † accipiẽdus eſt,
dum in bene inſtructis ciuitatibus tradit, à ciuium cõſilio excludi τοὺς βαναύσους, id eſt, ipſos
vilium artium operarios: poterũt ergo eorum domini admitti, ſi ipſi non operentur: in qua
tamen re vrbis ipſius conſuetudo obſeruabitur, an eos quoque, qui his imperant, inter vi-
les & mechanicos habeat. Eiuſmodi legem apud Hebręos quoque fuiſſe, oſtenditur Eccle
ſiaſtici c. xxxviij. vbi de pigmentariis, pictoribus, fuſoribus, architectis, fabris, & figulis ver
ba faciens, In eccleſiam, inquit, non tranſilient, & ſuper cathedram iudicis non ſedebunt.
11 Conſtat † autem iure ciuili non venalitiarios & artifices ſolùm, ſed etiam mercatores in-
ter inhonoratas perſonas cenſeri[13]. Quapropter lex trapezitas, id eſt, menſarios, gemma-
rúmq; & argenti, & veſtium diſtractores, omnéſq; apothecarios, & quibuſcunque ergaſte-
riis adhærentes, à dignitatibus & militia ſubmouet. Sed hodie aliud dicẽdum videtur: non
enim ea eſt in prouinciis populi Romani opulentia, diuitiarúmq; copia, quæ olim florente

1 l. mercis. §. eod.
2 Bar. l. legatis. de leg. iij.
3 l. ſemper. §. negotiatores. de iur. immuni.
4 Bal. in rub. C. de conſtit. pecun.
5 l. ſi quid. in fi. de ædi. edi.
6 l. ſeruos. in fi. de leg. iij.
7 lxxxviij. diſt. eiiciens.
8 l. j. §. j. de tribu.
9 l. legatis. §. ſi vnus. de legatis iij.
10 argu. l. iij. §. ſi procurator. qui ſatiſd. cog.
11 l. humilem. vbi Alb. de inceſt. nup. l. quæ adul. C. de adulter.
12 com. c. j. de vita cleri. in ſexto.
13 l. ſi cohortalis. C. de cohort. lib. xij.

Imperio, fuit, & ideo mercatores paſsim inter viles non habentur; & cùm huiuſmodi ar-
tium, negotiationúmque auctoritas, & honor ab ipſius populi exiſtimatione dependeat,
ea exercitia ſordida interpretabimur, quæ ex vrbis conſuetudine pro ſordidis habentur[1]:
ea verò honeſta, quæ ab honeſtis communi ſententia perſonis geruntur: videtúrque com-
munem vrbium in Italia opinionem ab eo non recedere, quod M.Cicero Officiorum lib.j.
cenſuit: is illiberales † & ſordidos quæſtus eorum eſſe ſcripſit, qui in hominum odia incur- 12
runt, vt portitorum (hi ſunt qui vectigalia portibus inſidentes exigunt, & magnariis publi
canis ſubſeruiunt) & fœneratorum, itémq; eorum, quorum opera, nõ quorum artes emun-
tur. In quo genere etiam ſunt opifices, qui in rebus ſordidis verſantur, & maximè qui volu
ptati & gulæ ſubſeruiunt, vt cetarij, lanij, coci, fartores, piſcatores. Sed & vnguentarij eodẽ
pertinẽt, quos vrbe expulſos à Lacedæmoniis, autor eſt Seneca Naturalium quæſtionum
libr.iiij. Hi myropolæ Græcis dicuntur, effœminandorum animorum artifices. Saltatores
quoque in eadem cauſa ſunt: ſed & mercatores tenues, ſicut & venalitiarij, qui à mercato-
ribus emunt, vt ſtatim vendant (vulgò retaliatores dicuntur) ſordidi ſunt, quòd videlicet
lucrum mentiendo faciant. Et ex hac Ciceronis definitione adparet egregios pictores &
ſtatuarios viles non cenſeri, ſicut nec copioſos mercatores. Sed an literator pædagogus vi-
lis ſit? Et non eſſe arbitrarer †: profitetur enim ſtudia liberalia. quòd ſi menſtrua mercede 13
in domo aliena conductus deſeruiat, Luciani teſtimonio, in libello cui titulum fecit, περὶ
τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, tanquam indecori muneris aſſectator, reiiciendus eſt. Eos quoque qui
rem alicuius priuatam adminiſtrant (vulgò Factores vocamus) veluti indecores à perfe-
ctiſsimatus dignitate leges repellunt[2]: huiuſmodi enim procurationem ſuſcipientes, tan-
quam immemores libertatis, & generis, lex notat[3]. Sed quid de ſcriba, aut Tabellione
cenſebimus? Et cùm eis merces hodie, non tam pro opera, quàm pro induſtria & publico
auctoramento conſtituta ſit, non videntur pro ignobilib. habendi, ídque ex Ciceronis diſ-
finitione: licet cõſtitutionibus Cæſarum aliud cautum ſit[4]. Scribit Aemilius Probus, apud
Graios honorificentius eſſe Scribarum officium, quàm apud Romanos: hi enim mercena
rios exiſtimant: at Græci ad id munus neminem admittũt, niſi honeſtis natalibus, fidéque
& induſtria cognitum, quòd neceſſe ſit eos omnium conſiliorum eſſe participes: quem mo-
rem etiamnum ſeruari vbique conſtat. Quid rurſus de Præcone dicemus? & M.Cicero epi
ſtolar.lib.vj.ex auctoritate Baldi Iuriſconſulti ignobile munus arbitrari videtur, vnde ve-
tari eum in decurionibus eſſe[5], ad Leptam ſcripſit: quam ſententiam & nos probamus: non
enim ſimpliciter hic muſicam profitetur, ſed voce & clamore populum alloquitur Iuuena.

*Quondam hi cornicines & municipalis arenæ*
*Perpetui comites, notæque per oppida buccæ.*

1 Bar.l.j.C.de digni.
2 l.j.C.de perfect.dignl.libro xij.
3 l.ſi quis procurat.C.de decurio.
4 l.vniuerſos.C.de decur.
5 l.eos.§.de decurio.

S V M M AE.

1 ☞ *Bona de vniuerſis cenſeri.*
2 *L.Bonorum.reſtringi.*
5 *Bonis legatis debitum non compenſari.*
6 *Bona doti data debitis ſubiacere.*
7 *Hæreditatis & bonorum diſcrimen n.8.*
9 *Legitimam debitis non ſubiacere.*
12 *Inſtitui pro legitima ex quota poſſe.*

LEX CXV.

BONORVM. Cùm † bonorum appellatio ad ſucceſsionem refertur, 1
pro hæreditate capitur, ſeu iure vniuerſali, quo etiam æs alienum conti-
netur. Cuius rei exemplum accipi poteſt, cùm quis bonorum poſſeſsio-
nem petit, vel bona ſua Titio reſtitui mãdat[6]: declarauimúſq; ſuprà, quã-
do id locũ habeat, vt cenſeatur appellatione bonorũ de vniuerſitate agi:
regulariter enim eo ſermone æs alienum non ſignificari conſtat, in eóq;
ab hæreditate non modico interuallo differunt bona: túmq; hoc Iuriſcõſulti † reſponſum 2
non procedit, quod quibuſdã exẽplis explicari poteſt. Finge centũ filiæ relicta hac cõditio
ne, ne quid amplius ex bonis paternis petat, an dotẽ maternã, quam reſtituere pater tene-
batur, petere poterit? Et cùm huiuſmodi dos * æs alienum ſit, cõſtat non prohiberi[7]. Idém- 3
que in emphyteuticis bonis, quę ex forma initi contractus neceſſariò ad filios hæredes per
tinerent[8]: quòd ſi prohibita eſſet de hæreditate petere, aliud cõſtitueretur. tametſi enim vt
quodlibet æs alienum debeantur, non eſt dubiũ * hęreditatis appellatione æs alienũ conti- 4
neri. Finge rurſus † maritũ vxori de bonis ſuis centum legaſſe, an compenſare voluiſſe cre 5
demus, quod vxori debebat[9]? Et negant pleriq;: cùm enim ea verba hoc velint, vt æs alie-
num priùs deducatur, reſtituendũ erit vxori omne debitũ, deinde eo amplius legatum præ
ſtandũ. Qua † ratione ſi mulier ære alieno oppreſſa, bona ſua in dotem dat, etiam in detri- 6
mentum mariti creditores exequentur: quoniam id actũ videtur, vt id ſolùm, quod ære illo
deducto ſupereſt, ſit doti[10]. In ea † quoque ſpecie aperta inter hæreditatem bonáq; differen 7
tia eſt, quòd cùm hæreditas ſit vniuerſitas quædã, augmentum omne illi accedit: vnde qua-
dranti quem deduci de hæreditate poſſe C.Falcidius cõſtituit, is ſeruus imputabitur[11], qui
in hære

6 l.iij. de bono. poſſ.l.nam quod.in fi.ad Tre.
7 Bart.l.at iuriſiuran.in fi. de oper.lib.
8 Iaſ.auth.vnde.C.de inofficioſo teſtam.
9 Iaſ.auth.præterea.C.vnde vir.
10 Guid.Pap.q.xlvij.
11 l.ſerui qui.ad l.falc.



8 in hæreditate tempore mortis nõ erat, ſed pòſt fuit, vt quia ab hoſtib. reuerſus ſit. At † in bo
nis aliud eſt: quapropter cùm legitima, quæ patrono debetur, non quota pars hæreditatis,
ſed bonorum ſit, quod augmentum vndecunque poſt tempus mortis prouenit, nihil patro-
9 no proficiet[1], ſed hæredi. Sed † quid iuris in legitima quæ iure naturę filio debetur? & cùm
ea quoq; ex bonis pręſtanda ſit, videtur augmenti nullã rationem ducendã[2], & ita pleriſq;
viſum, & ex facto reſpondit Curt.[3] Cõtrà videntur ſentire alij: cùm enim iure inſtitutionis
debeatur: & ideo in ipſis corporibus hæreditariis accipi poſsit, augmentũ non minus filio
10 quàm hęredibus proderit[4]: nã & filius * in legitima hæres eſt. Sed hæc ego non probo, cùm
11 clariſsimi iuris ſit, ex bonis, nõ ex * hæreditate legitimã deberi: & inſtitutio ſolùm requiri-
12 tur[5], vt honoratiore titulo filius ſuccedat, alioquin † nõ poſſet pater in certo fundo filiũ pro
legitima ſua inſtituere, cùm fundus quota hęreditatis pars nõ ſit[6], & tñ conſtat poſſe: & hic
enim ex corpore rerũ hęreditariarũ eſt[7]. Sibi ergo imputet, qui ſtatim fundũ pro legitima
13 non petiit. Hîncque etiã conſequens eſt, vt cùm * legitima hæc portio non niſi deducto ære
alieno debeatur, ſi hęres morã non fecerit, quò minus deducatur, non eſſe compellendũ vt
reſtituat fructus, interim dum ad liquidum res perducitur perceptos[8]: quod & in ratione
legis falcidiæ obſeruamus, in qua tamen quæſtione aliter atque aliter altercatum eſt[9].

1 l.ſi patronum.in fi.de bonis libert.
2 Iaſ.in authẽt.nouiſsima.C.de inoffi.teſtam.
3 Curſ.conſil.vlt.
4 Corn.conſ.cclxv.in j.
5 l. Papinianus.§.quarta.de inoffic.
6 §.cæterùm.in authen.vt cum de appell.
7 l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoff.
8 Ang.conſ.cj.l.in fideicõmiſſi.de vſur.
9 Fab.d.auth.q.ix.verſ.vij.

S V M M AE.

1 ☞ *Coram me, etiam non intelligente fit, ex cauſis contrà. 2.*
7 *Conſilium petendum non, niſi ex cauſis expectandum.*

LEX CCIX.

1 CORAM TITIO. Coràm †, & in pręſentia, idẽ eſt, refertúrq; ad corpora
lem præſentiã. Vnde ſi teſtis aliquid coram Titio factũ dicat, quamuis Titius
non intelligeret, non ideo mendax erit, dum corporaliter adeſſet[10]. Sic & lex,
quę ſolennia teſtamenti in præſentia teſtiũ fieri requirit[11], non tamen in hoc
2 adigit, vt intelligant, ſed ſatis eſt, vt ſciãt, cui rei ſint adhibiti[12]. Ex † natura tamẽ rei plerũ-
que illud coràm factũ non videtur, cui intelligentia non acceſſerit[13]: vt cùm quis corã Ti-
tio facere iubetur: nã niſi, eo intelligente, fieret, huiuſmodi præceptum nullius effectus eſ-
ſet. Quid enim opus erat eius præſentiam adhibere, qui, quod agatur, non intelligat? ſi qui-
dem aiebat Epicharmus philoſophus, mentem eam eſſe, quæ videat, nõ autem oculos: qui
igitur animo non adeſt, abeſſe videtur. Sed & notarius, qui intelligentibus teſtibus confice
3 re inſtrumenta debet, ſi ſimpliciter ſcribat, rem * coram illo & illo geſtã, niſi intellexerint,
puniri poteſt: cùm enim oporteat, vt teſtes negotiũ percipiãt, id verbum ſecundũ naturam
actus accipietur, vt nõ corpore ſolùm, ſed etiã animo præſenti eſſent: vnde ſi aliter reperia
4 tur, tabellio ipſe reus agi poterit. Quapropter * cùm aduocatus in præſentia cliẽtis poſitio-
nibus latino ſermone reſpõdet, nõ debet notarius in actis profiteri corã cliente reſpõſum
5 fuiſſe, niſi ſciat eũ latini ſermonis peritiã habere, vt intellexerit[14]. Sed * an in prædicta quę-
ſtione notarius reus, crimine falſi puniri poterit? Et nõ putauerim, niſi doloſè egiſſe aliter
probetur: vt quia, data opera, tempus obſeruauit, quo qui præſens erat, non adtenderet:
vel ſcienter adfirmaſſe eum ſcripſit, qui ſomno allectus capite annuebat: alioquin qui
præſens negotio, habitúque intendentis eſt, intellexiſſe quoque præſumitur: nec fraudi no
tario eſſe debet, qui præſumptionem legis ſequutus eſt[15].
6 INVITO. Et hoc caſu non procedit quod dici ſolet, qui poteſt inuitis * facere, multò
7 magis & ignorantibus & abſentibus: & ratio eſt, quia vis verborum ita ſuadet. Qua † ratio
ne & qui cum cõſilio alicuius facere tenetur, ſatis eſt ſi conſiliũ accipiat[16], licet non ſequa-
tur: tametſi & hoc perpetuũ non ſit. Quid enĩ ſi expreſsim mandatũ eſt, vt ſequatur? Quid
ſi tacitè ex coniecturis hoc colligamus? vt quia cõſultor idem & adminiſtrationis collega
ſit. Item quia is, qui requirere conſiliũ debet, inhabilis & idiota alioquin ſit: vt cùm lex ado
leſcentib. permittit[17] ſuſpectos facere curatores, dum ex cõſilio neceſſariorũ id faciant[18].
Qua ratione cum princeps cauſam difficilem & maximè cõtrouerſi iuris cuidam legum
imperito mandaſſet, vt non niſi me conſultò iudicaret: reſponſum fuit, mandatum non ob
ſeruaſſe, qui ſimpliciter conſilium petiit, niſi & ſequutus fuerit[19]. Idémque dicendum eſt,
quoties aliæ coniecturæ hoc ſuadeant, nec enim omnes enumerare poſſumus.

10 Bar.l.j.in fi.de aut.tuto.
11 l.ſi vnus.C.de teſta.
12 l. qui teſtamento.in fin.de teſtam.
13 l.diem.§.coram.de arb.
14 Bal.l.j.C.de er.aduo.
15 Bal.l.ſi tutor.C.de peri.tutor.
16 c.cùm olim.de arb.
17 l.Titium.de adm.tut.
18 l. impuberibus.de ſuſp.tuto.
19 Raph.Com.conſi.lv.

S V M M AE.

1 ☞ *L.Is qui.ſenſus.*
3 *Vrbanis cedunt, quæ non diu ruri ſunt.*

LEX CCX.

1 IS QVI NATVS. Qui † in villam mittitur, vt interim nutriatur, nõ
ideo in ruſticis ſeruis conſtituitur: quia quæ ad tempus in aliquem locum dę
lata ſunt[20], non cenſentur ibi eſſe, ſed potius in loco, in quo adeſſe cõſueue-
2 rũt[21]. Quapropter * ſi quis omnem ſupellectilem, quam in vrbe habet, lega-
uerit, ea quoque cõtinebuntur, quę in villam miſſa ſunt eo animo, vt diutius
ibi non eſſent, ſed in vrbem referrentur, vt Paulus Caſtr.reſpondit. Hîncque conſequens
eſt, ſer

20 l.j.C.de verb.ſig.
21 l.quæſitũ.§.fi. de leg.iij.

1 l.ſeruis vrba.de leg.
eſt,ſeruis ruſticis legatis, eum qui in villam nutriendus miſſus eſt, non contineri[1]. Idémq;
arbitror,ſi omnes ſerui,qui in villa ſunt,legati fuerint *, quòd ſi dictum fuerit, qui in villa 3
quoquo modo ſunt,ſecus eſſe Barto.ſentit,& ratione non caret[2].
2 Bartol.l.generali.§.vxori.de vſufr.leg.

SVMMAE.

*1 ☞ Fundi agríque diſcrimen,& vſus.*
*3 Ædium,& domorum differentia.*
*5 Areæ etymon, vſus, & ſpecies.*

## LEX CCXI.

FVNDI. Explicat Iuriſconſultus, quid fundus, quid ager ſit,quid villæ,
quid ædes,itémque quid area. Fundus†omnem agrũ, omnéque ædificiũ 1
ſignificat[3]: quia vt ſuprà vidimus,ab eo nomen ſumpſit,quod fundari ſu-
3 l.quæſtio.l.loci.
per eum quæque res poſsit: vt minimè Iouiani Pontani ſententiam pro-
bem,qui dictum opinatur, quòd fructus patrifamiliæ fundat, id eſt, præ-
ſtet: quod & M. Varro tradidit.In formulis veterum Iuriſconſultorũ vi-
detur latiorem fuiſſe agri,quàm fundi ſignificationem,dum ita verba concipiebant: Fun-
dus qui in agro eſt, qui Sabinus vocatur. Sed fortè in ea formula ager pro ipſo territorio
accipitur,non pro prædio: de qua ſignificatione ſuo loco dicemus. Villæ * domus ſunt, in 2
quas fructus deuehuntur,quod & ſuprà oſtendimus:vulgò tamen in Gallia villas etiam ci-
uitates dicunt:ſed hanc ſignificationem ſermo latinus non admittit. Aedes † vrbana ſunt 3
prædia,quæ ſolo ſuperficiéque conſtant.Eſt autem ſuperficies *, omne quod ſupra faciem 4
terræ eſt: quapropter in prædiis vrbanis parietes & tecta, in ruſticis arbores, herbæ, fruti-
ces,ſuperficiei adſcribuntur. Latiorem eſſe ædium quam domus appellationem plerique
4 l.j.§.deinde. de don.
ſenſerunt[4]: ædes enim pro omni ſpecie ædificij capi,etiam ſi nulla adſint tecta: at domum
non dici, quæ adhuc contecta non ſit. Sed promiſcuè hæc accipi ego magis ſentio, exem-
plo græci ſermonis: vnde apud Homerum Odyſſ. α. ὀλύμπια δώματα ἔχοντες. Area, † locus 5
ſine ædificio eſt,ab ariditate dictus,quod in ea fructus areſcant: alij quòd ſolo ſit nimio ſo-
lis ardore arido:quidam quòd ſicut ara in templis pura eſt,ita hęc ab ędificiis pura,nec ob-
tecta ſit: ſunt & qui ab aëre dictam credant. Ego priorem etymologiam probo, & aream
5 l.fi.C.de ſeruit.in fi.
propriè pro ruſtico loco interpretor[5], de quo P. Vergilius:

*Area quamprimum ingenti eſt æquanda cylindro.*

Nec in vrbe ſibi nomen vendicare arbitror,niſi μεταφορικῶς. Videtur * enim quod veteres 6
impluuium,cohortem, plateam, hypetriúmque dixerunt, vnico nomine per tranſlatio-
nem aream appellari poſſe.

SVMMAE.

*1 ☞ Varicum incommoda.*
*2 Præuaricatorum proditio, & pœna.*
*4 Præuaricator non eſt, qui iura potiora tuetur omnibus viſis.*

## LEX CCXII.

PRAEVARICATORES. Varices†noxiæ venulæ ſunt in cruri- 1
bus,quæ propter atram bilem turgeſcunt, & ferro aduſtionéq; curan-
tur:Græci ixyas vel cirſos appellant. qui eo morbo laborant,rectè ire
nequeunt:inde Varicari verbum in tranſuerſum ire ſignificat, & præ-
uaricari.Sunt autẽ pręuaricatores†,qui cum aduerſa parte colludunt: 2
quod frequẽtius ab accuſatoribus fit,qui ſubornati vera crimina aſcõ-
6 l.j.de præuaric.
dunt,& diuerſam partem prodita cauſa adiuuant[6]:& inde nomen tra-
xerunt, quaſi varicentur, id eſt in aduerſam partem eant. In hos ex legibus grauis pœna
7 l.athletas. §. pen. de his qui not.
conſtituta eſt[7], condemnatíque etiam infamia notantur. Labeo à varia certatione id no-
men tractum aiebat:ſed eius ſententiæ etiam ratio ſyllabæ refragatur,quæ in præuaricato
8 Bar.d.l.j.
re quandoque producitur, cùm varius primam corripiat. Sanè exiſtimauerunt aliqui[8],
eum*aduocatũ,qui viſis alicuius iuribus,aduerſæ parti acceſsit, cùm priori renuntiaſſet, 3
præuaricatorem non eſſe: non enim cauſam prodit, qui apertè aduocaturum ſe negauit:
quod & ipſe probo,dum ſciamus,qui cauſę alicuius ſecreta iam cognouerit,non debere in
9 l.j.§.qui depoſita.de fal.
alias partes tranſire,quoniam ea aduerſariis prodẽs,lege Cornelia falſi coërcetur[9].Quid
ergo ſi nihil ſecreti in cauſa,ſed omnis quæſtio iuris eſt? Et†licere ei defendere,qui ſciat iu 4
ſtiorem cauſam habere, verius eſt, dum tamen honorarium, quod ab alio cauſæ tuendæ
gratia recepit, reſtituat:ſicque in ſenatu damnatum Tuſcilium nominatum,Vincentino-
rum cauſæ deſertorem,Plinius Cæcilius ad Valerianum ſcripſit.

SVMMAE.

*1 ☞ Cedere,veniréque diem diſſidere.*
*2 Puri dies ceſſit.*
*3 Conſtituti tempus.*
*4 Dotis reddendæ tempus.*
*5 Iudicati tempus.*
*7 Actiones in diem ſuſpendi ex cauſis diuerſum.*
*12 Actionem ſuſpendentia verba.*
*11 Dies ob incerta nec venit,nec cedit.*
*12 Conditionalia non deberi.*

LEX



## LEX CCXIII.

1 CEDERE DIEM. Cedere† verbum variæ ſignificationis eſt: accipi-
tur autem quandoque pro incipere in ius alicuius venire, vnde & accedere
dicimus:ſic cedit dies hoc in reſponſo, cùm incipit ea die res ad ius alicuius
pertinere,licet agi adhuc non poſsit. Venit verò dies,quando perfectè perti
net, vt quia & obligatio & actio efficaciter & verè orta eſt.Referuntur autẽ
hîc exempla ſtipulationis puræ,& quæ in diem, itémque eius quam ſub conditione conci-
2 pimus.Videndum igitur eſt ſpecialiter de ſingulis. In† prima ſpecie quando debetur purè,
& ceſsit, & venit dies,quia obligatio & actio efficaciter eſt orta, ſuſpenditur tamen actio-
nis exercitium[1], ἐν πλάτει,& modico tempore,arbitratu iudicis[2]:non enim creditor ſtatim
1 §.fi.inſt.de inuti.ſtip.
2 l.j.de iure deli.
3 cum ſacco venire debet[3].Aliquibus†tamen caſibus id tẽpus quale ſit,expreſſum eſt:in con
3 l.quod dicimus.de ſolut.
4 ſtituto,vt ante decimum diem nõ conueniatur[4]: in dote†,quæ cùm olim annua,bima,tri-
4 l.promiſſor. §.j. de conſtituta pecu.
5 ma die deberetur,hodie poſt annum ſoluenda eſt[5]: in re iudicata,†cuius olim xxx.dies iu
5 l.j.§. exactio. C.de rei vxor.actio.
ſti ex lege xij.tabul.erant,vt Aul.Gell.ſcribit,hodie verò ei executione quadrimeſtris dila-
tio indulta eſt[6]: poſſetque qui pro tribunali ſedet, huiuſcemodi terminos ex cauſa muta-
6 l.fi.C.de vſu.rei iudi.
re[7].ſi quis tamen huiuſmodi tempus humanitatis cauſa indultum non obſeruaret, ſed ſta-
7 glo.l.ij.de re iudi.
tim peteret,non ideo ante diem diceretur agere,nec illi in nimiæ celeritatis pœnam dupli
carentur induciæ[8]. Hincq; eſt, quòd in præſcriptione eius dilationis rationem non habe-
8 §.hodie.inſt.de actio.
6 mus[9]: vnde nec compenſationi impedimẽto eſt[10],neq; exceptioni,cùm videatur dolo*fa
9 l.in rebus.C.de iur.dot.
cere actor,qui id petit,quod poſt eum terminum reſtituere compellitur[11]: & hæc communi
10 l.ſi cum militi. in fi. de compenſ.
7 ter approbata ſunt[12].In†ſecunda ſpecie,cùm de obligatione in diem agitur, receptior eſt
11 l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſoluto matrimo.
opinio,ante diem & obligationem & actionem eſſe ortam, ſed obſtare exceptionẽ: cuius
12 Bar.in l.ita ſtipula.in j. q.3.de verb.oblig.
ſententiæ illa eſt ratio, quia cùm dies addita obligationis executionem reſpiciat, non de-
bet interim eius ſubſtantia impediri[13],vnde obligatio,actióque formatur,cùm non ſoleat
13 l.ex his.C.quan.di.leg.
tempus adiectum ipſo iure,effectum obligationis auferre[14].Non procedit tamen hæc con
14 l.oblig.ferè.§.placet.de actio.& oblig.
cluſio in promiſsione vſusfructus: in ea enim ante diem nec obligatio, neque actio naſci-
tur[15],ſiue quia cùm ad hæredes vſusfructus non tranſeat,ſi antequam dies veniret, morere
15 l.j. in fin.quando di.leg. vſu.ced.
tur creditor,fruſtra obligatio eſſet orta:lex autem plurimum cauet, ne quicquã fruſtra in-
ducatur:ſiue quia vſusfructus antequam dies veniat,in rerũ natura non eſt,ſed in ipſa pro-
prietate permanet, nec operæpretium fuit ſeparatam à proprietate rationem eius haberi
prius,quàm cõſtaret omnino eſſe re ipſa præſtandũ,vt quia & ceſsiſſet,& veniſſet dies. Nõ
procedit rurſus in actione in rem[16]:nam in ea ante diem actio nulla oritur: trãſlatio enim
16 l. Sempronius Attalus. de vſufr.leg.
dominij vel iuris in re per executionem legis fit,quam lex ante diem non facit:vnde huiuſ
modi actio competere non poteſt:vendicatio enim propter dominiũ in re datur.Quapro-
8 pter cùm repudiatio ad dominiũ referatur,qui legatũ*in diẽ ante eã diem repudiat, nihil
agit[17]: adhuc enim ad eũ nõ pertinet.Et hinc etiã cõſequens eſt,vt quoties ex diſpoſitione
17 l.ſi ita ſcriptum. §.j. de lega.ii.
9 legis*tacita dies ſubauditur,ante eius aduentũ actio nõ oriatur[18]. Lex†enim quãdoq; per-
18 l.interdum.de ver.obli.
10 peràm agi dicit[19],quandoq; peti nõ poſſe:quę verba ad actionẽ ſolùm referuntur,licet hoc
19 l. iij. §. ſi quis ij. de eo quod certo loco.
caſu aliqui etiã obligationẽ non naſci crediderint[20]:quę ſententia recepta non eſt.Nam &
20 l.continuus.§.ij.de ver. obl.vbi Aret.
in die incerta,veluti cùm moriar, crebrior eſt eorũ opinio,qui idẽ iuris eſſe opinantur, vt
ante diẽ ſolum oriatur obligatio,poſt diẽ verò actio:vnde qui ante diẽ ſoluit, nõ repetit[21],
21 l.ſub conditione.de conditio.indeb.
cùm verè interim deberet,licet agi non poſſet.Nec nos mouet,ꝙ medij tẽporis vtilitas in-
certa eſt:non eñ hoc obeſſe poteſt,quò minus in id,quod principaliter deductũ eſt,obliga
11 tio proueniat.Quapropter ſi vltra diei incertitudinẽ alia†quoq;,quę in promiſsionẽ dedu
cũtur,incerta ſint,vt cũ quis fructus,qui ex fundo percepti fuerint, promittit, neq; obliga-
tio,neq; actio interim oritur[22]:hęc enim maxima incertitudo conditionẽ ſapit.Idem cum
22 l.j.de.cond.& demonſt.
non ſolũ dies,ſed obligationis quoq; ſubſtãtia poſt mortẽ confertur,tũc enim obligatio ab
hęrede incipit[23].Sanè & in diem,quę multiplicãdæ obligationis cauſa additur,ſolet diſtin-
23 l.j.C.vt act.ab hæredi.
gui,vt in legatis annuis ante diem nec obligatio,nec actio cõpetant:quoniã tacitam in ſe,
ſequentiũ annorum reſpectu,conditionem habeant[24], in cõtractibus verò cõpetat[25]:cuius
24 l.ſi in ſingulos. de ann. lega.
12 rei ratio à nobis lib.Paradoxor.j.capi.xvj.diſputata eſt. In tertia ſpecie,†quando ſub con-
25 l.ſi Stichum. §.j.de ver. obligat.
ditione aliquid debetur,certiſsimum eſt, neque obligationem, neque actionem vllam eſſe
antè,quàm conditio euenerit: idémque eſt, ſiue expreſſa ſit conditio, ſiue tacita, vt quæ à
lege ſubinducatur[26],dum tamen propriam conditionis naturam habeat, ſubſtantiámque
26 l.item quia.§.j. de pact.
27 l.ita demũ.in fi.de arb.
rei, non autem ſolam executionem reſpiciat[27]: conditio enim quam certum eſt extitu-
28 l.ſi pupillus.§.j. de nou.
ram, vel quæ tempus præſens reſpicit,propriè conditio non eſt,ſed pro pura habetur[28].

SVMMAE.

*2 ☞ Æs variè accipi. 3.*

1 §. AES ALIENVM. Vetuſtiſsimorum Romanorum*pecunia in ære conſiſtebat:

 quoniam

quoniam propter eorum paupertatem,rarus illis argenti,rarior auri vſus fuit: indéq; æris
appellatio,† pro pecunia accipi conſueuit: & quamuis domitis nationibus in maximas di- 2
uitias excreuiſſent,ſeruauerunt tamen antiquũ nomen,& ſiue pecunia aurea, ſiue argen-
tea eſſet,æs appellabatur.quapropter æs alienum dicitur,omnis pecunia aliena,id eſt, quæ
noſtra non eſt,ſed aliis debetur:ſicut æs noſtrum eſt,quod nobis alij debent.μεταφορικῶς ve-
rò latius quoque accipitur,vt cùm dicimus, quicquid in ære noſtro eſt, id in tua manu eſſe
ſcito:intelligitur eñ,nõ ſolùm in noſtris numis,ſed etiã in omni facultate & poteſtate. Tra
hitur † etiã quandoq; latiſsimè ad profeſsionẽ: vt cùm Iuriſcõſultus de ſophiſmate dialecti 3
co interrogatur,rñdet,id in ære ſuo nõ eſſe,id eſt,ad profeſsionem ſuã nihil attinere. Sanè
notandus eſt hîc loquendi modus,æs ſuum eſt,quod alij nobis debent: rectius enim ſcriptũ
fuiſſet,æs noſtrum,niſi ea verba ex aliqua lege deſumpta credamus, quam hîc Iuriſconſul
tus interpretetur,vt ἐκφαυλικῶς appoſita ſint,vel ( vt Accurſius ſolet loqui ) materialiter.

S V M M AE.

1 ☞ *§.Lata.ſenſus.verior.2.* 5 *Imperitia craſſa culpabilis.*
3 *Potentiâ accipiendi actus.*

§. LATA CVLPA. Explicat Iuriſconſultus,quid ſit lata culpa,& eã ita diffinit, vt
ſit nimia negligentia,per quam non intelligimus,quod omnes intelligunt: aduerſus quam
1 in l.quod Nerua. depoſi. Doc.† noſtri nouas argutias confinxerunt[1],vt & aliquid ipſi ſcire viderentur,quod Iuriſcõ 1
ſultum latuiſſet,fiúntq; hac ratione ex interpretib.accuſatores,vel potius calumniatores.
Aiunt primò,non in negligendo ſolùm eſſe culpam,ſed etiam in faciendo,cùm id fit,quod
2 l.ſi ſeruũ.§.j.de ver.obli. fieri non debet[2],quaſi negligere etiam ad factum non referatur,cùm aliquã rem non adhi
bita cura,ſed cum neglectu pertractamus. Aiunt iterum, dementem vel pupillum non in-
telligere,quod omnes intelligunt, & tamen in culpa ideo non eſſe. Sed † hi nõ idcirco non 2
intelligunt,quia negligentiæ eorum aliquid imputetur,ſed quia in altero naturę vitium,in
altero ætatis defectus eſt: nam & † cùm lex aliquid non intelligenti imputat,de eo accipien 3
dum videtur,qui ſi voluiſſet intelligere,potuiſſet. Sicut cum negãti aliquid damni irrogat,
3 l. ab adminiſtratione.C. de lega. de eo accipitur,qui conſentire potuit[3]. Sicut & propriè ſilere ſolùm dicitur , qui poteſt lo-
4 Abb.conſ.xxij.in ij. qui.Et propriè excuſatur,qui poteſt acceptare[4]: vnde & generalis eſt regula, Eius eſt nolle,
5 l.iiij.ſ.tit.j. qui poteſt & velle[5]. Argumentantur rurſus,Medicus propter imperitiam & latam culpam
6 l.illicitas.§.fi.de of.præſ. tenetur[6], & tamen non omnes medicinam intelligunt. Sed & hoc eadem ratione tollitur:
non enim in aliis,quam medicis,ignorantia medicinæ negligẽtiæ imputatur : negligens e-
nim dicitur in ſua quiſque conditione,& profeſsione,non in aliena. Subdunt etiã errorem
7 l.regula. §.penul.de iur. ignoran. iuris * latæ culpæ aſsignari[7],& tamen pauci iuriſperiti ſunt. Sed hoc in pœnã ignorantium 4
conſtitutum eſt,cùm omnes prudentes viri,quæ ipſi ignorant,ab aliis peritioribus ſcruten
tur : qui igitur ipſe nec ſcit,nec peritiores cõſulit,in lata eſt culpa: nã & idem hominum ge-
nus Heſiodi carmine improbatũ eſt: quãuis & generalis hæc dictio ſecundũ ſubiectã mate
8 l.j.§.ij.de ope.no.nun. riã reſtringatur, vt de eis ſolùm intelligatur,qui eiuſdem cõditionis,vel profeſsionis ſunt[8].
Et ex hac diffinitione infertur,quòd non omnis † imperitia latæ culpæ aſsignatur, ſed ſi in 5
eo quis errat , quod cõmuniter omnes eius artis intelligunt,eſt lata culpa: ſi in eo,quod ſoli
excellentes,eſt ſolùm leuis: ſi in eo,quod nõ niſi rariſsimus quiſq; ſciebat, vt quia excellẽtiſ
ſimis ſolùm erat cognitũ,leuiſsima videtur culpa, vt pleriq; ſenſerunt. Sed quia hic tracta-
9 l.latæ.l.magna.hoc tit. tus iterum & iterũ in cognitionem reuocabitur, infrà quid ſentẽtiæ nobis ſit, diſſeremus[9].

S V M M AE.

1 ☞ *Muneris acceptio varia.* 5 *Vectigal præſcriptibile.*
2 *Munus moribus ſolis indicibile.* 6 *Munus onus,an donum ſonet , ex re dignoſci.*
4 *Moribus inſcio principe quid recipi.* 7 *L.Inter.& l. munus.de verb.ſig.conciliari.*

LEX CCXIIII.

MVNVS. Duplex † eſt muneris ſignificatio,de qua hîc agitur: altera onus 1
officiúmve quodcunq; intelligitur,quod neceſſariò ſubimus: altera largi
tiones accipiuntur , quæ ex cauſa aliqua, non tamen neceſſaria fiunt. In
10 l.munus.ſ.eo. priore ſignificatione quẽadmodũ ſoleat diſtingui,ſuperius[10] à nobis tra-
ctatum eſt. Illud † ſupereſt addendũ,exiſtimaſſe Accurſ.non licere mune 2
ra,quę ad vectigalia pertinent,ex ſola conſuetudine imponi,niſi etiã lex
11 l.ſi publicanus. §. fin.de public. acceſſerit[11]: & ideo dũ hîc dicitur,munus lege,more ſubiri,cõiunctim accipit : ſed crebrius
receptũ eſt, vt diſiunctiuè hęc ſoluta oratio accipiatur,ſufficiátq; alterum, ſiue lex iubeat,
ſiue conſuetudo,dum vetuſtiſsima,& poſt hominũ memoriam ſit: ea enim priuilegij iusha
12 c.ſuper.§.j.extra eod. bet,& qualis * nũc eſt,præſumitur ſemper retrò fuiſſe[12]: éſtque illa firmiſsima præſumptio, 3
quam vulgò iuris & de iure vocant. nec † in ea conſuetudine introducenda videtur princi- 4
pis ſen



pis ſcientiam neceſſariò requiri,cũ non ſimpliciter, ſed in vniuerſum iuri omniũ officiat[1]. 1 Imo. d.§.fi. Alex.conſ.vj.
Qua ratione & aduerſus Imperatorem,ex tali iure poterunt pleræque Italię vrbes prȩſcri
ptione ſe tueri,tametſi Imperator ignoraſſe ſe alleget: ídque verius videtur,prȩſertim cùm
ex fama ſatis potuerit hoc Cæſar ſcire , ſi modò res Italas curaſſet. Curat autem minimũ,
vt qui tot egregias vrbes,eius fidem implorantes, in ſummas calamitates incidere permit
tat,cùm ipſe interim,vel ſacrificulorũ præculis,vel aliis nõ æquè neceſſariis rebus operam
5 inſumat. Sanè † aduerſus vectigal,quod ad alium,quia ad principem pertineat, non eſt du-
bium vſucapionem procedere,etiam breuioris temporis, dum titulus & bona fides poſſeſ-
ſioni præſcribentis acceſſerint[2]. Quod ad alteram muneris ſignificationem attinet,à no- 2 Bartol.d.§.fina.Barb.conſilio viij.j.
bis latiùs ſuprà diſputatum fuit. Illud in præſentia omittendũ non eſt,exiſtimaſſe Vallam,
Martianum hîc Vlpiano aduerſari[3], quòd ille tradit,doni ſignificationẽ latius,quàm mu- 3 l.inter donum.ſ.eod.
neris patêre: at hîc aliter diſtinguatur,nimirum munus ad neceſsitatem pertinere,donum
6 ſpontè dari: rurſus in hoc ventum eſſe,vt omne donum munus dici poſsit. Sed † has obie-
ctiones ipſe ſic extrico,vt munus,ſi generaliter accipiatur , cùm ad onera officiáve etiam
pertinet , verum ſit non quodcunque munus donum eſſe : ſed ſi pro largitione accipiatur,
tunc id ſignificare,quod ex neceſsitate alicuius officij,vel ex cauſa datur : niſi quòd in hoc
ex communi loquendi vſu ventum eſt , vt qualiſcunque largitio vel donum , munus dici
7 poſsit. Vlpianus † igitur rationem ſermonis,Martianus vſum conſiderat.

S V M M AE.

1 ☞ *Poteſtatem variè & ex re accipi .6.* 5 *Poteſtatis in ſeruos origo , & vis.*
3 *Imperij genera , & diſcrimen.*

LEX CCXV.

POTESTATIS. Poteſtatis varię ſunt ſignificationes,ex quib.quin
1 que hîc connumerantur. Prima † eſt,cùm de magiſtratu dicimus,eũ ha
bere poteſtatem: intelligimus enim merum imperiũ quod nil aliud eſt,
quàm poteſtas animaduertendi in facinoroſos homines[4]: dicitur autẽ 4 l.imperium. de iuriſdic. omn.iudic.
2 merum,quaſi liberũ: quoniam cùm delicta ex * variis cauſis vel aggra-
uentur[5], vel eleuentur,in arbitrio ius dicentis reſidet,quã potiſsimum 5 l.aut facta. de pœn.
pœnã irroget: quòd non eſt in cauſis pecuniariis,in quibus certã profer
re ſententiam,ſecundũ ea quę probata ſunt,debet. Vnde in his quę officio iudicis expediũ
tur,quoniã ſummo iure nõ debentur,plurimúmq; in arbitrio eius cõſiſtunt,& tamen priua
3 tã vtilitatem reſpiciunt,imperium mixtũ exercetur. Merum † igitur imperiũ in inquiſitio-
nibus,accuſationibúſve conſiſtit : mixtũ,perſecutionibus : ſimplex iuriſdictio actionibus.
4 Secunda ſignificatio eſt in perſona liberorũ, vt patriam * poteſtatem intelligamus: hoc ius
proprium ciuium Romanorum eſt,quoniam à lege xij.tabu.introductum: ſed cum conſti-
tutione Antonini[6], qui in orbe Romano ſunt, ciues Roma.effecti ſint , ſequitur ad omnes 6 l.in orbe.de ſtat.hom.
Chriſtianos hodie illud pertinere. Quapropter & Francis communicatum eſt , qui licet
regibus Germanorum,quos Imperatoris titulo Romani Pontifices inſigniuerunt, nõ ſub
ſint , Romani tamen Imperij & ipſi pars ſunt, eóque iure viuunt. Tertia ſignificatio eſt in
5 perſona † ſerui,& ad dominium refertur: vt cùm dominus ſe ſuos ſeruos in poteſtate habe-
re dicit , vel de poteſtate dimittere. Id autem ex iure gentium deſcendit, quo iure capti in
bello,capientium fiebant: vnde & mancipia dicuntur. Sic Auſonius.

*Capta manu, ſed miſſa manu neſciuit herile*
*Imperium dominæ, vult domina eſſe manus.*

6 Quarta accipitur pro facultate, † quæ in præſentia & ad manum ſit: vnde cùm lex[7], niſi do 7 l.quoties.de noxal.
minus ſeruum pro noxa det,cogat eum ad ſuſcipiẽdum iudicium, ſi modò in poteſtate ſua
ſit,intelligemus poteſtatem,id eſt,facultatem exhibendi: quid enim ſi ad aram confugerit?
7 Quintò * in lege Attinia in poteſtatem domini res veniſſe videtur,ſi eius vendicãdę ſibi fa
cultas data ſit,& ipſe neglexerit: non enim ampliùs cenſetur,inuito domino,ablata,vnde
tanquã furtiua non ſit,poterit vſucapi. Accur.non ſufficere exiſtimauit,quòd dominus rei
vendicandæ facultatem habuerit,niſi etiam apprȩhenderit,vel litis æſtimationem ſit con
ſecutus: quæ interpretatio reſpõſi huius verba nimis coarctat. Et hæ ſunt,quas huic verbo
ſignificationes Paul. refert: veriſimile autem eſt,noluiſſe eum plures recenſere : ſunt enim
& aliæ , veluti cum ipſos magiſtratus ſimpliciter poteſtates appellamus[8] , vt eſt apud Pli- 8 l.fideiuſſor.de pig.
nium & Apul. Sic & Iuuenalis:

*An Fidenarum gabiorúmque eſſe poteſtas?*

quod μετωνυμικῶς dictum videri poteſt,cùm generaliter poteſtas[9] , pro qualibet iuriſdictio- 9 l.ij.de reb.eo.c.fin. de iudiciis.
ne quandoq; accipiatur: nam & quod Pau.ad Ro.dixerat,ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις, Latini pote-
ſtatib. ſublimioribus habent[10], quibus omnis anima ſubdita eſſe præcipitur. Antiquiores 10 xj.q.j.magnum.
tamen,cùm poteſtatem dicebant,de maioribus magiſtratib. intelligebant,qui merũ impe 11 l.eum qui . de iuriſdict. omn.iud.
8 rium haberent[11]: quod & Pau.Caſtr.adnotauit. Dicitur etiã Epiſcopus * eccleſię fundos in
 mm iiij poteſtate

poteſtate habere[1], id eſt, in cura & adminiſtratione. Tutor† quoque in pupilli caput pote- 9
ſtatem habet[2], id eſt, autoritatem. Vnde & alibi ſua poteſtate quis feciſſe dicitur, quod pro
pria autoritate fecit[3]. Sed & in edicto prætoris poteſtatem† ſui nō facere intelligitur[4], qui 10
ſui copiam, vt conueniatur, non facit: quales ſunt abſentes, vel qui latitant. Illud quoq; in
poteſtate conſiſtere exiſtimatur, quod in actu non eſt, ſed eſſe poteſt, quod Græci δυνάμει
dicunt, quo ſenſu & Iulianus[5]: nam δυνάμει, inquit, qui à fideiuſſore petit, à reo petit.

1 c.j.de reb.eccleſ.
2 Inſt.de tut.in prin.
3 auth.ne defunc.in prin.
4 l.iij.ex quib. cau.in poſſ.
5 l.aduerſus.de arbi.

S V M M AE.

1 *Carcerandus eſt delinquens.*
3 *Incluſi, vincti interpretantur.*
4 *Vinculorum genera. 5.*

LEX CCXVI.

VERBVM. Quoties reus† in carcerem coniicitur, & corporali aliqua 1
pœna adficiendus eſt, in vinculis teneri debet, ſi de crimine cōuictus eſt[6]:
ſed & ſi conuictus non fuerit, verū grauiſsimū delictum cōmiſiſſe argua-
tur, veriſimiliáq; extent indicia, in vinculis quoq; cauſam dicere debet[7].
Meritò igitur hîc dubitatū fuit, quemadmodū in vinculis quis eſſe intelli
gatur. Et quamuis in *carcere ſit, non tamen idcirco vinctus cenſetur. In 2
edicto tamē prætoris† quo his, qui in vinculis eſſent, per in integrum reſtitutionem ſuccur 3
ritur[8], etiam qui ſimpliciter incluſi ſunt, continentur. Sed id ex æquitate per interpretatio
nem extenſum eſt, non ex verborum proprietate, de qua hîc agitur. Sanè varia† ſunt vin- 4
culorum genera: nā & Compedes, & Pedicæ, & Manicæ leguntur: tū Catenæ, Nerui, Boiæ.
Sunt autem Boiæ damnatorum torques, quaſi iugum boum: vnde locus Plautinus in ſer-
uum vinctum, Boius boiam terit. Ad hæc ſunt† & vincula ad infamiam magis & pœnam, 5
quàm cuſtodiam pertinentia, vt Collaria, quibus in publico blaſphemi & lenæ etiamnum
alligantur, vt deriſui viatoribus ſint. Eſt & Numella ligneum inſtrumentum, quo quis in-
curuus & quadrupes caput & pedes exerit, hócque modo impeditur: vulgò Berlinam di-
cunt, at Græci κυφῶνα, cuius mentio Ariſtophani quoque in Nubib. eſt. Solebant & mulier-
culæ ſic notari, vt caudici ſiue ſtipiti alicui alligatæ opus facere cogerentur. Propertius:

*Codicis immundi vincula ſentit anus.*
*Horrida quale facit reſidens in codice pellex.* Iuuenalis:

Serui quoque in compedibus opus faciebant, ne facilè fugam poſſent capeſſere. Idem.

*Squallidus in magna faſtidit compede foſſor.*

Inde etiam in latomiis, hoc eſt, lapicidinis cuſtodiebantur, idem & in ergaſtulis.

6 l. ſi confeſſus. de cuſtod. reorum.
7 l.diuus.eod.tit.
8 l ſuccurritur. ex quibus cauſ.manu.

S V M M AE.

1 *Conditionum formulæ, diſcrimen & vis.*

LEX CCXVII.

INTER ILLAM. Illa conditio†, Cùm fari poterit, citiùs venit, quàm 1
illa, Poſtquam fari poterit: quoniā prima ſtatim cùm primum quis poteſt
proloqui, adimpletur, at alia ſucceſsiuum aliquod tempus deſignat. Ol-
dradus primam referri ad potentiam naturalem exiſtimauit: vnde cùm
ſeptimo anno infantiam pueri exeant, ſequitur vt eo tempore dies veniat:
at ſequens ad actum ipſum refertur. Quapropter cui legatum eſt, poſtquàm fari poterit, ſi
mutus eſſe perſeueret, legatum * non conſequetur: & hanc interpretationem, licet hîc va- 2
cillet, tamen alibi Bart. adprobauit[9]. Mihi non placet, quia non video, cur & in priore ca-
ſu non debeat expectare, donec actu fari quis poſsit: nō enim poſſe propriè *dicimus, quod 3
actu facere non poſſumus: nec vlla eſt ratio, cur hæc cōiunctiua, cùm, ad potentiam ſolam
referatur, & poſtquàm, etiam actum reſpiciat. Alibi Bart.[10], cùm, non ita expreſſam condi
tionem facere adteſtatus eſt, ſicut poſtquàm: & ideo legatum Titio, cùm hæres *certæ æta- 4
tis eſſet, non videri conditionale, cùm tamen legatum, poſtquàm certæ *ætatis erit, condi- 5
tionale ſit[11]. Sed hæc ſententia recepta non eſt: vtranque enim eſſe conditionem hîc dici-
tur, niſi quòd hæc poſterior aliquantò vberior eſt.

9 l.j.de iniuſt.rup.
10 l. ſi cui legetur. §. j. de verbo.oblig.
11 l.libertis quos.§.ab hæredibus. de alim.leg.

S V M M AE.

2 *Dies ad duos referri ex cauſis ad plures arbitrarios.*

§. ITA DATA. Quoniā *pluralis elocutio duorū numero contenta eſt[12], ſi quis cō 1
ditionem hanc adponat†, illud facito in diebus, & vlteriùs aliud non exprimat, in duobus 2
diebus faciendū erit: quod tn̄ non procedit, quando per errorem omiſſus eſt numerus: tūc
enim ob incertitudinem vitiatur[13]. In odioſis quoq; propius eſt, vt imperfectā ſententiam
exiſtimemus[14], & huiuſmodi oratio nullius ſit effectus. Sed & ſi quis promiſerit aliquid da
re in diebus illis, nihil agit: videtur enim ſe retuliſſe ad cōmunem vſum loquēdi, quo ita ſo
lemus tēpus infinitū ſignificare, tranſlatione à mæſticis fidei Chriſtianæ libris accepta, in
quibus

12 l.libertas.§.fi. de manu. teſtamen.
13 l.ita ſtipulatus.de verb. obligat.
14 arg.d.§.fina.



quibus, quæ vel olim fuerunt, vel poſt innumera annorum curricula erunt, additur, in die-
bus illis eſſe facta, vel futura. Et ita aliqui[1] exiſtimauerunt, licet articulus controuerſus ſit.
Ego in arbitrio iudicis conſiſtere opinor, qui ex coniecturis colligat, qua mente promiſsio
huiuſmodi facta ſit.

1 in l.eum qui cal.de verb. oblig.

S V M M AE.

1 *Facere, multipliciter ſonat ex rebus.*
4 *Malefici, & eorum pœna.*
3 *Malefactis maledicta, contineri: in conuiciis contrà.*

LEX CCXVIII.

1 VERBVM FACERE. Verbum† Facere, per quam generale eſt, &
ad quæcunque facta refertur. & quandoque facere, interpretamur, id eſt,
dare: vnde qui facere iuſſus eſt vt centum habeam[2], eam ſummam dare co
gi poteſt. quandoque ſignificat ſoluere, vt cùm dicimus quaſdam eſſe perſo
nas, à quibus exigi plus non poteſt, quàm facere poſsint[3]: intelligitur enim,
quàm commodè ſoluere poſsint. Interdum idem eſt facere, quod numerare: vnde paria fe-
ciſſe dicitur, qui pecuniam, quam acceperat, numerauit, & id quod debet reddidit. Sic & iu
dicare hoc verbo continetur, vt cùm dicimus, factum eius rei eſſe iudicium. Sed & iter fa-
cere dicitur, qui ambulat[4]: vnde & ſtipulatio, iter fieri[5]. Et hæc quidem hîc Iuriſconſultus.
Cæterum aliis quoque modis accipitur, vt cùm paciſcimur, ne ſeruum facias furem, aut fu
gitiuum, id eſt, ne ad furtum fugámve ſolicites. vel cùm mandat lex, vt ſoboles, quam cen-
ſiti fecerint, non alienetur[6], declaramus fecerint, id eſt, procurauerint. vel cùm quis pro-
miſit damni infecti vicino: in ea enim ſtipulatione damnum facere intelligitur[7], id eſt, pa-
2 ti. vel cùm aliquem reum facturos nos pollicemur: id enim eſt, reum facere, *quod accuſa-
re[8], & indicare: ſicut facere ſuſpectum tutorem, eſt detegere, & iudici adprobare ſuſpicio-
3 nis cauſas[9]. Sed finge conſtitutum, pœnas maleficiorum† quæ noctu committantur, dupli-
cari, quomodo intelligentur maleficia? Et cùm dicantur quaſi malefacta, videntur nō con
tineri, quæ dicta, ſcripta, conſulta malè ſint. Qui igitur noctu conuitiatus fuerit, in eam pœ
nam nō incidet[10], & id frequentius probatur. Ego non dubito, etiam in lege pœnali male-
facta dici, quæ ſcripta, dicta, conſulta criminosè ſint: cum verba generaliter, & quatenus
ſermonis proprietas fert[11], tum quoque accipi debeant. Sed ne conuincia hoc caſu compre
hendantur ratio legis ſuadet, ex qua de his delictis ſignificari oſtēditur, quæ ex tenebris no
cturnis vel facilius, vel grauiore cum noxa fierent: quod in iniuriarum crimine non eſt. Sa-
4 nè† cùm antiqui maleficos ſpeciali nomine incantatores intellexerint[12], huiuſmodíq; di-
uinatores, de eis potius eſt, vt legis verba accipiantur, cùm noctu præſertim ſoleant vm-
bras euocare, & animas reſponſa daturas, vt Canidia apud Horatium. Quo ſenſu & Exo
di XXII. ſcriptum eſt: MALEFICVM NE PATIARIS VIVERE, id eſt, ſortilegum
& carminibus veneficia facientem.

2 l.ſi hæres. de leg.j.
3 l.ſunt qui.de re iud.
4 §.Cato.l.iiij.§.de verbo. oblig.
5 d.l.j.de his qui deiec.
6 l.cum ſatis.de agr.lib.xj.
7 l.Proculus.de dam.infec.
8 l.ſi veteris.C.de fid.inſtru.
9 l.ij.C.de vſu pup.
10 Bar.l.aut facta. de pœn.
11 l.cum lege. de teſta.
12 Rub.C.de maleficis.

S V M M AE.

1 *Contractus actum ſeruandum ex cauſis contrà.*
3 *Hæredum pacto legatarios excludi.*
2 *Acti inter partes deprehendendi modus.*
7 *Emphyteuſis conducendæ forma.*

LEX CCXIX.

1 IN CONVENTIONIBVS. Certiſsimi† iuris eſt, in cōtractibus, ſi-
ue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris ſint, id in primis obſeruandum, quod actum
eſt, etiam ſi verba impropriè accipiantur: alioquin, (niſi de voluntate con-
2 ſtet) à verbis non recedimus. Conſtat† autem quandoque expreſsè[13], putà
ex præfationibus, vel præcedenti tractatu: quandoque tacitè[14], vt quia natu
ra contractus, qualitas rei, perſonæ, contrahentium conſuetudo, eius quod actum eſt, conie
cturam inducant. poteſtq; hoc in reſponſo exēplū accipi: fundus enim emphyteuticarius,
vel vectigalis, & ad hæredem conductoris, & ad ſucceſſorē particularem, niſi aliud actū ſit,
3 transferri poteſt. Quid ergo, ſi† contrahentes pacti ſint, vt ad hæredes tranſeat? Et videba-
tur eā pactionē propriè intelligi debere, tum ex cōmuni regula, qua cauetur, in caſibus du-
biis à proprietate ſermonis non eſſe recedendū[15]: tum quia aliàs pactio eſſet ſuperflua: cùm
enim ex tali contractu & hæredes & legatarij admitterētur, niſi per huiuſmodi pactionem
diceremus cenſeri legatarios excluſos[16], nónne nullius eſſet momenti? quæ interpretatio
fugienda eſt. Accedit his, quòd magna ſubeſt ratio, cur hæres ſolùm admittendus ſit, nō autem
legatarius: eſſet enim non modicum detrimentū domino, qui aduerſus legatarium nullam
actionem perſonalē haberet, cùm actiones in perſonam, neq; rem ipſam, neq; ſingularem
ſucceſſorem ſequantur[17]. de hærede ergo ſolùm debuiſſet intelligi, qui ipſe in perſonam
4 conueniri poteſt. Sed tamen Papiniano aliter viſum eſt: quoniam voluntas * contrahen-
tium ante omnia ſpectanda eſt, etiam quòd aliud dictum ſit. Voluntatis autem coniectura
ex natura contractus colligitur. Nec enim præſumendum eſſe contrahentes in plus cōtra-
5 here voluiſſe Papinianus[18] ait, quàm actio ex contractu eos compelleret. & licet* debeant

13 l. Titia. l. ita ſtipulatus. de verb.oblig.
14 l.ſemper in ſtip.j.tit.j.
15 l.non aliter.de leg.j.
16 l.ſi quando.de leg.j.
17 l.ſi.de contrah.emp.
18 l.iiij.§.de vſur.

mm v verba

verba intelligi, vt effectus alicuius ſint, non tamen operantur niſi ſecũdum naturam actus:
ídque & Baldus[1] & Alex.[2] reſpõderunt. nec probabile aliquod damnum locatori infertur,
cùm non poſsit legatarius * propria auctoritate poſſeſsionem ingredi, ſed ab ipſo introdu- 6
cendus ſit: quo † tempore eum in dominum agnoſcet[3], ſéque obligabit, quinquageſimámq; 7
illi, quod præmium vulgò Laudemium vocant, præſtabit. Et quod in legato dicitur, in do-
natione quoque locum habere receptum eſt: nec enim tunc aliqua denuntiatione opus eſt,
ſed ſatis eſt petitio introductionis, & ſolutio quinquageſimæ. Nec diſtinguitur, locator em-
phyteutici fundi ſit priuatus aliquis ciuis[4], vel reſpublica, vel eccleſia: poterit enim condu-
ctor ius ſuum per legatum vel donationem transferre, etiam eis irrequiſitis, dum ſaluo eo-
rum iure & citra fraudem alienet[5]: & ita crebriùs approbatum eſt. Qua autem ratione ve
ctigales agri ciuitatum locari ſolerent, ex Iulio Hygino de limitibus agrorum à nobis tra-
ditum eſt diſpunctionum libro I I I. cap. x. Sed & quibus caſibus appellatio hæredis ad ſin
gulares ſucceſſores pertineat, ſuprà adtigimus[6].

1 Bal. rub. C. de contrahen. empt.
2 Alex. conſi. xxj. in j.
3 l. iij. C. de iure emph.
4 l. j. C. de fun. patr. lib. xj.
5 l. ij. C. ne rei domi.
6 l. hæredis. §. eod.

## S V M M AE.

1 Liberis deſcendentes omnes contineri. ex cauſis diuerſum. 3.
4 Filios ad vlteriores porrigi: quandoque contrá idque ex re accipi. 6.
5 Nepotes fœminis filiis præferri.
7 Alienatio vetita nepotes teneri.
9 Nepotes filiis, niſi ex cauſis, contineri. 10.
11 Feudum ad nepotes tranſmitti.

## L E X   C C X X.

LIBERORVM. Liberorum † appellatione nepotes, & pronepotes, 1
cæteróſque deſcendentes contineri certum eſt, ídq; exemplo duodecim
Tabularum, quæ primam * ſucceſsionis cauſam liberorum eſſe volebãt, 2
& de omnibus deſcendentibus intelligebãt. Quo ſenſu & prætores in edi
ctis acceperunt, vt cum patroni liberos in ius ſine venia vocari prohibue
runt[7]. ſtrictè † tamen hæc vox quandoq; accipitur, & vſq; ad trinepotem 3
ſolùm intelligitur, & ita veteres exiſtimabant, quod Pomponius & Paulus refert[8]. Sed C.
Caſsius & Vlpianus, & in hoc reſponſo Calliſtratus latiùs pertinere exiſtimauerunt, & in
infinitum dici, ídque tanquam honeſtius meritò obtinuit. Cùm igitur nomẽ liberorum ſit
collectiuum plurium graduum, qui fratrem & eius liberos inſtituit[9], ordine ſucceſsiuo vo-
caſſe videbitur: quod nõ eſt receptũ, ſi filios dixiſſet[10]: propriè † enim appellatione filij, ne- 4
potes & deinceps deſcendentes nõ contineri verius eſt, ſed ex interpretatione tantùm: quo
in tractatu quid ipſe ſentiam, ſuprà explicaui[11]. In præſentia, quod ab aliis communiter tra
ditum ſit, recitabimus: & quadrupliciter in hoc diſtingui à maioribus ſolet: aut enim filiis
prouidetur, aut grauantur, aut de eis verſus alium fit mentio, aut in conditione ponuntur.
In prima ſpecie appellatione filiorum comprænhendi nepotes receptius eſt[12]: cùm enim
actus hic fauorabilis ſit, debet lata ſignificatio accipi, & hoc ſiue in teſtamentis, ſiue in le-
gibus, ſiue in beneficiis principum loquamur: fit enim in his amplior interpretatio[13], licet
in priuilegiis ſit contrà. Si igitur pater filios ſuos inſtituat, etiam nepotem ex filio præmor-
tuo inſtituiſſe videbitur, quod tamen variè acceptum eſt, aliquibus ideo inſtitutum cenſen
tibus, quia niſi ita interpretaremur, præteritione teſtamẽtum rumperetur: interpretamur
autem ſemper vt actus valeat. aliis, ne durum, abſurdúm ve aliquid conſequatur, quale eſt
cùm à parentibus filiis ſepararentur, vel melioris fierent conditionis nepotes quàm filij,
ídque genus ſimilia. aliis, quoniam diſpoſitio in futurum confertur: cùm enim veriſimiliter
dubium ſit, an in id tempus filij vel nepotes exiſtant, debet mens teſtatoris largius accipi,
vt non exiſtentibus filiis, nepotibus prouiſum videatur, vt etiam in facti quæſtione conſul
tus Alex.[14] reſpondit: quæ declarationes dubitationem nullã habent, cùm generaliter pro-
pter fauorem ea interpretatio ex Doctorum frequentiore ſententia procedat: vnde & in
municipalibus ſtatutis idẽ obſeruatur. Finge † cautum eſſe[15], vt filij maſculi excluſis fœmi- 5
nis ſuccedant nũquid nepotes etiam ipſi præferentur? Et reſpõſum eſt, præferri: ratio enim
eius legis eſt, vt agnatis ſaluæ ſint facultates: quæ ratio in nepotibus locũ habet, & tametſi
in lege expreſſa non ſit, ab ea tamen argumentari nos poſſe receptius eſt[16]: cùm enim hoc
beneficium à lege patri conferatur, vt fœminam excludat, debet etiam in nepotem eiuſ-
dem ſexus perpetuari[17], qui in ſucceſsione patris ſui locum tenet, eíque ſubrogatur: nam
& cùm filia propter fauorem filij maſculi excludatur, maſculo ipſo ſuperſtite nepote de-
functo, idem fauor durat: vnde etiam ſi ipſa maſcula ſobole relicta decederet, nihilominus
frater, eiúsve filius ei ſoboli præferrentur; quoniam fauor propter quem ipſa excluſa fuit,
non extinguitur: & ſicut filia ipſa ſuccedere non potuit, ita & ex ea nepos repellitur, vt am-
putata radice, rami quoq; decidunt[18]. Et huius interpretationis, vti diximus, cauſam præ-
ſtat fauor, quo ceſſante, interpretatio quoque non admittitur. Et † ideo cùm quis tutorem 6
filiis dediſſet, non cenſeri nepotibus prouiſum Vlpianus reſpondit[19]: tum quia reſpectu tu
torum nullus eſt fauor, imò oneroſa eſt tutela: tũ quia non multum inde cõmodi nepotibus
oritur,

7 l. ſed & ſi. §. liberos. j. & ij. de in ius voc.
8 l. Iuriſconſultus. de grad.
9 c. Raynutius. de teſtamẽ.
10 l. Gallus. §. j.
11 l. filij. l. iuſta. l. natorum. hoc titu.
12 l. Lucius. de hær. inſt.
13 l. ſed & ſi. §. j. de excu. tu.
14 Conſi. ix. in j.
15 Alex. conſi. xxvij. in iij.
16 l. quamuis. C. de fideicõ.
17 l. Gallus. §. videndum. de lib. & poſth.
18 l. ſi viua. C. de bo. mater.
19 l. quod ſi nep. de teſt. tu.



oritur, cùm ceſſante teſtamento, de tutore illis per iudicem prouidendum ſit: & ita Barto-
lus ſentit. In ſequenti ſpecie, filiorum verbo non contineri nepotes certius eſt: vnde qui fi-
lios exhæredat, nepotes exhæredes feciſſe non videbitur[1]: odioſum enim hoc eſt: quod &
in diſpoſitione legis proditum eſt. Et ideo lex Iulia, quæ ius patri facit filiam adulterã occi-
dendi, in nepote non habet locum[2]: idémq; dum prohibet Senatori filiam eius ducere, qui
artem ludicram exercuerit: poterit enim in nepotis matrimonium conuenire[3]. Nam cùm
leges huiuſmodi merum odium filiorum & quidem principaliter ſapiant, meritò nepotes
non continebuntur. Quòd ſi directò odioſæ non eſſent, aliud reſpondendum fuiſſet, vt in
Senatuſconſulto quo tutor pupillam ſibi vel filio ſuo nuptui collocare prohibetur: nam
nec nepoti quidem impunè collocabit[4]. Sed quid iuris eſſe dicemus, cùm teſtator filiis alie-
natione bonorum interdixit, an nepotibus quoq; vetitum credemus[5]? Et non videri tradi-
tum eſt: huiuſmodi enim prohibitio odioſa eſt. ſed hæc concluſio aliquo modo reſtringen-
7 da eſt. Pone † inſtitutos filios, & ne alienent grauatos: ſi enim in verbis inſtitutionis nepotes
contineantur, cur non & in verbis prohibitionis comprænhendi debent? Conſentaneũ cer-
tè eſt, eadem verba eandem recipere interpretationem, nec eſt veriſimile voluiſſe patrem
8 minus oneris nepotibus imponi, quàm filiis impoſuerit. Et quod in hac † prohibitione di-
ximus, in fideicommiſſo quoq; reſpondendũ eſt, vt fideicõmiſſo filiis iniũcto, nepotes non
contineantur[6], niſi ſub iiſdem verbis inſtitutio ſubſtitutióque concepta ſit: tametſi impru-
dẽter hac in re labi mihi Decius videatur[7]. Pone rurſus, verba prohibitionis, hæredibus fi-
liis inſtitutis, in rem concepta eſſe: vt quia dictum eſt, vetó bona mea vendi: quia volo, vt ad
illos, & illos perueniãt: videtur enim hoc caſu eſſe etiam nepotibus interdictum, & ita etiã
9 cenſuit Alexander[8]: quod † multò magis dicendũ eſt, cùm ratio diſpoſitione generalior eſt:
vt cùm quis prohibuit alienationem filiis, quia volebat bona perpetuò in familia remane-
re: hoc enim caſu omnes deſcendentes prohibiti cenſebuntur[9]. quod & reſpõſum eſt. cùm
teſtator fratris fidei commiſiſſet, vt hæreditatem filiis reſtitueret, quia mentis ſuæ erat, ne
bona extra familiam peruenirent: petent enim fideicommiſſum nepotes quoque, & cæteri
deſcendentes: & ita contrà quam Iaſon reſponderat, ex facto iudicari vidi. In tertio caſu,
cum de filiis alterius reſpectu diſponitur, non comprænhendi nepotes conſtat, niſi dura ali-
qua ſeparatio induceretur, vt cùm quis ancillam cum filiis legat: tunc enim Papyrij Fron-
tonis reſponſum, (cuius hîc Calliſtratus meminit) adtendendum eſt: cùm non ſit veriſimi-
le, voluiſſe teſtatorem à patribus ſuis filios ſeparari[10]. Idẽ, ſi aliqua alia cõiectura hoc ſua-
deat, quales ſunt quas ſuprà retulimus, quando aliàs actus effectum non ſortiretur, vel ab-
ſurdum aliquid conſequeretur, vel conſuetudo ſermonis ita ſuaderet, & ſi quæ aliæ ſunt ſi-
miles[11]. In vltima ſpecie concludendum eſt, quoties conditio, vel cauſa fauorem filiorum
reſpicit, etiam nepotes eo ſermone cõtineri. verbi gratia, Lex dicit[12], ſi mater filiis tutores
non petierit, ius vendicandorum bonorum non habeat: illis enim verbis etiam quæ nepo-
tibus tutores non petierit, ab hæreditate repelletur: nam actus hîc filiis ipſis fauorabilis eſt.
quòd ſi de fauore filiorum principaliter non agatur, aliud eſt: vt in eo exemplo, cùm lex à
tutela eum excuſat, qui tot filios habuerit: non enim nepotes excuſationis cauſam præſta-
rent, niſi lex liberorum verbo vteretur[13]: principaliter enim hoc caſu de patris, non autem
filiorum fauore agitur: vnde cùm filiorum fauor non vrgeat, à proprietate verborum non
recedimus, quæ in conditionibus maximè adtenditur, & primum locum in caſibus dubiis
10 tenet[14]. Excipiuntur tamen † aliquot caſus, in quibus filiorum appellatione generaliter di
cendum eſt, nepotes non ſignificari. Primus eſt in cõmuni loquendi vſu: ex conſuetudine
enim aliter filios, aliter nepotes appellamus: & ita ſentit Accurſius[15]. Sed Doctores nõ ad-
ducunt, niſi probaretur huiuſmodi conſuetudo, nec ex ſermone vulgari ad Latinum proba
bile argumentum deduci poteſt[16]. Secundus caſus eſt, quoties lex ex aliqua cauſa ſignifica
tionem eius dictionis coarctat, vt cùm fructus in quartam, quæ ex Falcidia debetur[17], non
imputari, quamuis teſtator iuſſerit, lex Iuſtiniani præcepit, ſubiicítque eo præcepto, nepo-
tes non alligari. Idémque in hoc reſponſo, cùm leges neceſſarium ducunt cognationum
ſingularum nominibus vti. quia non omnibus præſtitum voluerint, ſed his ſolis, quos no-
minatim enumerant: vt cùm diuus Pius conſtituit[18], ne liberi Decurionum vſque ad pro-
nepotes torqueri poſſent: vel cùm vſque ad eum gradum concedit lex ei ſuccedi, qui ince-
ſtas nuptias contraxerit[19], & ſi qua ſimilia. Tertius caſus eſt, cùm de filio non diſponi-
tur, ea ſolùm ratione, quia ſit filius, ſed etiam reſpectu alicuius qualitatis ei inhęrentis: nam
diſpoſitio huiuſmodi ad eum non refertur, cui ea qualitas non inſit: veluti cùm lex filium
ſpurium inſtitui prohibuit: non enim exiſtimabitur vetita inſtitutio legitimi, ex filio ſpu-
rio, nepotis: in eo enim qualitas illa deficit[20]. Idem in municipalibus ſtatutis, quæ exclu-
ſa filia, filios maſculos ad ſucceſsionem admittunt, non erunt admittẽdæ neptes, cùm qua-
litas maſculina illis deſit: quod & ab Alexandro[21] reſponſum eſt in eo, qui filium primo-
genitum ad fideicommiſsi petitionem vocauerat. Quartus caſus eſt, cùm ſub alio nomine
poteſt

1 l. j. §. quæritur. de vẽ. inſp.
2 l. patri. de adulter.
3 l. lege Iul. de ritu nup.
4 l. S. conſultum. de ri. nup.
5 Gl. §. nos igitur. de reſt. ſi.
6 Dec. conſi. ccxviij. ver. vl.
7 Conſi. xcv.
8 l. filiuſfamilias. §. diui. j. §. de leg. j. arg. l. peto. §. fratre. de leg. ij.
9 l. pater fil. §. fundum. de lega. ij.
10 l. vxorem. §. concubinæ. de leg. iij.
11 l. alimenta. §. libertis. de ali. legat.
12 l. ij. §. ſi mater. ad Tert.
13 l. ij. §. hoc autem. de excu. tuto.
14 l. Meuius. de cond. & demonſt.
15 Glo. inſt. qui teſt. da. tut. §. fin.
16 Alex. conſil. xxvj.
17 l. iubemus. C. ad Treb. Decius conſi. lxxxvij.
18 l. à diuo. C. de quæſt.
19 l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupt.
20 l. fin. de natu. lib.
21 Conſi. cxxiij. in j.

poteſt cenſeri magis propriè nepotes vocatos,quàm ſub nomine filiorum:vt ſi fratri meo,
&eius filiis, & deſcendentibus fideicommittam : admittuntur enim prius filij quàm nepo-
tes [1],tanquam priùs nominati, cùm de nepotibus potiùs verbo deſcendentis, quàm verbo
filij actum cenſeatur:ſub illo enim propriè,ſub hoc non niſi per interpretationem contine
rentur:idq; Dec.reſpondit[2],& mihi non diſplicere ſuprà adteſtatus ſum. Quintus caſus eſt
in contractibus:in eis enim fit interpretatio aduerſus eum,pro quo pactio concepta eſt[3]: &
ideo ſi quis accipiat emphyteuticum fundum pro ſe & filiis, nepotes non admittentur[4]: &
ita quàm plurimis viſum eſt, quæ ſententia apertiſsimè falſa eſt, cùm ſuprà traditum lege-
rimus,eum,qui pro ſe & hæredibus huiuſmodi fundum conducit, etiam legare poſſe atqui
magis impropriè appellatione hæredis legatarius comprehenditur[5],quàm filij appellatio-
ne nepos.Illud receptiſsimum eſt † clientem,cui beneficiarius fundus (feudum vocãt) pro 11
ſe & filiis cõceditur,etiam nepotibus, cæteríſq; deſcendentibus relinquere poſſe:hic enim
cõtractus * latiſsimã interpretationẽ propter beneficij naturã recipit[6].Qua ratione idem 12
& in donationibus dicendũ eſſet:fauorabilis enim hic contractus eſt.Sextus caſus eſt,cùm
de filiis fit mentio ex proprio corpore natis:nã videtur nepotes non cõtineri,& hos præſer
tim,qui ex filiabus nati ſunt:& ſic ab aliquibus reſponſum cõperi[7].Sed in hoc opinatiſsimi
ſcriptores diſſentiunt:ſanguinis enim * continuatio inepte quoq; eſt[8]:niſi igitur alia conie 13
ctura adſit,quæ nos in aliã partem deducat,prõptius eſt vt pro nepotibus pronuntiemus[9].

1 l.cum ita.§.ſi.de leg.ij.
2 Conſil.j.in ſi.
3 l.veteribus.de pact.
4 Iaſ.§. inſtituẽs. l.Gallus. de lib.& poſth.
5 §.l.proxi.
6 Iaſ.d.§.inſtituens.
7 Guid.pap.q.ccclij.
8 Alex.l.ex facto. §.fina.ad Trebel.
9 d.l.Lucius.

S V M M AE.

1 ☞ *Reſtitutionis in integrum vis.* *ídque ex cauſis. 11.*
2 *Falſum tutorem variè accipi. 3.*
5 *Nullitate nomen iuris extingui:quandoq; diuerſum.*
9 *Nullius facti nomen durare.*
12 *C.per venerabilem.explicari.*

LEX CCXXI.

PAVLVS. Quod † falſo tutore auctore geſtum eſt, per in integrum 1
reſtitutionem emendat prętor,& quanti ea res eſt aduerſus eum qui do
lo fecit,actionem dat[10].Declarat † hîc Iuriſcõſultus,quis dicatur falſus 2
tutor:& eum eſſe interpretatur, qui verè tutor datus non eſt:vel qui da-
tus eſt, ſed perperàm & inutiliter, vt qui habenti alium tutorem datus
eſt[11]: ſicut & falſum teſtamentum dicitur, quod nullum,vel inutile eſt:
idémque in modio iniquo. Hinc † accipi argumentum poteſt, tutorem 3
inutiliter datum,propriè tutorem non dici[12],& ideo adiectione illa falſi diſtinguitur:vnde
conſequens eſt,vt hîc probetur quòd communiter traditum eſt,quod nullum * eſt actus no 4
men propriè non habere,ſi actus iuris ciuilis ſit:qua † ratione teſtamentum nullum, nõ eſt 5
propriè teſtamentum[13]:ſtipulatio nulla,non eſt ſtipulatio[14]:ſententia nulla,non eſt ſenten-
tia[15]:quod non in iudiciis ſolùm,ſed & in compromiſsis procedit.Sic & electio * nulla,non 6
dicitur electio[16]:& ceſsio * perperàm facta,non habet ceſsionis nomen:& qui iurat ſe ſtatu 7
ta obſeruaturum[17],de his quæ nullo iure valent,iuraſſe non intelligitur. Sic & * alienaſſe 8
emphyteuta non dicitur[18],qui venditione nulla,& nõ ſolenni diſtraxit. Quòd ſi † nomina 9
facti,non autem iuris ſint,quod inutiliter actum eſt,propriè nomen ſeruat. Vnde * libellus 10
incertus,vel citatio inutilis[19],nomen ſuum ſeruant,licet in effectu nõ obligent[20].Sic & epi
ſcopus inutilis,vel hæreticus,epiſcopus propriè eſt, tametſi perinde habeatur[21] ac ſi nõ eſ-
ſet. Eadem ratione etiam inutilis maritus[22],nomen mariti ſeruat,quamuis legis interpre-
tatione eius vxor orbata exiſtimetur.Sanè † plerũq; accidit,vt etiã actus iuris ſub vero no- 11
mine deſignentur,licet caſſi & inutiles ſint:quod quandoq; fit enuntiationis cauſa, vt cùm
lex matrimoniũ nullũ,vel diuortiũ ſimpliciter ſuo nomine appellat[23]: quãdoq; per locum
qui ex adfectu dicitur[24], vt cùm Titium rem ſuã emiſſe ſcribimus, nimirũ indicantes, hoc
eum egiſſe,vt rem emeret:quandoq; actus ſuſtinendi cauſa, vt cùm iuſſus eſt quis hæredita
rium ſeruum manumittere,& deinde hæres eſſe[25]:ſufficiet enim vel de facto manumittere,
vt adire poſsit.Sed & lex Pontificia[26]:Rex,inquit,Cęſarem † in dominũ non recognoſcit: 12
quod de facto interpretantur pleriq;:hoc enim verbũ magis ad factũ,quàm ad ius refertur.

10 l.j.l.nouiſsimè.quod fal. tut.
11 §.interdum. inſt.de cur.
12 l.iij.de teſt.tut.
13 l.ij.§.j.quemad. teſt.ape.
14 l.j.§.ſed ſi mihi. de ver. oblig.
15 l.iiij. §. condemnatum. de re iudic.
16 Bart.l.filiũ.de leg.præſt.
17 Fel.c.ex tenore.de reſcr.
18 Bal.l.ij.de epiſ.aud.C.
19 l.j.in prin.de fer.
20 c.j.de præſcrip.
21 c.inter.de tranſa.epiſ.
22 l.ſi.C.ad leg. Fla.de pla.
23 l.quod Seruius.de cond. cau da.
24 l.Labeo.§.eod.
25 l.mulier.§.j.de cõd.inſt.
26 c.per venerabilem. qui filij ſint leg.

S V M M AE.

1 ☞ *Pecuniâ corpora,& iura contineri. 2.*
3 *Pecunia eſt quod poſſidetur,quandoque diuerſum.*

LEX CCXXII.

PECVNIAE NOMINE. Pecuniæ † ſignificationẽ vario modo acci- 1
pi[27], ſuprà demonſtrauimus:& quandoq; latiùs patêre, quàm vt id quod
numerato eſt,ſolũ cõpræhẽdat : mobilia enim & immobilia cõplectitur,
atq; etiã iura,cæteráſq; huiuſmodi res incorporales:quapropter ſi tibi pe
cuniã,quã Titius debet,donauero,actionẽ quoq; donaſſe videbor[28]:hinc
adparet, † pecuniæ verbũ vniuerſale eſſe,vt meritò Senatuſconſultũ Tre 2
bellianũ in eo locũ habeat[29], qui pecuniam omnem reſtituere rogatus ſit:de iuribus enim
actum

27 l.pecuniæ.§.eod.
28 Bart.l.ſi ſeruus.§.fin.de ſtipul.ſer.
29 l.nam quod.in ſi.ad Trebellianum.



actum quoq; intelligetur.cuius rei rationem adſignat hanc Accurſius:quia omnes res in pe
cuniam conuerti poſſunt.idq; IIII.Ethicorũ Ariſtoteles ſenſit. Sed hac ratione etiam cùm
numum dicimus,aliud quàm quod in moneta eſt,ſignificaremus, párq; eſſet numi & pecu
niæ notatio[1],quod falſum eſt.Verius igitur[2] quod Augu.in lib.de doctrina Chriſtiana tra-
3 dit,dum,Totum[3], † inquit,quod homines in terra habent,quorúmq; domini ſunt,pecunia
dicitur:quia antiqui quod habebant,in pecoribus habebant.Sanè reſtringitur hæc ſignifi-
catio quandoque ex ſubiecto argumento. Pone , in ſermone hominis illiterati & idiotæ[4],
4 facta eſt pecuniæ mentio,intelligemus anguſtè de pecunia * numerata[5],quam & vulgares
denarios vocant,cùm denarius propriè ſit decem aſſes,hoc eſt, argenti drachma[6].

1 l.litigatores. §. quod ait. de arbit.
2 Iaſ.l.talis.de leg.iij.
3 j.q.iij.totum.
4 Bart.l.vxorem.§.legauerat.de leg.iij.
5 l.j.ad Maced.
6 Cardi.cle.exiui. §.porrò. eodem tit.

S V M M AE.

1 ☞ *Culpæ dolum ineſſe.*
2 *L.Contractus.de regul.iu.ſenſus.*
3 *Culpam dolo accedere ex cauſis.*

LEX CCXXIII.

1 LATAE CVLPAE. Culpæ † nomen generale eſt,& dolum quoq; com
præhendit : qui enim dolo fecit , vtique in culpa eſt. Vnde qui promiſerit
damnum pręſtare,quod ſerui mei culpa contigerit,ſi quid doloſè delique
2 rit,vt quia furtum fecerit,reſarcire quoq; tenebitur.Solent † tamen Iuriſ-
conſulti[7],cùm culpam non præſtandam ſimpliciter dicunt,de leui intelli
gere:lata enim cùm dolo proxima ſit, ferè ſemper præſtanda eſt. Dicitur
3 autẽ † dolo proxima duobus modis,aut quia præſumptam in ſe fraudẽ contineat[8],vt cum
non eam diligẽtiam in rebus alienis quis adhibuit, quam in ſuis:aut quia tam ſupina & in-
excuſabilis culpa eſt,vt tametſi non præſumatur fraus, parum tamen ab ea diſtet[9]: veluti
4 cùm quis in gratiam amici negligens fuit:licet * enim gratia & nimia facilitas excuſet à do
5 lo,proxima tamen illi eſt.Et ideo regulariter proditum eſt,cùm lex aliquem dolum * præ-
ſtare teneri dicit,etiam de lata culpa intelligi : quod tamen quemadmodum accipiendum
ſit,infrà tractabimus[10]: Quis autem huius culpæ ſit finis,id eſt,definitio,ſuperius diſputa-
uimus. At leuis culpa ſic definiri poteſt,vt ſit negligentia,qua quis in rebus alienis eam cu-
ram non adhibet,quam cæteri patresfamiliàs ſolent,tametſi in ſuis minimè diligentior ſit.

7 l.contractus.§.tit.j.
8 l.quod Nerua.depo.
9 l.ſi procuratorem. in fin. mandati.
10 l.magna.hoc titu.

S V M M AE.

1 ☞ *Amicitiæ genera,& effectus. 2. 3.*
5 *Teſtes amicos,niſi in caſibus,eleuari:idq; arbitrariũ.*

1 §. AMICOS. Pluribus † modis accipitur amicitia:eſt enim quædã maxima , & pœni-
tus inhęrens animis inuicem ſe amãtium,cuius multa exempla commemorat Lucianus in
dialogo qui Toxaris inſcribitur,quãquã Græci ſic explicã: σώματα μὲν δύο ψυχὴ δ᾽ μία, vt ea-
dem anima duobus in corporibus eſſe videatur,quòd idẽ vterq; velit,nolítq;. Alia eſt, quæ
hîc deſcribitur,non quidem tam ardens,ſed tamen non leuiter coniuncta, & honeſta con-
ſuetudine introducta:& de hac proditum eſt leges accipiendas eſſe, quæ cauſa amicitiæ ali
quid indulgent[11],vel vetant:prior enim illa,cum Heſiodi Erigone ad ſuperos,(opinor)re-
ceſsit,& nuſquam in humanis habitat.Eſt & alia vulgaris, qua congerrones,idq; genus ſo
cij etiamnum vulgò amicos ſe inuicem appellant:ea ex leui notitia cõtingit,& inter impro
2 bos quoq; plerunq; eſt. Sunt † autem arctiſsimæ illius amicitiæ cauſa pleraque conceſſa,&
quicquid cognationis fauore introductum eſt, id omne ad huiuſmodi amicos extẽditur[12]:
3 quæ enim maior poteſt eſſe coniunctio? Hinc † aliqui tradiderunt, liciti eius amoris ardo-
rem,vim clauſulæ codicillaris habere[13]: aliqui reuocationem clauſulæ derogatoriæ indu-
cere,quæ in priore teſtamento adiecta ſit[14]:aliqui in ſubſtitutione fideicommiſſaria ſimpli
4 citer facta hoc operari,vt amici ſui filij ſubſtituto * præferantur[15].Sunt & qui ſicut coniun-
ctum,ita & amicum abſq; mandato ad agendum admitti crediderint[16].Quæ omnia vera
eſſe ego arbitror in priore illa amicitia, quæ vſqueadeò noſtris temporibus rata eſt, vt cu-
iuſdam prodigij loco ſit,ſi vſquam gentiũ reperiatur.Sed nunquid amicus ad teſtimonium
admiſſus pro amico probet[17]?Et de fide diminui illi conſtat,& ideo ex numero teſtium cõ-
5 ualeſcere poſſet,vt ſi,vbi aliàs duo ſufficerent,tres amici reciperentur. Addũt † aliqui tam
immenſam amicitiam poſſe depræhendi , vt non ſolum diminueretur , ſed omnino eleua-
retur[18].Contra Bald.[19] cùm amicitia virtutis & fidei nomen ſit,non eſſe admittendum, vt
propter eam fidei minus teſti adhibeatur. Sed in hoc deuentum eſt,vt amicitiæ cauſam iu-
dex inſpiciat,& ſi ex ſocietate otioſa,vel non multùm egregia,nec ſeueris viris laudata cõ-
ſuetudine proueniſſe depræhenderit,ſummámque eſſe,nihil eis fidat, & ita arbitretur:ma
6 gna enim affectio * veritatem prorſus impedit[20]. Nec refert ad amicitiam ſe inuicem vn-
quam viderint aliqui,vel id minùs,cum ex fama & bonis operibus ſæpiùs accidat[21],vt in-
7 ter * ignotos quoque non vulgaris dilectio exoriatur. Sanè non omnis qui parcit , amicus
eſt[22], nec omnis qui verberat,inimicus,vt Auguſtinus ait.

11 l.ſciendum.§.ſi alicuius.§.de legatio.
12 c.requiſiſti.de teſta.
13 Bald.l.ſi iure.C.de teſta. manumiſſ.
14 Rom.conſil.clxxix.
15 Barb. l.cum acutiſsimi. C.de fideicom.
16 Iaſ.l.exigendi. C.de pro curat.
17 l.ij.de teſti.
18 Fel.c.quoties.de teſtib.
19 Bal.l.eos.C.de teſti.
20 iij.q.v.accuſatores.
21 xxix.q.j.c.j.
22 v.q.v.c.non omnis.

S V M

S V M M AE.

1 ☞ *Vinctum vinculis quibuſuis teneri.*
3 *Cuſtodiæ acceptio multiplex.*
4 *Carcerandi cauſæ.*
6 *Carcerari quem poſſe ob æs alienum.*

## L E X   C C X X I I I I.

VINCVLORVM. In† vinculis eſſe dicitur, quicunque vinctus eſt, ſiue pu 1
blicè à magiſtratu, ſiue priuatim, vt ſeruus à domino. Cuſtodia *verò† ad ius 2
publicum pertinet, cùm quis in carcerẽ detruſus, vel ſub cuſtodia magiſtra- 3
tuum eſt. Poteſt† autem qui tribunali præeſt, ex qualibet leuiſsima ſuſpicio- 4
ne eum, quem nocentem arbitretur, in carcerem ducere[1]: oportet tamẽ qualemqualem veſtigationem præceſsiſſe, ne iniuriã faciendi cauſa hoc mandaſſe videatur[2]: quo caſu grauaretur eius opinio, licet pœnam aliquam non ſubeat. Solùm enim in ciuilibus receptum eſt, vt iudex iniuſtè aliquem in carcere retinens, actione* iniuriarum conue 5
niri poſsit[3]. Hinc apparet, cùm iudex ordinarius à captura nocentis cœpit, non excuſari reum quò minus in examine interrogatus ſub ſacramenti religione reſpõdere teneatur[4], deliquerit, an non deliquerit: alioquin lex ius capiendi non concederet, ſi nõ, niſi præcedẽtibus indiciis, interrogari poſſet. Accipitur† autẽ cuſtodia pro carcere[5]: quoniam in illum 6
rei non pœnæ cauſa, ſed cuſtodiendi mittuntur: vnde ſi effugient, cuſtodes ipſi tenentur: quoniam lex præſumit, non poſſe parietes effringi[6], nec inſtrumenta huiuſce rei cauſa haberi ſine eorũ culpa: idque & Aretinus[7] reſpondi. Accipitur etiam cuſtodia pro ipſis incarceratis apud Modeſtinum[8], idque obſeruatè adnotauit Accurſius. An autem ob ęs alienum capi, & in carcerem detrudi quiſquàm poſsit? Peritiores negant, niſi fiſcale ſit nomen[9], cõtumaciáque acceſſerit: vel niſi aliquis iam condemnatus ſit, quo caſu cedendo bonis liberatur[10]. At olim lege duodecim Tabularum aliud erat, cui per deſuetudinem rectè derogatum fuiſſe, apud Gellium Cæcilius Iuriſconſultus diſputat.

1 Sali. l. nullus. C. de exhib. reis.
2 Glo. cap. fin. de accu. in vj. Bal. l. ij. C. de his qui lat.
3 l. pen. C. qui bo. ced.
4 Bart. l. Marcellus. rerum amot.
5 l. ad commentarienſem. C. de cuſt. reo.
6 l. carceri. in fi. de cuſtod. reor.
7 Are. conſi. xxxviij.
8 l. cuſtodias. §. de pub. iud.
9 l. nemo car. C. de exa. tri.
10 l. j. C. qui bo. ced.

S V M M AE.

1 ☞ *Venditori obſeruanda.*
3 *Fugitiuum animo actúque ſpectari.*
6 *Minas damnationi, quæſtioniue non ſufficere.*

## L E X   C C X X V.

FVGITIVVS. Qui † mancipia vendunt, ex edicto Aedilium curu 1
lium certiores facere emptores debẽt, ſeruus fugitiuus, an erro ſit[11]. Sunt autem Errones, * hi, qui à domino recedunt, vt cùm vagati aliquandiu 2
fuerint, reuertantur. ſic apud Ouidium Sappho Phaonem appellat:

*Nec vos erronem tellure admittite noſtrum.*

Licet eius loci interpretes grammatici id iuris verbum non perceperint. Sanè† oſtendit Iuriſconſultus, ſolam mentem propoſitúmque fugiendi non ſufficere, vt fu- 3
gitiuus quis dicatur, niſi & aliquis actus fugæ acceſſerit.

IACTAVERIT. Verba * enim iactatoria non obligant, & nullius effectus ſunt[12]: 4
Vnde * & ſi quis iactauerit, ſe Titium occiſurum, quamuis deinde conſtet fuiſſe occiſum, 5
non tamen aduerſus iactatorem illum præſumetur, vt condemnari poſsit, ſed ſolùm poterit quæſtioni ſubiici[13]. Quid ſi homine occiſo, glorioſulus aliquis inter congerrones ſuos iactauerit ſe eius criminis auctorem? Et putauerim non ſufficere id quæſtioni, niſi aliæ coniecturæ accedant, vt quia inimicus eius eſſet, vel alioquin percuſſor, & reprobæ vitæ: nam & confeſsio extra iudicium habita, tanti non eſt, vt ex ea ſolùm torqueri quis poſsit[14].

ALIA SIGNIFICATIONE. Quantùm ſit reſpectu Dei, vt Accurſius exponit. Quoniam apud Matthæum ſcriptum eſt[15]: Qui viderit mulierem & concupiuerit, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Ego† non arbitror Ethnici ſcripta ab Euangelio interpre- 6
tationem accipere. Satius igitur eſt, vt de eo loco intelligamus, quem τὴν προπάθειαν Hieronymus appellat. Grammatici ab adfectu vocant. Cicero in Aratæo carmine:

*Vt quondam Orion manibus violaſſe Dianam.*

Id eſt, violare appetiſſe. Vergilius:

*Galli per dumos aderant, arcemque tenebant.*

Id eſt, adfectabant tenere. Qua figura & adulterum, & furem, & aleatorem dicemus, qui horum criminum adfectatores fuerint.

ASSVMPTO ACTV. Id *eſt, ab actu quem facere cœperit, & per eum non ſtetit 7
quò minus faceret, vt Oldradus ait.

11 l. j. l. quis ſit. de ædi. edic.
12 l. fin. de hæred. inſt.
13 l. metum. C. de his, quæ vi met. cau.
14 l. capite. §. de adult.
15 xxxij. q. v. qui viderit.

S V M M AE.

1 ☞ *Culpæ genus multiplex.*
2 *Teſtimonium incertum, nullum.*
3 *Culpa lata, niſi in caſibus dolus.*
6 *Culpam quãlibet contractus mutuæ gratiæ admittũt.*
7 *Doli, culpæ, præſtationis cõcurſus: ex cauſis alterum præſtari.*
8 *Leuis & leuiſſimæ culpæ .ocus. 9.*

LEX



## L E X   C C X X V I.

1 MAGNA NEGLIGENTIA. Negligẽtia† ſimplex eſt, quam culpam leuiſsimam vulgò vocant. Culpa verò cùm ſimpliciter in lege ponitur, pro ea accipitur, quæ leuis eſt: id enim inter leuiſsimam, & latam medium eſt, & hoc
2 niſi ſubiecta materia repugnet. Idem † in teſtibus, qui ſi culpam interueniſſe in contractu profiteantur, propter incertitudinem non probant[1]: debuerunt enim declarare expreſsiùs, an de leuiſsima, leui, vel lata intelligerent: & hoc Cornæo vi-
3 ſum eſt[2]. Magna verò, vel †lata culpa, dolus eſt, intellige, præſumptus. Nam vero dolo lata culpa ſolùm proxima eſt. Appellatur & quandoque in iure hæc culpa latior, ea ratione, qua comparatiuum pro poſitiuo ſcribimus[3], vt apud Vergilium:

*Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes.*

Cùm igitur lata culpa dolus ſit, conſequens eſt, vt quælibet diſpoſitio, qua dolum malũ duntaxat præſtari tradatur, etiam de lata culpa intelligatur[4]. Quod ego verum eſſe arbitror, præterquam in lege Corn. de ſicariis[5]: qui enim ex lata culpa eo crimine deliquerit, non illius legis pœna, ſed leuius punietur. Quo exemplo reſpõſum eſt, cùm ex ſtatuto pœna mortis homicidæ irrogatur[6], niſi quis ſe defendendo occiderit, nihilominùs eum quoq; nõ contineri, qui lata culpa, non autem dolo deliquerat: idq; receptiſsimum eſt. Addunt alij idem eſſe generaliter. vbi agitur de pœna etiam pecuniaria, & lex mẽtionem expreſſam doli facit: tunc enim non ſufficere latam culpam[7]. Quapropter vt iuramentum in litem deferatur aduerſus eum, qui in culpa lata ſolùm eſt, obtineri nequit[8]. Idem in eo dicendũ, qui ſententia iudicis infamia notatur[9]: hoc enim in ſolius doli vltionem cõceſſum fuit. Sed & qui
4 in lata *culpa eſt, verè malæ fidei nõ eſt[10]: at qui in dolo eſt, ipſe eſt malæ fidei. *Quapro-
5 pter & in integrum reſtitutio hoc caſu non conceditur[11], quam tamen & maximè neglig ẽtes ſolent impetrare. Sanè quemadmodum in contractibus culpa præſtanda ſit, longa eſt diſputatio, quæ tamen paucis finiri ſic poteſt, vt diſtinguamus, an vtriuſque cauſa ineãtur
6 contractus, an dantis tantùm, an accipientis. In priore caſu† nõ ſolùm lata, ſed & leuis culpa præſtanda eſt: quod in venditione, pignore, dote, emphyteuſi, locatione, ſocietate dicendum eſt[12], niſi res locata friabilis ſit, & quæ facilimè frangitur[13]: tunc enim & leuiſsima culpa præſtabitur. Sed & ſi quis ſocium negligentiorem adſumpſerit, ſibi imputet: non enim
7 quicquam præſtabit, dum in ſuis rebus diligentior non ſit[14]. Sequentis† ſpeciei contractus ſolum dolum & latam culpam recipiunt[15]. Quapropter qui depoſitum accepit, leuis culpæ non damnabitur: cùm enim ſua gratia contractus initus non ſit, ſed aliena, æquũ viſum eſt; vt ſolum dolum, ſeu latam culpã præſtaret. Qua ratione ſi contra naturam commodati[16],
8 gratia cõmodantis ſolius contrahatur, leuis culpa non oberit. Non tamen hæc † perpetua ſunt: nam in mandato etiã leuis culpa quandoq; præſtabitur[17], vt cùm res de qua mandatũ eſt, mediocrẽ diligentiam requirit. præſtabitur & leuiſsima, cùm natura negotij exactiſsimam induſtriam poſtulat, vt in procuratore ad lites[18], & præfecto Liburnicarum: qui enim huiuſmodi mandatum ſuſcipit, ſe actui mandato idoneum pœnitus profiteri videtur: & ita Alex. reſpondit[19]. Negotiorum quoq; geſtor, leuis culpæ nomine cõuenietur: cùm enim ſe ſpontè offerat, mediocrẽ diligentiam præſtare debet[20]. In tutelæ quoq; contractu, quò minoribus magis ſuccurſum eſſet, leuis culpæ nomine agi poſſe placuit, niſi in exactione nominum ceſſatum eſſet[21], vel in prædiorũ emptione captio fuerit: tunc enim ſolum lata cul-
9 pa geſtũ reſarciet[22]. Sed & tutorũ hæredes ex lata culpa ſolum cõuenientur[23]. In * vltimo caſu receptum eſt, etiã leuiſsimæ culpæ rationem reddendam, vnde cõmodatarius ſic condemnabitur: cùm enim ob eius gratiam contractus initus ſit, debuit diligentiſsimus eſſe[24]: ne beneficium cõmodanti damnoſum fiat. Quod & in contraria actione depoſiti & mãdati eadẽ ratione receptũ eſt[25]. In precario tamen, ſolũ latæ culpæ periculũ ſubeundũ eſt: ſibi enim imputet dominus, qui ſtatim precariũ nõ reuocet[26], ſi accipientis diligentiã ſuſpectã habeat: nã poſtquã reuocauerit, ſi mora facta fuerit, de leuiſsima quoq; iudiciũ reddetur[27].

1 Alex. l. ſi mora. ſol. matr.
2 Corn. conſi. viij. in j.
3 l. quod Nerua. depoſi.
4 l. contractus. j. tit. j.
5 l. in lege Cornelia. §. ad legem Corne. de ſicar.
6 Card. c. lator. de homic.
7 l. ij. §. ſed & ſi. §. vi bon. raptorum.
8 l. in actionibus. de in lit. iurando.
9 §. ſuſpectus. inſt. de ſuſpe. tut.
10 l. ſed & ſi. §. ſcire. de pet. hæredi.
11 l. vbi. de eden.
12 d. l. contractus.
13 l. ſi merces. §. qui columnam. loca.
14 §. fi. inſt. pro ſoc.
15 d. l. contractus.
16 l. ſi vt certo. §. interdum. commod.
17 d. l. contractus.
18 l. à procur. C. mand.
19 Alex. conſi. xlj. in iij.
20 l. tutori. C. de neg. geſt.
21 l. ij. C. arb. tut.
22 l. tutor per. §. ij. de adminiſt. tut.
23 l. j. C. de hæred. tut.
24 §. item is. inſt. qui. mod. re.
25 l. ſi ſeruus. §. iuſtiſſ. de furtis.
26 l. quæſitum. §. illud. de precar.
27 d. §. ex hoc. & §. ſeruitus.

S V M M AE.

1 ☞ *Edictum vnde legitimi, explicari.*
2 *Hæres proximus in edicto intelligendus. ex cauſis etiam remotior.*
5 *Subſtitutus coniuncto potior.*
6 *L. Ex illa. ſenſus.*

## L E X   C C X X V I I.

1 EX ILLA. Verba †edicti vnde legitimi à prætore vocãtur[28], ſunt, EVM QVEM EI HAEREDEM ESSE OPORTET, SI INTESTATVS MORTVVS ESSET, BONORVM POSSESSOREM FACIAM. Quibus verbis is agnatus cui iure ciuili hæredi-
2 tas delata eſſet, ad bonorũ poſſeſsionẽ à prætore admittitur. Vnde cũ † eius agnati hæres, aut non æquè proximo, aut nullo pœnitus gradu eũ, qui inteſtatus mortuus eſt, contingat, meritò à bonorum poſſeſsione reiicitur, ſicut & ab hæreditate repelleretur.

28 l. j. vnde leg.

Sicque

Síc que verbum illud,hæredis,in edicto prætoris ad proximum tantum refertur.In caſibus
tamen,in quibus ius agnoſcendæ bonorum poſſeſſ.ad hæredem tráſmittitur,videretur hæ
redem quoq; hæredis contineri[1]:vt cùm intra terminum deliberandi legitimus hæres mo-
ritur [2],niſi tunc eum hoc edicto non vocari, ſed aliarum conſtitutionum extenſione dixe-
ris,quod magis probo.Alius eſt etiam caſus,quo proximus tantum hæres intelligitur,in il-
la videlicet ſubſtitutione : Quiſquis mihi hæres erit, Titio filio meo, ſi pupillus moriatur,
hæres eſto.Cuius rei illa eſt ratio,quòd ſubſtitutionis * pupillaris ſpes ad hæredẽ non tranſ 3
mittitur [3]. quapropter ſi iuri accreſcendi cõiuncta ſit,aliud eſſet:cùm enim ius * accreſcẽdi 4
non perſonam,ſed rem reſpiciat,hęredi quoq; hæredis portio accreſcit[4].Et † ideo in propo 5
ſita ſubſtitutionis ſpecie,ſi pupilli cohæredem adiiſſe proponatur,deinde pupillũ mortuũ,
eius quoq; hæreditas illi neceſſariò accreſcet[5]:quod procedit etiam ſi ante pupillum cohæ
res iſte deceſſerit:qui enim ei ſuccedet,pupillo quoq; ſuccedet,ne diuerſum ius inter ipſum
& eius auctorem inducatur:abſurdum quippe eſſet,primum hæredẽ potuiſſe cogi, eius ve-
rò ſucceſſorem non poſſe,& melioris fieri conditionis,ídq; in pupilli damnũ,cuius intereſt
ex teſtamento,quod ei facit pater,adiri hæreditatem[6].Vnde cùm de fauore eius agatur,hę
reditas eadem cum paterna cenſetur[7],& altera alteri accreſcit,tametſi verè duæ hæredita
tes ſint. Quod autem † ſubiicitur,hac ſubſtitutione ſcriptum hæredem ſolùm compræhen 6
di,hoc ſignificat,vt nec per filiumfamiliâs pater,nec per ſeruum dominus admittatur,non
enim illis adfectus fuiſſe teſtator videtur, ſed eis ſolùm quos nominatim ſcripſerat,cùm do
mini vel patris ſpes in huiuſmodi acquiſitione incerta ſit.Quid enim ſi ante quæſitam hære
ditatem filius vel ſeruus de manu exeat[8]?Quid ſi nullis minis,nullis precibus compelli poſ
ſint,vt adeant? Sed de hoc latius ſuprà à nobis tractatum eſt[9].

1 l.emancipata.C.qui adm.
2 l. cum antiquioribus. C. de iure delib.
3 l.ſed ſi plures.de vulg.
4 l.ſi ex pluribus.de ſuis & leg.
5 l.qui patri.de acqui.hær.
6 l.ſi pupillus. de acqui.
7 l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. de inoff.teſt.
8 l.cùm proponas.C.de hæred.inſti.
9 l.ſciendum.§.eod.

S V M M AE.

*1 ☞ Vrbium conditio varia.*
*2 Coloniarum & municipum diſcrimen, ius, vſúſve promiſcuus.*
*3 Municipis faciundi modi.*

LEX CCXXVIII.

MVNICIPES. Vrbium † quæ Romano imperio ſubiiciebantur, varia 1
fuit conditio: vt enim ſtipendiarias & fœderatas omittamus, earum quæ ius
ciuitatis Romanæ habebant,aliæ coloniæ,aliæ municipia dicebantur. Co-
loniæ † erant,in quas ciues Romani habitatum deducti erant,agérq; eis ad- 2
gnatus:ſolebant autem deduci veterani,& pro diutinorum laborum merce
de,vnde ſenectutem tolerarent,iugera bina accipiebãt.Cauſa deductionis erat,vel infre-
quentia vrbiũ,vel pœna,qua veteres coloni malè de Republica mariti,mulctabantur.Hæ
Coloniæ tanquam quædam vrbis Romanæ effigies,paruáq; ſimulachra erant:metropolis
enim ſuæ legibus neceſsitabúſq; adſtringebãtur,& ideo magis obnoxiæ,quàm municipia,
licet propter auctoritatem amplitudinémq; Pop. Romani maiore in honore eſſent : vnde
& in præmium ius Colonicum quibuſdam prouincialibus quandoq; tributum fuit, vt Be-
rytenſibus,& Aeliopolitanis [10]. Municipes † igitur aliquanto melioris erant conditionis, 3
quòd videlicet ſuis legibus,ſuíſque moribus viuerẽt,& nihilominus ciues Rom.eſſent, ho-
noréſque in vrbe Romana capeſſerent,& ſicut cæteri ſuffragiorum ius haberent, vnde &
nomen ſumpſerunt, ab eo videlicet, quòd honorarij muneris capaces eſſent, licet onerum
neceſsitatib.non adſtringerentur,vt lib.xvi.Aul.Gell.diffuſiùs explicat:atq; ita intelligen
da ſunt Vlpiani verba,dum propriè municipes appellari tradit [11],qui in ciuitatem Roma-
nam adſcriti ſunt,vt munera nobiſcum faciant.Sed nunc abuſiuè municipes dicuntur,ſuę
cuiuſque ciuitatis ciues.Vnde Puteoli,& Capua,licet Colonię Romanorum eſſent,tamen
καταχρηστικῶς municipia nuncupabantur,& earum vrbium ciues ſe viciſsim communicipes
appellant.Conciuẽ enim Latinam vocem non eſſe,pleriq; arbitrantur,exẽplo Græci ſer-
monis συμπολίτης. Fiunt autem municipes aut natiuitate, ſiue origine, vt quia ab eo muni-
cipio aliquis originem ducit. Idem ſi pater eius:paternam enim patriam ſequi filios legiti-
mos receptum eſt[12].Aut manumiſsione:quoniam liberti patroni ſui patriam acquirunt [13]:
vnde manumiſsi hodie ciues Romani fiunt.Aut adoptione,vt quia alienigena à patre Flo-
rentino adoptatus ſit,fiet enim municeps Florentinus.Quo exemplo receptum eſt,vt Mo
nachus,vel Canonicus,vel Rector,eius * orbis municeps cenſeatur,in qua iure ſacerdotij 4
neceſſariò reſidet. Quod & de milite fatendum eſt [14]. Illud non prætereundum, P.Mario,
L.Aſinio conſulibus factum fuiſſe Senatuſconſultum,ne ſimulata adoptio in vlla parte pu
blici muneris iuuaret:cenſeríque ſimulatum, cùm beneficia ſortiti, ſtatim emittunt manu,
quos adoptauere,vt Corn.Tacitus lib.xv.ſcribit. Allectione quoque creantur municipes,
cùm Reſpublica aliquem eligit [15] , & in ciuem adſumit. Quòd ſi actum ſit, vt qui allectus
eſt,ab omnibus ſit muneribus immunis,non ideo tamen minus municeps eſt,niſi etiam ab
honoribus excludatur:tunc enim abuſiuè municeps dicetur.

10 l.j.de cenſib.
11 l.j.ad municip.
12 l.adſumptio.ad munici.
13 l.j.C.de lat.lib.tol.
14 l.municeps.§.fi.eod.tit.
15 l.ciues. C.de incol.

SVM



S V M M AE.

*1 ☞ Agere,verbi compoſita & differentiæ horum.*
*2 Tranſigere variè ſumi.*
*4 Litis finitæ exceptio multiplex.*

LEX CCXXIX.

1 TRANSACTA. Agit, † qui in iudicio proſequitur id , quod ſibi debe-
tur. Ab hoc verbo deducũtur exigere,peragere,tranſire.Exigit,qui quod
iudicio proſecutus eſt recipit. Peragit, qui obtinet : vnde peregiſſe reum
2 dicitur,qui damnauit.Tranſigit,† qui actionem ſibi competentem [1], ſiue
inſtituta , ſiue inſtituenda ſit, aliquo accepto, cauſa concordiæ omittit.
Hæcque tranſactionis vera & ſtricta eſt ſignificatio : generaliter tamen
etiam accipitur pro quocunque actu quo concordia inducatur,vel ab obligatione receda-
tur [2], vel ad finem aliquid ducatur. Vnde tranſigere æſtatem Plinius dixit:ſic & tranſigere
æuum,tranſigere diem dicimus.Igitur in Senatuſconſulto,quo tranſacta,finitáve rata ma
neant [3], cautum eſt . tranſacta generaliter accipiemus , etiam quæ ſine controuerſia facta
ſunt. Cur autem ſpecialiter potius vox hæc accipiatur, dubitari poteſt:an quòd particula,
ve,ſubdiſiunctiuæ vim habet,& eodem ſenſu intelligendam oſtendit,quo & finita intelligi
3 tur?an quòd nulla eſt ratio , cur magis in ſpecie accipiatur? Nec enim * ſolùm rata eſſe de
bent,quæ iuſta tranſactione ſopita ſunt,ſed & quæcunq; alio modo finem habuerunt. Qua
4 propter † vulgò dicimus [4] , litis finitæ exceptionem , ſi , ne vlterius procedatur , oppoſita
fuerit,conteſtationem impedire.Sunt autem huiuſmodi exceptiones non hæ tantum,quæ
hîc enumeratæ ſunt,rei videlicet iudicatæ,vel tranſactæ,vel vſucaptæ,ſed etiã multæ aliæ:
vnde generaliter proditum eſt, quancunq; exceptionem peremptoriam , qua euidenter &
incontinenti conſtare poſsit,non potuiſſe reum in ius vocari,litis conteſtationem impedi-
re [5]: veluti,quoties conſtat actionem nullam actori competere,vt quia lex dicat,eius rei no
mine actio nulla petitióve ſit [6]. Idem ſi agentis nihil interſit,vel in criminalibus accuſatio
nibus ex exceptione obiecta factum impunibile reddatur [7], ídq; protinus appareat. Nam
5 recepti iuris eſt, nullam exceptionem , etiam rei * iudicatæ , litis conteſtationem & cauſæ
ſtatum impedire, niſi ſtatim probari poſsit, ídque ſe facturum reus recipiat. Quæ enim al-
tiorem indagationem requirunt,poſt iudicium acceptum reſeruantur [8].

1 l.j.de tranſ.
2 l.j.de pact.
3 l.j.in fin.ad Tertull.
4 c.j.de lit.conteſt.in vj.
5 Bart.l.eleganter.§.ſi quis poſt.de cond.indeb.
6 l.mater.de inoffi.teſt.
7 l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccleſ.
8 Bart.l.nam poſtea. de iureiur.

S V M M AE.

*2 ☞ L.vt ſunt. ſenſus.*
*3 Præſcriptionis definitæ origo.*
*4 Vſucapiens quærit verum dominium.*

LEX CCXXX.

1 VT SVNT. Enumerantur * hîc tres exceptiones,quæ litis cõteſtationem
impediunt,ſi à reo ſint oppoſitæ,quia litigare ſe velle neget:tanquam res mi
nimè dubia ſit,quam finitam eſſe iam conſtet. Quòd ſi ſimpliciter ſe nõ de-
bere aſſerat,litémque conteſtetur, tunc in vim peremptoriarũ obiicientur,
2 cognoſcétque iudex,& diffinitiuè pronuntiabit. Sanè † annotandus eſt lo-
quendi modus,dum Iuriſconſultus finita intelligit , quæ longioris temporis ſilentio finita
ſunt:quibus verbis per vſucapionem negotium finiri ait , non autem dominium acquiri.
In quo articulo à noſtratibus Doctoribus diu diſputatum fuit [9], in hócque tandem deuen-
tum,vt vſucapione directum dominium,præſcriptione vtile ſolùm acquiratur.Eſſe autem
vſucapionem in rebus mobilibus,præſcriptionem in immobilibus. Quæ ſententia omni-
no mihi non placet:paſsim enim veteres vſucapionem appellant , etiam immobilium re-
rum [10] : ídque & Iuriſconſultorum verbis,& ex xij.tabularum lege,cæteríſque auctoribus,
3 & M. Cicerone,præſertim in Topic.probari poteſt. Præſcriptionem † verò aſſumere pro-
priè videntur pro exceptione ipſa,quæ ex vſucapione deſcendit:& ideo rectè iudicio meo
definiuerunt veteres,Præſcriptionẽ eſſe exceptionem,quæ ex tẽporis lapſu ſubſtantiã ca-
pit,& actioni obiicitur [11].Licet Neoterici futilibus quibuſdã argumẽtis diſſentiant. Igitur
4 per † vſucapionẽ acquiri verum & directũ dominium , ſiue mobiles ſint res , ſiue immobi-
les,ego arbitror.Et cùm dominium ſit iuris , nõ eſt dubium,poſſe auctoritate legis propriè
& verè transferri.Nititúrque ea ratione lex,quòd qui vſucapi rem ſuã permittit , præſtare
conſenſum trãſlationi videtur [12],alioqui nec mobilium rerũ vſucapio vnquam procede-
ret,cùm inuito domino cõtrectatæ res,vitio reali,id eſt,furti afficerentur : quo caſu lex At-
tinia vſucapionẽ inhibet. Cùm ergo in huiuſmodi rerum vſucapione ceſſante odio furis
interpretetur lex acceſsiſſe conſenſum,meritò dubitandum nõ eſt, directũ dominium ac-
quiri:in rebus autẽ immobilibus,cùm aduerſus ſcientem & negligentem vſu quis acquirit,
eadem ratio ſuadet vt idem credamus.In ignorante magis dubitari poſſet:ſed tamen tum
quoque propter auctoritatẽ legis verius eſt,directũ transferri:licet ratione naturali perſpe
cta,quandoq; dicatur vtiliter aduerſus eum præſcribi [13],ídque eius effectus eſt, quòd re hu-
iuſmodi ad extranei manus delata poſſet naturalis dominus vendicatione vti, nec admit-

9 In rub.de præſcript.
10 l.iij. ſi fur. in fin. l. eum qui.de vſucap.
11 xvj.q.iij.in ſumma.
12 l.alienationis.§.eod.
13 l.j.in fi.de aqua plu.ar.


teretur

teretur poſſeſſor,qui ab alio vſucaptū eſſe affirmaret:quid enim ad eū pertineret,de iure al
terius diſceptare? Illud vulgò cognitū, qui cū mala fide * vſuceperit, nullū dominij ius ac- 5
quiſiuiſſe [1],ſed ſola exceptione defendi:cæterùm iure Pontif. nec vſucepiſſe intelligitur [2].

1 l.ſi quis empt.§.j. de præſcript.xxx.
2 c.ſi.de præſcrip.

SVMMAE.

2 ☞ *Natum fingi ſuo quem non alterius commodo.*
3 *Lupam pregnantem capi vnicum præmium deberi.*
4 *Liberorum ius de natis ſolùm accipi.*
5 *Pregnantis priuilegiorum cauſa.*

## LEX CCXXXI.

QVOD DICIMVS. Superiùs traditum fuit, eum qui in vtero eſt ha-
beri pro * nato:quę regula hîc declaratur, vt vera ſit,quoties de eius vti- 1
litate quæritur:aliis enim non prodeſt, niſi natus ſit. Quapropter in illa
conditione † fideicommiſſi, ſi rex Parthorum ſine liberis ex ſe legitimè 2
natis deceſſerit,talis reſpublica ſit hęres:reſpōdit Bald [3]. qui in vtero tem
pore mortis fuerit,non eſſe impedimento,quo minus eueniſſe cōditio vi-
deatur:hic enim non de ventris,ſed de hæredis commodo agitur. Quod ſi is hæres qui gra
uatus eſt,ipſe poſthumi pater ſit,aliud mihi videretur:intereſt enim haud dubiè eius,qui in
vtero eſt,vt pro nato habeatur, ſicq́ue paternam hæreditatem locupletiorē habeat. quod
& Aretinus [4],licet alia ratione motus,probat. Cæterùm † ex hoc reſponſo tradunt pleri- 3
que,ſi ei,qui lupum ceperit,aliquod præmium conſtitutum ſit, venatorem à quo lupa præ-
gnans capta fuerit,non vltra vnicum præmium conſequi poſſe,etiam ſi deinde enixa plu-
res lupulos ediderit:hoc enim caſu non de lupulorum,ſed de venatoris vtilitate agi. Quod
vt verum arbitror,ita conſtanter negauerim,fictionem hanc in brutorum partu locum ha
bere:ſolius enim hominis cauſa introducta eſt,nec æquitas vlla ſubeſt,vt in belluis eadem
fingamus. Et quod diximus, in aliorum commodū non fingi intelligēdum eſt, vt nec patri
quidem proſit:nam † vt ius trium liberorum interim habeat,haudquaquā ſatis eſt duobus 4
natis,aliū in vtero adhuc eſſe:idque diuus Seuerus cōſtituit [5]. Quocirca nec † matri quidē 5
proderit,quæ licet prægnas puniri ſummo ſupplicio nequeat [6], & vētris nomine in poſſeſ-
ſionem mittatur [7]:non tamen hoc ideo eſt,qui iam peperiſſe fingatur,ſed quia qualiſcunq;
futura eſt ſpes in lucē prodituri hominis,extinguēda non fuit. Subeſt autē ſpes illa à cōce-
ptionis * die vſque ad decimū menſem:dicitúrq; cōceptus infans, poſt infuſum ſemen: ab 6
eo enim tempore poſt decē dies dolores capitis,vertiginéſq; oculorū mulieri oriuntur, in-
diciū ſcilicet,vt Plin. inquit,inchoati hominis: motus verò in vtero quadrageſimo fit die:
ſícque & omnibus antiquis,& etiā Iuriſcōſultis conceptū accipi dubium nō eſt:licet recen
tiores aliqui,ſolū quadrageſimo die conceptū infantē dici opinentur [8]: tunc enim infundi
illi animam. Sed Phyſicorū celeberrimi quadrageſimoquinto in maribus id fieri prodide-
runt,longiore in fœminis termino. Empedocles, Diogenes, Herophilus,dum in vtero ſit,
propriam animam non habere vllam exiſtimauerunt, ſed matris virtute agitari. Ortho-
doxi auctores animam formato iam in humanam effigiem in ſemine,à Deo creari,infun-
díque receperunt:quo autem tēpore corpus ipſum formetur, in mediū reliquerūt. quod &
nos facturi ſumus,cùm id ad Iuriſc. minimè pertineat,qui,vt diximus, conceptionē ab in-
fuſo ſemine appellant,non à conformatione quæ in vtero fiat: quandoquidē & inter ipſos
Philoſophos hac de re minimè conuenit, variis Empedoclis, Aſclepiadæque ſententiis,
quarum libro de placitis philoſophorum quinto,Plutar. meminit.

3 Bald.l.qui in vtero.de ſtatu hom.
4 Aret.l.qui filiabus.de legat.j.
5 l.ij.de exc.tut.
6 l.prægnantis.ſ.de pœnis.
7 l.j.§.ſi mul.ven.nom.
8 In auth.de reſtit.& ea.§.vnum.

SVMMAE.

1 ☞ *Delati in cenſum varia æſtimatio.*
2 *Aureum variè æſtimari.*
3 *Denarij pondus,& æſtimatio.*

## LEX CCXXXII.

HAEC ENVNCIATIO. Quoties ita loquimur, Quod in † cenſum 1
detulit Titius,pluris eſt aureorū xxx. id ſignificare poteſt,non ſolū quan
titatem triginta aureorum in cenſum relatam,ſed etiam tantùm rerum,
ſeu corporum detuliſſe, quantū æſtimatio triginta aureorū efficere po-
teſt. Superiùs † autē admonui in Cæſarū conſtitutionibus ita taxari au- 2
reum [9],vt ſeptuaginta duo aurei libram conficiant:licet aureus, qui ho-
die in vſu eſt,minoris ſit æſtimationis,cùm nonaginta ſex ex eis libra contineat. Vnde ali-
qui cenſuerunt,tametſi conſtitutū ſit,donationem vltra quingētos aureos,aut ſolidos, niſi
inſinuata ſit [10],nō valere,eam tamen in qua DCLXVI. noſtrates aurei erogati ſint,valere:
& ita Ang. & Iaſ. viſum eſt [11]. Nobis videtur aureū,quo hodie vtimur,ex † generali omniū 3
populorum conſuetudine,eſſe veteri illi ſubrogatū:& ideo quæ de ſolido in iure ciuili cau-
ta ſunt,ad noſtrū hunc,quamuis leuioris ſit ponderis,referenda. Nam & in præſentia pro-
pter temporum qualitates,pauperiores ſunt ciues,quàm olim eſſent [12]:& ante eas conſtitu
tiones,cùm Romanū floreret imperium,cōſtat grauioris ponderis aureos nummos ſigna-
ri ſolitos. Sunt & qui denarios aureos variæ æſtimationis quoque ſignatos fuiſſe credide-
rint,

9 l. quoties. C. de ſuſcept. lib.x.
10 l.ſancimus.C.de don.
11 Iaſ.l.ij.§.ex his.in fin. de verb.oblig.
12 §.j.Inſtit.de ſuc.lib.



rint, idémq; arbitrantur denarium & numum eſſe [1]. vulgaríſq; ſermonis argumēto vtun-
4 tur:qua in re vulgarē ipſi doctrinam planè oſtendunt. Denarius * enim argēteus ſolū erat
ponderis drachmæ,quatuórq; ſeſtertiis numis cēſebatur,hoc eſt, æris aſsibus decem, vnde
& nomen ſumpſit. Tritiora ſunt hæc apud rei Latinæ peritos, quàm vt auctorum tibicini-
bus ſit opus:apud Græcos tamen dubiū non eſt,auream quoque drachmā ſignari ſolitam,
quam à ſimilitudine ponderis Plinius quandoque καταχρηστικῶς denarium appellat.

1 Doct. in l. quæ extrinſecus.de verb.oblig.

SVMMAE.

1 ☞ *Calumniandi modi.6.*
2 *Cauillatur,qui decipit:cauſámve vltra ius protrahit.*
4 *Latrunculatorum abuſus.*
5 *Reus non conuictus poſt biennium non repetendus.*

## LEX CCXXXIII.

SI CALVMNIETVR *. Arbitror enuntiatiuè verba hæc poſita eſſe,
&(vt recentiores Dialectici dicunt) materialiter. Interpretatur † autem ea
1 Iuriſconſult. vt calumniari idem ſit,quod per moras & fruſtrationes nego-
tium differre, vel per fraudē alios litibus vexare. Idémq; & cauillari † di-
2 citur:vtrunq; enim verbū ab antiquo verbo caluire deducitur, quod deci-
pere ſignificat, & fruſtrari:tracta à caluis metaphora, qui eos fruſtrantur,à
quibus per capillos præhēdi vidētur. Quæ autē mora calumniæ præſumptionē inducat,ſic
definiri poteſt,vt qui in termino accuſationi proſequēdæ arbitratu iudicis conſtituto,non
adeſt,cauillari videatur [2]. nō debet autē is terminus eſſe longior,quā vt intra bienniū cau-
ſa expediri poſsit:is enim eſt * inſtātiæ criminaliū finis,ſicut trienniū in ciuilibus [3]. Et ideò
3 bis † errant vulgares latrunculatores, qui ſi reū cōuincere nequeant,cū,rebus ſic ſtātibus,
4 abſoluunt,vt quādocunq; vel minima cōiectura ducti,rurſus in carcerē trudant. Nam,ela
pſo † biennio,inquietari ampliùs nō poteſt: & cū accuſatori ſtatutus eſt terminus proba-
5 tionū recipiendarū cauſa [4],ſi probatū nō ſit,definitiuè reus eſt abſoluēdus, non autē ea for
6 ma,quā concuſſores,& δημοβόροι iudices repererūt [5]. Sanè † & qui de re minima litē crimi-
nalē orditur,videt nō abſurdè calūniator poſſe appellari [6]:exēplo Athenienſiū,qui huiuſ-
modi homines Sycophātas vocabant,quod propter ſubreptos ficus,minimáq; huiuſmodi
detrimēta,capitalē quæſtionē excitarēt. Quapropter ſi qui collitigant de re minima,& vi-
ciſsim lōgas ambages,tricáſq; accumulāt,nō de vtilitate ſoliciti,ſed vt aduerſario noceāt,
putauerim partes religioſi iudicis fore,vt ceu cauillatores eos reiiciat,actionēq; deneget.

* in Pand. Flor. Si caluitur.
2 l.qui crimen.C.de accuſ.
3 l.j. C.vt int.cert.temp.
4 l.properandū.§.& ſi quidem.C.de iudi.
5 Imol. c.j.de offic.ord.
6 l.fuſtibus.C.de infam.

SVMMAE.

1 ☞ *Votum pia promiſſio.*
2 *Vota variè concipi,eorúmque genera.3.5.*
4 *Votorum origo,& nota.6.*

§. POST CALENDAS. Votum, † eſt alicuius faciēdi,vel nō faciendi, verſus Deū
1 deliberata & iuſta promiſsio. Solebāt autē veteres quāplurima vota pro principe nuncu-
pare. Concipiebantur vota anniuerſaria ob diē Imperij,cū videlicet ad imperiū princeps
aſſumptus eſſet, quorum & in iure mētio habetur [7]. Imperatori Veſpaſiano diem Imperij
fuiſſe Calendis Iuliis,eúmq; in poſterū celebratum,apud auctores traditum extat. Conci-
piebantur ob ſalutem principis à ſacerdotibus & Conſulibus, ídque poſt tertiū diem Ca-
lendarum Ianuariarū,vt hîc dicitur:pertinebátque in prouinciis hæc cura ad præſides,qui
commilitonibus & Prouincialibus præibant, vt Cæcilius Plin. lib.x. Epiſtol. eſt auctor. Ca-
lendis ipſis,non autē poſt tertium diem hæc vota ſuſcipi Cornel. Tacitus libro quarto ſen-
tire videtur. Idem Tiberiū ægrè tuliſſe tradit, quòd Pontifices cùm pro eius incolumitate
vota ſuſciperent,iiſdē diis filios quoq; Germanici cōmendaſſent. Sed & libro xvj. Traſeæ
ab accuſatore obiectū ſcribit,quòd principio anni ſolēne iuſiurandū vitaret, nuncupatio-
2 nibúſq; votorū * nō adeſſet,quāuis quindecimuirali ſacerdotio præditus. Addit Septimius
in Apologetico,tum ſolitos ciues focos & choros in publicum educere,vicatim epulari,ci-
uitatem tabernæ habitu obolefacere,vino lutum cogere,cateruatim curſitare. Concipie-
bantur & pro ſalute principis vota à priuatis, aliquid vouentibus, ſi principē ſuperſtitem
reliquiſſent,vt in Auguſto Tranquillus oſtendit. Idem autor eſt,C. Cæſarem Caligulā ple-
roſque huiuſmodi conualeſcentes,tanquam impoſtores per ora hominū traductos,infula-
3 tóſque peſsimè mulctaſſe,quoſdam etiam ad necem vſque compuliſſe. Erant † & alia vo-
ta,quæ in quinquennium,publicè nuncupabantur, habebantúrque tum lupi pulcherrimi,
4 & Quinquennalia appellantur. Eorum † origo videtur ex libris Sibyllinis emanaſſe,qui-
bus tradebatur,vt in difficilimis Reipublicæ temporibus ver ſacrum vouerent, ſi ad quin-
quennium proximum res ita ſaluæ,vti tunc erant, forent:cuius rei lib.xxxij. T. Liuius me-
minit. Horum votorum ludorúmque Quinquennaliū & Nazarius, & Mamertinus in Pa-
5 negyricis mentionem fecerunt. Sunt † & Decennalia vota quorum rationē Dion in Au-
guſti vita ſic exequitur:cùm Auguſtus Rempublicam reſtituere vellet, reclamātibus cun-
ctis,non vltra decenniū ſe imperaturum promiſiſſe,quo tēpore elapſo, precibus adactum,

7 l.omnes.C.de feriis.

in ſequens decennium diſtuliſſe, atq; item in aliud. Quamobrẽ eius ſucceſſores, licet perpetuam adminiſtrationem accipiant, ſingulis tamen decem annis ludos vouent, quos celeberrimos faciunt, tanquam principatum tunc renouare incipiant. Hinc & vicennalia &
tricennalia dicta ſunt. Notantur autẽ in veteribus † numiſmatis hoc modo, VOT. X. VOT. 6
XX. VOT. XXX. Horum meminit Trebellius in vita Galieni, & Ammianus Marcellinus, qui Conſtantium Imperatorem ſcribit Arelate tricennalia celebraſſe, Theatraléſque & Circenſes ludos ambitioſo apparatu.

SVMMAE.

1 ☞ *Telum quouis modo miſſile.*
2 *§. Telum. emendatio.*

§. TELVM. Plectit lex [1] Cornelia eum, qui cum telo cauſa hominis occidendi fuerit:
dubitatur † quemadmodum telum accipiendum ſit: & non ſolũ quod ab arcu mittitur ſi- 1
gnificari, ſed omne quod manumitti poteſt, Iuriſconſ. ait, ídq; argumento ab etymologia ſumpto: ſiquidem telum dicitur ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, quod longè ſignificat. Probatur idem & Græci ſermonis ſimilitudine: quod enim nos telum dicimus, illi βέλος dicunt: deducitúrq; ea vox ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι, id eſt, à iaciendo. Quamuis quod arcu mittitur, propriè ab eis τόξευμα dicatur: τόξος enim arcum ſignificat: vnde & toxicum, quoniam eo ſagittæ intingebantur, vt Plinius ait. Quòd autem ita ſit in ſermone græco, probat Iuriſconſultus auctoritate Xenophõtis, qui ita ſcribit lib. expeditionis Cyri. v. τὰ βέλη ὁμοῦ ἔχοντο λόγχαι τοξεύματα σφενδόναι. πλέϛοις ᾗ ὁ ὀϊσοί. Huiuſmodi, inquit, tela ſimul ab eis habebantur, lanceæ, ſpicula, fundæ, plu-
rimis autem & ſagittæ. Sic † autẽ emendandus hic eſt locus ex antiquorũ codicum lectio- 2
ne, ſuſpicórque eodem modo ſcriptum fuiſſe à Tribuniano in Inſtitutionibus ſub rubrica de publicis iudiciis, vbi epigramma in Xerolopho ſcriptum allegatur. Quamuis enim me non lateat, in Xerolopho tripodes fuiſſe, in quibus epigrammata ſcribi ſolerent, vt etiam Priſcianus libro primo ſcribit: Xerolophíque mentio pro tumulo ex congeſtis lapidibus facto ſit etiam Suidæ: tamen conuenire magis videtur, vt Xenophontis facta ſit mentio, acceperítque Tribunianus eum locum à Iuriſconſulto hoc reſponſo.

1 l. j. ff. ad leg. Corn. de ſica. l. vij. C. eod.

SVMMAE.

1 ☞ *Hoſtis mutata acceptio.*
3 *Perduellio non eſt legato non parens.*
6 *Relegatus exiens non eſt perduellio.*

LEX CCXXXIIII.

QVOS NOS HOSTES. Hoſtis † apud antiquos pro peregrino acci- 1
piebatur, quòd ſuis legibus ita viueret, ſicut nos noſtris, & ideo par nobis videretur. Hoſtire enim æquare ſignificat, vnde Hoſtimẽtum æquamentum eſt. Sic Plautus in Aſinaria: Par pari hoſtimentum datum eſt, opera pro pecunia. Deinde cœpta eſt hæc vox in alium ſenſum accipi, vt videlicet perduellem ſignificaret: nam & illi iure gentium æquali cauſa ad bellum procedere exiſtimabantur. vnde quos eo bello capiebant, ſeruos ſibi efficiebãt, dominiúmque eo iure acquirebant: & licet ex ſua malitia lucrari nemo debeat, captiuos tamen ſibi acquirebant: quoniam non per malitiam aut frandem agere, ſed æqua cum Romanis cauſa rem gerere exiſtimabantur. Licet enim iure ciuili Romani præcellant, iure tamen
gentiũ æquales cæteris cẽſentur. Meritò * igitur hoſtes publicos inimicos ſignificant: quos 2
veteres, quia cum illis duellum, id eſt, bellum eſſet, perduelliones appellabant: ea enim dictione hi ſolùm indicantur, aduerſus quos ius belli eſt. Quaproptcr priuatus inimicus, noſter perduellio non eſt. Latrones quoque perduelliones non ſunt: vnde & Cicero lib. II. Officiorum: Pirata, inquit, non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis o-
mnium. Cùm ergo hanc vocem perduellionis adiecimus, de his indicamus, * quibuſcum 3
ſit bellum. Et ita ego interpretor, licet aliter Accurſius intelligat. Híncque apparet, quod ſit perduellionis crimen [2], nimirum cùm quis hoſtili animo aduerſus Rempu. vel principem
animatus fuit. Quapropter * non omne læſæ maieſtatis crimen, idem & perduellionis eſt, 4
ſed alterũ altero generalius eſt. Sed † quid ſi legatus Cæſaris mihi mandet, vt principi au- 5
reos centum mutuem ſub pœna perduellionis, an niſi id faciam, ceu hoſtis plecti potero? Et puto non poſſe legatum ſtatuere id perduellionis crimen eſſe [3], quod non ſit: ſicut nec in huiuſmodi iuſsionis executionem contumacium bona publicare poterit [4], quod principi, híſque qui in ſumma adminiſtratione ſunt, tantùm conceditur. Nec ideo, quòd extra ordinem id munus aliquibus demandatum ſit, videntur in ſumma adminiſtratione eſſe: imò hac in re concuſſoris potius munere funguntur, tyrannicę auaritiæ ſatellites, publici fures,
& (quod dicitur) ſplen patriæ. Sed † quid ſi ipſe princeps aliquem nouarum rerum ſuſpe- 6
ctum, vrbe abſcedere iubeat, certáque illi confinia conſtituat, vnde citra ſuum iuſſum non abſcedat,

2 l. fi. ad l. Iul. maieſt.
3 l. famoſi. verſ. hoc tamen. eod. tit.
4 l. j. C. ne ſine iuſſ.



abſcedat, íſque non paruerit, an læſæ maieſtatis reus erit? Et Bald [1]. negauit, ſed tantummodo arbitratu principis extra ordinem ceu ſacrilegum plectendum [2].

1 Bald. conſ. cclxxj. in ij.
2 l. ſacrilegij. C. de diuer. reſc.

SVMMAE.

1 ☞ *Locupletis etymon.*
2 *L. ij. qui ſatiſdare cog. ſenſus.*
4 *Legatum inopibus etiam in caſu nobilibus deberi.*
5 *Diues an pauper quis ſit arbitrarium.*

1 §. LOCVPLES. Locupletes † antiqui locorũ, id eſt, agrorũ plenos appellabant: vnde
2 qui ex prædiorum poſſeſsionibus diues eſt, is propriè eſt locuples [3]. Cùm ergo † in edicto prætoris, qui in ius vocati ſunt, fideiuſſorẽ locupletem iudicio ſiſti dare debeant, eum intelligemus, qui ſatis & idoneè habet, in rebus tamẽ immobilibus, pro magnitudine rei quę pe
3 titur. Et inde conſequens eſt, vt qui pro * qualitate rei, de qua agitur, ſatis non habet, dica-
4 tur pauper. Et ideo facto † legato pro pauperibus puellis marito tradendis, poterit hæres etiam nobilis viri filiã eligere, qui licet habeat, vnde viuat, non tamen ſalua dignitate ſua, ſi quicquam dotis nomine alienaret, viuere poſſet [4]. Scribit Corn. Tacitus Valerio Meſſalæ conſuli, qui oratoris Coruini pronepos fuit, obtuliſſe Neronem in ſingulos annos quingenta ſeſtertia, quibus paupertatem innoxiam ſuſtentaret: quæ ſumma noſtræ pecuniæ eſt, duodecim millium & quingentorum aureorum. Eam ſi qui hodie habent, omnium ditiſ-
5 ſimi exiſtimãtur, & tamen tũc Meſſala paupertate laborare credebatur. In † arbitrio itaq; ius dicentis erit, vt ex perſonarum & rerum qualitate diiudicet, quem locupletẽ, quémque
6 pauperẽ ducat. Vt quis * verò ab accuſatione propter paupertatẽ reiiciatur, ſufficiet ſi minus quàm quinquaginta aureos in bonis habeat [5]. Abſurdum fortè viſum eſt, illum ad criminis executionem admittere, qui ſi aduerſus edictum eum, cui venia debetur, in ius vocaret, non haberet vnde pœnam ſolueret [6].

3 l. ij. §. qui ſatiſda.
4 Bal. l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler.
5 l. nonnulli. de accuſ.
6 l. fin. de in ius voc.

SVMMAE.

1 ☞ *Victu ſtramenta contineri: eiúſque verba.*
3 *Cibi, cibariíque diſcrimen.*

1 §. VERBVM VIVERE. Superius † à nobis tractatum fuit, quemadmodũ appella-
2 tione victus, etiã veſtimenta continentur: additur hîc etiam ſtramẽta contineri, quo * nomine ſignificatur omne quod ſolo cauſa quieſcendi inſternitur, vt ſtoreæ, phormiones, paleæ, & mattæ: vnde & vulgò mattaracia vocamus. Sed quod de verbo, viuere, hîc dicitur, num & in verbo, nutrire, eandem interpretationem accipiemus? & apud Cornæum [7] reſponſum extat, idem eſſe. Quid ſi cibare dictũ ſit? & aliud eſſe arbitror, cùm conſtet cibum
3 cibariáque ad eſculenta ſolùm referri. Cibi † verò appellatione potum quoque contineri [8], dubium non eſt, at Cibarium panem antiqui intellexerunt nigriorem, à quo furfur excretum non eſſet, ſicut ſimilagineum albicantiſsimum, qui ex ſolo flore conſtat.

7 Corn. conſ. xlv. in iiij.
8 Archidia. c. in quibus. de conſec. diſt. ij.

SVMMAE.

1 ☞ *L. Ferri. ſenſus.*
2 *Portatio vetita quouis modo intelligenda, guſtu dempto.*

LEX CCXXXV.

1 FERRI. Enarrat † Iuriſconſultus differentiã inter hæc verba, ferri, portari, agi: vt ferri ſit proprio corpore baiulare: portari, ſecum cum iumento ducere. Quapropter aliqui prodiderunt, cùm lege municipali caueretur, ne
2 quis triticum extra † territorium portaret, ſolũ de eo actum videri, qui cum iumento duceret: quibus tamen ipſe minimè aſſentior: cùm enim hoc conſtituatur, vt vilior ſit annona ciuibus, ſiue iumẽto, ſiue per baiulos, ſiue quoquo alio modo quis deferat, par eſt ratio: nimis enim propria & ſubtilis eſt hæc Iuriſconſulti noſtri interpretatio: quandoquidem & portari dicitur, quod quis ſuis humeris fert, vt rectè Valla annotauit ex Terentij Horatiíque carminibus, quorum alter, Mi, inquit, homo quid iſtuc obſecro? quò puerum portas? Alter verò, Ne fortè ſub ala Faſciculum portes librorum, vt ruſticus agnum. Illud non diffiteor, qui guſtus cauſa annonam abſportarit, non videri aduerſus eam legem feciſſe: quod à nobis Diſpunct. libro quarto adnotatum eſt.

SVMMAE.

1 ☞ *Fabrarum ſpecies, & acceptiones. 3.*
4 *Fabricam variè accipi.*
5 *Fabrorum inſtrumenta, & vſus.*

1 §. FABROS. Fabri † dicuntur manu artificium aliquod facientes, éſtque generale nomen: vnde ex adiectione ſolet diſtingui, vt cũ dicimus, faber lignarius, faber murarius, fa-
2 ber aurarius, & ſimilia. Cæterùm * quia lege xij. tab [9]. tigni appellatione omnis materia, vnde domus cõfici poteſt, continetur, ideo in ea faber tignarius intelligitur, omnis qui ædi
3 ficat. Videtur † tamen in ſpecie fabrum accipi pro lignario, ſeu materiario tantũ qualem Græci

9 l. tigni. §. eod.

1 l.pen.de vi pub. Græci τέκτονα vocant, cuius vocis meminit Papinianus [1], dum licitum eſſe tectoni tradit,
trochos id eſt,rotas,extra ergaſteriũ proponere.A fabro deducitur verbum Fabrico,vnde
2 in auth.de armis.in prin. & Fabrica,quæ † quidem & ipſa generalis dictio eſt [2] ,ſed in cõſtitutionibus ſpecialiter ac- 4
cipitur pro armorũ factione: vnde & Fabricenſes dicti: in quẽ ſenſum & fabricæ Cremo-
3 l.pen.§.pen. de iure im. nenſis meminit Ammianus Marcell.lib.xv [3]. Erant & collegia fabrũ ea de cauſa inſtituta,
vt quoties in vrbe aliquod incendium excitaretur, ad illud compeſcendum accurrerent.
4 l.quæſitũ. de fund.inſtru. eorum † inſtrumenta hæc connumerat Vlpianus [4],licet corrupta ſint exemplaria,Cento- 5
nes,funes,perticæ,ſcalæ,phormiones,ſpongiæ,hamæ,ſiphones,& acetum:hæc enim incen
dij extinguendi cauſa parantur.Siphonis in hunc vſum & hamæ C.Plinius quadã ad Tra-
ianum epiſtola meminit, lib.x. itémque Iuuenalis Satyra xiiij. Diſpoſitis prædiues hamis.
& ſubdit:Dolia nudi non ardent Cynici. vt appareat de inſtrumento quod ignium cauſa
habetur loqui, licet interpretes hoc non perceperint. Eſt autem Hama falcis vel ſarculi
ſpecies:& ita ſolet Græcis accipi. ſed his in locis aliter videtur dicendum:nam & eo nomi-
ne vaſculum ferreum ſignificatur Heſychio.eſt & fabrile inſtrumentum, quod ab igne πυ-
ράγραν quoque vocant,Suidæ.

SVMMAE.

1 *Veneni nullum commercium.* 2 *Venenorum genera.*

LEX CCXXXVI.

QVI VENENVM. Venenorum† quæ ſolùm nocumẽto eſſe poſſunt [5], 1
5 l.quod ſæpe.§.j. de cõtrahen.empt. prohibitũ eſt cõmerciũ, vnde de eis nec ſocietas, nec emptio cõtrahi po-
6 l.iij.de ſica. teſt.atqui lex Cornelia etiam pigmẽtarios punit [6],qui temerè huiuſmodi
vendiderint,qualia † ſunt cicuta,ſalamandra,aconitũ,pityocampæ,bu- 2
preſtis,mandragora,cantharides:quorũ venenorũ remedia diffusè attin
git Dioſcorides lib.vj. Igitur quoniã in malis venenis hæc iure cõſtituta
ſunt,cùm quis veneni mentionẽ facit,explicare debet, an de iſtis intelligat:vox enim hæc
media * eſt,in bonã quoq; partẽ accipi poteſt:nam & medicamenta venena dici poſſunt, 3
quòd eo nomine omne contineatur,quod naturam eius,cui adhibitũ eſt,mutet.Vnde Ver-
gilius: Ille malũ virus ſerpentibus addidit atris. vt oſtenderet, eſſe quoq; aliquod virus,
quod malũ non ſit.Idem & Græci fecerunt,qui φάρμακον, id eſt,venenum,adiectione quali-
tatis diſtinguunt,vt Homerus in Odyſſeæ quarto: φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ
λυγρά. Mixta venena quidẽ bona ſunt,ſunt plurima amara. Et alibi φάρμακον ἀνδροφόνον di-
xit.Sic & Hieronymus in Ruffinum, φάρμακον θανάσιμον,id eſt,lethale. Et his exemplis ſatis
cõſtat,eum,qui venenũ ſe dediſſe alicui fateatur, nõ tamẽ tanquam veneficũ puniri poſſe,
cùm de medicamẽto ſalubri intelligi poſsit:quod in non diſsimili caſu Alex.quoq; reſpon-
7 Conſil.cxv.in iij. dit [7]. Nã & Vergilius, Nec Aſſyrio,inquit,fucatur lana veneno,cùm de purpureæ conchæ
ſpuma intelligeret,quæ omni nocumento caret. Hodie tamen vulgaris conſuetudo admi-
ſit,vt quoties veneni * mentionẽ facimus,de malo intelligamus:quæ verò bona ſunt, ſim- 4
pliciter medicamenta appellemus.Quare in hominis illiterati ſermone,forenſibúſq; hiſce
ſcribliginibus,non putarem hanc Iuriſconſulti differentiam obſeruandam.

SVMMAE.

1 *Glandem legenti vis ne fiat.* 2 *Glans,omnis fructus.*

§.GLANDIS. Interdixerat † prætor,ne vis ei fieret, qui ex agro ſuo in alienũ agrum 1
caducam glandem,tertio quoq; die legeret:quæſitum † fuit à Priſco Iaboleno, quid glan- 2
8 l.j.de gland.leg. dis appellatione veniret [8]? reſponſumque eſt,omnes fructus contineri,exemplo græci ſer
monis,apud quos omnes arborum ſpecies vocantur ἀκρόδρυα,nimirum ἀπὸ τῆς δρυός, id eſt,
à quercu:vnde eodem ſenſu & δρυὸκαρπα omnes arborei fructus dicuntur.Diligẽtiſsimi ta-
men grammaticorum aliter Acrodrya interpretantur:intelligi enim eo nomine ſolũ vo-
lunt,quæ lignoſi exterius fructus ſunt,vt nuces,caſtaneæ,piſtacia,mâlum punicũ, & ſi qua
ſimilia:ſicuti ὀπῶραι è conuerſo,quæ extrinſecus mollia ſunt, vt mâla omnia: ſed nobis Iu-
riſconſulti ſententia videtur verior.Et cùm ſemel atque iterũ latinas voces exemplo græ-
ci ſermonis hoc in reſponſo declarari videamus,argumentũ ſumi poteſt, nobis quoq; lice-
re vulgare noſtrum maternúmque * idioma ſecundũ literarum ſermonẽ exponere: vnde 3
cùm vernacula lingua filiolos ſuos ſe inſtituere teſtator dixiſſet,de nepotibus quoq;, quo-
9 Alex.conſ.ij.in j. rum pater iam deceſſerit, actũ fuiſſe reſpondi.Illud tamen * cum Alexã. [9] ſentio,tametſi 4
probetur in vulgari locutione communi vſu aliter accipi legitimum filium quàm legiti-
matum,non tamẽ cõſequens eſſe,vt idem ſit in ſermone latino: quod ab his præſertim an-
notandũ eſt,qui vulgari loquela iudiciales interrogationes cõficiunt, vt Frãci, & Sequani.





SVMMAE.

1 *Romanorum ordo triplex, officia, & cenſus, & inſignia. 4. 5.* 2 *Centumuirales cauſæ.* 3 *Centumuiralis iudicij partes.*

LEX CCXXXVII.

1 PLEBS. Tribus †ordinibus cõſtabat populus Romanus,plebe, equite,&
ſenatu:quamuis latiore ſignificatione,plebis appellatione,equites quoq;
continerentur. Plebs munera militiæ tributáque ſubibat. Equites dicti,
quòd ad eos equo militare pertineret. Senatus curam reipub.gerebat. In
eum diligebantur à Cenſoribus,qui ex familiis patritiis erant,vel qui ma
giſtratus aliquos geſsiſſent,vt bello doníſq; militaribus maximè illuſtres.
Iudicia quoque aliquo tempore ad eos ſpectarunt,donec ad equites fuere tranſlata,ex qui-
bus Centumuiri delecti,ius reddebant.Oppreſſa verò ab Imperatoribus republica,cũ eius
curam principes tractarent, cœperunt rurſus ſenatores in cõtrouerſiis grauioribus, & qui-
bus libero arbitrio,nec legibus præſcripto opus eſſet,iudicare. Appellabantur & à cæteris
iudicibus,puta Centumuiris,decuriiſque iudicum & prætore,cui ipſæ decuriæ aſsidebant.
2 Sunt † autem Centumuirales cauſæ, in quibus vſucapionum, tutelarum, gentilitatum,a-
gnationum, alludionũ,nexorũ mancipiorũ,parietum,fluminũ, ſtillicidiorum, teſtamen-
3 torum iura verſantur,vt lib.de Orat.1.Tullius ſcribit.Hinc † Centumuirale iudiciũ:quod
deinde quadruplex appellari cœpit,cũ aucto numero,centũ & octuaginta iudices ſederẽt,
& in quatuor partes diuiſi eſſent.Iudicum verò decuriæ in foro conſidebant,& in Prætoris
erant conſilio:ex his ſortiebatur Prætor,qui in publicis iudiciis cognoſcerent, quíque ipſo
prætore præſidente,ſententias tabellares ferrent. Aſſediſſe ſe Prætori, datúmque etiam in
cauſa pecuniaria iudicem,A.Gellius teſtatur.Igitur ab his iudicibus prouocatio ad Sena-
4 tum erat.Cœperunt & ſenatores à plebe ex cenſu diſcerni.Equitis † cenſus erant quadrin
5 genta ſeſtertia,quæ pecunia eſt decem ferè milium aureorum noſtratium. Senatores † du-
plicem eam ſummam poſsidebant,deinde etiam triplicem tempore Auguſti, vt Tranq.eſt
auctor. Equitum inſigne erat aureus anulus,ſenatorij ordinis lunati calcei,& latus clauus:
vnde & Tribunus Laticlauius in iure,id eſt,ſenatorius [1]. 1 l.ſi Rufinus.C.de teſt.mi.

SVMMAE.

1 *Deteſtari variè ſumi.*

1 §.DETESTATVM. Teſtari † eſt ſententiã noſtrã exponere:vnde teſtes dicti, quòd
ea quæ de rei geſtæ veritate ſentiunt,id iudicium proferant.Hinc & teſtamentũ.Cæterùm
quoniam vt maior fides adhiberetur, etiam per numen aliquod adfirmatio inducebatur,
2 factum eſt vt teſtari * pro iurare acciperemus, & precari. Vnde & deteſtator,idẽ eſt quod
deprecor & abominor: & hæc vſitatior eſt ſignificatio. In iure tamen deteſtari, eſt cum
teſtatione denuntiare, hoc eſt, ſententiæ ſuæ aliquem per denuntiationem admonere,
quod & proteſtari dicimus.

SVMMAE.

1 *Pignoris & hypothecæ mutuus vſus & cauſa.*

1 §.PIGNVS. Pignus † propriè eſſe id [2], cuius poſſeſsio traditur creditori, & præſertim 2 l.ſi rem.§.j.de pig.act.
rei mobilis,Iuriſconſultus approbat,argumento etymi,tanquam à pugno dictũ ſit:quod &
Vlpianus tradidit,& à Tribuniano in Inſtitutionibus relatũ eſt: cui ſententiæ etiam Græ-
cum exemplum ſuccurrit: ἐνεχυράζειν enim à ſecuritatis captione ipſi appellant, & ἐνέχυρον
2 pignus prætoriũ. Marcellus tamen pignus & hypothecam [3] ſolo * nominis ſono differre 3 l.res hypo.§.de pig.
exiſtimauit,cuius ſententiæ Valla acceſsit:nam conſtat veteres ſcriptores de re quoq; im-
mobili pignus dixiſſe,vt Terentius:Ager oppoſitus eſt pignori,ob decem minas [4].quo mo- 4 l. non ſolùm.§.ſi rem.de vſucap.
do etiam Iuriſconſulti frequenter accipiunt,etiam ſi nulla traditio interuenerit. Ego arbi-
tror hypothecam etiam de re mobili contrahi,eſt enim græca vox ἀπὸ τοῦ ὑποθεῖναι, quod eſt
obligationi ſupponere [5].Vnde & receptum eſt, ſi quis promiſerit decem modios frumenti 5 Bar.l.fundus.de ann.leg.
ſuper tali fundo,videri huiuſmodi verbis contractã eſſe hypothecam: quid enim aliud eſt
fundum ſupponere obligationi? Quòd ſi decẽ modij de tali fundo promiſsi ſint, aliud eſt.
ſola enim perſonalis obligatio inde naſcitur.

SVMMAE.

1 *Noxæ, noxiæque diſcrimen.*

1 §.NOXAE. Noxam † dixêre antiqui id quod nocet:quapropter culpa,pœna, detrimẽ
tum,noxa eſt.Vnde & lib.xxxiij.T.Liuius,noxę exoluere,id eſt,à pœna capitalis fraudis li
berare,accepit. Seruus quoq;, qui contra legem Aquiliam alicui damnum dedit, noxa eſt.
At noxia ſolummodo de maleficio ipſo dicitur,nec tam generali ſignificatione accipitur,

ſicut noxa. Cicero libro iij. de Legib. Noxiæ pœna par eſto, vt in ſuo vitio quiſque plectatur, vis capite, auaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia. M. Manilios: Quin etiam infelix virtus & noxia felix. Plaut. in Bacchid. Sat ſit, ſuſpectus ſum, cùm careo noxia. Quo ſenſu & in Moſtellaria & in Pſeudolo vſus eſt. Terentius quoque in Phormione: In re incipienda ad defendendam noxiam. Sed & in Eunucho & Hecyra ad eundem modum. Nec noxam eos adſcripſiſſe quiſquam dixerit, cùm ratio carminis non conſentiret. Quæ adducere volui, vt palàm fieret, quàm iniquo iure Iuſtinianum in elegãtiis ſuis inſectetur Valla, & Seruium Beroaldus, dum adiectiuè tantùm dici noxiam opinantur, contra veterum auctoritatem. Sanè de noxa à nobis ſuprà quoque diſputatum eſt.

SVMMAE.

*1 ☞ Negationes duæ & negant, & aiunt ex re. 2. 3. 6 Prohibendi notæ.*
*5 Negationis triplicis vis.*

## LEX CCXXXVIII.

DVOBVS. Duæ † negationes affirmatiuam inducunt, vt etiam Gram- 1
matici fatentur: cuius rei illam rationem affert Auguſtinus, quòd negatiuæ natura ſit, vt quicquid inueniat, deſtruat: vnde ſi cõſentiua præcedat,
eam in negationem redigit, & contrà. Id † tamen perpetuũ non eſt: quid 2
enim ſi ad maiorem emphaſim iterum negetur? vt in euangelio: Sit ſermo veſter, eſt, eſt: non, non. Nam & Seruius inficiatorias duas quandoq; mentẽ ſcriptoris augere ait. Quid item, ſi negationi addita ſit dictio, quidẽ? vt in hoc exẽplo[1], Rectè dictum eſt non obligari, nec fideiuſſorem quidem. Sic & M. Cicero ad Lentulum: Neque errarent, nec aduerſarij quidem. Quod & receptum eſt, quoties ea dictio tacitè intelligitur: vnde cùm idem ſit nemo, quod nec homo quidem, ſi dicamus, nemine nihil faciente[2], locus publicus damnum infert, recta eſt locutio, & duæ negatiuæ pro vna accipiuntur. Sic & M. Varro de vita patrum lib. iij. Qua abſtinentia viri mulieréſque Romanæ fuerint, quòd à rege munera eorum noluerit nemo accipere. perinde eſt atq; dixiſſet, munera eorum noluerunt accipere, nec homo quidem. Sunt qui per duodecimum modum ſolœciſmi id accipiant: fit enim ex geminatione abnuendi: vt cùm dicimus, Nihil nunquam
peccaui, pro vnquam. Sed † & quoties altera negatio pro vniuerſali ponitur, & particula- 3
res ſequuntur, negatiuæ naturam ſuam ſeruãt: vt Nullas à te accepi literas: nec breues, nec
prolixas. Verùm potiùs id eſſe ego arbitror ex vi dictionis Nec, quæ * verbi repetitionem 4
inducit: vnde & certũ eſt cum duobus verbis aut poſitis, aut intellectis duæ negationes adduntur, conſentiuam non intelligi: vt, Nec me amas, nec Titium: ſubauditur enim, amas.
Qua ratione † etiam quandoq; fit, vt tres negationes non plus efficiant quàm duæ: vt cùm 5
lex dicit, in fugitiuo locum non habere nec vſucapionem, nec præſcriptionem[3]: de qua re
videndus eſt Valla elegant. iij. lib. Cæterùm † & quędam verba ſunt natura quidẽ ſui pro- 6
hibitiua, quibus ſi negatio addatur, non tamẽ abſolutè permittũt, licet hoc magis inferant, quàm negent: de quibus loqui Iuriſconſultũ noſtrum ego arbitror. exempli cauſa, ſi prætor dicat: Quò minùs ſcorta proſtent, non veto: nõ enim prætor partes ſuas interponit, vt quicquam iuris concedat, ſed non prohibet. Sunt etiam alia verba prohibitionis, tacitam quandam vim habentia, quæ idem poſſunt, addita vel non addita negatione: vt vereor, timeo, caueo: ſi enim dixero, vereor ne adoptio impediatur[4], idem eſt ac ſi dixiſſem, ne non impediatur. Et hæc quidem pro reſponſi huius interpretatione huius ſint, cætera diffuſiùs extricanda grammaticis relinquamus.

1 l. j. §. ſi quis ita. de verb.
2 l. fluminum. de dam. inf.
3 l. j. C. de ſer. fug.
4 l. non ſolùm. §. ſed videamus. de rit. nupt.

SVMMAE.

*1 ☞ Pupillum variè accipi & effici. 2 Emancipationis etymon. vis & forma.*

## LEX CCXXXIX.

PVPILLVS. Pupillus † diminutiua vox eſt à pupo, quæ dictio puerũ ſi- 1
gnificat quem Catullus poëta etiam pupulũ dixit: vnde ex etymo, qui in patris poteſtate eſt, pupillus dici poterit[5]. Seruus quoq; impubes, hoc nomine appellabitur[6]. & hęc huius verbi latiſsima eſt ſignificatio: Iuriſconſultorũ enim frequẽtior vſus aliter accipit, eum ſcilicet impuberẽ, qui in patris poteſtate eſſe deſit, aut morte, aut emãcipatione. morte, vt quia pater verè fato exceſſerit, vel in exilium miſſus ſit: cuius rei rationem hanc Caius Inſtit. lib. 1. refert, quia non poteſt ciuem Romanum in poteſtate habere, homo peregrinæ conditionis effectus: vnde exilium hoc caſu idem poteſt, quod naturalis mors poſſet. Emancipatio-
ne, vt quia pater eum ſui iuris eſſe voluit, miſítque manu. Eſt enim † emancipatio, è manu 2
traditio, introducta à lege veteri, per quandã venditionis ſimilitudinẽ: quia pręter naturalẽ patrem, alius adhibebatur, qui fiduciarius nominabatur. Hic certo patri vnũ aut duos nummos, quaſi in ſimilitudinẽ precij numerabat, quo accepto, pater illũ mancipabat, manúque tradebat, ídque ter corã præſide vel curia fiebat, adhibitis quinq; ciuibus Romanis, & Li-

bripende,

5 l. fi. de verb. oblig.
6 d. l. quam Tuberonis. de pecul.



bripende, qui ſtateram tenebat, itémque alio qui Anteſtatus vocabatur: eum ſic emptum, fiduciarius deinde manumittebat. Quapropter iure antiquo manumiſsio in emãcipatione propriè interueniebat: quæ omnia diffuſiùs à Caio, eo quem citauimus loco, referuntur: hodie autem huiuſmodi ſolennitates ſublatæ ſunt.

SVMMAE.

*1 ☞ Hoſtis captus non necandus quandoque contrà. 3 Exulem captum ne occidito.*

1 §. SERVORVM. Iure † gentiũ introductũ eſt, vt capti in bello efficiãtur capiẽtium: cæterùm quoniã multi hoſtili odio in captiuos deſæuiebãt, eóſq; trucidabant, Romani Im-
2 peratores id prohibuerunt, iuſſerúntq; vendi, nõ autem occîdi: vnde ſerui dicti * ſunt, quaſi ſeruarentur. Hincq; apparet nõ licere nobis hoſtẽ noſtrum, poſtquã captus eſt, interficere. Quod intelligunt Doct. eſſe obſeruandũ, cùm intra præſidia noſtra iam deductus eſt: antè verò quã deductus ſit, occîdi iure poterit, cùm multa interim poſſent accidere[1]: quid enim ſi fugam capeſſeret? vel cum hoſtibus rurſus congregaretur? Sed nobis videtur in ipſa acie ſolũ id licere, ídq; aduerſus eos qui dedere ſe nolunt. Nam dedititiũ hominẽ occidere, crudeliſsimum eſt, nec boni Imperatores hoc patiuntur: ab ea quippe humanitate abhorret,
3 quam naturaliter homo homini debet. His illud quoq; conſentaneũ eſt, vt ſi lege † municipali exules pro hoſtibus publicis habeantur, impunéq; occîdi poſsint, eum qui captus iam à familia ad quæſtorẽ rerum capitalium ducatur, occîdi impunè non poſſe: cùm enim captiuus iam ſit, debet ſeruari, non occîdi, alioquin haud difficulter reperirentur, qui eũ obtruncarẽt, ne de conſciis interrogari poſſet, vel vt maturius ignominiæ pœnæq; eximeret.

1 l. in laqueum. de acquir. rer. dom.

SVMMAE.

*1 ☞ Incola, perpetuò habitans. 5 Domicilio agro retinet alibi habitans.*
*2 Habitandi mentem variè deprehendi.*

1 §. INCOLA. Incola † propriè eſt, qui cùm aduena eſſet, in aliquam ciuitatẽ ea mente
2 habitatum venit, vt ibi perpetuò ſit, ſummámq; rerum ſuarum habeat. ea † mens ex variis coniecturis ſumitur: qui enim venditis, quas alibi poſsidebat, rebus ſuis, in aliam vrbẽ cum familia demigrauit[2], veriſimile eſt ſedẽ in ea ſuam cõſtituere velle. Qui item diutius, puta decennio, in aliena patria habitauit[3], credibile eſt ibi perſeueraturum, nec aliò iturum. Ex proteſtatione quoque animus declaratur: vnde qui ſtatim vbi habitare vrbẽ cœpit, velle ſe in ea domicilium conſtituere affirmat, abſq; mora incolatũ acquirit[4]. Idem & in eo habi-
3 tatore reſpõſum eſt, qui priuilegiũ impetrauit, quo ius ciuitatis petebat[5]. Qua ratione * etiam efficitur, vt domiciliũ pluribus in locis eodẽ tẽpore habere valeamus, ſi modò de animo noſtro appareat. Nam &[6] reges ipſi vt plurimũ qualibet in vrbe ſibi ſubita domiciliũ habent, licet aliquod ſit principaliùs, potiſsimúmq; illud attenditur cui origo etiã accedit. Quòd ſi res, de qua agitur, in domicilio frequẽtiori ſit, illud præualebit[7]: duplex enim cauſa fortiùs alligat. Nec quicquã refert in oppido aliquo quis domiciliũ conſtituat, an in eius finibus vicóue, cùm vicus perinde ac pars ciuitatis ſit[8]. Incolam Græci πάροικον appellant: vnde quod in Pſalmo ciiij. dicitur, ἐν τῷ εἶν αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς ὀλιγοστοὺς καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ, Hieronymus ſic tranſtulit: Cùm eſſent numero breui, paucíſsimi & incolæ eius. Quem lo-
4 cum Accurſ. quoque adducit, & accolam legit, ſed * malè: eſt enim accola, non qui aliquo in loco domiciliũ cõſtituit, ſed qui prope aliquẽ locũ ſimpliciter habitat. Et propriè iuxta flumina ſunt accolæ: vnde Corn. Nepos accola Padi Plinio dicitur. Sed & Vergil. vij. Amníſque vadoſi Accola Vulturni. Non tamen negauerim parœcũ Græcis quandoq; ſimpliciter pro aduena dici, quem illi & προσήλυτον vocant & ἄποικον, de quo infrà videbimus.

AGRVM. Hinc argumentum ſumi poteſt, eum qui in patria ſua agrum domúmque habeat, ſi eis retentis aliò ſe transferat, incoláque fiat, nihilominus domicilium quoque antiquius retinere, viderí que eum nouum aliud domicilium acquiſiuiſſe, non autem vetus perdidiſſe: & ita ex facto reſponſum ſcio.

2 l. prædia. §. j. de fun. inſtr.
3 l. ij. C. de incol. lib. x.
4 Abb. c. fi. de paroch.
5 Dec. conſ. cclxxxiij.
6 l. Adſumptio. §. iuris. ad mun.
7 Dec. d. conſ.
8 l. qui ex vico. ad mun.

SVMMAE.

*2 ☞ §. Munus. explicari. 4. 3 Vtilitatem publicam variè cenſeri.*

1 §. MVNVS. Superius viſum fuit inter cæteras muneris ſignificationes, * munera quoque perſonalia contineri: quapropter hîc traditur, quemadmodum eo ſenſu definiendum
2 ſit. Et eſt, inquit † Iuriſconſultus, officium priuati hominis: quoniam ſolùm priuati homines ad huiuſmodi officia deliguntur. Principes enim ea ſubiri mandant, non autẽ ipſi exequuntur. Subiicit: Ex quo commodum ad ſingulos vniuersóſque ciues, rémque eorum, ſcilicet publicam, peruenit. Quæ verba eam, quæ propriè vtilitas publica eſt, comprændunt.
3 Nam † quatuor modis ea cõſideratur. Prima, cũ in vniuerſum & particulariter cõmodum



affertur:

1 l.j.§.huius.de iuſt.& iur. afferturːquod in ſacerdotibus,magiſtratibúſq; conſiſtit[1].Secunda, quæ in vniuerſum con-
2 l.pe.C.de primip.lib.xij. ducit,non autem ſingulis:vt quoties de locupletando fiſco agitur [2]. Atqui optimus Imper.
Traianus dicere ſolebat,Fiſcum eſſe veluti lienem,quòd ſicut eo excreſcēte, artus reliqui
contabeſcerent,ita ex priuatorum detrimēto locupletaretur fiſcus.Tertia eſt vtilitas,quæ
priuata propriè eſt,licet ex ea cōſequatur etiam publica:vt cùm dicimus, publicè intereſſe
3 l.j.ſol.mat. dotes mulieribus cōſeruari[3],liberiiq; hominibus ciuitatē repleri:id enim quod cōſequitur,
in vniuerſum prodeſt.Quarta eſt,quoties id,quod cōſequitur,ſingulis prodeſt, nec in vni-
uerſum quemlibet particulariter iuuat:vt cùm generaliter dicimus, Reipublicæ intereſſe,
4 §.pe.Inſt.de his qui ſunt ſui. ne quis re ſua abutatur[4].Quæ omnia diffusiùs à recētioribus explicata cernere eſt[5].Quod
5 d.l.j. ſubditur, † imperio magiſtratus extraordinariū,puto extraordinario,vel extra ordinē le- 4
gendum:vt compelli municipes ad ſubeunda munera dicantur,non iure actionis, ſed offi-
6 l.cùm filius.ſi cer.pet. cio iudicis: id enim remedium eſt extraordinarium [6]: quam interpretationem etiam Ac-
curſ.probat.Sanè quemadmodum diſtinguantur munera,à nobis ſuprà tractatum eſt.

SVMMAE.

1 *Aduenæ, & incolæ diſcrimen.* 2 *Aduenæ forum.*

§.ADVENA. Inter † aduenam & incolam hoc intereſt, quòd incola fixit ſedem, do- 1
miciliúmque conſtituit: aduena non conſtituit, & ideo eum Græci ἄοικον appellant, quaſi
ſine lare aut domicilio.vnde qui † cum eo contrahit, in loco contractus agere non poteſt: 2
7 l.hæres.§.ij.de iudi. quia videtur tanquam cum receſſuro contraxiſſe:domicilium igitur adire debet[7].Dicitur
autem aduena,quaſi aliunde aduenìens: quapropter à Græcis προσήλυτος quoque dicitur:
tametſi ea voce in Actis apoſtolorum Lucas eos intellexerit, qui diuerſæ ſectæ nati, in ius
Moſaicæ legis recepti eſſent.Appellant & ἀοίκους Græci eleganti epitheto Scythas,quòd do
mibus ſint nullis:vectantur enim ſuper curru,nullis certis ſedibus. Sunt & * conuenæ col- 3
lectitij habitatores,ſic dicti,quòd plures ex diuerſis regionibus in vnum locū conuenerint.
Strabo συγκλύδες vocat:vnde & Conuenarum vrbs in Aquitanis.Sanè receptum eſt appel
8 Feli.c.Rodulphus.de reſcript. latione populi, eius * vrbis incolas contineri,aduenas non contineri [8]. 4

SVMMAE.

1 *Decuriones, eorúmque officium, genera & origo cenſus. 7. 10.*
2 *Magiſtratuum municipalium genera, & officia.*
3 *Duumuirùm dignitas, & munus.*
4 *Quartumuirùm officium.*
5 *Decemuirale munus.*
8 *Decurionum recipiendi forma.*

§.DECVRIONES. Vnicuique † ciuitati ſecundum mores ſuos,ſui magiſtratus ſunt, 1
qui Decuriones dicuntur,conſilij publici gratia primùm introducti. Emanauit autem no-
minis origo à coloniis populi Romani,in quibus qui eas deducebāt Triumuiri, decimum
9 l.fin.de mun. quenque conſilij cauſa adſcribebant: ex his magiſtratus municipales eligebantur [9]. Quo-
10 l.& ideo.de compenſ. rum † varia fuere munera [10], & in primis Aediles, qui rem frumentariam, ponderáque & 2
11 d.l.fin. menſuras curabant,ἀγορανόμους plerique vocant, Iuriſconſ. Arcadius etiam epiſcopos [11].E-
rant Archeiotæ, qui publico archiuo præerant. In ſcholiis Græcis traditum eſt,aulam lo-
12 d.l.fin. cum eſſe,in quem ſontes ducerentur,eum à iunioribus ἀρχεῖον appellari [12]. Erant & Xeno-
parochi,quos vox indicat præbendis hoſpitiis pręfuiſſe. Nicoſtrategi,qui pro victoria Du-
cum excubarent,denuntiaréntq; quid in hoſtico gereretur: ſic enim etymus indicat. Ma-
ſtigophori,id eſt flagelliferi,qui athletas( ſeu athlothetas mauis) in certaminibus comita-
rentur. Teleſphori vectigalium exactores,vel mancipum præfecti, vnde Teleſphoria mu
nus ipſum,Sitocomæ,Decaproti, Proſtatæ,Logographi, de quibus à me alibi diſputatum
eſt.Et hi magiſtratus Græcorū erant.In Latinis municipis Duumuiri, † primi in albo de- 3
ſcribebantur:hi carceribus præerant,publica locabāt,faſcibus vtebantur, quod libro Di-
ſpunctionum iij. à nobis annotatum eſt. Ad hæc Quartumuiri, † qui appellationum cau- 4
ſas audiebant,in antiquis monumentis ſic annotantur, IIIIVIR. AP. Sextumuiri & ipſi
13 l.ij.§.deinde.de orig. li. de his,quæ ad Rempublicam pertinebant, ſolebant cognoſcere [13]. Erant & XVIRI STL.
IVD. id eſt, Decemuiri † Stlitibus iudicandis,quorū & Spartianus in Hadriano meminit. 5
Et hunc magiſtratū geſsiſſe C.Cęcilium Pliniū,ex duobus vetuſtiſsimis monumentis quæ
Mediolani conſpiciuntur,cōſtat. Fuêre † & Auguſtales, quos eligi à Decurionibus ſolere 6
14 l.ſi quos.C.de dec.lib.x. aliàs retuli,diuerſus magiſtratus ab Alexandrino præfecto [14], qui Auguſtalis & ipſe dice-
batur.Decurionum † cenſus ita vt lege municipali præcipiebatur,varius erat. Plinius lib. 7
Epiſt.I.Comi fuiſſe centum milliū tradit:quæ ſumma eſt noſtratis pecunię aureorum duo-
rum milliū & quingentorum.Solebant † autē cùm in ordinē reciperentur,binos denarios, 8
vel huiuſmodi certā quantitatē,ſingulis collegis diſtribuere:ſed & quoties aliqua ſtatua æ-
15 l.ſpurij.de decur. diculáve dedicaretur,aliquid eo nomine recipiebant [15]:ea pecunia Sportula * quoq; appel 9
latur.Et ideo iure cautū eſt,minores XXV.ann.Decuriones factos,ſportulas accipere poſſe,

licet



10 licet ſuffragium ferre nequeant.Et hæc quidē de municipalibus ſatis ſint. In caſtris † quoq;
erant Decuriones,ſic dicti, quòd denis equitibus præeſſent, vt Feſtus ſcribit, licet Fronto
præfuiſſe eos turmæ dicat.Conſtat turma ex duobus & XXX.equitibus.Erant & in Palatina
militia: vnde apud Tranquillum traditur Saturium cubiculariorum decurionē fuiſſe: ſed
de his nihil ad præſentem materiā. Quomodo autē Coloniæ deducerētur,ſuprà vidimus.

SVMMAE.

1 *Vrbis condendæ forma.*
2 *L.Sacra.de rerum diuiſione.ſenſus.*
4 *Vrbem, inſcio principe, non condi.*

§. VRBS. Vrbs ab vrbando dicta eſt:vrbare autem eſt aratro diffinire.Solebant enim
1 antiqui, † iunctis bobus,tauro,& vacca,Hetruſco ritu,in condēdis vrbibus,aratro ſulcum
facere,intra quem oppidum muniebant,ædificabántq;,id religionis cauſa,& auſpicatò fie
bat, quò eius loci penates & genios magis propitios haberent: vnde intra eum circuitum
non licebat ſepulchra conſtituere [1], quod huiuſmodi feralibus contaminari ſanctum mu- 1 l.mortuorū.C.de relig.
nicipiorum ius,polluíq; vrbis Genius videbatur.Nam & cùm hoſtes vrbem expugnarent,
in primis eos omnes euocabant Deos,vt nō offenderētur,& expugnatores ſacrilegij nomi
2 ne exoluerent:† quod Iuriſconſulti euocare ſacra appellant [2]. Id autem conceptis quibuſ- 2 l.ſacra.de rerum diuiſ.
dam verbis fiebat,quæ ſe apud Serenum Sammonicū legiſſe Macrobius refert. Eadem ra-
3 tione * & muri vrbium ſancti appellantur [3]: vnde & iure ciuili ſine Principis vel præſidis 3 l.ſanctum.eo.tit.
4 autoritate in eis aliquid committi non poteſt [4]: & ideo † eo iure nulli populo licitum eſt 4 Doct.l.j.§.ſiue.de ope.noui nunc.
vrbem condere, niſi ex principis autoritate:quod in his gentibus non procedit,quæ liberæ
ſunt,& vacantia occupant:illæ enim iure gentium reguntur [5],quo iure Romani Imperato- 5 l.ex hoc.de iuſtit.& iur.
res non præcellunt.In Pontificiis autem, recentioribúſque Canonibus,non vidētur vrbes
5 appellari [6], niſi * quibus epiſcopus datus eſt:in antiquis enim decretis, maioribus tantum- 6 Bald.d.l.ex hoc.
modo vrbibus epiſcopi conſtituti fuere [7]. Sed tamen hodie quamplurimæ in Germanis, 7 c.j.de priuil.
Sarmatíſq; vrbes ſunt,quibus ſpecialiter nullus ſacrificulus antiſtes præeſt:hæ enim natio-
nes,non pauca ex iure gentium adhuc retinent, licet in ſacris Chriſtiani ſint, noſtrámque
rem armis à Turcarum impetu egregiè,quantùm in eis eſt,tueantur.

SVMMAE.

1 *Oppidi condendi cauſa, & etymon varium. 2.* 3 *Oppidum, omne muris cinctum tuitionis cauſa.*

1 §. OPPIDVM. Oppidum † videtur mihi id eſſe,quod tanquam propugnaculum ad-
uerſus hoſtes coſtructum eſt, & mœnibus vallatum:id enim etymologia arguit, cùm dica-
tur ab ope,id eſt,auxilio,quòd eius cauſa factum ſit:vnde vt plurimum condebantur oppi-
da,vt etiam natura loci tuta eſſent. Verg.ſecundo Georg.

*Adde tot egregias vrbes,operúmque laborem,*
*Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis.*

Sic & Titius Liuius lib. xliiij. prohibitū Lacedæmoniorum tyranno tradit,ne quod op-
pidum in ſuo,alienóve agro conderet,quòd videlicet nollent Romani habere eū,quò poſ-
ſet ſe recipere,& armis tueri.Sic & C.Cæſar commentariorū quinto:Oppidum,inquit,Bri
tanni vocant,cùm ſyluas impeditas vallo,atq; foſſa munierūt,quò incurſionis hoſtiū vitā-
2 dæ cauſa conuenire cōſueuerunt. Sunt † tamen qui oppidum dictū exiſtiment,quòd eò pri
3 uati opes ſuas conferant.ſed quod Pomponius hîc ait, verius eſt:† quapropter ſiue vrbs ſit,
ſiue caſtrum, emporiū, conciliabulum,pagus,vicus, præfectura,burgū,metrocomia,dum
mœnibus cingantur,& ab incurſu hoſtium tuta ſint, putauerim dici propriè oppida,ídque
cum cæteris noſtratibus interpretibus. Laurentius enim Valla,quiq; eum ſecuti ſunt Grā-
matici,oppidum omnem vrbem dici exiſtimauerunt,præter Romā,quæ peculiari nomine
vrbs vocari cœpta, fecit vt cæteræ vrbes, oppida vocarentur. Eſt & oppidò aduerbium,
pro valde,tractúmq; id eſt à conſuetudine agricolarum, qui cùm interrogarentur, quantū
meſsiū collecturi eſſent,reſpondebant,oppidò:quaſi & ſibi,& oppido ſuffecturas dicerent.

SVMMAE.

1 *Vniuerſitatis agrorum notæ.*
3 *Comitatum variè ſumi.*
4 *Diœceſis acceptiones, & latitudo.*
5 *Caſtrum vrbis legibus, niſi ex cauſis, regi.*
8 *Iudex loci delicti competens.*
9 *Lictorum officium.*

1 §. TERRITORIVM. Quatuor † ſunt nomina eiuſdem intellectus,territorium,co-
2 mitatus,diſtrictus,diœceſis, eorum ſignificatio ex diffinitione hîc poſita intelligitur:* & ſi-
cut territoriū à terrendo,ita diſtrictus à diſtringēdo,& in vincula trahendo nomen à recē-
tioribus ſumpſiſſe videri poteſt:tametſi ſint,qui latius patere diſtrictū putent [8],vt hoc nomi 8 Clem. Paſtoralis. de re iud.
ne ſignificetur,quicquid vltra territoriū ſuū ex alieno ditioni ſuæ ciues addunt,vel virtute

 bellica

1 Aretin.conſil.lxxvij. — bellica partũ, vel quaqua alia ratione, quod & crebrius receptũ videtur [1]: qua in re vix eſt,
vt ego diſputare velim, qui ſciam, vocẽ hanc apud antiquorum neminem reperiri. Cõmi-
tatus proprie † de imperatoria aula dicitur: ſed quia tẽpore Caroli Magni, regnantibúſq; 3
Berengariis, & Othonibus, ad ſingulas ciuitates regẽdas aliquis Comes mittebatur, cœpit
territoriũ, quoniam illi Comes præerat, comitatus dici. Otho tamẽ Phriſingenſis in Aeno-
barbi hiſtoria, à cõminando comitatũ dici exiſtimat, eadem ratione qua & à terrendo ter-
ritoriũ. Diœceſis græca vox ex, * qua adminiſtratio ſignificatur: in iure noſtro pro prouin 4
2 l.j.C.de priua.carc. — cia aſſumitur [2]: vnde Aegyptiaca diœceſis. Sed in patrũ decretis, ſolet ad epiſcoporum mu-
nus deflecti: nõ enim in primitiua eccleſia epiſcopi iudicia exercebãt, ſed ſacra adminiſtra
bant, curabántq;: meritò διοίκησις id eſt, procuratio distributióq; in eis propriè locũ ſibi ven
dicabat. Sicut ergo territoriũ dicitur, quatenus iudex ius terrẽdi habet: ſic diœceſis dicitur,
quatenus epiſcopus ius adminiſtrãdi ſacra habet. Accidítq; in limitaneis vicis, vt nõ eiuſ-
dem ſit diœceſeos caſtrũ, cuius eſt territorij. Sed finge aliquod caſtrũ à principe fuiſſe de o-
mnimoda ciuitatis iuriſdictione ex emptũ, an eiuſdem territorij vel comitatus dicetur? Et
verius eſt non eſſe: cùm enim vrbis prætor, vel comes, ius terrẽdi eo in loco non habeat, nõ
videtur de territorio vel comitatu amplius eſſe. Quapropter ſi conſtitutũ ſit, vt eius caſtri
legibus deficientibus † ius cõmune Romanorũ obſeruetur, cõſtitutiones ciuitatis, cui antè 5
ſubiiciebatur, non obſeruabimus. Quòd ſi exemptũ non eſſet, minimè procederet, cùm ius
cõmune Romanorũ mandet, caſtra quæ in territorio ſunt, vrbis ſuæ legibꝰ coërceri: idq; &
3 Roma.conſil.ccxviij. Socin.lxxxj. — Pontano viſum eſt [3]. Idémq; arbitror, ſi nõ omnino ab vrbe ſeparatũ ſit, vt quia aliquo ca-
ſu illi ſubiiciatur: adiuuatur enim origine inſpecta, territoriíq; nomẽ ſeruat, quod ex facto
4 Bal.conſi.clxxxiij. in iij. — Bal. reſpondit [4]. Finge rurſus principem caſtrum alicui ſimpliciter donaſſe, an territoriũ
quoq; & iuriſdictionẽ donaſſe cenſebitur? Et ſi iam exemptũ à iuriſdictione vrbis erat, ve-
5 Bart.l.ſi quãdo.C.de bon.vac.lib.x. — rius eſt videri donatũ: pleniſſimam enim huiuſmodi munificẽtia interpretationẽ recipit [5].
Quòd ſi ſeparatũ non erat, haudquaquã de iure ciuitatis veriſimile eſt voluiſſe principem
6 Bart.l.j.de exc.mun.li.x. — quicquã diminuere [6]. Quid itẽ ſi territoriũ * conceſſerit, an & proprietates palatiáq; con- 6
ceſſiſſe videbitur? Et Oldra. nõ videri reſpõdit: Territoriũ † enim ad iuriſdictionẽ refertur, 7
7 Alber.hic. — non ad eas poſſeſſiones, quæ dominij principalis ſunt: idq; & cæteri probant [7]. Sed † quid, ſi 8
exercitus alicuius populi extra fines proceſſit, & aliquis ibi deliquerit, an prętor eius popu-
8 Bart.hic. — li eũ puniet? Et reſponſum extat, ab eo puniri poſſe [8]: iure enim gentiũ, eius ſoli, quod quis
bello captum poſſidet, habet dominiũ, iuríſq; dictio quæritur, vt meritò territorium ſuum
dici poſſit, à terrendo, id eſt ſubmouendo: ſolebant enim magiſtratus populi Romani in
ſummæ poteſtatis ſignum, lictores habere † cum faſcibus, quibus mandabatur, vt turbam 9
ſummouerent, vnde & ſummouere pro terrendi iure accipi cœptum eſt.

SVMMAE.

1 ☞ *Suum de toto accipi.* 2 *Commune non, niſi in caſibus, meum.*

§. VERBVM SVVM. Qui † fundũ, Stichum, domũ, huiuſmodíq; certã rem nomi- 1
nat, ſuámque eſſe affirmat, de tota re integráque ſpecie locutus intelligitur. Qua † ratione, 2
9 c.fin.eod.tit.in vj. — quod cõmune eſt [9], propriè meũ dici non poteſt: nec quod de re, quę propria alicuius ſit, à le
ge conſtitutum eſt, in ea locum ſibi vendicat, quæ partim quoq; aliena ſit. Id tamen perpe-
tuum non eſt: Nam in indiuiduis, ſi plures ſint inſolidum domini, res illa cuiuſlibet, etiam
10 l.illud.de ritu nupt. — propriè, eſſe exiſtimabitur [10]. Vnde communis libertus, eorum ratione quæ ad patroni ho-
11 l.j.§.domini.ad Sill. — norem ſalutémq; pertinent [11], pro proprio habebitur: is enim honos inſolidum debetur [12].
12 l.cõmunis.de in ius voc. — In legatis quoq;, quoniam voluntas potiſſimũ locum obtinet, idem dicemus. Vnde qui le-
13 l.ſerui.§.j.de leg.j. — gat Stichum, qui ſuus erit cùm morietur, etiam legaſſe eum intelligetur [13]: ſi non ſuus, ſed
communis erit, eáq; pars debebitur, quæ ad eum ſpectat: nec enim dubium eſt, quin illa pro
priè ſit ſua. Cæterùm & cùm Iudex * pronunciat fundum Titij non eſſe, intelligetur id pro- 3
nuntiaſſe, vt neq; illi communis ſit. Cùm enim in iudicio de veritate totius ſummæ agatur,
14 l.ſi quis cum totum. de execu.rei iud. — cenſetur * iudex etiam de qualibet eius parte pronunciaſſe [14]: alioquin facilè eſſet rem iudi- 4
15 l. qui ſeruum. in fin. de int.act. — catam eludere. Idem & in interrogationibus dicendum eſt [15]: qui enim interrogat an fun-
dus ſit ſuus, non ſolùm de toto, ſed & de qualibet parte interrogaſſe cenſebitur. Et ideo ſi il-
li reſpondeatur, ſuum non eſſe, perinde erit, atque ſi neque ſibi communem dixiſſet. Quid
ergo ſi iurauerit ſuum non eſſe, & deinde probetur communem eſſe, an punietur tanquam
periurus? Et videretur non eſſe exiſtimandum periurum: vt enim crimẽ illud euitetur, ex
16 c.cum tu.de teſti. — humanitate receptum eſt [16], etiam abuſiuam verborum interpretationem admittendam.
vnde cùm è duobus teſtibus alter affirmaſſet fundum à Titio * poſſideri, alter verò negaſ- 5
17 Din. Bald.l.ij.de cond. inſt. — ſet, concordiæ cauſa reſponſum fuit [17], de parte alterum, alterum de toto intelligendum.
Meritò igitur Iuriſconſultus ambiguum * eſſe hunc caſum aſſerit: & ideo debent iudices 6
eum, qui iurauit ſuum non eſſe, compellere vt explicet, ſítne ſibi communis, ne periurium
obtegere



obtegere verborum inuolucro poſſit: quamuis verior ſententia ſit, etiam ſi nihil explicet,
1 Doct.l.j.§.ſi ſtipu.de verbor.oblig. — cenſeri periurum [1].

SVMMAE.

2 ☞ *Matrimonium diuortio, mortéque ſolui.* 4 *Ablatiuos variè accipi, idque ex re. & proferri.*

LEX CCXL.

CVM QVAEREBATVR. Cùm quis ſtipulatus eſſet ſoluto matri-
monio dotẽ ſibi reddi, fuêre qui crederent, conditionẽ ſtipulationis eo ſo
lùm caſu euenire, quo per diuortiũ ſolueretur, non etiã ſi morte alterius:
1 quorũ ſententiã ea ratio adiuuabat, ꝙ cùm matrimoniũ * conſenſu cõtra
hatur, propriè contrario conſenſu diſſolui videtur. Qui autẽ moritur, nõ
exiſtimatur diſſentire, vnde & viduæ iuris interpretatione in pleriſq; ha-
2 bentur, ac ſi in priore matrimonio adhuc eſſent. Sed † Imp. Titus etiã caſum mortis cõtine-
ri exiſtimauit: quamobrẽ & quoties cõſtante matrimonio dos petitur, vt ſi maritus faculta
tibus labatur, locũ eſſe ſtipulationi videretur, cùm nullo caſu dotẽ remanere apud maritũ
2 Gl.l.ſi conſtãte.ſol.matr. — pronũtiauerit [2]. Sed hoc cõmuniter non admittitur, cùm ſolutũ non ſit, & beneficiũ repeti-
tionis mulieri ipſi lex cõcedat, non aũt extraneo. Interpretantur autẽ Doctores ea verba,
3 ſoluto matrimonio, id eſt, cùm matrimoniũ ſolutũ erit: indéq; colligunt, * ablatiui abſoluti
4 naturam eam eſſe, vt conditionẽ inducat. In quo articulo ſciendũ eſt, † ablatiuos quandoq;
in vim ſeptimi caſus, vt Diomedes, Seruiúſq; docuerunt, enunciari: túncq; dubium non eſt
ad conditionem non referri. Inducitur autem huius caſus vis ſimpliciter in nominibus: vt
cùm dicimus, te autore didici, arbitratu Seij ędificaui, ſaluo conſenſu domini alienaui, & ſi
qua ſimilia. Quandoq; per participiũ proferuntur, & tunc naturam adiuncti participij de-
bemus inſpicere, præſentis, præteriti, an futuri ſit temporis. Quod præſentis temporis eſt,
conditionẽ non inducit: vt ſi dixerim, rato manẽte pacto, pœna ſoluatur: itẽ, filio præceden
te, patri permittitur quẽlibet in locũ nepotis adoptare: hîc enim nõ videtur ſubeſſe condi-
tio. Quod tamẽ non procedit, cùm participiũ ipſum licet præſentis tẽporis, futuros tamen
caſus reſpicit: vt ſi conſtitutũ ſit, ſtãtibus maſculis fœminas à ſucceſſione excludi: illa enim
3 Bar.l.ij.§.fi.ad Tertull. — verba, ſtantibus maſculis, quoniã ab eo prolata cenſentur [3], qui ius de ea re ſtatuẽdi habet
& conditionẽ inducunt, & diſpoſitionẽ: quia non ſolùm fœminas ſub conditione excludũt
ſed ipſos maſculos admittũt. Cùm participium præteriti eſt tẽporis, obſcurior eſt quæſtio:
quoniã ex adiectione verbi, poteſt ad omnia tempora referri, vt ſuprà à nobis ex P. Nigidij
4 In l.verbum erit.§.eod. — ſententia traditũ eſt [4]. vnde hęc verba, ſoluto matrimonio, generaliter accipi ex materia
ſubiecta poterũt: ſiue retrò ſolutũ ſit, ſiue in futurũ ſoluetur, reſpectu futuri conditio eſt, nõ
autẽ reſpectu præſentis præteritive. Nam & cùm ſermo Latinus præſens à paſſiuo verbo
participium nullum habeat, ſoliti ſunt veteres in eum ſenſum præterito vti, vt apud Verg.
Vímq; addere victis, id eſt, qui vincebantur. Et in Geor. Quàm quibꝰ in patriã ventoſa per
5 l.ij.§.deinde.de incend. — æquora vectis: id eſt, qui vehuntur. Sic & in edicto prætoris [5], dum in eum, qui rate naue ex-
pugnata, quid rapuiſſe dicetur, actio cõceditur: illa verba, naue expugnata, exponuntur, id
eſt, dum expugnatur, & præſens quoq; tempus reſpiciunt. Sumuntur & quandoq; huiuſmo
di participia ferè in vim nominis, vt cùm dicimus, velo leuato iudicauit, reſeruato domini
conſenſu alienauit, penũ excepto vino legauit: quo caſu dubiũ non eſt, diſpoſitionem in-
ferri, non conditionem: idémq; iuris eſt, quod de vi ſeptimi caſus ſuprà docui. Cùm futuri
temporis participium eſt, tempus potius, quàm conditio inducitur, vt in illo Lucani: Ventu
5 ro Cæſare Romam, Ignauæ liquere manus: id eſt, cum eſſet venturus. Vnde * quamuis Bar
6 In l.j.vij.q.de cond.& demonſt. — tolus [6] eas conditiones, quæ ab ablatiuis abſolutis inducuntur, expreſſas appellet, mihi ta-
men videtur huiuſmodi ablatiuos principalius ad tempus, quàm ad conditionem referri.
Nam & illud in confeſſo eſt, magis diſpoſitioni eos accedere, quàm conditio expreſſa fa-
7 Iaſ.in rub.ſolut.matr. — 6 ciat [7]. Illud etiam conſtat, * quæ in Dus participia terminantur, nullo modo ad conditio-
nem, neq; expreſſam, neq; tacitã attinere, ſed id ſignificare, quod fieri oportet: vt in exẽplo
Iuſtiniani poſterioribus ſecũdo relinquẽdis: & rurſus, liberis inſtituẽdis, vel exhæredãdis.

SVMMAE.

1 ☞ *L. In rutis. emendata inſcriptio.* 4 *Operum genera.*
3 *Ruta operi incluſa.* 6 *Operum inteſtinorum ſpecies.*

LEX CCXLI.

1 IN RVTIS. Scripſit † Q. Mutius ſingularẽ librum, quẽ inſcripſit ὥρων,
id eſt, horarũ, vel etiam annaliũ: ſiquidem ὧροι apud Lucianũ hoc ſenſu
accipiũtur. Potuit & titulus operis fuiſſe τῶν ὅρων, per o breue: ſic enim Ari-
ſtoteles in Topicis diffinitionẽ, ſiue vt M. Cicero, notationem vocat: nã
& certa de aliqua re ſententia ὧρος dici poteſt: & hæc ſecunda lectio mihi
magis placeret, niſi in antiquis codicibus huius reſponſi lẽma, per ω ma-
gnum ſcriberetur, nimirũ hoc modo: Q. Mutius libro ſingulari ὥρων: vnde ab ea ſcriptura
temerè

temerè recedendũ non eſt. Igitur in eo libro Mutius explicuit, quænam ruta eſſent & cæſa,
(ſolebant enim * domuũ venditores ea excipere, ne empta cenſerentur) & videbatur quę- 2
1 l. fundi. §. ſi ruta. de act. emp.
cunq; eruta vel cæſa ſint ſignificari: id enim voces illæ denotant. Sed Mutius [1] non contine
ri ea, † quæ terræ fixa ſunt, exiſtimauit: ſed & ſi qua opere ſtructili, vel tectorio cõcluſa ſunt 3
2 l. ſicuti. ſi ſer. vend.
idẽ eſſe [2]. Dicitur † opus ſtructile, * quod ex lapide quadrato, aut laterculis calceq; conſtru 4
ctum eſt: eáq; propriè pars ędificij eſt, vnde & auferri non poteſt. Tectoriũ verò incruſtatio 5
eſt, ſiue expolitio parietum, pluribus inductis ex arenato coriis, totidémq; ex marmorato:
quam rem M. Vitruuius lib. vij. copioſe explicat. Dureſcebat autem ea ſpecies in cruſtas,
adeò vt ſpeculorũ modo imagines redderet, poſſetq; in abacorũ quoq; vſum eximi: quę ta-
metſi vera eſſent, non tamen ea eximere venditori licet cum hîc diffinitũ ſit, rutorum cæ-
ſorúmq; appellatione nõ comprændi. Sed an † inteſtina opera comprændantur, vt ſcam- 6
na, ſedes, fulcra, abaci, armaria, ſcrinia, ídq; genus ſimilia? Et contineri quibuſdam videtur.
Cùm enim ex materia arboribus cæſa conſtent, ſatis videtur ex vi verbi ſignificari. Quid
de ſtatuis & imaginibus, quales maiorũ ſuorũ antiqui in atriis & veſtibulis conſeruabãt ſi-
cut Philoſophorum, doctrináq; inſigniũ hominum in bibliothecis, cæterorũ in hortis vel
horreis? Et M. Cicero II. de Oratore, rutis cęſiſq; attribuere videtur: quapropter vẽdita do
3 l. Celſus. §. idem Iul. ad exhib.
mo, emptorẽ non ſequerẽtur [3]. Quod tamẽ aliter ab antiquioribus obſeruatũ fuiſſe, Plin.
eſt auctor: is lib. xxxv. In foribus, inquit, & circa limina animorũ ingentiũ imagines erant,
affixis hoſtiũ ſpoliis, quæ nec emptori refringere liceret: quæ etiã dominis mutatis, domus
ornamenta erant. Sed hæc olim fuere: Mutij enim ſententia deinde recepta eſt, vt ruta cæ-
4 l. in vẽdendo. de contra. empt.
ſáq; ædiũ fundíve eſſe non cenſeantur [4], niſi id ſcriptũ ſit. Sanè harum dictionũ M. Cic. in
Topicis quoq; meminit: Solent, inquit, liberales venditores, vt cùm ædes fundúmve ven-
diderint, rutis cæſis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa aptè
& ſuo loco poſitum videatur. Explicuit hunc locum Budæus quoque.

SVMMAE.

1 ☞ *Artemon variè accipitur.*
2 *L. Malum. ſenſus & emendatio.*
3 *Naui inſtructæ legatæ cedit artemon: in ſcapha contrà.*

## LEX CCXLII.

MALVM. Artemon † velũ eſt addititiũ, dirigẽdæ nauis cauſa, cuius Iulius 1
Pollux meminit, & in actibus Apoſt. Lucas: ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ,
id eſt, extollẽtes artemonẽ ad auræ flatũ. Deducitur à græco verbo ἀρτάω,
quod ſuſpẽdere ſignificat, & adſuere: vnde & ἄρτημα in etymologico ma-
gno pro loro paruo accipitur, cui crumena adſuitur. Eſt & hac ſimilitudi-
ne artemon trochlea, quam Græci ἐπάγοντα vocant: ea ingentis oneris la-
pides tolluntur: cùm enim cæteræ huiuſmodi machinæ duas tantũmodò trochleas habeãt
ea quæ πολύσπασος appellatur, etiam tertiã requirit, quæ addititia eſt, & ideo artemon epa-
gónq; dicitur, vt Vitruuius ſcribit. Eſt & Artemon machinarij fabri nomen, qui è paupere
diues factus, voluptariã vitam agere cœpit, vt apud Athenæum legi: vnde περιφόρητος, id eſt,
circunlatitius, prouerbio quoq; dictus: de quo alij aliter prodiderunt. Sed † hoc in Iaboleni 2
reſponſo de velo illo extraordinario accipiendũ eſt: quod etiã Iſidorus (vt tẽpora ſua fere-
bant) non prorſus malus autor, dirigendæ potius nauis cauſa, quàm celeritatis cõmendari
lib. xix. tradidit. Igitur id velũ tanquam addititiũ, non eſſe nauis partem hîc traditur: nam
& pleræque naues illud non habent, & tamen non ideo inutiles ſunt. At ex recentioribus
plerique, quid artemon eſſet ignorantes, temonẽ expoſuerunt, quod ſic vulgari voce nauis
gubernaculum vocetur. Hinc variè ſe torſerunt, dum rationem nullam vident, cur illud
pars nauis non ſit, cùm alibi expreſsim traditum legerint, gubernacula, malum, antenas,
5 l. ſcapham. de euict.
quaſi membra nauis eſſe [5]. Hinc autem apparet, vendita vel legata naui, quid præſtandum
ſit. Sed quid ſi quis vendat tibi lembulum, an & remos debeat? Et deberi videtur, niſi ex
conſuetudine aliáve ratione aliud actum conſtet. Quid † ſi nauim inſtructam quis legaue 3
6 l. fin. de fund. inſtruct.
rit, an artemon præſtabitur? Et licet pars nauis non ſit [6], tamen non eſt dubitandum, quin
eius inſtrumentum ſit. Quod in ſcapha contrà reſponſum eſt: ſcapha enim nauis inſtru-
mentum non eſt. Sanè ſciendum eſt, nauim ex vniuerſo quodam conſtare, & ideo ſingulis
7 l. Naue. de euict.
tabulis euictis, non videri partem euictam [7].

SVMMAE.

1 ☞ *Proiecti, immiſsique diſcrimen, & effectus. 4.*

§. INTER PROIECTVM. Interpretatur † Priſcus Iabolenus quid inter proie- 1
ctũ & immiſſum differat: aítq; immiſſum id eſſe, quod ita immitteretur, vt in alieno requie-
ſceret, vnde & ſeruitus tigni immittendi nomen ſumpſit. Proiectum autem eſt, quod proue
ctum extra parietem vel ædificiũ, nuſquam conquieſcit: qualia ſunt meniana, & ſuggrun-
dia.



dia [1]. Meniana Græci orthas appellant, nomẽ ſumpſere, vt Accurſ. ait, à mœnib[9], cui tamẽ
1 l. penul. C. de ædi. priu.
doctiſsimi grammaticorũ meritò aduerſantur, ex hiſtoriáq; etymologiã hanc adducunt.
Fuiſſe enim Menium quendam Romanum, qui cùm patrimoniũ obliguriſſet, domũ vendi
dit, quã ad forum ſpectãtem reliquã habebat, excepítq; ſibi vnã columnã, ex qua proiecit
tigna, quò amplius podiũ efficeret, vnde gladiatorios ludos cõſpiceret: hincq; exteriùs por
2 recta * ædificia appellari cœpêre meniana. Suggrundia * verò ſunt, quas ſuggrũdas quoq;
3 vulgò dicimus, prominẽtes videlicet tecti partes: Græci γεῖσα vocant, & ἀπογεῖσα. Varro de
re ruſt. Aues, inquit, ſubtus ſuggrundas ab initio villatico vſæ tecto. Sed & edicto prætoris
cauebatur, ne quis in ſuggrunda, proiectóve id poſitũ haberet [2], quod alicui nocere poſſet.
2 l. ſi verò. §. prætor. de his qui deie.
4 Extat etiã rubrica, de damno infecto, & ſuggrundis, & proiectionibus. Sanè † non modica
iuris eſt diuerſitas, immiſſum quid, an proiectũ dicatur. Nam immiſſum meo parieti, de fa-
cto mihi deiicere licet: at ſupra ædes meas proiectum, non licet, ſed lege Aquilia agendum
eſt [3]. Quapropter cùm quis ex heliocamino perticas, quibus toralia, lintea, vela, ídque ge-
3 l. quemadmodum. §. j. ad legem Aquil.
nus texta ſoli exiccanda ſuſtinerentur, ſupra vicini domum proiectas haberet, reſpondi
non licere propria autoritate deiicere, ſed legis actionem ſupereſſe. Non ſolùm autem in
ædes alienas immiſſum proiectúmue habere non licet, ſed nec in ædes communes, niſi iu-
re ſeruitutis, vel alia ratione id debeatur [4].
4 l. ſi duo. §. Labeo. vti poſſ.

SVMMAE.

1 ☞ *Plumbum ædibus cedere.*
2 *§. Plumbum. explicari, & emendari. 4.*

1 §. PLVMBVM. Solebant † veteres, quod in præſentia penitus non exoleuit, domos
plumbo tegere, eóq; tegularũ loco vti, id Labeo ædificij eſſe aiebat: vnde domo vendita, &
ipſum emptori accedebat, nec hac in re quicquã ambigitur: ſed quod ſubſequitur, perquam
obſcurũ eſt: Accurſ. ingenuè faſſus eſt, ſe hunc locũ non percipere. Sunt qui legant, id quod
2 in ripa tegendi cauſa poneretur, contrà eſſe: vt cẽſuerit † Labeo, id plumbũ, quod flumine
aduectum in ripa adhuc eſt, tametſi ea mẽte paterfam. apportari fecerit, vt domũ contege
ret, non tamen ædificij eſſe. Quod quidẽ iure verũ eſt, cum cõſtet deſtinationem rei [5], pro
5 l. fundi. §. item. l. ſeq. de acti. empt.
ipſo facto non haberi, niſi cũ aut opus iam cœptũ, factóq; ipſi proximũ eſt [6], aut in id res eſt
6 l. librorum. §. ſed nec cor pti. de leg. iij.
deſtinata, quod prius fuit: vt cũ tegulas, plũbúmve quis detraxit, vt reponeret: ędificij enim
cẽſebuntur, cũ alioquin tegulæ nondũ impoſitæ, ædificij ipſius non ſint. Cæterũ hæc inter-
pretatio antiquorũ codicũ lectioni non cõgruit, in quibus apertiſsimè legitur, id quod hy-
pæthrij tegẽdi cauſa poneretur, contrà eſſe. Moris fuit apud veteres, media ſpacia quæ in-
ter porticus ſunt adornare, ambulationéſq; eas pulcherrimis pauimentis ſternere, & hypæ
3 thria, * ꝙ ſub aperto æthere ſint, appellare: vt Vitruuius lib. v. oſtẽdit. Latinis etiã ſub diua-
les ambulationes dicuntur, vt Plin. lib. xviij. & ſubdialia pauimẽta lib. xxxvj. Fieri hypæ-
thria etiam ante templorũ veſtibula conſueuiſſe, autor eſt Zenodotus in adagiis, qui Bac-
chi ſtatuã, quem Morychũ Siculi dicunt, ἔξω τοῦ νεὼ collocatã fuiſſe ſcribit, παρὰ τὴν εἴσοδον ἐν
ὑπαίθρῳ, id eſt, extra templũ, iuxta ingreſſus in hypæthro. Igitur hyemali tempore, ne pro-
pter gelu vel niues ea pauimenta corrũperentur, plumbo fortè vel quapiam alia materia
4 tegebantur, quæ æſtate demũ tollebatur: meritò id non eſſe † ædificij Labeo ſenſit, cùm ad
ſtructuram non pertineat, & perpetui vſus cauſa non apponeretur. Aeſtate quoq; in hypę-
thriis ſolis ardores, expanſis velis defendebant: ea vela Sabinus & Caſsius [7] ſupellectili
7 l. quæſitum. §. de velis. de fun. inſtru.
adſcribunt (licet vulgati codices pro hypæthriis, partim in petris, partim apothecis ſcri-
ptum habeant) vnde ædificij non magis eſſe, quàm ſupellectilem conſtat.

SVMMAE.

3 ☞ *Viduam variè accipi. 5.*
4 *Viduam ſtupratam non dici: huius effectus.*

1 §. VIDVAM. Viduã eſſe * quaſi ſine duitate, Antiſtius Labeo dixit: quoniã particula,
ve, priuatiua quandoq; eſt, vt in veſano, vecordéq; diximus quapropter etiã quę nunquam
nupta fuit, vidua rectè appellabitur, competéntq; ei cætera priuilegia, quæ viduis conceſſa
ſunt [8]. Sed hãc ego Labeonis interpretationẽ vix ſcio quãtùm adprobẽ, non ꝙ A. Gellij exẽ
8 Bart. l. j. C. quando imp. int. pupill.
plo mouear, qui & ipſe quaſdã eius ſimiles deriuationes quandoq; cõfutauit, ſed quòd qua-
cunq; autoritate potiores apud me ſunt rationes. Quomodo enim viduam à ve, & duitate
dictã credamus, quæ dictio prima in ſyllaba corripitur, cùm ſi Labeonis vera eſſet ſenten-
tia, produci debuiſſet? ſicut & vecors, veſanúſq; producuntur. Quomodo itẽ ab etymolo-
gia vocabuli adfirmatiuè argumentabimur, vt quia ſine duitate puella ſit, vidua dicatur,
cum huiuſmodi argumentũ nõ conſiſtere frequentius receptum ſit? Sed & non parũ me le-
gis Iuliæ [9] exemplum mouet, quæ viduam à virgine ſeparat, licet in vtraq; ſtuprum cõmit-
9 §. item lex ind. de pub. iud.
tatur. Hieronymus quoque ad Fabiolam [10]: Vidua, inquit, eſt cuius maritus mortuus eſt.
10 xxxiiij. diſtin. vidua.
Nam & antiqui autores viduum ſimpliciter pro priuato accipiunt, vnde viduus pharetra
Apollo apud Horat. Elegantior igitur ſubtiliórq; Labeonis mihi videtur ſententia, quam
verior,

1 In c.ex tenore. de for.cõ. peten.

verior,vt meritò nõ niſi ex lata ſignificatione ſuſtineri eam pleriq; reſpõderint[1]: quando-
quidẽ & ſcientiſsimi grammaticorũ ab antiquo verbo iduare, viduã dictam putant, quod
ſeparare ſignificat:vnde & Diuidere verbũ,& Idus dicti Macrobio.Sit igitur vidua,* quæ 2
à viro ſaparata eſt:cui ſententiæ & cæteri antiqui cõmuníſq; omniũ vſus aſſentire vidẽtur.

2 l.Maria.d.c.ex tenore.

Addunt[2] aliqui † ita demũ propriè dici viduã,ſi à viro,cui ſuperſtes exiſtit mulier,facta ſit: 3
quod ego nõ probo,cum nuptias non cõcubitus,ſed conſenſus faciat. Sed † quid ſi mortui 4
viri honorẽ non procuret,ſtuprúmq; patiatur?Et nõ eſſe viduam quibuſdam videtur:quod
per interpretationẽ admitti crediderim[3]: propter enim ſuum dedecus, eis priuilegiis indi-

3 §.quæ verò.in authen. de nupt.

4 Gl.l.fin.C.ad leg. Fla. de plag.& ibi not.

gna eſt,quibus pudicæ viduæ honeſtantur.Cæterùm † quę inutilẽ maritũ nacta eſt,eadem 5
interpretatione vidua cẽſebitur[4]. Sed qua ratione moueri legiſlatores exiſtimabimus, vt
erga viduas indulgẽtiores ſint?Et credibile eſt ſexus imbecillitati miſertũ fuiſſe,qui p alios
regitur,vt plurimùm infidos,& dominicarũ rerum negligẽtes.In lege põtificia illud quoq;
cõſiderari videtur, vt præmiis viduitatis adductæ, nõ facilè ad ſecũdas nuptias relaberen-
tur,quas ea lex non ſatis adprobat,ſed in cœlibe lecto caſtræ eſſent:quod quò difficilius his
eſt,quæ illicium Veneris expertæ ſunt, eò & commendatione dignius: ſiquidem, vt græco
prouerbio admonemur,δύσκολα τὰ καλά,quamuis hæc rara auis,vt vulgò dicitur.

SVMMAE.

2 ☞ *Structuras ædibus cedere.*
3 *Ædibus cedunt exemptilia illis parata; in ſpecularibus contrà.*
4 *Seruitute proſpectus non vtimur ſpecularibus.*

§. STRVCTVRAM. Fiũt* plerunq; ſtructurę ex tabulis exemptiles:† vnde dubitari 1
potuit,an illę ædiũ ſint,ita vt domo vẽdita debeantur,& eſſe Labeo ſcripſit:cùm enim per- 2
petuò in hũc vſum paratæ fuerint,tametſi quandoq; tollãtur,remanẽt tamẽ ædiũ[5], ſicut &

5 l.fundi.in fi.de acti.emp.

cætera quæ ædificio detrahũtur,vt rurſus reponãtur,ędiũ permanent. Quo † argumẽto ar- 3
bitrarer etiã telaria,vel vitraria,quibus in feneſtris vtimur,licet exẽptilia ſint,tamẽ vendi-
ta domo deberi:in perpetuũ enim vſum parata ſunt, nec alij præterea feneſtræ ſolent cõue
nire, niſi ei cui obturãdæ ſpecialiter effecta ſunt quod nõ eſt in cæteris operibus, quæ tuto-
rum cæſorúmq; appellatione recipiuntur.In ſpecularibus verò,licet eundẽ vſum pręſtẽt[6],

6 l. quæſitum. §. itaque.de fund.inſtr.

alıud Pegaſo & Caſsio viſum eſt:cùm enim pcioſiora ſint,in ornamẽto ædiũ magis, quàm
in inſtrumẽto habẽtur cõficiebãtur aũt ex ſpeculari lapide in tenuiſsimas cruſtas ſecto, &
pellucido,cuius mẽtio paſsim apud bonos autores habetur. Qua ratione & domus vſufru
ctu legato,ſpecularia nõ deberentur,quoniã in inſtrumẽto nõ ſunt.Sed tamẽ Vlpiani[7] ſen
tentia receptior eſt,qui ſpecularia affixa domus partẽ eſſe cenſuit[8], ſicut & pegmata.Fue-
re ex recẽtioribus doctoribus quidã[9], ſpecularia exiſtimantes eſſe, tabulas clatris cãcellis
ve ſpiſsioribus diſtinctas,quæ feneſtris opponuntur,ne virgines à prætereuntibus conſpici
poſsint,vulgus Zelozias vocat.Sed hæc ſententia ex Martialis carmine confutatur:

7 l.ſed & ſi.de vſufruct.

8 d.l. quæſitum. §. ſpecularia.

9 Cepoll.in tra.de ſer.

*Hybernis obiecta notis ſpecularia puros*
*Admittunt ſoles,& ſine fæce diem.*

Sed † nũquid qui in vicini domum ex feneſtra iure ſeruitutis proſpectum habet, ſpecu- 4
laria immittere poſsit, vnde ipſe vicinum, minimè illi contrà perſpicuus, videat? Et non
poſſe quidam aſſerebant[10]: duriorem enim vicini conditionem fieri, cùm mutuus proſpe-
ctus ceu à Plutonis caſside,vel Gygis anulo adimeretur. contrà aliis viſum: cuilibet enim
in ſuo id facere permittendum[11], quod ſibi conducere exiſtimauerit.

10 l.j.§.illud.đ aqua quot.

11 l.Proculus.de dã.infect.

SVMMAE.

1 ☞ *Liberum eſſe iuſſum, etiam poſt alios adſignatos adſignari.*
4 *Codicillorum virtus multiplex.*
5 *Codicillos ſecũdũ teſtamentũ explicari ex cauſis cõtrà.*

LEX CCXLIII.

SCAEVOLA. Aſsignauerat † paterfamil.in teſtamento libertos ſuos 1
vni ex filiis[12],deinde poſteriore ſcriptura Titium ſeruum ſuum liberum
eſſe iuſſerat:dubitari potuit, an is quoq; aſsignatus eſſet,cũ de eo intelle-
xiſſe nõ videatur teſtator, qui cum aſsignatio ſcripta eſt, adhuc libertus
non erat. Sed Scæuolæ aliud viſum eſt:non enim * hoc in caſu ordo ſcri- 2
pturæ videtur diuerſitatem iuris inducere, cum in iſtrumentis quæ * ab 3
vltimo tractu perfectionem accipiunt[13], eodem tempore cenſeantur acta omnia, idcir-
cóque parum referat poſteriore, an priore loco libertas data ſit. Sed quid ſi non teſtamen-
to,ſed codicillis poſt aliquod tempus factis, libertas Titio relicta ſit? Et idem eſſe hîc arbi-
tror:nec enim Scæuola diſtinguit,qualis fuerit poſterior ſcriptura[14]: nam & quod codicil-
lis ſcriptum eſt, perinde † eſt, ac ſi teſtamento adnotatum eſſet, quoniam codicilli teſta- 4
menti iam facti pars eſſe videntur. Alibíque traditum eſt[15], & codicillos ad teſtamenti
ſenſum interpretatione producendos, & vice verſa teſtamentum ad codicillorum ſen-
tentiam[16]: vnde & conditio in teſtamento legato addita, ex mente teſtatoris repetita in
codicillis

12 l.j.de adſig.lib.

13 l.ij.§.priùs.de vulg.

14 l.talis.in fi.de leg.j.

15 l.ij.§.codicillorum.de iure codicill.

16 l.Neſennius.de exc. tut.



5 codicillis etiã tranſlato legato cenſetur[1]: quod & Decio viſum eſt[2]. Sic & ſubſtitutio † fi-
deicõmiſſaria in prioribus tabulis facta,ex his declarationem ſumit[3],quæ poſterioribus co
dicillorũ tabulis ſcripta ſunt,ídq; niſi verba euidentiſsimè repugnent,vel contraria volun
tas defuncti, vt hîc dicitur,poſsit oſtendi. Sed quid,ſi verba quidẽ omnino non repugnent,
ſed quædam alioquin ſuperfluant,quædam diuerſa ſuadeant? Et Cornæus reſpõdit[4], tum
quoq; codicillos ſecũdũ teſtamẽti verba intelligẽdos eſſe, & ideo ex vniuerſali ſubſtitutio
ne in codicillis facta,nõ videri particulares rorrectas,quę teſtamẽto ſcriptę proponerẽtur.

1 l.Caio.de ali.leg.

2 Deci.conſi.cxc.

3 l.fi.ad Treb.

4 Corn.conſi.xliiij.in iij.

SVMMAE.

1 ☞ *Mulctæ & pœnæ diſcrimen multiplex. 4. 5.*
3 *Vſurarius manifeſtus in caſu appellat.*
6 *Mulctã in delictis nominatis non dici ex cauſis cõtrà.*
8 *Mulctæ limitatæ ob arbitrium incertæ.*

LEX CCLXIIII.

SI QVA POENA. Scripſerat Antiſtius Labeo,pœnã & mulctam idem
eſſe:ſed Paul.falſum id exiſtimat,& præter cæteras,tres differẽtias adducit
quib.probet aliud eſſe mulctã,aliud pœnã. Sententia tamẽ Labeonis,inſpe-
cta vocabuli origine,vera eſt.Quandoquidẽ ſuprà ex vetuſtiſsimis ſcripto
ribus admonui,mulctã Oſcũ eſſe verbum,quo pœna ſignificetur.Sed Paul.
ſecundũ temporũ ſuorum conſuetudinẽ loquendi mulctã accipit,qua inſpe
cta,nõ eſt dubium expoſitionẽ Labeonis ſuſtineri nõ poſſe. Connumerauimus autẽ ſupe-
riùs[5] quãplures differẽtias,in horũ vocabulorum ſignificatione:nunc tria ſolùm adtingen

5 l.aliud.§.eo.

1 da ſunt,quæ à Iuriſcõſulto referũtur.Prima eſt, † ꝙ à pœna non prouocatur,à mulcta verò
prouocatio eſt:quæ verba vario modo à Doctoribus accepta ſunt.Sed Bartolus intra tem-
pus prouocãdi defuncto reo pœnã deberi, mulctã verò non deberi interpretatus eſt. Hinc
2 probari exiſtimat,*pœnæ petitionẽ in hæredes quoq; cõpetere, mulctæ verò morte rei ex-
tingui. Quæ ſententia mihi videtur nõ ſatis recepta eſſe: crebriùs enim traditũ eſt à pœna
nõ eſſe puocationẽ:quoniam ſi de delicto cõſtet,cum à lege pœna imponatur,ſi quis prouo
caret,nõ de facto iudicis, ſed de iniquitate legis conquereretur,& ideo admittẽdus non eſt:
quod in mulcta non procedit,quæ ab ipſo iudice dicitur,nõ autẽ à lege certo modo diffini
ta eſt.Quapropter ſi quis eo prætextu à pœna appellaret,ꝙ innoxiũ ſe diceret,vel quòd ex
lege huiuſmodi pœna adfici nõ poſſet,dubiũ non eſt, quin admittẽdus foret:non enim hoc
caſu de legis iuſtitia, ſed de ius dicẽtis facto diſceptaretur[6]. Cui ſententiæ nõ abſimile vi-
3 detur † quod traditũ eſt,tametſi manifeſtus vſurarius appellare prohibeatur[7],ſi tamẽ adſe
rat ſe tantũ fœnoris nõ extorſiſſe,ínq; quãtitatis modo prægrauari,prouocationi locũ eſſe:
quod Iac.& Alber.probant.Meritò igitur cũ quis facinoris cõuictus eſt,ſtatim pœna à lege
cõſtituta debetur: at mulcta nõ prius debetur, quàm in rei iudicatæ vim ſentẽtia eius indi-
ctiua trãſierit.Nã & Corn. Tacitus lib.xiij.Cenſuit (inquit) L. Piſo Conſul deſignatus,ne
mulctã à Tribunis dictã quæſtores ęrarij in publicas tabulas ante quatuor mẽſes referrent,
4 medio tẽpore cõtradicere liceret,déq; eo cõſules ſtatuerẽt.Secũda † differentia eſt,ꝙ pœnã
quilibet iudex, qui delicti cognitionẽ habeat,inferre poteſt, at mulctã his ſolis dicere licet,
quibus ex lege vel mãdatis principũ conceſſum eſt. Quapropter nec magiſtratus munici-
pales[8],nec defenſores ciuitatũ,nec delegati iudicum, iuriſdictionẽ ſuam per mulctæ cõmi-
nationẽ tueri poſſunt. Quod & in arbitro dicendũ eſt[9], niſi ex cõpromiſſo hæc ei poteſtas
5 à partibus data ſit.Tertia † differẽtia eſt,quia certæ pœnæ ſingulorum peccatorum ſunt, at
mulcta incerta eſt,& ex arbitrio ius dicentis pendet.vbicunq; igitur delictum perpetratum
ſpeciale eſt, & certã pecuniæ taxationem in vltionẽ non habet, ibi propriè mulcta eſt:vt ſi
quis cõtumax fuerit,coram tribunali irreuerẽter aliquid egerit,prætorem cõtumelioſe cõ-
pellauerit,& ſi qua ſimilia:hæc enim delicta cõmune aliquod nomen nõ habent, ſed ſpecia
6 liter deſignantur.Ea verò quæ † communi generalíve nomine dicuntur,vt ſtuprũ,furtum,
falſum,peculatus,certas & à lege cõſtitutas habẽt pœnas,& ideo in eis mulcta propriè locũ
ſibi non vendicat. Quò fit, vt tametſi ex lege municipali liberũ arbitriũ circa pœnas deli-
ctorum prætori conceſſum ſit, quamuis furi, vel adultero pecuniariã pœnam indicat,non
tamen propriè mulctaſſe dici poſsit: quoniã huiuſmodi delicta cõmunia generaliáq; ſunt,
at mulcta de ſpecialibus infligitur. Quòd ſi certa pecunia in pœnã à lege conſtituta ſpecia
li alicui delicto ſit,ea propriè mulcta dicetur: cum enim ante eam legem incerta eſſet,quã-
uis deinde ex cõſtitutione ad præfinitã taxationem redigatur, ſeruat tamẽ nomen ſuũ:ver
7 bi gratia,Si clericus fruſtratoriè * appellaret[10], vel procurator ab executione,arbitrio iu-
dicis olim mulctabatur[11]: deinde conſtitutũ eſt, vt L. argenti libras ſolueret,an ideo minus
hæc mulcta dicetur? Et propriè mulctam eſſe dicendũ eſt, ídq; etiã ex hoc reſponſo proba-
tur,licet aliter Accurſ.ſenſerit. Quod & de ea pecunia arbitror,quã fiſco iudices litiũ pro-
telatores exoluere coguntur[12]: mulctam enim eam lex appellat,& quidem propriè. Illud
8 conſtat, † cùm hodie ſtatutum ſit, quatenus mulctam dicere magiſtratus poſſunt[13]: quo-
niam minorem infligendi diminuendíq; ius habent, adhuc incertas eſſe mulctas, & in eis
nomen

6 Bald.l.j.C.ex del.def.

7 c.quàm ſit.de vſur.

8 l.j.ſi quis iuſ dic.

9 l.non ex omnib.de arb.

10 l.ij.C.de epiſcop.aud.

11 l.ab executione. C. quo. app.

12 l.properandum.§.antepenul.C.de iudic.

13 l.eos.C.de mod.mul.

nomen id proculdubio propriè locum habere. Et hæc iure Romano vera ſunt: Atheniẽſes
enim aliter obſeruaſſe quandoque legimus: hi mulctas in aram Διὸς σωτῆρος, id eſt, Iouis con
ſeruatoris dedicabant, quas ſemel illatas remittere non licebat: quamuis pœnas iure debi-
tas, pecunia redimere fas haberent, ídque Platonis exemplo, qui ſingulis delictis pecunia-
rias mulctas conſtituit. Cætera quæ ad mulctarum cognitionem pertinent, ſuperiùs à no-
bis explicata ſunt.

SVMMAE.

1 ☞ *Statuas ædium non eſſe, niſi ex cauſa. & 3.*
4 *Tabulas pictas ædium non, niſi tectoriis inſint eſſe.*
7 *Diathyron, variè ſumi, eiúſque effectus.*
8 *Prothyri acceptiones.*

LEX CCXLV.

STATVAE. Explicat hoc reſponſo Pomponius tres ſatis dubias quæ-
ſtiones, quarum prior eſt huiuſmodi, † An ſtatuæ adfixæ baſibus ſtructili- 1
bus, ſint ædium. In quo articulo priùs ſciendum eſt, quid ſignificet baſis
ſtructilis. Et conſtat baſem * eſſe ſedem & pedamentum cuiq; rei ſuſtinen 2
1 l. hæres. §. penul. de leg.iij.
dæ: vnde baſes vaſorũ Corinthiorum Iaboleno[1], baſes catapultæ & colũ-
narum M. Vitruuio. Hę ex ſolido lapide quandoq; fiebant, quandoq; ope
re ſtructili, id eſt, ex laterculis, calcéq;. Igitur † ſi quæ ſtatuæ marmoreis baſibus inſiderẽt, in 3
2 l.in rutis.hoc tit.
confeſſo fuit ędium nõ eſſe, ſed rutis cæſiſq; annumerari[2], vt ſuprà vidimus & ideo vẽdita
vel legata domo, auferri poſſunt. Sed ſi ſuprà ſtructiles baſes collocatæ eſſent, tractatus ma-
gis ambiguus eſt: quoniã ſtructile opus pars ędificij eſt, nec amoueri poteſt: ſicut ergo baſes
ipſæ pars ædium ſunt, ita eis impoſitæ ſtatuæ ædibus adſcribi debent: in qua tamen realiter
Pomponio viſum eſt: apponuntur enim magis cauſa ornatus, quàm vt ædes perficiantur.
Sequẽs † quęſtio eſt, quid de tabulis, quas pictas antiqui catenis religabãt, vel parieti, tignís- 4
ve adfigebant, an illæ ædium eſſent. Et eadẽ ratione non eſſe reſponſum eſt: ornant enim
elegantiorémq; reddunt domum huiuſmodi tabulæ, non autem quicquam ad eius perfe-
ctionem faciunt. Quòd ſi in tectorio opere loco cruſtarum marmorearũ inde exemptarũ
3 l.fundi.§.ij. de act.empt.
appoſitæ ſint[3], tunc ædium partes ſunt: videntur enim tectorij ipſius perfectioni accedere,
4 d.l.in rutis.
& parũ refert ex marmore, vel ex tabulis pictis, quod illi deeſt, ſuppleatur. Quid autẽ ſit te-
ctorium, ſuperius à nobis tractatũ eſt[4]. Hincq; * probatur, ornamẽta, quæ à domo ſepara- 5
ri cõmodè poſſunt, ſi eam ob rem nihil perfectioni domus deeſt, ædiũ non eſſe, & ideo ædi-
bus vẽditis vel legatis nõ deberi. Sanè hoc loco antiquorũ codicum varia eſt ſcriptura: qui
dam enim habẽt, Aut ſimiliter quæ cohærẽt lignis: alij, lychnis, alij tignis. In vltima quæſtio
ne dubitari potuit, an prothyron * ædiũ ſit: & reſponſum eſt, eſſe. Sed in hoc nõ modica eſt 6
difficultas explicare quid ſibi prothyron velit. Et Gręcus ſermo indicat aliquid ſignificare
quod ante ianuã vel oſtium ſit, à græca præpoſitione πρὸ, & dictione θύρα. qua ratione & Hy
perthyron dicimus, quod ſuperliminare quidã vocant, ſicut Pſeudothyron poſticũ. Hypo-
thyron hiantiã cauitatémve ianuę, Diathyron † quod per eam ponitur: qualis eſt in ianuis, 7
quam vulgò poſterulã vocamus, in oſtiis verò, quã vulgò buxulam appellant, & ex tabulis
cõficitur, ad arcenda, dum valuæ aperiũtur, irrumpẽtia frigora: fit & quãdoq; vice tabula-
rum appoſitis tapetibus, vel peripetaſmatis, huiuſmodíq; velamine. Eſt & Dithyron quod
Biualuiũ dicere poſſumus: vnde Ariſtoteles de animalib9 quarto, genus quoddã oſtracôn
appellat dithyra, quaſi bifores teſtas: quæ vox etiam poſterulæ conuenire poteſt, quaſi ſit
διπλῆ θύρα, vnde & dithyron Græci, pro eo quod duplicatũ eſt, vſurpãt, vt Heſychius & Sui
das tradit. Philoſtratus quoq; in vitis Sophiſtarũ autor eſt, Secũdum rhetorẽ ab aliquibus
ἐπίθυρον fuiſſe cognominatũ, quòd fabri eſſet filius. Igitur † Græci pothyron vocãt, quod La- 8
tini Veſtibulũ dicunt: vnde Pindarus in Olympiis Corinthũ Peloponneſi prothyrõ appel
lat, quaſi portã vel fauces dicas. Sed & Poſidippus in epigrãmate, ἐν προθύροις, inquit, θῆκε διδασκαλίην, videtúrq; accepiſſe pro ſtatuariorũ pergula, in qua publicè ante ianuã ſpectãda
opera proponebãtur. Hieronymus verò in Ezechielẽ, quod Aquila & Theodotio prothy-
ron dixerat, limẽ portæ tranſtulit frequentior tamen interpretatio eſt, vt veſtibulũ ſignifi-
cet. Sed in hunc ſenſum hîc accipi ego nõ arbitror, non quòd me moueat Aelij Galli Iuriſ-
cõſulti autoritas, quẽ refert A. Gellius ſcripſiſſe libro de ſignificatione verborũ, quæ ad ius
ciuile pertinẽt, ſecundo, veſtibulũ partem ædium non eſſe: ſed quia non video cur hoc ſen-
ſu Pomponius, & Labeo græca magis dictione, quàm latina, & quidẽ vſitatiore, vti debue-
rint, præſertim cùm indubitatum ſit (vt ego ſentio) veſtibulũ, tametſi extra ianuam domus
ſit, ædib. tamen adſcribi, & ceu earũ membrũ exiſtimari. Arbitror igitur hac voce poſteru
lam vel buxulã ipſam ſignificari: interdũ enim ea, vt hîc dicitur, in ędibus fit: nam M. Vitru
uius autor eſt, quæ Græci diathyra, vel vt alij magis probant, dithyra dicũt, à Latinis pro-
5 l.quęſitũ.§.Papinianus. de fund.inſtr.
thyra appellari. Papinianus quoq;[5], Prothyron domus, inquit, ſi velamẽ eſt, inſtrumẽto do
mus cõtinetur. Quib. verbis apertè indicatur, nõ poſſe nos de veſtibulo intelligere, ſed po-
tiùs de ſtragulis aliquib. pictis: quãdoquidẽ Iul. Pollux lib. x. inter ianitoris inſtrumẽta, pro-
thyra



thyra quoq; cõmemorare videtur πολυποίκιλα, id eſt multifariam variegata. Diſtinguendũ
igitur eſt, vt buxula, ſi ex tabulis ſimilíve materia confecta ſit, pars ædium cenſeatur, ſicut
& poſterula: ſi ex velamine, huiuſmodique aulæis, non pars, ſed inſtrumentum ſit domus.

SVMMAE.

1 ☞ *L. Apud. ſenſus. 7.*
4 *Furioſus ex cauſis abeſſe non dicitur.*

LEX CCXLVII.

APVD LABEONEM. Scripſit Labeo πιθανῶν, id eſt, veriſimilium li-
bros octo: in hoc opere definiuit, quid ſit exhibere. Et id eſſe arbitratus eſt
quod eius de quo agitur præſentiã præſtare. Quam definitionem à Pom-
ponio hîc reprobari communi calculo receptum eſt, ídque duobus argu
1 mentis. Nam † qui in iudicio hominem ſiſtit, præſtat eius, de quo agitur,
præſentiam, & tamẽ aliud eſt ſiſtere, aliud exhibere. Rurſus, furioſus, aut
infans, aut mutus iudicio exhibentur, & tamen eorum præſentia non videtur præſtari: lo-
co enim abſentium habentur. Poſſet tamen Labeonis ſententia defendi, ſi eum, qui homi-
2 nem ſiſtit, etiam exhibere dicamus, vt exhibendi verbum generalius * ſit: eſt enim exhibe-
re[1], extra ſecretum habere. nec ſimpliciter verum eſt, furioſi, infantis, muti præſentiã nul- 1 l.j.§.ait prætor.de lib.hõ. exhib.
3 lam eſſe, ſed pro abſentibus haberi: quoniam * præſentia propriè ad corpus refertur: nec du
bium eſt corpore eos præſentes, licet lex plerunq; propter ſenſus imbecillitatem abeſſe eos
4 interpretetur. Quapropter † quoſdam caſus reperire eſt, quibus furioſus pro abſente non
habetur, vt cum de perſeuerantia, non autem de nouo conſenſu agitur[2]. Itémq; cùm hoc 2 l. patre. qui ſunt ſui vel ali.iur.
non tractatur, vt conſentiat, ſed ſatis eſt ne contradicat: cuius rei exemplum eſt in muliere
furioſa[3], de cuius dote pater agit, nec de ratihabitione cauet. Nam & generaliter furioſo- 3 l.ij.§.fin.ſol.matr.
5 rum * conſenſus eſt nullus, & tamen abſentes per procuratorem cõſentire poſſunt[4]. Qua 4 l.ij.de procu.
6 propter * ſi quis furioſi præſentiam præſtare promiſerit, non valere ſtipulationem minimè 5 l. ſtipu. iſta. §. hi qui. de ver.oblig.
cum Accurſio ſenſerim[5], ſed potiùs corpore, & de facto exhibendum eſſe. Illud non diffi-
teor, ſi poſt ſtipulationẽ in furorem inciderit, promiſſori competere exceptionem[6]. Cùm 6 l.ij.§.ſi quis. ſi quis caut.
enim de ſani hominis præſentia agitur, non videntur partes voluiſſe exhiberi caſu, quo
7 propter dementiam impediretur. Et † quod de muto hîc dicitur, de eo qui naturaliter mu-
tus ſit, accipiendum eſt: huiuſmodi enim & ſurdi ſunt, vnde quid ſententię intellectúſve ha
beant, exponere nequeunt, ídque in caſu eſt, vt infantibus & furioſis ſimiles exiſtimentur:
8 alioquin qui ſimpliciter mutus eſt, * omnes contractus facere poteſt, excepta ſtipulatione,
quoniam expreſſio verborum in ea neceſſariò requiritur.

SVMMAE.

2 ☞ *Reſtituendi forma. & 4.*
5 *Leges hoc titulo variè repititæ.*
6 *Iuris ſtudioſum interpretibus egere.*

1 §. RESTITVIT. * Reſtituere,[7] eſt rem † in ea conditione, quæ retrò fuit, præſtare. 7 arg.not.l.j.C.de ſent.paſ.
2 Nõ ergo ſufficit corpus ipſum, puta fundum reſtituere, niſi omnino res ipſa præſtetur. Res
3 autem * dictio eſt vniuerſalis, quæ acceſſiones fructúſve continet. Sed & in ea † cõditione
4 eſt reſtituenda, in qua olim erat, vt ſi cauſa vſucapionis ſuberat, ea quoque reddatur. Sed
quoniam non ſemper acceſſiones & fructus, vel cauſa redditur, ſed aliter atque aliter ſo-
let diſtingui, ideo hæc reſtitutio omnis in iuris interpretatione verſatur, de qua re ſuperius
5 à nobis tractatũ eſt. Sunt enim † hoc ſub titulo quatuor eiuſdem ſenſus ad hanc materiam
pertinentia reſponſa, vt non poſſim non mirari, cur idem toties inculcauerint, qui ſub Iu-
ſtiniano centones hos legum conficiendi curam aſſumpſerunt, quaſi alia noua magíſque
6 neceſſaria deeſſent. Scribat † Iuſtinianus quãtum velit, gloriétúrque ſuos hoſce libros cau-
ſarum negotiorúmque deciſionibus ſatis eſſe, res ipſa planè reclamat, nemóque ciuilis pro-
feſſionis eruditus eſt, qui apertiſſimè non videat innumerabiles dubitationes ex facto ori-
ri, quas niſi omnino Oedipus is ſit, ex harum legum ſylua decidere nemo vnus poſſit: vt
planè ſine Bartolo, aliíſque quibuſdam interpretibus, ius noſtrum non conſiſtere adfirma
re auſim: quid enim, ſi bonarum literarum cognitionem excipies, illi aut acutiſſimè non
excogitarunt, aut clariſſimè non docuerunt, vt noſtris oculis offuſas per hoſce Græculos
tenebras aperirent? Illud nõ diffiteor, ſi antiquorum Iuriſconſultorum opera extarẽt, nec
Iuſtiniani iniquiſſimo illo edicto ſublata fuiſſent Accurſij, & qui poſt eum ſcripſerunt, mi-
nimè neceſſarias futuras fuiſſe lucubrationes. Sed ſatis ſit conceptam animi indignationẽ
hactenus prompſiſſe, ne crabronum aculeos irritaſſe videar.

FINIS.

*REGESTVM.*

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z aa bb cc dd ee ff gg hh
ii kk ll mm nn. Omnes ſunt quaterni, præter nn. qui eſt quinternus.

*LVGDVNI,*
PETRVS FRADIN
EXCVDEBAT,
*M. D. LIX.*